DIVI THOMAE AQVINATIS ENARRATIONES,

QVAS

CATHENAM VERE' AVREAM DICVNT,

In Quatuor Euangelia ex vetustißimorum codicum collatione, quantum licuit emendatiores quam hactenus in lucem editæ.

Additus est Index rerum scitu dignarum.



VENETIIS,

Apud Marcum Antonium Zalterium, & Michaelem Zanettum.

M D LXXXIIII.

CATALOGVS DOCTORVM

IN HOC OPERE CITATORVM.

Dionysius.
Origenes.
Ciprianus.
Athanasius.
Chrysostomus.
G. Naziancenus.
G. Nicenus.
Basilius.
Hylarius.
Haymo.
Hieronymus.
Ambrosius.
Augustinus.
Cirillus.
Didimus.

Epiphanius.
Theophilus.
Seuerianus.
Gregorius.
Leo Papa.
Græcus. N.
Titus. N.
Maximus.
Isidorus.
Remigius.
Rabanus.
Alcuinus.
Beda. P.

Ex horum ore nectareo velut limpidissimo fonte clarum diuinæ sapientiæ flumen per Verbum incarnatum reuelatæ, perpetuo meatu discurrit omnium secum trahens cælestium mercium thesaurum, vt necubi iotha desit sillaba: quin remotis doctorum vocabulis Thomam solum credas differentem.

DIVI
THOMÆ AQVINATIS
CONTINVVM,
In librum Euangelij secundum Matthæum.

SANCTISSIMO ac Reuerendissimo patri domino Vrbano, diuina prouidentia, Papæ quarto, Frater Thomas, de Aquino ordinis fratrũ prædicatorum, cum deuota reuerentia pedum osculat beatorũ. Fons sapientiæ, unigenitum Dei uerbum præsidés in excelsis, ꝑ quod pater sapiéter fecerat, & suauiter disposuerat uniuersa, in fine tẽporum carnem sumere uoluit, ut sub teguméto naturæ corporeæ, splẽdorẽ eius humanus intuitus posset inspicere, quẽ in celsitudine maiestatis diuinę attingere non ualebat. Diffuderat siquidẽ radios suos, sapientiæ uidelicet suæ, indicia sup oĩa opera quæ creauit, quodam uerò ampliori priuilegio imaginẽ propriã hominũ animabus impresserat, quantũ diligẽtis expresserat, in cordibus ipsum amãtium, secũdũ sui muneris largitatem. Sed quid est hoĩs aĩa in tã immensa creatura, ut diuinæ sapientiæ uestigia possit comprehẽdere ad perfectionẽ? Quinimo et sapiẽtiæ lux infusa hoĩbus per peccati tenebras & occupationũ tẽporaliũ caligines fuerat obũbrata, & in tm̃ est quorundam cor insipiẽs obscuratũ, ut Dei gloriam in idola uana cõuerterent, & q̃ nõ cõueniũt facerẽt, in sensum reprobũ incidẽtes. Diuina uerò sapiẽtia, quæ ad sui fruitionẽ hominem fecerat, eũ sui inexpertem esse nõ sinens, totũ se in humanã naturã contulit, eã modo sibi assumẽdo mirabili, ut errantẽ hominẽ, ad se totaliter reuocaret. Huius igiť sapientiæ claritatẽ nube mortalitatis uelatã, primus Apostolorũ princeps fide cõspicere meruit, & eã constanter absq; errore & plenariè confiteri, dicens. Tu es Christus filius Dei uiui. O beata cõfessio, quam non caro & sanguis, sed pater cœlestis reuelat, hęc in terris fundat ecclesiã, aditũ ꝓbet in cœlũ, peccata meret̃ soluere, & cõtra eã portæ nõ prẽualẽt inferorũ. Huius igiť fidei ac confessionis, hæres legitime, sanctissime Pater, pro studio mẽs uestra inuigilat, ut tãtæ sapiẽtiæ lux fideliũ corda ꝑfundat, & hæreticorũ cõfuter insanias, q̃ portę inferorũ meritò designãtur. Sanè si secũdũ Platonis sentẽtiam beata censetur res publica, cuius rectores operã sapiẽtię dare contigerit, illi siquidẽ sapiẽtiæ, quã imbecillitas intellectus humani errorib⁹ plerũq; cõmaculat. Quãtò magis sub uestro regimine beatus cẽteri põt populus Christianus, ubi tanta diligẽtia excellẽtissimæ illi sapientię curã impẽditis, quã Dei sapiẽtia, carnalibus mẽbris induta, & uerbis docuit, & operibus demõstrauit? Et huius siquidem diligẽtię studio, uestræ sanctitati complacuit mihi cõmittere Matthæi Euãgeliũ exponẽdũ; qđ iuxta ꝓpriam facultatem exequutus, sollicitè ex diuersis doctorũ libris ꝑdicti Euangelij expositionẽ cõtinuam compilaui, pauca quidẽ certorũ auctorũ uerbis, ut plurimum ex glossis adiiciens, q̃ ut ab eorum dictis possent discerni, sub glossę titulo ꝑnotaui. Sed & in sanctorũ doctorũ dictis hoc adhibui studium, ut singulorũ auctorũ nomina, necnõ in quib⁹ habeantur libris assumpta testimonia, describantur; hoc excepto, ꝙ libros & expositionẽ supra loca, quæ exponebantur, nõ oportebat specialiter designari. Puta sicubi nomen inueniatur Hie. de lib. mentione nõ facta, datur intelligi, ꝙ hoc dicat super Matthæũ, & in alijs ratio similis obseruetur, nisi in his, quæ de cõmentario Chrysostomi sup. Matthæũ sumũtur, oportuit inscribi in titulo super Mat. ut ꝑ hoc quæ ab alijs sumũtur de ipsius homeliario distinguant̃. In assumẽdis aũt sanctorũ testimonijs plerunq; oportuit aliqua rescindi Ratio iuncti operis.

de medio ad prolixitatē uitandũ, necnon ad manifestiorē sensum, uel secũdũ congruētiā expositionis, literæ ordinē cõmutari. Interdũ ēt sensum posui, uerba dimisi, ꝑcipuè in ho. Chrysostomi, pp hoc qđ est translatio uitiosa. Fuit āt mea intentio in hoc opere, nõ sensum ꝓsequi literalē, uerũ mysticũ ponere, interdũ ēt errores destruere, necnõ cõfirmare catholicā ueritatē. Quod quidē necessariũ fuisse uidetur: quia in Euangelio ꝑcipuè forma fidei catholicæ traditur, & totius uitæ regula Christianæ. Opus igitur præsens prolixũ non uideatur alicui; fieri enim nõ potuit, ut hęc omnia sine diminutione prosequerer, cum tot sanctorum sentētias explicarem, omnimoda breuitate seruata. Suscipiat itaque uestra Sanctitas præsens opus, uestro discutiendum, corrigēdumq; iudicio, uræ sollicitudinis, & obediētiæ meę fructũ, ut dum à uobis emanauit præceptũ, & uobis reseruetur finale iudiciũ, ad locum unde exeunt flumina reuertantur.

Quatuor agit ĩ his commētariis.

PROOEMIVM.

EVangelij pronunciator apertus Esaias Propheta, euangelicæ doctrinæ sublimitatem, nomen, & materiam breuiter comprehendens Euangelicum doctorem ex persona dñi alloquitur, dicens. Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine uocem tuam, qui euangelizas Hierusalem, exalta, noli timere, dic ciuitatibus Iudæ: ecce Deus uester, ecce dñs Deus in fortitudine ueniet, & brachium eius dñabitur: ecce merces eius cum eo. Vt autem ab ipso Euangelij nõie sumamus exordium. Aug. contra Faustum. Euangelij nomen, latinè interpretatur bonus nuncius, uel bona annuntiatio; quod quidem cùm aliquod bonum annunciatur, semper dici põt. Tñ propriè hoc uocabulum obtinuit annuntiatio Saluatoris. Narratores quippe originis, factorum, dictorum, passionum dñi Iesu Christi, propriè dicti sunt Euangelistæ. Chry. in ho. Quid enim his bonis nunciatis fiat æquale. Deus in terra, homo in cælo, amicitia Dei facta ad nostrã naturã, prolixum solutum ꝑlium, diabolus cõfusus, mors soluta, paradisus apertus, & hæc omnia supra dignitatem nostram, & cum facilitate nobis data sunt, non quia laborauimus, sed quia dilecti sumus à Deo. Aug. in lib. de uera reli. Cum enim omnibus modis medeatur animis Deus, pro temporũ opportunitatibus, q̃ mira sapientia eius ordinantur, nullo modo beneficentius consuluit generi humano q̃ cùm unicus filius consubstantialis patri, & coeternus, totum hominem suscipere dignatus est, & uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ita n. demonstrauit q̃ excelsum locum habeat inter creaturas humana natura, in hoc quod hominibus in uero hõie apparuit. Aug. in ser. de na. Demum factus est Deus homo, ut homo fieret Deus. Hoc igitur bonum euangelizandum ꝓnunciat Propheta, dicens, Ecce Deus uester. Beda in epist. ad Flauianũ. Exinanitio autem illa qua se inuisibilis, uisibilem ꝓbuit, & creator ac dñs omnium rerũ unus uoluit esse mortalium, inclinatio fuit miserationis, nõ defectio potestatis. Glo. Ne ergo sic Deus adesse credatur, ut fieret aliqua diminutio potestatis, subiungit propheta. Ecce dñs in fortitudine ueniet. Aug. de doctr. Chri. Non per locorum spacia ueniendo, sed in carne mortali mortalib. apparendo. Beda in ser: dom. de passione. De ineffabili autem Dei potentia factum est, ut dum Deus uerus est in carne passibili, conferatur homini gloria per contumeliam, incorruptio per supplicium, uita per mortem. Aug. de bapt. paruulorum. Fuso enim sanguine sine culpa, oĩum culparum chirographa deleta sunt, quibus homines à diabolo antea tenebantur. Glossa. Quia ergo per uirtutem Christi patientis, homines à peccato liberati serui facti Dei. Sequitur. Et brachium eius dominabitur. Leo Papa in ser. de pass. Affuit autem nobis in Christo singulare ꝑsidium, ut in natura passibili mortis cõditio nõ maneret, quã impassibilis essentia recepisset, & per id quod non poterat mori, posset id quod mortuum fuerat suscitari. Glo. Et sic per Christum nobis immortalis gloriæ aditus aperitur, unde sequitur: Ecce merces eius cum eo, de qua scilicet ipse dicit. Merces uestra copiosa est in cælis. Aug. cõtra Faustũ. Aeternæ enim uitæ ꝓmissio regnumque cælorum ad nouum pertinet testamentũ; tēporalium uerò promissiones testamento ueteri continentur. Glo. Sic ergo quatuor nobis de Christo euãgelica doctrina tradit: diuinitatē assumentem, humanitatem assumptã, mortem ꝑ quam à seruitute eripimur, resurrectionem per quã nobis aditus gloriosæ uitæ aperitũ, &

Li. 2. c. 2. c. 40.

Hom. 1

cap. 16.

Epist. 10.

Lib. 1. cap. 11.

Lib. 2. cap. 30.

ser. 18.

Quin & æterna lege signanter Moysi, Abrahæ

Lib. 4. cap. 2.

Hom.4. *et pp hoc in Ezechiele sub figura quatuor aĩalium demonstrantur. Greg. sup. Ezech. Ipse.n. vnigenitus Dei filius ueraciter factus est homo: ipse in sacrificio nr̃æ redemptionis dignatus est mori, vt uitulus: ipse p virtutem suæ fortitudinis surrexit ut leo; ipse ẽt ascendens ad cælos eleuatus, ut aquila. Glo. In qua ascensione manifestè ostendit suã diuinitatem. Matth. ergo in hoĩe intelligitur: qa circa humanitatem Christi principaliter immoratur. Marc. in leone: qa agit de resurrectione. Luc. in vitulo; quia agit de sacerdotio. Ioan. in aquila, scribens scr̃a diuinitatis.*

Typus quatuor euãgelistarũ notatur.

Ambr. sup. Luc. Et bene accidit, vt qm̃ Euangelij huius librum secundum Matth. dicimus esse moralem; opinio huius p̃termitteretur: mores.n. pprie dñr humani. Figura autem leonis ascribit̃ Marco: qa à potentiæ cœpit expressione diuinæ, cum dixit. Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei. Ioanni autem figura aquilæ: eo q̧ diuina miracula resurrectionis expressit. Gre. sup. Eze. Hæc autem ipsa uniuscuiusq; libri euangelica exordia testantur: nam qa ab humana generatione cœpit, iure p hoĩem Matthæus; qa p clamorẽ in deserto, rectè per leonem Marcus; quia à sacrificio exorsus est, bene per vitulum Lucas; qa verò à diuinitate verbi cœpit, dignè per aquilã signatur Ioannes. Aug. de cons. euan. Vel Matthæus qui regiam Christi personam maximè commendauit p leonem significatur.

li.1. c.6.

Lucas autem p uitulum pp victimam sacerdotis. Marcus autẽ q neq; stirpem regiam, neq; sacerdotalem narrare uoluit: & tñ in humanis versatus ostenditur, hoĩs figura signatur. Hæc autem tria aĩalia leo, homo, vitulus, in terra gradiuntur. Vnde isti tres Euangelistæ in istis maximè occupati sunt, q̃ Christus in carne operatus est. At uerò Ioannes velut aquila uolat, & lucẽ incommutabilis veritatis acutissimis cordis oculis intuetur; ex quo datur intelligi tres Euangelistas circa actiuam uitam fuisse versatos, Ioannem verò circa contemplatiuã. Remig. Doctores autem Græcorum p hoĩem intelligunt Matthæum, qd genealogiam dñi secundum carnem descripsit; p leonẽ verò Ioannem, qa sicut leo suo rugitu cunctis bestijs timorem incutit, sic & Ioannes cunctis hæreticis timorem incussit. Per vitulum intellexerunt Lucam: qa vitulus sacerdotalis est hostia, & ipse semper circa templum & sacerdotiũ versatus est, & p aquilam Marcum intellexerunt; quia aquila in scripturis diuinis solet significare Spiritum S. q locutus fuit per ora prophetarũ, & ipse à prophetico testimonio exorsus est. Hier. Circa numerum verò Euãgelistarum,

Euãgelistarũ numerus discutit.

sciendum est plures fuisse, q Euãgelia scripserunt, sicut & Lucas Euãgelista testatur, dicẽs. Qm̃ qdem multi conati sunt ordinare, &c. Et sicut pseuerantia vsq; ad p̃sens tp̃s monimenta dederant, q̃ à diuersis auctoribus edita, diuersarum hæresium fuere principia; vt est illud, iuxta Aegyptios & Thomã & Matthiam, & Bartholomæum. 12. quoq; Apostolorum, & Basilidis, atq; Apelis, & reliquorũ quos enumerare longissimum est; Ecclesia autẽ, q̃ supra petram dñi voce fundata est, quatuor flumina paradisi instar eructuans, quatuor annulos & angulos hẽt, p quos quasi arca testamenti & custos legis dñi, lignis mobilibus vehitur. Aug. de q. euan. Vel qm̃ quatuor sunt partes orbis terræ, p cuius vniuersitatem Christi ecclesia dilatatur.

li.1. c.2.

Alius autem fuit eis ordo cognoscendi atq; p̃dicandi, alius autem scribendi. Ad cognoscendum quippe atq; p̃dicandum primi fuerunt, q secuti sunt dñm in carne p̃sentem, docentem audierunt, facientemq; viderunt, atque ex eius ore ad euãgelizãdum sunt missi. Sed in scribendo euangelio, qđ diuinitus ordinatum esse credendum est, ex numero eorum, quos ante passionem dñs elegit, primum vltimumq; locum duo tenuerunt, primum Matthæus, vltimum Ioãnes, ut reliqui q ex illo numero nõ erãt, sed tñ Christum in illis loquentem secuti erant, tanq̃ filij amplectendi, ac p hoc in loco medio constituti, utroque ab eis latere munirentur. Remig. Matthæus qdem scripsit in Iudæa sub tempore Caij Calligulæ Imperatoris, Marcus in Italia, Romæ sub tempore Neronis vel Claudij secundum Rabanũ. Lucas verò in Achaiæ Beotiæq; partib. rogatus à Theophilo: et Ioãnes Ephesi in Asia minori sub tempore Neruæ principis. Bed. Sed tñ cum sint quatuor Euangelistæ, non tam quatuor Euangelia quã vnum quatuor librorum veritati cõsonum ediderunt. Sicut.n. duo uersus eandem prorsus hñtes materiam, pro diuersitate metri & uerborum duo sunt, & tñ nõ nisi vnã cõtinent sñiam; sic euangelistarum libri cum sint quatuor, unũ continent Euangelium: quia vnam doctrinam faciunt de fide catholica. Chry. in ho. Sufficiebat autem vt vnus Euãgelista omnia diceret, sed cùm quatuor ab uno ore omnia loquantur, non secundum eadẽ tempora, neque in eisdem locis cõuenientes, & adinuicem colloquentes, maxima fit demonstratio ueritatis. Et hoc ipsum

quod in aliquibus modicis dissonare vñr: maximum signum veritatis est. Si.n. per oïa consonarent: crederent inimici quod ex placito quodam humano conuenientes scripserint q̃ scripserunt.

Veritas Euangelij ostenditur. In principalibus quidem q̃ pertinent ad informationẽ vitæ et prædicationem fidei nequaquã dissonant, nec in paruo. Si aũt in miraculis, hic quidem hęc, ille verò illa dixit, hoc te non cõturbet; si.n. vnus omnia dixisset, superfluus esset numerus reliquorum; si omnes diuersa, nequaq̃ consonantiæ demonstratio appareret. Si autẽ aliquid de temporibus vel modis differenter annũciant, hoc nihil impedit eorum, q̃ dicta sunt, veritatem, vt infrà ostendetur. Aug. de con. euan.

li. 1. c. 2. Quamuis autẽ singuli eorum suum quinq; narrandi ordinem tenuisse videantur, non tñ vnusquisq; eorum velut alterius p̃cedentis ignarus voluisse scribere reperitur, vel ignorata p̃termisisse q̃ scripsisse alius inuenitur; sed sicut vnicuique inspiratum est, non superfluam comparationem sui laboris adiunxit. Glo. Sublimitas autẽ

li. 1. c. 1. in princ. euangelicæ doctrinæ consistit quidem primo in eius excellentissima auctoritate. Augus. de con. euan. Inter omnes.n. diuinas auctoritates, quæ sanctis literis continentur, Euangelium meritò excellit: cuius primi p̃dicatores Apostoli fuerunt, q dñm Iesum Saluatorem nostrum Christum etiam in carne p̃sentem viderunt, quorum quidam hoc est Matthæus & Ioan. etiã scripta de illo q̃ scribenda visa sunt, libris singulis ediderunt. Ac ne putaretũ, quod attinet ad percipiẽdum ac prædicandum Euangelium interesse aliquid: vtrum illi annuncient q eũdem dominum hic in carne apparentẽ secuti sunt; an alij qui ex illis comperat fideliter; crediderunt; diuina prouidentia p curatum est per Spiritum sanctũ, vt quibusdam etiã ex illis qui primos Apostolos sequebanẽ, non solum annunciandi, verumetiam scribendi. Euangeliũ tribuerẽt auctoritas. Glo. Et sic patet q. sublimitas euangelicæ auctoritatis à Christo dependet; et hoc designaũ in verbis p̃phetæ p̃missis cùm dicitur. Super montem excelsum ascende tu. Mons.n. excelsus, Christus est, de quo idē Esaias dicit. Erit in nouissimis diebus p̃paratus mõs domus domini in uertice montium, idest super oẽs sanctos, qui à monte Christo montes dicunẽ; quia de plenitudine eius omnes accepimus. Rectè autem ad Matthæum dici

Attẽde quæstionem. li. 1. c. 7. tur. Supra montem excelsum ascẽde tu; q sicut p̃dictum est, ipse in p̃pria persona facta Christi vidit, et eius doctrina audiuit. Aug. de cõ. euã.

Illud autem discutiendum est, qđ solet nonnullos mouere, cur ipse dominus nihil scripserit, vt alijs de ipso scribentibus necesse sit credere. Sed nequaquam dicendum est, q. ipse non scripserit, quandoquidem membra eius id operata sunt, qđ dictãte capite cognouerunt. Quicquid enim de suis factis et dictis nos legere voluit, hoc scribẽdum illis, tanquã suis manibus, imperauit. Gl. Secundo etiã habet euãgelica doctrina sublimitatem virtutis. Vnde Apostolus dicit, q. Euangelium uirtus Dei est in salutẽ omni credẽti. Et hoc ostendit p̃pheta in præmissis uerbis, cum dicit. Exalta in fortitudine uocẽ tuã. In quo etiam & modum euãgelicæ doctrinę designat in exaltatione uocis, per quam doctrinæ claritas daĩ intelligiẽ. Aug. ad Volusianũ. Modus.n. ipse quo sancta scriptura contexiẽ, est omnibus accessibilis, paucissimis penetrabilis eaq; apertè cõtinet, quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquiẽ indoctorum atq; doctorum. Ea verò, quæ in mysterijs occultat, ne ipse eloquio supbo erigit, quo non audeat accedere mens tardiscula et inerudita, quasi pauper ad diuitẽ, sed inuitat omnes humili sermone, quos non solum manifesta pascat, sed ẽt secreta exerceat ueritate, hoc iã in promptis q̃ in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirenẽ, eadem rursus operta desiderãtur, desiderata quodãmodo renouanẽ, renouata suauiter intimanẽ. His salubriter & praua corrigun tur, & parua, nutriunẽ, & magna oblectantur ingenia. Glo. Sed q uox exaltata longius audiẽ: potuit in exaltatione uocis euangelicæ doctrinæ publicatio designari, quia non ad vnam tãtum gentem, sed ad vniuersas nationes prædicanda mandaẽ. Prædicate, inquit dominus, Euangelium oĩ creaturæ. Greg. Potest enim omnis creaturæ nomine, natio gentiũ designari. Gl. Tertio ãt habet euangelica doctrina altitudinem libertatis. Aug. In veteri enim testamento

Epist. 3. prope fi.

propter temporaliũ bonorum p̃missionem, malorumque comminationem, seruos parit tẽporales Hierusalem. In nouo ãt, vbi fides in petra charitatem, qua lex possit impleri, non magis timore pœnæ quã dilectione iustitiæ liberos parit Hierusalẽ æterna. Glo. Vñ & hanc sublimitatẽ doctrinæ euangelicæ p̃pheta designat, dicẽs. Exalta, noli timere. Restat ãt uidere quibus et qua de causa hoc Euangelium sit scriptum. Hiero. Matthæus.n. Euangelium in Iudæa hebræo sermone edidit, ob eorum maximè causam, q in Hierusalẽ crediderãt ex Iudæis, cùm enim primò prædicasset

lib. 1. cap. 17.

Rõ euãgelica Matthæi.

ꝓdicasset euangelium in Iudæa, volens transire ad gentes, primus euangelium scripsit hebraicè qđ fratribus à quibus ibat, in memoria dereliquit. Sicut.n. necesse fuit ad confirmationem fidei euangelium prædicari; sic & contra hæreticos scribi. Chry. Corpus autem suæ narrationis ordinauit Matthæus, primum ergo natiuitatē, deinde baptismum, tertiò tentationem, quartò doctrinam, quintò miracula, sextò passionem, septimò resurrectionem & ascensionem ipsius, nō solum historiam de Christo exponere uolens per hoc, uerumetiā euangelicæ vitæ statum docere; qm̄ nihil est quod ex parentibus nascimur, nisi iterum per aquam & Spiritum renati fuerimus ex Deo. Post baptismum autem necesse est contra diabolum stare, post hoc, quasi omni superata tentatione factus idoneus ad docendum; siquidem sacerdos est, doceat, & doctrinam suam bonæ uitæ quasi miraculis factis, commendet; si laicus est, operibus doceat fidem. Deinde necesse est exire nos de hoc stadio mundi, & tunc restat, ut tentationum victoriam resurrectionis merces sequatur & gloria. Glo. Patet igitur ex præmissis euangelicæ doctrinæ materia, scriptorum euangelij numerus, figuræ differentia, & ordo, euangelicæ doctrinæ sublimitas, & quibus hoc euangelium sit conscriptum, processus ipsius & ordo.

CAPVT PRIMVM.

LIBER generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Quia faciē hoīs Matthę⁹ significat, quasi de hoīe exorsus est scribere, dicēs. Liber generationis. Rab. Quo exordio satis ostendit generationē Christi sc̄dm carnem suscepisse narrādā. Chry. Iudæis n. Euangelium scripsit, quibus superfluum erat exponere diuinitatis naturā, quā cognoscebāt; necessariū autē fuit eis mysterium incarnātionis ostendere. Ioannes aūt cùm gentibus euangelium scripsit, quæ non cognoscebāt, si Deus filium hēt, ideo necessarium fuit primum illis ostendere, q̄a est filius Dei Deus, deinde quia carnem suscepit. Raban. Cùm autē paruam libri particulā teneat generatio, dixit: Liber generationis. Cōsuetudo .n. Hebræorū est, vt voluminibus ex eorū principijs imponant noīa; ut est Genesis. Glo. Planior aūt sensus esset, hic est liber generationis, sed hic est mos in multis, vt visio Esaiæ, subaudis hæc est. Generationis aūt singulariter dr̄, quāuis multæ p ordinē replicetur, quia pp Christi generationē cæteræ hic inducūtur. Greg. in ho. Vel ideo librū hunc generationis noīat, quia hæc est totius dispensationis summa, & radix bonorū oīum, Deum hominem factū esse: hoc.n. facto alia secundum rationem sequebantur. Remig. Dicit aūt; Liber generationis Iesu Christi, quia nouerat scriptū esse: Liber generationis Adæ, & ideo sic exorsus est, ut opponeret librū libro, Adā nouum Adæ veteri, quia oīa per istum sunt restaurata, q̄ p illum sunt corrupta. Hier. In Esaia aūt legimus; generationem eius quis enarrabit? nō ergo putemus Euangelistā Prophetæ esse cōtrarium, vt quod ille impossibile dixit esse affatu, hic narrare incipiat, quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione dictum est. Chry. in ho. Nec tn̄ parua æstimes te audire, hāc audiēs generationē, est.n. ualde ineffabile, q̄ Deus ex muliere nasci dignatus est, & hr̄e progenitores Dauid & Abraham. Remig. Si aūt aliquis dixerit, qua propheta de natiuitate humanitatis dixit, nō est respondendū. Nullus generationē dn̄i narrauit, sed perrarus, quia Matthæus & Lucas. Rab. In hoc aūt qđ dicit, Iesu Christi, regalē & sacerdotalē in eo exprimit dignitatē, nā Iesus qui noīs huius prælagiū ꝑtulit, primus post Moysen in populo Israel ducatū tenuit. Aaron verò, mystico cōsecratus vnguento, primus in lege sacerdos fuit. Aug. de q. no. & vet. testa. Quod aūt per olei unctionem ꝑstabat Deus illis, qui in reges vel sacerdotes vngebantur, hoc ꝑstitit Spiritus sanctus homini Christo adita expiatione. Spiritus.n. sanctus purificauit qđ de Maria virgine in corpus saluatoris profecit, & hæc est unctio corporis saluatoris, quare Christus est appellatus. Chry. sup. Mat. Quia verò impia prudentia Iudæorum negabat Iesum de Dauid semine esse natū, subdit, Filij Dauid, filij Abrahā. Quare aūt non sufficiebat dicere illū filiū Abrahæ solius, aut Dauid solius? Quia ad ambos de Chr̄o nasci tuto ex

Margin notes: Super Matth. — Consuetudo vilis est hebræis. — cap. 53. — Hom. 2. — Quæst. — Iesus quare Christ⁹ dicatur

ex eis promissio fuerat facta, Ad Abrahã quidem, sic. Et in semine tuo benedicētur oēs gentes terræ. Ad Dauid āt ita. De fructu vētris tui ponã super sedē tuã. Ideo er go vtriusq; filiũ dixit, vt vtriusq; promissiones in Christo adimpletas ostenderet: deinde q̃a Christus tres dignitates fuerat habiturus, Rex, Propheta, Sacerdos. Abrahã propheta fuit & sacerdos, sacerdos, sicut Deus ad illũ dixit in Gen. Accipe mihi vaccam rufam, sicut ait dñs ad Abimelech de illo. Propheta est, & orabit pro te. Dauid rex fuit & propheta, sacerdos autē non fuit. Ideo ergo amborũ filius nominatus est, vt vtriusq; patris triplex dignitas originali iure cognosceretur in Christo. Ambr. super Luc. Ideo ēt duos generis au ctores elegit, vnũ qui de cognatione populorum promissum accepit, alterũ q de generatione Christi oraculũ cõsecutus est. Et ideo licet sit ordine successionis posterior, prior tñ describit, q̃a plus est ꝓmissum accepisse de Christo, q̃ de ecclesia, q̃ est per Christũ: potior est.n. qui saluat, eo quod saluat. Hier. Ordo etiam præposterus, sed necessario cõmutatus, si.n. primũ posuisset Abraham, & postea Dauid, rursus ei repetendũ fuisset Abraham, vt generationis series texeretur Chry. sup. Mat. Altera autē ratio est, quia regni dignitas maior est q̃ naturæ. Nam & si Abrahã ꝓcedebat in tempore, Dauid præcedebat in dignitate. Glo. Quia verò ex hoc titulo, apparet totum hunc librum conscribi de Iesu Christo, necessariũ est præcognoscere quid sit sentiendũ de ipso, sic.n. melius exponi potuerũt quæ in hoc libro de eo dicuntur. Aug. de quæst. euan. Error autem hæreticorum de Christo tribus generibus terminatur, aut de diuinitate, aut de humanitate, aut de vtroque falluntur. Aug. de hær. Cherintus ergo & Ebion Iesum Christum hoīem tantum fuisse dixerũt, hos secutus Paulus Samosatenus Christum nõ semper fuisse, sed eius initium ex quo de Maria natus est asseuerat, nec.n. aliquid amplius q̃ hominem putat, & hæc hæresis postea à Photino confirmata est. Aug. contra hær. Ioãnes autem Apostolus istius insaniam longe antè, Spiritu sancto conspiciēs, eum alto imperitiæ sopore demersum suæ uocis ꝓconio excitat, dicens. In principio erat uerbũ. Ei ergo qđ in principio erat apud Deũ, non relinquit in nouissimo tpe, ut originis suæ ab hoīe principiũ sumpserit. Itē inquit. Pater glorifica me illa gloria quã habui apud te priusquã mundus fieret, audiat Photinus eã gloriã ante principiũ possidere. Aug. de hær. Nestorij āt peruersitas fuit, vt hominē tantũ modo ex beata Maria virgine gentiũ ꝓdicaret, quē verbũ Dei non vnitatē personæ & in societatem separabilem recepisset, quod catholicorum aures nequaquã ferre potuerunt. Cyrilus Alexandrinus. Ait enim apost. de vnigenito, q̃ cũ in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualē Deo. Quis est ergo ille qui est in forma Dei? aut quomodo exinanitus est, & descēdit ad humilitatē secundũ hominis formam? Et quidem si prædicti hæretici in duos diuidentes Christum, idest in hominem & verbum, & hominē dicũt sustinuisse exinanitionem, separantes ab eo Dei uerbum, præostēdendum est, quia in forma & in æqualitate intelligitur, & fuit patris sui, ut exinanitionis sustineret modum. Sed nihil creaturarum est, si secundum propriam intelligatur naturã in patris æqualitate, quomodo ergo exinanitus dicitur, & ex qua eminētia, ut esset homo descendit? aut quomodo intelligitur assumpsisse, tanquam nõ habens in principio serui formam? Sed aiũt q̃ uerbum patri æquale existens, habitauit in homine nato per mulierem. Et hæc est exinanitio. Certè audio filium dicentem Sanctis apostolis. Si quis diligit me, uerbum meum custodiet. Audis quomodo in eis qui se diligunt, se & sibi cohabitare dixit Deũ patrem Putas ergo ipsum exinanitum & euacuatum, dabimus & serui formam accepisse, quia in diligentium se animabus sanctis facit mansionem. Quid autem spiritus habitans in nobis putatis, & ipse humanationis dispensationem adimplet. Abbas Isidorus ad archipres. Verum ne uniuersa annumeremus, unum ad quod uniuersa intendunt dicemus, quia illum qui Deus erat, humilia loqui & dispensatiuum simul & utile est, & nihil inuiolabili naturæ præiudicat. Eum uerò qui homo

Gen. 15.

Lib. 3. in expo. capit. 3

Lib. 1. capit. 45

Triplex hæresis circa Christũ

Capi. 8. 10. 44. 45

Cap. 89

Ep. 1. circa med.

Epis. 42

homo est, diuina et supernaturalia quędã loqui summæ præsumptionis est malum. Nam regi quidem licet etiam & humiliter agere, militi verò non licet imperiales voces emittere. Si igitur Deus erat humanatus, etiam humilia locum habēt. Si verò homo tantum erat, excelsa nō hēnt locū. Aug. de hær. Sabeliū discipulū Noeti quidā perhibent, qui dicebat Christum eundem & patrem & spiritū sanctū. Aug. cōtra hær. Huius āt insanissimi furoris audaciam cœlestium testimoniorū auctoritate frenabo ad demonstrandam propriæ substantiæ filij personam, non illam quæ homini suscepto congruere cauillatur assumens, sed illa in medium proferens testimonia, quæ sine vllo ancipitis intelligētiæ scrupulo diuinitati eius cōpetere omnes pariter confitentur. In Genesi.n. Deū dixisse legim⁹. Faciamus hoiem ad imaginem & similitudinē nostram. Ecce pluraliter dicit; Faciamus, aliū videlicet, indicans ad quem loquentis factus est sermo. Si unus est, ad imaginem suā fecisse diceret. nunc autem alius & alterius imaginē apertius fecisse describit. Glo. Alij vero uerā Christi humanitatē negauerunt. Valentinus.n. dixit Christū à patre missum spirituale vel cœleste corpus attulisse nihilq; assumpsisse de Maria uirgine, sed p illā tanquā per riuū, aut fistulā sine assumpta carne transisse. Nos āt non ideo credimus natū ex Maria uirgine, ꝙ aliter in vera carne existere atq; hominibus apparere nō posset: sed q̄a sic scriptum est in ea scriptura, cui nisi crediderimus nec chr̄iani, nec salui esse poterimus. Si āt de cœlesti uel aerea uel humida creatura corpus assumptū uellet cōmutare in humanæ carnis uerissimā qualitatē, hoc eū potuisse facere quis negaret? Augu. de hær. Manichæi verò dixerūt, phātasma esse dn̄m Iesum Christū, nec fœmineo posse nasci ex utero. Aug. 83. q. Sed si phātasma fuit corpus Christi: fefellit Christus & si fallit, ueritas nō est. Est āt ueritas Christus nō ergo phātasma fuit corpus eius. Gl. Et q̄a principiū huius Euāgelij, & ēt Euāgelij secundū Lucā, manifestè ostēdit Christum natū ex fœmina, ex quod apparet uera Christi humanitas, ergo utriusque Euāgelij principia negant. Aug. contra Faustum. Vnde Faustus dicit. Euangeliū quidem a p̄dicatione Christi & esse cœpit & nominari, in quo ipse nusquā se natum ex hoibus dicit. At verò genealogia à Deo nō est euāgeliū, ut nec eius scriptor ausus fuerit eū Euāgeliū noiare. Quid n. scribit? Liber generationis Iesu Christi filij Dauid; nō ergo liber Euangelij Iesu Christi, sed liber generationis. At verò Marcus q̄a generationē scribere nō curauit, sed tm̄ p̄dicationē filij Dei, q̄d est euangelium, vide q̄ cōpetenter sit exorsus. Euangelium inquit Iesu Christi filij Dei, vt hic satis appareat genealogiā nō esse euangelium; cumque & in ipso Matthæo post inclusum Ioannem in carcere, tunc legitur Iesum cępisse p̄dicare euāgeliū regni. Ergo quicquid ante hoc narratur, genealogiam esse constat, non Euangelium. Ad Ioannem ergo & Marcum me contuli, quorū mihi principia non immeritò placuerunt, quia nec Dauid nec Mariam inducūt, nec Ioseph, cōtra quem Aug. Quid ergo respondebit Apostoli dicenti, Memor esto Iesum Christū resurrexisse à mortuis ex semine Dauid scd̄m Euangeliū meū. Quod āt erat Apostoli Pauli Euangelium, hoc ēt cæterorū Apostolorum & oium fidelium: hoc .n. alibi dicit: siue ego, siue illi Euangeliū p̄dicauerunt. Aug. de hær. Arriani autē Patrē & Filium & Spiritum sanctū nolūt esse vnius eiusdemq; substantiæ, naturæ, aut existētiæ, sed esse filium creaturā patris, spiritum uerò sanctum, creaturā creaturæ, hoc est ab ipso filio creatum uolūt. Christum etiam sine anima carnem suscepisse arbitrantur. Augus. primo de tri. Sed Ioannes in eo declarat filium non tantum Deum esse, sed etiam eiusdem cum patre substantiæ, quia cū dixisset. Et Deus erat uerbum, addidit. Omnia per ipsum facta sunt: unde apparet ipsum factum non esse per quem facta sunt omnia; et si factus nō est, creatus non est, & sic eiusdem cum patre substantiæ est: omnis n. substātia quæ Deus non est, creatura est. Aug. contra Feli. Nescio.n. quid nobis mediatoris persona contulerit, qui medius nostrum, non redimens carnem, quę sine aīa, nec beneficium possit sentire, suscepit Si enim uerus Chri-

cap. 41.
Testimonia scripturæ cōtra errores de Christo.
cap. 46.
Quæst. 13
li. 2. c. 1.
Fausti argumēti insania.
li. 2. c. 2.
cap. 49.
cap. 6.
cap. 13.

Christus saluũ facere quod perierat. quia totus homo qui perijt totus beneficio saluatoris indiget, & ideo Christus veniendo totũ saluat, corp⁹ & animã assumẽdo. Aug. in 83. q. Quõ ẽt ipsi respondent tam manifestis obiectionib ex Euãgelica scriptura, in qua contra eos dñs tã multa commemorat? vt est illud, Tristis est anima m a vsq; ad mortẽ; & potestatẽ habeo ponendi animã meã & multa huiusmodi, q si dicãt in parabolis eũ locutũ esse, habemus Euangelistarũ rationes, qui res gestas narrãtes, sicut eũ corpus habuisse testãtur, sic eũ indicant habere animũ passectione, quę non possunt esse, nisi in anima; eis. n. narrantibus legimus: Et miratus est Iesus & iratus, & multa huiusmodi. Aug. de hęre. Apollinaristæ autẽ sicut Arriani Christum dixerunt carnem solã sine anima suscepisse. In qua quęstione testimonijs euãgelicis uicti, mentem, qua rationalis est anima hominis, defuisse animæ Christi, Sed pro hac, ipsum verbũ in ea fuisse dixerunt. Aug. in li. 83. q. Sed si ita est, beluam quandã cum figura humani corporis Dei uerbũ suscepisse crederetur. Aug. de hær. De ipsa verò eius carne sic à recta fide dissensisse perhibẽtur, ut dicerẽt carnẽ illam & verbum vnius eiusdemque substantiæ esse contentiosissimè asseuerantes uerbũ carnem factũ, hoc est, verbi aliquid in carnem fuisse mutatu, atq; conuersum, non autem carnẽ de Mariæ carne suscepisse, cõuersum atq; mutatum, nõ autẽ in carnem de Maria susceptam. Ciril. in epi. ad Ioãnem Antio. Furere autẽ arbitrabamur eos qui suspicati sunt, ꝙ mutationis obũbratio circa diuinã uerbi naturam potest contingere; manet enim quod est semper, & non mutatur; nec conuersionis est capax. Leo ad Constatinopolim Non autem nõ ita dicimus Christum hominem, ut aliquid ei desit quod ad humanam certum est pertinere naturam, siue animam, siue mentem rationabilem, siue carnem quæ non de fœmina sumpta sit, sed facta de uerbo in carnẽ conuerso atq; mutato. Quæ tria falsa Apollinaristarum hæresis, tres varias protulit partes. Leo ad Palesti. Eutices quoq; tertiũ Apollinaris dogma delegit, ut negata humanæ carnis atque animæ ueritate totum dñm nostrũ Iesum Christũ unius assereret esse naturæ: tanquã verbi diuinitas ipsa se in carnem animamq; uerteret, & cõcipi, nasci, aut nutriri, & c. huiusmodi, eius tm̃ essentiæ fuerit. s. diuinæ: q̃ nihil horum in se sine carnis recepit veritate qm̃ natura unigeniti, natura est Patris, natura est Spiritus sancti; simulq; impassibilis & sempiterna. Verũ si ab Apollinaris peruersitate hæreticus iste discesserit, ne cõuinceretur deitatem passibilẽ sentire atq; mortalem, & tñ uerbi incarnati. i. verbi, & carnis vnam audet pronunciare naturam, nõ dubiè in Manichæi & Martionis transit insaniã; & dñm Iesum Christum simulatoriè omnia credit egisse, nec humanũ ipsum corpus, sed phantastica corporis speciẽ oculis apparuisse cernẽtiũ. Idẽ ad Iulianũ. In eo uerò quòd Eutices in episcopali iudicio ausus est dicere ante incarnationẽ duas fuisse in Christo naturas, post incarnationem aũt unã, necessariũ fuit, ut ad reddẽdam rationem professionis suæ sollicitis interrogationibus urgeretur. Arbitror. n. eum talia loquentem hoc habere persuasum; quod anima quã saluator assumpsit, prius in cœlis sit cõmorata, quam de Maria uirgine nasceretur. Sed hoc catholicę mentes auresq; non tolerant, quia nil secũdo minus de cœlo ueniens nostrę conditionis exhibuit. Nec animam eius, quæ anterior extitisset, nec carnem quę nõ materni corporis esset, accepit. Vnde qđ in origene meritò damnatũ est; qui animarum antequam corporibus insererentur nõ solum miras, sed & diuersas fuisse asseruit actiones, necesse est, ꝙ in isto plectaĩ. Remi. Has igitur hæreses in principio euangelij sui Euangelistæ destruunt, nam Mat. cùm narrat eum duxisse originem per reges Iudæorum; uerum hominem eũ ostẽdit, & uerã carnem habuisse. Similiter & Lucas qui sacerdotalem stirpẽ & personã describit. Marcus autem cum ait. Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei; & Ioannes cum ait. In principio erat uerbum, manifestant eum ante omnia secula semper fuisse Deum, apud Deum patrem.

Abraham genuit Isaac, Isaac autẽ genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.

Aug.

Cap. 55 Apollinaristæ confutãtur.

Quæst. 80. cap. 55

Epis. 28

Epis. 22.

Epist. 81

Epist. 11 Notãda snĩa.

lib.2. cap.4. Aug.de con euan.Mat. Euangelista osten dit generationē Christi secundū carnē se suscepisse narrandam,quia genealogiam Christi exorsus est.Lucas āt tanquā sacer dotē in expiandis peccatis magis assignās nō ab initio Euangelij sui,sed à baptismo Christi generationes enarrat, vbi testimoniū Ioannes phibuit,dicens.Ecce qui tollit peccata mūdi.In generationib.ēt Matthæi significat̄ nostrorū susceptio peccatorū dño Christo.In generationib.āt Lucę significatur abolitio nostrorum peccatorū ab ipso,ideo generationes Christi Mat.descendens enarrat.Lucas āt ascendens. Humanā āt Christi generationē Mat. descendendo describēs ab Abrahā generationes cōmemorat. Amb. sup. Luc. Prior.n. Abrahā meruit fidei testimoniū, quia credidit Deo, & reputatū est ei ad iustitiā: ideo ēt auctor generis debuit significari,quia instaurandæ ecclesiæ sponsionē primus emeruit,cum dicitur: Benedicentur in te omnes tribus terræ. Et iterum Dauid delatū est quod Iesus filius eius diceretur, vnde huic prærogatiua seruatur, vt ab eo generationis dñicæ manaret exordium.Chry. Euangelista igitur Matthæus generationē dominicæ carnis per seriem parentum volens commendare memorię, ordiens à patre Abraham dicit.Abrahā genuit Isaac. Cur non dixit Ismael,quem primitus genuit? Sequitur.Isaac autem genuit Iacob. Cur nō dixit Esau, qui eius primogenit⁹ fuit?Quia.s.per illos ad Dauid peruenire non posset. Glo. Omnes tamen fratres Iudæ cum ipso ī generatione computat, qđ etiam ideo factū est, quia Ismael & Esau non remanserunt in cultu vnius Dei, fratres verò Iudę in populo sunt computati. Chry.Vel propterea 12. patriarcharū meminit,vt eam quæ ex progenitorum nobilitate est,elationem auferret.Etenim multi horum ex ancillis nati fuerunt, sed omnes similiter erant patriarchæ, & tribuū principes.Glo.Ideo autem Iudā nominatim posuit,quia de illo tantum dominus descendit.In singulis autem patribus non solū debet notari historia, sed allegoria, & moralitas. Allegoria quidem ī quo vnusquisque patrum Christum pręfiguret. moralitas in hoc notatus, ꝙ ex singulis patribus in nobis aliqua virtus per significationem nominis vel exemplum, ædificetur. Abraham ergo in multis locis figurā Christi portat, & propterea in nomine. Abraham.n.pater multarum gentium interpretatur, & Christus est pater multorū fidelium Abraham etiam de cognatione sua exijt, & in terra aliena demoratus est, & Christus derelicto Iudaico populo ad gētes per prędicatores suos exiuit.Chry. super Mat.Isaac autē interpretatur risus: risus autem sanctorum est non stricta cachinatio labiorū, sed rationabile gaudiū cordis,quod fuit mysteriū Christi. Sicut .n.ille parentibus in vltima senectute donatus est letitia suis,ut cognoscatur, quia non erat filius naturæ, sed gratiæ, sic & Christus in nouissimo fine productus est à matre Iudęa,qui gaudium cūctis,sed iste per virginem,ille de anu, ambo cōtra spē naturæ.Remig. Iacob supplantator interpretatur, & de Christo dicitur. Supplantasti insurgentes in me subtus me.Iacob genuit Iudam & fratres eius.Chryso.super Mat.Et noster Iacob genuit 12.Apo.ī spiritu non in carne:verbo, non in sanguine Iudas autem interpretatur confessor,quoniam Christi erat imago,qui confessor patris erat fructus,dicens. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Glo. Moraliter autem Abraham nobis virtutem fidei per exempla Christi significat,cum de eo legatur. Abrahā credidit Deo, & reputatū est ei ad iustitiam.Isaac significat spē, qa interpretatur risus;fuit.n.gaudium parentum,spes verò similiter est gaudium nostrum,dū æterna bona sperare facit,& de eis gaudere Abraham ergo genuit Isaac, quia fides generat spem.Iacob autē significat charitatem. Charitas.n.amplectitur duas uitas,actiuam per dilectionem proximi, contemplatiuam per dilectionem Dei. Actiua per Liam,contemplatiua per Rachel significatur, Lia enim laborans interpretatur,quia actiua in labore est. Rachel uisum principium,quia per contemplatiuam principium,idest Deus videtur. Nascit ergo Iacob de duobus parentibus, qa charitas nascitur de fide & spe, quòd enim cedimus & speramus,diligimus.

Margin notes: Abrahā fidei pater. — Amb. Cap. 3. — Hom.3. — Duplex sensus notādus — Hom.3. — Psal.17 — Tropologica expositio.

Iudas autem genuit Phares et Zarā de Thamar

mar. Phares autē genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Arā autē genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Nahasson. Nahasson autē genuit Salmon. Salmon āt genuit Booz de Raab. Booz autē genuit Obeth ex Ruth. Obeth āt genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem.

Glo. Pretermissis alijs filijs Iacob, Euāgelista Iudæ prosequitur generationē, dicens. Iudas autem ge. Pha. &c. Aug. de ci. Dei. Nec Iudas primogenitus; nec istorū geminorum aliquis fuit primogenitus Iudæ: sed ante illos iam tres genuerat. Eos itaq; tenuit in ordine generationem, per quos ad Dauid atq; inde quo intenderet, perueniret. Hie. Notādū āt in genealogia Saluatoris nullā sanctarū assumi mulierū, sed eas quas scriptura reprehēdit, vt q pp peccatores venerat, de peccatorib. nascens, oīum peccata deleret, vnde & in sequentib. Ruth. moabitis ponitur. Amb. sup. Luc. Lucas āt hic declarauit, vt immaculatā sacerdotalis generis seriē declararet, sed sancti Matthæi cōsiliū à rationis iustitia nō abhorret; nā cū euangelizaret secundū carnē generatū esse, qui oīum peccata susciperet, subiectū iniurijs, subditū passioni: nec hoc quidem putauit exortē asserēdum esse pietatis, vt maculatę quoque originis nō recusaret iniuriam; simul ne puderet ecclesiam de peccatoribus cōgregari, cum dñs de peccatoribus nasceretur. Postremo, vt beneficium redemptionis etiam à suis maioribus inchoaret, ne qs putaret originis maculā impedimēto posse esse virtuti, nec se insolens de sui nobilitate iactaret. Chry. in ho. Post hoc mōstratur omnes obnoxios fuisse peccatis, instat n. Thamar fornicatio Iudā accusans: & Dauid à fornicata muliere genuit Salomonem. Si āt à magnis lex non est impleta, nec à minoribus, & sic omnes peccauerunt, & necessaria facta est Christi præsentia. Ambr super Luc. Vide autem quia non ociosè Matthæus vtrunq; significauit, cum Phares tātummodo cōmemorationum causa deposceret; quia hic in vtroq; mysterium est: per geminos. n. gemina describitur vita populorum, vna secundum legem, altera secundum fidem. Chy. sup. Matt Per Zaram n. significatur Iudaicus populus, qui primus apparuit i luce fidei,

Quare peccatrices in linea Messiæ assumptę.

Cap. 3.

Hom. 3.

Cap. 3.

quasi de vulua tenebrosa mundi pcedēs: & ideo significatus est cocco circūcisionis mutantib. oībus, quia ipse populus Dei erat futurus; sed posita est ante faciem eius lex, quasi sepes vel maceria. Sic ergo impeditus est populus iudaicus p legem, sed tēporib. Christi rupta est sepes legis, q̄ erat inter Iudæos & Gētiles, sicut ait Apostol. mediū parietē maceriæ soluēs: sic factū est vt Gentilis p Phares significatus, postquā rupta est lex p Christi mandata, primus ad finē procedat, & postea sequit iudaicus populus. Setqur. Phares autē genuit Esron. Gl. Iudas genuit Phares & Zarā, antequā intraret Aegyptū in quā ambo postea cū patre trāsierunt. In Aegypto verò Phares genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Aram autē genuit Aminadab. Aminadab autē genuit Nahasson: & tunc Moyses eduxit eos de Aegypto. Nahasson autē fuit dux sub Moyse in tribu Iuda per desertum, in quo genuit Salmō. Iste Salmon fuit princeps de tribu Iuda, qui cum Iosue terram promissionis intrauit. Chry. sup. Mat. Qm autem ex aliqua causa secundum prouidentiā Dei posita, horum patrū nomina credimus, sequitur. Nahasson autem genuit Salmon. Iste Salmon mortuo patre fuit princeps in tribu Iuda, q cū Iosue terrā promissionis intrauit. Chry. super Mat. Accepit autē vxorē nomine Raab. Hæc āt Raab dicitur fuisse Raab meretrix de Hierico, quæ suscepit exploratores filiorū Israel, abscondit eos & seruauit incolumes. Cum autē Salmon nobilis esset inter filios Israel, quia de tribu erat Iuda, & quia filius principis erat: vidit Raab sic fidelem, quasi magnam aliquam cōstitutam meruit accipere in vxorem. Forsitan autem & ideo interpretat Salmon, quasi per ipsum nomen inuitaretur à prouidētia Dei, vt acciperet uas electionis Raab. Interpretatur. n. Salmon accipere vas. Sequitur. Salmon autē genuit Booz de Raab. Glo. Iste Salmon in terra promissionis genuit de illa Raab Booz. Booz autē genuit Obeth ex Ruth. Chry. super Mat. Quomodo autem Booz accepit vxorē moabitidē nomine Ruth, exponere æstimaui superfluū, cum de his scriptura sit omnibus manifesta. Hoc autem dici-

Allegorica pulchra.

dici-

dicimus solũ, q̃a Ruth pro merito fidei suæ nupsit Booz: quia Deo patrũ suorũ repulit, & Deum viuentẽ elegit. Et Booz pro merito fidei suæ illam accepit vxore, vt ex coniugio tali sanctificato, genus nasceretur regale. Ambro. sup. Lucam. Quo modo autem Rut, cũ esset alienigena, Iudæo nupsit? & qua ratione in Christi generatione eius putauerit euãgelista copulæ commemorationẽ esse faciendã, q̃ legis seriæ mœchabat? Quia ergo nõ de legitima Saluator generatione manauit, uf esse deforme, nisi ad apostolicã sententiã reuertaris, quia nõ est lex posita iustis, sed iniustis. Hæc.n. cũ esset alienigena & moabitis, præsertim cũ lex Moysi prohiberet has nuptias moabitis, quia excluderet & ab ecclesia quo introiuit in ecclesiam, nisi quia sancta & immaculata morib. supra legẽ facta est. Diffinitionẽ ergo legis excessit, & meruit inter maiores dñici generis cõputari pp cognitionẽ mẽtis electa, nõ corporis. Magnũ ãt nobis exẽplũ est q̃ in illa nostrum oium qui gentibus collecti sumus, ingrediendi in ecclesiam domini figura præcessit. Hie. in Epis. ad Paulinum. Ruth etiam moabitis Esaiæ explet vaticinium, dicentis. Emitte agnũ domine, dominatorẽ terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion. Sequitur. Obeth autẽ genuit Iesse. Glo. Iesse pater Dauid binominus est, quia frequẽtius vocatus est Esai, sed quia propheta vocat eũ non Esai, sed Iesse, dicens. Egredietur virga de radice Iesse: vt ostenderet illam prophetiam completam in Maria & in Christo, Euangelista posuit Iesse. Sequit. Iesse autẽ genuit Dauid regem. Rem. Sed quærendum est quare sanctus euangelista solũ Dauid nominauerit regem? quod ideo dixit, vt ostenderet eum primum fuisse regẽ in tribu Iuda. Ipse autẽ Christus est Phares diuisor: vt est illud. Diuidet agnos ab hædis: est & Zaram oriens: ut est illud. Ecce vir oriẽs nomẽ eius est. Esrom saggita, vt est illud. Posuit me sicut saggitã electã. Rab. Vel alterum propter abundantiam gratiæ & latitudinem charitatis. Araã electus secundũ illud. Ecce puer meus electus: Vel excelsus secundum illud. Excelsus super omnes gẽtes dominus ipse est, Aminadab.

Cap. 3.

Figura Ruth moabitis.

In præf. Bibliæ

.i. voluntarius: qui dicit, voluntarie sacrificabo tibi. ipse est & Nahasson.i. auguriũ qui nouit prerita, presentia, & futura; vel serpẽtinus secũdũ illud. Moyses exaltauit serpentem in deserto. Et est Salmon.i. sensibilis, qui dicit. Ego sensi de me uirtutem exisse. Glo. Ipse accepit Raab.i. ecclesiã de gentib. Raab n. fames uel latitudo uel impetus, quia ecclesia gẽtiũ esurit & sitit iustitiã; & impetu doctrinæ philosophos & reges conuertit. Ruth ẽt interpretatur uidens uel festinans, & significat ecclesiã, quæ puro corde uidet Deũ, & festinat ad brauium supernæ uocationis: Rem. Est & Booz: in quo robur, vt est illud. Cũ exaltatus fuero à terra, oia traham ad me. Est & Obeth seruiens, ut est illud. Filius hoĩs nõ uenit ministrari, sed ministrare. Est & Iesse incensum, secundũ illud. Ignẽ ueni mittere in terrã. Ipse est Dauid manu fortis, secũdũ illud. Dñs fortis & potẽs; Desiderabilis, secũdũ illud. Venit desideratus cunctis gẽtib. Pulcher aspectu: secundũ illud Speciosus forma præ filijs hoium. Gl. Interim uideamus, quas uirtutes isti patres in nobis ędificẽt, quia fides, spes, & charitas oium uirtutũ sunt fundamẽtũ. Sequẽtes uirtutes sunt quasi superadditiones. Iudas interpretatur confessio; duplex est autẽ cõfessio, est altera fidei; altera peccatorum. Si ergo post tres supraditas uirtutes peccatur, necessaria est non solum fidei, sed peccatorum confessio. Post Iudã sequit Phares & Zaram, Phares diuisio, Zaram oriẽs interpretatur; & Thamar amaritudo. Confessio.n. generat diuisionẽ à uitijs, & ortum uirtutũ & amaritudinẽ penitentiæ. Post Phares sequitur Esrõ, q̃ sagitta interpretatur, postquam.n. aliquis diuisus est à uitijs & secularib. debet fieri sagitta, ut in alijs uitia præcando perimat. Sequitur. Aram qui interpretat electus uel excelsus, quia postquam aliquis à mũdo remotus est, & alijs proficit: necesse est, ut à Deo electus hoibus celebris, excelsus in uirtutib. habeatur. Nahasson interpretatur augurium; hoc autẽ auguriũ nõ est seculare, sed cœleste. De hoc gloriabatur Ioseph fratribus mãdãs. Vos detulistis scyphum dñi mei, ĩ quo augurari solebat. Scyphus est diuina scriptura, ubi est

Allegoriæ nomen i genealogia Christi.

Tropologica expositio.

potus

potus sapientiæ, in hac auguratur sapiens, quia ibi videt futura.i.cęlestia. Sequitur. Salmon.i.sensibilis, post quā.n. aliquis studet in diuina scriptura, fit sensibilis.i.discernens gustus rationis, quid bonum, q̄d malum, quid dulce, quid amarum. Sequitur. Boox.i.fortis, instructus.n. in scripturis fit ad omnia aduersa toleranda fortis. Aug.sup.Mat. Iste autem fortis, est filius Raab.i.ecclesiæ. Raab.i.interpretatur latitudo vel dilatata, quia.n. ex omnibus finibus terræ vocata est ecclesia, ideo gentiū latitudo appellatur. Rab. Sequit̄. Obeth .i.seruitus; nō.n. idoneus est ad seruitutem, nisi qui fortis est, quæ seruitus generatur ex Rut.i.festināria. Oportet.n. ꝓmptum esse seruum, non pigrum. Chry.su. Mat. Nunc autem qui diuitias & nō mores: pulchritudinem & nō fidem, & quod in meretricibus quæri solet, hoc in coniugibus optant, non generant subditos filios vel sibi vel Deo, sed contumaces & cōtra Deum: ut filij eorū sint pœna irreligiositatis eorum. Iste Obeth genuit Iesse.i.refrigerium, nam quicunq; est subdit⁹ Deo & parentibus suis, tales filios generat Deo præstante, à quibus refrigeratur Glo. Vel Iesse.i.incensum. Si.n. seruimus ex amore & timore: erit deuotio in corde, quæ ex igne & desiderio cordis suauissimū incēsum offert Deo: postquā āt aliquis idone⁹ est seruus, & sacrificiū Deo factus, seqt̄ vt sit Dauid.i.manu fortis qui contra hostes fortiter dimicauit, & idoneos tributarios fecit. Similiter ipse debet carnales.i. hostes verbo & exemplo Deo subiugare.

Arguūtur mundani.

Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea q̄ fuit Vrię. Salomon āūt genuit Roboam, Roboā autem genuit Abiam, Abias autē genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat.

Glo. Secundi quatriduarij gn̄ationis seriem Euangelista decurrit, quæ à regibus cōtinetur: & ideo à Dauid incipit, qui primus in tribu Iudę regnauit, dicens. Dauid rex genuit Salomonē ex ea q̄ fuit. Vriæ.

lib.2. cap.4. Aug. de con Euan. Quia.n. in generationibus Matthæi significatur nostrum susceptio peccatorum: ideo ipse à Dauid per Salomonem descendit, in cuius matre ille peccauit. Lucas verò ad Dauid per Nathan ascendit, per quem prophetā Deus peccatū illius expiauit; quia in generationib. Lucæ significatur abolitio peccatorū. Aug. in li. retra. Dicendū tn̄ fuit cuius nominis prophetā, ne putaretur idē fuisse homo, cū alter fuerit, quāuis & ipse hoc nomine vocaretur Remi. Quærendū est aūt quare Euangelista Bersabæ ꝓprio nomine nō nominauit, sicut cæteras mulieres: ꝙ ideo est, quia cęteræ mulieres quanuis reprehensibiles fuissent, tn̄ laudabiles erāt virtutib. Bersabee vero non solum fuit cōscia adulterij, sed etiam homicidij mariti sui: & ideo proprio nomine eā nō nominauit in genealogia dn̄i. Glo. Tacet ēt nomine Bersabee, ut nominādo Vriā reducat ad memoriā illud maximū scelus, q̄d in eam fecit Dauid. Amb. sup. Luc. At verò sanctus Dauid in eo est præcellentior, ꝙ hominem se ipse cognouit, & commissum superarrepta Vriæ vxore peccatū pęnitentiæ curauit lachrymis abluēdum, ostendēs nobis neminem propriæ virtuti debere cōfidere. Habemus.n. aduersariū magnum, qui vinci à nobis sine Dei adiutorio non possit, & plerunque in illustribus viris grauia peccata reperies, ut quasi homines tentationi potuisse succumbere cognoscas, virtutibus egregijs plusquā homines crederēt. Chry. sup. Mat. Salomon autē interpretatur pacificus, quoniā omnibus in circuitu gentibus pacificatis, & tributa reddentibus, pacificatum habuit regnum. Salomon āt genuit Roboam. Roboā interpretatur à multitudine populi. Multitudo enim mater est seditionis, q̄a quòd à pluribus peccatur, plerunq; manet inuindicabile. Paucitas autem magistra est disciplinæ. li.2. ca. 16. Cap.3.

Iosaphat āt genuit Ioram. Iorā autē genuit Oziam Ozias autē genuit Ioatham. Ioatham āt genuit Achaz. Achaz autē genuit Ezechiā. Ezechias autem genuit Manassem. Manasses āt genuit Amon. Amon āt genuit Iosiam. Iosias āt genuit Iechoniam, & fratres eius, in transmigratione Babylonis.

Hie. In quarto autem Regū volumnie legimus de Ioram Ochoziam fuisse generatum. Quo mortuo, Iesabet filia Ioram regis, soror Ochoziæ, tulit Ioas filiū fratris sui, & eum internitioni quæ exercebatur ab Athalia subtraxit. Cui successit in

regnum

regnũ filius eius Amasias post quẽ regnauit filius eius Azaria, qui appellat̃ Ozias, cui successit Ioathã filius eius. Cernis ergo, ꝙ scd̃m fidẽ historiæ, tres reges in medio fuerũt, quos Euãgelista ꝓtermisit. Iorã quoq; nõ genuit Oziã, sed Ochoziã & reliquos, quos enumerauimus. Verũ quia euãgelistæ ꝓpositũ erat tres tesserradecades, & in diuerso tẽporis statu ponere, & qa Iorã generi se miscuerat impijssimæ Iezabelis, idcirco usq; ad tertiã generationẽ eius memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur. Hil. Purgata uerò labe familiæ gẽtilis, iã regalis in quarta generationũ cõsequentiũ origo numeratur. Chry. super Mat. Quòd spiritus sanctus prophetam contestatus est dicẽs. vt dispergeret omnem masculũ de domo Achab, & Iezabel impleuit Iehu filius Nãsi, accepit ꝓmissionẽ, vt vsq; ad quartã generationẽ sedeant filij eius in sede regni super Israel. Quanta ergo benedictio facta est super Iehu, qui vindictam fecerat super domũ Achab tãta maledictio facta est super domum Ioram propter filiã iniqui Achab, & Iezabel & usque ad quartã generationem præcidantur filij eius regũ *numero*, & sic peccatum eius descendit in filios eius, sicut fuerat scriptum. Reddã peccata patrum in filios vsq; ad tertiã & quartã gñationem. Videte ergo quã periculosum est in reconiugia ex genere impiorũ. Aug. de q. no. & vet. testamen. Vel nõ immeritò sublati sunt de numero cæterorũ Ochozia. Ioas, & Amasias. Sic. n. eorũ continuauit impietas, vt nullũ interuallũ haberet. Salomon ãt merito patris dimissus in regno est. Roboã aũt merito filij, illi ãt tres malignè agẽtes sublati sunt. Ad perditionẽ. n. generis exẽplũ est, qñ iugiter malignitas pãditur. Sequitur. Ozias ãt genuit Ioathã. Ioathã ãt genuit Achaz. Achaz ãt genuit Ezechiã, cui, cũ esset sine liberis, dictũ est. Dispone domui tuæ, qa morieris. Ideo fleuit non ꝓp longiorẽ vitã, cũ sciret inde Salomonem placuisse Deo, ꝙ nõ petisset ampliores annos. Sed qa dubitabat ne promissio Dei implerẽtur: cũ se sciret esse de Dauid, ꝑ quẽ oportebat venire Christũ, & ipse erat sine liberis. Sequit̃. Ezechias ãt genuit Manassem.

Doctrina cõiugalis.

Exo. 20

Quæst. 85

Nota uerba.

Manasses ãt genuit Amon. Amõ ãt genuit Iosiã. Iosias ãt genuit Iechoniã, & fratres eius, in trãsmigratione Babylonis. Chry. super Mat. Sed nõ sic positũ est in libro regũ, vbi talis est ordo. Iosias genuit Eliachim, postea vocatũ Ioachim. Ioachim ãt genuit Iechoniã, sed Ioachim sublatus ẽ de numero Regũ: qa non populus Dei cõstituerat eũ in regnũ, sed Pharao ꝑ potentatũ. Si. n. iustum fuit, vt ꝓp solam cõmixtionem generis Achab tollerentur tres reges de numero regum, quare nõ erat iustũ, vt similiter tolleretur Ioachim quem Pharao vi hostili fecerat regem? Et sic Iechonias qui est filius Ioachim, nepos aũt Iosiæ, sublato patre de numero regũ ipse est positus pro eo, quasi filius Iosiæ. Hie. Vel aliter sciamus Iechoniam priorem ipsum esse, qui Ioachim, secundũ autem filium non patrem; quorum primus per K & m. secundus per ch & n, scribitur. Quia scriptorum uitio, & longitudine temporum, apud græcos latinoq; cõfusum est. Amb. super Lucam Duos. n. fuisse Ioachim, Regum libri indicant. Sic n. scriptum est: dormiuit Ioachim cũ patribus suis, & regnauit Ioachin filius eius pro eo: filius autẽ est cui Ieremias nomen imposuit Iechoniã. Et bene sanctus Matthæus à ꝓpheta voluit discrepare, vt non Ioachim & Iechoniam vocaret simul: qa maiorem fructũ dominicæ pietatis astruxit. Generis enim nobilitatem dominus in hominibus non requisiuit, sed de captiuis peccatoribus congruè nasci voluit, q. remissionem veniebat prędicare captiuis. Non igitur suppressit alterum Euangelista, sed vtrunque significauit quòd vterq; Iechonias dictus sit. Remig. Sed quæri potest, quare dicat Euangelista eos natos in transmigratione, cum nati fuissent antequam transmigratio fuerit facta? Ideo autem dicit hoc, quia ad hoc nati sunt, vt de regno totius populi pro suis & aliorũ peccatis captiui ducerentur. Et quia præsciuis erat Deus eos esse ducendos captiuos, idcirco dixit eos natos in transmigratione. De his autem quibus sanctus Euangelista in genealogia domini simul ponit, sciendum, quia aut similes fuerunt fama, aut infamia, Iudas & fratres eius lauda-

Cap. 3

Quæstio euãgelica.

laudabiles fuerũt fama: similiter Phares & Zara: Iechonias & fratres eius notabiles fuerũt infamia. Glo. Mysticè aũt Dauid est Christus, q̃ Goliã, idest diabolũ superauit. Vrias aũt i. luxuria, idest diabolus q̃ dicit, Similis ero altissimo: cui ecclesiã cõiugatã Christus de solario paternæ maiestatis adamauit; & pulchra facta sibi matrimonio copulauit. Vel Vrias, idest iudaicus populus, q̃ per legẽ de luce gloriatur. Sed huic Christus legẽ abstulit: quã de se loq̃ docuit. Bersabee aũt est puteus satietatis. i. abũdãtiã gratiæ spiritualis. Remi. Vel Bersabee interpretatur puteus septimus: siue puteus iuramẽti: p quod significat fons baptismatis, in quo dat domum spiritus septiformis, & fit ibi adiuratio cõtra diabolũ. Est & Christus Salomõ pacificus scd̃m illud Apostoli. Ipse est pax nr̃a. Est Roboã latitudo populi secundũ illud. Multi veniẽt ab oriẽte & ab occidẽte. Raba. Vel impetus populi; quia velociter populos conuertit ad fidem. Remi. Ipse est Abia, idest pater dñs, secundum illud. Vnus est pater vester, qui in cœlis est, & iterum. Vos vocatis me magister & dñe. Est & Aza. i. attollens; secundũ illud. Qui tollit peccata mundi. Est & Iosaphat. i. iudicans; secundum illud. Omne iudicium dedit filio. Est & Ioram. i. excelsus; secundũ illud. Nemo ascendit in cœlũ, nisi qui de cœlo descẽdit. Est & Ozias. i. robustus dñi; secundũ illud. Fortitudo mea & laus mea dominus. Est & Ioatham cõsummatus vel perfectus; secundum illud Apostoli. Finis legis Christus. Est & Acham conuertens, secundum illud; cõuertimini ad me. Rab. Vel cõprehẽdens, quia nemo nouit patrẽ nisi filius. Remi. Est & Ezechias fortis dñi; uel dñs confortator; secundum illud. Confidite, ego vici mundum. Ipse est Manasses obliuionis, siue oblitus secundum illud. Peccatorum vestrorũ non recordabor amplius. Est & Amon fidelis; secundum illud. Fidelis dñs in omnibus verbis suis. Est & Iosias; vbi est incensum domini; secundum illud. Factus in agonia prolixius orabat. Rab. Quòd verò incensum orationum significat Psal. testat, dicẽs; Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Vel domini salus; secundum illud. Salus aũt mea in sempiternũ erit. Remi. Ipse Iechonias pparans, vel dñi pparatio; scd̃m illud. Si abiero & pparauero vobis locũ. Glo. Moraliter aũt post Dauid sequit Salomõ; qui interpretat pacificus. Tunc. n. aliquis fit pacificus motibus sedatis illicitis, & quasi iã in æterna tranquillitate positus eũ Deo seruit; & alios ad eũ cõuertit. Sequit Roboã, id est populi latitudo; postquã. n. non habet qd̃ in se vincat, amplecti alios debet & latè populũ Dei ad superna trahere secũ. Sequitur. Abia; id est pater, dominus. His in pmissis potest se profiteri filium Dei; & tunc esse Asa, id est attollẽs, vt de virtute in virtutẽ ad patrem suum ascendat; & tunc erit Iosaphat, id est iudicans; vt alios iudicet, & à nemine iudicetur. Ita fit Ioram, id est excelsus quasi in cœlestibus habitans. Vnde efficitur Ozias, id est robustus domini, quasi robur suũ Deo attribuẽs; & in suo proposito perseuerans. Et sequitur. Ioathã, id est perfectus; quia quotidie in maius perficit. Et sic fit Acham, id est cõprehendens; ex operatione enim augmentatur agnitio; secundũ illud, Annũciauerũt opera Dei & facta eius intellexerunt. Sequitur. Ezechias, id est fortis dominus; quia Deum fortẽ esse intelligit: & ideo in amorem eius conuersus, fit Manasses. i. obliuiosus, tẽporalia tradens obliuioni, & ex hoc fit Amon, id est fidelis: qui enim temporalia cõtemnit, neminem in re sua defraudat. Et sic fit Iosias, id est salutem domini securè expectans. Iosias enim salus domini interpretatur.

Allegoria de Christo

Tropologica expositio.

Et post trãsmigrationẽ Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autẽ genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim aũt genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob.

Chry. sup. Mat. Post transmigrationẽ inter priuatas personas, primò ponit Iechoniã, quasi priuatum & ipsum. Ambr. super Lucã. De quo Hieremias dicit. Scribe virũ iustum abdicatum, quia nõ exurget ex semine eius sedens in throno Dauid. Quomodo autem ex semine Iechoniæ

Christus qũo regnauerit

chonię nullus regnaturus dr per Prophetam? si.n. Christus regnauit; ex semine autem Iechoniæ Christus est: propheta mentitus est. Sed illic futuros ex semine Iechoniæ non negatur, & ideo de semine eius Christus est; & quod regnauit Christus non contra Prophetam est, non n. seculari honore regnauit. Ipse.n.dixit. Regnum meum non est de hoc mūdo. Iechonias autem genuit Salathiel. Chry. super Mat. De Salathiel quidem nihil legimus vel boni vel mali, tamen putamus Sāctum eum fuisse, & in captiuitate assiduè Deū petisse pro ipsa calamitate, quæ cōtigerat Israel, ideo petitionem Dei eum appellatum fuisse interpretatur enim petitio Dei. Salathiel autē genuit Zorobabel, qui interpretatur fluitio postposita, vel ex commixtione. Vel hic doctor Babyloniæ legitur. Si uerū est nescio; quia sacerdotale & regale genus mixtum est in Zorobabel. Reuersi sunt filij Israel in terram propriam; quia cum contenderent tres pro sua sententia, vicit Zorobabel, & pronūciata est omnibus fortior ueritas esse; propter qđ Darius cōcessit ei filios Israel reducere in sua & ideo rectè secundum prouidentiā Dei nominatus est Zorobabel.i.doctor Babyloniæ. Quę.n. maior doctrina quàm ostendere veritatē dominatricem esse omnium rerum? Glo. Sed hoc uidetur esse contrarium generationi, quæ legitur in Paralip. Dicitur n. ibi Iechonias genuisse Salathiel & Phadaia, & Phadaia Zorobabel, & Zorobabel Mosolam, Ananiā, Salomith sororem eorum. Sed scimus multa in Paralipomenon uitio scriptorum deprauata. Vnde multæ, & indeterminatæ genealogiarum ueniunt quæstiones, quas iubet Apostolus euitari. Vel potest dici. Salathiel, & Phadaia eūdem esse quasi binomiū, vel Salathiel, & Phadaia fratres esse, & filios eiusdem nominis habuisse, & historiographum secutum fuisse generationem Zorobabel filij Salathiel. De Abiud usque ad Ioseph nulla historia inuenitur in Paralip. sed alij multi annales leguntur fuisse apud Hebręos, qui dicebantur verba dierum, de quibus Hærodes rex alienigena dicitur multos combussisse, ut ordo regię stirpis confunderetur. Et forsitan Ioseph nomina parentum ibi legerat, uel alio

Paralipomenon liber deprauatur.

quoquomodo retinuerat: vnde Euangelista series istius generationis poterat scire. Notandum tamē q̄ prior Iechonias domini resurrectio, sequens domini præparatio dicitur. Vtrumque autem conuenit domino Christo, qui dicit. Ego sum resurrectio & uita, & uado parare uobis locum. Salathiel, id est petitio mea Deus, illi conuenit qui dicit. Pater sanctæ, serua illos quos dedisti mihi. Remigi. Est etiam Zorobabel idest magister confusionis secūdum illud Magister vester cum publicanis, & peccatoribus manducat. Ipse est Abiud, id est pater meus iste secundum illud. Ego, & pater unū sumus. Est & Eliachim, id est Deus resuscitans, secundum illud. Resuscitabo eum in nouissio die. Est & Azor, id est adiutus. Qui me misit mecum est. Ipse est Sadoch iustus, siue iustificatus, secundum illud. Traditus est iustus pro iniustis: Est & Achiz, idest frater meus iste, secundum illud. Qui fecerit voluntatem patris mei, hic meus frater est. Est etiam Eliud, id est Deus meus iste, secundum illud. Deus meus & dominus meus. Glo. Est & Eleazar, id est Deus meus adiutor. Est & Mathan, id est donans, uel donatus secundum illud. Dedit dona hominibus. Et sic Deus dilexit mundum, ut filium suum daret unigenitum. Remi. Est & Iacob supplantans, quia non solum ipse supplantauit diabolum, sed & huius potestatē suis filijs dedit, secundum illud. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes. Est & Ioseph, id est, apponens, secundum illud Ego veni, ut uitam habeāt, & abundantius habeant. Raba. Sed uideamus, quid moraliter isti patres significent, quia post Iechoniam, qui dicitur præparatio domini, sequitur Salathiel, id est petitio mea Deus, qui enim præparatus est nō petit, nisi solum Deum. Sed iterum fit Zorobabel. idest magister Babylonis, scilicet terrenorum hominum, quos facit cognoscere de Deo, quod pater est, quod sonat Abiud, & tunc ille populus resurget a uitijs, unde sequitur. Eliachim, qui resurrectio interpretatur, & inde surgit ad bene operandum ad intus quod sonat Azor. Fit Sadoc, id est iustus, & tunc dicitur fidelis per dilectionē p̄ximi: ipse est frater meus quod sonat Achim. Et per dilectionē Dei

Tropologia huius textere decadis.

dicit Deus meus, quod sonat Eliud, & sequitur Eleazar, id est Deus meus adiutor, quia recognoscit Deũ suum adiutore. Ad quid autem tẽdit, ostẽdit Mathan, qui dr̃ donum vel donans: expectat.n. Deum datorem, sicut luctatus est in principio & vitia supplantauit: sic & in fine vitæ quod ad Iacob pertinet, & sic peruenit ad Ioseph, id est ad augmentum virtutum.

Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

Glo. Post omnes generationes patrum ponit vltimo generationẽ Ioseph viri Mariæ, propter quam omnes aliȩ introducuntur, dicens, Iacob aũt genuit Ioseph. Hier. Hunc locum obijcit nobis Iulianus Augustus, dissonantiæ Euangelistarum, cur Matthæus Ioseph filium dixit Iacob, & Lucas filium cum appellauerit Hely, non intelligens consuetudinẽ scripturarũ, ꝙ alter secundum naturam, alter secundum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen, Deo iubẽte præceptũ, vt si frater aut propinquus absq; liberis mortuus fuerit, alius eius accipiat uxorem ad suscitandũ semẽ fratris, uel propinqui sui. Super hoc Aphricanus temporum scriptor & Eusebius Cȩsariensis plenius disputauerunt. Ex ecclesiastica autem historia: Mathan.n. & Melchi diuersis temporibus ex vna eademque uxore Iesca nomine singulos filios ꝓcrearunt; quia Mathan qui per Salomonem descendit uxorem eam primum ceperat, & relicto filio vno, Iacob nomine, defunctus est, post cuius obitum, quoniam lex viduã alij viro non vetat nubere, Melchi qui per Mathan genus ducit, cum esset ex eadẽ tribu, sed non ex eodem genere, relictam Mathan accepit uxorem, ex qua ipse suscepit filiũ nomine Hely, per quos ex diuerso patrum genere efficiũtur Iacob & Hely, vterini fratres; quorum alter, id est Iacob fratris Hely sine liberis defuncti, vxorem ex mandato legis accipiens genuit Ioseph, natura quidem generis suum filium: propter quod scribitur. Iacob autẽ genuit Ioseph. Secundum legis verò præceptum, Hely efficitur filius Iacob, quia frater erat, & ad suscitãdum fratris semen eius uxorem acceperat, & per hoc recta inuenitur atq; integra generatio, & ea quã Matthæus enumerat, & ea quam Lucas, qui legalem successionẽ, quæ velut adoptione quadã ergã defunctos constat competẽti satis per hoc designauit indicio, obseruans ne in huiusmodi successionibus genuisse aliquem nominaret. Aug. de con. euan. Commodius enim filius eius dictus est, a quo fuerat adoptatus, quàm si diceretur ab illo genitus, cuius carne non erat natus: Matthæus autem dicens. Abraham genuit Isaac, & in hoc perseuerans donec diceret. Iacob genuit Ioseph; satis expressit eum patrẽ produxisse secundum ordinem generationum a quo Ioseph non adoptatus, sed genitus erat; quãquàm si etiam Lucas genitum diceret Ioseph ab Hely, ne sic nos hoc verbũ perturbare deberet neque.n. absurde quisquam dr̃, non carne, sed charitate genuisse, quem sibi filium adoptauerit. Ex ecclesiastica historia. Hæc autem non nobis ad subitum reperta, aut absque illis auctoribus commentata sunt; sed ipsi Saluatoris nostri secũdum carnem propinqui, seu studio tanti seminis demonstrandi, seu edocendi quȩ secundum ueritatem gesta sunt, hæc tradiderunt. Aug. de con. euan. Merito autem Lucas qui non ab initio Euangelij sui, sed a baptismo Christi generationes enarrat, tanquam sacerdotem in expiandis peccatis, magis assignans adoptionis originẽ ipse suscepit, quia per adoptionem efficimur filij Dei, credẽdo in filium Dei. Per carnalem verò generationem quam Matthæus prosequitur, filius Dei potius propter nos homo factus est. Satis autem ostendit Lucas se dixisse, Ioseph filium Hely ꝙ illi fuerit adoptatus, cum Adã filium dixerit Dei, qui per gratiam quam postea peccando amisit, tanquam filius in paradiso constitutus sit. Chry. in ho. Positis igitur progenitoribus uniuersis, & finiens in Ioseph, addit. Virum Mariæ, monstrans ꝙ ppillã & hunc in genealogia posuit. Cum autem virum audieris, tibi suspicio non subeat nuptiarum, sed recordare cõsuetudinis scripturarum, ꝙ sponsæ uxores & spõsi uiri uocantur. Genadius de ecclesiasticis dogmatibus. Natus est aũt Dei filꝰ ex homine. i. ex Maria, & per hominẽ. i. non ex Maria, & nõ per hoiem. i. ex uiri coitu, sicut Ebiõ dicit; vñ signãter subdit. De qua natus est Iesus: Aug. de hæ. Qđ est contra Valẽtinum qui dixit Christũ nihil assumplisse

Propter via Iuliani apostatæ.

Distinctio duplex filiatii.

pfisse de virgine, sed per illam tanquã per riuum aut fistulam pertransisse Aug.con. Faust. Cur autem carnẽ ex vtero fœminæ assumere voluerit, summa consilij penes ipsum est: siue ꝙ vtrũq; sexum hoc modo honorandũ iudicauit, assumẽdo formam viri, & nascendo de fœmina, sine aliqua alia causa, quã non temere dixerim. Aug. de quæst.no. & vet.testa. Quod autem per olei vnctionem præstabat Deus his, qui in reges vngebãtur, hoc præstitit Spiritus sanctus homini Christo, addita expiatiõe qua natus est, Christus est appellatus. Et hoc est quod dr. Qui vocatur Christus. Augu.de con.euan. Non tantum erat fas vt eum ob hoc à coniugio. Mariæ separandũ putaret, ꝙ non ex eius concubitu, sed virgo peperit Christum: hoc.n.exẽplo magnificè insinuatur fidelibus coniugatis, & seruata pari consensu continẽtia: posse ꝑmanere coniugiũ non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu, præsertim quia nasci eius filius potuit sine vllo cõplexu carnali. Aug.de nup.& concu. Omne aũt nuptiarũ bonũ impletum est in illis parentib. Christi, fides, proles, & sacrm: prolẽ quia cognoscimus Christum dñm; fidem, quia nullum adulterium sacrm, quia nullum diuortium Hie. Quærat aũt diligẽs lector, & dicat; cum Ioseph non sit pater dñi saluatoris: quid pertinet ad dñm generationis ordo deductus vsq; ad Ioseph? Cui rñdebimus, primò non esset consuetudinis scripturarum, vt mulierum in generationibus ordo texatur. deinde ex vna tribu fuisse Ioseph & Mariã, vnde ex lege eam accipere cogebatur vt propinquã, & quod simul censentur in Bethleem, vt de vna videlicet stirpe generati. Aug de nup.& concu. Fuit & series generationis vsq; ad Ioseph perducenda, ne in illo coniugio virili sexui vtique peccatorum peccatori fieret iniuria, cum veritati nihil deperiret: quia ex semine Dauid erat & Maria. Aug.con. Faust. Nos ergo credimus etiam Mariam fuisse in cognatione Dauid, quia eius scripturis credimus, q̃ vtrunq; dicunt & Christum ex semine Dauid secundũ carnẽ, & eius matrem Mariam: non cũ viro concumbendo, sed virginẽ. Argẽte cõcilij Cauendus autem est hic Nestorij error qui sic dicit, cũ diuina scriptura dictura est aut natiuitatẽ Christi quæ ex Maria virgine est, aut mortem, nusquam vf ponẽs Deus, sed aut Christus, aut filius, aut dñs, quàm hic tria naturarũ significatiua, duarum aliqñ quidem huius, aliquando verò illius, aliquando autem & illius & istius. Accipe autem adhoc testimonium, Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui dicitur Christus. Deus.n.verbum secũda ex muliere non eguit natiuitate. Aug. con.Felicianum. Sed nõ alius Dei & alius hominis, sed idem Christus Dei & hominis filius fuit, & sicut in domino homine aliud animus & aliud corpus, sic in mediatore Dei & hominum, aliud Dei filius, aliud hominis filius fuit, vnus tamen ex vtroque Christus dominus fuit. Aliud inquam pro discretione substantiæ, non alius pro vnitate ꝑsonæ. Sed obijcit hæreticus, nescio quomodo natum doceatis ex tempore, quem coæternum patri dicitis iam fuisse? nasci.n.est velut quidam motus rei non extantis, antequam nascatur id agens beneficio natiuitatis, vt sit. Quo colligitur eũ qui erat, nasci non potuisse, si nasci potuit non fuisse. Ad quod Augu. Fingamus sicut plerique volunt esse in mundo animã generalem, quæ sic ineffabili motu semina cuncta viuificet; vt non sit concreta cum genitis, nempe cum hæc in vterum passibilem materiam ad vsus suos formatura peruenerit, vnam facit secum esse personã eius rei, quam non eandem constat habere substantiam, & fit operante anima & paciente materia ex duabus substantijs, vnus homo cũ anima aliud doceatur, aliud caro, sicq; animam nasci fatemur ex vtero, quam ab vtero venientem vitam dicimus cõtulisse concepto. Nasci in quã ex matre dr qui ex hac sibi corpus aptauit, in quo nasci posset, nõ quia antequam nasceretur quantum ad se attinet, ipsa penitus non fuisset. Si ergo, imò multò incomprehẽsibilius est atque sublimius, natus est susceptione pleni hominis de matre filius Dei, qui per omnipotentiam singularem omnibus genitus est causa nascendi.

Matrimoniũ uerũ inter Mariam et Ioseph.

Obiectio Feliciani.

Omnes itaq; generationes ab Abrahã vsq; ad Dauid generationes quatuordecim, et ad Dauid vsq; ad transmigrationẽ Babylonis generationes quatuordecim, & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum generationes quatuordecim.

Chry. sup. Mat. Positis gñationibus ab Abrahã vsq; ad Christum, eas in tres partes diuisit p generationes quatuordecim, quia ter completis quatuordecim generationibus, numeratus est in Iudæis status hominum, ab Abraham enim vsq; ad Dauid fuerunt sub iudicibus; à Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis sub regibus, à transmigratione vsque ad Christum sub pontificibus. Hoc ergo vult demonstrare, sicut semper completis 14. generationibus mutatus est hominum status. sic completis 14. generationibus à transmigratione ad Christum, necesse est à Christo mutari similiter hominum statum, quod & factũ est. Post Christum.n. omnes gétes sub vno Christo iudice, rege, & pontifice acti sunt, vnde qñ iudices, reges, & pontifices Christi dignitatem præfigurabant, semper principia eorum in figura fuerunt Christi. Primus iudicium Iesus Naue, primus regum Dauid, primus pontificum Iesus filius Iosedec; hoc in figura Christi fuisse dubitat nemo. Chry. in ho. Vel ideo in tres partes diuisi omnes generationes, demonstrans q neq; regimine transmutatio facti sunt meliores, sed sub iudicibus, regibus, pontificibus, & sacerdotibus in eisdem permanserunt malis, propter quod & captiuitaté Babylonis commemorat, manifestãs q neq; ex hoc sunt correcti. Descensus aũt in Aegyptum non meminit: quia Aegyptios nõ adhuc timebant sicut Assyrios, vel Parthos, & quia illud erat antiquum, hoc autem recens, & quia illuc non propter peccata deducti sunt sicut i Babylone. Ambr. super Lucam. Illud autem non prętermittẽdum putamus, q à Dauid temporibus vsque ad Iechoniam cum 17. fuerint reges Iudææ, 14 generationes Matthæus posuit. Oportet auté cognoscere posse plures esse successiones, pauciores generationes: possunt enim diutius viuere aliqui, & serius generare, aut certè penitus exortes existere, itaq; non quæ regum, eadem generationum tempora. Glo. Vel potest dici tres reges esse prætermissos, vt superius dictũ est. Amb. super Lucam. Rursus ergo cùm à Ieconia vsque ad Ioseph generationes 12. computentur, postea 14. generationes descriptas esse commemorauit. Sed si diligẽter aduertas: hic quoq; 14 generationum poteris inuenire rationem 12. enim à Ioseph numerantur 13. est Christus, duos autem Ioachin, idest duos Iechonias fuisse historia indicat, patrem & filium, non igitur suppressit alterum Euangelista, sed vtrunq; significat, ita addito minori Iechonia generationes 14 computantur. Chrysostom. super Matt. Vel vnus Iechonias bis numeratur in euangelio, semel ante transmigrationem. Iterum autem post transmigrationem. Hic enim Iechonias cum esset vnus, duas habuit conditiones, fuit enim & rex ante transmigrationem, quasi rex factus a populo Dei, factus est & priuatus post transmigrationem: ideo ante transmigrationem numeratur inter reges, quasi rex: post transmigrationem autem inter priuatos. August. in lib de cons. Euang. Vel ideo vnus in illis pgenitoribus bis numeratur, idest Iechonias à quo facta est q̃dam in extraneas deflexio, quoniã in Babylonia transmigratus est. Vbi auté ordo à rectitudine flectitur, vt eat in diuersum, tanquam angulum facit, illud auté quod in angulo est, bis numeratur, & hoc iam Christũ præfigurat à circuncisione ad præputium migraturum & lapidem angularẽ futurum. Remi. Ideo autem 14 posuit generationes: quia denarius significat decalogum, quaternarius vero quatuor libros: Euangelij; vnde in hoc ostendit concordiam legis & Euangelij. Ideo etiam quaternarium numerum triplicauit, vt ostenderet, quia pfectio legis propheriæ & gratiæ in fide sanctæ Trinitatis consistit. Glo. Vel in hoc numero septiformis gratia Spiritus sancti significatur. Hic enim numerus ex septem conficitur, quod autem geminatur, significat gratiam Spiritus sancti corpori & animæ esse necessariam ad salutem. Sic ergo hæc generatio diuiditur in tres tessere decades. Prima est Abbraham vsque ad Dauid: ita quòd Dauid ibi includitur, sed secunda à Dauid vsque ad transmigrationem. Ita quòd Dauid ibi non includitur: sed transmigratio sub eo continetur. Tertia est à transmigratione vsque ad Christum, in qua si dicamus Iechoniam bis numeratum, transmigratio inclusa est. In prima, significantur homines ante legem, in qua quosdam homines naturalis legis inuenies, scilicet Abrahã, Isaac

Explicatur mysterium generationis Christi.

Cautio erroris.

Allegoria septenarij duplicati.

Isaac & Iacob, omnes vsq; ad Salomonē. In secūda significantur homines sub lege, oēs.n. qui in ea inueniuntur, sub lege fuerunt. In tertia hoīes gratiæ, quia terminatur ad Christum, qui gratiæ dator fuit, in qua ēt liberatio a captiuitate Babylonię facta est, significans liberationē a captiuitate per Christum factum. August. de cons. euan. Cum aūt quaterdenas generationes tribus distinxisset articulis, non tñ eas dixit in summa, vt diceret, sunt oē 42. Vnus enim in illis progenitoribus bis numeratur, scilicet Iechonias sic ergo non 42. qđ faciunt ter 14. sed propter unum bis numerum 40. & vna generationes fiunt. Matthæus igitur qui regiam in Christo constituerat insinuare personā excepto Christo 40. homines in generationum serię numerauit. Numerus.n. iste illud tempus significat, quo in hoc seculo regi nos oportet a Christo secundum disciplinam laboriosam, quā significat illa virga ferrea. Qđ aūt numerus iste hanc temporalem vitam æternamq; significet, illa interim cā de proximo occurrit, ꝙ & tempora annorum quadripartitis uicib. currunt, & mundus ipse quatuor partibus terminatur: ab oriente & occidēte, aquilone & meridie, quadraginta aūt quater habent decē. Porro ipsa decem ab vno vsq; ad quatuor progrediente numero consumantur. Glo. Vel denarius ad decalogum refertur, quaternarius ad præsentem vitam, quæ per quatuor tempora transit, uel per decem vetus testamentum per quatuor nouum. Remi. Si quis aūt uoluerit dicere ꝙ sunt 40. & duæ generationes: quia non est vnus Iechonias, sed duo dicendum est, ꝙ & iste numus congruit sanctæ ecclesiæ. nascitur enim a septenario & senario: nam sexies septē. 40. & duo faciūt. Senarius refertur ad laborem, septenarius verò ad requiē.

Christi aūt generatio sic erat. Cū esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam cōuenirēt inuē ta est in utero hñs de spiritu sancto.

Chry. super Mat. Quoniam superius dixerat: Iacob autem genuit Ioseph, cui desposata Maria genuit Iesum ne aliquis audiētium sic æstimaret esse natiuitatē q̃uo præcedentium patrum, ipse ordinem narrationis suæ præcedens dicit. Christi autem generatio sic erat, ac si dicat. Generatio quidem eorum, quos exposuimus, patrū sic fuit, quemadmodū retuli. Christi āt generatio nō sic, sed ita erat. Cum esset desponsata mater. Chry. in ho. Quasi.n. aliquid nouum dicturus prenuttit modū generationis dicere, ne audiens virū Mariæ æstimes natū esse lege naturæ. Remi. Potest ēt ad superiora hoc referri modo. Sic erat Christi generatio sicut dixi. id est Abrahā genuit Isaac. Hiero. Sed quare nō de simplici uirgine, sed desponsata concipitur. primum ut per generationem Ioseph origo Mariæ monstraretur; secundò ne lapidaret a Iudæis vt adultera; tertiò ut in Aegyptum fugiens haberet solatiū mariti. Martyr ēt Ignatius quartam addidit causam, ut partus inquiens eius celaretur a diabolo, dū eū putat nō de virgine, sed de uxore generatū. Chry super Matt. Ideo āt & desponsata & domi habita; nā quemadmodum in ea quæ in domo viri concipit, intelligitur conceptio naturalis ita in ea quę extra domū concepit, est suspecta cōiunctio. Hiero. cōtra Heluidiū. Sciendū aūt ꝙ Heluidius quidam homo turbulentus accepta materia disputandi blasphemare cōtra Dei matrem incepit, cuius prima propositio fuit. Mat loquitur sic, dum esset desponsata. Ecce, inquit habes desponsatam, non comendatam vt dicitis, & vtiq; nō ob aliud desponsatā, nisi qm̄ nupturam. Orig. Desponsata fuit quidē Ioseph, non tñ in concupiscentia iūcta. Mater eius, inquit, matre immaculata, mater in incorrupta, mater intacta. Mater eius, cuius eius? mater est Dei unigeniti dñi, regis oium, Saluatoris & redemptoris cunctorum. Ciril. Quid.n. videbit aliqs in sancta uirgine præter alia; si Dei mater nō sit, sed Christi uel dñi, ut Nestorius dicit. Nihil enim absurdum est, ēt si uoluerit quis matrem uniuscuiusq; vnctorum Christi nominare genitricem. Sola uerò p̃ter illas sancta uirgo & Christi genitrix intelligitur ac dicitur. Genuit.n. non purum hominem secundum vos, sed incarnatum potius & hominem factū ex De patre uerbum. Sed forsitan illud ais. Dic mihi, putas ne diuinitatis mater facta est uirgo? Et ad hoc quoque dicimus.

Maria quare de sponsata.

Heluidi⁹ ex plodi tur.

quia natum est ex ipsa Dei substantia eius verbū, & sine principio tporis semper existens genitori: in nouissimis aūt tporibus, qm caro factum est, hoc est vnitum carni aīam habenti rationalem: Natum ēt dicitur carnaliter per mulierem. Assimilatur aūt quodammodo natiuitatis, quæ est secundum nos hoc sacramentum. Matres etenim terrenorū ministrant naturę coagulatam paulatim carnem perficiendā in specie humana. Immittit aūt animali spiritū Deus. Sed licet sint istę solummodo terrenorum corporum matres: attamē parientes totum animal, & non partē peperisse dicuntur. Tale aūt aliquid gestū percipimus in generatione Emanuel: natum enim est ex patris substantia Dei verbum. Quia vero carnem assumpsit, propriā eā faciens, necessarium est confiteri: quia natus est secundum carnem per mulierem. Quia igitur & Deus verè est, qūo dubitabit quispiam sanctam uirginem dicere genitricē? Leo Papa in sermone de natiuitate. Non aūt te Dei conceptus turbet, partus te non confundat auditus, qñ virginitas quicquid est humani pudoris excusat, aut quæ hæc uerecundiæ læsio, ubi inijt deitas cū amica sibi semper integritate consortium? vbi est interpres Angelus, fides pronuba, dispēsatio castitas, donatio uirtus, iudex cōscientia, causa Deus, cōceptio integritas, virginitas partus, uirgo mater. Cyril. ad Ioannem Antioche. Sed si de cęlo, & non ex ipsa sanctum corpus Christi factū esse diceremus, vt Valentinus qūo intelligeretur Dei genitrix Maria? Nomen aūt matris ostendit cū subdit, Maria. Beda super Lucā. Interpretatur āt Maria stella maris Hebraice, domina Syriace: quia & lucem salutis & dñm mūdo edidit. Cui autem disponsata fuerit, ostēdit subdens, Ioseph. Chry. super Matt. Ideoq; fabro lignario Maria desponsata erat: qm Christus ecclesiæ sponsus oīum salutem hoium operaturus erat per lignū crucis. Chry. in ho. Qđ aūt sequitur. Antequam cōuenirent, nō dī antequā duceretur in domum sponsi: etenim iam intus erat. consuetudo. n. multotiens ueteribus erat in domo despōsatas habere, quod & nūc quoq; fieri uidet, & generi Loth intus cum ipso erant. Glo. Sed dicitur: Antequam conuenirent ad carnis cōmixtionem. Chry. super Mat. Vt nō ex cōpassio, ne carnis & sanguinis nasceretur, qui ex Deo natus est, vt carnis & sanguinis solueret passionem. Aug. de nup. & concu. Nuptialis ēt concubitus ibi non fuit: quia in carne peccati fieri nō poterat sine vlla carnis concupiscentia, quæ accidit ex peccato sine qua cōcipi voluit, qui futurus erat sine peccato, vt hic ēt doceret oēm, quæ de concubitu nascitur, carnē esse peccati, qñquidem sola quæ non inde nata est, nō fuit caro peccati. Aug. in ser. de nat. Nascitur ēt ab intacta fœmina Christus: quia fas non erat, vt uirtus per voluptatem, castitas per luxuriam, incorruptio per corruptionē nasceretur, nec poterat nisi nouo ordine aduentare de cœlo, qui vetustum mortis destruere veniebat imperium. Regnū igitur tenuit virginitatis, quę regem genuit castitatis. Ideo ēt dñs noster uirgineum sibi requisiuit hospitiū habitādi, vt nobis ostenderet Deum in casto corpore portari debere: ergo qui scripsit lapideas tabulas sine stilo ferreo, ipse grauidauit Mariā Spiritu sancto. Vnde dī. Inuēta est in vtero habens. Hier. Non ab alio inuenta est, nisi à Ioseph, qui penè licentia maritali omnia nouerat. Chry super Mat. nā sicut historia non incredibilis docet, quando gesta sunt, quæ refert Lucas Ioseph absens erat, nec. n. conueniens est putare, pręsente Ioseph introisse Angelum ad Mariā & dixisse quæ dixit, & Mariā respondisse quæcunq; respondit. Et si credamus Angelum potuisse intrare ad eā, & loqui plane, cū Mariam abijsse in montana, & māsisse cum Elisabeth mensibus tribus, possibile nō fuit præsente Ioseph: quia necesse erat, ut absentationis ei⁹, & māsionis diutinæ requireret causas. Postquam aūt redijt peregre post tot menses, inuenit eam grauidā manifestē. Chry. in ho. Propriè aūt dixit. Inuenta est, qđ de non excogitatis dici consuetū est. Ne aūt molestes Euāgelistā, interrogando qualiter sit natus ex virgine, breuiter expediuit se dicens. De Spiritu sancto, quasi Spiritus sanctus est, qui operatus est hoc miraculum, neq;. n. Gabriel, neq; Matthęus amplius dicere potuerunt.

Vis verborum. Augustini.

tuerūt. Glo. Hoc ergo quod dicitur est ex Spiritu sancto, Euāgelista ex parte sua ad duxit, ut cum diceretur habere in vtero, oīs mala remoueretur suspicio a mētibus audientium. Hiero. in exp. ca. si. Non aūt sicut quidā sceleratissimé opinantur, Spiritum sanctum dicimus fuisse pro semine, sed potentia ac virtute creatoris dicimus operatū. Ambro. in lib. de Spiritu sancto. Qđ.n. ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex pōtate eius est: ex substātia sicut filius, quia a patre: ex potestatē, sicut ex Deo omnia, quō & in utero habuit Maria ex Spiritu sancto. Aug. ad Eustachium. Profectò aūt iste modus, quo natus est Christus de Spiritu sancto, insinuat nobis gratiam Dei, quā homo nullis præcedētibus meritis in ipso ex ordine naturæ suæ quo esse cepit, verbo Dei, copularetur in tantam personæ unitatem, ut idem ipse esset filius Dei. Sed cum illa creatura, quā virgo concepit, & peperit, quamuis ad solam personam filij pertinentem, tota Trinitas fecerit. Neq;.n. separabilia sunt opa Trinitatis, cur in ea faciēda solus Spiritus sanctus nominatus est? An & qñ unus trium in aliquo opere nominatur, vniuersa operari Trinitas intelligitur? Hier. Sed inquit Heluidius Neq; de non conuenturis euangelista dixisset, priusquā cōuenirent, quia nemo de non pransuro dicit antequā prāderet, quasi si quis diceret. Antequam in portu prāderem ad Aphricam nauigaui: nō posset stare sententia, nisi ei in portu prandendū sit qñq;, aut non potius sit intelligendum sic, quod ante, licet sæpe & sequentia indicet: tñ nonnunquam ea tātum quæ prius cogitabantur ostendit, nec necesse sit vt cogitata fiant: cū ideo aliud interuenerit: ne ea quæ cogitata sunt fierent. Hiero. Non ergo sequitur ut postea conuenerint: sed scriptura φ factum non sit, ostēdit. Remi. Vel hoc uerbū conueniēdi, non ipsum concubitum, sed tp̄s significat nuptiarū, id est qsi ea quæ fuerat sponsa incipit esse uxor. Est.n. sensus: Antequā conuenirent, idest antequam rite solennia nuptiarum celebrarent. Aug. de con. euā. Hoc, quemadmodum factū sit, quod hic pretermisit, Lucas exponit post commemoratum conceptū Ioannis, ita narrans.

Vis verborum Augustini.

Regula theologica.

In mense aūt sexto missus est Angelus: & infra. Spiritus sanctus superueniet in te. hoc ergo est, qđ Matthęus cōmemorauit dicens. Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. nec contrariū est: quia Lucas exposuit qđ Matthæus prætermisit. Sicut non est cōtrariū: quia Matthęus deinceps cōtinet quod Lucas prætermisit. Sequitur enim, Ioseph aūt vir eius cum esset iustus &c. vsq; ad eū locū vbi scriptū est de Magis φ per aliam viā reuersi sunt in regionē suā. Si quis aūt uelit vnā narrationē ex omnibus, quæ de Christi natiuitate dicūtur ab alterutro. si hæc prætermittunt ordinare sic pōt. Christi generatio sic erat. Fuit in diebus Herodis &c. vsq; ibi. Mansit autem Maria cū illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domū suam. Et tunc addendum est quod hic dicitur. Et inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.

Ioseph autem vir eius cū esset iustus: & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eā.

Chry. in ho. Cum dixisset Euangelista quòd ex Spiritu sancto, & sine cōcubitu inuenta est in vtero habens: ne suspectum haberes Christi Discipulum, quasi grandia de suo magistro fingentem: introduxit Ioseph per ea q̄ passus est: ad fidē eorū quæ dicta sunt conferentē. unde dicit Ioseph. autē vir eius cum esset iustus. Aug. in sermo. de natiuit. Intelligens.n. Ioseph Mariæ vterū grauidari, turbatur, φ Mariam quam de templo dñi acceperat, & nondum cognouerat, grauidā sentiebat: secumq; estuabat disputās & dicēs. Quid faciā? prodo, aut taceo? Si prodiero, adulterio non consentio, sed vitium crudelitatis incurro: quia secundum Moysi sententiam lapidādam eam esse cognosco. Si tacuero, malo consentio, & cum adulteris portionem meam pono: qm̄ ergo tacere malum est adulteriū, prodere peius est: dimittam eā à coniugio. Ambr. super Luc. Pulchre autem docuit Sanctus Matthęus quid facere debeat iustus? qui opprobriū coniugis deprehenderit, vt incruentū ab homicidio: castum ab adulterio præstare se déat. & ideo dicit. Cum esset iustus. Vbique ergo in Ioseph iusti gratia & persona seruatur, vt testis ornetur: lingua enim iusti loquitur iudiciū veritatis. Sed quomo-

do Ioseph cum crimen celet vxoris: iustus describitur? Chry. In lege.n.præceptũ est: non solum reos, sed conscios criminis obnoxios esse peccato. Hier. Sed sciẽdum ꝙ iustum hic virtuosum in oib. dicit. Est.n. iustitia & auaritiã non habere, & vniuersalis virtus, & sic nomine iustitiæ maxime vtitur scriptura. Iustus igitur existens, i. benignus & mitis; voluit occulte dimittere eam, quæ non solum traditioni; sed et pęnæ secundũ legem obnoxia videbat, sed Ioseph vtrunq; renuit, quasi supra legem viuens: sicut.n. sol antequam radios monstret, mundum clarificat; sic & Christus antequam nasceretur multa signa pfectæ virtutis apparere fecit. Augu. de ver. domini. Vel aliter. Si solus nosti, quia aliquis peccauerit in te; & eum vis corã hominibus arguere, non es corrector, sed ꝓditor. vnde vir iustus Ioseph tanto flagitio qđ de vxore fuerat suspicatus magna benignitate pepercit. Estuabat vtiq; certa adulterij suspicio: & tñ quia ipse solus sciebat, noluit eam diuulgare, sed occulte dimittere volens prodesse peccanti, nõ punire peccantẽ. Hier. Vel hoc testimoniũ Mariæ est, ꝙ Ioseph sciens illius castitatẽ, & admirans quod euenerat, celat silẽtio, cuius mysterium nesciebat. Remi. Videbat.n. grauidam quam nouerat castam. & quia legerat. Egredietur virga de radice Iessæ. vnde nouit Mariã duxisse originẽ, & legerat ẽt. Ecce virgo concipiet. nõ diffidebat hanc prophetiã in ea esse implendã. Orige. Sed si suspicionẽ in ea non habebat, qũo iustus erat vt immaculatã dimitteret. Ideo ergo dimittere volebat, qm̃ magnũ sacr̃m in ea esse cognoscebat, cui approximare se indignum æstimabat. Gl. Vel cum vellet. eam dimittere iustus erat eũ occultè, pius notatur eam ab infamia defendens, & hoc est cum esset iustus voluit dimittere eã. cum nollet eam traducere in publicum. i. diffamare, voluit hoc facere occultè. Amb. super Luc. Nemo aũt quam nõ accepit, dimittit, & ideo quam volebat dimittere, fatebatur acceptã. Gl. Vel cum nollet eam traducere in domũ suam ad cohabitationem assiduã, voluit occultè dimittere eam, i. tp̃s nuptiarum mutare. Vera enim virtus est, cum nec pietas sine iustitia, nec sine pietate seruatur iustitia, quæ separatæ ab inuicem dilabũtur. Vel iustus erat per fidem qua credebat Christum de virgine nasciturũ, vnde voluit se humiliare ante tantam gratiam. *Vera uirtutis ratio.*

Hæc aũt eo cogitante; ecce Angelus dñi apparuit in somnis Ioseph, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugẽ tuã. Quod enim in ea natũ est, de Spiritu sancto est.

Remig. Quia sicut dictũ est, cogitabat Ioseph occultè Mariam dimittere. hoc autẽ si fecisset, perpauci essent, qui non magis suspicarentur eam esse meretricẽ, quã virginem; iccirco repentè consiliũ Ioseph diuino mutatum est consilio; vnde dicitur. Hæc autem eo cogitante. Glo. In quo notatur animus sapiẽtis, qui nihil temere vult incipere. Chry. in ho. Notatur etiam mansuetudo Ioseph, quia nulli enarrauit suam suspicionem, neque ei quæ suspecta erat, sed in se cogitabat. Aug. in ser. de natiui. Sed Ioseph ista cogitante, nõ timeat Maria Dauid filia, quoniam sicut Dauid veniã contulit sermo propheticus, sic Mariam liberat Angelus Saluatoris. Ecce.n. iterũ virginis ille paranymphus Gabriel aduenit; vnde sequitur, Ecce angelus dñi apparuit Ioseph. Glo. Hoc igitur verbo apparuit, significatur potestas apparentis, qui, quando vult, & quomodo exhibet se videndum. Raba. Quomodo autem Angelus Ioseph apparuit demonstratur, cum dicitur, In somnis, id est quomodo Iacob scalam vidit per imaginationem quandã oculis cordis ostensam. Chry. in ho. Ideo autem nõ apparuit manifestè Ioseph, sicut pastoribus; quia valde fidelis erat: pastores aũt indigebant quasi rudes. Virgo aũt indiguit, quasi primo de maximis instruenda. Similiter etiam Zacharias indiguit ante conceptionem prolis mirabili visione. Glo. Apparens Angelus nomẽ exprimit, genus commemorat, & timorem excludit, dicens: Ioseph fili Dauid, Ioseph eum ex noĩe, quasi notum & familiarem sibi ostendit. Chrys. sup. Mat. Filium Dauid eũ nominans, voluit eum adducere in memoriã promissionis Dei ad Dauid, vt de semine eius Christus nascerẽt. Chrys. in ho. Dicens autẽ. Noli timere, monstrat eum iam timere, ne offenderet Deũ quasi adul- *Nõnulli hic dissentiunt à Chryso.*

sã adulterã hẽns: alias non cogitasset eam expellere. Seue. Sponsus ẽt ne timeat admonet, q̃a prius animus dũ cõpatiẽ plus pauescit, ac si dicat. Hic non est mortis cã, sed vitæ, quia q̃ vitã parturit, non meretur occidi. Chry. sup. Matth. Dicens ẽt ne timeas, cognitorẽ se cordis eius ostendere voluit, vt per hoc futurorũ bonorũ q̃ de Christo erat dicturus, faceret fidẽ. Ambr. su. Lu. Non aũt te moueat, q̃ eam coniugem vocat. Nõ. n. virginitatis ereptio, sed coniugij testificatio, nuptiarũ celebratio declaratur. Hiero. cont. Heluid. Non tñ est putandum q̃ ex eo q̃ vxor est appellata, sponsa esse desierit: cum hanc esse consuetudinem scripturæ nouerimus, q̃ spõsos viros & sponsas appellet vxores, sicut Deuter. testimonio approbatur. Siquis inquit inuenerit virginẽ desponsatã viro in campo, & vim faciens dormierit cum ea, moriatur; quia humiliauit uxorẽ proximi sui Chry. in ho. Dicit aũt. Noli timere accipere, id est, intus retinere. iam. n. mente dimissa erat. Raba. Vel noli timere accipere eã nuptiali conuentu & assidua cohabitatione, Chrys. sup. Mat. Propter tres aũt causas apparuit Angelus Ioseph, hoc dicens ei. Primo ne iustus homo ignorans, faceret rem iniustã ex proposito iusto, deinde pp honorẽ ipsius matris. Nã si dimissa fuisset, apud infideles turpi suspitione carere non poterat tertio ut intelligens Ioseph sanctam conceptionẽ, diligentius se custodiret ab illa q̃ prius. Iõ tñ non ante conceptionẽ virginis venit ad Ioseph, vt nec cogitaret hic quæ cogitauit, ne pateretur quę passus est Zacharias, culpã infidelitatis incurrens, de cõceptione coniugis iã longeuæ, incredibilior. n. erat res, virginẽ posse concipere q̃ anum. Chry. in ho. Vel ideo turbato iã Ioseph, Angelus uenit, vt appareat Ioseph sapiẽtia, & vt hoc ipsum fieret ei eorum q̃ dicebantur demonstratio. Dum. n. audit ab Angelo quæ intra se cogitauerat; indubitabile signum erat quod à Deo mitteretur, cuius solius est scire cordis secreta. Sermo etiam Euangelistæ insuspicabilis fit, demonstrans Ioseph passum quod probabile est virum pati. Virgo etiam omnẽ malam suspitionẽ effugit ex hoc quod uir q̃ zelotipiam passus est, eã suscepit: & post conceptionem seruauit. Ideo aũt virgo Ioseph hæc quæ Angelus nunciaret non dixit, quia non æstimabat sibi credi à sponso; & maximè iã in suspitionẽ adducto. Virgini aũt ante conceptionẽ annunciat Angelus, ne si post conceptionẽ defferret, in angustia esset. Oportebat aũt extra turbationẽ esse illã matrẽ q̃ omnium conditorem recepit. Chry. in ho. Non solũ aũt Angelus ab iniqua cõmixtione virginẽ excusat, sed & supra naturam concepisse demonstrat non solum timorẽ auferens, sed & lætitiam addens, unde subdit. Qđ enim in natum est &c. Glo. Aliud est nasci in ea & aliud ab ea nasci; ab ea, est pdire in lucẽ, nasci in ea, est idem quod cõcipi, vel secundum præsentiam Angeli q̃ habet ex Deo, cui futurum quasi præteritum est, natum dr. Aug. de quæst. noui & uetu. testa. Sed si de Spiritu sancto natus est Christus cur dictum est. Sapientia ædificauit sibi domũ? Domus ista, genuina ratione debet intelligi. primum. n. domus Christi ecclesia est, quã ædificauit sibi sanguine suo. deinde potest & corpus eius dici domus eius, sicut dr templum eius. Factum autem Spiritussancti, factũ filij Dei est, propter naturæ & voluntatis vnitatẽ: siue n. pater faciat, siue filius, siue Spiritus sanctus; Trinitas est, quæ operatur; & q̃cquid tres fecerint, Dei vnius est. Aug. in Ench. Nunquid tamen ideo dicturi sumus patrem hominis Christi esse Spiritũ sanctum; vt Deus pater uerbũ genuerit, Spiritussanctus hominem? quod ita absurdum est, vt nulla fideles aures id valeant sustinere. Quomodo ergo dicimus Christum natum de Spiritusancto, si non eum genuit Spiritussanctus? an quia fecit eum? in quantum. n. homo est, factus est; sicut Apos. dicit. Factus ex semine Dauid. s. carne; neq; . n. quia mundum illũ fecit Deus; dici eum fas est Dei filiũ, aut natũ ex Deo, sed factũ uel creatum vel conditum. Hic autem cõfitemur eum natum de Spiritu sancto, & Maria virgine, qũo nõ sit Filius Spiritus sancti; & sit filius Mariæ virginis. Non ergo cõcedendũ est quicquid de aliqua re nascitur, continuò eiusdem rei filium nuncupandũ: vt enim omittã aliter de

Vera aũt ... de ... tio.

Tres causæ monitionis Ioseph.

Dissonantiæ scripturarũ tollitur.

Quæstionis solutio.

de homine nasci filium, aliter capillū, pediculū, & lubricum, quorū nihil est filius. Certè hoīes qui nascuntur ex aqua & spiritu, non aquę filios rectè eos dixerit quispiam, sed Dei patris & matris Ecclesiæ Sic ergo de Spiritu sancto natu est, & filius Dei Patris est, non Spiritus sancti.

Pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

Chry. in ho. Quia hoc, qđ Angelus ad Ioseph dixerat, supra humanā cogitationé & legé naturæ erat, non solū ex præteritorū reuelatione confirmat quæ dixerat, sed ét ex futuris, dicens: Pariet aūt filium. Glo. Vt. n. non uideretur Ioseph amplius coniugio non esse necessarius, cū cōceptio esset facta sine eius auxilio, ostendit ꝙ ꝗuis non sit necessarius conceptui, tñ vtilis est procurationi, quia ipsa pariet filiū: & tunc matri & filio erit necessarius, matri vt ab infamia defendat: filio, vt eum nutriat & circuncidat. Quę circūcisio notaē, vbi dicit. Et vo. no. eius Iesum. In circūcisione. n. solet dari nomen. Chry. sup Mat. Non aūt dixit pariet tibi filiū: sicut ad Zachariā. Ecce Elisabeth vxor tua pariet tibi filiū, quia mulier, quæ ex viro cōcipit, marito suo filiū parit, quia magis ex illo est quàm de ipsa. Hæc aūt quæ nō de viro conceperat, non viro filiū peperit, sed sibi tantū modo. Chry. in ho. Vel indeterminate hoc posuit, vt ostendat ꝙ eū peperit orbi terrarū vniuerso. Raba. Dicit autem Vocabis nomen, & non impones, quia ab ęterno impositū est. Chry. in ho. Hinc aūt ostendit admirabilé esse partū, quia Deus est, qui nomé desuper Angelū mittit, nec nomen quodcunq;, sed quod est infinitorum honorū thesaurus. Ideoq; interpretatur illud Angelus, bonā substituens spé, & ex hoc ad credēdū quod dicebaē inducit: ad talia. n. credenda facilius accedere cōsueuimus. Hier. Iesus. n. hebræo sermone saluator dr: Ethymologiā ergo nominis significat, dicens: Ipse. n saluū faciet populū suū à peccatis eorum. Ostendit. n. eundé totius mundi saluatoré, & nostrę salutis auctoré. Saluat quidé, non incredulos, sed populū suū: hoc est, in se credentes saluat: non tā à visibilibus hostibus, quā potius inuisibilibus: hoc est à peccatis saluat non armis pugnando, sed peccata relaxādo. Seue. Veniant & audiāt qui requirūt, quis est qué Maria genuit? Ipse. n. saluum faciet populū suum, non alterius saluū faciet populū: vñ à peccatis eorū, esse Deū q peccata donat si Christianis nō credis, crede infidelibus vel Iudæis, dicētib. Nemo pōt peccata dimittere, nisi solꝰ Deus.

Ioseph dicitur Christum circūcidisse.

Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam dicentem. Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomē eius Emanuel: quod est interpretatum nobiscum Deus.

Remi. Mos fuit Euāgelistæ ea quę dicit de veteri testō cōfirmare pp Iudæos, qui in Christū crediderant, vt agnoscerent ea esse completa in gratia Euangelij, quæ ꝑdicta fuerāt in veteri testō: & subdit. Hoc aūt totū factū est. Quærendū autem est in hoc loco, quare dixerit hoc totū factum esse, cū superius solā conceptioné narrauerit? Sed sciendū, ꝙ hoc ideo dixit, vt demonstraret quod ante in præsentia Dei factū fuit, quam fieret apud hoīes. Sine q a præteritarum rerū erat narrator, totū factum esse dixit: quia qñ hoc scripsit, iam totum factū erat. Raba. Vel hoc totum factū esse dicit, quod virgo desponsareē, qđ casta seruaretur, quod grauida inueniretē, quod per Angelū reuelaretur, vt adimpleretur quod dictū est Non. n. hoc impleretē qđ virgo conciperet & pareret, nisi despōsata esset, ne lapidaretur, & nisi ab Angelo secretū detegeretur, & ita eā Ioseph acciperet, dimissa p infamiā efflueret, & lapidatione periret. Si ergo ante partū periret, cessaretur prophetia, quæ ait: Pariet filiū Glo. Vel pōt dici, quod, vt, non poniē causaliter. Non n. ideo impletū est, quia implendū erat: ponitur aūt consecutiuè, sicut & in Gen. suspendit alterū in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur: quid vno suspenso coniectoris veritas est ꝓbata. sic & in hoc loco intelligendum est, ꝙ hoc facto qđ prædictū est, prophetia impleta est. Chry. in hom. Vel aliter: Quia vidit Angelus abyssum diuinæ misericordiæ, naturæ leges solutas, & eum, qui erat omnibus superior, ad hoīem qui erat oīb. inferior descendisse. Hæc & huiusmodi

Quæstio pulchra explicaē.

vno

vno verbo ostendit, dicens: Hoc aût totû factû est, quasi dicat, ne putes q hæc nûc tantum Deo placeant, olim præordinata sunt: decenter.n. angelus non virgini, sed Ioseph prophetiam inducit, quasi in prophetis meditâti & experto Et primò quidem virginé coniugé appellauerat: nunc aût virginé cum propheta inducit, vt hoc ét à propheta audiret, quasi diu præmeditatum. Vnde ad fidé eorû quæ dicebant, inducit Esaiam vel magis Deum: non.n. dicit; Vt impleretur quod dictum est ab Esaia, sed quod dictum est a dño per Esaiam. Hiero. super. Esaiam. Qm autem pręmittitur in prophetia: Dabit dñs ipse vobis signû; nouum dêt esse, atq; mirabile. Si autem iuuencula, vel puella, vt Iudæi volunt, & non virgo pariat, quale signû poterat appellari, cum hoc nomen ætatis sit, non integritatis? Et re uera virgo hebraicè Bethula appellatur, quæ in præsenti loco non scribitur in prophetia. Sed pro hoc verbo, positû est Halma, quod pręter septuaginta oés adolescentulá transtulerunt. Porrò Halma, apud eos ambiguum est. Dicitur.n. & adolescentula & abscondita, ergo Halma non solû puella vel virgo, sed virgo abscondita dí, & secreta, q̃ nunquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit. Lingua quoq; Punica, quæ de Hebręorû fontibus dr, propriè virgo Halma appellatur. In nostro quoq; sermone Halma dr sancta, omniumq; penè linguarû verbis vtuntur Hebræi, & quantum cû mea pugno memoria nunquam me arbitror Halmam de muliere nupta legisse, sed de ea, quæ est virgo, vt non virgo solummodo sit, sed in annis adolescentiæ. Potest.n. fieri, vt virgo sit vetula. Ista aût virgo erat in annis puellaribus, vel certè virgo, non puella quę adhuc virum nosse non posset. Hier. sup. Mat. Pro eo aût quod Euangelista Matthæus dicit: In vtero habebit, in propheta, quia futurum prædicit, significat quod futurû sit & scripsit, Accipiet. Euangelista auté, quia nó de futuro, sed pręterito narrat historiam, mutauit accipiet, & posuit habebit: qui aût hét, nequaquam accepturus est. Dicit aût: Ecce virgo in vtero hébit & pariet filium. Leo in

Notatur prauitas hebræorum.

Quæstio pulchra explicatur.

Epist. ad Flauianû: Conceptus quippe est de Spiritu sancto, intra vterû virginis matris, q̃ ita illû salua virginitate edidit, quéadmodû salua virginitate concepit. Aug. in ser de natiui. Qui n. dirupta corporum membra in alijs poterat reintegraré tangendo, quanto magis in sua matre quod inuenit integrû, non violauit nascédo? crevit.n. in eius partu corporis integritas potius, quàm decreuit, & virginitas ampliata est potius, quàm fugata. Theop. in ser. Ephesini concilij. Quia vero Photinus purû hominem dicit, qui natus est, Dei non dicens partû, & qui ex vulua processit, hominé proponit à Deo diuisum. Dicat nûc quõo natura humana per vuluã virginalé nata, virginitaté vuluæ seruauit incorruptá? nullius.n hominis mater virgo permansit. Sed quia natus est carne Deus verbû, custodit virginitaté, seipsum per verbû esse ostendens, neq;.n. nostrû verbû cû paritur, corrumpit menté, neq; Deus verbum partû eligens peremit virginitaté. Sequitur: Et vocabunt nomé eius Emanuel. Chry in ho. Consuetudo quidé est scripturæ res quæ contingunt, pro nominibus ponere. Nihil ergo est aliud quod dr: Vocabunt nomen eius Emanuel: quàm videbunt Deû cû hominibus, vnde non dicit vocabis, sed vocabunt. Raba. Primò quidé Angeli psallentes, secundò Apostoli prædicantes, adhuc & Sancti Martyres, deinde cuncti credentes. Hier. sup. Esaiã. Septuaginta aût reliqui transtulerunt similiter: Vocabis, pro quo hic scriptû est: Vocabunt, quod in Hebræo non habetur verbû.n. charatim, quod oés interpretati sunt vocabis. pt intelligi & vocabit, quod ipsa.s. virgo, quæ cócipiet & pariet Christum, Emanuel appellatû sit nomine, qđ interpretatur nobiscum Deus Remi. Quęrendum aût est, quis est interpretatus hoc nomen, Propheta aut Euangelista, aut aliquis translator? Sed sciendum quod Propheta non est interpretatus: Sancto autẽ Euangelistæ quid necesse fuerat interpretari, cû scriberet hebræo sermone fortassis quia hoc nomen obscurû erat apud Hebræos, idcirco dignum erat interpretatione. Sed magis credendû est, quod aliquis translator sit interpretatus, ne haberetur

In Maria est dedicata virginitas.

hoc

hoc nomen obscurum apud Latinos: hoc deniq; noīe duæ substantiæ diuinitatis.s. & humanitatis, in una persona dñi nostri Iesu Christi designātur, quia qui ante oīa secula ineffabiliter genitus est à Deo Patre, idē ipse in fine tēporū factus est Emanuel, idest nobiscum Deus ex virgine matre. Quod autem dr̄ nobiscum Deus, pōt intelligi hoc modo, nobiscum factus est, idest passibilis, mortalis, & per omnia nr̄i similis absq; peccato, siue quia substātiā nr̄æ fragilitatis quam assumpsit, substantiæ suæ diuinitatis in vnitate personæ cō iunxit. Hier. sup. Esai. Sed sciēdum ꝙ Hebræi hoc de Ezechia filio Achaz prophetari arbitrantur, ꝙ ipso regnante capta sit Samaria, quod omnino probari non pōt. Siquidem Achaz filius Ioathan regnauit super Iudæam, & Hierusalem annis 16. cui successit in regnū filius eius Ezechias annos natus 25. & regnauit super Iudæā & Hierusalem annis 29. Qūo ergo quam vidit primo anno Achaz prophetiam de Ezechiæ conceptu dr̄ & natiuitate, cū eo tempore cū regnare cœperat Achaz, iam nouem esset Ezechias annorū? nisi fortè sextum Ezechiæ regni annum, quo capta est Samaria, infantiā eius appellari dicāt, nō ętatis, sed imperij, quod coactū esse, ac violētū etiam stultis patet: Quidā de nostris, Esaiam Prophetā duos filios habuisse cōtendit, Ioseph & Emanuel: Emanuel de prophetissa vxore sua esse generatum in typum dñi saluatoris hoc autē fabulosum est. Petrus Alfonsus. Nō .n. sciī ꝙ aliquis homo illius temporis Emanuel sit vocatus. Sed obijcit Hebræus, quomodo stare poterit ꝙ hoc propter Christum dictum sit, & Mariam, cum ab Achaz vsq; ad Mariam multa centena annorum transierint? Sed licet ad Achaz loqueretur Propheta, non solum tamen ad eum vel de suo tempore dicta est prophetia, Propter hoc .n. dictū. Audite domus Dauid, non auditu Achaz. Item Dabit dn̄s ipse uobis signum, addidit ipse. Ac si diceret, non alius. Ex quo potest intelligi, ipsum dominum sinum esse futurum. Quod ēt pluraliter ait vobis & non tibi, inuenitur non propter Achaz. vel ad ipsum solum hoc dictum fuisse. Hiero. sup. Esa. est ergo sic intelligendum quod dr̄ ad Achaz. iste puer qui nascetur ex virgine ò domus Dauid, nunc appelletur Emanuel, idest nobiscum Deus, quia à rebus ipsis probabiliter à duobus regibus inimicis liberata, patebit Deū te habere præsentem: Postea autem vocabitur Iesus, idest Saluator, eo ꝙ vniuersum genus hominū sit saluaturus. Non mireris ergo ò domus Dauid ad rei nouitatem, si virgo Deū' pariat q̄ tantam hēat potestatem, vt multo post tempore nasciturus te nunc liberet inuocatus. Aug. cōtra Fau. Quis aūt dementissimus diceret cū Manichęo verius esse fidei de Christo sine teste non credere, cū Apostolus dicat. Qūo credent ei quē non audierunt? aut qūo audient sine prædicante? Vt aūt non cōtemneretur, neq; fabulosa ducerentur quæ Apostoli nunciabant, demonstraī hęc à Prophetis fuisse prędicta: quia & si attestabantur miracula, nō defuissent qui magicæ potentiæ cuncta illa tribuerent, nisi talis eorū cogitatio contestatione prophetica vinceretur. Magicis enim artibus longè antequā nasceret̄, Prophetas sibi constituere à quibus pronunciaretur, nemo vtiq; diceret. Si ēt dixerimus homini Gentili, crede Christo, quia Deus est, & r̄nderit, vnde credo? prolataque auctoritate prophetarū, ostēderimus fidem prophetarū ex his q̄ ventura cecinerunt euenisse cernuntur. Credo .n. ꝙ eum non lateret, quantas à regibus huius seculi persecutiones prius pertulerit Christiana religio, videat nunc ipsos reges terræ Christi imperio subiugatos, omnesq; gētes eidem seruientes, q̄ omnia ꝑ Prophetas fuerunt prædicta. Hoc ergo audiēs de scriptura prophetica, & cernens in vniuersa terra completa, moueretur ad fidē Gl. Horū ergo errorē Euangelista excludit, dicens: Vt adimp. quod di. est per prophe. à do. Prophetia autem alia est ex prædestinatione Dei, quam necessarium est euenire omnibus modis, vt sine nostro impleatur arbitrio, vt illa de qua modo agimus vnde dicit. Ecce ad demonstrādū certitudinē prophetiæ. Alia est ex præscientia Dei, cui nostrū admiscetur arbitrium, & cooperante gratia cōsequit̄ præmium, vel ab ea iustè relicti tormētum. Alia vero

Prophetia duplex distinguit̄.

ro ex præscientia, sed est quædam comminatio more humano facta; sicut illud, Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur, intelligendo nisi Niniuitæ corrigantur.

Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præceperat ei Angelus domini, & accepit Mariam coniugem suam. Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum.

Remi. Eo aditu rediit vita, quo ingressa est mors. Per inobedientiam.n. Adæ omnes perditi sumus, per inobedientiam Ioseph omnes ad pristinum statũ incipimus reuocari. Nam his verbis magna nobis virtus obedientiæ commendatur, quibus dr. Exurgens autem, &c. Glo. Non tantum ꝙ præcepit Angelus fecit, sed etiam sicut ꝑcepit. Quisquis etiam a Deo monetur soluat moras, surgat à somno, facit quod iubetur. Et accepit, &c. Chryso. Non in domo accepit eam, nec.n. adhuc dimiserat eã de domo, sed de animo suo deposuerat eã & iterũ in animum suũ eam recepit Remi. Vel accepit celebratis nuptiis vt coniunx vocaretur, non tñ vt concumberet, quia sequitur. Et non cogno. eam. Hieron. contra Heluidium. Sed Heluidius superfluo labore deludat cognoscendi verbum ad coitũ magis, quam ad scientiam esse referendum, quasi hoc quisquam negauerit, & eas ineptias quas redarguit aliquando prudens quispiam potuerit suspicari. Deinde vult docere, ꝙ donec, siue, vsq; aduerbium certum tp̃s significet, quo completo fiat aliquid quod vsq; ad illud tempus nõ fiebat, vt hic: Non cogno. eam, do. pe. fi. Apparet, inquit, cognitã esse post partũ, cuius cognitionem filii tm̃ generatio differebat. Et adhoc approbandũ congerit de scripturis exempla quamplurima. Ad quod respondemus. Et nõ cognoscebat, & vsq; vel donec in scripturis dupliciter intelligenda. Et de eo quidem quod scriptum est, & nõ cognoscebat, ad coitum esse referendum, ipse disseruit nullo dubitante, quin ad sciẽtiam sæpe referatur, vt & ibi. Remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Sic etiam donec in scriptura sæpe certum tempus, sicut ipse disseruit, significat, sępè infinitum, vt est illud: Donec consenescatis ego sum. nunquid postquam illi senuerint, Deus desistet? Et

Confutantur Heluidii deliramenta.

Prophetia duplex distinguitur.

saluator in euang. Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationẽ seculi, ergo post cõsummationem seculi a discipulis abscedet? Et Apo. Oportet illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus eius, nunquid postquã illi sub pedibus erunt, regnare desistet? Intelligat ergo ex de quibus posset ambigi si non fuissent scripta significari. Cætera verò nostræ intelligentiæ der. lin qui, iuxta quod Euangelista illud. ndi. at, de quo scandalũ poterat moueri, non eam cognitã esse à viro vsq; ad partum. vt multo magis intelligeremus cognitã nõ fuisse post partum. Hie. sup. Mat. Vt si quis dicat Donec ille vixit non est hoc locutus, nunquid per hoc significauit, quia post mortẽ ille locutus est, quod fieri non potest? sicut & Ioseph ante partum credibile fuit vt non cognosceret eũ, quia nondum cognoscebat mysterii dignitatem. Postquam vero cognouit quia est facta vnigeniti Dei tẽplum quomodo poterat hoc vsurpare? Sed sequentes Eunomium putant, quia illi ausi sunt hoc dicere, ꝙ & Ioseph hoc facere ausus fuit, sicut insanus neminem reputat esse sanum. Hie. contra Hel. Ad summam illud requiro cur se abstinuerit Ioseph vsque ad partus diem? respondebit vtique, quia Angelum audierat dicentem. Quod incarnatum est &c. Qui ergo somnio tantum credidit vt vxorem non auderet tangere, hic postquam pastores audierat, Magos viderat, miracula tanta cognouerat, templum Dei, Spiritus sanctis sedem, dñi sui matrem audebat attingere? Chry. sup. Mat. Potest ẽt dici ꝙ verbum cognoscendi hic accipitur pro agnitione: vere.n. non cognouit eam ante cuius fuerat dignitatis, & postquam peperit, tunc cognouit eam, quia speciosior & dignior facta fuerat quã totus mundus, quia quem totus mũdus capere non poterat, in angusto cubiculo vteri sui sola suscepit. Hil. in ho. Vel aliter. Propter sanctissimæ Mariæ glorificationem à Ioseph cognosci non potuit donec peperit: dominum enim gloriæ habens in vtero quomodo cognosceretur? si Moysi cum Deo colloquentis glorificata est facies, vt non possent intendere in eum filii Israel, quãto magis Maria agnosci vel intueri nõ poterat, quę dominum potentię in vtero habebat? Post partũ autem à Ioseph

Alia dissolutio.

seph agnita inuenitur specie faciei, non tactu libidinis. Hier. super Mat. Ex hoc autē quod dicit: Filium suum primogenitū, quidam peruersissimè suspicantur & alios filios habuisse Maria, dicentes primogenitum non dici, nisi qui habeat & fratres, cū hic mos scripturarū, sit vt primogenitum non eum uocent, quem fratres sequuntur, sed eum qui primus natus sit. Hie. contra Hel. Alioquin si non est primogenitus nisi quem sequuntur & fratres, tandiu sacerdotibus primogenita non debentur, quandiu & alia fuerint procreata. Glo. Vel primogenitus dicitur inter omnes electos per gratiam, propriè autem vnigenitus Dei Patris vel Mariæ dr̄. Sequitur; Et uocauit nomen eius Iesum. Die 8. quo fiebat circuncisio & nomen imponebatur. Remig. Liquet autem hoc nomen fuisse notissimum sanctis patribus & Dei prophetis, maxime illi qui dicebat; Defecit in salutari tuo anima mea, & exultauit cor meum in salutari tuo. Et illi qui dicebat. Exultabo in Deo Iesu meo.

CAPVT SECVNDVM.

CVM natus esset Iesus in Bethleem Iudę in diebus Herodis regis, Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes; Vbi est qui natus est rex Iudæorū? Vidimus.n. stellam eius in Oriente, & uenimus adorare eum.

Aug. in ser. de epi. Post miraculum virginei partus quo vterus diuino numine plenus, saluo pudoris signo Deū hominemq; proludit inter obscuras cubiculi latebras & pręsepis angustias, in quibus infinita maiestas membris cōtractioribus stabulabat, dum pendet ad vbera, & uilium patitur Deus inuolumenta pannorum, repente nouum de cęlo sydus terris effulsit, & totius mundi dissipata caligine, noctem conuertit in diem, ne dies celaretur in nocte, unde Euangelista dicit; Cum ergo natus esset, &c. Remi. In principio autem huius euangelicæ lectionis tria ponit. Personā, cum dicit. Cum na. es. Ie. Locum, cum ait; In Bethleem Iudæ. Tempus, cum dicit; In diebus Hero. reg. Et hæc tria ad cōfirmationem narrandæ rei ponuntur. Hiero. super Mat. Putauimus autem ab Euāgelista primum editum sicut in hebraico legimus Iudæ, non Iudææ. Quæ est.n. aliarum gentium Bethleem, vt ad distinctionem eius hic Iudææ poneretur? Iudæ autem idcirco scribitur, quia & aliam Bethlehem in Iudæa legimus in lib. Iesu filij Naue. Glo. Duæ.n. Bethlehē sunt, alia quæ est in terra Zabulon, altera quæ in terra Iuda, quæ prius vocata est Effrata. Aug. de con. euā. De ciuitate autem Bethlehem Matthæus Lucasque consentiunt. Sed quomodo & qua causa ad eam venerint Ioseph & Maria Lucas exponit; Matthęus prętermittit, Econtra de Magis ab Oriente venientibus Lucas tacet, Matthæus dicit. Chry. super Mat. Sed videamus quid ad vtilitatem respiciat ꝙ Euangelista tēpus designat quo Christus nascitur, dicens, In die. He. re. qd̄ dicit vt prophetiam Danielis impletam demonstraret, quæ post 70. septimanas annorum Christum nasciturum esse prædicit, Nam ex illo tempore vsque ad regnū Herodis 70. septimanarum anni sunt consummati, vel ideo quia quandiu Iudaica gens sub Iudaicis regibus, quamuis peccatoribus tenebatur, prophetæ mittebantur ad remedium eius, nūc autem qn̄ lex Dei sub potestate regis iniqui tenebatur, & iustitia Dei sub dominatione Romana ꝑmebatur, nascitur Christus, quia magis desperabilis infirmitas medicum artificiosiorē quęrebat. Vel ideo regis alienigenæ mētionem fecit, vt impleretur prophetia, quę dixit. Non auferetur septrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est. Amb. super Luc. Fertur autem ꝙ Idumei latrones Ascalonam ingressi, Antipatrum inter alios adduxerunt captiuum. Is igitur imbutus mysterijs Iudæorum, Hercano Iudææ regi amicitia copulatur, quem pro se ad Pompeium Hircanus duxerat, & quia legationis fructum potitus est, per eā gratiam partem regni affectauit. Occiso autem Antipatro filius eius Herodes sub Anto. senatuscon. Iudæis regnare præceptus est, in quo claret Herodē nulla affinitate generis Iudęorū, regnum quæsisse. Chry. in ho. Dixit autem Herodis regis, dignitatē addens; quia & alius filius fuit Herodes, qui Ioannem interfecit.

Chry.

Chry.sup.Mat.Dũ ergo hoc tẽpore natus esset, ecce Magi veniunt, hoc est confestim vt natus est, magnũ Deum ostendentes in paruulo homine. Rab. Magi verò sunt qui de singulis rebus philosophantur, sed sermo cõis Magos pro maleficis accipit, qui aliter tñ habentur apud gentem suam, eo q̃ sunt philosophi Chaldæorum, & ad huius artis scientiam reges quoq; & principes eiusdem gentis, omnia sapiunt, & ipsi primum ortũ domini intellexerunt. Aug. in ser. de epi. Illi autẽ Magi quid fuerunt nisi primitiæ gentium? Israelitæ pastores, Magi Gentiles, illi prope, isti longe, vtrique tamen ad angularem lapidẽ cucurrerunt. Manifestatus est ergo Iesus non doctis nec iustis. Præualet nanq; imperitia in rusticitate pastorum, & impietas in sacrilegijs magorum, vtrosq; sibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui venerit stulta eligere vt confunderet sapientes, & non vocare iustos; sed peccatores, vt nullus magnus superbiret, nullus infirmus desperaret. Gl. Hi autem Magi reges fuerunt, qui & si tria munera obtulisse dicuntur, non ideo nõ plures q̃ tres fuisse probantur, sed vt per eos gentes, quæ ex tribus filijs Noe natæ sunt, venturæ ad fidẽ præfigurarentur, vel tot fuerũt principes, qui plures duxerunt in comitatu suo. Venerunt aũt nõ post annum: quia tũc inueniretur in Aegypto, non in præsepio, sed in 13. die. Ad ostẽdendum autẽ vnde venirent, dicitur: Ab Oriente. Rem. Sciendum est autem quia varia est de Magis opinio: quidam .n. dicũt eos fuisse Chaldæos: Caldæi enim stellam pro Deo colebant, & idcirco dixerunt q̃ nuncupatiuus eorum Deus ostẽderit Deũ verum natura. Alij verò dicũt Persas eos fuisse. Nonnulli dicunt illos de vltimis finibus terræ fuisse. Alij verò dicunt illos fuisse nepotes Balaam, quod magis est credendum. Balaam .n. inter cætera quæ ꝓphetauit, dixit: Orietur stella ex Iacob. Illi verò habentes hanc prophetiam mox vt viderunt stellam nouam, intellexerunt regem natum & venerunt Hie. Et sic hãc stellam futuram vaticinio Balaam nouerant, cuius erant successores. Sed quærendũ est, si Chaldæi, vel Persæ, aut de vltimis finibus terræ fuerunt, quomodo in tam breui spacio Hierosolymã venire potuerunt.

Opinio varia de Magis.

Rem. Sed sciendũ est, q̃ aliqui solent dicere, q̃ puer qui tunc natus est in tã breui spacio temporis, de vltimis finibus terræ ad se perducere potuit. Glo. Vel non mirandũ est eos in 13. diebus venisse in Bethlehem, cùm equos Arabicos & dromedarios haberent, qui scilicet sunt veloces ad iter. Chry. sup. Mat. Vel per biennium ante Christi natiuitatem profecti sunt, & stella eos præcedebat, & neque esca, nec potus defecit in perijs eorum. Remi. Vel si fuerunt successores Balaam, reges istorum nõ longè distant à terra promissionis, idcirco in tam breui spacio temporis Hierusalem venire potuerunt. Sed tunc quærendum est, quare Euangelista dicat eos ab Oriente venisse? Quod ideo est, quia ab illa regione venerunt, quæ in orientali parte Iudæis posita est. Pulchrè autem ipsi ab Oriẽte venisse dicuntur; quia omnes qui ad dominum veniunt, ab ipso & per ipsum veniunt. Ipse .n. est Oriens, secundum illud. Ecce vir Oriens nomen eius. Chrysο. sup. Mat. Vel ab Oriente venerunt, vnde dies nascitur, vnde initium fidei processit; quia fides lumen est animarum. Ab oriente ergo venerunt, sed Hierosolymam. Remi. Quamuis dominus ibi natus nõ esset, quia licet agnoscerent natiuitatis tempus, locum tamen non cognouerunt. Hierusalẽ enim ciuitas regia est, & crediderũt quòd talis puer non nisi in vrbe regia nasci debuisset. Siue ideo venerunt vt adimpleretur quod scriptum est. De Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem, quia ibi primo annunciatus est Christus; Siue vt studio Magorũ dãnaretur pigritia Iudæorum. Venerunt ergo Hierosolymam, dicẽtes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Aug. in ser. de epi. Cum autem multi nati atque defuncti essent reges Iudæorum, nũquid quenquam eorum adorandum Magi quæsierunt? quia nec quenquam eorum de cœlo loquentem didicerunt. Non itaq; regi Iudæorũ quales esse illic solebant, hunc tam magnum honorẽ longinque alienigenæ ab eodẽ regno prorsus ab extraneis à se deberi arbitrabantur. Sed talem natum esse didicerant, in quo adorando salutem, quæ secundum Deũ esse consecuturos minimè dubitarent, neq; enim ætas erat talem, cui adulatio humana seruiret. nõ de

Oriens quis dicatur.

mem-

membris purpura, non in capite diadema fulgebat, nó pompa famulantium, nó terror exercitus, nó gloriosa fama præliorū, hos ad eum viros ex remotis terris cum tanto voto supplicationis attraxerunt. Iacebat in præsepio puer ortu recens, exiguus corpore, contéptibilis paupertate. Sed magnum aliquid latebat in paruo, quod illi hoies primitiæ gentium, non terra portante, sed cœlo narrante didicerant, vnde sequitur: Vidi.n.stel. eius in Orien. Annunciant & interrogant, credunt & quærunt, tanquā significantes eos qui ambulant p fidem, & desiderant spem. Chry. in hom. Sciendum autem q̃ Priscilianistæ hæretici qui nasci vnumquemq; hominem cōstitutionibus stellarum putant, hoc in adiutorium sui erroris assumunt, q̃ noua stella exijt, cum dñs in carne apparuit, cuius fuisse fatum eandem quæ apparuit stellam putant. August. de con. euan. Et secundum Faustū hic stella inducitur, quæ confirmat Genesim vt rectè genesidiū hoc magis nūcupari possit, quàm Euāgeliū. Greg. in ho. Sed absit à fidelium cordibus, vt esse quid fatum dicant. Aug de ciui. Dei. Nam homines, quando fatum audiunt, vsitata loquendi consuetudine non intelligunt, nisi vim passionis sy derum, qualis est quando quis nascitur siue concipitur quod aliqui alienant à Dei voluntate. Et hi ab auribus omnium repellendi sunt, qui qualiuncunque Deorum volunt esse cultores. Aliqui vero stellas hanc putant habere potestaté traditam sibi à summa Dei potestate, qui magnam cęlo faciunt iniuriam, in cuius velut splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni, qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset genere humano decernente fuerat euertenda. Chrys. sup. Matth. Si ergo aliquis adulter & homicida fiat per stelllam, magna est iniquitas illarum stellarum, magis autem illius qui creauit stellas: nam cum sit præscius futurorum Deus, ex quo tanta iniquitas futura erat per stellas: si voluit ei dare non est bonus; si voluit ei darę & nó potuit, impotens est. Si ét stellæ est, qđ aut mali sumus aut boni; ergo nec bonū nostrum laudandū est, nec vituperandū malū: quia nec in nobis est voluntarius actus, ut quid.n.mali mei pœnam suscipiā, qđ non voluntate, sed necessitate commisi? Chry. sup. Mat. Ipsa denique mandata Dei ne peccent homines, aut hortamenta ut faciant bonum hanc insipientiam destruunt. Quis enim iubet aliquem ne faciat malum, quod nó potest declinare, aut faciat bonum, ad quod non potest peruenire? Greg. Insipientes uerò sunt orationes omnibus secúdum fatum existentibus; exultat autem ex prouidentia Dei cum pietate cú his & homo organum solum inuenitur superni circularis mot⁹ ad hoc enim moueri ad operationes aiunt, non solum partes corporis & animę excogitationes, & vniuersaliter qui hoc dicunt quæ in nobis sunt, & contingentis naturam destruūt ea, & nihil aliud est hoc quàm oīa euertere, ubi etiā de reliquo erit liberum arbitrium; liberum n. oportet esse quod est in nobis. Augu. in 10. de ciui. Dei. Non usquequaque autem absurdè dici potest ad solas corporum differentias, afflatus quosdam valere sydereos, sicut solaribus accessibus & decessibus uidemus anni tempora uariari, & lunaribus incrementis atq; decrementis augeri & minui quædam genera rerum, sicut concas & mirabiles æstus Oceani, non aūt animi voluntates positionibus sy derum subdi, q̃ nó dicant stellæ significare illa potius quā facere quod est q̃ nunquam dicere potuerunt cur in uita geminorum in actionibus, in euentibus, professionibus, actibus, honoribus, cęterisq; rebus ad humanam uitam pertinentibus, atq; in ipsa morte plerunque sit tanta diuersitas, ut similiores sint multi extranei, quàm ipsi inter se gemini, per exiguum temporis interuallum in nascendo separati; in conceptu aūt per cócubitum uno etiam momento seminati.

Priscilianistarū error notatur.

Syderalis impressio quatenus ualeat.

Quid ergo conātur efficere de interuallo exigui tēporis quod inter se gemini dū nascerentur habuerunt, si tn̄ ualet quanta inuenitur in geminorū uoluntatibus, actibus, moribus, casibusque diuersitas. Quidam uerò non astrorum constitutionem, sed omnium connexionem, seriemq; causarum, quam Dei summi tribuunt uolūtati & præsenti fati nomine appellāt. Si quis ergo res humanas fato tribuit, quia ipsam Dei uoluntatem uel potestatem fati nomine appellat, sententiam teneat, linguam corrigat, quoniam fati nomen solet a loquenti-

Fati rō explicat.

quentibus poni in ſyderum cõſtitutione, vnde voluntatem Dei, fati uocabulo nõ nũcupamus, niſi fortè ut fatũ a fando.i.à loquendo dictum intelligamus. Scriptum eſt: Semel locutus eſt Deus, duo hęc audiui. Vnde nõ eſt multum cum eis de verbi controuerſia laborandum atq; certandũ. Aug. cõtra. Fau. Si ãt ſub fato ſtellarũ nullius hoĩs geneſim ponimus liberum arbitriũ volũtatis, ab omni neceſſitatis vinculo vindicemus, quanto minus illius temporalem generationẽ ſub aſtrorum conditione credimus factã, qui eſt uniuerſorũ ętern⁹ creator & dñs? Itaq; illa ſtella quã uiderunt Magi, Chriſto ſecundum carnẽ nato non ad decertũ damnabatur, ſed ad teſtimoniũ famulabatur. Proinde non ex illis erat ſtellis quæ ab initio creaturæ itinerum ſuorum ordinẽ ſub creatoris lege cuſtodiunt, ſed nouo uirginis partu nouũ ſydus apparuit, qđ miniſteriũ officij ſui eſſet, ipſis Magis quærentibus Chriſtũ, cũ ante faciem præiret, exhibuit, donec eos vſq; ad ipſum locum vbi dñs verbum infans erat precedo perduceret.

Syderalis impreſſio quatenus ualeat.

Aſtrologorũ uanitas eliditur.

Quidam ãt aſtrologi ita conſtituerunt naſcẽtium hominum fata ſub ſtellis, vt aliquam ſtellarum hore aliquo nato circuitus ſui ordinẽ reliquiſſe, & ad eũ qui natus eſt perrexiſſe aſſeuerent, fortè quippe naſcentis aſtrorũ ordini colligari arbitrantur non aſtrorum ordinem ad hominis nati diem poſſe mutari, quam pp ſi ſtella illa ex his erat quæ in cęlo peragunt ordines ſuos, quõ poterat diſcernere ꝙ Chriſtus acturus erat, q̃ nato Chriſto iuſſa eſt relinquere qđ agebat? Si ãt ut probabilius creditur ad demõſtrandũ Chriſtũ quæ nõ erat, exorta eſt, non ideo Chriſtus natus eſt: quia illa extitit, ſed illa extitit, quia Chriſtus eſt, vnde ſi dici oporteret, non ſtellam Chriſto, ſed Chriſtum ſtellæ fatũ fuiſſe diceremus; ipſe quippe illi, nõ illa huic naſcendi attulit cãm. Chry. in ho. Nõ eſt hoc ẽt aſtronomiæ opus a ſtellis ſcire eos qui naſcuntur, ſed ab hora natiuitatis futura prædicere: hi aũt tp̃s natiuitatis non re cognouerũt, ut hinc ſumẽtes initiũ a ſtellarum motu, futura cognoſcerẽt, ſed econuerſo. Dicũt ergo: Vidim⁹ ſtellam eius. Glo.i. propriã, quia hanc creauit ad oſtẽſionẽ ſui.

Fati rõ explicat.

Aug. in ſer. de epi. Paſtoribus, Angeli, Magis ſtella Chriſtũ demonſtrat, utriſq; loquitur lingua cęlorũ q̃a lingua ceſſauerat ꝓphetarũ. Cęlos Angeli habitãt, & ſydera exornãt vtriſq;, ergo cęli narrãt gloriam Dei. Gre. Et rõnabiliter Iudæis tãq̃ rõne vtẽtib. rõnale aial.i. Angel⁹ p̃dicare debuit. Gẽtiles verò quia rõne vti neſciebãt, ad cognoſcendũ dñm, nõ p vocẽ, ſed p ſigna. p̃ducunt, quia illis prophetiæ tãq̃ fidelib. & iſtis ſigna tanq̃ infidelib. data ſunt. Eiſdẽ ãt gẽtibus Xp̃m cũ pfectæ eſſet ætatis, Apoſtoli p̃dicãt, eumq; paruulum & necdũ p humani oris officiũ loquẽtẽ ſtella gẽtibus denũciat quia nimirũ rõnis ordo poſcebat, ut loquẽtẽ iã dñm loquẽtes nobis p̃dicatores, & necdũ loquẽtẽ elemẽta muta p̃dicarent.

Allegoria ſtellæ.

Aug. in ſer. de ep. Ipſe etiam Chriſtus expectatio gẽtiũ, de q.b. quõdã beatiſſimo patri Abrahæ innumerabilis fuit ꝓmiſſa ſucceſſio, non carnis ſemine ſed fidei fęcũditate generãda, & ideo ſtellarũ multitudini cõparata, vt ab oĩ gẽtiũ patre, nõ terrena, ſed cęleſtis ꝓgenies ſperaret. Ad credẽdũ ergo promiſſæ poſteritatis hęredes in ſyderibus deſignari, ortu noui ſyderis excitãtur, vt in quo cęlũ eſt adhibitũ in teſtimoniũ, cęli famularet' obſequiũ. Chry. in ho. Qm̃ aũt non cęleſtiũ vna ſtellarũ hæc fuit, manifeſtũ eſt, nulla enim alia ſtellarũ hac via ꝓcedit: hęc.n. ab oriẽte in meridiẽ ferebatur, ita.n. Paleſtina ad Perſidẽ iacet. Secundo aũt a tp̃e quo videbatur, nõ.n. in nocte apparuit tãtũ, ſed in media die, qđ non eſt uirtutis ſtellæ, ſed nec ẽt lunæ. Tertio ab eo quod apparebat & occultabatur rurſus. cũ.n. intrauerunt Hieroſolymã, occultauit ſeipſam: deinde ubi Hęrodẽ reliquerũt, ſeipſam monſtrauit, neq; ẽt propriũ quẽdam greſſum habebat, ſed cũ oportebat ire Magos: ibat; qñ autẽ ſtare oportebat, ſtabat ſicut & de columna nubis erat in deſerto. Neq; ẽt ſurſum manẽs partũ uirginis oſtẽdebat, ſed deorſum deſcendens hoc faciebat, quod nõ eſt ſtellæ motus, ſed uirtutis cuiuſdã rõnalis, vñ vr̃ hæc ſtella uirtus inuiſibilis fuiſſe in talẽ apparentiã formata. Rem. Nõnulli dicunt hãc ſtellã fuiſſe ſpiritũ ſanctũ, ut ipſe qui poſtea ſup baptizatũ dñm deſcẽdit i ſpẽ ſtellæ apparuit Ma-

Stellæ natalitię ab alijs diſtinctio.

gis. alii dicũt fuisse Angelum, vt ipse qui apparuit pastoribus apparuit etiã Magis. Glo. sequitur ẽt. In oriẽte. Vtrum stella in oriente orta sit, an ipsi ibi positi natã, & occidẽte uiderint, ambiguũ est; potuit.n. nasci in oriente & eos in Hierusalem per ducere. Aug in ser. de Epi. Sed dicturus es. A quibus audierunt qđ talis. I Christum natũ significaret? protectò ab Angelis aliqua monitione reuelationis. Quæris fortassis, ab Angelis bonis, an malis? Christũ quidem & Angeli mali, hoc est dæmones filiũ Dei esse confessi sunt. Sed cur nõ & à bonis non audierint, qñ in Christo adorã do salus eorum iã quærebatur, nõ iniqui tas damnabatur? Potuerunt ergo illis, & Angeli dicere: Stella quã vidistis, Christus est. Ite adorate illum ubi natus est, & simul iudicate qualis quantusq; natus sit. Leo Pa in ser. de Epi. Vel præter illã stellę speciem, quę corporeum incitauit obtuitũ, fulgentior veritatis radius eorũ corda perdocuit, & hoc quidẽ ad illuminationẽ fidei pertinebat. Aug. in lib. de qst. no. & uet. tę. Vel Iudæorum natũ regẽ intellexerũt, cũ stella indice tꝑoralis rex soleat designari. Hi.n. Magi Chaldæi nõ maleuolẽtia astrorum cursum, sed rerũ curiositate speculabantur. Sicut.n. datur intelligi traditionẽ Balaã sequebantur, q dixit: Orietur stella ex Iacob, vnde uidẽtes stellã extra ordinẽ mundi, hãc intellexerũt, q̃ Balaã futurã indicẽ regis Iudęorũ prophetauerat. Leo Pa. in ser. de epi. Potuerũt ãt illis credita & intellecta sufficere, vt corporali intuitu non inquirrerẽt, qđ plenissimo uisu mẽtis inspexerant, sed diligẽtia sagacis officij ad videndũ vsq; puerũ perseuerãs, nostri tꝑis hominibus seruiebat, ut sicut oib. nobis profuit, q post resurrectionẽ dñi vestigia vulnerũ eius, Thomę Apostoli explorauit manus, ita ad nostram vtilitatẽ proficeret, q infantiã ipsis Magorũ probauit aspectus, vnde dicunt: Venimus ado. eũ. Chry. super Mat. Sed nunquid ne sciebãt, quia in Hierusalẽ regnabat Hęrodes? nunquid non intelligebãt? quia quicũque rege uiuente alterũ regẽ pronunciat, aut adorat, punitur in sanguine? Sed dum cõsiderabãt regẽ futurũ, nõ timebãt pręsentem, adhuc non uiderant Christum, & iam parati erant mori pro eo. O beati Magi, qui ante conspectum crudelissimi regis, priusquam Christum cognoscerent, Christi facti sunt confessores.

Chaldeorum curiosa ingenia.

Audiẽs aũt Hærodes rex, turbatus est, & oĩs Hierosolyma cum illo. Et congregans oẽs principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethlehem Iudę: sic enim scriptum est per Prophetã. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

Aug. in ser. de epi. Sicut Magi desiderãt redẽptorẽ, ita Hærodes timet successorẽ, vnde sequitur: Audiens aũt Hero. rex tur. est. Glo. Rex. dr̃ ut ex collatione eius qui quęritur hic intelligatur extraneꝰ. Chry. super Mat. Et ideo turbatur audiens regẽ natũ Iudæis ex genere Iudæorũ, cũ esset ipse genere Idumeus: ne regno reuoluto iterũ ad Iudæos, ipse a Iudæis expelleretur, & semẽ eius post ipsum præcideretur a regno: semper.n. grandis potestas maiori timori subiecta ẽ. Sicut.n. rami arborũ i excelso positarũ, ẽt si lęuis aura flauerit, mouẽtur: sic & sublimes homines ẽt lęuis nuncij fama conturbat, humiles ãt sicut in cõualle plerunq; in tranquillitate consistunt. Aug. in ser. de Epi. Quid ãt erit tribunal iudicantis, qñ superbos reges timere faciebat natiuitas infantis? Pertimeant regẽ ad patris dextrã iam sedentẽ, quẽ rex impius timuit adhuc matris ubera lambẽtem. Leo Papa in ser. de epi. Superfluo tñ Hærodes timore turbaris, non capit Christum regio tua, nec mundi dñs potestatis tuæ cępit esse contentus angustijs. Quem in Iudæa regnare non uis, vbique regnat. Glo. Vel non solum propter se timuit, sed propter irã Romanorum: decreuerant.n. Romani, ne quis rex vel Deus sine eorum consilio diceretur. Greg. in ho. Cęli autẽ rege nato, rex terræ turbatus est, quia nimirũ terrena altitudo cõfunditur, cũ celsitudo cęlestis aperit. Leo Pa. in ser. de epi. Hęrodes ẽt diaboli personam gerit, cuius sicut tũc fuit inuẽtor, ita nũc quoq; est indefessus imitator. Cruciatur.n. uocatione gẽtiũ, & quotidiana potestatis suæ destructione torquetur. Chry. super Mat. Vterque ergo zelo proprio turbatur, & sui regni

Hærodes genere Idumeꝰ.

gni

gni successoré timebat. Herodes terrenú,
diabolus aût cœlestem. Ecce aût & Iudai
cus populus turbatur, qui magis de audi-
tu isto gaudere debuerat, q̃a rex Iudæus
surgere dicebatur. Sed turbantur: quia de
aduétu iusti non poterant gaudere iniqui.
Aut certè turbabátur, ne fortè iratus Iu-
daico regi genus eius vexaret. vñ sequit̃:
Et oĩs Hier. cũ illo. Glo. Volens illi fauere
quem timebat: populus. n plus iusto eis fa
uet, quos crudeles sustinet. Sequit̃. Et con
gre. oẽs prin. &c. Vbi nota diligétiam in-
quirentis; vt si inuenerit, faciat qđ postea
se velle ostendit: sin aût, accusatus sit Ro-
manis. Remi. Scribæ aût dicti sunt, non tñ *Scribæ unde dicti.*
ab officio scribẽdi, sed potius ab interpre
tatione scripturarũ: erát. n. legis doctores.
Sequitur: Sciscitabatur ab eis, vbi Chri.
nasce. Hic attendendũ est: quia non dixit,
vbi Christus natus est, sed vbi nasceretur.
Callidè enim interrogauit eos, vt posset
agnoscere si de rege nato lætarent̃. Chri-
stum aût vocat: quia nouerat inũgi regem
Iudæorum. Chry. sup. Mat. Vt quid auté
interrogat Herodes, qui nó credebat scri
pturis? aut si credebat, qũo sperabat posse
interficere illum, quem regé futurum esse
dicebant? Sed diabolus instigabat, qui cre
debat, ꝙ scripturæ non mentiunt̃, sic sunt
oẽs peccatores, qui hoc ipsum qđ credũt,
perfectè credere non permittuntur: quod
. n. credunt, veritatis est virtus, q̃ non pót
esse occulta: quod aût non credũt excęca-
tio est inimici. Si. n. perfectè crederent, sic
viuerent, quasi post modicũ transituri de
hoc mundo, non quasi in æternũ másuri.
Sequitur: At illi dixerunt: in Bethleé Iu-
dæ. Leo pa. in ser. de Epi. Magi quidem hu
mano sensu significatũ sibi regis ortũ, exi
stimauerunt in ciuitate regia esse quæren
dum, sed qui serui susceperat formá, & nó
iudicare venerat, sed iudicari, Bethleem
prælegit natiuitati, Hierosolymam pas-
sioni. Theo. in ser. concilij Ephesini Si. n.
maximam Romam elegisset ciuitaté, po-
tentia ciuium, mutationé orbis terrarum
facta putarét, si filius fuisset Imperatoris,
ptáti vtilitatem ascriberent. Sed quid fe-
cit, oĩa egena & vilia elegit, vt diuinitas
cognosceretur orbé transformasse terra-
rũ, ppea pauperculam elegit matré, pau-
periorẽ patriã, egenus fit pecunijs, & hoc
tibi exponit præsepe. Greg. in ho. Bene ét
in Bethleem nascit̃, Bethleem quippe do-
mus panis interpretatur. Ipse nãq; est qui
ait: Ego sum panis viuus, qui de cœlo de-
scẽdi. Chry. sup. Mat. Cum aût debuissent
celare mysteriũ regis præfiniti à Deo, ma
ximè in conspectu alienigenæ regis, facti
sunt non prædicatores operũ Dei, sed ꝓ-
ditores mysteriorũ eius, & non solũ mani
festant mysterium, sed ét propheticũ pro-
tulerunt exẽplum. Vnde subiungũt. Sic. n.
scriptũ est per prophetá. s. Micheam. Et tu
Bethleem terra Iuda. Gl. hoc sic ponit: vt
ab eis dictũ est, qui & si non verba, verita
té sensus quodámodo ponunt. Hiero. Vñ
hic reprehenduntur Iudæi de ignorátia,
qm̃ propheta dicit. Tu Bethleem Effrata,
illi dixerũt: Tu Bethleé terra Iuda. Chry.
sup. Mat. Sed adhuc ipsam prophetiá præ-
cidentes interficiendorũ paruulorũ facti
sunt causa. sic. n. scriptum erat: Ex te exiet
rex qui pascet populũ meũ Israel, & dies
eius à diebus seculi. Si ergo integrã ꝓphe
tiam protulissent, considerans Herodes,
quia nó erat rex terrenus, cuius dies à die-
bus seculi erát in tm̃ furorem nó exarsis-
set. Hiero. sup. Mat. Est aût sensus prophe- *Sensus prophetiæ.*
tiæ talis. Tu Bethleem terra Iuda vel Ef-
frata, quod ideo dr̃, quia est alia Bethleẽ
in Galgalis sita, quamuis sit paruus vicus
inter milia ciuitatum Iuda, tñ ex te nasce
tur Christus, qui erit dñator Israel, qui se-
cundum carnem de Dauid est: de me tã
natus est ante secula, & ideo dr̃. Egressus
eius ab initio à diebus æternitatis, quia in
principio verbũ erat apud Deum. Sed hoc
vltimum, vt dictum est. Iudæi tacuerunt:
talia verò mutauerunt, vel ꝑ ignoran-
tiam, vt dictum est, vel ad maioré manife
stationem, vt Herodi alienigenæ intelle-
ctum prophetiæ aperiret, vnde pro eo qđ
propheta dixit Effrata: qđ erat nomé an-
tiquũ, & fortè Herodi ignotum, dixerunt
terra Iuda. Pro eo aût quod propheta di-
xerat. Minima es in milibus Iuda, volens
ostendere paruitaté eius, quantum ad po-
puli multitudinẽ, dixerunt: Nequaquam
minima es in principibus Iuda, volentes
ostẽdere magnitudiné dignitatis ꝓueniẽ
té ex dignitate principis: nasci turi, qua-

si dicerēt: Magna es inter ciuitates, ex quibus principes prodierunt. Remi. Vel talis est sensus, quāuis minima videaris inter vrbes principatū habentes, tñ non es minima; quia ex te exiet dux, qui regat populum meū Israel: dux aūt iste Christus est, q populū fidelē regit & gubernat. Chry. in ho. Intende aūt certitudinē prophetiæ; nōn.n. dixit q in Bethleem erit, sed q de Bethleem exiet ostendens q ibi solum nasceretur. Q̄uo aūt habet rōnem de Zorobabel hæc dicta esse, vt quidā dicunt? nō enim exitus eius fuit à principio ex diebus seculi. Neq; etiam ex Bethleē exiuit, cum nō in Iudæa, sed in Babylonia natus sit. Est ēt ad hoc quod dicit. Nequaquam minima es; quia ex te exiet. nullus.n. alius illustrē fecit villā, in qua nasceretur, quā Christus. Post natiuitatem.n. à finibus orbis terrarū veniunt visuri præsepe, & tugurij locum. Nō autem dixit: Ex te exiet filius Dei, sed dux, qui pascet populū meū Israel: oportebat.n. in principio condescēdere, vt non scandalizarentur, & quæ ad salutē hominum pertinebāt prædicare, vt magis inducerentur. Quod aūt dicit: Qui regat populū Israel. Israel.n. hic dicit eos qui crediderunt ex Iudæis: si aūt non omnes Christus rexit, eorū est accusatio. De gentibus autē interim tacuit, ne scandalizaret Iudæos. Vide autem mirabilē dispēsationē, Iudæi.n. & Magi simul se inuicē docent. Iudęi à Magis audiunt, q Christū in orientis regione stella prædicabat, & Magi à Iudæis, q prophetæ antiquitus eū nunciauerūt, vt geminato testimonio cōfirmati ardentiori fide expeterent; quē & stellæ claritas, & prophetiæ manifestabat auctoritas. Augu. in ser. de Epi. Poterat.n. stella quæ Magos perduxit ad locum, vbi erat cum matre virgine Deus infans, ad ipsam eos perducere ciuitatem. Sed tñ subtraxit se nec eis prorsus apparuit, donec de ciuitate in qua Christus nasceretur, & ipsi Iudæi dicerent: In Bethleem Iudæ similes facti fabris arcæ Noe, qui alijs vbi euaderent præstiterunt, & ipsi diluuio perierunt, similes a lapidibus à miliarijs viā ostēderunt, nec ipsi ambulare potuerunt. Audierunt & abierunt inquisitores; dixerunt & remanserūt doctores. Nunc quoque Iudæi simile aliquid vobis exhibere non desinunt: nonnulli.n. paganorum qñ eis de scripturis testimonia clara proferimus, ut nouerint Christū ante pphetatū. suspecti, ne fortè a Christianis ista conficta sint, malunt credere codicibus Iudęorū & sicut tunc Magi fecerunt, Iudæos dimittunt inaniter lectitare, ipsi pergunt fideliter adorare.

Ratio largusio pseudo graphorum.

Comparatio lepida iudæorū.

Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tēpus stellæ quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem, dixit Ite, & interrogate diligenter de puero Et cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eū. Qui cum audissent regem, abierunt.

Chryſ. sup. Mat. Postquàm audiuit Herodes respōsum duplici mō credibile: primū quia a sacerdotibus fuerat dictū, deinde quia exēplo prophetico fuerat cōprobatum, nō tñ ad deuotionē flectitur nascituri regis, sed ad malitiā interfectionis ei⁹ per dolū. vidit.n. quia nō poterat Magos nec blādimētis flectere, nec minis terrere, nec auro corrūpere, ut cōsentirēt in interfectionē regis futuri, ideo illos decipere cogitauit, vñ dr̄. Tūc He. clam uo. Magis. Occultè āt vocauit eos, ut nō viderēt Iudæi, quos hēbat suspectos, ne fortè quasi regē suę gētis amātes, pderēt cōsiliū eius. Dili. didi. ab eis tē. stel. Remi. Idcirco diligēter; q a callidus erat, & timebat ne non reuerterētur ad eū, ut tūc sciret quid ageret de puero occidēdo Aug in ser de epi. Fermè āt biēnio ante uisa est stella, mirātib. quid esset. Sed tūc intelligitur indicatū eis, cuius esset stella, quæ iā diu uidebatur, qñ natus est, q per illā significabatur. Sed postq̄ Christo nato reuelatū est Magis, venerūt ab oriēte & 13. die adorauerūt eū, quē ante paucos dies natū fuisse didicerūt. Chry. in ho. Vel ante multū tp̄s hæc stella apparuit, qm̄ multum tp̄s in itinere erāt Magi cōsumpturi, ut confestim cū natus esset, Christo assisterēt, eū in fascijs adorantes, ut mirabilior appareret. Gl Scd̄m alios verò a die natiuitatis Xp̄i credit stella tm̄ apparuisse, & peracto officio cū noua esset, desijt esse. Ait .n. Fulgē. Puer nat⁹ nouā stellā fabricauit cogni. āt lo. & tē. psonā pueri vult nō ignorare vñ dicit; Ite & iter. dili. d̄ pue. illud pceperat

Opinio uar a de stella natali.

quod

quæ absq; præcepto erant facturi. Chry. in ho. Nõ aũt dicit interrogate de rege, sed de puero: neq;.n. principatus nomine eũ uocari sustinebat. Chry. sup. Mat. Ergo vt ad hoc eos induceret, deuotionem promittebat, & per eam gladium acuebat & malitiã cordis sui humilitatis colore depingebat. Talis est consuetudo omnium malignorũ, qñ aliquẽ in occulto grauius lædere volunt, humilitatem illi & amicitias fingunt, vnde dicit: Et cum inue. renun. &c. Greg. in ho. Adorare eum se velle simulat, vt quasi hunc si inuenire possit, extinguat. Sequitur: Qui cũ audi. reg. abie. Remi. Audierunt Magi Hærodẽ, ut quærerent dñm, sed nõ ut ad eũ reuerterentur. Significabãt.n. bonos auditores, q bona q̃ audiũt a malis prædicatorib. faciũt, sed tñ opera illorum non imitantur.

Astutia Herodes depingitur.

Et ecce stella, q̃ viderãt in Oriẽte, antecedebat eos, vsq; dũ veniens staret supra ubi erat puer.

Chry. sup. Mat. Ex hoc loco ostenditur quia cũ stella deduxisset Magos ppe Hierusalem, abscondita est ab eis, ut relicti à stella cogerẽtur in Hierusalem interrogare de Christo, simul & manifestare p pduo. primò ad confusionem Iudæorum, quia Gentiles stellæ tãtummodo uisione confirmati Christum per alienas prouincias requirebant, & iudæi ab infantia prophetias legentes de Christo, & in suis finibus natum non susceperunt, demum vt interrogatis sacerdote, vnde nascitur Christus, ad præiudicium suum responderent, de Bethleem, quia, qui Hærodem docuerãt de Christo, ipsi ignorabant de illo, & ideo post interrogationem & responsionem habitã, subditur. Et ecce stel. quã ui. in Ori. antece. eos, vt considerantes obsequiũ stellæ regis intelligerent dignitatẽ. Aug. in ser. de epi. Et ut Christo plenũ redderet obsequiũ, temperauit gradũ, donec Magos perduceret ad puerum. Obsequiũ præbuit, non imperium indixit, supplices ostẽdit, hospitium radiauit amplissimo lumine, & tecta nati perfudit, sicq; decessit, vnde sequit; Vsq; dũ ueni. sta. su. ubi erat puer. Aug. sup. Mat. Quid ãt mirum si soli iustitię orituro, stella ministrabat diuina? Stetit.n. supra caput pueri, quasi dicens. Hic est, ut quia loquendo monstrare non poterat, stãdo demõstraret. Glo. Hic aũt apparet q stella in aere posita erat & domui, in qua puer erat, multum vicina; aliter.n. domum non discreuisset. Ambro. sup. Lucam. Hæc autem stella uia est, & uia Christus est, quia secundum incarnationis mysterium Christus est stella: ipse.n. est stella splendida & matutina, unde ubi Hærodes, est nõ vr̃; ubi ãt Christus rursum vr̃, & viã ostẽdit. Remi. Vel stella significat gr̃am Dei, Hærodes diabolũ: q ãt per peccatũ se diabolo subdit, mox gratiã perdit, qđ si per pęnitentiã recesserit; mox gr̃am inuenit q̃ nõ dimittit donec p ducat ad domũ pueri.i. Ecclesia. Glo. Vel stella est illuminatio fidei, quæ ad proximũ ducit, quã dũ diuertũt ad Iudæos, Magi amittunt; quia dum a malis consilium quærunt, vere illuminationem perdunt.

Opinio rat a de stella natali.

Stellæ tempus quod fuerit.

Videntes aũt stellã, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

Glo. Postquã præmisit stellę obsequiũ subiungit Euangelista Magorum gaudiũ dicens: Viden. ãt stel. gauisi sunt gau. ma. valde. Remi. Et sciendum q nõ satis fuit dicere euangelistæ. Gauisi sunt, sed addidit gaudio magno & valde. Chr. sup. Matth. Gauisi ergo sunt, quia spes eorum non erat decepta, sed amplius confirmata, q tanti itineris nõ sine causa susceperunt laborẽ. Glo. Gaudio gaudet, qui pp Deum gaudet, qui est verũ gaudiũ. Addidit autẽ & magno: q a de magno gaudebãt. Chry. Per ministerium.n. stellæ, intelligebant qm̃ dignitas tunc nati regis excedebat mẽsuram omnium mundalium regum: addidit etiam ualde. Remi. Quia uoluit ostendere q magis gaudent homines de rebus perditis, q̃ semper possessis. Subditur aut Et intrando. inue. puerum. Leo pa. in ser. de epi. Quantitate paruum, alienæ opis indignum, fandi impotentem & nulla ab humanę infantiæ generalitate discretũ, q a sicut fidelia erãt testimonia quæ in eo maiestatẽ inuisibilis diuinitatis ostẽderẽt ita probatissimũ debebat esse, sempiternã illam essentiã filij Dei uerã suscepisse hominis naturam. Cum Maria mat. eius. Chrys.

sup. Mat. Non diademate coronata, aut in lecto aureo recumbente, sed vix tunicam habente vnam, non ad ornamentum corporis, sed ad tegumentum nuditatis, qualē habere potuit carpentarij uxor peregrē constituta. Si ergo regem terrenum quærētes venissent, magis fuissent confusi quā gauisi: quia tanti itineris laborem sine cā suscepissent. Nunc autem quia cælestem regem quærebant, & si nihil regale videbant in eo, tū solius stellæ testimonio cōtenti, gaudebāt oculi eorū contēptibilem puerū aspicere; quia Spiritus in corde eorum terribilē eum monstrabat, vnde procidentes adorauerunt eū: vident. n. hominem, & agnoscunt Deum. Rab. Diuino āt nutu factum est, q abierat Ioseph, ne aliqua mali suspicionis occasio daretur gētibus. Glo. Qui licet morem suæ gentis in donis offerendis sequantur; Arabes. n. auro, thure & diuersis generibus aromatum abūdant, tū aliud mysterij muneribus demonstrare volebant vnde sequitur. Aper. thesau. suis, obtu ei mu. au. thus & Myrrham Greg. Aurum quippe regi cōgruit: thus verò in Dei sacrificium ponebatur. myrrha aūt mortuorū corpora condiuntur. Aug. in ser. de epi. Aurum igitur soluitur quasi regi magno, thus immolatur ut Deo, myrrhā præbetur, quasi pro salute oīum morituro. Chr. Hęc aūt & si tūc nō intelligebant, sed quale mysteriū illa gerebāt, vel quid significaret vnūquodq; munus eorū, nihil contrarium est. Gratia enim quę illos hęc oīa facere hortabatur, ipsa ordinauerat vniuersa Remig. Et sciēdum, q illi non singuli singula obtulerūt, sed singuli tria, & singuli cum suis muneribus regem Deum, & hoiem prędicauerūt. Chry. in ho. Verecūdentur ergo Martion & Paulus Samosatenus, qui volūt uidere q̄ Magi viderunt, qui ecclesiæ sunt progenitores, Deū in carne adorantes: qm̄ enim in carne erat, fascie mōstrāt & præsepe: qm̄ āt nō, ut purū hoiem adorāt, sed ve Deū demonstrant dona quæ Deo offerre decēs erat. Confundantur & Iudæi uidētes se præuentos a Magis, & neq; post illos uenire studēt. Greg. Pōt & in his aliud intelligi. Auro nanque sapientia designatur, Salomone teste qui ait; Thesaur⁹ desiderabilis requiescit in ore sapientis. Ture, qđ Deo incenditur, uirtus orationis exprimitur, secundū illud. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per myrrhā vero carnis mortificatio signaт. Nato ergo regi aurum offerimus, si in cōspectu eius sapientię lumine splendemus. Thus offerrimus, si per orationum studia Deo redolere valeamus. Myrrham offerimus, si carnis uitia per abstinentiam mortificamus. Glo. Tres autem uiri qui offerunt, significant gentes de tribus partibus mundi uenientes. Thesauros aperiunt, dū fidem cordis per confessionem ostendūt. Bene āt in domo docentes; ne thesaurum bonæ conscientiæ iactando propalemus. Offerunt tria munera, hoc est fidem sanctæ Trinitatis; vel apertis thesauris scripturarū, historicū, moralē, & allegoricū sensum offerunt, uel logicam, physicam, & ethicam, dum illa fidei seruire faciūt.

Christi nascentis humilitas.

Hæreses exploduntur.

Enarratio.

Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herode p aliā via reuersi sunt in regionē suā.

Aug. in ser. de epi. Herodes impius factus est timore crudelis uoluit desæuire. Sed quō poterat capere eū, qui ipsas fraudes uenerat amputare? Vt ergo eius fraus eliderctur. Sequitur: Et respon acce. Hie. Qui. n. munera obtulerūt domino, cōsequenter responsum accipiunt. Respōsum enim per Angelum fieri dr̄, ut meritorum Ioseph priuilegium demōstraretur. Glo. Fit. autem hæc responsio per ipsum dominum: quia nullus alius uiam reuersionis instituit, nisi ille qui dicit. Ego sum uia, non tamen loquitur puer ad eos, ne diuinitas ante tempus reueletur & ut vera humanitas habeatur. Dicit autē; Et respon. ac Sicut enim Moyses tacitus clamat, sic isti pio affectu interrogabant quid diuina iuberet uoluntas. Dicit autem. Per aliam viam reuersi sunt in regio. suam: quia infidelitati miscendi non erant Iudæorum. Chry. in hom. Intuere autem Magorū fidem qualiter non scandalizati sunt in seipsis, dicentes. Si magnus est puer hic, quę necessitas fugę est, & occultę recessionis? Hoc. n. est vere fidei non quærere causas eorum quæ verè præcipiuntur, sed suaderi solum ab eis. Chry. sup. Mat. Si autem Magi Christū quasi terrenum regē quæsissent

fissent, inuenientes eũ, apud ipsum mãsissent; nunc aũt adorauerũt & reuersi sunt. Cum aũt reuersi fuissent, manserunt colẽtes Deum magis quàm ante, & prædicantes multos erudierunt. Et deniq; cũ Thomas iuisset ad prouinciam illam adiuncti sunt ei, & baptizati, facti sunt executores prædicationis ipsius.

Magi à Thoma Apostolo baptizati.

Gre. Magnũ vero nobis aliquid Magi innuũt, qđ in regionem suã per aliã viã reuertuntur. Regio q̃ppe nostra paradisus est, ad quã Iesu cognito, redire p̃ viã quam venimus prohibemur. A regione etenim nostra, superbiẽdo, inobediendo, visibilia sequendo, cibũ vetitũ gustando discessimus, sed ad eã necesse est vt flendo, obediendo, visibilia contẽnendo, atq; appetitũ carnis refrenando redeamus. Chry. sup. Mat. Nec ẽt erat possibile vt quia ab Herode ad Christũ venissent, redirent ad Herodẽ; qui. n. relicto X̃po ad diabolũ transeunt p̃ peccatũ, per pœnitentiã reuertunt̃ ad Christũ. Qui. n. fuit in innocentia dum nescit quid sit malũ, facilè decipitur. Sed cũ expertus fuerit malũ qđ inuenit, & recordatus bonum quod pdidit cõpunctus redit ad Deum. Qui aũt relicto diabolo venit ad Christum, difficilè redit ad diabolum, quia dum gaudet in bonis quæ inuenit, & recordat̃ mala quæ inualit, difficilè redit ad malum.

Enarratio.

Qui cum recessissent, ecce angelus dñi apparuit in somnis Ioseph dicẽs. Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsq; dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eũ. Qui consurgens accepit puerum & matrẽ eius nocte, & secessit in Aegyptum. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictum est à domino per Prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum.

Raba. Hic prætermittit Matthæus diẽ purificationis, in qua oportebat primogenitum offerri in templo, & agnũ vel par turturum, aut columbarũ. Et quamuis timerent Herodem, tñ non sunt ausi transgredi legem, quin ad tẽplum puerum deferrent. Cum itaq; rumor de puero iã inciperet dilatari, mittitur Angelus, qui in Aegyptum faciat puerum trãsportari, vñ dicit. Angelus dom. appa. in som. Ioseph. Remi. per hoc quod semper Angelus Ioseph in somnis apparuisse dr̃, mysticè designatur, quia illi qui à curis terrenis & secularibus negotijs quiescunt, perfrui angelica visione merent̃. Dicit ergo ei: Sur. & acci. pu. & ma. eius. Hil. Cum desponsatam eam iusto significabat, coniugẽ nuncupauit: sed post partũ mater tm̃ Iesu ostẽditur, vt quemadmodum iusto Ioseph deputaretur Mariæ in virginitate coniugiũ, ita venerabilis eius ostenderetur in Iesu matris virginitas. Chry. sup. Mat. Non autem dicit accipe matrem & puerum eius, sed econuerso, quia non pp matrem puer natus est, sed pp puerum mater præparata est. Sequitur: Et fuge in Aegyptũ. Quõ aũt filius Dei ante hoĩem fugit? aut quis liberet de inimicis, si & ipse inimicos suos timet? Et primum quidẽ oportet vt regulam humanæ naturæ quã suscepit conseruet, & in hac parte, quia & humanæ naturæ puerilitati conuenit fugere p̃tãtem minantẽ, deinde vt cæteri Christiani cum necessitas persecutionis aduenerit, fugere nõ erubescant. Sed quare in Aegyptum? Recordatus est. n. dñs, qui non in finẽ irascitur, quanta mala fecerit super Aegyptum, ideo mittit filium suum in eam, & dat illi magnæ recõciliationis signum, vt decem plagas Aegypti vna medicina sanaret, vt populus qui antè fuerat persecutor populi primogeniti, custos fieret filij vnigeniti, vt qui illi violenter dñati sunt, isti cum deuotione seruirent, vt iam non irent ad mare rubrũ demergendi, sed vocarent ad aquas baptismatis viuificandi. Aug. in ser. de epi. Audi ẽt magni mysterij sacramentum. Moyses aliqñ in Aegypto perfidis clauserat diem, illuc Christus adueniens sedentibus in tenebris reddidit lucem: fugit vt illuminaret, non fugit vt lateret. Sequitur: Et esto ibi vsq; dum di. tibi: futurum est. n. vt Herodes quærat puc. ad perden. eum. Putabat enim infelix tyrannus Saluatoris aduentu regali se solio detrudendum, sed non ita est, non ad hoc venerat Christus vt alienam gloriam inuaderet, sed vt suã donaret. Sequitur; Qui consur. acce. pu. & ma. eius nocte, & secessit in Aegyptum. Hil. Scilicet idolis plenam. Iam enim post Iudæorum infectationem Iudæam relinquens, ignoranti

Secretũ notatur [illegible] verum.

ſeculo colẽdus infertur. Hier. Quãdo igit tollit puerum, & matrem eius, vt in Aegyptũ trãſſtat; nocte tollit & in tenebris; qñ verò reuertitur in Iudæã nec nox nec tenebræ ponuntur in Euangelio. Chry. ſuper Mat. Omnis n. perſecutionis anguſtia nox eſt, refrigeriũ aũt dies. Rab. Vel quia luce verâ recedente lucis ipſius errores in tenebris remanſerunt: ipſa verò redeunte illuminantur. Chry. in ho. Vide autem ſtatim ipſo nato tyrannum inſanire, & q̃ mater cum puero ad extraneã effugatur regionem; ut ſi tu incipiens alicui ſpiritualis rei deſeruire, videris te tribulari, nõ turberis, ſed omnia viriliter feras, hoc habes exemplũ. Beda. Quòd d. n. dñs à parentibus ſublatus eſt in Aegyptũ, ſignat electos ſæpius malorum improbitate ſuis effugandos ex ſedibus, vel etiam exilio dãnandos. Siquidem ipſe qui ſuis erat præceptor, Cũ vos perſecuti fuerint in unam ciuitatẽ effugite in aliam, primus fecit qđ præcepit, fugiẽdo hominem quaſi homo, in terra, quẽ ſtella Magis pauloante adorandũ monſtrauit ex cęlo. Remi. Quòd ante dñs in Aegyptum iturus eſſet, prædixerat Eſaias cum ait. Ecce dñs aſcẽdit ſuper nubem leuẽ, & ingredietur Aegyptũ & diſperdet ſimulachra Aegypti. Remi. Conſuetudo autẽ fuit iſtius Euangeliſtæ omnia quæ dixit cõfirmare, & hoc ideo, quia Iudęis ſcribebat. Ideoq; ſubiungit: Vt adimpleretur quod dictum eſt a dño. per pro ph. dicen. Ex Aegy. vo. fi. meum. Hier. de optimo genere interpretandi. Hoc 70. interpretes non hñt, ſed in Oſeę propheta iuxta hebraicam ſcribitur veritatẽ, quia puer Iſrael, & dilexi eũ. Ex Aegypto uocaui filium meũ, ex quo 70. tranſtulerũt. Quia paruulus eſt Iſrael & dilexi eum, ex Aegypto uocaui filium meum. Hier. ſuper Oſeam. Hoc autẽ teſtimonio utitur Euangeliſta, quia hæc typicè referuntur ad Chriſtum. Notandum n. q̃ in hoc propheta & in alijs, ita de aduẽtu Chriſti, & de uocatione gentiũ pręnunciatur, ut radix hiſtorię non penitus deſeratur. Chry. in ho. Eſt ẽt prophetię lex multa multotiens dici de alijs, compleri aũt in alijs, ſicut de Simeone & Leui dictum eſt. Diuidam eos in Iacob, & diſpergam in Iſrael, quod nõ in eis, ſed in nepotibus cõpletũ eſt, qđ & hic apparet. Chriſtus n. natura Dei filius eſt, & ſic in eo uerè prophetia completur. Hier. Poſſumus aũt & hũc locũ aliter cõſolari, & inducemus teſtimoniũ ex Numeris. Deus ex Aegypto uocauit eũ gloria eius ſicut unicornis. Remi. Per Ioſeph aũt deſignatur ordo prædicatorũ, per Mariam ſacra ſcriptura, per puerũ notitia ſaluatoris, per perſecutionem Herodis perſecutio quã paſſa eſt Eccleſia in Hieroſolymis, per fugã Ioſeph in Aegyptũ tranſitus prædicatorũ ad gẽtes infideles. Aegyptus n. tenebrę interpretatur; per tps aũt quo fuit in Aegypto ſpacium tẽporis ab aſcẽſione dñi uſq; ad aduentũ Antichriſti; per obitum Herodis extinctio inuidiæ in cordibus Iudæorum.

Doctrina moralis.

Lex prophetiæ datur.

Tunc Herodes uidens quoniam illuſus eſſet à Magis iratus eſt ualde. Et mittens occidit omnes pueros qui erat in Bethleem & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis.

Chry. ſup. Mat. Poſtquã paruulus Ieſus Magos ſuo imperio ſubiugauit, non ptãte corporis, ſed gratia ſpũs, iraſcebat Herodes: q̃ quos ipſe ſedẽs in throno regni ſuadere nõ potuit, his Ieſus paruulꝰ placuit in præſepio iacẽs: deinde cõtẽnentes cũ Magi addiderũt cãs doloris, vñ dr. Tũc Hero. vidẽs qm̃ illu. eſt à Ma. ira eſt valde. Illa n. regũ ira magna & inextinguibilis eſt, quã regni zelus accendit. Sed quid fecit? Mittẽs occi. oẽs pueros. Sicut n. beſtia vulnerata, quidquid oculis eius occurrit, quaſi auctorẽ ſui vulneris dilaniat, ſic & ille deluſus à Magis irã ſuam ſuper paruulos diffundebat. Dicebat n. cogitans in furore. Certè Magi puerum inuenerũt, quem regnaturum dicebant: nam rex regni zelo repletus, de his omnia timet, omnia ſuſpicatur. Ideo ergo miſit & interfecit oẽs paruulos, vt unum inueniret in omnibus. Aug. in ſer. de epi. Et dũ inſequitur Xp̃m regi noſtro coæuũ; procurauit exercitũ ſtolis uictricibus cãdidatũ. Aug. in ſer. de inno. Ecce prophanus hoſtis nunquam beatis paruulis tm̃ prodeſſe potuiſſet obſequio, quantum profuit odio, nã quantũ cõtra eos iniquitas abundauit, tantũ gratia benedictionis effulſit. Idem. O paruuli beati, illa

Herodes fera comparatur.

ri, ille de vestra corona dubitauit in passione pro Christo, qui et paruulis baptismũ prodesse non existimat Christi, nã quî natus hre potuit prædicatores Angelos, narratores cœlos, adoratores Magos, potuit & illis, ne pro eo sic morerent, præstare si sciret illa morte perituros, & non potius maiore felicitate victuros. Absit vt ad liberandos hoĩes Christus veniens de illo sũ præmio qui pro illo interficerentur, nihil egerit qui pendens in ligno ꝓ eis à quibus interficiebatur orauit. Raba. Non est aũt cõtentus vastatione Bethleem, sed & adiacentia loca vastauit, nec vllam misericordiam ætatis habuit, à filio vnius noctis vsq; ad filium duorũ annorũ, quia oẽs occideret, vnde subdit. In Bethleem & in oibus finib. eius à bimatu & infrà. Aug. in ser. de epi. In cęlo. n. viderant Magi ignotissimam stellam nõ ante paucos dies, sed ante fine biennij sicut inquirenti Herodi patefecerunt. Vnde à bimatu & infra occidit infantes, ꝑp quod sequitur; secundũ tp̃s quod exquisierat à Magis. Aug. in ser. de inno. Vel quia timebat ne puer, cui sydera famulantur, speciẽ suam paulo sup ætatem vel infrà transformaret, vt ætatẽ sui tp̃is occultaret, ideo vr̃ pueros à bimatu vsq; ad pueros vnius diei interfecisse. Aug. de cons. euan. Vel aliquorum Magis propinquantiũ periculorum terrorib. agitatus Herodes ab illa cura. s. interficiendi pueros mente abrepta in alijs potius occupatur, vel potuit credere Magos fallacis stellæ visione, deceptos, posteaquã nõ inuenerunt quẽ natũ putauerant, erubuisse ad se redire, atq; ita timore depulso à persequendo puero quieuit, & sic completis diebus purgationis tutè cũ illo ascendere templum potuerunt. Quis. n. non videat vnũ illum diẽ regẽ multis occupatũ latere potuisse, deinde vulgatis rebus quæ in tẽplo dictæ factæq; fuerant. Herodes sensit se à Magis illusum, ac deinde sicut hic dr̃, multos infantes occidit. Beda in ho. In hac aũt morte puerorũ, oĩum Christi martyrũ præciosa est mors designata. Quòd paruuli occisi sunt, significat per humilitatis meritũ martyrij perueniẽdũ gloriã, quod in Bethleem & in oibus finibus eius occisi sunt, ostendit in Iudæa, vnde ecclesiæ cœpit origo, & vbiq; per orbẽ persecutionẽ sæuituram. Qui bimi occisi sunt, doctrina & operatione perfectos indicãt. Qui verò infrà, simplices. Quòd illi q dẽ occisi sunt, & Christus euasit, insinuat corpora martyrum ab impijs posse perimi, sed Christum ab eis non posse auferri.

Allegoria uerborum.

Hæc videtur rõ uerissimilior.

Herodes fora comparatur.

Tunc impletũ est quod dictũ est per Hieremiã Prophetam, dicentem, Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus; Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

Chry. in ho. Quia euangelista horrore impleuit auditorẽ, crudelẽ occisionẽ narrans: rursus mitigationem apponit, ostendẽs, q hæc non facta sunt Deo nequeunte prohibere, atq; ignorante, sed per prophetam prædicentẽ: vnde dicit. Tunc impletum est. Hier. super Hiere. Hoc Hieremię testimoniũ Matthæus non secundum Hebraicam veritatẽ, nec iuxta 70 protulit. Ex quo perspicuũ est Euangelistas & Apostolos nõ interpretationem alicuius secutos, sed tanquam Hebręos quod legebant hebraicè suis sermonib. expressisse. Hiero. super Mat. Quod autem dicitur in Rama, non putemus loci nomẽ esse quod est iuxta Gabaa; sed Rama excelsum interpretatur. vt sit sensus. Vox in excelso audita est, i. lõgè lateq; dispersa. Chry. sup. Mat. Vel qm̃ de morte innocentium mittebatur, ideo in excelso audiebatur, secũdum illud, vox pauperis penetrat nubes. Quod aũt dicit ploratus, fletum paruulorum ostendit. Quod autem dicit vlulatus, matrum significat lamentum: in paruulis autem mors faciebat finem doloris: in matribus autem semper per memoriã reparantur, & ideo dicit Vlulatus multus, Rachel plorans filios suos. Hier. De Rachel natus est Beniamin: in cuius tribu non est Bethleem. Quæritur ergo quomodo Rachel filios Iudæ, id est filios Bethleẽ quasi suos ploret? Respondebimus breuiter, quia sepulta sit iuxta Bethleem in Effrata, & ex corpusculi hospitio matris nomẽ accepit. Siue quoniam Iudas & Beniamin duæ tribus iunctæ erant, & Herodes præceperat non solum in Bethleem interfici pueros: sed & in omnibus finibus eius, per occisionem Bethleem, intelligimus multos etiam de Beniamin fuisse cæsos.

Rhama excelsum sonat.

Aug.

Aug. de quæst. no. & vet. test. Vel quia filij Beniamin qui ad Rachel prinent, olim à reliquis tribubus extincti sunt, & in pñti & in futuro erasi. Tunc ergo Rachel cępit ñ. su. plam qñ filios sororis suæ in tali causa vidit occisos, vt æternæ vitæ hæredes existeret; cui. n. aliquid aduersum euenerit ex felicitate alterius, infausta sua misere luget. Remi. Assumpsit aũt sanctus Euangelista ad exaggerandam magnitudinem luctus, vt diceret ẽt Rachelẽ mortuam plorasse filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Hier. Et hoc secũdum duplicem intelligentiã, siue q eos in æternum mortuos existimaret, siue q se cõsolari nollet de his quos sciuit esse victuros, vt sit sensus. Noluit consolari quia non sunt, i. noluit consolari de hoc quod non essent. Hil. Nõ. n. nõ erant hi q mortui putabantur, in æternitatis. n. profectum per martyrij gloriam efferebãtur; consolatio aũt rei amissæ erat præstanda, non auctæ. Hil. super Mat. Rachel Ecclesiæ typum prætulit diu sterilis, nunc fœcundæ, huius ploratus ex filijs non idcirco, quia peremptos dolebat auditur; sed quia ab his perimebatur quos filios retinere voluisset. Raba. Vel significat ecclesiam quidem plorare sanctorum de hoc seculo ablationẽ, sed non ita velle se consolari, vt qui seculum morte vicerũt, rursus ad seculi certamina secum redeant toleranda; quia non sunt vltra reuocandi in mundum. Glo. Vel non vult consolari in præsenti, quia non sunt, sed oẽm spem & consolationẽ ad æternã transmittit vitam. Rab. Bene aũt Rachel; quia ouis, vel videns dicitur, ecclesiã figurat, cuius tota intentio vt Deum contempletur inuigilat, & ipsa est ouis cẽtesima, quam pastor in humeris reportat.

Exposítio pulchra hilarij.

Defuncto autem Herode, ecce Angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicens. Surge & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel. Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.

Ex ecclesiastica historia. Cũ pro sacrilegio quod Herodes in Saluatorem cõmiserat, & scelere quod in æquæuos eius peregerat, vltimo cũ diuina purgeret in mortem corpus eius, vt Ioseph refert, morbus inuasit diuersus; ita vt dicerent à vatibus non morbo corporis; sed diuinæ vltionis esse supplicia. ipse aũt furore iam plenus nobiliores & primarios ex omni Iudæa ad se colligi & recludi iubet in carcere, mandans statim vt spiritum exhalasset oẽs interfici, vt eius obitum oĩs Iudæa defleret inuita. Paulo aũt antequam nouissimum spiritum redderet, Antipatrũ filium suũ iugulauit, post duos filios, quos ante necauerat. s. Alexandrum & Aristobolum. Talis igitur Herodis finis, q digna supplicia scelere, quod in Bethleem erga paruulos gesserat, & pro insidijs Saluatoris exactus est ab Euãgelista designatur, cũ dicit. Defuncto aũt Herode. Hier. Multi pp ignorantiam historiæ labuntur in errorem, putantes eundem esse Herodẽ à quo in passione dñi irridetur, & qui nunc mortuus esse refertur. Ergo Herodes ille qui cum Pilato postea amicitias fecit, huius Herodis filius est frater Archelai: quem Tyberius Cæsar Lugdunum relegauit, fratrẽq; eius Herodẽ successorem regni fecit. Primo ergo Herode defuncto, Ecce appa. Ange. do. in som. Ioseph in Aeg. dicens; Sur. & acci. pue. & ma. eius. Dion in cęl. hier. Vide qm & ipse Iesus super cęlestibus essentijs superexistens, ad id quod secundũ nos est immutabiliter veniens, nõ refugit ad se ordinata, & assumptam humanã ordinationem, sed obediens subditur Dei Patris, per Angelos dispositionibus, & p Angelos ipsos annunciatur Ioseph à patre disposita filij ad Aegyptũ recessio, & iterum ad Iudæam ex Aegypto trãsductio. Chry. Vides ẽt quia Ioseph ad ministeriũ Mariæ erat electus; eunte. n. illa in Aegyptũ & redeunte, quis ministeriũ ei tantæ necessitatis impleret, nisi desponsata fuisset? Nam in prima quidẽ facie Maria puerũ nutriebat, & Ioseph conseruabat. Reuera aũt pue. & ma. nutriebat, & Ioseph tuebatur. Sequit: Et va. in ter. Israel. Quasi medicus. n. descendit in Aegyptũ, vt visitaret eam languentem erroribus, non vt remaneret in ea. Reuersionis aũt ratio assignatur, cũ subditur; Defuncti sunt. n. q quærebant animam pueri. Hiero. Ex hoc loco intelligimus non solũ Herodem, sed etiã sacerdotes & scribas eo tempore necem domini fuisse meditatos. Remi.

Mors Herodis.

Herodes relegatur in Lugdunum.

fi mu-

& multi fuerũt, quõ in tã breui spacio extincti sunt? quia vt dictũ est: Herode mortuo occisi sunt omnes maiores qui in custodia tenebantur. Chry. sup. Mat. Quod dr consilio factũ esse, qđ consenserunt Herodi, vt inquireret, puerũ & occideret, q̃a scriptũ est. Turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo. Remi. Aut certè locutus est Euangelista per speciẽ tropi, quõ multi ponuntur pro vno. In hoc aũt quod dicit: Animã pueri, destruuntur heretici, qui dixerũt Christum non sumpsisse animã, sed loco animæ habuisse diuinitatẽ. Beda in ho. Quod autem occisis ꝓ domino pueris Herodes non longe post obijt, & Ioseph dñm cum matre ad terrã Israel reduxit, significat omnes persecutiones, quæ contra ecclesiam erant mouẽdæ, persecutorũ morte vindicandas, & pacẽ ecclesiæ denuò reddendã, & sanctos q̃ latuerant ad sua loca reuersuros, vel qđ defuncto Herode redit ad terram Israel, Iesus denunciat quod Enoch & Helia ꝑdicantibus, Iudæi sopita modernæ inuidiæ flamma, fidẽ veritatis accipient.

Mors Herodis.

Herodes relegatur in Lugdunum.

Qui cõsurgẽs accepit puerũ & matrẽ eius, & venit in terrã Israel. Audiens aũt qđ Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo timuit illo ire, & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitate q̃ vocatur Nazareth, vt adimpleretur quod dictũ est ꝑ Prophetas. Qm̃ Nazaræus vocabit.

Gl. Angelicæ admonitioni Ioseph nõ inobediẽs fuit, vnde sequitur; Qui cõsur. acce. pue. & ma. eius, &c. Non.n. determinauerat Angelus in quo loco terræ Israel. vt dubitante Ioseph iterum reuertatur, & frequentiori visitatione Angeli certior redderetur, vnde sequitur; Audiens autẽ qđ Arche. &c. Ex histo. Iosephi. Habuit siquidem Herodes vxores 20. ex quarũ 7. numerosam suscepit sobolem. primogenitus eius Antipater ex Iosida, Alexãder & Aristobolus ex Mariane, Archelaus ex Mathaca Samaritide; Herodes Antipas q. postea tetrarcha fuit, & Philipp9 ex Cleopatra Hierosolymitide. Tribus igitur primis ab Herode interfectis, & post mortẽ eius occasione testamenti patris Archelao gubernationem regni vsurpante, & causa de successione regni ad Cæsarem Augustum delatã, tandem de consilio senatus omnem Herodis monarchiã distribuit, mediã partẽ, s. Idumeam & Iudæã tradẽs Archelao, sub noĩe tetrarchiæ, pollicitus se facturũ eum regẽ si se dignũ ꝓbuisset. Mediã verò partẽ in duas secuit tetrarchias, secessitq; Galilæa in partem Herodis Tetrarchæ. Itureæ verò & Traconitidis regio Philippo. Factus est ergo post Herodem defunctũ Archelaus, quasi Cyarchus, quod dominij genus hic regnũ appellat. Aug. de con. euan. Sed hic aliqs quæret, quõ (sicut Lucas narrat) ibant parentes eius per oẽs annos in Hierusalem, si Archelai timore ibi prohibebantur accedere? Hoc dissoluere non est difficile: fieri.n. poterat, vt per diẽ festum inter tã ingentẽ turbam laterer ascenderẽt, mox reuer uri, cum tamen alijs diebus habitare metuerent, vt nec solemnitate prætermissa essent irreligiosi, nec in cõtinua mũsione perspicui. Ille quoq; intellectus patet, vt quod Lucas dicit per omnes annos eos ascendere solitos in Hierusalem, tũc accipiamus factum; cum iam nõ metueretur Archelaus, qui secundum Historiã Iosephi solũ 9. annis regnauit, sequitur; Et admo. in som. secess. in par. Gal. Sed fortè hinc quispiam moueat, cum Mattheus dixerit, ideo timuisse cum puero redeuntem ire in Iudæam; q̃a cum patre suo Herode Archelaus filius eius regnabat, quõ potuit ire in Galilæã, vbi alius filius eius Herodes tetrarcha erat, vt Lucas testatur. Quasi verò ipsa sunt tempora quibus puero timebatur, quæ Lucas cõmemorauit, q̃ vsq; adeo mutata erant, vt in ipsa Iudæa non rex esset Archelaus, sed præses Pilatus. Glo. Sed tunc quæritur: quare non timuit Ioseph Galilæam ire, cum & ibi Archelaus regnaret? Sed melius potuit latere cum puero in Nazareth, q̃ in Hierusalẽ vbi erat caput regni Archelaus. Chry. in hom. Et etiam quia villam natiuitatis mutauit, res obumbratur; impetus enim omnis erat aduersus Bethleem & fines eius. Venit igitur Ioseph in Nazareth, & periculum fugiens, & in patriam rediẽs, vnde sequitur; Et ve. habi. in &c. Aug. de con. euan. Forte & hoc mouet quõ dicat Matthæus, propterea cum puero Iesu parentes

Mira Herodis hystoria.

-rentes eius isse in Galilæam: quia metu Archelai in Hierusalem ire noluerint, cùm potius magis isse in Galilæam videantur: quia ciuitas eorum erat Nazareth Galilææ, sicut Lucas non tacuit. Sed intelligendum est quia vbi & angelus in somnis in Aegypto dixit ad Ioseph. Vade in terrã Israel, sic intellectũ primò esse à Ioseph, vt putaret rectius esse pergere in Iudæam ipsa.n. primitus intelligi potuit terra Israel. Postquam verò comperit ibi regnare Archelaum, noluit obijcere se periculo, cùm posset terra Israel ēt Galilæa intelligi: quia & ipsam populus Israel incolebat. Quãquam possit & aliter solui; quia potuit videre parentibus Christi non esse habitandum ibi cum puero, nisi in Hierusalé, vbi erat templũ dñi, & illuc iuissent, nisi Archelai p̃sentia terrerentur. Non autem diuinitus iubebantur in Iudæa, vel Hierusalem habitare, vt de Archelao, qđ timebant deberent cõtemnere, sed in terra Israel, in qua etiam, vt dictum est, poterat intelligi Galilæa. Hila. Verum typica ratio conseruata est: Ioseph.n. apostolorum tenet speciem, quibus Christus circũferendus est creditus. Hi tanquam Herode mortuo.i. populo eius in passione dñi deperdito, Iudæis p̃dicare sunt iussi: missi enim erant ad oues perditas domus Israel, sed manente hæreditariæ infidelitatis dominatu, metuunt & recedunt, p visum admoniti Spiritus sancti donũ in gẽtibus contemplantes ad eum conferunt Christum. Raba. Vel hic vltima ecclesiæ tempora designat, quandò plurimis Iudæorũ ad prædicationẽ Enoch & Heliæ conuersis, cęteri ad instinctũ Antichristi contra fidẽ pugnabunt. Pars igit̃ Iudææ, in qua regnabat Archelaus, Antichristi sequaces ostendit. Nazareth autẽ Galilææ quo transfertur Christus, partẽ eiusdẽ gentis, quæ fidẽ est suscepturã, designat, vnde Galilæa transmigratio: Nazareth autem flos virtutum interpretatur: quia Ecclesia quo ardentius à terrenis ad cœlestia transmigrat, eò magis virtutum flore & germine abundat. Glo. Huic autem prophetæ testimonium adiungit, dicens: Vt imple. quod dictum est per Prophe. quo. Naza. voca. Hiero. Si fixum de scripturis posuisset exemplum, nunquam diceret: quod dictum est per prophetas, sed simpliciter, quod dictũ est p prophetam. Nunc aũt pluraliter prophetas vocãs, ostẽdit se nõ verba de scripturis sumpsisse, sed sensum. Nazaræus interpretatur sanctus, sanctũ aũt dñm futurum omnis scriptura cõmemorat. Possumus & aliter dicere, q ēt eisdẽ verbis iuxta hebraicã veritatẽ in Esaia scriptũ sit. Exiet virga de radice Iesse, & Nazaræus de radice cõsurget. Chry. in ho. Aut fortè legerunt & aliquos prophetas ita dicentes: qui non sunt nobis canonizati, sicut Nathan & Esdra. Et q̃m hoc prophetarum erat, manifestat Philippus, dicens ad Nathanaelem: Quẽ scripsit Moyses in lege, inuenimus Iesum à Nazareth: vnde ēt prius Christiani Nazaræi vocabantur, sed apud Antiochiam mutatũ est hoc nomen, & dicti sunt christiani. Augu. de con. euan. Hæc autem omnia q̃ sunt à narratione Magorum, & deinceps Lucas tacet, hoc proinde cognoscendum quod deinceps ad cętera valeat, sic vnumquemq; Euangelistarum contexere narrationẽ suam, vt tanquam nihil prætermittẽtis series digesta videatur: tacitis.n. quæ non vult dicere, sic & quæ vult dicere, illis quæ dicebat, adiungit: vt ipsa cõtinuò sequi videatur Sed cùm alter ea dicit quæ alter tacuit, diligenter ordo consideratus indicat loco, vbi ea potuerit a quo prætermissa sunt transilire.

Qõ euãgelica explicatur.

Christus quo Nazareus.

CAPVT TERTIVM.

IN diebus autẽ il is venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit.n. regnum cælorum. Hic est enim de quo dictum est per Esaiam Prophetam dicentem: Vox clamãtis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius.

Chry. super Mat. Sol appropians, antequã appareat, mittit radios suos, & facit albescere orientem, vt præcedens aurora aduentũ diei demonstret: sic dominus natus in mundo, antequam appareat per doctrinã, spiritus sui fulgorem trãsmissio illuminat

Comparatio. pulchra.

luminiauit Ioannem, vt precedens ille aduẽtum annunciet Saluatoris, & ideo post ortum Christi enarratum, doctrinam eius enarraturus Euãgelista, & baptismum in quo testimoniũ habuit de præcursore & Baptista præmittit, dicens: in diebus autẽ il. ve. Ioan. Bap. prædi. in deser. Remi. His aũt verbis beati Ioannis non solum tps, & locum, & personam, sed ẽt officium & studium demonstrat. Tps generale demõstrat, cùm dicit: in diebus aũt illis. Aug. de cons. euang. Hoc aũt tps Lucas per terrenas potestates expressit, cum dixit: Anno 15. Sed intelligere debemus Matthæum cum diceret: In diebus illis, in multo longiori spatio accipi voluisse, mox. n. vt narrauit regressum de Aegypto Christũ, qđ vtiq; tpe pueritiæ vel infantiæ factũ est, vt possit stare quod Lucas de illo cùm 12. esset annorum narrauit, continuò intulit. In diebus aũt illis, non vtiq; pueritiæ tm̃ illius dies insinuans, sed oẽs dies ab eius natiuitate vsq; quo prædicare cœpit. Ioãnes. Remi. Personam ostendit cùm dicit. Venit Ioannes, i. manifestauit se, qui tandiu priùs latuerat. Chry. in ho. Sed quare necessarium fuit, vt Ioannes Christum p̃uenirer operum testimonio, Christo prædicante, primo quidem vt hinc Chisti dignitatem discas, ꝙ sicut pater ita & ipse Prophetas hẽt, secundum illud Zachariæ: Et tu puer Propheta altissimi vocaberis. deinde ut nullam causam verecundiæ Iudæis relinquat, quod & ipse demonstrat, dicens: Venit Ioannes neq; manducans neque bibens, & dicunt: dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibẽs, & dicunt. Ecce homo edax. Sed aliter necessarium erat ab alio prius dici quæ de Christo erant, & non ab ipso, alias Iudæi quid dixissent, qui post testimoniũ Ioãnis dixerũt: Tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuũ non est verum. Remi. Officium subiungit, cùm dicit, Baptista: in quo dñi viam preparauit. nisi. n. baptizari hoĩes consuescerent, baptismum Chisti abhorrerent. Studium ostendit, cũ ait: Prædicans. Raba. Quia ẽt Christus predicaturus erat: postquã. n. visum fuit idoneum tps, scilicet circa triginta annos incipiens prædicationem suam, viam domino præparauit. Remig. Locum subiungit dicens: In deserto Iudææ. Maxi. Vbi ad p̃dicationẽ eius nec insolens turba perstreperet, nec infidelis auditor rediret, sed hi tantum audire possent, qui prædicationẽ cura diuini cultus expeterent. Hiero. super Esaiam. Vel in hoc considerandũ est, ꝙ salutare Dei & gloria domini nõ prædicatur in Hierusalem, sed in solitudine ecclesiæ, & in deserta gentium multitudine. Hila. Vel etiam ad Iudæam venit desertam Dei frequentatione, nõ populi, vt prædicationis locus eorum, quibus prædicatio erat missa solitudinem testaretur. Glo. Vel typicè, desertũ significat vitam à mundi illecebris segregatam, quæ pœnitentibus competit. Aug. in lib. de pœnitẽ. Nisi autem pœniteat aliquẽ vitæ veteris, nouam non potest inchoare. Hila. Et ideo pœnitentiã regno celorum appropinquãte pronunciat, per quam est reditus ab errore, recursus à crimine, & post vitiorum pudorem professio designandi, dicẽs: Pœnitentiam agite. Chryso. super Mat. Vbi manifestat in ipso principio, quia benigni regis est nuncius: non enim peccatoribus minas intendebat, sed indulgentiam promittebat. Solent reges nato sibi filio indulgentiam in regno suo donare, sed ante trãsmittunt acerbissimos exactores. Deus autem nato sibi filio volens donare indulgentiam peccatorum, præmisit quasi exactorem exigentem & dicentem: Pœnitentiam agite. O exactio quæ non facit pauperes, sed diuites reddit. Nã cùm quis debitum iustitiæ suæ reddiderit Deo nihil præstat, sed sibi lucrum suæ salutis aequirit. Pœnitentia enim cor emundat, sensus illuminat, & ad susceptionem Christi præparat humana precordia: vnde subiungit; Appropinquauit enim regnum celorum. Hiero. Prius Baptista Ioannes regnum celorum prædicat, vt præcursor domini hoc honoreĩ priuilegio. Chry. in ho. Ideoque quod nunquam Iudæi audierant, neq; ẽt à Prophetis, celos & regnum quod ibi est predicant, & nihil de cetero de terra dicit. Sic ergo ex nouitate eorum, quæ dicuntur, erigit eos ad querendum eum qui prædicatur. Remi. Regnum autem cœlorũ quatuor modis dicitur: Christus, secũdum

Ioan. quare Christum præuenire.

Natali regius celebris.

Regnum cælorum quadruplex.

dum illud Lucę 3. Regnum Dei intra vos est. Sancta scriptura, secundũ illud Mat. 2. Auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti faciẽti fructũ eius. Sancta ecclesia, secundum illud Matt 25. Simile est regnũ cœlorũ decẽ virginibus. Supernũ soliũ; secundũ Mat. 8. Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent in regno cœlorũ, & hoc totũ hic pôt intelligi. Glo. dicit autem. Appropinquauit enim regnũ cęlorum: quia nisi appropinquaret, nemo redire posset: quia infirmi & cæci, via, q̃ est Christus, carebant. Aug. de con. euan. Hæc autem verba Ioannis alij Euangelistæ prætermiserunt. Iam verò qđ sequit. Hic est qui dictus est per Esaiam Prophetam dicentem: Vox cla. in deser re. facite semitas eius. Ambiguè positũ est, nec elucet, verũ ex persona sua Euangelista commemorauit, an ad hæc verba eiusdẽ Ioannis secutus adiunxerit, vt totum hoc Ioãnes dixisse intelligatur: Pęnitentiã agite, appro. n reg. cęlo. Hic est n. &c. Neque. n. hoc mouere dr̃, quia nõ ait: Ego sum, sed hic est. Nã & Matthæus dixit. inuenit hominem sedentem in theloneo, & non dixit. Inuenit me, ꝙ si ita est, non est mirũ si & interrogatus quid diceret de seipso, sicut narrat Ioannes Euãgelista, respondit: Ego vox clamantis in deserto. Gre. in ho. Scit aũt quia vnigenitus filius verbum patris vocat secundũ illud: In principio erat verbum. Ex ipsa aũt nostra locutione cognoscimur, quia vox sonat, vt verbũ possit audiri. Aduentum itaq; dñi Ioannes præcurrens vox dr̃. quia per eius mysteriũ patris verbum ab hominibus auditur. Chry. sup. Matt. Vox ẽt est sonus cõfusus, nullum secretũ cordis ostendens, sed hoc tantummodo significans: quia vult aliqd dicere ille qui clamat. Verbum aũt est sermo mysteriũ cordis aperiens. Adhuc vox inter homines & animalia cõis est, verbũ autem est hominũ tantum Ideo ergo Ioãnes dictus est vox, non verbum. quia per eum Deus sua cõsilia non demonstrauit, sed hoc solum quod Deus aliquid facere in hominibus meditabatur: postea autẽ per filium suum plenissimè mysteriũ suę voluntatis aperuit. Raba. Qui rectè vox clamantis ob fortitudinem prædicationis dr̃. Tribus aũt modis clamor accidit, hoc est, si longè positus est cui loquatur, si surdus, si per indignationẽ, & hæc humano generi acciderunt. Glo. Est igitur Ioannes quasi vox verbi clamantis, verbum. n. clamat in voce. i Christus in Ioanne. Beda. Sicut ẽt clamauit in omnibus, qui a principio aliquid diuinitus dixerunt, & tamen iste solus est vox, quia per eum præsens verbũ ostendit, quod alij longè nunciauerunt. Grego. Ipse autem Ioannes est clamans in deserto: quia derelictæ ac destitutæ Iudææ solatiũ redemptoris annunciat. Remi. Quantũ autem ad historiã attinet, in deserto clamabat, quia remotus erat à turbis Iudæorũ. Quid aũt clamet, insinuat cùm subiungit: Parate viam dñi. Chry sup. Mat. Sicut. n. magno regi in expeditionem venturo præparatores præcedunt, qui sordida abluunt, dirupta componunt: sic & dñm nostrum præcessit Ioãnes, qui ab humanis cordibus pœnitẽtiæ scopis peccatorũ sordes eijceret, & quæ dissipata fuerant spiritualiũ præceptorũ ordinatione cõponeret. Greg. in ho. Omnis autem qui fidẽ rectã & bona opera ꝓdicat: domino ad corda audiẽtium viam parat. Rectas domino semitas facit, dum mundas in animo cogitationes per sermonem bonæ prædicationis format. Gl. Vel fides est via, qua verbum ad cor descẽdit: cùm mores in melius mutantur, fiunt semitæ rectæ.

Differentia vocis et verbi.

Ipse aũt Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorũ, & zonam pelliceam circa lumbos suos. esca aũt eius erat locustæ, & mel syluestre.

Chry. in ho. Postquam ostendit q a ipse est vox clamantis in deserto, prudenter ipse Euangelista subiunxit: Ipse aũt Ioannes. In quo ostendit quæ sit vita ipsius: nã ipse quidẽ testificabatur de Christo: vita autem eius de ipso; nemo aũt potest esse alterius testis idoneus, nisi fuerit fidelis. Hil. Fuerat. n. prædicanti Ioanni sicut locus opportunior, ita & vestitus vtilior, & cibus aptior. Hier. De pilis enim camelorum habebat vestimentum, non de lana, aliud austeræ vestis indicium est, aliud luxuriæ mollioris. Chry. super Mat. Seruis autem Dei non conuenit habere vestimẽtũ ad speciẽ visionis, vel ad carnis delectamen-

ctamentum, sed tm̃ tegumẽtũ nuditatis: habebat.n. Ioannes vestem non mollem, neq; delicatã, sed cilicinã, graué & asperam, & conterenté corpus potius q̃ fouẽtẽ, vt de virtute animæ eius ipse habitus corporis loqueretur. Sequitur. Et zo. pel. circa, &c. Cõsuetudo.n. erat apud Iudæos vt zonis laneis vterentur: ideo iste quasi durius aliquid facere volens, zona pellicea cingebatur. Hiero Porro quod sequit̃. Esca eius erat locu. & mel syl. Habitatoris solitudinis congruum est, vt non delicias ciborũ, sed necessitates humanæ carnis expleret. Raba. Tenui victu contẽtus, & ex minutis volatilibus, & melle inuento in truncis arborũ. In dictis autem Arnulphi galliarum Episcopi reperimus minimũ genus locustarũ fuisse in deserto Iudææ, quæ corpusculis in modũ digiti manus exilibus & breuibus in herbis facilè capiuntur, coctæq; in oleo pauperem præbent gustũ. Similiter narrat in eodẽ deserto esse arbores habentes lata folia & rotunda, lactei coloris & melliti saporis, q̃ natura fragilia manibus fricant̃ & eduntur. Et hoc esum quod mel syluestre dr̃. Remi. sub hoc aũt habitu vestimentorũ, & vtilitate ciborũ, ostendit se peccata totius gñis humani deflere. Raba. Potest & habitus & gustus eius qualitatem internæ conuersationis exprimere. nam austerioribus vtebatur indumentis, quia vitã peccantiũ increpauit: zona quidem pellicea, quia cinctus fuit & Helias, mortificationis indiciũ est. Raba. Locustas & mel syluestre edebat, quia dulcis sapiebat turbis prædicatio eius, sed citius finẽ sortita est: in melle.n. dulcedo, in locustis est alacer volatus, sed cito deciduus. Remi. Per Ioãnem autem qui Dei gratia interpretatur, significatur Christus, qui mundo gratiã attulit, per vestimentum illius designatur ecclesia gentium. Hila. Cum exuuijs immundarũ pecudum quibus gentiles pares existimantur, Christi prædicator induit̃, fitq; sanctificatũ habitu prophetali quicquid in eis vel inutile fuerat ante vel sordidũ: zonæ aũt præcinctio, efficax in omne opus bonũ est apparatus, vt ad omne ministeriũ Christi simus accincti. In esum õ eliguntur locustæ fugaces, hominumq; & ad omnẽ aduentũ nostri sensim euolantes, nos.s. qui ab omne sermone & cõgressu ipsis quibusdã corporũ saltibus efferebamur voluntate vagi, in operibus inutiles, in verbis queruli, sed peregrini: nũc sumus sanctorũ alimonia, & societas prophetarum, electi simul cum melle syluestri, dulcissimum ex nobis cibum non ex aluearis legis, sed ex truncis syluestrium arborum præbituri.

Zonis laneis vtebãtur Iudæi.

Tunc exibat ad eum Hierosolyma & ōis Iudæa, & ōis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, cõfitentes peccata sua.

Chry. sup. Mat. Conuersatione Ioannis exposita: cõuenienter subiungit. Tũc exibat ad eũ, &c. amplius n. resonabat cõuersatio vitæ eius in heremo, q̃ vox clamoris ipsius. Chry. in ho. Erat. n. mirabile in humano corpore tantam patientiã videre, quod deniq; & Iudæos magis attrahebat, magnum Heliã in eo videntes. Cõferebat aũt ad stuporem q̄ dereliquerat eos gratia prophetarũ & post longũ tẽpus reuersa videbat̃ ad eos. Prædicationis ẽt modus immutatus ad id proderat: nihil.n. assuetorũ apud alios Prophetas audiebãt, puta prælia & victorias Babylonias, & Persas, sed cœlos, & quidẽ illic regnũ & suppliciũ gehennæ. Dicit nunc: Tũc exi. ad eum, &c. Glo. Baptismo præcurrente, non peccata dimittente. Rem. Baptismus enim Ioannis figurã gerebat cathecuminorũ nam sicut modo catherizant̃ pueri, vt digni fiant sacramẽto baptismatis, ita Ioannes baptizabat vt baptizati ab eo, postea deuotè viuendo digni fierent accedere ad Christi baptismum. In Iordane autem baptizabat, vt ibi aperiret̃ ianua regni cœlestis, vbi natus est additus filijs Israel terrã promissionis intrãdi. Sequit̃: Confitentes peccata sua: Chry. sup. Mat. Ad comparationem .n. sanctitatis Ioannis quis poterat arbitrari se iustũ? Sicut.n. vestis cãdida si fuerit posita iuxta niuẽ ad comparationẽ niuis sordida inuenitur, sic ad comparationem Ioannis omnis homo videbatur immundus, & ideo peccata sua confitebantur. Confessio aũt peccatorum testimoniũ est conscientiæ timentis. Deũ. Perfectus.n. timor soluit omnẽ pudorem. Illic autem turpitudo confessio-

Vnde Ioanne admiratio.

fessionis aspicitur, vbi futuri iudicij pęna nõ creditur. Et quia ipsum erubescere pęna est grauis, ideo iubet nos Deus cõfiteri peccata nostra, vt verecundiã patiamur pro pœna. nam & hoc ipsum pars iudicij est. Raba. Bene aũt qui baptizãdi erãt exire ad Prophetã dñr: quia nisi quis ab infirmitate recedat, pompæ diaboli ac mundi illecebris abrenunciet, baptismũ salubre consequi non poterit. Bene aũt in Iordane, qui descẽsio dr̃, baptizabantur: quia de superbia vitæ ad humilitatẽ veræ confessionis descẽderãt. Exemplũ aũt iam tunc confitendi peccata, ac meliorem vitã promittendi baptizandis dabatur.

Videns autẽ multos pharisæorum & saducæorum venientes ad baptismũ suum, dixit eis: Progenies viperarũ, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructũ dignũ pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, patrẽ habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ Iã enim securis ad radicẽ arboris posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Sermo congruat auditoribus.

Grego. in past. Pro qualitate audientiũ formari debet sermo doctorum, vt & sua singulis congruant, & tñ à cõis ædificationis arce nunquam recedat. Glo. Vnde necesse fuit vt post doctrinã, quam Ioannes turbis tradiderat, Euangelista etiã illius doctrinæ faceret mentionẽ, qua instruxit eos qui prouectiores videbantur. Et ideo dicit: Videns aũt mul. pha. &c. Isido. in lib. Etymo. Pharisæi & Saducæi inter se contrarij sunt: nam Pharisæi ex hebræo in latinum interpretãtur diuisi: eo q̃ traditionum & obseruationũ iustitiã præferunt, vnde diuisi vocantur à populo quasi per iustitiam. Saducæi interpretantur iusti: vendicant enim sibi quod non sunt, corporum resurrectionem negant, & animam cum corpore interire prædicant. Hi tñ quinq; libros legis recipiunt, prophetarum vaticinia respuunt. Glo. Hos ergo q̃ inter Iudæos maiores videbantur videns Ioannes ad baptismum suum venire, dixit eis: Progenies viperarũ, quis vobis demon. fuge. à ven. ira? Remi. Consuetudo scripturæ est ea imitatione operum nomina imponere, secundum Illud. Pater tuus Amorręus, sic & isti ab imitatione viperarũ, progenies viperarũ dñr. Chry. su. Mat. Sicut enim artificiosus medicus si viderit ęgrotantis colorẽ, intelligit speciẽ passionis: sic Ioannes venientiũ ad se pharisæorum prauas cogitationes intellexit. forsitan. n. apud se cogitauerunt. Imus & confitemur peccata nostra, nullũ laborẽ nobis imponit, baptizamur & cõsequimur indulgentiam peccatorum. Insipiens, nũquid facta digestione impuritatis, nõ est necessaria sumptio medicinæ? sic multa diligentia necessaria est homini post conuersionẽ & baptismum, vt vulnus peccatorũ ꝑfectè sanetur, ideo dicit: Progenies viperarũ. Natura. n. viperarũ est, q̃ statim cũ momorderit hominẽ currit ad aquã, quã si nõ inuenerit, moritur: ideo istos dicebat progeniem viperarum: quia peccata mortifera committentes currebant ad baptismum, vt sicut viperæ per aquã tñ pericula mortis euaderẽt. Itẽ viperarũ natura est rũpere viscera matrũ suarũ, & sic nasci, qm̃ ergo Iudæi, assiduè persequentes Prophetas, corruperunt matrẽ suã synagogam, ideo progenies viperarũ nuncupantur. Itẽ viperæ à foris speciosæ sunt & quasi pictæ, intus aũt veneno repletæ, ita & isti pulchritudinẽ sanctitatis ostẽdebãt in vultu: Remi. Cum ergo dr̃: Quis demõstrauit vobis fugere à ventura ira, subau dr̃ nisi Deus? Chrys. super Mat. Vel quis vobis demonstrauit, non Esaias ꝓpheta? Absit. Si. n. ipse vos docuisset, non spẽ in aqua poneretis tantum, sed ẽt in operibus bonis, ille enim dicit: Lauamini, & mundi estote, auferte nequitiam ab animabus vestris, discite benefacere. Nunquid etiã Dauid dicens: Lauabis me, & super niuem dealbabor? absit. ille. n. sic dicit postea: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Si ergo essetis discipuli Dauid cũ gemitu ad baptismum veniretis. Remig. Si verò quis demonstrabit sub futuro legat̃ tẽpore, is est sensus: Quis doctor, quis prędicator dabit vobis consilium, vt possitis euadere irã æternæ damnationis? Augu. in lib. de ciu. Dei. Deus aũt ꝑp quandam operum similitudinem, non propter affectionum infirmitatem, secundum scriptura ira scitur, nec tamẽ vlla passione turbatur

Viperarũ natura qua sit.

batur

irascitur, nec tamen ulla passione turbatur, hoc enim verbum vindictę usurpauit effectus, non ille turbulentus affectus. Si ergo vultis effugere, facite dignum fructum pęnitentię. Gre in ho. In quibus verbus notádum est, quód non solum fructū pęnitentiæ, sed dignos pęnitentiæ admonet esse faciendo. Sciendú.n.est, quia quisquis illicita nulla commisit, huic iure conceditur ut licitis utatur. At si quis in culpam lapsus est, tantó a se debet licita abscindere, quanto se meminit & illicita ꝑpetrasse. Vniuscuiusque ergo conscientia côuenitur, vt tantò maiora quęrat bonorum operum lucra per pœnitentiā, quātò grauiora sibi intulerit damna per culpā, sed Iudęi de generis nobilitate gloriátes. idcirco se agnoscere peccatores nolebát, quia de Abrahæ stirpe descenderant, & ideo eis recte dicitur: Et ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abrahā Chr. in ho. Hæc autem dixit non prohibens illos debere ex illo se esse, sed prohibet in hoc confidere, ut virtuti animæ non insistentes. Chry. sup. Mat. Quid enim prodest ei quē sordidát mores generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Melius est.n. alicui, ut eo glorientur parentes, quia talem filium habent, quā ut ipse in parentibus glorietur. Sic & vos nolite gloriari, dicentes, quia patrē habemus Abraham, sed magis erubescite, quia filij estis eius, & sanctitatis eius nó estis hæredes. De adulterio enim natus uř qui nó assimilat patrē Parétū igitur gloriam excludit, dicens. Et ne velitis dicere. Raba. Quia ergo præco veritatis, ad dignum pęnitentiæ fructum faciendum eos incitare volebat, ad humilitaté prouocabat, sine qua nullus pœnitere potest, subdens. Dico enim vobis quoniam potest Deus de lapi. istis suscitare fi. Abrahæ Remi. Fertur ꝙ in eo loco prædicauit Ioannes circa Iordanem, ubi iubēte Deo 12. lapides de medio alueo Iordanis sublati positi, sunt potui ergo fieri ut hos demonstrando diceret. De lapidibus istis. Hier. In quo Dei indicat potentiam, ꝙ qui de nihilo cuncta fecerat, posset & de saxis durissimis populū procreare. Prima.n. sunt rudiméta fidei, credere Deum

Conscientia est pęnitentiæ mensura.

Natales non prosunt sine moribus.

posse quicquid voluerit, ex lapidibus aūt generari homines, simile est ei, quód ex Sarra possit Isaac unde & propheta dicit, Aspicite ad petrā de qua excisi estis. Huius igitur prophetiæ eos memores faciēs, monstrat ꝙ possibile est nunc etiam simile fieri. Raba. Vel aliter. Lapidum nomine gentes significatę sunt quæ lapides coluerunt. Chrysosto. super Matthæum. Item lapis durus est ad opus, sed cum factum fuerit opus ex eo deficere nescit, sic & gentes cum difficultate crediderūt, quidem, tamen credentes permanent in ęternum in fide: Hierony. lege Ezechie. Auferam, inquit, a uobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneū, in lapide duritia, in carne multitudo monstratur. Rabanus. De lapidibus ergo filij Abrahæ suscitati sunt: quia dum gentiles in Abrahæ semine, id est in Christo crediderūt, eius filij facti sunt, cuius semini sunt vniti. Sequitur: Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Chrysosto. super Matthæus. Securis est acutissima ira consumationis, quæ totum præcisura est mūdum. Sed si posita est, quare non pręcidit? quia rationabiles sunt arbores, & in potestate habent facere bonum, aut non facere, ut videntes ad radices suas positā esse securim, timeant & faciant fructum. Ergo denunciatio iræ, quod est securis positio, & si in malis nihil agat, tamen a malis segregat bonos. Hiero. in ho. Vel securis est, prædicatio Euangelij iuxta Hieremiam, qui verbum domini comparat, securi cædenti petram: Grego. in hom. Vel securis est redemptor noster, qui uult ex manubrio & ferro ex diuinitate constans & humanitate, tenetur ex humanitate, sed incidit ex diuinitate, quæ uidelicet securis ad radicem arboris posita est; quia & si per patientiam expectat, videtur tamen quid factura est. Omnis enim ar quæ non facit fru.bo. exci & in ignem mittetur. Quia vnusquisq; peruersus paratam citius gehennæ cōcremationē inuenit, qui hic fructum boni operis facere contemnit. Securim autem non iuxta ramos positam, sed ad radicem dicit, cum enim malorum filij tolluntur, rami infructuosæ arbitris absciduntur, cū

Securis varia significatio.

verò tota simul progenies cum parente tollitur, infructuosa arbor a radice abcisa est, ne iam rem meant vnde praua iterum soboles succrescat. Chry. in ho. Cum aũt dicit: Ois, excludit primatum qui est à nobilitate, quasi dicat: Et si nepos fueris Abrahæ, sustinebis pœnam sine fructu manẽs. Rabanus. Quattuor aũt sunt species arborum, quarũ una tota est arida, cui assimilantur pagani: altera viridis sed sine fructu, cui assimilantur hypocritæ: tertia uiridis & fructuosa, sed venenosa, cui assimilantur hæretici: quarta viridis est fructum bonum gignit, cui assimilantur viri catholici. Greg. in ho. Igitur omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur: quia paratam gehẽnæ concremationẽ inuenit, qui hic boni operis fructum facere contemnit.

Species arborum quatuor.

Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui aũt post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit areã suã, & congregabit triticũ in horreũ suũ: paleas autem comburet igni inextinguibili.

Glo. Quia in præcedentibus verbis Ioãnes explicauerat, quod supra sumariè de agenda penitentia prędicauit, restabat vt ẽt distinctius prædicaret qđ de regni cęlorum appropinquatione iam dixerat, & ideo dicit: Ego quidem bapti. vos in aqua in pęni. Gre. in ho. Ioannes non in spiritu sed in aquã baptizat: quia peccata soluere non valebat: corpora quidẽ ꝑ aquã lauat, sed tñ animas per veniam non lauat. Chry. in ho. Cum .n. nondum esset oblata hostia, neq; peccatum solutum esset, nec spiritus descendisset in aquã, qualiter fieret remissio peccatorum? Sed quia Iudæi nequaquam propria sentiebant peccata, & hoc erat eis causa malorum, aduenit Ioannes, in cognitionem eos ducens, propriorũ peccatorum pęnitentiã memorando. Greg. in ho. Cur ergo baptizat qui peccata non relaxat? nisi ut præcursionis suæ ordinem seruans qui nasciturum nascendo pręuenerat, baptizaturum quoque dominum baptizando præueniret. Chry. sup. Matt. Vel missus erat Ioannes ad baptizandum, ut ad baptismum venientib. præsentiam filij Dei in corpore prædicaret, sicut ipse testatur alibi, dicens: vt manifestetur in Israel, ideo ego ueni in aquã baptizare. Augu. super Ioan. Vel ideo baptizat: quia oportebat baptizari Christũ. Sed quare non solus ipse baptizatus est à Ioanne, si ad hoc missus erat Ioannes per quem baptizaretur Christus? Quia si solus dominus baptizatus esset baptismate Ioannis, nõ deessent qui putarent baptismum Ioannis maiorem esse quàm baptismum Christi, vsq; adeo ut solus Christus eo baptizari meruisset. Raba. Vel ideo baptizat, vt pęnitentes hoc signaculo ab impęnitentibus secernendo, ad baptismum dirigat Christi. Chry. super Mat. Ergo ꝓpter Christũ baptizabat, ideo ad Christũ venientibus ipsum prędicat appariturum & eminẽtiam potestatis eius annunciat, dicens: Qui autem post me venturus est fortior me est. Remi. Sciendum est autem ꝙ quinque modis venit Christus post Ioãnem, nascendo, prędicando, baptizando, moriendo, & ad inferos descendendo. Et pulchrè dominus dicitur fortior Ioanne, quia ille purus homo, hic vero Deus, & homo. Raba. Ac si Ioannes dicat: Ego quidem fortis sum ad pęnitentiam inuitãdo, ille peccata remittendo: ego regnum cœlorum prædicando, ille donando: ego in aqua baptizando, ille in spiritu. Chry. in ho. Cũ aũt audieris: Quia fortior me est, ne æstimes secundum comparationẽ me hoc dicere, neque enim inter seruos illius ordinari sum dignus, vt vilissimam ministerij susciperem particulã, vnde subdit: Cuius non sum &c. Hil. Apostolis enim circumferendo prædicationis gloriam derelinquens, quibus speciosis pedibus pacem Dei erat debitũ nũciare. Chry. sup. Mat. Vel per pedes Christi intelligere possum᷑ christianos, præcipuè Apostolos, cęterosq; prædicatores, inter quos erat Ioãnes Baptista. Calciamenta autem sunt infirmitates, quibus operit prædicatores. Hæc ergo calciamenta Christi omnes prædicatores portãt, & Ioannes etiam portabat, sed se dignum non esse portare pronunciat, ut maiorem ostenderet gratiam Christi meritis suis. Hiero. in alio Euangelio ait: cui᷑ nõ sum dignus soluere corrigiam

Ratio multiplex baptismi Ioannis.

Calciamẽtũ Christi quale.

giam calcea. Hic humilitas, ibi ministeriū demonstratur: quia Christus cum sponsus sit, & Ioannes non mereatur sponsi corrigiā soluere, ne vocetur domus eius, iuxta legem Moysi & exemplum Ruth domus discalciati. Chry. sup. Mat. Quia verò nemo pōt dare dignius beneficium quàm ipse est, nec facere alterum quod ipse nō est, rectè subdit: Ille vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Ioannes quidem cū sit corporalis, spiritualē baptismum dare nō pōt, sed baptizat in aqua, quæ corpus est, & ideo corpus cū corpore baptizat. Christus aūt spiritus est, quia Deus est: Spiritus et sanctus spiritus est, anima quoq; spiritus est: ideo spiritus cum spiritu spiritum nostrum baptizat. Baptismus aūt spiritus perficit: quia ingrediens spiritus circumplectitur animam, & quasi muro quodā inexpugnabili circuit eam, & non pmittit vt carnales concupiscentiæ præualeāt contra eam; non quidem facit, vt caro nō concupiscat, sed tenet animam, vt ei non consentiat. Et qm Christus iudex est, baptizat in igne, id est in tentationibus: in igne aūt baptizare non potest homo purus. Ille.n. tentandi habet licentiam, qui remunerandi habet potestatem: hic autē baptismus tribulationis, id est ignis comburit carnem, vt non germinet concupiscentias, nam caro spirituales quidē pœnas non timet, sed carnales. Ideo ergo dominus super seruos suos carnales tribulationes mittit, vt times angustias suas caro non concupiscat malum. Vides ergo quia spiritus repellit concupiscentias, & preualere non sinit: ignis autem ipsas concupiscentiarum radices comburit. Hiero. Vel in Spiritu sancto & igni, quia ignis est Spiritus sanctus, quo descendente sedit quasi ignis supra singulos Apostolos. Et impletus est sermo dñi dicentis; Ignem veni mittere in terram, siue quia in presenti spiritu baptizamur, & in futuro igni, secundū illud apostoli: Vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Chrys. in ho. Nō autem dicit: Dabit vobis Spiritum sanctū, sed baptizabit vos in Spiritu sancto, copiam gratiæ metaphoricè ostendens. Per hoc etiam monstratur, quòd sola voluntate etiam in fide indiget ad iustificandum non laboribus & sudoribus: & sicut facile est baptizari, ita facile est per eum transmutari & fieri meliores. In igne verò vehementiam gratiæ quæ vinci non possit demonstrat, & vt intelligat quòd similes antiquis & magnis prophetis repentè suos faciet, propter hoc enim ignis meminit, quia plures visionum prophetarum per ignem apparuerunt. Chrysost. sup. Matth. Patet ergo quòd baptismus Christi non soluit Ioannis baptismum, sed in se inclusit, qui enim baptizatur in nomine Christi, vtrunque baptismum habet, & aquæ & spiritus: quia Christus & spiritus erat, & corpus suscepit, vt & corporale & spirituale baptisma daret. Ioannis autem baptismus non includit in se baptismum Christi: quia quod minus est, maius in se includere non potest. Ideo Apostolus cū inuenisset quosdam Ephesios Ioannis baptismate baptizatos, iterum baptizauit eos in nomine Christi: quia in spiritu non erant baptizati, quoniam & Christus iterum baptizauit eos qui à Ioanne fuerant baptizati, sicut sermo Ioannis demonstrat, dicens; Ego vos baptizo in aqua, ille vos baptizabit in spiritu, nec videbatur iterum baptizare, sed semel, quia enim amplius erat baptisma Christi, quàm Ioannis, nouum dabatur & non iteratum. Hila. Salutis igitur nostræ & iudicij tempus designat in domino, dicens; Bapti. vos in spiritu sancto & igne, quia baptizatis in Spiritu sancto reliquum sit consummare igne iudicij, vnde subditur. Cuius ventila. in ma. sua. Raba. Per ventilabrum, id est paleam discretio iusti examinis designatur, quod habet dominus in manu, id est in potestate, quia Pater omne iudicium dedit filio. Sequitur: Et permun. aream suam. Chrysosto. super Mat. Area, id est ecclesia: horreum verò regnum cœleste, ager autem, hic mundus. Mittens ergo dominus Apostolos, cæterosque doctores quasi messores, præcidit omnes gentes de mundo, & in aream ecclesiæ congregauit, hic ergo triturandi sumus, hic ventilandi, omnes enim homines in rebus carnalib. delectantur, sicut grana in palea, sed qui fidelis est & boni cordis habet medullam, mox vt

Comparatio baptismorum.

leuiter tribulatus fuerit, negligens carnalia, currit ad Dominum: si autem modicæ fidei fuerit, vix cum grandi tribulatione. Qui autem omnino infidelis est & vacuus, quantumcunque contritus fuerit, non transit ad Deum. Triticum autē cum primum trituratum fuerit, iacet cū paleis in vno loco confusum: postea autem ventilatur vt separetur; sic & in vna ecclesia fideles cum infidelibus habetur commixti, ideo mouetur persecutio, quasi ventus, vt ventilabro Christi iactati, quia iam disiuncti fuerant actibus, separentur & locis. Et vide quia non dixit; Mundabit aream suam, sed permūdabit, necesse est enim vt diuersis modis tētetur ecclesia, donec permundetur. Et primum quidem ventilauerunt illam Iudæi, deinde gentiles, modo hæretici: postmodum permentilabit Antichristus. Sicut.n. quando modica est aura, non permundatur tota tritici massa, sed leuiores paleæ iactantur, grauiores autem remanent: sic & modo, modico flatu tentationis sufflāte, pessimi homines recedunt. Si autem surrexit maior tempestas, etiam illi qui videntur esse stabiles, sunt exituri. Ideo necessaria est tentatio maior, vt permundetur Ecclesia. Remi. Hanc etiam aream, scilicet Ecclesiam, dominus mundat in hac vita, cum vel per iudicium sacerdotum mali de Ecclesia tolluntur, vel per mortem de hac vita abscinduntur. Raba. vniuersaliter autem areæ purgatio in fine perficietur, quando mittet Angelos suos filius hominis, & colliget de regno suo omnia scandala. Greg. 34. mor. Nam post trituram vitæ præsentis, in qua nunc triticum sub paleis gemit, ita illo extremi iudicij ventilabro triticum, paleaque discernitur, vt nec in tritici horreum paleæ transeant, nec in palearum ignem horrei grana dilabantur, & hoc est quod sequitur: Et congre. trit. su. in horre. pal. autem cōbu igni inextinguibili. Hila. Triticum suum perfectos scilicet credentium, fructus dicit cœlestibus horreis recondendū, paleas verò infructuosorum hominū inanitatem. Raba. Verum hoc inter paleas & zizania distat, ꝙ paleæ non alio quàm triticorum semine prodeunt; zizania verò de diuerso. Paleæ ergo sunt qui fidei sacramentis imbuuntur, sed solidi non sunt; zizania verò qui & opere & professione secernuntur à bonorū sorte. Remig. Ignis autem inextinguibilis dicitur pœna æternæ damnationis, siue quia quos semel suscepit nunquā extinguit, sed semper cruciat, siue ad differentiam ignis purgatorij, qui ad tempus accenditur & extinguitur. August. de con. euan. Si autem quæritur quæ verba potius Ioannes Baptista dixerit, vtrum quæ Matthæus, an quæ Lucas, an quæ Marcus eum dixisse commemorat, nullo modo hic laborandū esse iudicat, qui prudenter intelligit ipsas sententias esse necessarias cognoscēdæ veritatis, in quibuslibet verbis fuerint explicatæ. Et in hoc apparet non debere eos arbitrari mentiri, quamquam si pluribus reminiscentibus rem quam audierunt, vel viderunt, nō eodem modo atque eisdem verbis eadem res fuerit indicata. Quisquis autem dicit Euāgelistis per Spiritus sancti potentiam hoc potuisse concedi, vt nec in genere verborum, nec in ordine, nec in numero discreparent, non intelligit, quantò amplius Euangelistarū excellit auctoritas, tantò magis per eos fuisse firmandam cæterorū hominum veram loquentium securitatem. Quod autem alius dixit. Cuius non sum dignus calceamenta portare, alius verò calceamenti corrigiam soluere, non verbis tantum, sed etiam re ipsa videtur aliud esse. Meritò ergo quæri potest, quod horum Ioannes dixerit? Verum etiam videtur narrasse qui hoc potuit narrare, quod ille qui dixit, qui autem aliud, & si non est mentitus, certè vel oblitus aliquid pro alio dixisse putabitur. Omnem autem falsitatē abesse ab Euangelistis decet, non solum eam quæ mentiendo promitur, sed etiam eam quæ obliuiscendo. Ita si ad rem pertinet aliquid aliud intelligere, ex vtroq; dictorum rectè existimandum est Ioannē vtrunque dixisse, siue aliud alio tempore, siue confestim. Si aūt nihil intendit Ioannes cum de calceamentis domini diceret, nisi excellentiam eius & suam humilitatem, quodlibet dictorum dixerit, eādem tamen sententiam tenuit, quisquis verbis suis

Ventilatio ecclesiæ multiplex.

Attende quæstionem cum resolutione.

suis per calciamētorum commemorationē eādē significationē humilitatis expressit, vñ ab eadē volūtate nō aberauit. Vtilis ergo modus & memorię cōmendādus non esse mendaciū, cū, quisq; voluntatem eius explicat, de quo aliquid narrat etiā, dicens aliquid aliud ꝙ ille non dixit: volūtatem tñ suam explicauit eandem quam & ille, cuius verba cōmemorat. Ita enim salubriter dicimus nihil aliud esse quęrēdum, quàm quid vellit ille qui loquitur.

Tunc venit Iesus à Galilęa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens; Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus, dixit ei; Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum.

Glo. Postquam prędicatione sui præcursoris Christus mundo prænunciatus est, tandem qui diu latuerat, hominib. se manifestare voluit, vnde dr: Tunc ve. Ie. à Gali. In Ior. ad Io. vt bap. ab eo Remi. Est sciendum ꝙ in his verbis describuntur personæ, loca, tempus, & officium. Tēpus cum dicit, Tunc. Raba. Quando. s. tricenarius erat, in quo ostendit nullum, vel sacerdotem, uel prædicatorem debere institui, nisi sit perfectæ ætatis. Ioseph tricenarius regimen Aegypti suscepit. Dauid ea ætate regnum inchoauit. Ezechiel sub eodem tēpore prophetiā promeruit. Chry. in ho Quia etiam post baptismum hunc, legem cessare oportebat, hac ætate ad baptismum venit, qui pōt omnia peccata suscipere, ut lege seruata nullus dicat, quia ideo eam soluit, quia implere nō potuit. Chry. super Matt. Tunc etiam, s. quando Ioannes prędicauerat, Pœnitentiā agite, vt confirmaret prædicationem ipsius, & vt testimonium acciperet a Ioanne. *Comparatio illustris.* Sicut aūt cum processerit Lucifer, lux solis non expectat occasum Luciferi, sed eo procedēte egreditur, & suo lumine obscurat illius cādorem, sic & Christus non expectauit, ut cursum suū Ioannes impleret, sed adhuc eo docente apparuit. Remi. Personæ ponuntur, cum dicit; Venit Iesus ad Ioannem. i. Deus ad hominem, dominus ad seruum, rex ad militem, lux ad lucernam. Loca designantur, cum dicit: A Galilęa in Iordanem. Galilæa enim transmigratio interpretatur. Quicunq; ergo vult baptizari, transmigret de uitijs ad uirtutes; & veniēdo ab baptismū se humiliet. Iordanis n. interpretatur descensus. Aug. *Miracula Iordanis.* Multa aūt mirabilia in hoc flumine sępius facta esse, scriptura sancta commemorat, inter cætera dicens: Iordanis conuersus est retrorsum: ante quidem retrosum: aquæ conuersæ fuerant, modo retrorsum peccata conuersa sunt, sicut ēt Helias in Iordane diuisionem fecit aquarum, & Christus dñs in eodē Iordane separationem operatus ex peccatorum. Remi. Officiū designatur, cū sequitur: Vt baptizaretur ab eo. Chry. sup. Mat. Non ut ipse remissionem peccatorū acciperet per baptismum, sed vt sanctificatas aquas relinqueret postmodū baptizandis. Aug. *Christus quare baptizatus.* Saluator. n. ideo baptizari voluit, non vt sibi mundiciam acquireret, sed vt nobis fluentā mundaret. Ex quo ipse in aquam demergitur, ex eo oīum peccata abluit aqua. Nec mirum ꝙ aquā, hoc est substantiām corporalē ad purificandam aīam dicimus peruenire: peruenit planè, & penetrat conscientiæ vniuersa latibula: quamuis. n. ipsa sit subtilis & tenuis: benedictione tñ Christi facta subtilior, occultas vitæ causas ad secreta mentis subtiliore rore pertransit. Subtilior. n. est benedictionū cursus, q̄ aquarū meatus, vnde quæ de saluatoris baptismate benedictio fluxit, tanquam fluuius spiritualis omnium gurgitum tactus vniuersorum fontiū venas impleuit. Chry. sup. Mat. Ad hoc aūt ad baptismum venit, vt qui humanā suscepit naturā, totū humanę naturæ inueniat impleuisse mysteriū: nā quāuis ipse nō erat peccator, tñ naturā suscepit peccatricē, propterea & si pro se baptismate nō egebat, tñ in alijs carnalis natura opus hēbat. Aug. in ser. de epi. Itē ideo baptizari voluit, quia uoluit facere qđ faciendum oībus imperabat, ut bonus magister doctrinā suam non tā verbis insinuaret, quàm actibus exerceret. Augu. sup. Ioa. Hinc ergo dignatus est a Ioanne baptizari, ut cognoscerent serui quāta cū alacritate debeant currere ad baptisma domini, quando ipse non dedignatus est accipere baptisma serui. Hiero. Itē baptizari uoluit, ut baptismate suo, Ioannis ba-

ptisma comprobaret. Chry.in ho. Quia vero baptismus pœnitentię erat, & in demõstrationem delictorum inducebatur, ne aliquis ęstimaret ꝙ hac ratione Christus ad Iordané venit, ideo veniẽti dixit: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? quasi dicat. Chrys.sup.Mat. Vt tu me baptizes est idonea rõ, ut iustus efficiar, & dignus cęlo, vt ãt ego te baptizé quę est ratio? oé bonum de cęlo descendit in terram, non de terra ascendit in cęlum Hila. Deniq; a Ioanne baptizare prohibétur vt Deus, & ita in se fieri oportere vt hó edocet. Vnde sequitur: Respódens ãt Iesus, dixit ei: Sine modò, Pulchre dixit modo, vt ostenderet Christũ in aqua a Ioanne, Ioãnem à Christo in spiritu baptizandum. Si uę aliter; Sine modò, ut qui formã serui assumpsi, expleam & humilitaté eius, alioquin scito te in die iudicij, meo esse baptismate baptizandũ: vel, sine modò, ut dicit dñs, habeo & aliud baptisma, quo & baptizandus sum. Tu me baptizas in aqua, ut ego te baptizé per me in sanguine tuo Chry. sup.Mat. In quo ẽt ostendit quia postea Christus baptizauit Ioãnem: quamuis ẽt in apocryphis libris hoc manifestè scriptum sit. Sed mó sine, vt iustitiã baptismatis, non verbis, sed factis ad impleam: prius suscipiã, posteà prædicabo. Vnde sequitur Sic.n. docet nos omné implere iustitiam, vbi non hoc significat, vt si fuerit baptizatus, adimpleat oém iustitiam, sed sic, in quemadmodũ baptismatis iustitiã prius factis impleuit, postea prædicauit: sic & oém aliã iustitiam, secundũ illud. Cępit Iesus facere & docere. Aut ita, sic oportet nos implere oém iustitiam, sicut iustitiã baptismi, id est secundum dispensationé humanæ naturæ. Sic.n. impleuit iustitiã nascendi, crescédi, & similiũ. Hila. Erat & per eũ oĩs impléda iustitia, ꝑ qué solum lex poterat impleri. Hiero. Nõ ãt addidit iustitiam legis, sine naturæ, vt vtrumq; intelligamus. Remi. Vel sic: Docet nos implere oém iustitiã, id est, ostendere exemplum omnis implendæ iustitiæ in baptismo, sine quo non aperitur aditus regni cœlestis, uel etiam discant superbi exemplum humilitatis, ut non dedignentur baptizari ab humilib. membris meis, dum uiderint me baptizatum a te Ioãne seruo meo. Illa autem est uera humilitas quã comes obedientia sequitur: vnde subditur: Tunc dimisit eum, id est, ad ultimũ assensum præbuit, ut baptizaret eum.

Ioannes à Christo fuit baptizatus.

Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se.

Aug. in ser. de epi. Quia, vt dictum est, cum Saluator noster abluitur, iã tunc in nostrũ baptismum tota aqua mundatur, ut secuturis postmodum populis lauacri grã ministret, Oportuit ẽt Christi baptismo ea designari quę per baptismum consequũtur fideles, vnde dicitur: Baptizatus auté Ie. confe. Ascen. de aqua. Chry. sup. Math. Factum Christi ad mysterium pertinet oĩum, qui postmodũ fuerãt baptizãdi, & ideo dixit confestim. Et nõ dixit simpliciter ascendit, quia oés qui dignè baptizantur in Christo, cõfęstim de aqua ascédunt, id est, proficiunt ad uirtutes, & ad dignitatem subleuantur cœlestem. Qui.n. in aquã ingressi fuerant carnales, & filij Adæ peccatores, confestim de aqua ascendunt spirituales filij Dei factis si ãt quidã ex sua culpa nihil proficiunt baptizandi, quid ad baptismũ. Rab. Quia ergo nobis dñs sui corporis in tinctu baptismi lauacrũ dedicauit, nobis quoq; post acceptum baptisma, cœli aditum patere, & Spiritũ scm̃ dari, demõstrauit. vñ seqtur: Et aperti sunt ei cœli. Hiero. Nõ reseratione elementorum, sed spiritualibus oculis, sicut & Ezechiel in principio voluminis sui, apertos esse cõmemorat. Chry. sup. Mat. Si.n. ipsa creatura rupta fuisset, non dixisset. Aperti sunt ei, quia qđ corporaliter aperitur, oĩbus est apertũ. Sed dicet aliquid quid.n. ante oculos filij Dei clausi fuerũt cęli, qui ẽt in terra constitutus erat in cęlo? Sed sciendum ꝙ sicut secundum dispẽsationem humanam baptizatus est, sic secundum humanam dispensationem aperti sunt ei cęli: secundum autem naturam diuinam erat in cęlis. Remi. Sed nunquid tunc primo aperti sunt ei cœli, etiam secundum humanam naturam? Fides.n. ecclesiæ & credit & tenet ꝙ nõ minus aperti sunt ei cœli antè, quam post: Ideo er-

Virtus baptismi Christi.

Cœli quomodo Christo aperti sunt.

go dicitur quod aperti sunt ei cęli, quia oib. renatis aperitur ianua regni cęlestis. Chry.super Mattheum.Forte.n. erāt inuisibilia quædam obstacula prius quibus obsistentibus animæ defunctorum non poterant introire cœlos. Nullam.n.aiam ante Christum arbitror ascendisse in cęlum, ex quo peccauit Adam, & clausi sunt cœli. Sed ecce baptizato Christo aperti sunt tātum. Postquam verò tyranum vicit per crucem, quia non erant necessariæ portæ, cœlo nunquam claudendo, non dicūt Angeli: Aperite portas, iam.n. erant apertæ, sed collite portas. Vel in baptizatis aperiūtur cœli, & vidēt ea quæ sunt in cęlo, non carnalibus oculis videndo, sed spiritualibus fidei credendo. Aut ita: Cœli sunt scripturæ diuinæ, quas oēs legunt, non tā oēs intelligunt, nisi qui fuerint sic baptizati, vt accipiant Spiritum sanctum. Vnde & Apostolis primitus erant clausæ scripturæ prophetarum, sed accepto Spiritu sancto reseratæ sunt eis oēs scripturæ. Tamē quocunq; modo intelligatur, cęli aperti, sunt ei.i. oibus pp eū: sicut si imperator alicui pro alio petēti dicat. Hoc beneficiū non illi do, sed tibi.i.pp te illi Glo. Vel tātus splendor circumfulsit Christum in baptismo, vt empireum uideretur cęlum reseratum esse. Chry.in ho. Si aūt tu non vides, nō oīno incredulus sis. Etenim in principijs spiritalium rerum semper sensibiles apparent visiones, pp illos qui nullā intelligētiā incorporalis naturæ suscipere possunt ut si postea nō fiāt, ex his quæ semel facta sunt recipiant fidē. Remi. Sicut autē oibus per baptismum renatis, aperitur ianua regni cęlestis ita oēs in baptismate accipiūt dona Spiritus sancti. Ideo subditur, Et uidit spiritū Dei. descen. sicut colum. & uenien. super se August. in ser. de epi. Christus.n. postquàm natus est hominib. renascitur sacramentis, vt quemadmodū tunc eum miramur incorrupta matre progenitum, ita vt nunc suscipiamus illum pura vnda submersum. filium enim genuit mater & casta est, Christum lauit unda, & sancta est. Denique spiritus sanctus qui tunc illi in utero affuit, modò eum in gurgire circunfulsit, qui tunc Mariam castificauit, nunc fluenta sanctificat. Vnde dicit: Et vidit Spiritum Dei descendentē. Chrys.sup. Mat. Ideo aūt Spiritus sanctus speciem columbæ suscepit, quā præ oibus animalibus hæc cultrix est charitatis: oēs aūt iustitiæ species quas habent serui Dei in veritate, possunt habere serui diaboli in simulatione. Solam autem charitatem sancti Spiritus, non potest immundus Spiritus imitari. Ideo ergo hanc priuatam speciem charitatis sibi seruauit Spiritus sanctus: quia per nullius testimonium sic cognoscitur, vbi est Spiritus sanctus, sicut per gratiam charitatis. Raba. Signantur etiam quatuor virtutes in baptizatis per columbam. Columba enim secus fluenta habitat, vt viso accipitre mergat se & euadat. Meliora grana eligit, alienos pullos nutrit, nō lacerat rostro, felle caret, in cauernis petrę nidificat, gemitum pro cātu habet. ita & sancti secus diuinæ scripturæ fluenta resident, vt in cursum diaboli euadant. Sanas sententias quibus pascant eligunt, nō hęreticas homines qui diaboli fuerunt pulli, idest imitatores, doctrina nutriunt & exemplo, bonas sententias lacerando non peruerterunt, hæreticorum more. Ira irreconciliabili carent. In plagis mortis Christi, qui petra firma est, nidum ponunt, id est suum refugium & spem: sic & alij delectant in cantu, ita ipsi in gemitu pro peccatis. Chrys.in ho. Veteris etiā recordatur historiæ, in diluuio apparuit hoc animal, ramum ferens oliuæ, & communem orbis tranquillitatem annunciās, quæ omnia typus erant futurorum. Etenim nunc columba apparet, liberatorem nobis demonstrans, & pro ramo oliuæ adoptionem generi humano affert. Aug. in ser. de trini. Est autem in promptu intelligere cur Spiritus sanctus missus dicatur, cum in ipsum dominū corporali specie velut colūba descendit; facta est enim quædam creaturæ species ex tempore, in qua visibiliter ostenderetur Spiritus sanctus. Hæc autem operatio visibiliter expressa, & oculis oblata mortalibus missio Spiritus sancti dicta est, non vt appareret inuisibilis eius substantia, sed vt corda hominum exterioribus visis cōmota ad occultam æternitatem conuerterentur. Nō autem sic assumpta est creatura, in qua

Virtus baptismi Christi.

Comparatio aquæ & Mariæ virginis.

Quomodo Christo aperti sunt.

Quare Spiritus sanctus missus sit per Christum.

Spiritus sanctus apparuit, in vnitate.s. personæ, sicut assumpta est humana illa forma ex virgine. Neq; enim columbam beatificauit Spiritus, aut sibi in personæ suæ vnitatem in æternum coniunxit. Proinde quamquam illa colûba Spiritus dicta sit, vt ostenderetur per columbam spiritum demonstratum, non tñ ita possumus dicere Spiritum sanctum & Deum, & columbam, sicut dicimus filium & Deum & hominem; nec sicut dicimus filium agnum Dei non solum Ioanne Baptista dicente, sed et Ioanne euangelista vidente agnum occisum in Apocalypsi. illi quippe visio prophetica non est exhibita oculis corporeis per formas corporeas, sed in Spiritu p spirituales imagines corporum. De illa verò columba nullus vnquã dubitauit quin oculis visa sit, nec sicut dicimus filium petram (scriptum est enim: Petra erat Christus) ita possumus dicere spiritum columbam. Illa enim petra iam erat in creatura, & per actionis modum nuncupata est nomine Christi, quem significabat: non aût sic illa columba, quæ ad hæc tantummodo signanda repentè extitit. Magis autem simile hoc mihi videtur flammæ, illi quæ in rubro apparuit Moysi, & illi quam populus in heremo sequebatur, & fulguribus ac tonitruis quæ fiebant dum lex daretur in monte. Ad hoc.n.rerum illarum corporalis extitit species vt aliquid significaret atque præteriret. propter has ergo corporales formas missus dicitur Spiritus sanctus: illæ verò species corporales ad demonstrandum quod opus fuit ad tẽpus apparuerunt, & esse postea desiterunt. Hiero. Sedit autem columba super caput Iesu, ne quis putaret vocẽ patris ad Ioannem factam, non ad dominum. vnde loquitur: Et venientem super se.

Et ecce vox de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Aug. in ser. de epist. Non enim vt ante per Moysem aut prophetas, nec p typos aut figuras venturum in carne pater filiũ docuit, sed palam venisse monstrauit, dicens: Hic est filius meus. Hila. Velut ex his quæ consumabantur in Christo, cognosceremus post aquæ lauacrum & de cælestibus portis sanctũ in nos spiritum immolare, & cœlestis nos gloriæ vnctione perfundi, & paternæ uocis adoptione filios Dei fieri. Hiero. Mysterium autem trinitatis in baptismate demonstratur, dñs baptizatur, spiritus descendit in habitu colũbæ, patris vox filio testimonium perhibentis auditur. Augu. in ser. de Epi. Nec mirũ si in dominico lauacro mysteriũ non defuit trinitatis, cum nostrum lauacrum trinitatis compleat sacramentum: voluit enim dominus primo circa se exhibere quod erat postea humano generi præcepturus. Aug. de fide ad Pe. Quamuis aũt Pater & Filius & Spiritus sanctus sit vna natura firmissimè tamen tene tres esse personas, patremq; solum esse qui dixit: Hic est filius meus dilectus. Et filium solum esse, super quem illa vox patris insonuit; & Spiritũ sanctum solum esse, qui in specie columbæ super Christum baptizatũ descendit Aug. 4. de trin. Hæc autem opera sunt totius trinitatis. In sua quippe substantia pater & filius & Spiritus sanctus, vnum sunt sine vllis interuallis temporũ vel locorum. In meis autem vocibus separati sunt Pater & Filius & Spiritus sanctus, nec simul dici potuerunt, & in literis visibilibus sua separatim locorum spatia tenuerunt, quia similitudine vtrunque cognoscitur inseparabilem in seipsa trinitatem, per visibilis creaturæ speciem separabiliter demonstrari. quod autem solius patris vox sit, ostenditur ex hoc quod dicit. Hic est filius meus. Hila. in lib. de Trinita. Non solum nomine contestatus est eum esse filium, sed proprietate. Multi enim nos filij Dei sumus, sed non talis est hic filius. hic enim & proprius & verus est filius origine, non adoptione; veritate, non nuncupatione: natiuitate, non creatione. August. super Ioan. Pater autem diligit filium, sed quomodo pater filium, nõ quomodo dominus seruum; sed quomodo vnicum, non quomodo adoptatum. Et ideo subditur: In quo mihi complacui. Remig. Vel si ad humanitatem Christi referatur, si legatur: In quo mihi complacui. Talis est sensus, in quo mihi complacui, quia istum solum reperi sine peccato. Si verò legatur, in quo mihi complacuit, subauditur placitum meum consti-

Trinitas apparitio in baptismo.

constituere, vt per eum agerem quæ agéda sunt, id est genus humanum redimeré. Augu. de con. euan. Hæc autem verba; & alij duo Mar. & Lucas similiter narrant, sed de verbis vocis quę de cœlo facta est, variant locutionem; salua tamen sententia. Quod enim Matthæus ait dictũ; Hic est filius meus dilectus, & alij duo dñt: Tu es filius meus dilectus, ad eandem sententiam explicandam valet. uox enim cęlestis vnum horum dixit, sed Euangelista ostendere voluit ad id valere quod dictũ est: Hic est filius meus, vt illis potius qui audiebant indicaretur quòd ipse esset filius Dei, atque ita dictum referre voluit: Tu es filius meus. ac si illi diceretur: Hic est filius meus. Non. n. Christo indicabatur, quod sciebat, sed audiebant, qui aderant, propter quos vox facta est. Iam verò, quòd alius dicit: In quo mihi complacui, alius: In te cóplacuit mihi. Si quæris quid horum illa voce sonuerit, quodlibet accipe dum intelligas eos qui non eandem locutionem retulerunt, eandem retulisse sententiam, quòd enim Deus in filio sibi complacuit, admonetur aliquis ex eo quod dictum est: In te complacui. quod autem in filio pater placuerit hominibus, admonetur ex eo quod dictum est. In te complacui mihi, seu intelligatur hoc dictum esse ab omnibus Euangelistis tanquam diceretur; In te complacitum meum constitui, hoc est implere quod mihi placet.

Trinitas apparet in baptismo.

Concordia euangeliorũ.

CAPVT QVARTVM.

TVNC Iesus ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit.

Chrys. super Matth. Postquã baptizatus est dñs à Ioanne in aqua, ducitur à Spiritu in desertũ, vt baptizaretur igne tentationis vnde dicitur. Tunc Iesus ductus est in desertum à Spiritu. Tunc. s. qñ pater clamauit de cœlo: Hic est filius meus dilectus Chry. in ho. Quisquis ergo post baptismum maiores sustines tentationes, non turberis: etenim propter hoc accepisti arma vt non vaces, sed vt prælieris: Idõ autem tentationem à te Deus non prohibet. Primum quidem vt discas qm̃ multò factus es fortior. Deinde vt magnitudine donorum non extollaris. Tertiò vt diabolus experientia cognoscat, q̃ perfectè ab eo abscessisti. Quartò vt per hoc fortior reddaris. Quinto vt crediti tibi thesauri signum accipias. neque enim diabolus superueniret tibi ad tentandum, nisi te in maiori honore effectum videret. Hila. In sanctitate enim maximè diaboli tẽtamenta grassantur, quia victoria ei est magis optata de sanctis. Grego. in hom. Dubitari autem à quibusdã solet, à quo Spiritu sit ductus Iesus in desertum? propter hoc quod subditur: Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. Sed verè & absq; vlla quæstione conuenienter accipitur, vt à Spiritu sancto ductus esse credatur, vt illuc eum suus spiritus duceret, quo hunc ad tentandũ spiritus malignus inuenit. Augu. in 4. de trini. Cur seipsum quoque tentandum præbuit? vt ad superandas tentationes mediator esset, nõ solum per adiutorium, verumetiam p̃ exẽplum. Chry. sup. Mat. Est autem ductus à Spiritu sancto, non quasi minor maioris præcepto, non enim solum ductus dicitur qui alicuius potestate ducitur, sed etiã ille qui alicuius rationabili exhortatione placatur: sicut scriptum est de Andræa quod inuenit Simonem fratrem suum &, adduxit eum ad Iesum. Hier. sup. Matth. Ducitur autem nõ inuitus aut captus, sed voluntate pugnandi. Chrysosto. Ad homines enim diabolus uadit vt tentet eos; quoniam autem aduersus Christum diabolus ire non poterat, ideo contra diabolum Christus processit. vnde dicitur; Vt tentaretur à diabolo. Greg. in ho. Sed sciẽdum nobis est, quia tribus modis tẽtatio agitur: suggestione, delectatione, & consensu. & nos cum tentamur, plerunque in delectatione, aut in cõsensu labimur, qa de carnis peccato propagati in nobis ipsis etiam gerimus, vnde certamina toleramus. Deus vero qui in vtero virginis incarnatus in mundum sine peccato venerat, nihil cõtradictionis in semetipso tolerabat.

Doctrina moralis.

Tentatio agitur tribus modis.

lerabat. Tentari ergo per suggestioné potuit, sed eius menté peccati delectatio nō momordit, atq; ideo oīs diabolica illa tétatio foris nō intus fuit. Chry. in ho. Túc aût maximè instat diabolus ad tentandū; cum viderit solitarios; vnde et in principio mulierem tétauit sine viro eam inueniés: vnde & sic per hoc ēt diabolo datur occasio tentandi q ducitur in desertum. Glo Hoc desertū est inter Hierusalem, & Hiericho, vbi morabātur latrones, qui locus vocatur Dorohin, i sanguinis, pp effusionem sanguinis, quam ibi latrones faciebant; vnde & homo cū descendisset à Hierusalem in Hiericho, incidisse dr in latrones, gerens figuram Adæ, qui à dæmonibus victus est. Conueniēs ergo fuit, vt ibi Christus diabolum superaret, vbi diabolus hoīem sub figura superasse dictus est. Chry. sup. Mat. Non solum aût Christus ductus est in desertū à Spiritu, sed & oēs filij Dei habētes Spiritum sanctum. Non .n. sunt contenti sedere ociosi, sed Spiritus sanctus vrget eos aliquid magnum apprehēdere opus, quod est ire in desertū quantum ad diabolum, quia non est ibi iniustitia, qua diabolus delectatur. Omne ēt bonum est extra carné & mundum, quia nō est secundum voluntaté carnis & mundi. Ad tale ergo desertum oēs filij Dei exeūt vt tententur, vt puta si non proposuisti ducere vxorem, duxit te Spiritus sanctus in desertum, i. extra fines carnis & mundi, vt tenteris à concupiscentia carnis. Qūo .n. tentatur libidine, qui tota die est cum vxore? Scire aût debemus, q filij Dei non tentantur à diabolo, nisi in desertum exierint: filij aût diaboli in carne & mūdo cōstituti confringuntur, & parent: sicut bonus homo si vxorem habuerit non fornicatur, sed sufficit ei vxor sua. Malus auté ēt habens vxorem fornicatur, & non est vxore contentus, & sic in oibus inuenies. Filij ergo diaboli non exeunt ad diabolū vt tentētur. Quid.n. opus habet ad certamé exire, qui non desiderat vincere? Qui aût gloriosiores sunt filij Dei, extra fines carnis exeunt contra illum, quia victoriæ gloriam cōcupiscunt. Propterea & in hoc loco Christus exijt ad diabolum, vt tētaretur ab eo. Chry. in ho. Vt autem discas

Tropologica expositio.

quàm magnum bonū est ieiuniū, & qualiter scutum est aduersus diabolū, & quoniam post baptismum nō lasciuiæ, sed ieiunio inté dere oportet, ipse ieiunauit nō eo indigens, sed nos instruens. Chry. sup. Mat. Et vt quadragesimi nostri ieiunij poneret mensurā, quadraginta dieb. & quadraginta noctibus ieiunauit. vnde sequitur; Et cum ieiunasset 40. dieb. & 40. noctibus. Chrys. in ho. Non auté vltra processit ieiunādo quàm Moyses & Helias, ne incredibilis videret carnis assumptio. Greg. in ho. Ipse autem auctor omnium in quadraginta diebus nullū omnino cibum sumpsit. Nos quoq; quantum possumus quadragesimæ tpe carnem nostram per abstinentiā affligamus. Quadragenarius aût numerus custoditur, quia virtus decalogi p libros quatuor sancti Euangelij impletur. denarius etenim quater ductus in quadragenariū surgit. Vel quia in hoc mortali corpore ex quatuor elemētis subsistimus, per cuius voluntatem præceptis dominicis cōtrahimus, quæ per decalogum sunt accepta. Qui ergo per carnis desideria decalogi mādata contépsimus, dignum est vt eandé carné quaterdecies affligamus. Vel sicut in lege offerre debemus decimas rerū, ita ei offerre contendimus decimas dierum. A prima enim dominica quadragesimæ vsque ad paschalis solemnitatis gaudia, sex hebdomadæ veniūt, quarū dies quadraginta & duo sunt, ex quib. dū sex dies dñici abstinentia subtrahunt, remanent 36. Dū verò per 300. & 65. dies annus ducitur, nos aût per 36. dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus. Aug. in lib. 83. q. Vel aliter: Omnis sapiētiæ disciplina, est creatorem creaturamq; cognoscere. Creator est Trinitas, Pater, & Filius & Spiritus sanctus: creatura verò partim est inuisibilis, sicut anima, cui ternarius numerus tribuit. Diligere enim Deum tripliciter iubemur, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: partim visibilis, sicut corpus cui quaternarius debetur, pp calidum & frigidū, humidum & siccum. Denarius ergo numerus, qui totā insinuat disciplinam, quater ductus, id est, numero qui corpori debetur multiplicatus (quia per corpus admini-

Tropologica expositio.

Deum diligimus tripliciter.

ministratio geritur) quadragesimũ numerum conficit, cuius partes æquales ad quinquaginta perueniunt: Vnum.n. & duo & quattuor, & quinq;, & octo, & decem, & viginti, quæ sunt partes quadragenarij si simul iuncta, efficiunt quinquaginta. Et ideo tp̃s quo ingemiscimus & dolemus, quadragenario numero celebratur. Status autem beatitudinis, in quo erit gaudiũ, quinquagesimæ celebratione præfigurat .s. à Pasca vsq; ad Pentecosté. Aug. in sermone de quadr. Nõ aũt q̃a Christus post acceptũ baptismũ continuo ieiunauit: regulã obseruationis dedisse credendũ est: vt post Christi baptismũ continuo ieiunare necesse sit. Sed q̃n acriori certamine cũ tẽtatore confligiẽ, ieiunandũ est, vt corpus impleat de castigatione militiam, & animus impetret de humiliatione uictoriã. Chry. sup. Mat. Sciebat aũt dñs cogitationẽ diaboli, quia uolebat eum tentare. audierat.n. quia Christus natus est in hoc mũdo Angelis prædicantibus, pastoribus referentibus, Magis quærentibus, & Ioanne ostendente; vnde dñs processit contra eũ, non quasi Deus, sed quasi hõ. Magi autẽ quasi Deus & homo. Nam per 40. dies non esurire, non erat hominis: aliq̃n aũt esurire non erat Dei: vnde esuriuit ne manifestè intelligatur Deus, & sic diaboli spem tentandi extingueret, sui aũt victoriam impediret. vnde sequitur: Postea esuriit. Hil. Nã post quadraginta dies, non in 40. diebus esurijt. Igitur cum dñs esurijt, nõ inediæ surrepsit operatio, sed naturæ suæ hominem dereliquit. Non.n. erat à Deo, diabolus, sed à carne vincendus, qua rerũ ratione indicat, post quadraginta dierum consumationem, quibus post passionem in seculo erat commoraturus, esuritionẽ se humanæ salutis habiturum, quo in tẽpore expectatum Deo patri munus hominem, quem assumpserat reportauit.

Trepologica expositio.

Desum dilgimus tripliciter.

Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondẽs dixit, scriptum est. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Chry. sup. Mat. Quia diabolus vidẽs p quadraginta dies Christũ ieiunantẽ desperauerat, postquam esurientẽ sensit, iterũ cœpit sperare. vnde sequitur: Et accedens tentator. Si ergo ieiunaueris & tenteris, ne dicas q̃a perdidi fructum ieiunij mei. Nam & si non tibi profuit ieiunium tuũ vt non tenteris, tñ proficiet vt à tentationibus non uincaris. Greg. in ho. Sed si ipsum ordinẽ tentationis inspicimus, pensamus quanta magnitudine nos à tentatione liberamur. Antiquus.n. hostis primum hominẽ ex gula tentauit, cum cibum ligni uetitum ad comedendum suasit. Ex vanagloria, cum diceret: Eritis sicut dij. Ex auaritia, cũ diceret. Sciẽtes bonum & malum. Auaritia.n. non solũ pecuniæ est, sed ẽt altitudinis, cũ supra modũ sublimitas ambigiẽ. Quibus autẽ modis primum hominẽ strauit, eisdẽ modis secundo homini tentator succubuit. Per gulam tentat, cũ dicit: Dic ut lapides isti panes fiãt. Per vanã gloriã, cum dicit: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Per sublimitatis auaritiã, cum regna mundi ostendit, dicẽs: Hęc oĩa tibi dabo. Aug. sup. Luc. Inde autem cœpit vnde iam vicerat, s. à gula. vnde dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Quid autẽ sibi vult talis sermonis exorsus, nisi q̃a cognouerat Dei filiũ esse venturum, sed venisse p infirmitatẽ corporis non putabat? aliud explorantis, aliud tentantis est: & Deo se profiteẽ credere, & homini conatur illudere. Hil. Ẽt ergo in tentando conditionem operis p̃posuit, per quã in Deo ex mutatione lapidum in panes uirtutẽ potestatis agnosceret, & in homine oblectamento cibi patientiã esurientis illuderet. Hiero. Sed ex duobus cõtrarijs teneris ô diabole. Si ad imperium eius possunt lapides panes fieri, ergo frustra tentas eum, qui tantæ potentiæ est; si autem non potest facere, frustra Dei filium suspicaris. Chry. sup. Mat. Sicut autẽ diabolus omnes homines excæcabat, sic modo inuisibiliter a Christo est excæcatus. Post quadraginta.n. dies esurientem sensit, & p quadraginta nõ esurientẽ nõ intellexit cum suspicatus est eũ non esse filium Dei. nõ cognouit, quoniã fortis athleta ad ea q̃ infirma sunt, descẽdere potest, infirmus autẽ ad ea quæ fortia sunt ascendere non potest. Magis ergo ex eo q̃ per tot dies non esurijt, intelligere debuit, quia Deus est: quàm ex eo q̃ post

Comparatio tentationis xp̃i & Adæ.

post tot dies esurijt, quia homo est. Sed dicit. Moyses & Helias quadraginta dies ieiunauerunt, & homines erant. Sed illi ieiunantes esuriebant & sustinebant: iste quadraginta diebus non esurijt, sed postea. Esurire n. & non manducare patientiæ est humanæ, & non esurire autem diuinæ naturæ. Hier. Propositū aūt Christi erat humilitate vincere. vnde aduersariū dicit testimonijs legis, non potestate virtutis, vt hoc ipso & hominem plus honoraret, & aduersarium plus puniret: cū hostis generis humani non quasi à Deo, sed quasi ab homine vinceretur. vnde sequit: Qui respondens dixit ei: Scriptum est, nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Greg in ho. Sic ergo tentatus à diabolo dñs, sacri eloquij præcepta respondit, & qui tentatorē suum mergere in abyssum poterat, virtutem suæ potentiæ non ostendit, quatenus nobis præberet exemplū, vt quoties à prauis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur, potius q̄ ad vindictam. Chry sup. Mat. Non aūt dixit, non in solo pane uiuo, ne videatur de se dictum esse, sed inedie; non in solo pane viuit homo, vt posset diabolus dicere; Si filius Dei es, abscondit se vt non ostendat, qđ pōt; si homo est, astutè excusat se ne ostendatur non posse. Raba. Testimoniū aūt hoc de Deuteronomio sumptum est. Ergo si qs non vescitur verbo Dei, iste nō viuit. qa sicut corpus humanū non viuit sine terreno cibo, ita & anima viuere non potest sine Dei uerbo. Procedere autem verbum de ore Dei dicitur, cum voluntatem suā per scripturarum testimonia reuelat.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatē, & statuit eum super pinnaculum tēpli, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum: Scriptū est n. Quia Angelis suis mandabit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuū. Ait illi Iesus rursum, Scriptum est, Non tentabis dominum Deum tuum.

Chry. sup. Mat. Cū ex præmisso Christi responso nihil certum discere diabolus potuisset; vtrum Christus Deus esset an homo, assumpsit eum ad aliā tentationem, dicens apud se; Iste qui fame nō vincitur, & si filius Dei nō est, tamen sanctus est: valent n. homines sancti fame nō vinci, sed postquam omnem necessitatē carnis vicerunt, per vanā gloriam cadunt, iō cœpit eū tentare in gloria vana, pp quod sequitur: Tunc assumpsit eū diabolus in sanctam ciuitatem. Hier. Assumptio ista non ex imbecillitate dñi venit, sed de inimici superbia, qui voluntatem Saluatoris necessitatem putat. Raba. Sancta autem ciuitas Hierusalē dicebatur, in qua tēplum Dei erat, & sancta sanctorum, & cultus vnius Dei secundum legem Moysi. Remi. In quo ostenditur, quia diabolus fidelibus Christi et in sanctis locis insidiatur. Grego. in ho. Sed ecce dum dr̄ Deus homo in sanctam ciuitatem à diabolo assumptus humanæ aures audire expauescunt, iniquorū tñ omnium diabolus caput est. Quid autē mirum si e ab illo pmisit in montem duci, qui se permisit à membris illius crucifigi? Gl. Diabolus n. semper ad alta ducit, eleuando per iactātiā, vt præcipitare possit. Et ideo sequit: Et statuit eum supra pinnaculum templi. Remi. Pinnaculum sedes erat doctorum. Templum n. nō habebat culmen erectū, sicut nostræ domus habent, sed planum erat de super, more Palæstinorū, & in ipso templo tria tabulata erant. Et sciendū quia in pauimento pinnaculum erat, & in vnoquoq; tabulato pinnaculum erat. Siue ergo statuerit eum in illo pinnaculo quod erat in pauimento, siue in illis quæ erant in primo, secundo, vel tertio tabulato, intelligendū est ꝙ in illo statuisset eū, vnde aliquod præcipitiū esse potuit. Glo. Nota verò hæc omnia corporeis sensib. esse completa: quia enim prima adinuicē conferuntur, in specie hominis diabolum apparuisse verisimile est. Chrysost. super Matth. Sed fortè dices, quomodo in corpore cōstitutum videntibus omnibus statuitur supra templum? Sed forsitan diabolus sic eum assumebat, vt ab omnibus videretur. Ipse autem, nesciēte diabolo, inuisibiliter sic agebat, vt à nemine videretur. Glo. Ideo autē duxit eū supra pinnaculum, cum vellet eū de vana gloria tentare: quia in cathedra doctorū multos deceperat inani gloria, & ideo putauit istum positū in sede magisterij inani gloria

ria extolli posse, vnde sequitur: Et dixit. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Hier. in oībus. n. tētationibus hoc agit diabolus, vt intelligat si filius Dei sit. Dicit āt. Mitte te, quia vox diaboli qua semper hoīes cadere deorsum desiderat, ꝑsuadere pōt, præcipitare non pōt. Chry. sup. Mat. Per hanc āt propositionē qūo poterat cognoscere si est filius Dei, an non? Volare enim per aerem non est propriè opus Dei quia nulli utile est. Si ergo aliquis uolauerit pro uocatus, propter ostentationem solā hoc facit, & est poti⁹ ex diabolo quā ex Deo. Si ergo homini sapienti sufficit est qđ est, & non est necessarium ei apparere qđ nō est: quanto magis filius Dei ostendere se necessarium non hēt, de quo nemo potest tantum cognoscere quantum est apud se? Ambro super Lucam. Sed quia Satanas transfigurat se sicut Angelus lucis, & de scripturis ipsis diuinis laqueum fidelibus parat, vtitur testimonijs scripturarum, nō ut doceat, sed ut fallat, vnde sequitur. Scriptū est enim, quia Angelis suis mandauit de te. Hiero. Hoc nonagesimo Psal. legimus: verum ibi non de Christo, sed de uiro sancto prophetia est, malè ergo diabolus interpretatur scripturas. Chry. sup. Mat. Verè enim filius Dei angelorum manibus non portatur, sed ipse magis Angelos portat: & si portatur manibus Angelorū, non ut offendat ad lapidem pedem suum quasi infirmus, sed pro pter honorem quasi dominus. O diabole quoniam filius Dei manibus portatur legisti, & quia super aspidem & basiliscū calcat, non legisti. Sed illud quidem exemplum profert quasi superbus, hoc aūt tacet quasi astutus. Chry. in ho. Intuere ēt quia testimonia a domino allata sunt cōuenienter, a diabolo aūt indecenter. non enim quod scriptū est: Angelis suis, &c. suadet proijcere seipsum & præcipitare. Glo. Est ergo sic exponendum. Ait enim scriptura de quolibet bono hoīe ꝙ Angelis suis, id est administratoribus spiritibus præcepit de ipso, quòd in manibus suis, id est in auxilijs suis tollent, eum & custodient ne offendat pedem, id est affectum mentis, ad lapidem, idest ad veterem legem, scriptam in lapideis tabulis, vel per lapidem potest intelligi omnis peccati occasio & ruinæ. Raba. Notandū est autē ꝙ Saluator noster licet permisisset se à diabolo supra pinnaculum templi poni tñ renuit ad imperium eius descendere, nobis exemplum donans, vt quisquis imperauerit viam veritatis arctam nos ascēdere, obtemperemus. Si autem vult nos de altitudine veritatis & virtutum ad ima erroris & vitiorum præcipitare, nō illum audiamus. Hiero. Falsas autē de scripturis diaboli saggitas, veris scripturarum frangit clypeis. vnde sequitur: Ait illi rursum Iesus: Scriptū est, Non tentabis dominum Deum tuum. Hila. Diaboli. n. conatus cō tundens, & Deū se protestatur & dominum. Chry. Non autem dixit. Non tentabis me dominū Deum tuum, sed ita. Nō tentabis dominum Deum tuum, quod poterat dicere omnis homo Dei tentatus à diabolo: qm̄ & qui hominem Dei tētat, Deum tentat. Raba. Vel aliter: Suggerebatur ei quasi homini, vt aliquo signo exploraret quantum apud Deū posset. Aug. contra Faustum. Pertinet autem ad sanā doctrinā, quādo habet homo quid faciat, non tentare dominum Deū suum. Hier. Et notandum ꝙ necessaria testimonia de Deuteronomio tantum protulit, vt verecundæ legis sacramenta monstraret. *Mira expositio verborū psalmi.*

Iterum assumpsit eum diabolus in montē excelsum valde, & ostendit ei oīa regna mundi, & gloriā eorū, & dixit ei. Hæc oīa tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tūc dicit ei Iesus: Vade Satana. Scriptū est enim, Dn̄m Deum tuū adorabis, & illi soli seruies. Tūc reliquit eū diabolus, & ecce angeli accesserūt & ministrabāt ei.

Chrys. super Matthæum. Diabolus ex secundo responso incertus transit ad tertiam tentationem. quia enim Christus retia ventris disruperat, retia vanæ gloriæ transiuerat: ponit ei retia auaritiæ. propter quod dicitur; Iterū, assumpsit eū diabolus in montem excelsum valde. Quem scilicet diabolus circuens omnem terram excelsiorem cæteris cognoscebat. Quātò enim excelsior fuerit, mōs tātò ex eo spaciosior terra videtur. vnde sequitur: Et ostendit ei omnia regna mundi & gloriā eorum. Ostendit autem ita, non vt ipsa regna vel ciuitates eorū, vel populos, vel

argentum, vel aurum videret: sed partes terræ, in quibus vnumquodq; regnū vel ciuitas posita erat. vt puta si ascendens super excelsum locum digito extēso dicam tibi: Ecce ibi est Roma, aut Alexandria, nō sic ostēde tibi vt ipsas videas ciuitates, sed partes terræ in quibus positæ sunt: sic & diabolus poterat Christo singula loca demōstrare digito, & vniuscuiusq; regni honores & statū verbis exponere. nā ostēsum dr̄ ēt quod exponitur ad intelligendū. Orige. super Luc. Vel aliter, non est arbitrandū q̄ regna ei mundi ostendēs, Persarum verbi gratia regnū, Iudæorumq; ostenderit, sed ostendit ei regnū suū quō regnaret in mundo, idest quō alij regnantur à fornicatione, alij ab auaritia. Remi. Gloriā eorum appellat aurum, argentū, & lapides preciosos, & temporalia bona. Raba. Ostendit aūt hæc diabolus dn̄o, nō q̄ ipse visum eius amplificare potuit, aut aliquid ignotum demonstrare, sed vanitatem pompæ mundanæ, quam ipse diligebat, quasi speciosam ac desiderabilē verbis ostendens in amorem Christo suggesens venire volebat. Gl. Qui nō cōcupiscētiæ oculo intuet̄ sicut nos, sed sicut medici vident morbos sine læsione. Hier. Sequtur: Et dixit illi: Hæc omnia tibi dabo. Arrogans & superbus de iactantia loquitur. non. n. potest omnia regna dare, cum sciamus plerosque sanctos viros à Deo reges factos. Chry. sup. Matth. Ea quæ per iniquitatem fiunt in mundo, vt puta per furtū, aut per periuria acquisitas diuitias diabolus dat. Non ergo diabolus quibus vult diuitias dare potest, sed his qui volūt ab illo recipere. Remig. Miranda etiā est diaboli dementia, illi promittebat dare regna terrena, qui suis fidelib. dat regna cęlestia, & gloriā mūdi ei, qui est cęlestis gloriæ dn̄s. Amb. Habet aūt ambitio domesticum periculū: vt. n. dominetur alijs prius seruit, curuatur obsequio, vt honore dominetur: & dū vult esse sublimior, fit remissior. vnde aptè subditur: Si cadēs adoraueris me. Glo. Ecce antiqua diaboli superbia. Sicut. n. in principio voluit se similem Deo facere ita nūc volebat diuinū sibi vsurpare cultum dicens: Si cadens adoraueris me: Ergo qui adoraturus est

Prior literalis ē, hæc moralis expositio.

diabolū, ante corruit. Sequitur: Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana. Chry. sup. Mat. In quo finem tentandi diabolo, ponit ne progrediatur vlterius tentans. Hier. Non aūt vt pleriq; putant eadē Satanas & Petrus cōdemnantur sententia. Petro. n. dr̄: Vade retro me Satana, id est, sequere me, qui contrarius es meæ voluntati. huic autem dr̄: Vade Satana, & non ei dr̄ retro, vt subaudiatur, Vade in ignem æternū, qui paratus est tibi, & Angelis tuis. Rem. Vel secundū alia exempla Vade retro, id est, reminiscere, recordare in quanta gloria conditus fuisti, & in quantam miseriā cecidisti. Chry. sup Mat. Videndū autē, quia Christus cum passus fuisset tentationis iniuriam, dicente sibi diabolo: Si filius Dei es, mittere deorsum, nō est turbatus, neq; diabolum increpauit. Nunc aūt, quādo diabolus vsurpauit sibi Dei honorem, exasperatus est, & repulit eum, dicēs: Vade Satana, vt nos illius discamus exēplo, nostras quidē iniurias magnanimiter sustinere, Dei autē iniurias nec vsq; ad auditum sufferre: quoniam in proprijs iniurijs esse quempiam patientem laudabile est, iniurias aūt Dei dissimulare nimis est impium. Hiero. Dicens autem diabolus Saluatori: Si cadens adoraueris me, econtrario audit, quòd ipse magis adorare eū debeat quasi dominū, & Deū suū. Augu. contra ser. Arrianorum. vnde sequitur: Scriptum est enim: Dominum Deum tuū adorabis; & illi soli seruies. Vnus domin9 Deus noster est ipsa Trinitas, cui soli seruitutem pietatis iure debemus. Aug. 10. de ci. Dei Nomine autem seruitutis cultus debitus intelligitur: latriā quippe nr̄i vbicunq; sanctarū scripturarū positū est, interpretati sunt seruitutē, sed ea seruitus quæ debetur hominibus, secundum quā p̄cepit, Apostolus seruos dominis suis subditos esse debere, Græcè nuncupari solet dulia. Latria verò, aut semper, aut tam frequenter vt penè semper ea seruitus dicitur, quæ pertinet ad colendum Deum, Chry. super Matt. Diabolus autem sicut rationabiliter intelligi potest non quasi obediens præcepto recessit, sed diuinitas Christi, & Spiritus sanctus quę erat in eo, excussit inde diabolū. vnde sequit̄: Tunc

Vis est in verbis.

Iniuriam Dei dissimulare est impiū.

Latria ratio.

reliquit

reliquit eum diabolus. Quod ad nostram proficit consolationẽ, quia nõ tandiu homines Dei diabolus tentat quãdiu vult, sed quãdiu Christus permittit. Et si.n. permittit eũ paulisper tentare, tamen repellit pp infirmam naturam Aug. 9. de ciui. Dei. Post tentationẽ verò sancti Angeli spiritibus immũdis metuendi qũo ministrabant, & per hoc magis, magisq; innotescebat dæmonibus quantus esset. vnde sequitur: Et ecce Angeli accesserũt & ministrabant ei. Chry. sup. Mat. Non aũt dixit descendentes Angeli, vt ostendat qa semper ad ministeriũ eius erant in terris, sed tunc præcipiente dño recesserunt ab eo, vt locus diabolo aduersus Christũ daretur, ne fortè videns Angelos circa eum non appropinquaret ad eũ. In quibus aũt rebus illi ministrabãt, scire nõ possumus, vtrum ad sanationes infirmitatum, an ad correctiones animarũ, an ad effugationẽ dæmonũ. q̃ omnia per Angelos facit: vnde eis facientibus ipse facere vr̃ tamẽ manifestũ est ꝙ non pp necessitatẽ impotentiæ eius ei ministrabant, sed propter honorem potestatis ipsius. Non.n. dr̃ ꝙ adiuuent eũ, sed ꝙ ministrent. Greg. in ho. Ex his aũt vnius personæ vtraq; natura ostẽditur: quia & homo est quem diabolis tẽtat, & idem ipse Deus est cui ab Angelis ministratur. Chry. sup. Mat. Tunc breuiter perstringamus quid significent Christi tentationes. Ieiunium est abstinentia rei malæ: esuries est desiderium eius: vsus eius est panis. Qui ergo pcm̃ sibi conuertit ad vsum, lapidem cõuertit in Panem. Respondeat ergo diabolo persuadenti, quia si non in solo vsu illius rei viuit homo, sed in obseruantia mãdatorum Dei. Qñ verò qs inflatus fuerit quasi sanctus ductus est quasi super tẽplum. & quando æstimauerit se consistere in sanctimoniæ summitate, positus est supra pinnam templi. Et hic tentatio sequitur primum, qa victoria tentationis gloriationem operatur, & fit causa iactantiæ. sed vide ꝙ Christus ieiuniũ vltro susceperit. Super tẽplũ aũt diabolus eum duxit, vt tu ad abstinẽtiam laudabilem sponte procedas. Extolli autem ad fastigium sanctitatis non acquiescas, fuge exaltationem cordis, & nõ patieris ruinã. Ascensio aũt mõtis est pcessio ad altitudinem diuitiarũ, & gloriæ huius mundi, quæ de superbia cordis descendit. Cum ergo volueris diues fieri, quod est ascendere in montem, incipis cogitare de diuitijs & honoribus acquirendis, & tũc princeps mundi gloriã regni sui tibi ostẽdit. Tertio loco puidet tibi cãs, vt si volueris illa consequi, seruias ei negligẽs iustitiã Dei. Hila. victo autẽ à nobis, calcatoq; diaboli capite, angelorum ministeria & virtutũ in nobis cœlestium officia nõ de futura ostenditur. Augu. de con. euan. Lucas has tentationes nõ eodẽ ordine psecutus est: vnde incertũ est qd prius factũ sit. Verũ regna terræ prius demõstrata sit, & postea in pinnã tẽpli leuatus sit, an econuerso, nihil tñ ad rẽ, dũ oia facta esse manifestũ sit. Glo. Sed qđ dicit Lucas, magis vr̃ secundum historiã esse. Sed Matthæus has refert tentationes secundum hoc quod in Adam factæ sunt.

Cum aũt audisset Iesus ꝙ Ioannes traditus esset, secessit in Galilæã. Et relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Neptalim. vt adimpleretur qđ dictũ est per Esaiã prophetam: Terra Zabulon & terra Neptalin uia maris trans Iordanẽ Galilææ gentiũ, populus q ambulabat in tenebris, vidit lucẽ magnã. Et sedẽtib. in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

Raba. Postquam Matthæus de 40. dierum ieiunio, & de tentatione Christi, & de angelorum ministerio narrauit, continuò subiecit, dicens. Cum autem audisset Iesus quia Ioãnes traditus esset. Chry. sup. Mat. Sine dubio à Deo, quia in virũ sanctum nemo potest aliquid, nisi tradiderit eum Deus. Sequitur: Secessit in Galilæam, scilicet de Iudæa, vt passionẽ suã opportuno tempori reseruaret, deinde vt nobis fugiendi periculum daret exemplũ. Chry. in hom. Non.n. accusabile est non proijcere seipsum in periculũ, sed incidẽtem non stare viriliter. Recedit etiam de Iudæa, Iudaicã inuidiam mitigans simul quidem prophetiã cõplens, & magistros orbis terrarũ piscari studens, qui in Galilæa morabantur. Attende ẽt qualiter ad gentes abiturus à Iudæis accepit causam. etenim cum præcursorẽ in vincula misissent,

Vis est in verbis.

Iniuriam Dei dissimulare est impiũ.

Tropologia prædictorum.

Lettia rana.

Allegoriç mysterij.

ſent, compellunt Ieſum tranſire ad Galilæam gentium. Glo. Vt aũt refert Lucas Venit Nazareth vbi erat nutritus & ibi intrauit in ſynagogam vbi legit, & dixit multa, propter quæ voluerunt eũ præcipitare de monte, & tunc deſcendit Capharnaum, vnde modo ait Matthæus: Et relicta ciui. Naza. ve & habita. Capharnaũ. Hier. Nazaret eſt in Galilæa vicus iuxta montẽ. Tabor. Capharnaũ eſt oppidũ in Galilęa gentiũ iuxta ſtagnũ Genezareth, & ideo dicit: Maritimã. Glo. Addit ẽt: In finibus Zabulon & Neptalim, vbi prima captiuitas Hebręorũ fuit ab Aſſyrijs, Vbi ergo prima legis obliuio eſt, ibi eſt prima Euangelij prædicatio, vt & de loco quaſi medio diffluerat ad Gẽtes & Iudęos Remi. Reliquit autem vnam. ſ. Nazareth, vt prædicando & miracula faciendo plures illuminaret, in quo facto reliquit prędicatoribus exemplũ, vt eo tempore & illis in locis ſtudeant prædicare, quando multis prodeſſe poſſunt. Sequitur. Vt adimple. quod dictũ eſt per Eſaiã Prophetã. Terra Zabu. & ter. Nep. In prophetia ita habẽt: Primo tempore alleuiata eſt terra Zabu. & terra Nep. & nouiſſimo aggrauata eſt via maris trans Iordanẽ Galilææ gentiũ. Hiero. ſuper Eſaiam. Dr̃ aũt primo tempore alleuiata eſſe ab onere peccatorum, q in regionibus duarũ tribuũ primũ Saluator Euangelium prædicauit: nouiſſimo verò tempore aggrauata eſt fides eorũ, tempore plurimis Iudæorum in errore permanentibus. Mare autẽ hic lacum appellat Genezareth, qui Iordane influente efficitur, in cuius littore Capharnaũ, & Tyberias, & Bethſaida, & Corrozaim ſitæ ſunt, in qua maximè regione Chriſtus prædicauit. vel ſecundũ Hebræos in Chriſtũ credentes, hę duæ tribus Zabulon & Nep. ab Aſſyrijs captæ ſunt, & Galilæa deſerta eſt q̃ ꝓpheta dicit eſſe alleuiatã, eo ꝙ peccata populi ſuſtineret, ſed poſtea reliquæ tribus quæ habitabant trans Iordanẽ, & in Samariæ, ductæ ſunt in captiuitatẽ. & hoc, inquiunt, ſcriptura nunc dicit ꝙ regionis eius populus primũ captiuatus eſt: ipſa primã lucẽ prædicantis viderit Chriſti, vel ſecundum Nazaræos adueniẽte Chriſto, primo terra Zabulon & Neptalim eſt phariſęorum erroribus liberata, poſtea per Euãgelium Apoſtoli Pauli ingrauata eſt, id eſt, multiplicata prædicatio in terminos gentium. Glo. Hic aũt in Euangelio diuerſi nominatim ad idem verbum reducũtur, ita & terra Zabulon, & terra Neptalim, quæ eſt via maris, quę eſt trans Iordanẽ, ſ. populus Galilææ gentiũ, qui ambulabat in tenebris &c. Hier. Nota aũt ꝙ duę Galilææ ſunt, vna quæ dr̃ Iudæorum, & alia quæ dr̃ Gentiũ. Diuiſa eſt n. Galilęa à tempore Salomonis, qui dedit 20. ciuitates in Galilæam Hyrã regi Tyri, quæ pars dicta eſt poſtea Galilæa Gentiũ, reliqua Iudæorũ. Vel legendũ eſt: Trans Iordanem Galilææ Gentiũ. Ita, inquam, vt populus qui vel ſedebat vel ambulabat in tenebris, lucem viderit nequaquam prauã, vt aliorum prophetarum, ſed magnam, ſ. illius qui in Euangelio loquitur: Ego ſum lux mundi. Et qui habitabant in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Inter mortem & vmbrã mortis hoc intereſſe puto, ꝙ mors eorũ eſt, q cũ operibus mortis ad inferos perrexerũt. Vmbra aũt mortis eorũ eſt, qui dum peccat, nondum de hac vita egreſſi ſunt, poſſunt. n. ſi voluerint agere pœnitentiam. Chry. ſup. Matth. Vel in regione vmbræ mortis ſedebant Gentiles, quia colebant idola & dæmones Iudæi aũt qui legis opera faciebant, in tenebris erant: quia Dei iuſtitia nondũ erat eis manifeſta. Chry. in ho. Vt autem diſcas, ꝙ neq; lumen neque tenebras ſenſibiles ait, de lumine dixit: lumen magnũ, quod alibi dr̃ lumen verum, tenebras aũt exponens nominauit vmbrã mortis. Deinde monſtrans ꝙ non ipſi quærentes inuenerunt, ſed Deus ipſis apparuit, dixit ꝙ lumẽ ortum eſt & effulſit: non. n. prius ipſi ad lumen cucurrerunt. etenim in vltimis malis homines erant ante Chriſti præſentiam. Neq; . n. ambulabant in tenebris, ſed ſedebant, qđ ſignum erat quia non ſperabant liberari. Sicut. n. neſcientes quo oporteret progredi, ita comprehenſi à tenebris ſedebant iam nõ potentes ſtare. Tenebras aũt vocat hic errorem & impietatem. Raba. Allegoricè aũt Ioannes eſt vox præcedens verbũ & alij Prophetæ. Poſtquã autem Prophe-

Galilæa duplex.

Propheta cessauit & ligatus est, accessit verbum complens qđ prædicauerat vox, id est Propheta. Et secessit in Galilæá, id est de figuris ad veritatem. vel in Galilęá, id est in ecclesiam, vbi est tráſmigratio de uitijs ad virtutes. Nazareth interpretatur flos, Capharnaum villa pulcherrima. Reliquit ergo florem figurarum quo fructus Euágelij significabatur & venit in ecclesiam quæ est Christi virtutib. pulchra. Et maritima est, quia iuxta fluctus seculi posita quotidie túditur procellis persecutionú. In finib. Zabulon & Neptalim sita est, idest, Iudæis communis & Gentib. Zabulo.n habitaculum fortitudinis dicitur: quia Apostoli qui de Iudæa electi sunt, fortes fuerunt. Neptalim dilatatio, quia gentium ecclesia per orbem dilatata est. Aug. de con. euan. Ioannes aút euangelista, priusquá iret Iesus in Galilæam, dicit de Petro & Andrea & Nathanael, & de miraculo in Chana Galilææ, quæ oía cæteri Euangelistæ prætermiserunt, id contexéntes suis narrationibus, ꝙ Iesus reuersus sit in Galilęam, vnde intelligitur fuisse interpositos aliquos dies, quibus ille de discipulis gesta sunt, quæ inter ponuntur a Ioanne. Remi. Sed illud solertius attendédum est, quare Ioannes dicat dñm esse in Galilęam antequá Ioannes missus fuisset in carcerem? Ná post uinum de aqua factú, & descensum eius in Capharnaú & post ascensum eius in Hierusalem, dř in Euangelio Ioannis, ꝙ redijt in Iudæam, & baptizabat, & nódum erat missus Ioánes in carceré. Hic autem dř: ꝙ postquam traditus fuit Ioannes, secessit in Galilæá. & hoc quidem dicit Marcus. Non aút dét hoc contrarium uideri. Nam Ioannes primum aduentum domini in Galilæam descripsit, qui scilicet fuit ante incarceratione Ioannis. Sed & de secúdo aduentu alibi facit mentionem, cum ait, ꝙ Iesus reliquit Iudæam, & abijt iterú in Galilęam: & de hoc tñ secúdo aduentu in Galilęá, qui scilicet fuit post incarcerationem Ioánis alij Euangelistæ dicunt. Ex eccl. histo. Ioannem enim tradunt vsque ad ultimú penè uitę suæ tépus absque ullius scripturæ indicijs Euangelium prædicasset, sed cú triú euágeliorú Euangelium ad ipsum notitia peruenisse: probasse quidem veritatem dictorum, deesse tú uidit aliqua, & maximè quæ primo prędicationis suę tempore dñs gesserat. Certum est enim ꝙ in alijs tribus Euangelijs hæc videntur sola contineri, quę in eo gesta sunt anno, quo Ioannes Baptista vel inclusus est in carceré vel punitus. Matthæus.n. post tentationem Christi continuò subiecit. Audiens aũt quia Ioannes traditus esset &c. & Marcus similiter: Lucas vero priusquam aliquid de actibꝰ Christi referret, dicit ꝙ Hęrodes cóclusit Ioanné in carcerem. Rogatus est ergo Ioannes Apostolus, ut ea q̃ pterierant priores ante traditioné Ioánis, Saluatoris gesta cóscribere. & ideo dicit in euá. suo: Hoc fecit initiú signorú Iesus.

Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiá agite, appropinquauit.n. regnum cęlorum.

Chry. sup. Matt. Ille debet Christi iustitiam prædicare, qui ventri suo contradicere potest, qui seculi istius bona contemnit, qui vanam gloriam non desiderat. Et ideo dicitur: Exinde cępit Iesus prædicare, id est, ex quo tentatus famem vicit in deserto, auaritiam spreuit in monte, vanam gloriam repercussit in templo. vel exinde cœpit prædicare, ex quo traditus est Ioannes. Ná si prędicante Ioanne prædicare cępisset, vilem reddidisset Ioanné, & inueniretur prædicatio Ioannis esse superflua quátum ad istius doctrinam, sicut si in vno tempore sol cum lucifero oriatur, gratiam luciferi celat Chryso. in ho. Ideo et nó prædicauit, donec Ioannes in carcere mitteretur, ne ex hoc multitudo scinderetur: propter quod etiam Ioannes nullum fecit signum, vt per miracula omnes traherentur a Christum. Rabanus. In hoc etiam docet, ne quis ab inferiori persona sermonem contemnat, vnde Apostolus: Si cui sedenti reuelatum fuerit, prior taceat. Chryſ. ſup. Mat. Sapienter autem inde prædicationis suæ sumpsit initiú, nó ut conculcet Ioannis doctrinam, sed ut magis confirmet, & testem eum uerú fuisse demonstret. Hier. In quo etiam ostédit se eiusdem esse Dei filium, cuius ille fuerat Propheta & ideo dicit: Pœnitentiam agite. Chryſ. sup. Mat. Non enim statim iustitiá prædicauit quá omnes cognosce-

Galilæa duplex.

Quis esse debeat euágelij prædicator.

E bant

bant, sed pœnitentiam qua omnes indigebant. Quis ergo ausus est dicere: Volo bonus esse & non possum? Pœnitentia enim est correctio voluntatis, & si vos mala nõ terrent, ut scilicet pęnitentiam agatis, saltem bona delectent. unde sequitur: Appropinquabit enim regnum cœlorum, id est beatitudo regni cęlestis, ac si dicat. Parate uos per pœnitentiam, quia appropinquauit tẽpus mercedis ęternæ. Remi. Et notandũ, quia non dicit appropinquauit regnum Chananæorum, aut Iebusæorũ, sed regnũ cęlorũ. Lex.n. promittebat bona tẽporalia sed dñs regna cęlestia. Chry. in ho. Considerandum ẽt ꝙ in ac prædicatione nihil de seipso manifestè pręaicabat, qđ interim conueniens erat, quia nõdum de eo decentem habebant opinionẽ. Incipiens ẽt nihil graue & onerosum dixit, sicut Ioannes dixerat: Securim & arborẽ incisam, & huiusmodi, sed in principio benigna proposuit, regnum euangelizans. Hyero. Mysticè, aũt Ioanne tradito Christus incipit prædicare: quia desinente lege, cõsequenter oritur Euangelium.

Ambulans aũt Iesus iuxta mare Galileę, vidit duos fratres, Simonẽ qui vocatur Petrus, et Andreã fratrẽ eius mittẽtes retie in mare, erãt enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, et faciã vos fieri piscatores hominum. At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum. Et procedẽs inde vidit alios duos fratres, Iacobũ Zebedæi, & Ioannẽ fratrẽ eius in naui cũ Zebedæo p̃re eorũ reficientes retia sua: et vocauit eos. Illi ãt statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.

Mare Galilæa quattuor vocabula habet.

Chry. sup. Mat. Antequam Christus aliquid dicat vel faciat, vocat Apostolos, vt nihil illos lateat, nec verborum Christi, nec operum, vt postmodũ fiducialiter dicere possint: Non possumus quę vidimus & audiuimus nõ loqui Hinc est quod dicitur: Amnulans Iesus iuxta mare Gallilęæ, Raba. Mare Gallilææ, idem est quod stagnũ Genazareth, mare Tyberiadis est lacus Salinarum. Gloss. Decenter autem per piscatoria vadit loca, piscatores piscaturus vnde sequitur: Vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius. Remi. Vidit autem non tam corporaliter, quàm spiritualiter, ad corda eorum respiciens. Chrys. in home. In medijs autem operationibus existentes eos vocabit monstrans, ꝙ omnibus occupationibus sequelam suam præponere oportet, vnde sequitur: Mittentes retia in mare, quod quidẽ eorum officio cõgruebat, pp quod sequitur: Erant.n. piscatores. Augu. in ser. de calen. Ianua. Non enim elegit reges aut senatores, aut philosophos, aut oratores: imò plegit plebeios, pauperes, & indoctos piscatores. Augustinus super Ioannem. Si enim doctus eligeretur, fortassis ideo se diceret electum, quia doctrina eius eligi meruit. Dominus autẽ noster Iesus Christus volens superborũ frangere ceruices, non quæsiuit per oratorem piscatorem, sed de piscatore lucratus est Imperatorem: Magnus Cyprianus orator, sed prius Petrus piscator. Chry. super Mat. Futuræ ẽt dignitati gratiam artificij opere prophetabant. nam sicut qui retia iactat in aquam, nescit quos pisces comprehensurus est: sic & doctor quando diuini sermonis retia super populũ iactas, nescit qui sunt accessuri ad Deum. Sed quoscunq; Deus excitauerit, illi adhęrẽt eius doctrinæ. Remigius Dei his aũt piscatoribus loquitur dñs per Hieremiam, dicens: Mittam in uos piscatores meos, & piscabuntur vos. vnde & hic subditur: Venite post me. Glo. Non tam pedibus, q̃ affectu & imitatione. Et faciam vos fieri piscatores hominũ. Chry. sup. Mat. Id est doctores: ut cum rete verbi Dei comprehẽdatis homines de mundo tempestuoso & periculoso, vbi homines nõ ambulant, sed feruntur, quia diabolus cum delectatione cõpellit eos in malo, vbi homines alterutrũ hominum sed comedunt, sicut pisces fortiores deuorant iuniores, ut translati viuant in terra corporis Christi membra facti. Greg. in ho. Nulla aũt Petrus & Andreas Christum miracula facere uiderãt, nihil ab eo de præmio æternę retributionis audierãt, & tñ ad vnũ p̃cept ũ hoc ꝙ possidere videbantur obliti sunt, vnde sequitur: At illi continuò relictis reti. secu. sunt eum. In quo affectum debemus potius pẽsare q̃ censum. Multum.n. reliquit qui sibi nihil retinuit: multũ dimisit, qui cum re possessa & cõncupiscentijs renunciauit. A sequentibus ergo tanta dimissa

Verba consolatoria.

sunt

ſunt, quanta à non ſequẽtibus concupiſci potuerunt. Exteriora n noſtra dño, quantũmlibet parua, ſufficiunt: nec perpendit quantum in eius ſacrificio, ſed ex quanto proferatur. Aeſtimationẽ quippe precij regnum Dei non habet, ſed tm̃ valet quãtum habes. Chry ſuper Mat. Non autem prædicti diſcipuli ſecuti ſunt Chriſtũ, doctoris capientes honorẽ, ſed operis lucrũ. Sciebant enim quàm precioſa eſt anima hominis, quàm grata eſt apud Deũ ſalus ipſius, & quanta eſt merces. Chryſ. in ho. Tantæ igitur promiſſioni crediderunt, & per ſermones, quibus ſunt capti crediderunt ſe alios poſſe piſcari. Chry. ſup. Mat. Hæc igitur cupientes ſecuti ſunt omnib. relictis, in quo nos docuerunt, quia nemo poteſt terrena poſſidere, & perfectè ad cæleſtia peruenire. Glo. In his ergo datũ eſt exemplum illis, qui ſenſum deſerunt pro Chriſti amore. Subditur aũt exemplũ eorum, qui ẽt carnales affectus ꝓ Deo poſtponunt, vnde dr̃: Et procedens inde, vidit alios duos. Nota q̃ vocat binos & binos, ſicut alibi legitur, ꝙ miſit, eos binos & binos ad prædicandum. Greg. in ho. Quatenus hic nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officiũ ſuſcipere nullatenus debet. Duo enim ſunt pręcepta charitatis, & minus quàm inter duos charitas haberi non poteſt. Chryſ. ſup. Mat. Super charitatem ẽt firmitas eccleſiæ rectè poſuit fundamẽta, vt ex radicibus charitatis exuberans, quaſi humor aſcendat in ramis, & hoc ſuper naturalem charitatem, vt non ſolum per gratiam, ſed etiam per naturam, ipſa charitas firmior habeatur. vnde dicit: Fratres. ſic enim fecit Deus & in veteri teſtõ ſuper Moyſen & Aaron fratres, ponens ædificationis initium. Qm̃ aũt abundantior eſt gratia noui teſtamenti, quàm veteris, ideo primum populum ædificauit ſuper vnam firmitatem, hunc autẽ ſuper duas. Iacobum, inquit, Zebedæi & Ioannem fratem eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia ſua, quod eſt maximæ paupertatis indicium: vetera. n. reficiebant, qui noua vnde emerent non habebant. Et quod ad maiorem pietatem eorum pertinet, in tãta paupertate ſic patri ſuo ſuccurrebant, vt ſecum eum baiularent in naui non vt ille iſtos adiuuaret in opere, ſed vt iſti illum conſolarent ſua præſentia. Chry. in ho. Non parua aũt eſt hic demonſtratio virtutis, inopiam facilè ferre, ex iuſtis nutriri laboribus, colligari inuicem amoris virtute, patrẽ habere ſecum & curare. Chry ſup. Mat. Aeſtimare autẽ primos velociores ad prædicandum, quia retia mittebãt. illos aũt quaſi pigriores, quia adhuc retia componebant, non ſumus auſi, quaſi differentiam eorum cognoſcere ſolius eſt Chriſti. Fortè verò illi propter Petrum dicti ſunt mittẽtes retia, qui prædicauit Euangelium, ſed non cõpoſuit. Iſti aũt propter Ioannem componentes, qui Euangelium compoſuit. Sequitur: Et vocauit eos. Erant enim habitatione ciues, dilectione concordes, artificio pares, fraternitatis coniũcti pietate. Ideo ſimul vocauit eos, ne tot bonis coniũctos diſſimilis vocatio ſepararet. *Secretũ pãditur.* Chry. in ho. Vocando aũt nihil eis promiſit ſicut prioribus: obedientia enim eorum qui præuenerant, viam eis præparauerant. Sed & multa de ipſo audierant, ſ. tanquam familiares & conſanguinitate coniũcti. Sequitur: Illi aũt relictis retibus, & patre, ſecuti ſunt eum. Chry ſup. Mat. Tria. n. ſunt, quæ relinquere debet, qui venit ad Chriſtum actus carnales, qui per retia piſcationis ſignantur; ſubſtantiam mundialẽ, quæ per nauem: & parentes, qui per patrẽ. Reliquerunt ergo nauem vt fierẽt eccleſiaſticæ nauis gubernatores. Relinquerunt retia, vt non piſces afferrent ad ciuitatem terrenã, ſed homines ad cœleſtem. Relinquerunt vnum patrẽ vt ſpirituales patres oĩum fierent. Hil. Eis igitur artem & patriam domum relinquentibus docemur Chriſtum ſecuturi & ſecularis vitæ ſolicitudine, & paternæ domus conſuetudine non teneri. Remi. Myſticè autẽ per mare deſignatur iſte mundus propter amaritudinem & fluctuationem. Galilea aũt interpretatur, volubilis ſiue rota, & ſignificat mũdi volubilitatẽ. Ambulauit igitur Ieſus iuxta mare, dum ad nos per incarnationẽ venit, quia non carnem peccati, ſed ſimilitudinem carnis peccati ſuſcepit ex virgine. Per duos fratres, duo populi de- *Allegoria pulcherrima*

 ſignan-

signatur, qui ab vno Dei patri creati sunt, quos vidit qñ eos misericorditer respexit. Per Petrum.n. qui interpretatur agnoscens, & dr Simon.i. obediens, designatur Iudaicus populus, qui per legem Deum agnouit, & præceptis eius obediuit. Per Andreã qui interpretatur virilis siue decorus, intelligit Gentilis populus, qui post agnitioné Dei viriliter in fide permansit. Nos populũ vocauit, qñ prædicatores in mundum misit, dicens: Venite post me.i. relinquite deceptorem, & sequimini creatorem. De vtroq; ét populo facti sunt hominũ piscatores.i. prædicatores. Relictis aũt nauibus.i. carnalibus desiderijs. Et retibus.i. mundi cupiditatibus, secuti sunt Christum. Per Iacobum ét intelligitur Iudaicus populus, qui per cognitionem Dei diabolum supplantauit: Per Ioanné Gentilis populus, qui sola gratia saluatus est. Zebedæus aũt quem relinquunt, & interpretatur fugitiuus, siue labens, significat mundum qui trãsit, & diabolũ qui de cęlis lapsus est. Per Petrum ét & Andream mittentes retia in mare, designant illi qui in prima ætate, dum de naui corporis sui mittentes retia carnalis concupiscétiæ in mare huius seculi, vocantur à dño. Per Iacobum & Ioannem reficientes retia, designantur illi qui post peccata ante aduersitates veniunt ad Christum, recuperantes quæ perdiderunt. Raba. Duæ naues duas ecclesias figurant eã, quæ ex circuncisione, & eã quæ ex præputio vocata est. Quilibet ét fidelis fit Simon Deo obediendo, Petrus peccatũ suum agnoscédo, Andreas viriliter labores patiendo, Iacobus vitia supplantando. Glo. Et Ioannes vt totum gratiæ Dei ascribat, & ideo quarta tantũ vocatio ponit, per quos prædicatores Dei à quatuor mundi partibus vocatos signet. Hila. Vel in hoc futurorum Euangelistarum numerus figuratur. Remi. Per hoc ét quatuor virtutes principalos designantur: prudentia.n. refertur ad Petrum pp diuinam cognitionem: iustitia ad Andream propter operum virilitatem: fortitudo ad Iacobum propter diaboli supplãtationé: temperantia ad Ioannem propter diuinæ gratiæ effectum. Aug. de con. euang Sanè mouere potest qũo Ioannes dicat non in

Moralis expositio.

Galilæa, sed iuxta Iordanem Andreã secutum esse dñm cum alio, cuius nomé taceatur, deinde Petrum ab illo nomen accepisse. Cæteri aũt tres Euangelistæ de piscatione vocatos eos dicunt, satis inter se cõuenienter, maximè Matthęus & Marcus: nam Lucas Andream non nominat, qui tñ intelligitur in eadem naui fuisse. Hoc ét videtur distare, ꝙ tantum Petro à domino dictum esse cõmemorat Lucas: Ex hoc iam homines eris capiens, quod Matthæus & Marcus ambobus dixisse narrat. sed potuit prius Petro dici secundum Lucam, & ambobus posteà secundum alios duos. Sed quod de Ioanne diximus, diligẽter considerandum est, cum & locorũ plurimum interlit & temporis & ipsius vocationis. Sed intelligẽdum est Petrũ & Andreã non sic vidisse dñm iuxta Iordanem, vt ei iam inseparabiliter inhererent, sed tantum cognouisse quis esset, & eum miratos ad propria remeasse. Fortè auté qđ prætermiserat recapitulat: quia sine vlla consequentis tpis differentia dicit: Ambulans autem iuxta mare. Quæri etiã potest, quomodo binos & binos seorsum eos vocauerit sicut narrãt Matthæus, & Marcus, cum Lucas dicat Iacobum & Ioanné tãquam socios Petri ad adiuuandũ vocatos fuisse, & simul subductis ad terrã nauibus Christum secutos? vnde intelligendum est hoc primo esse factũ quod Lucas insinuat, & eos ad capturã piscium ex more remeasse. Non enim erat dictum Petro ꝙ pisces nunquam esset capturus, cũ post resurrectionem hoc fecerit, sed ꝙ homines esset capturus, postea hoc factum est quod Matthæus & Marcus narrant. non enim subductis ad terram nauibus tanquam cura redeundi secuti sunt eum, tãquam iubentem vt sequerentur.

Cõcordia euãgelistarum.

Et circuibat Iesus totam Galilæã, docens in synagogis eorũ, & prædicans Euangeliũ regni, & sanans oẽm languorem & omnem infirmitatẽ in populo. Et abijt opinio eius in totã Syriam, & obtulerunt ei oẽs male habentes, varijs languoribus & tormẽtis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos & paralyticos, & curauit eos, & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.

Chry.

Chry. super Mat. Omnis rex pugnaturus contra aduersarium prius congregat exercitum, & si vadit ad pugnā: & sic dñs contra diabolum pugnaturus prius cógregauit Apostolos, & sic cœpit Euāgelium prędicare. vnde sequitur: Et circuibat Iesus Remi. In quo doctorum vita instituitur. Vt.n. non sint pigri docentur per hoc qđ dr; Circuibat Iesus. Chry. super Matt. Quia.n. illi ut debiles ad medicum venire non poterant, ipse sicut studiosus medic⁹ grauiter circuibat ægrotantes & dñs quidem circuibat singulas regiones. Qui aūt sunt vnius regiones pastores, considerādo debent circuire populi singulas passiones, vt ad remedium passiones eorū aliquod medicamētum in ecclesia proferatur. Remig. Vt autem nō sint acceptores personarū, docentur prædicatores per quod subiungitur. Totam Galilæam. Vt autem vacui non discurrant, docentur per hoc qđ subditur: docēs. Vt autem non paucis, sed multis prodesse studeant monētur p hoc quod sequitur In synagogis. Chry. in ho. Synagogas Iudæorum intrat, in ijsque doctrinæ suæ cęlestis uerba diffūdit, ut quo ad plures loquentis magistri verba peruenerint, eo plurium corda citentur, vt vel credāt prudēter, vel inexcusabiles facti, doctrinam apprimè salutaré suo magno malo reijciant. Est.n. Euangelium clarissima quædam lux, quā sub modio recondi, & nefas est, & ipse accuratè prohibuit Christus, hincēt, &c. Hinc etiam eos erudiebat. quod non est Deo contrarius, Iudæis prædicans & errorum prędicator, sed cōsonans patri aduenit Rem. Vt aūt nō errores neque fabulas, sed salutaria prædicent, docētur per hoc quod subditur: Prędicans Euangeliū regni. Distat autem inter docens, & prædicans; docens.n. refertur ad pręsentia, prædicans ad futura docebat enim de pręsentibus mandatis, prędicabat de futuris promissis. Chry super Mat. Vel docebat iustitias naturales, quas scilicet ratio naturalis docet, ut castitaté, humilitatem, & huiusmodi, quos per seipsos oēs bona esse intelligunt, de quibus necessaria est doctrina, non tantum propter manifestationem, quantum pp excitationem cordis. Pręualētibus.n. delectationibus carnalibus, scientia iustitiæ naturalis, quasi in obliuionem deducta. obdormit. Cum ergo cœpit doctor reprehēdere carnalia mala, eius doctrina non nouam scientiam introducit, sed oblitam commonefacit. Prędicabat aūt Euangelium annunciando bona quæ antiqui manifestè nec audierant, ut beatitudinem cœlestē, mortuorū resurrectioné, & huiusmodi. Vel docebat interpretando prophetias de ipso. Euangelium prædicabat, denunciando in se bona futura. Remig. Vt āt doctores doctrinam suam virtutibus cōmēdare studeant, docentur per hoc qđ subditur. Sanans oēm languoré & oēm infirmitatem in populo. Infirmitas quidem est corporum, lāguor aūt animarum. Chry. super Mat. Vel per languorem animæ aliquam passioné intelligimus, vt auaritiā, libidinem, & huiusmodi. Per infirmitaté āt infidelitatem, per quā aliquis infirmatur in fide. Vel per languores intelligūtur grauiores corporis passiones, per infirmitates aūt leuiores: sicut autem passiones, corporales diuinitatis uirtute sanabat sic spirituales verbo pietatis. Primò aūt docet, & postea sanat propter duo. Primò quin pręmittitur quod magis necessariū est. Verba enim pietatis ædificant animā non miracula: deinde quia verba per miracula commendantur, & non econuerso. Chry. in hom. Considerandum autem ꝙ vbicunque legis cuiusdam introductio fit, signa facere Deus assueuit, pignora suę uirtutis legem tribuens suscepturis: hominem enim facturus mundum creauit, & tunc illi legem in paradiso proposuit: & quando Noe legem laturus erat, magna signa ostendit. Et similiter Iudęis legem laturus prodigia ostendit, tunc legem dedit. ita & hic sublimem illam legem introducturus, miraculorum demonstratione certificat quæ dicuntur. Quoniam enim regnum quod prædicabatur non apparebat, ab apparentibus signis ipsum manifestauit. Gloss. Sed quia prędicatores debent habere bonum testimonium ab his qui foris sunt, ne si uita despicitur, prædicatio contemnatur, subditur: Et abijt opinio eius in totam Syriam. Raba. Syria est omnis regio ab Eufrate vsq;

Prædicatorū mores significantur.

Differentia inter docere et prædicare.

Mos diuin⁹ ostēditur.

ad mare magnum, a Cappadocia vsq; ad Aegyptum, in qua est prouincia Palæstina, in qua habitant Iudæi. Chry. in ho. Intende aũt moderationẽ Euangelistæ: quia nõ vnumquemq; nobis enarrat curatorũ, sed breuibus verbis copiositatem trãscurrit signorũ, vnde sequitur: Et obtulerũt ei oẽs male habentes. Remi. Per quos varias vult intelligi infirmitates; sed leuiores. Cum vero dicit: Varijs lãguoribus & tormentis comprehensos, illos vult intelligi de quibus subinfertur, & qui dæmonia habebant, &c. Glos. Languor diuturnus est tormentum; est & morbus acutus, ut dolor lateris, & huiusmodi. Qui aũt dæmonia habebant, sunt qui a dæmonibus vexabantur. Remi. Lunatici.n. dicti sunt a Luna, quæ dum menstruis temporib. crescit & decrescit, ipsi vexantur. Hiero. Dæmones.n. obseruantes lunaria tempora creaturarũ infamare cupiebant, ut in creatorẽ blasphemiæ redundarent. Augu. 21. deci. Dei. Illiciuntur tñ dæmones ad inhabitãdum per creaturas, quas nõ ipsi, sed Deus condidit, delectabilib. pro sua diuersitate diuersis, non ut animalia cibis sed ut spiritus signis, q̃ cuiusq; delectationi cõgruunt. Raba. Paralytici autem sunt corpore dissoluti: paralysis.n. græcè, latinè dr̃ dissolutio. Sequitur; Et curauit eos. Chry. super Mat. Cũ in quibusdam locis dicatur: Multos curauit, hic simpliciter dr̃. Et curauit eos, signans ꝙ oẽs curauit. Sicut & nouitius medicus intrans ciuitatem, oẽs ad se venientes curat, pp suam opinionem cõmendandam. Chry. in ho. A nullo autem eorum fidem exquisiuit, q̃n nondũ uirtutis suæ demõstrationem dederat, & in adueniendo & offerendo a longè nõ paruã ostenderant fidẽ. Sequitur; Et secutæ sunt eum turbæ multæ. Raba. Quę quadripartitæ sunt, alij propter cœleste magisteriũ, ut discipuli: alij ob curationem infirmitatum: alij sola fama & curiositate, volẽtes experiri an uerum esset quod dicebatur; alij per inuidiam, volentes eũ in aliquo capere & accusare. Mysticè autem Syria interpretatur elata, Galilæa uolubilis, uel rotas id est, diabolus & mundus, qui & superb. est, & ad ima semper rotatur; in quo fama Christi per prædicationẽ innotuit.

Notula bona.

Sequaces Christi sunt duplices.

Dæmoniaci n. sunt idolólatræ, lunatici instabiles, paralytici pigri & dissoluti. Glo. Turbę aũt quæ sequuntur dominũ, sunt de ecclesia, quæ spiritualiter est Galilæa transmigrans ad uirtutes. Et Decapolis decẽ pręcepta seruans, & Hierosolyma & Iudæa, quã uisio pacis, & confessio illustrat. Et trans Iordanẽ, quia baptismo transito terram promissionis intrat. Remig. Vel sequuntur dñm de Galilęa, idest de uolubilitate mundi, & Decapoli quę est regio 10. vrbium, & significat decalogi transgressores. Et de Hierosolyma, q̃ scilicet prius innoxia pace detinebãtur. Et de Iudæa. idest, de confessione diabolica. Et de trans Iordanem, qui prius erãt in paganismo constituti. sed transeuntes per aquam baptismi uenerunt ad Christum.

CAPVT QVINTVM.

Videns autem Iesus turbas, ascẽdit in mõtem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Chrys. super Matth. Omnis artifex secundum professionem suam opportunitatem operis uidens, gaudet. Carpentarius enim si uiderit arborẽ bonam, cõcupiscit eam præcidere ad opus artificij sui. Et sacerdos cum uiderit ecclesiam plenã, gaudet animus eius, & delectatur ut doceat: Sic & dñs videns magnã congregationem populi, excitatus est ad docendum, vnde dicit: Videns autem turbas Iesus ascendit in montem. Aug. de cõcor. Vel hic potest uideri multas turbes uitare uoluisse & ob hoc ascendisse in montem, ut solis Discipulis loqueret. Chry. in hom. Per hoc autẽ ꝙ non in ciuitate & foro, sed in monte & solitudine sedit, erudiuit nos nihil ad ostentationẽ facere, & a tumultibus abscedere, & maximè cum de necessarijs disputare oporteat. Remigius. Hoc enim sciẽdum est, quòd tria refugia legitur dominus habuisse, nauim, montem, & desertum; ad quorum alterum quotiescunque a turbis opprimebatur, cõscẽdebat. Hier.

Experientia Chrysostomi.

Nonnulli autem ſimpliciorum fratrũ pu-
tant dominum ea quæ ſequuntur in Oli-
ueti mõte docuiſſe, quod nequaquam ita
eſt: Ex pręcedentibus.n. & ſequentibus in
Galilæa mõſtrat locus, quẽ putamus eſſe
uel Thabor, vel quemlibet alium mõtem
excelſum. Chry. ſup. Mat. Aſcendit autẽ
in montem. Primò quidẽ ut impleret pro
phetiam Eſaiæ, dicentis; Super montem
aſcende tu. deinde ut oſtendat qm̃ in alti-
tudine ſpiritualium uirtutum conſiſtere
debet, qui docet Dei iuſtitiam, pariter &
qui audit; nemo.n. poteſt in valle ſtare &
de monte loqui. Si in terra ſtas, de terra lo
quere. Si aũt de cœlo loqueris, in cœlo cõ
ſiſte. Vel aſcendit in montem, ut oſtendat
ꝙ omnis qui uult diſcere myſtria verita-
tis, in montem eccleſiæ debet aſcendere,
de quo Propheta. Mons Dei, mons pin-
guis. Hila. Vel aſcendit in montem, quia
in paternæ maieſtatis celſitudine poſitus
cœleſtia uitæ pręcepta conſtituit. Aug. de
ſer. dñi in monte. Vel aſcendit in mõte. ut
ſignificet q̄a minora erãt pcepta iuſtitiæ,
q̄ a Deo data ſunt per Prophetas populo
Iudęorũ quẽ timore adhuc alligari opor
tebat. Per filiũ ãt ſuũ maiora populo, quẽ
charitate iam conuenerat liberari. Sequi-
tur; Et cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum
diſcipuli eius. Hiero. Ideo autem nõ ſtãs,
ſed ſedens loquitur; quia non poterant
eum intelligere in ſua maieſtate fulgen-
tem. Augu. de ſer. domini in monte. Vel
ꝙ ſedens docebat, pertinet ad dignitatem
magiſtri. Acceſſerunt autem ad eum di-
ſcipuli eius, ut audiẽdis uerbis illius hi eſ-
ſent ẽt corpore uiciniores, qui pręceptis
implendis animo appropinquabãt. Raba.
Myſticè autem ſeſſio domini incarnatio
eius eſt: quia niſi dominus incarnatus eſ-
ſet, humanum genus ad eum accedere nõ
potuiſſet. Aug. de con. euã. Mouet autem
ꝙ Matthęus in monte dicit hunc habitũ
eſſe ſermonem à domino ſedente; Lucas
autẽ in loco campeſtri a dño ſtante. Hæc
igitur diuerſitas facit uideri alium fuiſſe
illum, alium iſtum. Quid enim prohibet
Chriſtum quædã alibi repetere quæ ante
iam dixerat? aut iterum facere, quæ ante
iam fecerat? Quanquam etiã poſſit illud
occurrere in aliqua excelſiori parte mon-
tis, primò cum ſoli a diſcipulis dñm fuiſ-
ſe, qñ ex eis duodecim elegit: deinde cum
eis deſcendiſſe non de monte, ſed de ipſa
montis celſitudine in campeſtrem locũ, i.
in aliquam æqualitatẽ quæ in latere mon
tis erat, & multos capere poterat, atq; ibi
ſtetiſſe, donec ad eum turbæ congregarẽ
tur, ac poſtea cum ſediſſet acceſſiſſe pro-
pinquius diſcipulos eius, atq; ita illis cæt̃e
riſq; turbis præſentibus unũ habuiſſe ſer
monẽ, quem Matthæus Lucaſq; narrãt di
uerſo narrandi modo, ſed eadem veritate
rerum. Greg. 4. mora. Sublimia autẽ præ-
cepta domino in monte dicturo pręmit-
titur: Et aperiens os ſuũ docebat eos, &c.
qui dudum aperuerat ora prophetarum.
Remi. Vbicunque autem legitur dñs ape-
ruiſſe os, inſpiciẽdum eſt quia magna ſunt
quæ ſequuntur. Aug. in ſer. domini in mõ
te. Vel dicit: Aperiẽs os ſuum, ut ipſa mo-
ra commendet aliquanto longiorem futu
rum eſſe ſermonem. Chry in ho. Vel hoc
dicit; ut diſcas qm̃ nunc quidem docebat
os aperiens in loquendo: nunc autem vo-
cem, quę eſt ab operibus emittens. Augu.
in ſer. dñi in mõte. Si q̄s aũt pie ſobrieq;
conſiderauerit, inueniet in hoc ſermone
quãtum ad mores opportunos pertinet p̃
fectum uitę Chriſtianæ modum. unde ſic
ipſe ſermo concluditur. Omnis qui audit
verba mea hæc, & facit ea, ſimilabo eum
viro ſapiẽti. Aug. 9. de ciui. Dei; Nulla ãt
eſt cauſa philoſophandi, niſi finis boni, qđ
autem beatum fecit, ipſum eſt finis boni.
Et ideo a beatitudine incipit, dicẽs; Beati
pauperes ſpiritu. Augu. in ſer. do. in mon.
Præſumptio quidem ſpiritus audaciam,
& ſuperbiam ſignificat. Vulgo etiam ma
gnum ſpiritum ſuperbi habere dicunt, &
rectè. Nam ſpiritus ventus uocatur. Quis
uerò neſciat ſuperbos inflatos dici quaſi
uento diſtentos? Quapropter rectè hic in-
telligitur; Pauperes ſpiritu humiles, timẽ-
tes Deũ, ideſt, non habentes inflantem ſpi
ritum. Chryſ. in ho. Vel ſpiritum hic ela-
tionem & animum dicit. Quod enim ſunt
multi humiles nolentes, rerum neceſſita-
te coacti; non eſt laus. unde illos beatifi-
cat qui ſe ex electione humiliant. Ideo ãt
hic incidit radicitus euellens ſuperbiam,
q̄a hæc fuit radix, & fons malitię uniuer-

Experien tia Chry ſoſtomi.

Concordia euãgeliorum.

Quæ humilitas ſit laudada.

sę, contra quam ponit humilitatem, velut quoddã stabile fundamentum; qua subiecta cum stabilitate alia superædificantur. Hac aũt destructa, pereũt quæcunq; congregaueris bona. Chry. sup. Mat. Ideo aũt dixit manifeste; Beati humiles spiritu, vt sic humiles ostẽdat, vt semper adiutoriũ Dei sint mendicantes. vnde in Græco dr; Beati mendici vel egeni. Sunt. n. multi naturaliter humiles & non ex fide, qui non pulsant adiutorium Dei, sed solum qui secũdum fidem sunt humiles. Chry. in ho. Vel quia pauperes spiritu, hic dicit formidantes & trementes Dei iussiones. Quõ dñs per Esaiam commendat. Quid autem amplius quàm simpliciter humiles? Humilium. n. hic quidẽ mediocriter est, hic aũt superabundanter. Aug. Superbi ergo appetant regna terrarum, sed humiliũ est regnũ cœlorũ. Chry. sup. Mat Nam sicut cætera vitia deponunt ad inferos, maximè tñ superbia; sic & omnes virtutes inducunt in regnum cœlorum, maximè tñ humilitas: quia proprium est, vt qui se humiliat, exaltetur. Hiero. Vel beati pauperes spiritu, qui. s. propter Spiritum sanctum voluntariè sunt pauperes. Amb. de offi. Inde aũt incipit beatitudo iudicio diuino, vbi ærumna æstimatur humano. Gl. Pauperibus autem in præsenti conuenienter promittuntur diuitiæ cœli.

Beati mites, quoniã ipsi possidebunt terram.

Ambr. super Lucam: Cum simpliciter contentus fuero inops, superest vt mores meos tẽperem. Quid. n. mihi prodest carere secularibus, nisi fuero mitis? Congruè igitur sequitur: Beati mites. Augu. Mites sunt qui cedunt improbitatibus, & nõ resistunt in malo, sed vincunt in bono malũ. Ambr. super Lucam. Mitiga ergo affectũ tuum vt non irascaris, aut certè iratus ne peccaueris. Pręclarum est. n. motum temperare consilio, nec minoris virtutis dicĩt prohibere iracundiam quàm omnino nõ irasci cum plerunq; illud leuius, hoc fortius æstimetur. Rixentur igitur immites, & dimicẽt pro terrenis & tpalibus rebus. Sed beati mites, qm ipsi hæreditabunt terram, de qua euelli non possunt. Illam, inquam, terrã de qua in Psal. dr. Portio mea in terra viuentium. Significat. n. quãdam stabilitatẽ hæreditatis perpetuæ, vbi anima per bonum affectum tãquam loco suo requiescit sicut corpus in terra. Et inde cibo suo alitur, sicut corpus ex terra: ipsa est requies & vita sanctorum. Chry. sup. Matth. Vel terra hic, sicut quidam dicunt quandiu est in hoc statu, terra mortuorũ est, quia vanitati subiecta est: cum aũt liberata fuerit de corruptione, fit terra viuorum, vt mortales hæreditent immortalem. Alterum exponentem legi, quasi cęlũ in quo habituri sunt sancti, dicatur terra viuorum: quod quantum ad inferiorẽ regionẽ cęlum est, quantum aũt ad superius cęlũ dr terra. Alij dicant quia corpus nostrũ terra est, & quandiu subiacet morti terra est mortuorũ. Cum aũt fuerit conforme factum gloriæ corporis Christi, erit terra viuorum. Hil. Vel hæreditatẽ terræ mitibus dñs pollicetur, i. eius corporis qđ ipse assumpsit habitaculũ, quia per mansuetudinẽ mentis nostræ habitat Christus ĩ nobis; nos quoq; clarificati corporis eius gloria vestiemur. Chry. in ho Vel aliter: Christus hic spiritualibus sensibilia immiscuit: qm. n. æstimatur qui mitis est omnia sua perdere: contrariũ promittit, dicens: quod cum stabilitate sua possidet, qui nõ est proteruus; qui aũt aliter est, multotiẽs animam & hæreditatem paternã perdit. Quia verò propheta dixerat. Mãsueti hęreditabunt terrã, à consuetis verbis contexit sermonem. Glo. Mites ẽt qui seipsos possederunt, hæreditatẽ patris in futuro possidebunt. Plus aũt est possidere terrã, quàm habere regnum cœlorum; multa enim habemus quæ statim amittimus. *Discretio uerborũ.*

Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur.

Ambro. super Luc. Cum hoc feceris, vt scilicet sis pauper & mitis, memento quia peccator es, lugeto peccata tua. vnde sequitur; Beati qui lugẽt. Et bene tertia benedictio est peccata deflentis, quia Trinitas est, quæ peccata condonat. Hila. Lugẽtes enim dicuntur non orbitantes, aut cõtumelias, aut damna mœrentes, sed peccata vetera flentes. Chry. sup. Mat. Et qui sua quidem peccata lugent, beati sunt, sed mediocriter; beatiores autẽ sunt qui aliena lugent peccata, tales conuenit esse omnes doctores. Hieronymus. Luctus

enim hic non mortuorum ponitur côi lege naturæ, sed peccatis & vitijs mortuorũ. Sic fleuit Samuel Saulé, & Paulus eos qui post immunditiam pęnitentiam non egerunt. Chryso. sup. Mat. Cum auté consolatio sit lugentiũ cessatio luctus q. sua peccata lugent, consolabuntur indulgentiam consecuti. Chrys. in ho. Et licet talibus sufficiat venia frui, non terminat retributioné in peccatorũ remissione, sed & multarũ facit participes consolationũ, & hic & in futuro. Semper. n. maiores laborib. Deus dat retributiones. Chy. sup. Mat. Qui verò aliena peccata lugent, consolabuntur: qui cum in seculo illo prouidentiá cognouerint Dei, & intellexerint ꝙ qui perierunt non fuerunt Dei, de cuius manu nemo rapere potest, de eis luctu derelicto in sua beatitudine lætabuntur.

Discretio verborũ.

Vel aliter. Augu. in ser dñi in monte: Luctus est tristitia de amissione charorum. Conuersi aũt ad Deũ ea quę in hoc mundo chara habebant, amittunt. non. n. gaudent in rebus quibus ante gaudebant, & donec fiat in illis amor æternorum, nonnulla męstitia sauciantur. Consolabunt ergo Spiritu sancto, qui maximè propterea Paraclitus nominatur. i. cósolator, vt temporalé amittentes, æterna lætitia perfruantur. Et ideo dicit: Qm̃ ipsi consolabuntur.

Duo genera compunctionum.

Gl. Vel per luctum duo gña compunctionis intelligũtur. s. pro miserijs huius mundi, & pro desiderio cœlestiũ. vnde filia Caleph petiuit irriguum superius & inferius; huiusmodi aũt luctus non habet nisi pauper & mitis, qui cum mundũ non diligat, ꝙ miser est recognoscit, & ideo cœlũ cõcupiscit: conuenienter ergo lugentibus promittit consolatio, vt qui tristatus est in præsenti, gaudeat in futuro Maior est aũt retributio lugẽtis q̃ pauperis & mitis, plus. n. est gaudere in regno q̃ habere & possidere: multa. n. cum dolore possidemus. Chry. in ho. Notandũ aũt ꝙ hanc beatitudiné cum intentione quadam proposuit, ideo non dixit; Qui tristãtur, sed qui lugent. in quo ét perfectionis sapientiæ magisterium dedit. Si enim qui filios vel alios defunctos lugent secundũ illud tempus non desiderant pecuniam, nec gloriam, nec conuicijs exacuuntur, neq; aliqua alia passione capiuntur, multomagis hæc seruare debent, qui lugent sua peccata.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Amb. super Lucam. Postquam delicta defleui, esurire incipio & sitire iustitiam; æger. n cũ in graui morbo est, non esurit. vnde sequit; Beati q esuriunt & sitiũt iustitiã. Hie. Non nobis sufficit velle iustitiã, nisi iustitiæ patiamur famem, vt sub hoc exemplo nunquam nos satis iustos, sed semper esurire iustitiæ opera intelligamus. Chry. super Mat. Qm̃ omne bonũ quod ex amore ipsius boni faciunt homines, ingratum est ante Deũ Esurit aũt iustitiam qui secundum iustitiam Dei desiderat conuersari: sitit aũt iustitiã qui scitiam eius acquirere cupit. Chry. in ho. Iustitiam autem dicit vel vniuersalem, vel particularem auaritiæ contrariam. Quia enim de misericordia dicturus erat, præmonstrat qualiter misereri oporteat; q. a non ex rapina, neq; ex auaritia. vnde etiã quod est auaritiæ propriũ. s. esurire & sitire, iustitiæ attribuit. Hila. Sitientibus aũt & esurientibus iustitiã beatitudinem tribuit, significans extensam in Dei doctrinã sanctorũ auiditatem, perfecta in cœlo satietate repleri. Et hoc est quod dr. Qm̃ ipsi saturabuntur Chry. sup. Mat. Scilicet largitate remunerantis Dei, qm̃ maiora erunt præmia Dei, quàm sanctorum desideria.

Præmia iustorum excedunt desideria eorum.

Aug. Vel illo cibo saturabuntur in præsenti, de quo dominus dicit: Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei, quod est iustitia, & illa aqua de qua quisquis biberit, fiet ei fons aquæ salientis in vitam æternam. Chry. in ho. Vel in hoc terrenum præmium determinat: quia. n. æstimatur auaritia abundantes facere, ipse cõtrarium dicit, quòd iustitia hoc operatur. Qui enim iustitiam cupit, omnia cum stabilitate habet.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Glosa iustitia & misericordia ita coniunctæ sunt, vt altera ab altera debeat téperari: iustitia. n. sine misericordia crudelitas est: misericordia sine iustitia, dissolutio. vnde de misericordia post iustitiam

sub-

subdit, dicens; Beati misericordes. Remi. Misericors dr quasi miserum habens cor, quia alterius miseriam quasi suam reputat, & de malo alterius quasi de suo dolet. Hie. Misericordia hic nō solū in eleemosynis intelligitur, sed in omni peccato fratris, si alter alterius onera portemus. Aug. Beatos aūt dicit esse, qui subueniūt miseris, qm̄ eis ita rependit: vt de miseria liberentur, vnde sequitur. Qm̄ ipsi misericordiam consequentur. Hila. In tantum enim Deus beneuolentiæ nostræ in omnes delectatur affectu, vt suam misericordiam sit solis misericordibus pręstaturus. Chry. in ho. Videtur aūt esse æqualis retributio, sed est multò maior non enim est æqualis humana misericordia & diuina. Glo. Meritò ergo misericordibus misericordiā impenditur, vt plus accipiant quam meruissent, & sicut plus recipit qui vltra saturitatem habet, quā ille, qui habet tm̄ ad saturitatem: sic maior est gloria misericordiæ, quam præcedentium.

Beati mundo corde, qm̄ ipsi Deū videbunt.

Amb. Qui misericordiam defert, misericordiam amittit, nisi mundo corde misereatur. Nam si iactantiam quęrit, nullus est fructus. vnde sequit: Beati mūdo corde. Glo. Conuenienter aūt sexto loco ponit cordis munditia, quia sexto die homo conditus est ad imaginē Dei, quæ quidem obtenebrata erat in homine per culpam, sed in mundis corde reformatur per gratiam. Meritò aūt post prædicta sequitur, quia nisi illa præcedant, mundū cor in homine non creatur. Chry. in ho. Mūdos aūt hic ait, vel eos qui vniuersalem virtutem possident, & nullus sibi malitiæ conscij sunt; vel eos qui in temperantia consistūt, quæ maximè necessaria est ad videndum Deum, secundum illud Pauli: Pacē sequamini oībus, & sanctimoniā; sine qua nemo videbit Deum. Quia. n. multi miserētur quidē, sed impudica agunt, monstrans q͏̄ non sufficit primum. s. misereri, hoc de munditia apposuit. Hier. Mundus autem Deus à mundo corde conspicitur. Templum. n. Dei nō pōt esse pollutum. Et hoc est quod dr; Qm̄ ipsi Deum videbunt. Chry. sup. Mat. Qui. n. omnem iustitiam facit & cogitat, mente sua Deum videt, qm̄ iustitia figura est Dei, Deus. n. iustitia est. Sciendum ergo q͏̄ si aliquis eripuerit se à malis & fecerit bona, secundum hoc Deum videt, aut parum, aut amplius, aut interdum, aut semper secundum possibilitatem humanam. In seculo aūt illo, mūdi corde Deum videbūt facie ad faciem, non in speculo & in ænigmate sicut hic. Aug. in ser. dom. in monte. Stulti aūt sunt qui Deum videre istis exterioribus oculis quęrunt, cum corde videatur, sicut alibi scriptū est. In simplicitate cordis quærite illum, hoc est. n. simplex cor qđ mundum cor. Augu. vlt. de ciui. Dei. Si aūt tm̄ poterunt in corpore spirituali, oculi etiā ipsi spirituales quantū possunt isti quales nunc habemus: proculdubio per eos Deus videri non poterit. Aug. in primo de trin. Hæc autem visio merces est fidei, cui mercedi per fidem corda mundantur, sicut scriptum est; Mundans fide corda eorum, hoc autem probatur, illa maximè sententia: Beati mundo corde quoniam ipsi Deū videbunt. Aug. super Genesim ad literā. Nemo autem vidēs Deum viuit vita ista, qua mortaliter viuit in istis sensibus corporis sed nisi ab hac vita quisq; funditus moriatur, siue omnino exiens de corpore siue ita alienatus à carnalibus sensibus, vt merito nesciat, sicut ait Apostolus, vtrum in corpore, an extra corpus sit, nō in illam subuehitur visionem. Glo. Maiorem autem remunerationem isti habent quam primi: sicut qui in curia regis non solum prandet, sed etiam faciem regis videt.

Mundo corde qui dicatur.

Visio est merces sanctorū.

Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabūtur.

Amb. super Lucam: Cum interiora tua vacua feceris ab omni labe peccati, ne dissensiones, contentionesq; ex affectu tuo prodeant; à te pacem incipe, vt sic pacem alijs feras. vnde sequitur: Beati pacifici. Aug. 19. de ciui. Dei. Est autem pax tranquillitas ordinis. Ordo autem est parium dispariumq; sua loca tribuens dispositio. Sicut autem nemo est qui gaudere noluerit: ita nemo est qui pacem habere noluerit: quandoquidem & ipsi qui bella volūt nihil aliud quàm ad gloriosam pacem cupiunt bellando peruenire. Hier. Pacifici autem dicuntur beati, qui primum in corde suo, deinde & inter fratres dissidentes

faciunt

faciunt pacem. Quid.n. prodest alios per te pacari, cum in tua anima sint bella vitiorũ? Aug. in ser. do. in mon. Pacifici autem in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus componẽtes & subijcientes rationi, carnalesq; concupiscentias habẽtes edomitas fiunt regnũ Dei, in quo ita ordinata sunt omnia, vt quod est in homine præcipuum & excellens, imperet cæteris reluctantibus, quæ sunt nobis, bestijsque cõia, atq; idipsum quod excellit in homine, idest mens, & ratio, subijciatur superiori, quod est ipsa veritas filius Dei Neq; enim imperare inferioribus potest, nisi superioribus subijciatur. Et hæc est pax q̃ dat̃ in terra hominibus bonæ voluntatis. Aug. in lib. retrac. Non tñ cuiquam prouenire potest in hac vita, vt lex repugnãs legi mẽtis omnino nõ sit in membris. Sed hoc nunc pacifici agunt domando concupiscentias carnis, vt ad pacẽ plenissimam quandoq; veniatur. Chry. sup. Mat. Pacifici aũt ad alios sunt, non solum qui inimicos in pace reconciliant, sed etiam illi q̧ immemores malorum diligunt pacẽ. Pax enim illa beata est, quę in corde posita est non tantum in verbis. Qui autem pacem diligunt, filij sunt pacis. Hila. Pacificorũ autem beatitudo adoptionis est merces. Et ideo dr̃: Qm̃ filij Dei vocabuntur. Parens.n. omniũ Deus vnus est, neq; aliter transire in nuncupationẽ familiæ eius licebit, nisi fraternę inuicem charitatis pace viuamus Chry in ho. Vel quia pacifici dicuntur, qui nec litigant, nec oderunt adinuicem, sed & congregant litigantes, recte filij Dei vocãtur, quia Vnigeniti hoc est opus, congregare dispersa, & pacificare contra se prœliantia. Augu. Vel quia in pace perfectio est vbi nihil repugnat, pacifici filij Dei dicuntur, quoniam nihil resistit Deo. Et vtiq; filij similitudinẽ patris debent habere. Gl. Maximam ergo dignitatem habent pacifici, sicut qui filius regis dicitur in domo regia summus est. Septimo autem loco beatitudo hic ponitur quia in sabbato veræ requiei dabitur, vera pax sex ætatibus transactis.

Pacis munus eximiũ.

Beati qui persecutionem patiuntur pp iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Chry. in ho. Posita pacificorũ beatitudine, ne aliquis existimaret ꝙ semper pacem sibi quærere sit bonum, subdit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, hoc est propter virtutem, propter defensionem aliorum, propter pietatẽ. Iustitiam.n. consueuit pro omni virtute animæ poneŕe. Aug. in ser. do. in monte. Pace.n. intrinsecus cõstituta ac firmata: quascunq; persecutiones ille qui foras missus est, forinsecus concitauerit, aut gerit: auget gloriã quæ secundũ Deũ est. Hier Signanter autem addidit, propter iustitiã. Multi.n. pp peccata persecutionẽ patiunt̃, & non sunt iusti. Simulque considera ꝙ octaua vere circũcisionis beatitudo martyrio terminetur. Chrys. sup. Mat. Nõ aũt dixit: Beati qui à Gentilibus persecutionẽ patiuntur: ne putes illũ solũ beatum, q̃ persecutionẽ patitur pp idola non colenda: ideo & ab hæreticis persecutionẽ patientes pp veritatẽ non relinquendã, beatus est, quia propter iustitiã patit̃. Sed & si quis ex potentibus, qui Christiani vident̃ forsitã propter sua peccata correctus à te fueris persecutus: beatus es cum Ioanne Baptista. Si.n. verum est, ꝙ prophetæ martyres sunt, qui à suis occisi sunt, sine dubio, qui pp causam Dei aliquid patit̃, & si à suis patit̃, mercedem martyrij habet. Et ideo non posuit scripturã personas ꝑsequentium, sed solã causam persecutionis, vt nõ aspicias quis te persequit̃, sed propter quid. Hila. Si ergo ad postremum eos in beatitudine numerat, quibus omnia pro Christo pati, qui iustitia est, ꝓnus affectus est. His igitur & regnum seruat̃: quia in contemptu seculi sunt pauperes spiritu. vnde dicit: Quoniam ipsorum est regnũ cœlorum. Augu. Vel octaua beatitudo tanquã ad caput redit: quia cõsumatum perfectumq; ostẽdit & probat. Itaq; in prima & in octaua nominatum est regnum cęlorum. Septem.n. sunt quæ perficiunt. nam octaua clarificat, & perfectũ demonstrat, & per hos gradus perficiant̃ & cęteri, tanquam accipiatur rursus exordium. Ambr. super Lucam. Vel aliter. Primum regnum cœlorum sanctis propositum est in absolutione corporis, secundũ post resurrectionem esse cum Christo. Post resurrectionem enim terram tuã incipis

Martyriũ quid faciat.

Anagoge verborũ.

cipies possidere absolutus à morte, & in ipsa possessione cósolationé reperies. Cósolationem sequit delectatio: delectationem diuina miseratio. Cui aût miseretur dñs & vocat, & sic vocatus videt vocantem. Qui aût Deũ viderit, in ius diuinæ generationis assumitur, & tunc demum quasi Dei filius cęlestis regni diuitijs delectatur. Ille igit incipit, hic replet. Chry. in ho. Ne autem mireris, si secundũ vnãquamq; beatitudinem regnum nó audis, quia cum dicit. Consolabũtur, misericordiam consequentur, & cętera huiusmodi. Per hæc vniuersa nihil aliud q̃ regnũ cœlorũ occulte insinuat vt nihil sensibile expectes. Neq;.n. beatus est, qui in his coronatur, quæ cum præsenti vita discedũt. Augu. Diligenter aût attendendus est numerus harum sententiarum. His .n. septé gradibus congruit operatio Spiritus sancti septiformis, quam Esaias describit: sed ille a summo, hic ab imo; quia ibi docet filius Dei ad imam descẽsurus, hic homo de imis ad similitudinem Dei ascẽsurus. In his primus est timor, qui congruit hominibus humilibus, de quibus dr. Beati pauperes spiritu, id est, nó alta sapientes, sed timentes. Secunda est pietas, quæ conuenit mitibus: qui .n. piè quęrit, honorat, nõ reprehendit non resistit, quod ęst mitẽ fieri. Tertia est scientia, quæ conuenit lugentibus, qui didicerũt quibus malis núc uincti sunt, q̃ quasi bona petierunt. Quarta est, quæ fortitudo congruit esurientibus & sitientibus, quia desiderantes gaudium de veris bonis laborant, à terrenis cupientes auerti. Quinta consiliũ conuenit misericordibus. quia vnicũ remediũ est de tantis malis erui, dimittere alijs & dare. Sexta est intellectus & conuenit mũdis corde, qui purgato oculo possunt vide re quod oculus non vidit. Septima est sapientia quæ conuenit pacificis, in quibus nullus motus est rebellis, sed obtemperãt spiritui. Vnum aût præmium quod est regnũ cœlorũ, variè nominatum est. In primo sicut oportebat, positum est regnum cœlorum quod est perfectæ sapientiæ initium, ac si diceret; Initiũ sapientiæ timor domini. Mitibus hæreditas tanquam testamentum patris cũ pietate quærentibus.

Consonãtia donorum, & beatitudinum.

Lugentibus consolatio, tanquã sciẽtibus quid amiserunt, & in quibus mersi sunt. Esurientibus saturitas tanquam refectio laborãtibus ad saluté, Misericordibus misericordia tanquam optimo consilio vtẽtibus, vt hoc eis exhibeatur, qđ exhibent. Mundis corde facultas videndi Deũ tanquam purum oculũ ad intelligenda æterna gerentibus. Pacificis Dei similitudiné. Et ista quidem in hac vita possunt compleri, sicut completa esse in Apostolis credimus. Nã quod post hanc vitam promittitur nullis verbis exponi potest.

Beati estis cũ maledixerint uobis homines, et persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mẽtiẽtes pp me Gaudete et exultate, qm̃ merces uestra copiosa est in cœlis. Sic.n. persecuti sunt Prophetas qui fuerũt ante uos.

Rab. Superiores sententias generaliter dirigebat, iam incipit loqui præsentes cõpellans, prædicens eis persecutiones, quas pro nomine eius passuri erant, dicens, Beati estis cũ maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixe. omne ma. aduer vos. Aug. Quæri aũt pt quid intersit quod ait? Cũ vobis maledicent, & dicẽt omne malũ, cũ maledicere hoc sit malum dicere. Sed aliter est maledictũ iactatũ cũ contumelia corã illo qui male dicit aliter cũ absentis fama læditur. Perseq. autem est vim inferre, vel insidijs appetere. Chrys. sup. Mat. Si auté verum est qm̃ qui calicem aquæ porrexerit, merces eius nõ perit: cõsequenter qui vel vnius leuissimi verbi iniuriam fuerit passus, vacuus non erit à mercede. Vt aũt blasphematus sit beatus duo conuenire debent; vt & mendaciter blasphemetur, & propter Deum; alioquin si vnũ defuerit, nõ est beatitudinis merces. Et ideo dicit; Mentientes pp me. Aug. Quod pp illos additum puto, q volunt de persecutionibus & de fama suę turpitudinis gloriari, & ideo dicere ad se pertinere Christum, ꝙ multa de illis dicuntur mala, cum & vere dicantur qñ & de errore illorum dicuntur, & si aliquando falsa iactantur, non tamẽ propter Christum ista patiuntur. Grego. super Ezechielem. Quid autem poterit obesse si homines vobis derogent, & sola vos conscientia defendat? Sed tñ linguas detrahentium

tium ficut noſtro ſtudio non démus excitare, ne ipſi pereant. ita ob ſuá malitiam excitatas debemus ęquanimiter tolerare, vt nobis meritū creſcat. vnde & hic dicit: Gaudete & exultate, qm̄ merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Glo. Gaudete mente quidé, & exultate corpore: q̄a merces ueſtra non tm̄ magna eſt ſicut aliorū, ſed copioſa eſt in cęlis. Augu. nō hic cęlos puto dici ſuperiores partes huius viſibilis mundi. non. n. merces veſtra in rebus viſibilib. collocanda eſt, ſed in cœlis dictū puto in ſpiritalibus firmamentis, vbi habitat ſempiterna iuſtitia. Sentiunt ergo iá iſtā mercedé qui gaudent ſpiritalibus, ſed ex omni parte perficiet, cū mortale hoc induerit immortalitaté. Hiero. Gaudere igit̄ & exultare debemus vt merces nobis in cœleſtibus præparetur, hoc qui vanā ſectat̄ gloriā implere non pōt. Chry. ſup. Matt. q̄a quantum aliquis lætat̄ de laude hominū, tantum de vituperatione triſtatur: q̄ veró gloriā concupiſcis in cœlo, opprobria non timeas in terris. Greg. ſuper Ezechielem. Aliquando tñ detractores debemus compeſcere: ne dum de nobis mala diſſeminant eorū qui audire nos ad bona poterant corda innocentium corrumpát.

Diſcretio verborū. Glo. Non ſolum aūt præmio, ſed ét exemplo eos ad patientiam prouocat, cū ſubdit: Sic. n. perſecuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante uos. Remi. Magnam. n. conſolationem accipit homo in tribulatione poſitus, dū recordat̄ paſſiones aliorum a quibus exemplū patientiæ accipit. ac ſi diceret: Meméṫote, quia illius vos eſtis Apoſtoli, cuius & illi fuerūt prophetę. Chry. in ho. Similiter ét inſinuat coæqualitaté ſui honoris ad patrem, ac ſi dicat: Sicut illi propter patré, ita & vos propter me patiemini. Cum etiam dixit prophetas qui fuerunt ante vos, monſtrat & ipſos prophetas iam factos. Aug. perſecutioné auté hic generaliter poſuit, & in maledictis, & in laceratione famæ.

Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Moralis declaratio ſalis. Chry. in ho. Quia excelſa præcepta diſcipulis dederat, vt nō dicerent, qualiter poterimus ea ſeruare, eos laudibus mitigat, dicens: Vos eſtis ſal terræ. In quo mō ſtrat ꝙ neceſſario hæc iniungit, non. n. ꝓ veſtra uita aut pro una gente, ſed pro vniuerſo mundo vos mitto: & ſi alios mordētes malè audiatis, gaudete. hoc. n. eſt opus ſalis, mollia mordicare: quare aliorū maledictio nihil vobis nocet, ſed eſt teſtis veſtræ virtutis. Hil. Eſt auté hic proprietas quærenda dictorum, quá & Apoſtolorū officium & ipſius ſalis natura mōſtrabit: hoc igitur in omnem uſum humani generis effectum incorruptionem corporibus q̄bus fuerat aſperſum impartit, & ad omnem ſenſum cōditi ſaporis aptiſſimū eſt. Apoſtoli aūt ſunt rerū cœleſtiū prædicatores, & æternitatis velut ſalitores, merito ſal terræ nuncupati: quia per virtutem doctrinæ quaſi ſalientes æternitati corpora ſeruant. Remi. Sal ét per aquá & ardoré ſolis & per flatum venti in naturá alterā commutatur, ſic & Apoſtolici viri per aquam baptiſmi & ardorem dilectionis, & flatū Spiritus ſancti in ſpiritalé regenerationé cōmutati ſunt. *Talis myſterium.* Sapientia ét cœleſtis per Apoſtolos prædicata exſiccat humores carnaliū operū, aufert fœtorem & putredinem malæ conuerſationis, & uermé libidinoſæ cogitationis, & illū de quo dicit propheta: Vermis eorū non morit̄. Remi. Sunt Apoſtoli ſal terræ, ideſt hominum terrenorum, qui amando terrā terra vocantur. Hier. Vel Apoſtoli ſal terræ appellantur, quia per illos vniuerſum hominum conditur genus. Chry. ſup. Mat. Doctor. n. cum fuerit omnibus prædictis virtutibus ornatus, tunc eſt quaſi optimum ſal, & totus populus de illo conditur, videndo eū & audiendo. Remi. Et ſciendū quia nullum ſacrificiū offerebatur Deo in veteri teſtamento, niſi prius condiret̄ ſale; quia nullus poteſt laudabile ſacrificiū Deo offerre abſq; ſapore cœleſtis ſapientiæ. Hila. Verū quia conuerſioni hō ſubiacet, iō Apoſtolos ſal terræ nuncupatos monet in traditæ ſibi poteſtatis virtute perſiſtere, cum ſubdit: Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalieť? Hier. i. ſi doctor errauerit, quo alio doctore emendabit̄? Aug. Et ſi vos per quos condiēdi ſunt populi, metu perſecutionum temporaliū amiſeritis regna cœlorū, qui erunt homines per

quos

quos vobis error auferat? Alia litera hēt: Si sal infatuatū fuerit, ostendens fatuos esse iudicandos, qui tpalium bonorū vel copiā sectātes, vel inopiā metuentes amittunt æterna, quæ nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Hila. Si aūt doctores infatuati nil sapiant, & ipsi sensu accepti saporis amisso viuificare nō pñt corrupta, reddunt inutiles. vnde sequitur: Ad nihilū valet vltra, nisi vt mit. foras, & cōcul. ab hoībus. Hier. Exēplum de agricultura scriptū est. Sal.n. vt in condimentū ciborū ad siccandas carnes necessarium est, ita alium vsum nō hēt. Certè legimus in scripturis vrbes quasdā ira victorum sale seminatas, vt germen nullū in ipsis oriret. Gl. Postquā ergo illi qui capita sunt aliorum, defecerint: nulli vsui apti sunt, nisi ad hoc vt mittantur foras ab officio docēdi. Hil Vel ēt de ecclesiæ prōptuarijs profecti pedibus incedentium conterantur. Aug. Non aūt calcatur ab hominibus, qui patitur persecutionē: sed qui persecutionem timendo infatuatur. Calcari.n. non pōt nisi inferior: inferior aūt non est, qui quāuis corpore multa in terra sustineat, corde tamen in cœlo fixus est.

Doctorū laus in duobus consistit.

Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.

Chry. sup. Mat. Sicut doctores pp bonā conuersationē sunt sal quo populus conditur, ita pp verbum doctrinæ sunt lux, qua ignorantes illuminantur, prius aūt est bene viuere, quàm bene docere: & iō postquam Apostolos dixerat sal, consequēter vocat eos lucem, dicens: vos estis lux mundi. Vel quia sal in eo statu tenet, rē ne ad deterius mutetur: lux aūt ad melius perducit illustrando, pp quod Apostoli dicti sunt prius sal pp Iudæos, & pp populum Christianum à quibus Deus cognoscitur quos seruant in Dei scientia: lux aūt pp gentes, quas ad scieniæ lumen perducunt. Aug. Oportet aūt hic mundum, non cœlum & terram, sed hoīes qui sunt in mundo, intelligi, vel qui diligunt mundū, quibus illuminādis Apostoli missi sunt. Hil. Nam.n. luminis est vt lucem, quocunque circunferatur, emittat, illatumq; ædibus tenebras interimat, luce dominante. Igit mundus extra cognitionem Dei positus obscurus tenebatur ignorantiæ tenebris, cui per Apostolos scientiæ lumen inuehitur, & cognitio Dei claret, & de paruis eorum corpusculis quocunq; incesserint, lux tenebris ministratur. Remi. Sicut aūt sol diligit radios suos, ita & dñs qui est sol iustitiæ, direxit Apostolos suos ad effugādas humani gñis tenebras. Chry. in hom. Intellige aūt quam magna eis promittit, vt qui in regione propria cogniti nō erāt, ad fines orbis terrarū eorū veniret, fama nec persecutiones, quas prædixerat eos potuerunt occultare, sed pp hoc magis præclari redduntur. Hier. ne aūt Apostoli abscondantur ob metum, sed tota libertate se prodant, docet eos fiduciā prædicandi, cum consequenter dicit: Non pōt ciuitas abscōdi supra montē posita. Chry. in ho. Per hoc ēt eos docet esse sollicitos de ppria vita, quasi in oculis oīum positos, sicut ciuitas quæ est supra montem posita, vel lucerna super candelabrū lucens. Chr. sup. Mat. Hæc ciuitas Ecclesia sanctorum est, de qua dr: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Ciues eius sunt oēs fideles, de quibus Apostolus: Vos estis ciues sanctorū. Hęc ergo ciuitas posita est supra montem Christum, de quo Daniel: Lapis abscissus sine manib. factus est mōs magnus. Aug. Vel posita est supra mōtem, i. supra magnam iustitiam, quam significat mons in quo disputat dñs. Chry. sup. Mat. Non potest ergo ciuitas abscondi posita supra montem, etiā si ipsa voluerit. Mons enim qui eam portat, facit eam omnibus manifestā: sic & Apostoli & sacerdotes qui fundati sunt in Christo nō possunt esse abscōditi, etiam si voluerint, quia Christus eos manifestat: Hila. Vel ciuitatem carnem quā assumpserat nuncupat, quia in eo per naturam suscepti corporis, quædā humani generis congregatio continetur, & nos per consortium carnis suæ sumus habitatio ciuitatis. Abscōdi ergo nō pōt, quia in altitudine positus celsitudinis Dei admiratione operū suorum offertur oībus cōtemplan-

templan-

Tropologia expositio.

templandus. Chry. sup. Mat. Quare autẽ sanctos suos Christus manifestet, & non sinat eos esse absconditos per alterã comparationẽ ostẽdit, cũ subdit: Neq; accen. lucer. & po. eam sub mo. sed supra candelabrum. Chry. in ho. Vel per hoc quod dixit. Non põt diuitas abscondi, demonstrauit suã virtutẽ. In hoc aũt qđ subdit. Neque accen. lucer. eos inducit ad liberã ꝑdicationẽ ac si diceret. Ego quidẽ lucernam accendi, vestri aũt erit, studiũ eã manere ardentem, nõ solũ propter vos, & propter alios qui illuminabuntur, sed & propter gloriã Dei Chryso. sup Mat. Lucerna est verbũ diuinũ, de quo dictũ est. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Accendẽtes lucernam sunt Pater, & filius, & Spiritus sanctus. Aug Quid aũt putamus dictum esse. Et ponunt eã sub modio? vt occultatio tantum lucernæ accipienda sit, tanquã si diceret: Nemo accendit lucernã & occultat eã: an aliquid ẽt modius significat? vt hoc sit ponere lucernã sub modio, superiora facere corporis cõmoda quã ꝑdicationẽ veritatis. Sub modio ergo lucernam ponit, qui quis lucẽ doctrinæ bonæ cõmodis temporalibus obscurat & tegit. Et bene modius dr̃ res corporalis, siue ꝑꝑ retributionem mensuræ, quia ea quisque recipit quę gessit in corpore: siue quia tẽporalia bona quæ corpore peraguntur circa dierum mensuram quã significat modius inchoantur & transeunt: æterna verò & spiritualia nullo tali fine coercent. Super candelarum autẽ lucernã ponit, qui corpus suum ministerio verbi subijcit, vt superior sit prædicatio veritatis, & inferior seruitus corporis. per ipsam. n. corporis seruitutẽ excellior lucet doctrina, dũ per vocẽ & cæteros corporis motus bonis operibus insinuatur discentibus. Chry. super Mat. Vel modij sunt homines mũdiales; quoniam sicut modij desuper quidẽ vacui sunt, subtus autem pleni: sic omnes mũdi amatores in rebus spiritualibus insensati sunt, in terrenis autẽ sapientes: & iõ quasi modius verbum Dei tenet abscõditum, qñ propter aliquam causam terrenam verbum Dei non est ausus palã proloqui, nec fidei veritatẽ. Cãdelabrum est ecclesia q̃ baiulat verbum vitæ, & omnis ecclesiasticus vir. Hila. Vel synagogã dominus modio comparauit, quæ susceptos fructus intra se tantum receptans certum modium diuersæ obseruantiæ continebat. Ambr. sup. Lucam. Et ideo nemo fidẽ suã intra mẽsurã legis includat, sed ad Ecclesiã cõferat, in qua septiformi Spiritus relucet gratia. Beda in hom. Vel ipse Christus accendit lucernam, qui testam humanæ naturæ flamma suæ diuinitatis impleuit, quã nec credentibus abscondere, nec modio supponere, hoc est sub mẽsura legis includere, vel intra vnius gentis terminos noluit cohibere. Candelabrum Ecclesiam dicit, cui lucernam superposuit: quia nostris in frontibus fidẽ suæ incarnationis affixit. Hil. Vel lucerna Christi ponitur in cãdelabrum, id est, in ligno per passionẽ suspẽsa, q̃ lumẽ æternũ est in Ecclesia habitantibus præbitura. Et ideo dicit: Vt luceat omnibus q̃ in domo sunt. Aug Si quis. n. domũ vult accipere Ecclesiã, nõ est absurdum. Vel domus est ipse mundus, ꝑꝑ id qđ superius ait, Vos estis lux mundi. Hila. Tali ẽt lumine monet fulgere Apostolos, vt ex admiratione operis eorũ, Deo laus impartiat̃, vñ seq̃t: Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra bona. Chy. sup. Mat. Idest sic illuminate docentes, vt non uestra tm̃ audiãt verba, sed vt opera videãt; vt quos illuminaueritis p verbũ quasi lux cõdiatis p exemplũ quasi sales. Per illos aũt doctores q̃ docent & faciunt, magnificatur Deus. nã disciplina dñi ex moribus familię demonstrat̃. Et ideo sequitur. Et glo pa. ve. qui in cœlis est Aug. Si tantummodo diceret; Vt videant opera vestra bona, finem constituisse videretur in laudibus hominũ, quas quęrunt hypocritæ, sed addidit; Et glorifi. pa. uestrum qui in cęlis est, vt hoc ipsum ꝙ homo per bona opera placet hominibus, non ibi finem constituat. sed referat ad laudem Dei; & ꝓpterea placet hominibus vt in illo glorificetur Deus. Hila. Non ꝙ ab hominibus oporteat gloriam quærere, sed vt dissimulantibus nobis opus nostrũ his inter quos viuimus, in honorẽ Dei eluceat.

Christus lucernæ.

Nolites aũt putare qm̃ veni soluere legẽ aut prophetas. Non. n. veni soluere, sed adimplere. Amen.

Amen.quippe dico uobis,donec trāseat cęlū, et terra:iota vnū aut apex vnus nō præteribit à lege donec oīa fiant. Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis,& docuerit sic homines, minim⁹ uocabit̄ in regno cęlor. Qui aūt fecerit et docuerit,hic magn⁹ uocabit̄ in regno cęlorū.

Gl. Postquam hortatus est audiētes vt se præpararent ad omnia sustinēda pro iustitia, & nō absconderent quod accepturi erant, sed ea beneuolentia discerent, vt cæteros docerent, incipit eos informare quid doceant, tanquā si quærerent: Quid est hoc quod non vis abscondi, pro quo iubes oīa tolerari? nunquid aliqd dicturus es extra ea, quæ in lege sunt scripta? Ideo inquit. Nolite.n putare qm̄ veni soluere legē, aut prophetas Chry. sup. Mat. Quod propter duas causas dicit: Primum vt discipulos suos his verbis ad suū prouocaret exemplū: vt sicut ipse omnē legem adimplebat, sic & illi studerent implere. Denique futurum erat vt calumniarent̄ eum Iudæi, quasi legem soluentē: priusq̄ incurrat calumniam calumniæ satisfacit. Remi. Ne aūt putaretur sic venisse, vt simpliciter legem prædicaret, sicut prophetę fecerant, duo dixit: negat se venisse soluere, & affirmat venisse se implere, & ideo addit. Non.n. veni legē soluere, sed adimplere. Aug. In hac aūt snīa duplex est sensus. Nā adimplere legē, aut est addendo aliquid quod minus hēt, aut faciendo qđ hēt. Chry. in ho. Impleuit igitur Christus prophetas, complēdo oīa quæ per eos de ipso fuerant dicta: legē autem, primò quidem nihil transgrediendo legalium: secūdò, iustificando per fidē, quod lex per literam facere non valebat. Aug. cōtra Faustum. Demū ēt quia sub gratia positis in hac mortali vita difficile erat adimplere quod in lege scriptum est: Non concupisces. Ille per carnis suæ sacrificium sacerdos effectus impetrat nobis indulgentiā, ēt hinc adimplēs legē, vt quod per nostrā infirmitatē minus possumus, per illius perfectionē corretur, cuius capitis membra effecti sumus. Puto etiam sic esse accipiēdum quod dicitur: Non veni legē soluere, sed adimplere: his videlicet addita mētis, quæ vel ad expositionem pertinent antiquarū sententiarū, vel ad conuersationē in eis. Aperuit.n. dn̄s ēt iniquū motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputari. Maluit ēt nos dn̄s non iurantes non recedere à verò, q̄ verū iurantes appropinquare piurio. Sed cur ò Manichęi legē non accipitis & prophetas, cum Xps ad eos se non venisse soluere dixit, sed adimplere? Adhoc rn̄det Faustus hæreticus. Quis hoc testatur dixisse Iesum? Matthæus. Qūo ergo Ioannes nō id testat̄, q̄ fuit in Monte: Matthæus hoc scripsit, qui post quā Iesus descendit de monte, secutus est eum? Ad hoc Augustinus rn̄det: Si nemo de Christo vera dixit, nisi qui vidit eū vel audiuit: hodie de eo vera dicit nullus. ¶Cur ergo ex ore Ioannis non potuit vera Matthæus audire de Christo, si ex lib. Ioannis possumus vera loq̄ de eo nos tanto tempore post nati? Hinc.n non solū Matthæi sed ēt Lucę, ac Marci Euangeliū ad non imparē auctoritate receptum est. Huc accedit, quia & ipse dn̄s potuit narrare Matthæo quod egerat, antequā eū vocasset. Apertè aūt dicite non vos credere Euangelio. nam quæ in Euangelio, non nisi quod vultis creditis, vobis potius quàm Euāgelio creditis. Itē Faustus: Probemus & Matthæum hoc non scripsisse, sed aliū (nescio quē) sub nomine eius. Quid.n. dicit? Cū transisset Iesus, vidit sedentē hominē ad teloneum Matthæum nomine. Et quis ergo scribens de seipso dicat vidit hominem, & nō vidit me? Ad quod Aug. Ita Matthæus de se, tanquam de alio scripsit, sicut & Ioannes fecit, dicens: Cōuersus Petrus vidit alium discipulū quem diligebat Iesus. Manifestum est.n. hunc morem fuisse scriptorum, cū gesta narrarent. Item Faustus: Quid ꝙ etiam ex ipso sermone, ꝙ præcepit, non putare quia veniret legem soluere, magis intelligi datur, quia solueret; neq;.n. nihil tale eo faciente, Iudæi suspicari hoc possent. Ad hoc quod Augustinus: Hodie quidē valde infirmū est, non .n. negamus Iudæis non intelligentibus videri potuisse Christū destructorem esse legis & prophetarum. Itē Faustus: Quid ꝙ ēt lex & prophetæ nec adimpletione gaudent, cum in Deuteronomio dicatur; Hæc præcepta quæ mādo tibi obseruabis, nec addas q̄cq̄ eis, nec minuas

Literalis expositio.

Faustus in stat opportunè.

minuas. Ad quod Augustinus: Nō intelligit Faustus quid sit legē implere, cū hoc de uerborū adiectione putat accipiendū. Plenitudo.n. legis charitas est, quā dominus dedit mittendo fidelibus Spiritum sanctum: Impletur ergo lex, uel cū fiunt quæ ibi præcepta sunt, uel cùm exhibētur quæ prophetata sunt. Itē Faustus: Quòd nouum testamentum Iesum condidisse fatemur, quid aliud à destructione fatemur veteris testamenti? Ad quod Augustinus: In ueteri testamento figuræ erant futurorum quas in reb. per Christū præsentatis auferri opportebat, vt eo ipso lex & prophetæ implerentur, in quib. scriptū est, daturum Deū nouū testamentū. Itē Faustus: Hoc igitur si dixit Christus, aut aliud significans dixit, aut quod absit mentiens dixit, aut omnino non dixit: sed Iesum quidem mētitū fuisse nullus dicat: ac per hoc aliter dictum est, aut nec omnino dictū est. me quidē iā aduersus capituli huius necessitudinem Manichæa fides reddit hic tutum, quæ principio mihi nō cunctis quæ ex saluatoris nomine leguntur scripta, passim credere persuasit. Esse enim multa zizania q̄ in contagium boni seminis, scripturis penè omnibus noctiuagus quidam seminator inspersit. Ad quod Augustinus: Manichæus docuit impiam peruersitatem, ut ex Euangelio quod hæresim tuam non impedit huc accipias. quod autem impedit non accipias. Nos autē docuit Apostolus piā præuisionē, vt quisquis nobis annunciauerit p̄ter id quod accepim⁹ anathema sit. Dñs autē exposuit quid sit zizani, non aliqua falsa ueris scripturis immissa, sicut tu interpretaris, sed homines filios maligni. Item Faustus: Cum te Iudæus interpellabat, cur legis & prophetarum pręcepta nō serues, quæ Christus dixit, non se uenisse soluere, sed adimplere: cogeris aut vanæ superstitioni succumbere, aut capitulum profiteri falsum, aut te Christi negare discipulum. Ad quod Augustinus: Nullas ex hoc capitulo catholici patiuntur angustias: quasi legis & prophetarum pręcepta non seruēt: quia charitatem Dei & proximi habēt, in quibus præceptis pendet lex & prophetæ. Et quæcunque ibi rebus gestis, uel Sacramentorum celebrationibus,

Fausti ab utitur verbis Christi.

uel locutionū modis figuratę prophetata sunt, in Christo & Ecclesia cōpleri cognoscunt. Vnde nec vanæ superstitioni succūbimus, nec istud Euangelij capitulū falsū esse dicimus, nec Christi discipulos nos negamus. Qui ergo dicit: Si Christus legē & prophetas non soluisset, illa sacramenta legis & prophetarū in Christianorū celebrationib. permanerent. Potest dicere: si Christus legē & prophetas non soluisset, adhuc promitteretur nasciturus, passurus, resurrecturus: cum ideo magis hoc non soluerit, sed adimpleuerit: quia iam non promittitur nasciturus, passurus, resurrecturus, quod illa sacramenta quodammodo personabāt. Sed annunciatus, quòd natus sit, passus sit, resurrexit: quod hæc sacramenta quæ à christianis aguntur, iam personant. Patet ergo quanto errore delirent, qui putant signis, sacramentisque mutatis etiam res ipsas esse diuersas: quas ritus propheticus pronunciauit promissas, & Euangelicus demonstrat impletas. Item Faustus: Quærendum est si hoc Christus dixit, cur dixerit? vtrum ne compalpandi Iudæorum furoris causa, qui sancta sua ab eo conculcari uidentes, nec audiendum quidem eum existimabant: aut ut nos, qui eis credebamus ex gentibus, instrueret legis subire iugum? Si autem hæc non ei fuit causa dicendi, illa debent esse quam dixi, nec hoc ipsum mentitus est. Sunt enim tria genera legum: unum Hebræorum, quod peccati ac mortis Paulus appellat: aliud Gentium, quod naturale vocat, dicens: Gentes autem naturaliter quæ legis sunt, faciunt. tertium est ueritatis, de qua dixit lex, spiritus uitæ &c. Item prophetæ alij sunt Iudæorum, de quibus notum est: alij gentium, de quibus Paulus dicit: dixit quidem proprius eorum propheta: alij ueritatis, de quibus Christus dicit: Mitto ad uos sapientes & prophetas. Et quidē si obseruationes Hebraicas adimpletionis gratia protulisset, dubium non erat, quin de Iudæorum lege & prophetis dixisset. Vbi uerò sola recenset antiquiora præcepta, id est non occides, non mœchaberis, quæ olim promulgata fuerant per Enoch & Seth, & cæteros iustos, cui non uidetur hoc eum

Valida refutatio Manichæorum.

Refutatio dictorum Fausti.

dixisse de veritatis lege, & prophetis? Vbi verò Iudæorum quædam vitus est nominasse, penitus eradicauit, præcipiendo cōtraria, vt est illud. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ad quod Augustinus: Manifestum est quam legem & quos prophetas Christus nō venerit soluere, sed implere. Ipsa.n. est lex quæ per Moysem data est, nō autem sicut Faustus opinatur, quædam dñs adimpleuit, quæ ab antiquis iustis iam dicta erant ante legem Moysi, sicut: Nō occides. Quædā vero soluit, quę propria uidebantur legis Hebræorum. nos.n. dicimus, & hæc pro tempore benefuisse instituta, & nūc à Christo nō soluta, sed adimpleta, ut patebit per singula. Hoc ēt non intelligebant, qui in ea peruersitate manserunt, ut gentes cogerent iudaizare, hæretici s. qui Nazarei dicuntur. Chr. super Mat. Quoniam uerò omnia quæ ab initio mundi vsque ad finem erant futura, mysticè erant prophetata in lege, ne uideatur aliquid eorū quæ fiunt Deus nō antea cognouisse, proptereà dicit; Nō potest fieri ut transeat cœlum & terra, donec omnia quæ in lege prophetata sunt rebus ipsis fuerint adimpleta, & hoc est quod dicit: Amen quippe dico vobis, donec trāseat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit a lege donec oīa fiāt. Remi. Amen Hebręus sermo est, & latinè dr̄ uerè, fideliter, siue fiat. Duabus aūt de causis hoc sermone utitur dñs, siue ꝑpter duritiam illorum qui tardi erant ad credendum, siue ꝑp credētes, ut profundius attenderent ea quæ sequuntur. Hila. Per hoc autem qđ ait, Donec transeat cęlum & terra, cœlum quidem & terram maxima elemēta non arbitramur esse absoluēda. Remi. Permanebunt enim essentialiter, sed transibunt per renouationem. Augu. Per hoc aūt quod ait: Iota vnum aut unus apex non transibit a lege, nihil pōt aliud intelligi, nisi vehemens expressio perfectionis, quæ per litteras singulas demonstrata est inter quas literas Iota minor est cæteris, quia uno ductu fit. Apex ēt est ipsius aliqua in summo particula q. bus verbis ostendit in lege ad effectum & minima quæq; perduci. Rab. Apertè quoque Græcum Iota & non Ioth Hebręum posuit; quia Iota in numero decem significat, & decalogum legis enumerat, cuius quidem apex, & perfectio est Euangeliū. Chrys. super Mat. Si autem ingenuus homo uel in vili mendacio inuentus fuerit, erubescit; & uir sapiens uerbum quod dixit, non relinquit inuacuum, quomodo verba diuina sine exitu vacua poterant ꝑmanere? vnde concludit; Qui ergo solue. vnum de mādatis istis mini. & docue. sic homi. mini. voc in regno cœlorum. Puto autem ꝙ ipse dominus manifestè hoc respondit, quæ sunt minima mandata, monstrans dicendo: Si quis soluerit unum de mandatis istis minimis, id est, quæ modo dicturus sum. Chrysost. in home. Non.n. pro ueteribus legib. hoc dixit, sed pro his quæ ipse erat præcepturus, quæ quidē minima uocat, licet magna sint. Sicut enim multotiens de se humilia locutus est: ita & de suis præceptis humiliter loquitur. Vel aliter. Chrys. super Mat. Mādata Moysi in actu facilia sunt: Non occides, non adulterabis. Ipsa enim criminis magnitudo uoluntatem faciēdi repercutit, & ideo in remuneratione modica sunt, in peccato autem magna. Mandata autem Christi, id est non irascaris, non concupiscas, in actu difficilia sunt: & ideo in remuneratione magna, in peccato autem minima; igitur dicit ista Christi mandata, non irascaris, non concupiscas. ergo illi qui leuia peccata committunt, minimi sunt in regno Dei, id est, qui iratus fuerit, & grande peccatum non fecerit: a. Pœna quidem securus est, scilicet damnationis ęternæ, non tamen est in gloria, scilicet quam consequuntur illi qui etiam Hæc minima implent.

Mādata quæ dicantur minima.

Augustinus. Vel econtra illa quę præcepta sunt in lege, dicuntur minima; quæ autem Christus dicturus est, sunt maxima Mandata autem minima, significantur per vnum iota & unum apicem. Qui ergo soluerit & docuerit sic, id est secundum quòd soluit, minimus uocabitur in regno cœlorum. Et fortasse ideo non erit, quia ibi nisi magni esse non possunt. Glo. Soluere autem, est non agere quòd rectè quis intelligit, vel non intelligere quę deprauauit, aut minuere integritatem superadditionis Christi. Chryso. in.

hom.

home. Vel cum audieris minimum in regno cœlorum, nihil aliud suspicare quàm supplicium & gehennam. Regnum enim consueuit dicere non solum regni utilitatem, sed tempus resurrectionis & aduentum Christi terribilem. Greg. in hom. Vel per regnum cœlorum Ecclesia intelligenda est, in qua doctor qui soluit mãdatum, minimus uocatur, quia cuius ita despicitur, restat vt eius prædicatio cõtemnatur. Hila. Vel minima dicit domini passionem & crucem, quæ si quis tanquam erubescẽda non confitebitur, erit minimus, id est nouissimus ac penè nullus: cõfitenti verò magnæ in cœlo vocationis gloriam pollicetur. vnde sequitur Qui aũt fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. Hie. Suggillat in hoc pharisęos, qui contemptis mandatis Dei statuebant proprias traditiones; quòd non eis prosit doctrina in populo, si uel paruum quod in lege est destruant. Possumus aũt & aliter intelligere ꝙ magistri eruditio, ét si paruo peccato obnoxia sit, deducat eum de gradu maximo nec prosit docere iustitiã, quã minima culpa destruit; beatitudoq; perfecta sit, quæ sermone docueris, opere cõplere. Aug. Vel aliter. Qui soluerit illa minima, s. præcepta legis, & sic docuerit minimus vocabitur. Qui aũt fecerit illa minima, & sic docuerit, non iã magnus hũdus est, sed tamen non tam minimus quàm ille qui soluit. vt autem sit magnus, facere debet & docere quæ Christus docet.

Mãdata quæ dicantur minima.

Dico autem vobis; quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & pharisęorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo rhaca, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

Hila. Pulcherrimo ingressu opus legis cœpit excedere, aditum in cęlum apostolis, nisi iustitiam pharisæorum anteissent denuncians non futurum, & hoc est quod dicit. Dico.n. vobis. Chrys. super Mat. Iustitiam autem hic dicit uniuersalẽ virtutem, intende autem gratiæ additamentũ. Discipulos.n. suos adhuc rudes, magistris

Expositio literalis.

oli

qui in veteri testamento erãt vult esse meliores. Scribas autem ac pharisæos non dixit iniquos, quia non dixisset eos hr̃e iustitiam. Vide etiam qm̃ hic vetus testamentum cõfirmat, comparationem faciens eius ad nouum plus.n. & minus eiusdẽ generis est; scribarum autem & pharisæorũ iustitiæ, sunt mandata Moysi: per impletiones autem illorum mandatorum sunt mandata Christi. Hoc est ergo quod dicit; Nisi quis supra legis mandata ẽt hæc mea præcepta quæ apud illos minima existimabantur, impleuerit, non intrat in regnum cœlorum. qm̃ illa de pœna liberant quæ scilicet transgressoribus legis debetur non autem in regnum inducunt: hæc autẽ & de pœna liberant, & in regnũ inducũt. Cum aũt sit idem soluere minima mandata & non custodire, quare supra de soluente dicit, ꝙ minimus vocabitur in regno Dei: hic autem de nõ cõseruãte, nõ introibit in regnum cęlorum? Sed vide quia minimum esse in regno, idem est & nõ intrare in regnum. Esse autem aliquẽ in regno, non est regnare cum Christo, sed esse tm̃ in populo Christi, tãquam si dicat de soluente, ꝙ inter Christianos quidem erit tm̃ minimus christianus. Quid autem intrat in regnum, fit particeps regni cum Christo Consequenter & iste qui non intrat in regnum cœlorum, gloriam quidem non habebit cum Christo, erit tamen in regno cœlorum, id est in numero eorum, super quos Christus cœlorum rex regnat. Aug. 9. de ciuit. Dei. Vel aliter. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & pharisæorum, id est super eos, qui soluũt quod docent, quia de his alibi dictum est. Dicunt.n. & non faciunt, ac si dicat: Nisi ita abundauerit iustitia vestra vt vos non soluatis, sed faciatis potius quod docetis, non intrabitis in regnum cœlorum. Alio ergo modo intelligendum est regnum cœlorum, vbi ambo sunt, & ille. s. qui soluit quod docet, & ille qui facit: sed ille minimus, hic magnus: quod quidem regnum cęlorum est Ecclesia præsens. Alio autem modo regnum cęlorũ dr̃ quo non intrat, nisi ille qui facit: & hoc est Ecclesia, qualis in futuro erit. Aug. contra Faustũ. Hoc autem nomen regni cęlorum, quod tam

Regnũ cœlorũ quõ accipiat.

crebro nominat dominus; nescio utrū in libris veteris testamenti quisquam inueniat propriè .n. pertinet ad reuelationem noui testamenti, quod ori eius etiam nominādum seruabatur, quem regem ad regendum seruos suos vetus testamentum præfigurabat. Hic ergo finis quo præcepta referenda sunt, occultus erat in veteri testamento, quamuis secūdum eum etiam tunc viuerent Sancti, qui futuram eius reuelationem videbant. Glo. Vel hoc quod dicit, nisi abundauerit, referēdum est ad intellectum pharisæorum & scribarum, nō ad continentiam veteris testamenti: Aug. con. Faustum. Penè .n. omnia quæ monuit vel præcepit dominus, vbi adgiungebat, Ego autē dico uobis, inueniuntur & in illis ueteri bus libris: sed quia non intelligebant homicidium, nisi p emptionem corporis humani aperuit, dominus omnē iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputari. vnde subdit: Audistis quia dictum est antiquis, non occides. Chry. super Mat. Volens Christus ostendere, quia ipse deus qui aliquando locutus est in lege, & qui nunc mādat in gratia, illud mandatum quod ponitur in lege ante omnia, s. prohibitiua, quæ sunt contra proximum, & nunc ponit in principio mandatorum suorum. Aug. 1. de ciuitate Dei. Non autem q̄ audiuimus, Non occides, virgultum vellere nefas dicimus secūdum Manichæorum errorem, nec de irrationabilibus animalibus dictum intelligimus, quia iustissima ordinatione creatoris, vita & mors eorum nostris vsibus subditur; vnde restat q̄ de homine intelligamus quod dictum est: Non occides, non alterum ergo, nec te. neque enim qui se occidit, aliud quàm hominem occidit. nequaquam autem contra hoc præceptum fecerunt qui auctore Deo bella gesserunt, ac personam gerentes publicæ potestatis iustissimæ rationis imperio sceleratos morte punierunt, & Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus est nomine pietatis, quòd voluit filium obedienter occidere. Hic ergo excipiuntur quos Deus occidi iubet: siue lege data, siue ad personam pro tempore, expressa iussione non autem ipse occidit, qui ministerium dat iubenti; sicut adminiculum gladius vtenti. nec Sanson aliter excusatur, q̄ seipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi q̄ latenter spiritus hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat. Chrys. in home. Per hoc autem q̄d dicit. Dictum est antiquis, ostendit multū tempus esse, ex quo mandatum hoc acceperant. Hoc ergo dicit, vt prouocet tardos auditores ad altiora præcepta; sicut si magister puerum pigritantem ad excellentiorem doctrinam prouocans dicat; Multum tempus consumpsisti in syllabicando, & ideo subdit; Ego autem dico vobis, q̄m omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. In quo considera legislatoris potestatem, nullus enim antiquorum ita locutus est, sed sic: Hæc dicit dominus, quia illi vt serui ea quæ sunt domini annunciabant; hic autem vt filius ea quæ sunt patris, quæ etiam sua sunt. Et illi conseruis prædicabant, hic autem suis seruis legem ponebat. Aug. 9. de ciuita. Dei. Duæ quidem sunt sententiæ philosophorum de animi passionibus. Stoicis .n. non placet huiusmodi passiones cadere in sapiētem; Peripatetici verò has passiones in sapientem cadere dicunt, sed moderata, rationiq́; subiectas; sicut cum ita præbetur misericordia, vt iustitia conseruetur. In disciplina autem christiana non tam quæritur vtrū pius animus irascatur, aut tristetur, sed vnde. Chrysost. super Matthæus. Qui .n. sine causa irascitur, reus erit, qui verò cū causa, non erit reus. nam si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia stant; nec crimina compescuntur. Itaque qui cum causa non irascitur, peccat; patientia enim irrationabilis vitia seminat, negligētiam nutrit: & non solum malos, sed etiam bonos inuitat ad malum. Hieronymus. In quibusdam ergo codicibus additur, sine causa: cęterum in veris definita sententia est, & ira penitus tollitur. Si enim iubemur orare pro persequentibus, omnis iræ occasio tollitur. irascendum ergo non est sine causa, quia ira uiri iustitiam Dei non operatur Chrysostom. super Matth. Sed tamen iracundia quæ cum causa est, non est iracundia, sed iudicium; iracundia. enim propriè intelligitur commotio

Discretio verborum.

tio passionis: qui aũt cum causa irascitur, ira illius nõ est ex passione, ideo iudicare dicitur non irasci. Aug. in libro retrac. Illud etiam dicimus intuẽdum, quid sit irasci fratri suo. quoniam nõ fratri irascitur, qui peccato fratris irascitur. Qui ergo fratri, non peccato irascitur, sine causa irascitur. Augu. 14. de ciui. Dei: Irasci autẽ fratri vt corrigatur, nullus sanæ mentis reprehẽdit: huiusmodi. n. motus de amore boni, & de sancta charitate venientes, vitia dicenda non sunt, cum rectam rationem sequantur. Chry. sup. Mat. Puta autem non de iracundia carnis loquitur Christus, sed de iracũdia animæ: caro. n. non potest obedire, vt non conturbetur. Quando ergo homo irascitur, & non vult facere quod ira compellit; caro eius irata est, animus autẽ eius non est iratus. Aug. Sic ergo in hoc primo est vnum. s. ira sola: in secundo autem sunt duo, scilicet ira & vox quæ irã signat. vnde sequitur: Qui autem dixe. fra. suo rha. reus erit conci. Nonnulli de Græco trahere voluerunt interpretationem huius uocis, putantes pannosum dici racha, quoniam grecè dicitur pãnus rhacos. Probabilius autem est nõ esse vocẽ significãtẽ aliquid, sed indignantis animi motum exprimentem. Has aũt voces grãmatici interiectiones vocant, velut cũm videtur à dolente, heu. Chry. in ho. Vel rhaca est verbum contemptus & vilipensionis. Sicut. n. nos vel famulis, vel iunioribus iniungẽtes dicimus: Vade, tu, dic illi tu: ita & qui Syrorum vtuntur lingua, rhaca dicũt pro tu. Dominus enim & quæ paruissima sunt euellit, & cum honore nobis inuicem vti iubet. Hier. Vel rhaca Hebræum verbum est, & dicitur inanis aut vacuus, quem nos possumus vulgata iniuria, absque cerebro nũcupare. Signanter aũt addidit, Qui dixerit fratri suo. Frater. n. noster nullus est, nisi qui eũdem nobiscum habet patrẽ. Chry. sup. Mat. Indignum autem dicere hominẽ vacuum, qui habet in se Spiritũ sanctum. Augu. In tertio autem significatur tria: ira, & vox, quæ iram significat, & in voce vituperationis expressio. vnde dicitur. Qui autem dixerit fa. re. erit gehen. ignis. Aug. Gradus itaq; sunt in istis peccatis, primò vt vnusquisque irascatur, & motũ retineat corde conceptum. Iam si extorsit uocem non significantem aliquid, sed animi motum ipsa eruptione testantem, plus est quàm si ira surgens silentio premeretur. Sed adhuc plus est si etiam uerbũ proferatur, quod iam certam vituperationẽ designat. Chryso. super Mat. Sicut autem nemo est vacuus qui habet Spiritum sanctum: ita nemo est fatuus qui Christum cognoscit. sed si rhaca, id est quod vacuus, quantũ ad sensum verbi vnũ est dicere fatue & rhaca, sed differunt quantũ ad dicẽtis propositum; rhaca. n. verbum vulgare erat apud Iudæos, quod non ex ira, neque odio, sed ex aliquo motu vano dicebant, magis fiduciæ causa, q̃ iracundiæ, sed si iracundiæ causa non dicitur, quare peccatũ est? quia cõtentionis causa dicitur, nõ ædificationis; si. n. nec bonum verbum dicere debemus, nisi pro ædificatione, quãto magis illud quod in se naturaliter malum est. Augu. Vide etiã nunc tres reatus; iudicij, concilij, & gehennæ ignis; in quibus quosdam gradus factos admonet a leuioribus ad grauiora. nam in iudicio adhuc defensionis locus datur, ad conciliũ autem pertinere videtur sententiæ prolatio, quando inter se iudices conferunt, quo supplicio damnari oporteat; in gehennã verò ignis certa est damnatio & pœna damnari. vnde patet quantum intersit inter iustitiam pharisæorum & Christi; ibi enim occidentem reum facit iudicio, hic autem iratum facit reum iudicio quod horum trium est leuissimum. Raba. Gehennam hic Saluator inferni cruciatum nominat, quam nomen traxisse putant à valle idolis cõsecrata, quæ est iuxta Hierusalem repleta olim cadaueribus, quam & Iosiam contaminasse in libro Regum legimus. Chry. in home. Hic autem primum gehennæ nomen posuit, postquam de regno cœlorum suprà dixerat, ostendens quòd illud dare, est ex suo amore; hoc autem ex nostra desidia. Multis autem hoc graue videtur, si pro solo verbo tantam patiemur pœnam; propter quod quidam dicunt, hoc hyperbolicè dictum esse. Sed timeo ne verbis, hic nosmetipsos decipientes, illic opere vltimum patiamur supplicium. Non ergo æstimes hoc esse onerosum; plures enim

Gradus prædictorũ distinguntur.

Gehẽnæ quæ sit origo.

pœnarum & peccatorum à verbis habent principiũ etenim parua verba multotiens homicidium pepererunt, & ciuitates integras euerterunt. Nec.n. parum æstimes fratrẽ stultum uocare, auferens ei prudẽtiam & intellectum quo homines sumus & ab irrationalibus distamus. Chryso. sup. Mat. Vel reus erit concilio, id est ut sit unus ex concilio eorum qui aduersus Christũ fuerint, sicut Apostoli in suis canonibus interpretantur. Hila. Vel qui Spiritu sancto plenum conuitio uacuitatis insinuat, fit reus concilio sanctorum: contumeliam Spiritus sancti sanctorum iudicium animaduersione luiturus. Aug. Quisquis autem dixerit quo grauiori supplicio punitur homicidium, si gehenna ignis punitur conuitium? cogit intelligi esse differentiam gehẽnarum. Chry. in ho. Vel iudicium & cõcilium sunt pœnæ in pręsenti, gehenna autem pœna futura. Ideo autem iræ iudiciũ apposuit, ut ostendat q͂ non est possibile hominem totaliter esse sine passionibus, sed refrenare eas possibile est: & propterea determinatam pęnam non apposuit, ne uideretur totaliter iram prohibere. Cõsiliũ autem posuit nũc pro iudicio Iudęorum, ne uideatur semper noua inducere. Augu. In istis autem tribus sententijs subauditio verborum intuenda est. Hét.n prima sñia omnia uerba necessaria, ut nihil subaudiatur. Qui irascitur, inquit, fratri suo sine causa secundum quosdam. In secunda verò cum ait: Qui aũt dixerit fratri suo Rhaca subauditur sine causa. Nã in tertia ut ait: Qui autẽ dixerit fatue. duo subaudiuntur, fratri suo, & sine causa. & hoc est unde defenditur q͂ Apostolus Galathas uocat stultos, quos etiam fratres nominat: non enim id facit sine causa.

Exposi-tio litera-lis.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum.

Aug. Si irasci non est fas fratri, aut dicere rhaca, aut fatue, multominus in animo tenere aliquid ut in odium indignatio cõuertatur, & ideo subdit: Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te. Hiero. Non dixit: Si tu habes aliquid aduersus fratrẽ tuũ, sed si frater tuus habet aliquid aduersum te, ut durior tibi reconciliationis imponat necessitas. Aug. Tunc.n. ipse habet aduersus nos, si nos eũ in aliquo lęsimus nam nos aduersus illum habemus, si ille nos læserit, vbi non est opus pergere ad reconciliationem: nõ.n. veniã postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriam, sed tantum dimittas, sicut tibi à domino dimitti cupis, quod ipse cõmiseris. Chry. sup. Mat. Si autem ille te læserit, & prius rogaueris, magnam habebis mercedẽ. Chry. in ho. Sed si qui aliquis propter amorem proximi ei reconciliari non curat, ad hoc eũ inducit, vt saltem eius opus non remaneat imperfectũ, & pręcipuè in loco sacro. unde subdit: Relinque ibi munus tuum ante altare & vade prius recõciliari fratri tuo. Chry. sup. Mat. Ecce à discordantibus accipere non vult sacrificiũ. Hinc ergo perpendite quantũ sit malum discordiæ, pp quod & illud abijcitur, per quod culpa relaxatur. Vide aũt misericordiam Dei, qũo hominum vtilitates amplius aspicit q͂ suos honores: plus.n diligit concordiam fidelium quàm munera. quã diu n. fideles homines aliquam dissensionem habuerint, munus eorum non suscipitur, oratio n. non exauditur. Nemo.n. inter duos inimicos põt esse fidelis amicus amborum: ideo & Deus non vult esse amicus fideliũ quãdiu inter se fuerint inimici. Et nos ergo fidẽ Deo non seruamus si inimicos eius diligimus, & amicos eius odimus: Qualis aũt præcessit offensio, talis debet sequi recõciliatio: si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare: si verbis offendisti, verbis reconciliare, si operibus offendisti, operibus reconciliare. Omne .n. peccatũ qũo committitur, eo modo de ipso pęnitentia agatur. Hillarius: Reconciliata autem humana pace reuerti in diuina iubet in Dei charitatem de charitate hominũ transituros, & ideo sequitur: Et tunc ueniens offeres munus tuum. Augustinus; Si autem quod hic dicitur accipiatur ad literã, fortasse aliqs credit ita fieri oportere si frater sit pręsens. non.n. diutius differri potest cũ munus tuum relinquere ante altare iubearis. Si uero absen-

Concor-diæ bonũ nota-tur.

Exposi-tio ver-borum euange-lij.

ſe, & quod fieri poteſt etiam trans mare conſtituto aliquid tale ueniat in mentē, abſurdum eſt credere ante altare munus relinquendum quod poſt terras & maria pererrata offeras Deo, & ideo prorſus intro ad ſpiritualia refugere cogimur, vt quod dictum eſt, ſine abſurditate poſſit intelligi. Altare itaque ſpiritualiter fidem accipere poſſumus. Munus enim quod offerrimus Deo, ſiue doctrina, ſiue oratio, uel quicquid aliud, Deo acceptū eſſe nō poteſt niſi fide fulciatur. Si ergo fratrē in aliquo læſimus pergendum eſt ad recōciliationem, non pedibus corporis, ſed motibus animi, ubi te humili affectu proſternas fratri in cōſpectu eius cuius munus es oblaturus. Ita .n. & ſi præſens ſit, poteris eum non ſimulato animo lenire, ueniā poſtulando, atq; inde veniēs, id eſt intētionē reuocās ad id quod agere cœperas, offeras munus tuum.

Eſto conſentiens aduerſario tuo citò dum es in uia cum eo, ne forte tradat te aduerſarius iudici & iudex tradat te miniſtro, & in carcerē mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem.

Hila. Quia nullum tempus vacuū affectuum placabilitatis dominus eſſe permittit, citò in vitæ noſtræ via reconciliari nos aduerſario præcepit, ne in mortis tempus non inita pace tranſeamus, & ideo dicit: Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dū es cum eo in via, ne ſorte tradat te aduer. Iudici. Hier. Pro eo quod nos habemus in latinis codicibus conſentiens, in græcis ſcriptū eſt ſynocon, quod interpretatur beniuolus aut benignus. Aug. Sed videamus quis ſit aduerſarius, cui iubemus eſſe beniuoli: aut .n. diabolus eſt, aut homo, aut caro, aut Deus, aut præceptum eius. Sed diabolo non uideo qualiter iubeamur eſſe beneuoli aut conſentientes. ubi .n. beneuolentia, ibi amicitia: nec quiſquam dixerit amicitiam cum diabolo eſſe faciendam, neque concordare cum illo expedit, cui ſemel renūciando bellum indiximus; neq; conſentire illi debet, cui ſi nunquam conſenſiſſemus, nunquam in iſtas incidiſſemus materias. Hier. Quidam tñ dicunt à ſaluatore præcipi, vt ſimus beneuoli erga diabolum, ne faciamus eum pœnam ſuſtinere pro nobis, quem dicunt pro nobis eſſe torquendum; ſi ei conſenſerimus vitia ſuggerenti. quidam cautius diſputant, in baptiſmate ſingulos pactū inire cum diabolo ei abrenunciando. Si ergo ſeruauerimus pactū, beneuoli & conſentientes ſumus aduerſario, & nequaquā in carcerem recludēdi. Aug. Non aūt video quomodo accipiam ab homine nos iudici tradi, ubi Chriſtū iudicē intelligo, ante cuius tribunal oēs exiberi oportet. Quomodo ergo iudici traditurus eſt, qui ante iudicē pariter exhibeti? & ēt ſi occidēdo quis nocuerit homini, nō erit iā tēpus quo cōcordet cū eo in uia, id eſt in hac vita nec tū ideo non ſanabiē pœnitēdo. Carni vero multo minus video qūo cōſentiētes eſſe iubeamur, magis .n. peccatores ei conſentiunt; qui vero eam ſeruituti ſubijciunt, non ei conſentiunt, ſed eā ſibi conſentire cogunt. Hier. Quomodo ēt in caro mittēda erat in carcerē ſi animæ non conſenſerit, cum & anima & caro pariter recludendæ ſint, nec quicquam poſſit caro facere, niſi quod animus impetrauerit? Aug. Fortaſſis ergo iubemur ideo cōſentire, quia peccando receſſimus, ut aduerſarius noſter dicere poſſit, dum nobis reſiſtit: Deus .n. ſuperbis reſiſtit. Quiſquis ergo in hac vita non fuerit reconciliatus Deo per mortem filij eius, tradetur ab illo iudici, id eſt, filio cui pater iudicium dedit. Qūo aūt pōt rectè dici homo eſſe in uia cum Deo, niſi quia Deus ubiq; eſt? aut ſi non placet dici impios eſſe cum Deo qui vbiq; præſto eſt, ſicut non dicimus cæcos eſſe cū luce quæ eos circumfundit. Vnū reliquū eſt, vt hic aduerſarium præceptum Dei inteligamus, quod aduerſatur peccare uolentibus, & datum eſt nobis ad hanc vitā vt ſit nobiſcum in uia, cui oportet nos cōſentire citò legendo, præaudiendo, deferendo ei culmen auctoritatis. vt quod aliquis itelligit, non oderit propter hoc quod aduerſatur peccatis ſuis, ſed magis diligat propter correctionem. Quod verò obſcurū eſt, oret vt intelligat. Hier. Sed ex præcedentibus manifeſtus eſt ſenſus, quod dominus nos ad concordiam proximi cohortatur. nam ſuprà dictū eſt Vade recon. fra. tuo. Chry. ſup. Mat. Feſtinat .n. dominus vt ad amicitiam feſtinemus inimicorum noſtrorum quandiu vi-

Præceptum Dei eſt aduerſarius noſter.

uimus in hac vita, sciens q̃ periculosum est si unus ex inimicis, pace non facta mortuus fuerit. Si .n. inimicantes per mortem ieritis, ante iudicem tradet Christo, conuincens te reum iudicio eius. Tradet auté te iudici, etiam si te priùs rogauerit: qui .n. rogat priùs inimicum, reum facit eum ante Deum. Hila. Vel aduersarius tradet vos iudici, quia manés in eũ simultatis vestræ ira vos arguit. Aug. Iudicé intelligo Christum: pater .n. omne iudicium dedit filio. Ministrũ aũt intelligo Angelum. Et Angeli, inquit, ministrabant ei, & cum Angelis suis venturum credimus ad iudicandum: vnde sequitur: Et iudex tradat te ministro. Chry. Vel ministro, id est Angelo pœnarum crudeli, & ille mittet te in carceré gehennæ, vnde sequitur: Et in carcerem mittaris. Aug. Carcerem autem intelligo pœnas videlicet tenebrarum. & ne quis illum carcerem contémneret, sequitur: Amé dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Hiero. Quadrans genus nummi est, quod habet duo minuta. hoc est ergo: Non egredieris de carcere, donec etiã minuta peccata persoluas. Aug. Aut enim pro eo positũ est, q̃ nihil relinquitur impunitũ sicut cũ volumus exprimere aliquid ita exactũ, vt nihil relinquatur, dicimus vsq; ad fęcé. Vel significãtur sub noie quadrantis nouissimi terrena peccata. Quarta enim pars elementorum huius mũdi & ea nouissima terra inuenitur. In hoc aũt quod dictũ est, Soluas, significatur pœna æterna, sicut positum est Donec, vbi dictũ est, Sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos sub pedibus tuis. Non .n. cùm fuerint inimici sub pedibus positi, desinit regnare: ita & hic accipi põt, Nõ exies inde, donec solueris nouissimũ quadrãté, semper nõ exiturũ: quia soluet semper nouissimum quadranté dum sempiternas pœnas peccatorũ terrenorũ luit. Chry. super Mat. Vel siquidem in hoc seculo si pacem feciſses etiã grauissimi operis poteris accipere indulgentiã: si auté semel condénatus fueris, missus in carcerem nõ solum de grauibus peccatis, sed etiam de verbo ocioso, quod põt significari per quadrantem, exigétur a te supplicia. Hil. Qui a.n. charitas plurimum peccatorũ tegit, nouissimũ pęnæ quadrãtẽ soluemus, nisi precio ipsius culpa criminũ redimat. Chry. sup. Mat. Vel angustiæ huius mũdi appellãtur carceres, in quas plerũq; peccãtes mittuntur à Deo. Chry. in ho. Vel loquitur hic de iudicibus, qui sunt in mundo isto, & de via q̃ est ad hoc iudicium, & de carcere isto: ut nõ solũ a futuris, sed a præsentibus auditoré inducat, quæ sunt ante oculos, & magis cõsueuerũt mouere, sicut & Paulus dicit; Si male feceris, time potestatem; non .n. sine causa gladium portat.

Quadrantis valor.

Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.

Chry. in ho. Postquam dominus primũ mandatum adimpleuit. s. Non occides, ordinatè procedit ad secundum. Audistis quia dictum est antiquis; Non mœchaberis. Aug. de 10 chordis, id est non ibis ad aliquam aliam præter uxorem tuam. si .n. hoc exigis ab vxore, non vis hoc reddere vxori, cũ debeas in virtute præcedere vxorem. Turpe autem est vt vir dicat non posse fieri quod fœmina facit, vir non potest? Noli autem dicere: Vxorem non habeo, ad meretricem pergo, nec hoc præceptum violo, quod dicit: Non mœchaberis. iam enim nosti precium tuum, iam nosti quod manduces, quod bibas. Abstine ergo te à fornicationibus. Cum enim imaginé Dei, quod es tu, corrumpis per fornicationes & defluentias, libidinis, ipse etiam dñs qui scit quid tibi vtile sit, hoc præcepit, ne per illicitas voluptates corruat templum eius quod esse cœpisti. Augu. contra Fau. Sed quoniam putabant pharisæi tantummodo corporalem cum feminã illicitam commixtionem uocari mœchiã, demõstrauit dominus talem concupiscentiam nihil aliud esse dicens; Ego autem dico uobis, quia omnis qui ui. mulie. ad cõcupi. eam, iam mœcha. est eam in corde tuo. Quod autem lex præcipit, non concupisces vxorem proximi tui, uidebatur Iudæis intelligendum esse de ablatione, non de concubitu. Hiero. Inter passionem, & propassionem hoc interest, quòd passio reputatur pro uitio, propassio & si uitij culpam habet, tñ non tenetur in crimine. Ergo qui vide-

Imago hic capitur pro similitudine.

viderit mulierē, & animæ eius fuerit titillata, hic pro passione percussus est. Si ergo cōsenserit, de pro passione transiuit ad passionē: & huic non voluntas peccati est, sed occasio. Quicunque igitur uiderit ad concupiscendū, i. si sic aspexerit ut cōcupiscat, & facere disponat, iste rectè mœchatus dicitur in corde suo. Aug. Nam tria sunt quibus impletur peccatum scilicet suggestio, quæ per memoriā fit, siue p corporis sensus: q si frui delectauerit, delectatio illicita refrenanda est. si autem consensio facta fuerit, plenum peccatum est. fuerunt añ delectatio ante consensum vel nulla est, uel tenuis, cui cōsentire peccatum est. Si autem & in factum processerit, uidetur satiari & extingui cupiditas. Sed postea cum suggestio repetitur, maior accenditur delectatio, quæ adhuc minor est, quam illa, quæ in consuetudinem uertitur, quā uincere difficile est. Gre. in 21. Mora. Quisquis vero incautè exterius respicit, plerunque in delectatione peccati cadit, atque obligatus desiderij incipit uelle quod noluit: ualidum nanque est quo caro deorsum trahit, & semel species formæ cordi per oculos alligata uix magni luctaminis manu soluit. Prouidendum ergo nobis est, quia intueri non debet, quod non licet concupisci. Vt enim munda mens in cogitatione seruetur: à lasciua uolupeatis suę deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. Chry. in ho. Si ergo continuè velis oculos pulchris faciebus infigere, capieris omnino: & si bis vel ter fortasse possis continere, nō enim ex extra humanam naturam. Qui autem flammam semel accendit (etiam visa muliere) absente format apud se imaginem turpium actionum, à quibus multotiens procedit ad opus. quòd si aliqua se ornando oculos hominum ad se attraxerit, etiam si nulli plagam intulerit, pęnam patietur extremam: venenum enim confecit, & si nullus qui bibat inuētus sit. Quod autem uiris dicit, hoc etiam ad fœminas loquitur, capiti enim loquens, & corpori persuadet.

Peccatū tribus cōsummatur.

Valida censura lasciuarum mulierum.

Imago hic capitur pro similitudine.

Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proiice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unū mēbrorū tuorū, quā totum corpus tuū mittatur in gehennam ignis. Et si dextra manus tua scādalizat te, abscinde eam, & proiice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorū tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.

Glo. Quia non solum peccata uitanda sunt, sed & occasiones peccatorum tollendę. Postquam docuit uitare mœchiæ peccatum, non solum in opere, sed etiam in corde, consequenter docet occasiones peccatorum abscindere, dicens: Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te. Chry. sup. Mat. Sed si secundum Prophetam nō est sanitas in carne nostra, quot membra quis habet debet ascindere; ut secundum malitiā carnis sufficiat pœna membrorum. Sed uideamus si sic possibile est intelligere de oculo corporali uel manu. sicut totus homo cū conuersus fuerit ad Deum mortuus est peccato, sic & oculus cum desierit malè aspicere, aiectus est peccato, sed neque sic conuenit. Si enim dexter oculus scandalizat, sinister quid facit? nunquid contradicit dextro, vt quasi innocens reseruetur? Hiero. In dextro ergo oculo & dextra manu, & fratrum, & vxoris, & liberorum, atque affinium, & propinquorum innuitur affectus; quem si ad contemplandam veram lucem nobis impedimento cernimus, debemus, truncare huiusmodi portiones. Aug. Quem admodum autem in oculo contemplatio, sic in manu actio rectè intelligitur: per oculum autem intelligimus dilectissimum amicum. solet enim ab eis qui vehemēter volunt exprimere dilectionem suam ita dicit. Diligo eum ut oculum meum. Oportet autem intelligi per oculum amicum consiliarium, quia oculus iter demōstrat. Quod autem additum est, dexter, fortasse ad augendam vim dilectionis valet: dextrum .n. oculum homines magis formidant amittere. Vel quia dexter est, intelligitur consiliarius in rebus diuinis: sinister autem oculus est cōsiliarius in rebus terrenis. ut sic ille sit sensus: Quicquid illud est quod ita diligis, ut p dextro oculo habeas, si scādalizat te, idest si impedimento est tibi ad uerā beatitudinem, eijce eum, & proijce abs te. De sinistro autem scandalizante superfluum, erat dicere, quandoquidem nec dextro parcendum est. Dextra autem manus accipitur dilectus adiutor in diuinis operibus: sinistra autem in operibus quę huic uitę & corpori

Tropologica positio.

corpori sunt necessaria. Chry. sup. Mat. Vel aliter vult Christus, ut non solú de piculo nostri peccati curemus sed etiá ne ad nos ptinentes turpe aliquid agát: ut puta si habes aliqué amicú qui res tuas bene aspicit, quasi proprius oculus, aut q. procuret res tuas quasi ppria manu, si eú agnoueris aliqd turpiter agere, pijce eú lógè abs te, quia scádalizat te. quia nó solú pro nostro peccato, sed et proximorú quos prohibere possumus, dabimus rationé. Hila. Fit ergo innocétiæ gradus celsior; carere.n. nó solet proprijs vitijs, si extrinsecus incidentibus admonemur. Hier. Vel aliter: Quia supra de concupiscentia mulieris dixerat, rectè nunc cogitationem & sensum in diuersa uolitanté oculú nuncupauit: per dexteram autem & cæteras corporis partes voluntatis ad effectum initia demostratur Chry. sup. Mat. Oculus enim iste carnalis, speculú est interioris oculi. Habet autem & corpus suum sensum quod est oculus sinister, & appetitum, quod est manus sinistra. partes autem animæ, dextræ vocantur, quoniam in libero arbitrio anima est creata, & sub lege iustitiæ ut rectè videat & agat. Pars autem corporis quæ non habet liberum arbitrium, & est sub lege peccati sinistra dicitur Nó auté carnis sensum uel appetitú præcidere iubet desideria enim carnis retinere possumus, vt non faciamus quod desiderat caro, præcidere auté non possumus vt non desideret. Quando auté ex proposito volumus malum & cogitamus, tunc dexter sensus & dextera voluntas nos scandalizat, & ideo hic præcidere iubet. Possunt enim præcidi propter arbitrij libertatem. Vel aliter. Omne bonum generaliter quod nos vel alios scádalizat, præscindere debemus à nobis, sicut si uisito aliquam mulierem causa religionis, bonus respectus est oculus dexter: sed si assidue uisitans decidi in laqueú desiderij eius, uel ét quidé uidentes scandalizantur, dexter oculus scandalizat, quod bonú est scandalizat. Oculus.n. dexter est bonus aspectus, idest intétio, manus dextere bona uoluntas. Glo. Vel oculus dexter est uita contéplatiua, quæ scádalizat in desidiam mitédo vel arrogantiá, uel quum ex infirmitate contemplari ad purum nó

Oculus speculo cóparatur.

Moralis expositio.

videmus. Dextera aút manus est bona operatio uel uita actiua, q. scandalizat, dú per seculi frequentiá & occupationis tædio illaqueamur. Si quis ergo nó potest frui contéplatiua, nó torpeat otio ab actiua, uel nedú occupatur actib. arescat ab interna dulcedine. Rem. Sed quare eijciédus sit dexter oculus, & dextera manus abscindenda, manifestat cum subdit: Expedit.n. Chry. sup. Mat. qm.n. alter alterius mébra sumus, melius est, ut sine vno tali membro saluemur, quàm ut volentes tales habere & ipsi pereamus cú eis. Vel melius est, ut sine vno respectu aut uno bono opere saluemur, quàm dú omnia opera bona volumus facere cum omnibus pereamus.

Dictum est autem, quicunque dimiserit vxoré suá, det ei libellum repudij. Ego auté dico uobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit, eam mæchari: & qui dimissam duxerit, adulterat.

Glo. Docuerat superius dominus alienam vxorem nó esse concupiscendam: cósequenter hic docet suam non esse dimittendam; dicens: Dictum est autem, quicunque dimiserit vxo. suam, det illi liber. repudij Hiero. In posteriori parte istum locum plenius dominus & Saluator exponit, quod Moyses libellum repudij dari iusserit propter duritiam cordis maritorú, nó dissidiú concedens, sed auferens homicidiú. Chry. super Mat. Quando enim Moyses filios Israel eduxit de Aegypto, genere quidé erant Israelitæ, morib. auté Aegyptij. propter mores Gentilium contingebat, ut vir odiret vxorem: & quia dimittere illa non permittebatur, paratus erat interficere eam, aut assidue affligere, ideo iussit dari libellum repudij: nó quia bonum erat, sed quia remedium erat mali peioris. Hila. Sed dominus æquitaté in omnes cócilians, manere eam maximè in coniugiorum pace præcepit. unde subdit. Ego autem dico uobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam &c. Aug. cótra Faustum. Quod hic præcepit dominus de uxore non dimittenda, non est contrarium ei quod lex præcepit, ut manichæus dicebat, neq; enim ait lex: Qui uoluerit dimittat uxoré, cui esset contrarium nó dimittere, sed utique nolebat dimitti uxoré à uiro,

Occasio diuortij apud Hebræos.

qui

qui hãc interposuit morã, ut in dissidium animus pręceps libelli conscriptione refractus obsisteret, præsertim quia vt perhibẽt apud Hebręos scribere literas Hebręas nulli fas erat, nisi Scribis soli q excellẽtiorem ꝓfitebant scientiã. Ad hos igitur lex mittere uoluit eũ quẽ iussit libellũ dare repudij, si dimisisset uxorem: qui inter ipsum & uxorem pacificè agendo cõcordiã suaderẽt, & libellũ nõ scriberẽt, nisi iã animo nimis peruerso cõsiliũ cõcordię nõ ualeret. Sic ergo neque primorum hominũ legem per uerborum additamenta implevit, neque illam quæ per Moysen data est, quasi cõtrariorum oppositione destruxit, ut Manichęus dicebat, sed potius omnia ex Hebræorum lege commemorata ita cõmendauit, ut quicquid ex persona sua insuper loqueremur, uel ad expositionẽ requirendam ualeret, si quid illa obscurè posuisset, uel ad tutiùs obseruandũ quod illa uoluisset. Aug. de sermo. do. in mon. Qui ergo dimittendi morã quæsiuit, significauit quantũ potuit duris hominibus se nolle dissidium. Dominus ergo ad illud cõfirmandum, ut nõ facilè uxor dimittatur, solã causam fornicationis excepit dicẽs: Excepta causa fornicationis, cęteras uerò uniuersas molestias si quæ forte extiterint, iubet pro fide coniugali fortiter sustineri. Chry. sup. Mat. Si enim extraneorum uitia supportare debemus dicente Apost. In uicem onera uestra portare, quanto magis uxorum. uir autem Christianus nõ solum se inquinare non debet, sed nec aliis inquinandi occasionem ꝓbere, alioquin illorũ crimen ad istius redundat peccatum, qui aliis cõmittendi criminis factus est causa. Qui ergo dimittẽs vxorẽ, occasionẽ dedit adulteriorũ cõmittendorũ, vt & illa adulteretur in alterũ, & alter in illã, pro adulteriis huiusmodi cõdẽnatur: & ideo dicit, ꝙ qui dimiserit vxorẽ suã, facit eam mœchari. Aug. de ser. dom in mon. Vlterius ẽt mœcum dicit virum, qui eã duxerit, quæ dimissa est à viro, i. p libellum repudij, & ideo subditur: Et qui dimissam duxerit, adulterat. Chry. in hom. Non. n. dicas qm̃ vir suus eã dimisit, quia ẽt postquã dimissa est, remanet dimittentis vxor. Aug. de serm. do. Huius aũt rei Apostolus terminũ ostendit, qui tandiu obseruandũ dicit, quã diu vir eius uiuit. Illo aũt mortuo dat nubẽdi licentiã. Si aũt non conceditur alteri nubere mulieri, uiuente viro à quo recessit, multò minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere: neque etiam contra istud pręceptum quo dominus dimitti coniugem uetat, facit, qui cũ ea non carnaliter, sed spiritualiter viuit, cum non eam dimittat. Beatiora nanq; sunt coniugia eorum qui inter se pari consensu continentiam seruant. Oritur autẽ hic quæstio cum dominus causa fornicationis permittat dimitti vxorem, qualiter hic intelligẽda sit fornicatio, utrum ut eam fornicationem credamus dictam, quæ stupris cõmittitur, an quemadmodum scripturæ solent fornicationẽ uocare omnem illicitam corruptionem, sicut est idololatria, uel auaritia, & omnis tam trãsgressio legis per illicitam cõcupiscentiam? Sed scilicet secundum Apostolum, ut dimittatur cõiunx infidelis, quamuis melius sit non dimittere, & tamen non licet secundũ præceptũ domini ut dimittatur cõiunx, nisi causa fornicationis: fornicatio est etiam ipsa infidelitas. porro si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia idololatria, non est dubitandum & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo iam quãlibet illicitam concupiscentiam potest rectè à fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Augu. in lib. Retra. Nolo tamen putare lectorem in re tam difficili istam sibi disputationem nostram debere sufficere, non enim omne peccatum fornicatio est spiritualis. Neq; enim omnẽ peccantem Deus perdit, qui quotidie sanctos suos exaudit, dicentes: Dimitte nobis debita nostra, cum perdat omnem qui fornicatur ab eo: utrum etiam propter hanc liceat dimittere vxorẽ, latebrosissima quæstio est, licere tamen propter istam, quę in stupris, cõmittitur nulla quæstio est. Aug. in lib. 84. quæst. Si enim aliquis asserat solam illam fornicationem dominũ admittere ad causam relinquẽdæ coniugis, quæ concubitu illicito perpetratur, potest dicere dominum de utroque fidei dixisse, ut neutri liceat alterum relinquere, nisi causa fornicationis. Aug. de ser. dom. Non autem

Occasio diuortij apud Hebræos

Quæstio uentilatur.

autem tantum fornicanté vxoré dimittere conceditur, sed quisquis eá quoq; vxoré dimittit à quo téporeipse cogitur fornicari, causa fornicationis vtiq; dimittit, non tantum illius, sed & suæ: illius, quia fornicatur: suæ, ne fornicetur. Augu. de fide & operibus. Eodem etiam modo eam rectissimè dimittit si viro suo dicat: nó ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias cógreges, aut si quid aliud, vel flagitiosum, vel facinorosum in viro monuerit. Tunc.n.ille cui hoc uxor dicit, si veraciter pęnitens est, membrum quod eum scandalizat amputabit. Aug. de ser. do. in mon. Nihil aút est iniquius quàm fornicationis causa vxorem dimittere, si & ipso conuincitur fornicari: occurrit enim illud in quo alterum iudicas te ipsum condénas. De eo autem quod dixit: Et qui di. dux. adul. pôt quęri, verum sicut mœcatur ille qui eá duxit, sic & illa quá ducit; iubetur.n. ab Apostolo & illa manere innupta, aut vltro reconciliari. Sed tñ si discesserit à viro, multú interest verum dimittat, an dimittatur: si.n. ipsa virum dimiserit & alteri nupserit, videtur cupiditate mundi cóiugij virum priorem reliquisse, quæ adulterina cogitatio est, sed si dimittatur à viro inueniri non potest qûo cum vir & mulier pari cósensu misceantur, unus eorum mœchatus sit, & non alter. Huc accedit, quia si mœchatur ille ducédo eá quæ dimissa est à viro, ipsa facit eú mœchari, qđ hic dominus vetat.

Casus resoluitur.

Iterú audistis quia dictú est antiquis, non periurabis, reddes auté domino iuraméta tua. Ego auté dico vobis non iurare omnino, neq; per cælum, quia thronus Dei est: neque per terrá, quia scabellú est pedum eius. neq; per Hierosolimam quia ciuitas est magni regis. neq; per caput tuú iuraueris: quia non potes vnum capillú albú facere aut nigrum. Si auté sermo vester est, est, nó non; quod autem his abundantius est, a malo est.

Glo. Docuerat suprà dominus non esse iniuriam proximo inferendá, prohibendo iram cum homicidio, concupiscentiam cú adulterio, & dimissionem vxoris cú libello repudij. nunc autem cósequenter docet ab iniuria Dei abstinédum cú prohibet nó solum periurium tanquàm malum, sed ét iuramentum tanquam mali occasionem. unde dicit: Iterum audi. quia di. est an. nó periu. Dicitur.n in Leui. Nó periurabis in nomine meo, & ne creaturas facerent sibi Deos, pręcipit reddere Deo iuramenta, & non iurare per creaturas: vnde subditur. Red. auté do. iur. tua, idest si iurare contigerit, per creatorem iurabis, nó per creaturam. vnde dř in Deut. Dominum Deú tuú timebis, & per nomen eius iurabis Hier. Hoc autem quasi paruulis fuerat lege concessum, vt qûo victimas imolabant Deo, ne eas idolis imollarent, sic & iurare permitterétur in Deú non ꝙ rectè hoc facerent, sed ꝙ melius esset Deo hoc exhibere quàm dæmonijs. Chry. sup. Mat. Nemo.n. frequenter iurat, qui non aliquando periuret: sicut qui fecit cósuetudinem multa loqui, aliquando loquitur importuna. Aug. con. Fau. Quia verò periurare graue peccatú est, longius autem remotus est à periurio qui nec iurare consueuit, quàm qui verum iurare procliuis est: maluit nos dominus non iurantes non recedere à vero, quá verum iurantes appropinquare periurio. vnde subdit: Ego autem dico vobis non iurare omnino. Aug. de ser. do. in mó. In quo pharisæorum iustitiam, quæ est nó peierare confirmat: non n. potest peierare qui non iurat, sed quoniam ille iurat qui adhibet Deum testem, considerandum est ne contra hoc pręceptum domini Apostolus fecisse videatur: quia sæpe hoc modo iurauit, cum dicit: Quæ scribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior, & testis est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo, nisi fortè quis dicat tunc cauendam esse iurationem cum aliquid dicitur, per quod iuratur ut non iurauerit. quia non dixit per Deum, sed dixit testis est mihi Deus, ridiculum est hoc putare, sed tamen etiam sciat hoc modo iurasse Apostolornm, dicentem. Quotidie morior propter gloriam vestram fratres. Quod ne quis ita existimet dictú tanquam si diceretur: Vestra gloria me fecit quotidie mori. Græca exéplaria dijudicát, in quibus ꝙ scriptú est non nisi à iurante dicitur. Aug. contra menda. Sed pleraq; verbis intelligere non valente, in sanctis sanctorú colligimus quéadmodum oporteat accipi ꝙ facilè in aliam parté duceretur, nisi exemplis reuocaretur iurauit Apost. in epistolis suis, & sic ostendit quomodo

Iuraméta apostoli exponunt.

accipiendum est, quod dictum est: Di.autē vo.non iu.om.ne.ſ.iurando ad facilitatem iurandi ueniatur: ex facilitate autem iurandi ad conſuetudinē: à conſuetudine in periurium decidatur. Et ideo non inuenitur iuraſſe niſi ſcribēs, ubi conſideratio cautionē nō habet linguā præcipitē, & tamen dominus omnino ait nō iurare. non n.conceſſit vt id liceret ſcribētib. ſed quia præcepti uiolati reū Paulū præſertim in epiſtolis conſcriptis nefas eſt dicere, intelligendū eſt illud quod poſitū eſt, omnino ad hoc poſitum ut quātū in te eſt, nō affectes, ubi quaſi pro bono cū aliqua delectatione appetas iuſiurandū. Au.contra Fau. In præſcriptis ergo ubi eſt conſideratio maior, pluri b.locis Apoſtolus iuraſſe inuenitur: ne quiſquā putaret etiā uerū iurādo peccari, ſed potius intelligeret humanæ fragilitatis corda nō iurando, tutius à periurio conſeruari. Hiero. Denique cōſidera, quod hic Saluator nō per Deū iurare prohibuit, ſed per cęlū & terrā, & per Hieroſolymā, & p caput tuū. hanc.n.per elemēta iurandi peſſimā conſuetudinē ſemper habere iudæi noſcuntur. qui autē iurat, aut ueneratur, aut diligit eum per quē iurat, Iudæi autem per Angelos & vrbē Hieruſalem, & tēplum, & elementa iurantes: creaturas uenerabantur Dei honore, cum in lege præceptum ſit, ut non iuremus niſi per dominū Deum noſtrum. Aug. in ſer. do.in mon. Vel ideo additum eſt: Neque per cœ.&c.quia Iudæi non putabant ſe teneri iuramento ſi per iſta iuraſſent, ac ſi dicat: Cum iuras per cęlum & terram, nō te arbitreris nō debere domino iuſiurandū tuum: quia per eum iurare conuinceris, cuius cęlū thronus eſt, & cuius terra ſcabellum eſt. quod nō eſt ſic dictū quaſi habeat Deus collocata membra in cœlo & in terra, ut nos cum ſedemus, ſed illa ſedes Dei iudicium ſignificat. Et quoniā in hoc uniuerſo mundi corpore maximam ſpeciē cęlum habet, ſedere in cęlo dicitur, tanquā præſtantior ſit excellēti pulchritudine uis diuina terramq; dicitur calcare, quòd minimam ſpeciem ordinet in extremis. Spiritualiter autē ſanctas animas cęli nomine ſignificat, & terræ peccatorem, quoniā ſpiritualis omnia iudicat. Peccatori autē dictum eſt: Terra es, & in terrā ibis. Et qui in lege manere uoluit, ſub lege ponit, & ideo cōgruēter dicitur: Scabellū pedū ei⁹. Sequitur: Neque propter Hieroſolymam quia ciuitas eſt magni regis: quod melius dicitur, q̄ diceret mea, cum tamen hoc dixiſſe intelligatur. Et quia ipſe utiq; eſt dominus: dño iuſiurandum debet qui per Hieroſolymā iurat. Sequitur: Neque per caput tuū iuraueris. Quid.n.poterat quiſquā magis ad ſe pertinere arbitrare q̄ caput ſuū? Sed qūo noſtrū eſt, ubi poteſtatē faciendi vnū capillū albū, aut nigrū nō habemus? Propter quod dicitur: Quia nō potes vnū capillū albū facere aut nigrū. Ergo Deo debet iuſiurādū quiſquis etiā per caput ſuum iurare uoluerit, & hinc etiam cætera intelliguntur. Chry. in ho. Attendite autem quòd elemēta mundi extollit, non ex propria natura, ſed ex habitudine quam habent ad Deum, ne idololatriæ daretur occaſio. Raban. Qui autem iurare prohibuit, quomodo loqui oporteat docuit, dicēs: Sit autem ſermo veſter eſt eſt, non non, ideſt quod eſt, ſufficiat dicere eſt: quod non eſt, ſufficiat dicere non eſt. Siue ideo dicit bis eſt eſt, non non, ut quod ore affirmes, operibus probes: & quod uerbis negas, factis non confirmes. Hila. Vel aliter In fidei ſimplicitate uiuentibus iurare opus non eſt, cum quibus ſemper quod eſt eſt quod non non: & per hoc eorū & opus & ſermo omnis in uero eſt. Hiero. Euangelica igitur veritas non recipit iuramentum, cum omnis ſermo fidelis iuſiurandū ſit. Augu. Quapropter qui intelligit non in bonis, ſed in neceſſarijs iurationem habēdam, refrenet ſe quantum poteſt, ut nō ea utatur niſi in neceſſitate, cum uidet pigros eſſe homines ad credēdum quod utile eſt credere, niſi iuratione firmetur. hoc ergo eſt bonum & appetendū, quod hic dicitur: Sit ſermo ueſter eſt eſt, nō nō, quod autem his abundātius eſt, à malo eſt, ideſt ſi iurare cogeris, ſcias de neceſſitate uenire infirmitatis eorū, quib. aliquid ſuades, quæ utique infirmitas malum eſt itaq; nō dixit: Quod amplius eſt, malum eſt: tu n.non malum facis qui bene uteris iuratione, ut alteri perſuadeas quod utiliter perſuades, ſed à malo, eſt illius cuius infirmi-

tate

Tropologica expoſitio.

Quatenus iurā dum eſt Chriſtiano.

tate iurare cogeris. Chryso. in home. Vel à malo est, idest ab infirmitate eorum qui bus lex iurare permisit. Ita enim Christus nó monstrat ueterem legem diaboli esse, sed à veteri imperfectione ducit abundátem nouitatem.

Audistis quia dictum est, oculum pro oculo, & dentem pro dente Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicunque te anagariauerit mille passus, uade cum illo & alia duo. Qui autem petit a te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris.

Glo. quia superius docuerat dominus, non esse proximo iniuriam inferendá, nec irreuerentiam domino: consequenter hic docet qualiter se Christianus habere debeat, ad iniuriam sibi inferentes. vnde di. Audi. quia dictum est, ocu. pro ocu. & dé. pro den. Aug. contra Fau. Qđ quidem ad reprimendas flammas odiorum in se inuicem sæuientium, & immoderatos aíos refrenandos ita præceptum est. Quis. n. facile contentus est tantum rependere uindictæ, quantum accepit iniuriç? Nóne videmus leuiter læsos homines moliri, cędē sitire sanguinem, vixq; inuenire in malis inimici vñ satientur? Huic igitur immoderatæ ac iniustæ vltioni lex iustum modū figēs, pęnā talionis instituit, hoc est vt qualē quisq; intulit iniuriam, tale supplicium rependat: qđ non fomes, sed limes furoris est: nó vt id qđ sopitū erat hinc accenderetur, sed ne id qđ ardebat vltra extenderetur: imposita est n. iusta vindicta quæ iustè debetur ei qui passus fuerit iniuriam. Qđ aút debetur, & si benignè remittitur, non tñ iniquè reperitur. Itaq; cū peccet q immoderatè vult vindicari, nó peccet aút qui iustè vult vindicari: remotior est a peccato qui nó vult omnino vindicari: & ideo subdit: Ego autem dico vobis, nó resistere malo. Poteram aút & ego sic ponere, Dictū est antiquis: Non iniustè vindicabis. Ego aút dico vobis, ne vindicetis, quod adimpletio est. Si per hæc verba quod legi defuit à Christo additum mihi videretur, ac non potius id quod lex volebat efficere, ne iniustè se quisquam vindi-

Vindicta quóo christiano permittit.

caret, conseruari tutius si oíno se non vindicaret. Chry. super Matt. Sine hoc enim mandato legis mandatum stare non pôt: quia si secundum legis mandatum oíbus reddere mala pro malis cęperimus, oés efficiemur mali, eo q persequentes abúdét. Si aút secúdum Christi præceptum non resistitur malo, & si mali non leniuntur, tñ boni permanebút boni. Hier. Dñs ergo noster vicissitudinem tollens, truncat initia peccatorum. in legem náq; culpa emédatur, hic peccatorum auferūtur exordia. Glo. Vel potest dici q dñs hoc dixit, iustitiæ veteris legis aliquid addens. Augu. de ser. do. in mon Pharisæorum. n. iustitia minor est, non excedere vindictæ modum, & hoc est pacis inchoatio. perfecta aút pax, est talem penitus nolle vindictam. Intra illud ergo primum quod præter legem est, vt maius malum pro minori malo reddatur: & hoc quod dñs perficiendis discipulis dicit, ne pro malo vllum malum reddatur: medium locum tenet, ut tñ reddatur quantum acceptum est, per quod à summa discordia ad summam concordiá transitus factus est. Quisquis. n. malū prior infert, maximè à iustitia distat. Quisquis autem nulli prior malefecit, sed tñ lęsus repēdit grauius, recessit aliquantulum à summa iniquitate. Qui verò tñ reddit quátū accepit: iam aliquid donat. Iustum est. n. eum qui læsit prior, grauius lædi. Hanc ergo inchoatam minime iustitiam ille perficit, qui legem venit implere. Duos autem gradus qui intersunt, intelligendos reliquit. Nam est qui non reddat tantum, sed minus. Et hinc ascendit qui omnino nil rependerit, quod parum vr̄ domino, nisi & amplius sis paratus suscipere. Qua propter non ait, non reddere malum pro malo, sed non resistere aduersus malū: vt non solum non rependas quod tibi fuerat irrogatum, sed etiam non resistas quin aliud irrogetur Hoc enim est quod conuenienter exponitur. Sed si quis te percus. in dex. ma. tu. præbe ei & al. Quod ad misericordiam pertinere hi maximè sentiunt, qui eis quos multum diligunt seruiút, vel prauis vel phreneticis, à quibus multa sæpe patiūur: & si eorū salus id exigat; prębét se ét ut plura patiantur. Docet ergo dominus

Subtilis deductio verborum.

nus

bus medicus animarũ, vt discipuli sui eorum quorũ saluti consulere vellent imbecillitates æquo animo tolerarent. Omnis nanq; improbitas ex imbecillitate animi venit quia nihil innocentius est eo qui in virtute perfectus est. Aug contra mendaces. Ea verò quæ in nouo testô à sanctis facta sunt, valent ad exempla intelligẽdarum scripturarum, quæ in præceptis digesta sunt. velut cum legimus in Euangelio: Accepisti alapã. Exemplum aũt patientię nullum quam ipsius dñi excellẽtius inuenimus, & ipse cum alapa percussus esset, non ait: Ecce alteram maxillam, sed ait; Si malè dixi, exprobra de malo. Si aũt bene, quid me cedis? vbi ostendit illã præparationem alterius maxillæ in corde faciẽdam. Aug. de ser. do. in monte; Paratus. n. fuit dñs non solum in alteram maxillam cedi pro salute oĩum, sed in toto corpore crucifigi. Quæri aũt põt quid sit dextera maxilla. Sed cum facies sit, qua quisq; cognoscitur in faciem cedi secundum Apostolum, est contemni ac despici. Sed qm̃ facies non põt dici dextera & sinistra, & tñ nobilitas est, secundum Deũ & secundũ seculum ita distribuitur, tanq̃ in dexterã maxillam & sinistram, vt in quocunq; discipulo Christi contemptũ fuerit ꝙ Christianus est, multomagis in se contemni paratus sit, si quos huiꝰ seculi, honores hẽt. Omnia aũt in quibus improbitatẽ aliquã patimur, in duo genera diuiduntur: quorum vnum est quod restitui non põt, alterum quod potest. Sed in illo quod restitui non põt, vindictæ solatium quæri solet. Quid n. prodest, ꝙ percussus repercutis? nunquid propterea illud quod in corpore læsum, est restituitur? sed tumidus aĩus talia fomẽta desiderat. Chry. sup. Mat. Nunquid aũt si repercusseris eum, cõpescuisti eum, ut te nõ percutiat? sed magis excitasti eum, ut adhuc percutiat: nã iracundia per iracundiã nõ cõpescitur, sed amplius irritatur. Aug. de ser. domini in mõte. Vnde dominus potius misericorditer perferẽdã alterius infirmitatẽ indicat quã alieno supplicio suã mitigandã. neque tñ hic ea vindicta prohibetur, q̃ ad correctionẽ ualet. Ipsa. n. pertinet ad misericordiam, nec impedit illud propositum quo quisq; paratus est ab eo quem correctũ esse vult plura perferre. Requiritur tamen ut & ille uindicet, cui rerũ ordine potestas data est, & ea uoluntate uindicet, qua pater in filiũ paruulũ, quẽ odisse nõ potest. Sãcti autẽ uiri nulla peccata morte punierũt: quo & uiuentib. ut illis metus incuteretur, & illis qui morte puniebãtur non ipsa mors noceret, sed peccatum quod augeri posset si uiuerent. Inde est ꝙ Helias multos morte affecit, de quo cum exẽplum dedissent discipuli reprehendit in eis dominus non exemplum Prophetæ, sed ignorãtiam uindicandi: animaduertens eos nõ amore correctionis, sed odio desiderare uindictã. Sed postquam eos docuit diligere proximum, infuso etiam Spiritu sancto non defuerũt tales uindictæ. Nam & uerbis Petri Añanias & uxor eius exanimes ceciderunt, & Paulus Apostolus tradidit quendam Satanæ interitum carnis. & ideo quidam aduersus corporales uindictas quę sunt in ueteri testamẽto, nescio qua cęcitate seuiãt, quo animo facta sint nescientes. Augu ad beni. comiten. Quis autem mente sobrius regibus dicat, non ad uos pertinet, quis uelit esse, siue religiosus, siue sacrilegus, quibus dici non potest: Non autem ad uos pertinet in regno uestro, qui uelit pudicus esse, aut impudicus. Melius est qdẽ ad Deũ colendum doctrina homines duci, quàm pęna compelli. Multis autẽ profuit quod experimento probamus, prius dolore uel timore cogi, ut postea possint doceri, aut quod iam uerbis didicerant opere sectari. Sicut. n meliores sunt quos dirigit amor, ita plures sunt quos corrigit timor. Agnoscant Apostolum Paulum prius cogentem Christum & postea docẽtem. Aug. in ser. do. in monte: Tenebitur ergo in hoc iniuriarum genere quod per vindictam luitur iste modus à Xpianis, vt accepta iniuria nõ surgat odiũ, sed paratus sit animus plura perpeti; nec correctionem negligat, qui uel cõsilio uel auctoritate vti potest. Hiero. Secundum autem mysticos intellectus percussa dextera, nostra non debemus sinistram præbere, sed alteram, hoc est alterã dexterã. iustus enim sinistram non habet. Si nos hæreticus in disputatione percusserit, & dextrũ dogma uoluerit vulnerare, oppo-

Subtilis deductio verborum.

Vindictæ qũo fiat à sãctis.

Aug. de ser. do. Dicit ergo: Omni petenda, nō omnia petenti, ut id des qđ dare honestè potes & iustè. Quid.n. si pecuniā petat, q̄ a innocentē conetur opprimere? quid si stuprū petat? Dandū est ergo qđ nec tibi nec alteri noceat, quantū ab homine credi potest & cū negaueris qđ petit, iudicanda est iustitia, vt non eū inanē dimittas, & aliquādo melius aliqđ dabis cū petentē iniustè correxeris. Augu. ad Vinc. Vtilius.n. esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiā negligat, quàm esurienti panis frāgitur, ut in iustitię seductus acquiescat. Hiero. Potest enim intelligi de pecunia doctrinæ, quæ nunquam deficit, sed quātò plus datur tantò amplius duplicatur Aug. Quod autem ait; Et uolenti mutuari a te ne auertaris, ad animum referendum est. Hilarem enim datorem diligit Deus. Mutuatur autem omnis qui accipit, etiam si ipse non soluturus sit, quia misericordibus Deus plura restituit, aut si non placet accipere mutuantem nisi eum qui accipit redditurus, intelligendum est dominum ipsa duo genera præstādi esse cōplexum. nam aut donamus, aut reddituro commēdamus. Rectè ergo ad hoc beneficij genus hortando dicit; Ne auertaris, id est, ne ꝓpterea voluntatem alienes, quasi Deus non redditurus sit, cum homo reddiderit. cum enim ex præcepto Dei factis, infructuosum esse non potest. Chry. sup. Mat. Ergo iubet nos Christus mutuum dare, non tamen sub usuris, quia qui sic dat, non sua dat, sed aliena tollit, de vno vinculo soluit, & multis alligat, & non propter Dei iustitiam dat, sed propter proprium lucrū. Similis est etiam pecunia usuraria aspidis morsui. Nam sicut uenenum aspidis latenter omnia membra corrumpit, sic usura omnes facultates conuertit in debitum.

Aug. ad Marcel. Obijciunt autem quidam quòd hæc Christi doctrina reipublicæ moribus nulla ex parte conueniat. nam quis inquiunt tolli, sibi ab hoste aliquid patiatur? vel Romanæ prouincię depredatoribus non mala velit belli iure reprendere? Sunt autem ista præcepta patientiæ semper in cordis pręparatione retinēda, ipsaq; beneuolētia, ne reddatur malum pro malo semper in voluntate cōpleda est. Agēda sunt autē multa etiā cū inuitis benigna quadā asperitate plectentis, ac ꝑ hoc si terrena, respublica, pręcepta Christiana custodiat, & ipsa bella sine beneuolētia nō gerētur, vt ad impietatis, iustitiæque pactā societatē victis facilius consulat. nā cui licentia iniquitatis eripiē vtiliter vincitur, quoniā nihil est infelicius facilitate peccantiū: qua pœnalis nutriē impunitas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur.

Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autē *dico uobis, diligite inimicos uestros, benefacite, his q oderunt uos, & orate ꝑ ꝑsequentibus, et calūniātibus uos, ut sitis filij patris uestri qui ī cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluuit super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quā mercede habebitis? Nonne et publicani hoc faciūt? Et si salutaueritis fratres uestros tantū, qd amplius facitis? Nonne et ethnici hoc faciunt? Estote ergo uos perfecti, sicut et pater uester cœlestis perfectus est.*

Glo. Docuit dominus supra iniuriā inferenti non esse resistendum, sed ad plura perferenda paratum esse. Nunc autem vlterius docet iniuriam inferentibus impendendum esse charitatis effectum simul & effectū. Et cum premissa ad complementum iustitię legis pertineant, conuenienter hoc vltimū ritè pertinet ad impletionē charitatis, quæ secundum Apostolū est legis plenitudo Dicit ergo: Audistis quia dictū est, diliges proximum tuum. Augu. in 1. de doctr. Christiana: Quod autē nullum hominem excepit qui præcepit proximum diligere, dominus in parabola semiuiui relicti ostendit, dicens proximum qui erga illum extitit misericors, ut eū intelligamus proximum, cui exhibendū esset misericordiæ officium si indigeret, quod nulli negandum esse quis non videat, domino dicente. Benefacite his qui oderūt vos? Aug. de ser. do. in monte. Gradum autem esse in pharisæorum iustitia, quæ ad legem veterem pertineret, hinc intelligitur, ꝙ multi etiam eos à quibus diliguntur oderunt. Ascendit ergo aliquē gradū qui proximum diligit, quanuis adhuc oderit inimicum. unde ad hunc designandum subditur. Et odio habebis inimicum tuū: Quæ uox non est accipienda ut iubētis iu-

Cópletio charitatis in quo cōsistit.

sto, sed pmittentis infirmo. Aug. cōtra Faustū. Quæro autē à Manichæis, cur propriū uelint esse legis Moyse quod dictū est antiquis: oderis inimicū tuū, an & Paulus non dixit homines quosdā Deo odibiles? Quærēdū est ergo quomodo intelligantē exēplo Dei, cui dixit Paulus quosdam odibiles odio habendos inimicos, & rursus exēplo Dei, q facit solem suū oriri sup bonos & malos diligēdos inimicos? Hæc itaq; regula est, qa & oderimus inimicū pp id, quod in eo malū est, idest iniquitatē, & diligamus inimicum propter id, quod in eo bonum est, idest rationalem creaturā. Audito igitur & non intellecto quod antiquis dictum erat: Oderis inimicum tuum, ferebantur homines in hominis odiū, cùm nō deberent odire nisi vitium. Hoc ergo corrigit dominus cùm subdit, ego autem dico vobis diligite inimicos uestros. vt qui iam dixerat: Non venit soluere legem, sed implere. Pręcipiendo vtique vt diligamus inimicos, cogeret nos intelligere quomodo possemus vnum eundemque hominē & odisse propter culpam, & diligere propter naturam. Glo. Sed sciendum est in toto corpore legis non esse scriptum: Odio habebis inimicum tuum, sed hoc dicitur quantum ad traditionem scribarū, quibus visum est hoc addendum: quia dominus præcepit filijs Israel persequi inimicos suos, & delere Amalech de sub cœlo. Chr. sup. Mat. Sicut autē quod dictū est: Non concupisces, non dictū est ad carnē, sed animæ: sic & in hoc loco, caro quidem inimicū suum diligere non potest, anima autem potest: quia dilectio uel odium carnis in sensu est, animę uero in intellectu. Quādo ergo nocemur ab aliquo, & si sentimus odium, non tamē exequi uolumus, cognosce quia caro nostra odit inimicū, anima uero diligit. Grego. 21. moral. Inimici autem dilectio, tunc ueraciter custoditur, cum nō de profectu deijcimur, nec de ruina illius lætamur. Non enim amat aliquis quē non vult esse meliorem, cumque stantem uoto persequitur, quem cecidisse gratulatur. Euenire tamen plerūque solet, vt non amissa charitate & inimici nos ruina lætificet, & rursum ei⁹ gloria sine inuidiæ culpa cōtristet: cū & ruente eo quosdam bene erigi credimus, & pficiēte illo plerosque iniustè opprimi timeamus. Sed ad hoc seruādū ē discretionis examē, ne cū nostra odia exequimur fallamur sub specie utilitatis alienæ. Oportet ēt pēsare qd debemus ruinæ peccatoris, & quid iustitiæ ferientis: nā cū puersum quenquam omnipotēs pcutit, & cōguadendū est iustitiæ iudicis, & condolendū miseriæ pereuntis. Glo. Qui autē sunt cōtra ecclesiam, trib⁹ modis ei aduersant, odio, uerbis, cruciatu corporis econtra diligit. unde dicitur: Diligite inimicos uestros, benefacite, his qui oderunt uos. unde sequitur: Et orate pro persequentibus, & calumnian. uos. Hiero. Multi præcepta Dei imbecillitate sua, non sanctorum uiribus æstimantes, impossibilia putant esse quæ præcepta sunt, & dicunt sufficere uirtutibus non odisse inimicos, cæterum diligere plus præcipi quàm humana natura patiatur. Sciendum est ergo Christum nō impossibilia præcipere, sed perfecta quæ fecit Dauid in Saul & Absalon. Stephanus quoque martyr pro lapidantibus deprecatus est. Et Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Hoc autē Iesus & docuit & fecit, dicens: Pater ignosce illis. Aug. in Enchiridion: Sed perfectorum sunt ista filiorum Dei, quo quidem se debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc effectum orando Deum, secumque luctando perducere. Tamē hoc tam magnum bonum tantæ multitudinis non est, quanta credimus exaudiri, cum in oratione dicitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimit. debito. nostris. Aug. de ser. dom. in monte. Oritur aūt hic quęstio, qꝫ huic præcepto domini, quo nos hortatur orare pro inimicis, multæ aliæ scripturæ partes uidentur aduersæ, quia in Prophetis inueniuntur multæ imprecationes aduersus inimicos, vt est illud. Fiant filij eius pupilli. Sed sciendum est, quòd prophetæ solent figura imprecantis futura prædicere. Sed illud magis mouet quod dicit Ioannes. Est autem peccatum ad mortem, non pro illo dico ut oret quis; apertè enim ostendit esse aliquos fratres pro quibus orare nobis nō præcipitur, per hoc quod præmittit, Si quis scit peccare fratrem

Scribæ deprauant legem.

Christi pcepta pfecta.

fratrē suū &c. cū dominus & pro persecutorib. nos iubeat orare. Nec ista quō solui potest, nisi fateamur aliqua peccata esse in fratrib. q̄ inimicorū persecutione sunt grauiora. Nā & Stephanus orat ꝓ eis à quib. lapidat, quia nō dū Christo crediderāt. Et Apostolus Paulus nō orat pro Alexādro, quia frater erat, & per inuidentiam fraternitatem oppugnando peccauerat. Pro quo autem non oras, iam non contra illum oras. Sed quid agimus de his contra quo oratū à sanctis accipimus nō aut corrigerētur (nā hoc modo pro ipsis potius oratū est) sed ad illam vltimā damnatione non sicut contra domini traditorē per Prophetam. nam illa prædictio futurorum non optatio supplicij fuit. Sed sicut in Apocalypsi legimus martyres orare ut vindicētur. sed hinc non oportet moueri. Quis enim audeat affirmare vtrum contra ipsos homines, an contra regnum peccati petierint? Nam ipsa et iustitiæ & misericordiæ vindicta martyrum, vt euertatur regnum peccati quo regnante tanta perpessi sunt: destruitur autē partim correctione hominū, partim damnatione perseuerantium in peccato. Nonne tibi videtur Paulus in seipso Stephanum vindicasse cum dicit. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo? Aug. de quest. no. & uet. te. Vel animæ occisorum clamant, uindicari se postulantes: sicut sanguis Abel clamauit de terra non uoce, sed ratione. Nam & opus opificem laudare dicitur, per hoc ipsum quòd uidentem se oblectat. non enim tam impatientes sunt sancti, vt vrgeant fieri quod sciunt tempore præfinito futurum. Chry. in ho. Vide autem quot gradus ascendit, & qualiter nos in ipsam virtutis verticem statuit. Primus gradus est, non incidere in iustitiam. Secundus, æqualem non uindicari. Tertius, non facere uexanti, quę quis passus est. Quartus, exponere seipsum ad patiēdum mala. Quintus, amplius se tribuere quàm ille vult, qui fecit mala. Sextus, non odio habere eum, qui hoc operatur. Septimus diligere. Octauus, bene facere. Nonus, pro ipso orare. Et quia magnum erat præceptum, præclarum prēmiū subdit, scilicet fieri similes Deo. unde dicit ut sitis filij patris vestri, qui est in cœlis.

Gradus uirtutis cōsumatæ

Aug. Si quis enim præcepta Dei custodiat, filius Dei efficitur, ergo non in natura filius est hic scilicet de quo loquitur, sed arbitrio suo. Augu. de ser. domini in mōte. Ex illa autem regula intelligēdū est quod hic dicitur, quia & Ioannes dicit: Dedit eis potestatē filios Dei fieri: Vnus. n. naturaliter filius est, nos autē potestate accepta efficimur filij, in quātū illa q̄ ab eo p̄cipiūtur implemus. Itaq; nō ait: Facite ista quia estis filij, sed facite ista ut sitis filij. Cū aūt ad hoc nos uocat, ad similitudinē suā vocat. Vnde sequit: Qui solem suum facit oriri superbo. & ma. & pluit super iu. & iniu. Pot est autem per solem intelligi non iste uisibilis, sed ille de quo dicitur, uobis qui timetis nomen domini orietur sol iustitiæ, & p pluuiam irrigatio doctrinę ueritatis, quia & bonis & malis appparuit & euangelizatus est Christus. Hila. Vel in baptismi & Spiritus sacramento tribuit solem & pluuiam. Aug. Vel potest accipi sol iste visibilis, & pluuia qua fructus gignūtur, quia iniqui in libro sapientiæ plangunt: Sol non ortus est nobis. Et de pluuia spirituali dicitur: Mandabo nubibus meis ne pluant super eam. Sed siue hoc, siue illud, magna Dei bonitate fit quæ nobis imitanda præcipitur, non autem solum ait: Qui facit solem oriri, sed addidit suum, id est quem ipse fecit, ut hinc admoneremur quanta liberalitate ex præcepto eius præstare debemus, quod non credamus, sed ex muneribus eius accipimus. Aug. contra Vinceu. Sed sicut ista dona eius laudamus, ita etiam flagella in eos quos diligit cogitemus. vnde non omnis qui parcit amicus est, nec omnis qui uerberat inimicus. Melius est enim cū seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Chry. sup. Matth. Cautè autem dixit: Super iustos & iniustos, non super iustos ut iniustos, quia omnia bona Deus non propter homines dat, sed propter sanctos, sicut & flagella propter peccatores? sed in bonis non separat peccatores à iustis ne desperēt, nec in malis iustos à peccatoribus ne glorientur. Maximè cum malis bona non ꝓsint, qui malè uiuentes ad præiudicium suum percipiūt, nec bonis mala noceant, sed magis prosint ad iustitiæ lucrum. Aug. in lib. 1. de ciui.

Quare iustus flagellatur.

Nam bonus temporalibus bonis non extollitur, nec malis frangitur. Malus autem ideo huiusmodi infelicitate punitur quia felicitate corrumpitur: vel ideo ista tēporalia bona & mala vtrisq; uoluit esse communia, ut nec bona, cupidius appetantur quæ mali habere cernuntur: nec mala turpiter euitētur, quibus & boni afficiuntur. Glo. Amare autem amantem naturæ est: inimicū verò amare est charitatis. & ideo sequitur. Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedē habebitis. s. in cœlo? nullam. De his. n. dicitur: Recepistis mercedem uestram. Sed tamen hæc oportet facere, & illa non omittere. Raba. Si ergo peccatores erga dilectores suos versa vice nolunt esse benefici, multò magis uos maioris dilectionis signum amplecti debetis, etiam nō amantes. vnde sequitur: Nonne & publicani hoc faciunt? id est qui publica vectigalia exigunt, uel qui publica negocia seculi uel lucra sectantur. Glo. Si verò pro his tantum oraueritis, quia aliqua affinitate uobis coniuncti sunt, quid amplius habet beneficium uestrum, quàm infideliū? unde sequitur: Et si saluta. fra. ue. tantum, quid amplius facietis? Salutatio enim est quædam species orationis. Nōne Ethnici hoc faciunt? Rab. id est gentiles. nam ethnos grecè latinè gens dicitur, qui tales sunt ut fuerunt geniti, scilicet sub peccato. Remi. Quia uerò perfectio dilectionis vltra dilectionem inimicorū nō potest procedere: ideo postquam dominus præcepit diligere inimicos, subiunxit. Estote ergo & uos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. ipse quidem perfectus est ut omnipotēs, homo autem ut ab omnipotente adiutus. nam sicut quādoq; ī scripturis ꝓ ueritate & equalitate accipit, ut ibi: Sicut fui cū Moyse, ita & ero tecū. Aliquādo aūt ꝓ similitudine, vt hic. Chry. sup Mat. Sicut. n. filij carnales similāt patres in aliquo corporis signo, ita filii spirituales Deum in sanctitate.

Attēdite ne iustitiā uestram faciatis corā hominib. ut uideamini ab eis, alioquin mercedē nō habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est.

Glo. Postquam Christus legem quantum ad præcepta impleuit, incipit nunc eā adimplere quantū ad promissa: ut pro cœlesti mercede ꝓcepta Dei faciamus, nō pro terrenis q̄ lex promittebat. Omnia aūt terrena ad duo potissima reducunt, scilicet, ad humanā gloriā, & ad terrenorū affluentiā: quorū utrunq; in lege promissum esse videtur. De gloria. n. dicitur in Deutero. Faciet te dominus excelsiorē cūctis gentib. q̄ uersantur in terra. De affluentia uerò tēporaliū ibidem subditur. Abundare te faciet dominus in omnis bonis, & ideo dominus hæc duo ab intentione fideliū excludit, scilicet gloriam & terrenorum affluentiam. Sed sciendum quū appetitus gloriæ propinquus est uirtuti. Chrys. sup. Mat. Vbi enim res agitur gloriosa; ibi facilius inuenit locum gloriationis occasio, & ideo intentionem gloriæ primo cominus excludit. Præ omnib. enim uitijs carnalibus periculosius hoc esse in omnibus intellexit: cum enim omnia mala seruos diaboli vexent, concupiscentia uanæ gloriæ magis uexat seruos Dei, quam seruos diaboli. Aug. in lib. de sen. prosp. Quas etiā uires nocēdi habeat humanæ gloriæ amor, non sentit, nisi qui ei bellum indixerit, quia & si cuiquam facilè est laudem non cupere dum negatur, difficile tamen est ea non delectari cum offertur. Chrys. sup. Mat. Intuere autem qualiter incœpit uelut de fera aliqua difficile cognita disputans & apta furari eum qui non ualde vigilat. Occultè enim ingreditur, & omnia quæ intus sunt, insensibiliter aufert. Chrys. in ho. Et ideo hoc cautius cauendum mandat, dicens: Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus. Cor autem nostrum attendere debemus, inuisibilis enim est serpens, quem obseruare iubemur, & latenter ingreditur & seducit. Sed in corde mundo si furretio inimici successerit, mox homo iustus discernit, quia spiritu alieno inuaditur. Si autem cor fuerit iniquitatibus plenum, suggestionem diaboli non facilè intelligit. & ideo præmisit; Ne irascaris ne concupiscans &c. quia qui malis istis subiectus est, cor suum non potest attendere. Sed quomodo potest fieri ut nō coram hominibus eleemosynam faciamus, aut si fiat quo modo non sentiemus? Si enim præsente aliquo occurrerit pauper, quomodo dabitur

Distinctio honorum terrenorum.

eis

ei absconse? sed educendo eum in secreto videatur, quia datur. Sed considera q a nõ dixit: Ne autem corã hominibus faciatis, sed subdit: Vt uideamini ab eis. Qui ergo non ideo facit, ut ab hominibus uideatur: & si corã hominibus fecerit, non tñ coram hominibus fecisse uidetur qui.n.aliquid facit propter Deum, neminem vidit in corde suo, nisi Deum propter quem facit: sicut artifex eum semper habet præ oculis, qui sibi opus faciendum commisit. Greg. Si ergo dantis gloriam quærimus, & publicata nostra opera in cõspectu illius occulta seruamus: si verò per hoc nostram laudem conspicimus, foras ab eius conspectu iam fusa sunt, etiam si à multis ignorentur. sed valde pfectorũ est sic ostẽso opere actoris, gloriam quærere, vt de illata laude priuata nesciant exultatione gaudere: quam infirmi, quia perfectè contemnendo nõ superant, necesse est ut bonum quod operantur abscondant. Aug. de ser do. in mon. In hoc uerò quod dicit: Vt uideamini ab eis, nihil addens: apparet hoc eum prohibuisse, ut ibi finem nostri propositi collocemus nam & Apostolus qui dicit: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Alio loco dicit: Ego omnibus per omnia placeo. Quod non ideo facit, ut placeret hominibus, sed Deo: ad cuius amorem corda hominum uolebat conuertere, ex eo quòd eis placebat Sicut non absurdè loqueretur qui diceret: In hoc opere quo nauem quæro: non nauem quæro, sed patriam. Augu. de ser. domi. Dicit autem: Vt uideamini ab eis: quia sunt quidam qui sic faciunt iustitiam coram hominibus vt non uideantur ab eis, sed vt ipsa opera uideantur, & glorificetur pater qui in cœlis est: non enim suam iustitiam deputant: sed eius cuius fide uiuunt. Augu. de ser. domini in monte. In hoc etiam quod addit. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est, nihil aliud demonstrat, nisi illud nos cauere oportere ne humanam laudem pro nostrorum operum mercede quæramus. Chry. super Mat. Quid autem à Deo recipies, qui Deo nihil dedisti? Nam quod propter Deum fit, Deo datur, & ab eo recipitur; quod autem propter homines fit, in uentos effunditur. Quæ est autem sapiẽtia res dare, & verba uacua comparare, & mercedem Dei contemnere? Vel illũ aspice à quo laudẽ expectas, qui te ꝑpter Deũ facere putat, alioquin uitupe: aret te magis. Ille autem qui plena quidem uoluntate propter homines facit, ille propter homines fecisse videtur. Si autẽ per alicuius cor cogitatio vana ascendit, desiderãs hominibus apparere, anima autem intelligẽs contradicit, ille non propter hominem fecisse uidetur: quia quod cogitauit, passio carnis est: quod eligit, iudicium animæ.

Quæ sit bonorũ operum intentio

Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te sicut hypocritæ faciunt in synagogis & uicis, ut honorificentur ab hominibus: Amẽ dico uobis receperunt mercedem suam. Te autẽ faciente eleemosynam, nẽsciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui uidet in abscõdito, reddet tibi.

Tria bona tribus malis opponuntur.

Aug. de ser. do. in monte. Generaliter supra dominus iustitiam nominauit cum dixit. Attendite ne iustitiam uestram, &c. nunc autem per partes exequitur. Chry. sup. Mat. Ponit autem tria fortia bona .s. eleemosynam, orationem, & ieiuniũ, cõtra tria mala aduersus quæ dominus tẽtationis bellum suscepit: pugnauit.n. pro nobis contra gullam in heremo, contra auaritiam supra monte, contra uanum gloriam supra templum. Est ergo eleemosyna quę dispergit contra auaritiam, quę congregat ieiunium contra gulam, quia est ei contrarium; oratio uerò contra uanam gloriam, quia cum omne malum ex malo nascatur, sola uana gloria de bono procedit, ideo nõ destruitur per bonũ, sed magis nutritur; nullum ergo remedium potest esse contra uanam gloriam, nisi oratio sola. Ambro. Omnis autem sententia disciplinæ Christianę in misericordia & pietate est, & ideo ab eleemosynam incipit, dicens. Cũ ergo facis eleemosynam noli tuba canere ante te. Glosa. Tuba autem est omnis actus uel sermo per quem operis iactantia demonstratur; puta qui facit eleemosynam quando aliquem uidet præsentem, uel intercedente aliquo, aut honestiori personæ quæ potest retribuere, aliàs autẽ non facit. Sed & si in loco secreto fecerit eo ꝓposito vt laudabilis uidea-

 tur,

tur, tuba est. Aug. Sic ergo quod dicit: Noli tuba canere ante te, ad hoc respicit quod superius ait: Attendite ne iustitiam vestrã faciatis corã hominibus. Hier. Qui autem tuba canit eleemosynam faciens, hypocrita est. Et ideo subdit: Sicut hypocritę faciunt. Isido. Nomẽ hypocritæ tractum est a specie eorũ, qui in spectaculis cõtecta facie incedunt, distinguẽtes vultũ vario colore, vt ad personæ quã simulant colorẽ perueniant, modo in specie viri, modo in fœminæ, vt fallant populũ dum in ludis agũt. Aug. de ser. dom. in mon. Sicut ergo hypocritæ .i. simulatores tanquam imitatores personarum aliarum, agunt partes illius, quod non sunt: nõ .n. qui agit partes Agamenonis verè ipse est, sed simulat eum: sic & in ecclesiis in omni vita humana quisquis se uult videri, quod nõ est, hypocrita est. Simulat .n. se iustum & nõ exhibet, qui totum fructũ in laude hoĩum ponit. Glo. Et ideo subdit loca publica cum dicit. In synagogis & uicis. Et finem intentum cũ subdit: Vt honorificentur ab hominibus.

Falsi christiani notãtur.

Greg. 32. Mora. Sciendum verò est, quod sunt nonnulli, qui & sanctitatis habitũ tenent & perfectionis meritum exequi nõ valẽt, quos nequaquam credendum est inter hypocritarum numerum currere: quia aliud est infirmitate, aliud callida simulatione peccare. Aug. de ser. do. in mõ. Tales aũt qui simulatione peccant, ab inspectore cordis Deo mercedem non capiunt, nisi fallaciæ supplicium: & ideo subditur: Amen dico vobis recep. mer. sua Hieron. Nõ Dei mercedem, sed suã. Laudati enim sunt ab hominibus, quorũ causa exercuere virtutes. Aug. de ser. dom. in mon. Hoc aũt respicit ad illud quod suprà posuit, Alioquin mercedem nõ habebitis apud patrem vestrũ. Sic ergo non quomodo illi eleemosynam facias, sed quomodo facienda sit, iubet cõuenienter, cum dicit: Te aũt facien. eleemo. nesciat sini. tua quid faciat dex. tua. Chrys. in ho. Hoc aũt superabundantiam dicitur, acsi dicat: Si possibile est teipsum ignorare, & ipsas manus latere possibile esset, studiosissimum est tibi. Chry. sup. Matth. Apostoli autem interpretantur in lib. cano. sic. Dextera est populus Christianus, qui est ad dexteram Christi. Sinistra aũt est omnis populus, qui est ad sinistrã; Hoc ergo dicit ne christiano eleemosynam faciente, quæ est dextera, infidelis aspiciat, qui est sinistra. Aug. in ser. domini in monte. Sed secundum hoc videbitur nulla esse culpa uelle placere fidelibus: cum tamen in quorũlibet hominum laudem finem boni operis constituere prohibeamur. Vt autem te imitentur quibus facta tua placuerint, non tantum fidelibus, sed et infidelibus exhibendum est. Si autem, vt alii dicunt, sinistra inimicum putaueris, vt nesciat inimicus tuus cum eleemosynam facis, cur ipse dominus inimicis Iudæis circunstantibus misericorditer sanauit homines? Deinde quomodo cum ipso inimico faciemus, vt illud impleamus præceptum? Si esurierit inimicus tuus ciba illũ. Tertia opinio est ridenda eorũ, qui dicunt sinistræ nomine vxorem significari: vt quoniam in re familiari tenaciores pecuniarũ solent esse fœminæ: lateat eas cum aliquid viri alienis impendunt, propter domesticas lites. Non autem solis viris hoc præceptum datum est, sed etiam fœminis: cum ergo sinistræ iubetur fœmina occultare opus misericordiæ suæ, an et uir sinistra erit fœminæ? quod si quis prãputat, cum præceptũ sit talibus, vt se inuicem bonis moribus lucrifaciant, non sibi debent occultare bona opera sua, nec furta facienda sunt vt promereatur Deus, quod si occultandũ est aliquid quãdiu alterius infirmitas id æquo animo nõ põt sustinere, quãuis non illicitè fiat: non tamen fœmina per sinistrã significari facilè apparet totius capituli significatione: Et etiã quæ sinistram vocet, quod enim in hypocritis culpatum est, quòd scilicet laudes hominum quærunt, hoc tu facere vetaris, quapropter sinistra videtur significare delectationem laudis; dextera autem significat intentionem implendi præcepta diuina. Cum ergo conscientiæ facientis eleemosynã miscet se appetitio laudis humanæ, fit sinistra cõsciẽtia dexteræ. Nesciat ergo sinistra, idest nõ se misceat cõsciẽtiæ tuæ laudis humanæ appetitio. Dominus aũt noster multomagis prohibet solam sinistram in nobis operari, quàm ea misceri operibus dextræ. Quo autem fine

Erroneus intellectus repellitur

hoc

hoc dixerit, ostendit, cùm subdit: Vt sit eleemosyna vestra in abscondito, id est in ipsa bona conscientia, quæ humanis oculis demonstrari non potest, nec verbis aperiri, quandoquidem multi multa mentiuntur. Sufficit autem tibi ad promerendum præmium ipsa conscientia, si ab eo expectas præmium, qui solus conscientiæ inspector est. Et hoc est, quod subditur: Et pater tuus qui videt in abscondito, red. tibi. Multa latina exẽplaria habent, Redde tibi palã. Chry. sup. Matt. Impossibile est enim vt opus bonũ hominis in abscõdito dimittat Deus: sed in hoc seculo manifestat & illo glorificat, quia gloria Dei est, sicut & diabolus manifestat malum, in quo malitię eius virtus ostẽditur. Propriè autẽ publicat Deus omne bonũ in seculo illo, cuius bona sunt cõia bonis & malis. Ideo cuicũq; illic benefecerit Deus manifestum est, quia pro mercede iustitiæ suæ meruit illud. Merces autem iustitiæ in hoc seculo manifesta non est: quia hic non solũ boni, sed etiam mali sunt diuites. Augu. de ser. dom. in mon. Sed in græcis exẽplarib. quę propria sunt non inuenimus palàm. Chry. in ho. Si ergo vis habere inspectores eorũ quæ facis, ecce habes non solum Angelos, aut Archangelos, sed Deum uniuersorũ.

Erroneus intellectus repellitur

CAPVT SEXTVM.

Multi uolunt 6. caput ibi inchoari, Audistis quia &c. fo. 28. illudere fero diligenti lectori. At tũ quo quo modo res se se habeat sequar exẽplar in

CVM oratis, non eritis sicut hypocritę qui amant in synagogis & in angulis platearũ stãtes orare, ut uideãtur ab hominib. Amẽ dico uobis receperũt mercedem suam. Tu aũt cũ oraueris, intra in cubiculũ tuũ, & clauso ostio ora patrẽ in abscõdito, et pater tuus q uidet ĩ abscõdito, reddet tibi.

Chry sup. Mat. Salomon dicit, ante orationem præpara animam tuam. Quod quidem facit qui faciens eleemosynã venit ad orationem: bona. n. opera excitant fidem cordis, & dant confidentiam animę apud Deũ orandi. Ergo eleemosyna præparatio est orationis, & idẽ dominus post eleemosynam consequenter de oratione nos instruit. Aug. de ser. domi. in mon. Nõ autem hoc monet nũc vt oremus, sed quo oremus; sic nec superius ut faciamus eleemosynam, sed quo animo faciamus. Chry. sup Mat. Est aũt oratio quasi quoddã spiritale tributũ, qđ anima offert, l. eo de uisceribus suis. Quanto ergo gloriosior est, tãto cautior est seruãda, ne propter oĩs facta uilescat, & ideo dicit: Cũ oratis non eritis sicut hypocritæ. Chry. ĩ ho. Hipocritas uocat q Deũ se fingentes orare oĩs circumspiciunt, & ideo subdit: Qui amant in synagogis orare. Chry. sup. Mat. Puto autem non ad locum hoc referri quod ait dominus, sed ad propositum orantis: in conuentu. n. fidelium orare laudabile est, sicut dictum est: In ecclesijs benedicite Deum. Qui ergo sic orat, ut ab hominibus uideatur, non Deum aspicit, sed homines: & ideo quantum ad propositum suum in synagoga orat. Cuius autem orãtis mens solum aspicit Deum, quamuis in synagoga oret, tñ apud se in secreto uidetur orare. Sequitur: Et in angulis platearũ, ut uideantur absconse orare. Et sic dupliciter laudantur, & quia orant, & quia absconse orant. Glo. Vel anguli platearũ sunt vbi via per transuersum uię ducitur, & quadriuium reddit. Chry. sup. Mat. Eo ergo proposito in conuentu uetat orare ut à cõuentu uideatur. unde subditur. Vt uideantur ab hominibus. Orans ergo nihil nouum faciat quo aspiciant homines, uel clamando, uel pectus percutiendo, uel manus extendendum. Aug. de ser. domini in mon. Non autem uideri ab hominibus nefas est, sed ideo hoc agere ut ab hominibus uidearis. Chry. in ho. A uana. n. gloria ubique erui bonum est, maxime autem in oratione. si enim in hoc cogitationibus circunferimur, si ad orandũ ingressi fuerimus hanc habent ægritudinem, qualiter intelligemus ea quæ à nobis dicuntur? Aug. de ser. domi. Sic etiam fugiendum est hominum scientia: si hoc animo aliquid fiat ut fructus expectetur placendi hominibus. unde subditur: Amẽ dico uobis, receperunt mercedem suam. Chry. sup. Mat. Vnusquisque. n. ubi seminat, ibi metet. Vnde qui propter homines orant, non propter Deum; ab hominibus non à Deo laudantur. Chrysosto. in ho.

omnib. Itaque volunt hanc lectionem sic legi, Et cum oratis &c. Animæ est tributũ spirituale.

 Di-

Dicit autẽ Receperũt, q̃a Deus retributionẽ quę est ab ipso tribuere vellet, illi autẽ eã quæ est ab hominibus vsurpãt. Quomodo aũt orãdũ sit subiũgit, dicẽs. Tu autem cũ oraueris, intra in cubi. tuũ, & clau. ostio ora pa. tuũ i abscõdito. Hiero. Hoc simpliciter intellectũ erudit auditorẽ, vt vanam orãdi gloriã fugiat. Chry. sup. Mat. vt nemo sit ibi, nisi ille q orat, & ille quẽ orat. Testis. n. orantẽ grauat, non adiuuat. Cypria de ora. do. In abditis etiam locis orare magis conuenit fidei, vt sciamus dominum vbique esse præsentem, & maiestatis suę plenitudine occulta penetrare. Possumus etiam intelligere per ostium domus os corporis, ut non clamosa uoce oremus Deum, sed tacito corde propter tria. Primo quia Deus non uoce clamosa pulsandus est, sed conscientia recta placandus, qui est cordis auditor. Secundo quia secretas orationes tuas non oportet alterũ scire nisi te & Deum. Tertio quia clamose orans alterum iuxta te non permittis orare. Ex colla. Cum summo etiam est orandum silentio, ut ipsos quoq; inimicos nostros, qui orantibus nobis maximè insidiãtur, lateat, nostræ petitionis intentio. August. de ser. domi. in mon. Vel per cubicula nostra sunt intelligenda corda nostra de quibus dicitur: Quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus vestris compungimini. Ostium est carnalis sensus, foris sunt omnia temporalia, quę per sensum cogitationes nostras, penetrant, & turba vanorũ phantasmatum orantibus obstrepunt. Cypria. de orat. do. Quæ autem segnitia est alienari & capi ineptis cogitationibus & prophanis cum dominum deprecaueris, quasi sit aliquid quod magis debeas cogitare quàm cum Deo loquaris. Quomodo te audiri à Deo postulas, cum teipsum nõ audias? hoc est ab hoste non cauere, hoc est Deum negligentia orationis offendere. Aug. de ser. domini. Claudendum est ergo ostium, idest carnali sensui resistendũ. ut oratio spiritualis dirigatur ad patrem, quæ fit in intimis cordis, ubi oratur pater in abscondito. unde sequitur: Et pater tuus qui uidet in absondito, reddet tibi. Remig. Et est sensus: sufficiat tibi ut ille solus nouerit tuam orationem qui omnium corda nouit occulta, q̃a ipse qui est inspector, erit exauditor. Chry. in home. Nõ aũt dixit. Gratis dabit, sed reddet tibi. Etenim debitorem seipsum tibi cõstituit.

Secretũ orationis commendatur.

Orantes autẽ nolite multum loqui, sicut ethnici faciũt. Putãt. n. quòd i multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit. n. pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eũ.

Aug. de ser. do. in mon. Sicut hypocritarum est præbere spectandos in oratione, quorum fructus est placere hominibus ita est Ethnicorum. i. Gentilium in multiloquio se putare exaudiri, & ideo subditur: Orantes autem nolite multum loqui. Ex colla. Frequenter enim, sed breuiter est orandum, ne immorantibus nobis inserere aliquid nostro cordi insidiator possit inimicus. Aug. ad Probam: Nõ tamen ut quidam putant, hoc est orare in multiloquio si diutiùs oretur. Aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus nam & de ipso domino scriptum est, quòd pernoctauerit in orando, & prolixius orauerit, ut nobis præberet exemplum. Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidam habere orationes, sed eas tamen breuissimas, & raptim quodammodo iaculatas: ne illa uiolenter erepta, quæ oranti plurimum est necessaria per productiores moras haberetur intentio ac per hoc ipsi satis ostendunt hanc intentionem sic esse obruendam, si perdurare non potest: ita si perdurauerit, non cito esse rumpendam. Absit autem ab oratione multa locutio, sed non desit multa præcatio, si feruens perseuerat intentio. nam multum loqui est in orando rem necessariam superfluis agere uerbis. Multum aũt precari, est eum quem precamur diuturna cordis excitatione pulsare. nam plerunque hoc negociũ plus gemitibus, quàm sermonibus agitur, plus fletu quàm afflatu. Chrysost. in hom. Dissuadet igitur per hoc inanem locutionem in orando, puta cùm non petimus decentia à Deo: sed potentatus, & glorias inimicos superare, & pecuniarum abundantiam. Iubet ergo hic non longas orationes facere. Longas autem dico non tempore, sed multitudine eorum quæ dicuntur: permanere tamen oportet eos qui petunt. Orationi enim ait Apostolus instantes, non tamen iubet decem milium

Declaratio orationi.

lium versuum orationem componere, & cordetenus enunciare: quod occultè insinuat, cum dixit. Nolite multū loqui. Glo. Damnat aūt multiloquium orationis veniens de infidelitate, vnde sequitur: Sicut ethnici faciunt. Gentilibus. n. erat necessaria verborum multiplicitas, pp dæmones, qui nescirent quid illi peterent, nisi illorū verbis instructi. vnde sequitur: Putant. n. ꝙ in multiloquio suo exaudiantur. Aug. de ser. do. in mon. Et reuera omne multiloquium à gentilibus venit, qui exercendæ linguæ potius, quā mundando animo dāt operam, & hoc studij genus ad ēt ad Deū prece flectendo transferre conātur. Greg. 33. Mora. Sed veraciter orare est amaros in compunctione gemitus & non composita verba resonare, & ideo subditur; Nolite ergo assimilari eis. Aug. de ser. do. in mon. Si. n. verba multa ad id proferuntur, vt instruatur ignarus, quid eis opus est ad rerum oium conditorem? vnde sequitur. Scit. n. pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Hiero. Consurgit āt in hoc loco quædam hæresis philosophorum quorundam, dogma peruersum dicētium: Si nouit Deus quid oremus, & antequam petamus scit quo indigeamus, frustra scienti loquimur; Quibus respondendum est, nō narratores esse, sed rogatores. Aliud est. n. narrare ignoranti, aliud petere scienti. Chry. in ho. Non ergo ores vt doceas, sed flecta vt familiaris efficiaris continuitate interpellationis, vt humilieris, vt rememoreris peccatorum tuorū. Aug. de ser. do. in mon. Nec etiam verbis nos agere debemus apud Deum, vt impetremus quod volumus sed rebus, quas animo gerimus, & intentione cogitationis cū dilectione pura, & supplici affectu. Augu. ad Probam: Sed ideo per certa interualla temporum, etiam verbis rogamus Deum, vt illis rerum signis nos ipsos admoneamus, quantumq; in hoc desiderio profecerimus nobis ipsis innotescamus, & ad hoc augendum nosipsos acrius excitemus, ne varijs curis quod tepescere cęperat, omnino frigescat, & penitus extinguatur, nisi crebrius inflammetur. Nobis ergo necessaria sunt verba, quibus commoueamur, & inspiciamus quid petamus, nō quibus dominum seu docendum, seu flectendum esse credamus. Aug. de ser. do. in mon. Sed rursus quæri potest, siue rebus, siue verbis orandum sit, quid opus sit ipsa oratione, si Deus iam nouit quid nobis necessarium sit, nisi quia ipsa orationis intentio cor nostrum serenat & purgat, capaciusq; efficit ad excipienda diuina munera, quæ spiritualiter nobis infunduntur. Non enim ambitione precum exaudit Deus qui semper paratus est dare suam lucem, sed nos nō semper parati sumus accipere, cum inclinamur in alia. Fit ergo in oratione conuersio corporis ad Deum, & purgatio interioris oculi, cum ea quæ cupiebantur tēporaliter excluduntur, vt acies cordis simplicis ferre possit simplicē lucē, & in ea manere cū gaudio, quo beata vita perficitur.

Multiloquiū à gentilibus ortū est.

Declaratio orationi.

Quęstio proponitur.

Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in cęlis.

Glo. Inter salutaria monita & diuina, quibus consuluit credentibus, formā orandi proposuit, & orationes cōposuit breuibus verbis: vt sit fiducia citò annuēdi, qđ breuiter vult rogari. vnde dicit: Pater noster qui es in cęlis. Cypri. de oratio. do. Qui fecit viuere docuit & orare. vt dum oratione, quam filius docuit apud patrem loquimur, facilius audiamur. Amica & familiaris oratio est dominum de suo rogare: agnoscat pater filij sui verba, cum precē facimus, & cum ipsum habeamus aduocatū apud patrem pro peccatis nostris: quando peccatores ꝑ delictis nostris petimus, aduocati nostri verba promamus. Glo. Non tamen his solis verbis oratur, sed & alijs sub eorum sensu conceptis, quibus cor nostrum accenditur. Aug. de ser. do. in mon. Cum autē in omni deprecatione beneuolentia concilianda sit eius quem deprecamur, deinde discēdum quid deprecemur: per laudem illius ad quem oratio dirigitur, solet beneuolentia cōciliari, & hoc in orationis principio poni solet. In quo dominus noster nihil aliud nos dicere iussit, nisi: Pater noster, qui es in cœlis. Multa quidem dicta sunt in laudem Dei, nusquam tamen inuenitur præceptum populo Israel, ut dicerent, Pater noster, sed est eis insinuatus ut dominus tanquam seruis: sed de populo Christiano Apostolus dicit,

Laus præcipua orationis dominicæ.

dicit, quod spiritū adoptionis accepit in quo clamamus Abba pater, quod non est meritorum nostrorum, sed gratiæ quā in oratione ponimus, cū dicimus Pater, quo nomine & charitas excitatur. Quid.n.chari⁹ dēt esse filijs quàm pater? & supplex affectus cū homines dicunt Deo pater noster, & quędā impetrandi præsuppositio. Quid iam non det filijs petentibus, cum hoc ipsum ante dederit, vt filij essent? Postremò quanta cura animum tangit, vt qui dicit: Pater noster, tanto patre non sic indignus. Admonētur ēt hinc diuites, vel genere nobiles, cum facti fuerunt christiani, non superbire aduersus pauperes vel ignobiles, quoniam simul dicunt Deo, Pater noster: quod nō possunt piè ac verè dicere, nisi se fratres esse cognoscant. Chry. in ho. Quod enim nocumentum est ex inferiori cognatione, cū secundum superiorem oēs simus copulati, qui ēt patrem dicit, & peccatorū remissionem, & adoptionem, & hæreditatem, & fraternitatē quæ est ad vnigenitū, & spiritus largitionē per vnā hanc confessus est nuncupationē. Non.n. possibile est vocare Deum patrem, nisi eum qui est omnibus istis bonis potitus. Dupliciter orantiū igitur erigit sensum, & dignitate eius, qui inuocatur, & magnitudine beneficiorū quibus orans potitus est. Cypri. de oratione do. Nō aūt dicimus pater meus, sed pater noster, quia pacis & vnitatis magister noluit sigillatim & priuatim precē fieri: vt quis cum precatur, pro se tantum precetur. Publica enim est nobis & communis oratio: & quando oramus, non pro vno tātum, sed pro populo toto oramus, quia totus populus vnum sumus. Sic enim vnum orare pro oībus voluit, quomodo in vno oēs ipse portauit. Chry. sup. Matth. Pro se enim orare necessitas cogit: pro altero aūt charitas fraternitatis hortatur. Dulcior aūt est ante Deum oratio, non quam necessitas transmittit, sed quam charitas fraternitatis commendat. Glo. Dicitur etiam pater noster, quod commune est oībus, nō pater meus, quod soli Christo conuenit, qui est filius per naturam. Chry. sup. Mat. Addit autem: Qui es in cœlis, vt sciamus nos habere patrem cęlestem, & erubescāt se terrenis rebus substernere, qui patrem habent in cœlis. Ex colla. Et vt ad illā regionem, in qua patrem nostrum commorari fatemur summo desiderio properemus. Chry. in ho. In cœlis ergo cum dicit: Nō illic Deum concludens hoc ait, sed à terra abducens orantem, & excelsis regionibus affigens. Aug. de ser. do. in mon. Vel dicitur esse in cœlis, id est in sanctis & iustis: non.n. spatio locorum continetur Deus. Sunt quidem cœli excellentia mundi corpora, & si in eis locus Dei esse credatur, melioris meriti sunt aues, quarum vita est Deo vicinior. Non aūt est scriptum: Prope est dñs excelsis hominibus, aut eis qui in montibus habitant, sed contritis corde. Sed sicut terra appellatur peccator, cui dictum est: Terra es, & in terram ibis: sic cœlum iustus, econtrario dici potest. Rectè ergo dicitur: Qui es in cęlis, tantum.n. spiritualiter interesse videtur inter iustos & peccatores, quantum corporaliter inter cęlum & terram. Cuius rei significandę gratia orātes ad oriētē conuertimur, vnde cœlū surgit: non tanquā Deus ibi sit, cæteras mundi deserens partes, sed vt admoneatur animus ad naturā excellentiorem se conuertere, id est ad Deū: cū corpus eius quod terrenum est, ad corpus excellētius, id est ad corpus cęleste conuertitur. Conuenit etiā vt omnium sensibus, & paruulorum & magnorū bene sentiatur de Deo, & ideo qui nondū possunt aliquid incorporeū cogitare, tollerabilior est illorū opinio si Deū in cœlo potius esse credant, quàm in terra.

Vnitas po. christiano.

Quomodo De⁹ sit in cœlis.

Sanctificetur nomen tuum.

Aug. Dictum est quis sit qui petitur, & vbi habitet. Iam videamus quæ sint petenda. Primū autē omnium quæ petūtur, hoc est, Sanctificetur nomē tuum, quod nō sic petitur, quasi nō sit sanctum Dei nomen, sed vt sanctum habeatur ab hominibus, id est ita innotescat Deus, ut non æstimetur aliquid sanctius. Chry. in ho. Vel rogare iubet orantem per nostram glorificari vitā, ac si dicat: Ita fac nos viuere, ut per nos vniuersa te glorificēt, sanctificetur enim, idem est quod glorificetur. Digna est aūt Deū deprecantis oratio nihil petere ante patris gloriam, sed omnia eius laudi postponere. Chry. Vel aliter. Non optamus Deo vt sanctificetur orationibus nostris, sed

Primæ petitionis expositio.

ſed ut nomẽ eius ſanctificeť in nobis Quia n. ipſe dixit. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum, id petimus & rogamus: ut in baptiſmo ſanctificati ſumus, in eo quod eſſe cœperimus, perſeueremus. Aug de perſeuerãtia. Cur aũt pſeuerãtia illa poſcit à Deo, ſi ut Pelagiani dicũt, nõ datur à Deo? An & iſta irriſoria petitio eſt cũ id ab eo petitur quod ſcitur nõ ipsũ dare, ſed ipſo nõ dante eſſe in hominis poteſtate? Cypri. Et hoc ẽt ut ſanctificeť, quotidie deprecamur. Opus enim eſt nobis continua ſanctificatione, ut qui quotidie delinquimus, delicta noſtra, ſanctificatione aſsidua purgemus.

Adueniat regnum tuum.

Secundæ petitionis intellect⁹.

Glo. Cõgrue ſequitur vt poſt adoptionem filiorum regnum petamus, quod filijs debetur: unde ſequitur: Adueniat regnum tuum. Aug. de ſer. do. in mon. Quod non ita dictum eſt, quaſi Deus nunc nõ regnet etiam in terra, ſemperq; in ea regnauerit. Adueniat ergo recipiendum eſt, ut manifeſtetur hominib. nulli autẽ licebit ignorare regnum Dei, cum eius vnigenitus non ſolum intelligibiliter, ſed etiam uiſibiliter ueniret iudicare viuos & mortuos, tũc autem eſſe futurum iudicij diẽ dominus docet, cum Euangelium prædicatum fuerit in omnib. gentib. quæ res pertinet ad ſanctificatione nominis Dei. Hier. Vel generaliter pro totius mũdi regno petit, ut diabolus in mundo regnare deſiſtat, uel ut in unoquoque regnet Deus, & non regnet peccatũ in mortali hominũ corpore. Cyp. Vel noſtrum regnum petimus aduenire à Deo nobis repromiſſum, & Chriſti ſanguine acquiſitum, ut qui in ſeculo ante ſeruiuimus, poſtmodum Chriſto dominante regnemus. Aug. ad Probam: Regnum nanque Dei ueniet, ſiue uelimus, ſiue nolimus. Sed deſiderium noſtrum ad illud regnũ excitamus, ut nobis ueniat, atq; in eo regnemus. Ex colla. Vel qa nouit ſanctus teſtimonio conſcientiæ ſuæ cum apparuerit regnum Dei, eius ſe futurum eſſe conſortẽ. Hiero. Attendendũ autẽ eſt, ꝙ grandis audaciæ ſit & puræ conſcientiæ, poſtulare regnum Dei, iudicium non timere. Cypri. Poteſt ẽt & ipſe Chriſtus eſſe regnum Dei, quẽ uenire quotidie cupimus, cuius aduentus vt citò nobis repræſentetur optamus. nã cum reſurrectio ipſe ſit, quia in ipſo reſurgimus, ſic & regnũ Dei poteſt intelligi, quia in illo regnaturi ſumus. Bene aũt regnũ Dei petimus, id eſt cęleſte, quia eſt & terreſtre regnũ, ſed q renũciauit iã ſeculo, maior eſt ẽt honorib. eius & regno. Et ideo q ſe Deo & Chriſto dedicat, non terrena, ſed cœleſtia regna deſiderat. Aug de perſeuerantia. Cũ aũt petit, adueniat regnũ, quid orãt qui iã ſancti sũt, niſi vt in ea ſanctitate quæ iã illis data eſt, perſeuerent? Neq; enim aliter ueniet Dei regnum quod his, qui perſeuerant vſque in finem, certum eſt eſſe uenturum.

Fiat uoluntas tua, ſicut in cælo & in terra.

Tertiæ petitio.

Aug. In illo beatitudinis regno vita beata perficietur in ſanctis, ſicut nunc in cęleſtib. Angelis. Et ideo poſt illã petitionem, quam dicimus. Adueniat regnũ tuum, ſequitur: Fiat uoluntas tua, ſicut in cęlo & in terra, id eſt ſicut in Angelis, qui ſunt in cœlo voluntas tua fit, ut te perfruãtur nullo errore obnubilante eorum ſapientiam, nulla miſeria impediente eorum beatitudinem, ita fiat in ſanctis tuis qui in terra ſunt, & de terra quantum ad corpus attinet facti ſunt. Item fiat uoluntas tua, rectè intelligitur, obediatur præceptis tuis, ſicut in cœlo & in terra, id eſt ſicut ab Angelis, ita ab hominibus, non ꝙ ipſi faciant ut uellit Deus, ſed qa faciũt quod ille uult, id eſt faciunt ſecundum uoluntatem eius. Chry. in ho. Vide autem conſequentiam optimam: quia enim concupiſcere docuit cœleſtia per hoc quod dictũ eſt: Adueniat regnum tuum: Antequã ad cœlum perueniatur, ipſam terrã iuſsit fieri cœlum, per hoc quod dicit: Fiat uoluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Hiero. Erubeſcant autem ex hac ſententia, qui quotidie ruinas in cœlo fieri mentiuntur. Aug. de ſer. do. in mon. Vel ſicut in cœlo & in terra, id eſt ſicut in iuſtis, ita in peccatoribus, tanquam ſi diceret, ſicut faciunt uoluntatem tuam iuſti, ita etiam peccatores, ut ad te conuertantur, ſiue ita ut ſua cuiq; tribuantur, ꝙ fiet in extremo iudicio. Vel per cœlum & terram accipiamus ſpiritum & carnem. Et quod dicit Apoſtolus: Mente ſeruio legi Dei, uideamus factam Dei voluntatem in ſpiritu. In illa autem imitationem quæ pmitti

Terra fit cœlum.

mittitur iustis. Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra, id est sicut spiritus non resistit Deo, & ita corpus non resistat spiritui. Vel Sicut in cœlo, & in terra, id est sicut in ipso Iesu Christo, ita & in ecclesia tanquam in uiro, qui patris uoluntatem impleuit, ita & in fœmina, quę illi desponsata est. Cœlum enim & terra conuenienter intelligitur, quasi vir & fœmina, quoniam terra cœlo fœcūdata fructifera est. Cypri. Non ergo petimus ut Deus faciat quod vult, sed ut nos facere possimus quod Deus uult. quod vt faciat in nobis, opus est Dei voluntate, id est opera eius & protectione, quia nemo suis viribus fortis est, sed Dei misericordia tutus. Chry. in ho. Virtus enim non est nostri studij solum, sed superiori gratiæ. Rursum autem hic orationem pro orbe terrarum cuilibet nostrum iniunxit. Neque enim dixit: Fiat volūtas tua in me uel in nobis, sed ubique terrarum, ut soluatur error, & plantetur ueritas, & expellatur malitia, & reuertatur uirtus, & sic iam non differet cœlum à terra. Aug. de bono perseuerantiæ. Ex hoc autem euidenter ostenditur contra Pelagianos, initium fidei esse donum Dei, quādo pro infidelibus ut habere fidem incipiant sancta orat Ecclesia. Cùm etiam in Sanctis iam sit facta Dei uoluntas cur ut fiat adhuc petunt, nisi vt perseuerent in eo quod esse cœperunt? Chry. sup. Mat. Communiter autē accipi debet quod ait: Sicut in cœlo & in terra, id est sanctificetur nomen tuum sicut in cœlo & in terra Adueniat regnum tuum sicut in cœlo & in terra. Fiat uoluntas tua sicut in cęlo & in terra. Et uide q̄ cautè locutus est. non dixit. Pater sanctifica nomen tuum in nobis. Adueniat regnū tuū super nos. Fac voluntatē tuam in nobis. Nec iterū dicit. Sanctificemus nomē tuū. Suscipiamus regnū tuum. Faciamus uoluntatē tuā, ne hoc aut Dei tātū, aut hominis tātū esse videatur; sed medie dixit & impersonaliter, nam sicut homo non potest facere bonū, nisi habuerit adiutorium Dei, sic nec Deus bonum operatur in homine, nisi homo voluerit.

Pelagiani notantur.

Panē nostrū super substantialē da nobis hodie.

Augu. Hæc ergo tria quæ in præmissis petitionibus petuntur, hic inchoantur, & quantūcunq; proficimus augētur in nobis. Perfectè uerò quod in alia uita sperandū est, semper possidebuntur: reliquis verò quatuor q̄ sequūtur petūtur tēporalia, quę propter æterna cōsequēda sunt necessaria. Panis enim qui cōuenientēter petitur hic, est necessarius. Sequitur. n: Panē nostrū supersubstātialē da nobis hodie. Hie. Quod nos supersubstātialē exprimimus, in græco habet epyusion, quod septuaginta interpretes peryusiō frequētissimè trāsferūt. Considerauimus ergo in Hebręo & ubicunq; illi peryusiō expresserūt, nos inuenimus sogolla quod symachus exeriton, id est, p̄cipuū vel egregiū trāstulit, licet in quodam loco peculiarem interpretatus sit. Quādo ergo petimus vt peculiarem, uel præcipuum nobis dominus tribuat panem, illum petimus qui dicit in Euangelio. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi: Cypr. Nā panis vitę Christus est, et panis hic omniū nō est, sed noster est. Hunc autē panē dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & eucharistiā quotidie accipimus intercedente aliquo grauiori delicto à cœlesti pane prohibeamur, & à Christi corpore separemur. Petimus ergo ut qui in Christo manemus, a sanctificatione eius & corpore non recedamus. Aug. de bono perseuerantiæ. Perseuerantiam ergo à domino sancti poscunt, quando petunt ne à Christi corpore separentur, sed in ea sanctitate p̄maneant ut nullū crimen admittant. Chr. Vel panē supersubstantialē posuit, hoc est quotidianū. Ex colla. Cū enim dicit hodie ostendit eum quotidie esse sumendū, omnique tēpore hæc oratio debet profundi, quia non est dies quo non opus sit nobis huius perceptione, cor interioris hominis cōfirmare. Aug. de ser. do. in mon. Sed cōtra hoc illi mouent quęstionem, qui in orientalibus partibus non quotidie cœnę domini communicant, qui de hac re suam sententiam defendunt, uel ipsa auctoritate Ecclesiastica quod sine scandalo ista faciunt, neque ab eis qui ecclesijs præsunt facere prohibentur, sed ut de istis nil in aliquam partem disseramus, illud certè debet occurre cogitantibus, regulam nos orandi à domino accepisse, quam transgredi non oportet. Quis ergo audeat dicere semel tantū

Ritus orientalis ecclesiæ

nos

nos orare debere orationem dominicam: aut si iterum & tertio vsq; ad eam tm̃ horã, qua corpori dñi cõicamus? non.n. postea dicere poterimus, Da nobis hodie, qđ iam accepimus. Aut poterit quisq; cogere, vt ultima parte diei sacramentũ illud celebremus? Ex colla. Licet istud, quod dr̃. Hodie ad præsenté vitam possit intelligi.i.dũ in hoc sęculo cõmoramur, p̃sta nobis hũc pané. Hier. Possumus supersubstantialem panem & aliter intelligere, qui super oẽs substãtias sit, & vniuersas superet creaturas.i. dñi corpus. Aug. de ser. do. Vel quotidianũ pané accipiamus spiritualem, præcepta.s. diuina, q̃ quotidie oportet meditari & operari. Greg. 4 Moral. Nostrum autem hunc pané dicimus, & tñ vt detur oramus: quia Dei est ex munere, & noster fit p acceptioné. Hier. Alij simpliciter putãt secundũ Apostoli sermoné dicẽtis: Habentes victum & vestitũ his cõtenti sumus, de præsenti tm̃ cibo sanctos curã agere. vnde in posterioribus præceptũ est. Nolite cogitare de crastino. Aug. ad Pro. Sic ergo hic sufficientiã petimus a parte q̃ expedit, id-est nomine panis totum signantes. Chry. sup. Mat. Non solum autem oramus ideo panem nostrum da nobis hodie, ut habeamus quid manducemus quod cõmune est inter iustos & peccatores, sed ut quod mãducemus, de manu Dei accipimus, quod est tantum sanctorum. Nã illi Deus dat panem qui cum iustitia præparat, diabolus autem ei qui præparat cũ peccato. Vel ita vt dum à Deo datur sanctificatus accipiatur. & ideo addidit: Nostrum.i. quem nos habemus paratum, illum da nobis ut à te sanctificetur, sicut sacerdos pané accipiens à laico sanctificat & porrigit ei: panis.n. offerentis est, sed quod sanctificatum est, beneficium est sacerdotis. Dicit auté: Nostrum propter duo. Primo quia omnia q̃ nobis Deus dat, per nos alijs dat; ut de eo quod accipimus patrem impotentibus faciamus. Qui ergo de laboribus suis indigentibus præstat, non tantum panem suũ mãducat, sed etiam alienum. Deinde qui de iustitia acquisitum panem manducat, suum panem manducat: qui autem cũ peccato, alienum. Augus. de ser. do. in mon. Fortè auté aliquis moueatur: cur oremus pro his adipiscendis quæ huic vitæ sunt necessaria, sicut est victus & tegumẽtũ, cum dominus dicat. Nolite soliciti esse quid edatis, aut quid induamini: nõ potest autẽ quisque de ea re pro qua adipiscenda orat non esse solicitus. Aug. ad Probam. Sed sufficientiam vitæ nõ indecẽter vult, quisquis vult & nõ amplius; hæc autem sufficientia nõ appetitur propter seipsam, sed propter salutem corporis & congruẽtem habitum personæ hominis, quo habitu nõ sit inconueniés eis cum quibus honestè viuendum est. Ista ergo cum habẽtur, vt teneantur, cum non habentur, vt habeantur orandum est. Chry. in ho. Considerandũ est autem ꝙ postquam dixit: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. Et quia hominibus loquebatur in terra carne indutis, & nõ potentibus habere eandẽ impassibilitatem cum Angelis, condescendit iĩ infirmitati nostræ, quæ necessario indiget cibo. Et ideo pro pane iussit orationem facere non pro pecuniis neque pro lasciuia, sed solum pro pane quotidiano, & neque hoc sufficit, sed apposuit: Da nobis hodie, vt non conteramus nosipsos solicitudine superuenientis diei. Chry. sup. Mat. Et sic prima facie videntur hæc verba sonare, vt qui hoc dicunt non habeant in crastinum, aut post crastinum præparatum, quod si ita est, oratio illa aut paucis potest conuenire sicut apostolis, qui ducẽdi gratia omni tempore uagabantur, aut forsitan nulli. Doctrinam autem Christi ita debemus aptare, vt omnes in ea proficiant. Chry. Diuinum ergo cibum discipulus Christi debet petere, ne in longũ desiderium petitionis extẽdat, quia contrarium sibi fit & repugnans, vt quæramus in seculo diu manere, qui petimus regnum cœlorum velociter aduenire. vel addit: quotidianũ, vt tantum quis manducet quãtum ratio naturalis exigit, nõ quantum lasciuia carnis impellit. Si enim in vno conuiuio tantum expendas quantũ sufficere tibi potest centũ diebus: iam nõ quotidianum cibum manducas, sed multorum dierum. Hieron. In Euangelio autem quod appellatur secundum Hebræos, pro supersubstantiali pane moar reperitur, quod dicitur crastinum, ut sit sensus: Panem nostrum crastinum, id est

Panis noster propter duo.

Euangeliũ Hebræorũ citatur.

est futurum dā nobis hodie.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Chrys. Post subsidiū cibi petitur & venia delicti, vt q à Deo pascitur, in Deo viuat, nec tm̄ præsenti vitæ, sed æternæ consulatur: ad quē uenire pōt si peccata donentur, quæ debita dominus appellauit, sicut alibi dicit: Dimisi tibi omne debitū, q a rogasti me. vnde sequitur: Dimitte nobis debita nostra. Quare necessariè & salubriter admonemur, qui peccatores sumus, qui p peccatis rogare compellimur: & ne q s sibi quasi innocēs placeat, & se extollēdo plus pereat, instruitur se peccare quotidie, dum pro peccatis quotidie iubetur orare. Aug. de bo. perseuerā. Hoc autem telo Pelagiani confodiūtur hæretici, qui audent dicere hominem iustum in hac vita habere nullum omnino peccatum & in talibus hominibus esse iā in præsenti tempore Ecclesiā, non habētem maculam aut rugam. Chry. in ho. Quoniā verò fidelibus hæc oratio cōuenit, & leges ecclesiæ docent, & orationis principium, quod docet Deum patrem vocare. Qui ergo fidelibus iubet remissionē peccatorum petere, demonstrat ꝙ post baptismū cōtinuit peccata dimitti cōtra Nouatianos. Chrys. Qui ergo pro peccatis nos orare docuit, paternam misericordiam p-misit, sed planè addidit legem, certa cōditione nos constringens, vt sic nobis debitū dimitti postulemus, secūdum quod & ipsi debitoribus nostris dimittimus: & hoc est quod dicit: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Greg. 10. Mora. Vt profectò bonū qđ à Deo cōpuncti petimus, hoc primū proximo conuersi faciamus. Greg. Hoc nō de pecunia dicitur, sed de omnib. quę in nos quisq; peccat, ac per hoc etiam de pecunia: peccat nanque in te qui pecuniam tibi debitam cū habeat vnde redderet, nō reddit: quod peccatum si non dimiseris, nō poteris dicere: Dimi. no. de. no. si. & nos di. debi. no. Chry. sup. Mat. Cum qua ergo spe orat, qui inimicitiam seruat aduersus alterum, à quo forsitā lęsus est? Sicut enim ipse orans mentitur (dicit enim remitto, & nō remittit) sic & à Deo petit indulgentiam, & non illi indulgetur. Sed multi nolētes dare ueniam peccantibus in se, fugiūt istā orationē orāre stulti. Primò, quia qui nō sic orat ut docuit Christus, nō est Christi discipulus. Secūdo, qui a nec pater libēter exaudit orationē quā filius non dictauerit. cognoscit. n. pr̄ filij sui sensus & verba, neq; suscipit quę vsurpatio humana excogitauit, sed q̄ sapientia Christi exposuit. Aug. in Enchiridio. Tn̄ quia hoc tā magnū bonum, i. dimittere debita, & diligere inimicos tantæ multitudinis non est; quantam credimus exaudiri, cū in oratione dicitur: Dimitte no. debi. no. sicut & nos dimit. debit. nostris. Proculdubio verba spōsionis huius implētur, si homo nondum ita proficit vt diligat inimicū, tn̄ qn̄ cogatur ab homine qui peccauit in eū, vt ei dimittat, dimittit ex corde, qui et iā sibi roganti vtique vult dimitti. Iam verò qui eū in quem peccauit, si peccato suo moueatur vt roget, non adhuc est reputādus inimicus, vt eū diligere sit difficile, sicut difficile erat quando inimicitias exercebat.

Notantur oratores p̄posteri.

Et ne nos inducas in tentationem.

Chry. sup. Mat. Quia multa magnifica suprà mandauit hominibus, vt Deum patrem suum dicant, ut regnū Dei petant venire: ideo nunc additur humilitatis doctrina, cū dicitur, Et ne nos indu. in tēta. Aug. de ser. do. in mon. Nōnulli codices habēt, Et ne nos inferas in tenta. quod tātundem valere arbitror: nam ex vno gręco verbum vtrunq; est translatum. Multi autem interpretando ita dicunt: Ne nos patiaris induci in tentationem, exponentes qūo dictum sit inducas: non enim per seipsum inducit Deus, sed induci patitur eum quem suo auxilio deseruerit. Cypri. Qua in parte ostenditur contra nos nihil aduersarium posse nisi Deus ante præmiserit, ut omnis timor noster & deuotio conuertatur ad Deum. Aug. de ser. do. in mon. Aliud est autem induci in tentationē, aliud tentari: nam sine tentatione probatus esse nemo potest, siue sibiipsi, siue alij. Deo autē ante omnes tētationes quisq; nouissimus est. Non ergo hic oratur ut non tentemur, sed ut non infirmamur in tentationē. tanquam si quispiam cui necesse est igne examinari, nō orat ut igne non contingatur, sed nō exuratur. Inducimur enim, si tales inciderint quas ferre non possumus. Aug. ad Probam.

Quid sit in tentationē induci.

Cum

Cum ergo dicimus, Ne nos indu. in tēta. nos admonemur hoc petere, ne deserti eius adiutorio alicui tētationi uel consentiam⁹ decepti, vel cedam⁹ afflicti. Cypr. In quo admonemur infirmitatis & imbecillitatis nſæ, ne q̄s se insolēter extollat, vt dū procedit humilis & submissa cōfessio, & datur totū Deo, quicquid suppliciter petitur, ipsius pietate pſtetur. Aug. de bono perseueran. Cum aūt sancti petūnt ne nos inferas in tentationē: q̄d aliud quàm vt in sanctitate perseuerent orant? Si autē hoc sibi concesso quidē esse de Dei dono, cum ab illo poscitur demonstratur: nemo sanctorum tenet vsq; in finem perseuerātiam sanctitatis. neq;.n. quisquam in proposito christiano perseuerare desistit, nisi in tentationem primitus inferatur: Ideo ergo petimus ne inferamur in tētationē. vt hoc non fiat: & si non fit, Deus non permittit vt fiat. Nihil.n. fit nisi quod aut ipse facit, aut fieri permittit. Potens est ergo à malo in bonū flectere voluntates, & lapsum conuertere ac dirigere in sibi placitum gressum. Cui nō frustrà dr̄: Ne nos inferas in tētationē. nā qui in tētationem suę malæ voluntatis non infertur, in nullā prorsus inferē: vnusquisq;.n. tentatur à cōcupiscentia sua. Voluit ergo Deus à se posci ne inferamur in tētationē, quod poterat nobis & non orātibus dare: quia voluit nos admoneri, à quo beneficia accipiamus. Attendat ergo Ecclesia quotidianas orationes suas. Orat vt increduli credant: Deus ergo conuertit ad fidem. Orat vt credentes perseuerent: Deus ergo dat perseuerantiam usque in finem.

Sed libera nos à malo, Amen.

Aug de ser.do. Orandum est non solū vt non inducamur in malū quo caremus, sed ab illo ēt liberemur in quo iam inducti sumus: & ideo sequitur: Sed libera nos à malo. Chry. in ho. Vel malum hic diabolum uocat propter excellentiā malitiæ, nō quæ ex natura est, sed quæ ex electionem. Et quia ad nos implacabile bellū habet, pp hoc dixit: Libera nos à malo. Cypri. Post omnia quidem supradicta in consumatione orationis venit clausula vniuersas preces nostras collecta breuitate concludens. Nihil.n. remaneret q̄ vltra adhuc debeat postulari, cum semel protectionem Dei aduersus malum petamus: qua impetrata, cōtra omnia quę diabolus & mundus operatur securi sumus. Quis.n. de seculo metus est, cuius in seculo Deus tutor est? Augu. ad Probā: Et hoc vltimū quod in oratione dominica positum est tam latè patet, vt homo christianus in qualibet tribulatione constitutus, in hoc gemitus ędat, & in hoc lachrymas fundat, hinc exordiatur, in hoc terminet orationem. unde sequitur: Amen quo desideriū orantis exprimitur. Hieron. Amē .n. quod in fine constat scriptum signaculum est dominicæ orationis, quod Aquila interpretatus est Fideliter, qđ & nos Verè possumus dicere. Cypri. Quid mirum si talis oratio est, quam Deus docuit, qui magisterio suo omnē precem nostrā salutari sermone breuiauit? Hinc per Esaiam fuerat ante predictū: Sermonem breuiatū fecit Deus super terrā. Nam cum dn̄s Iesus Christus omnibus venerit, vt colligeret doctos pariter & indoctos, omni sexui atq; ætati p̄cepta salutis ædiderit, pręceptorū suorū fecit grande compendium: vt in disciplina cęlesti discentium memoria non laboraret, sed quod esset simplici fidei necessariū velociter disceret. Augu. ad Probam: Quælibet autem alia verba dicamus, quę affectus orantis vel pręcedēdo format vt clareat, vel consequendo attēdit vt crescat: nihil aliud dicim⁹, quàm quod in ista oratione dominica positum est, si rectè & congruenter oramus. Qui.n. dicit, Clarificare in omnibus gentibus, sicut clarificatus es in nobis: quid aliud dicit, q̄, Santificetur nomen tuum? Qui dicit, Gressus meos dirige secundū eloquiū tuum: quid aliud dicit, q̄, Fiat voluntas tua? Qui dicit, Ostende faciem tuam, & salui erimus: quid aliud dicit, quàm, Adueniat regnū tuū, fiat vo. tua? Qui dicit, Paupertatē & diuitias ne dederis mihi: q̄d aliud, quàm, Panē no. quo. da no. hodie? Qui dicit, Memēto domine Dauid, & omnis māsuetudinis ei⁹, & si red. retri. mihi mala, q̄, Dimitte nobis debi. nostra sicut & nos dimit. debito. nostris? Qui dicit, Aufer à me cōcupiscentias vētris: q̄d aliud dicit, quàm, Ne nos inducas in tētatio-

Compēdiū orationis dominicæ.

Mira uis orationis dominicę.

tio-

tionē? Qui dicit, Erue me ab inimis meis Deus meus: quid aliud dicit, quàm Libera nos à malo? Et si per omnia prædicationū sanctarum verba discurras, nihil inuenies quod in ista oratione dominica non cōtineatur. Quisquis.n.id dicit, quod ad Euāgelicam istam precem pertinere nō possit, carnaliter orat, quod nescio quo non dicatur illicite, quando renatos dominus non nisi spiritualiter docet orare. Qui autem dicit in oratione, Domine multiplica diuitias meas, & honores meos auge; & hoc dicit eorum habens concupiscentiam, non id attendens ut ex his secundū Deum prosit hominibus, puto eum non inuenire in oratione dominica quod possit hæc uota aptare. quamobrē pudeat saltem petere, quod nō pudet cupere. Aut si & hoc pudet, & cupiditas uincit; melius hoc petetur, ut ēt ab isto cupiditatis malo liberet, cui dicimus: Libera nos à malo. August. de ser. do. Videtur ēt iste numerus petitionum septenario beatitudinum congruere. Si.n. timor Dei est quo beati fiunt pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū cœlorum; petamus vt sanctificetur in hominibus nomen Dei, timore casto permanente in secula seculorū. Si pietas est qua beati sunt mites; petamus vt ueniat regnū eius, vt mitescamus nec ei resistamus. Si scientia est qua beati sunt qui lugent; oremus vt fiat uoluntas eius sicut in cœlo & in terra. qa cum corpus tāquā terra, spiritu tanquā cœlo consenserit, nō lugebimus. Si fortitudo est qua beati sunt qui esuriunt; oremus vt panis noster quotidianus detur nobis hodie. quo ad plenissimam saturitatem venire possimus. Si cōsiliū est, quo beati sunt misericordes, quoniam ipsorū miserebitur; dimittamus debita vt nobis nostra debita dimittantur. Si intellectus est quo beati sunt mūdo corde; oremus non induci in tentationem, ne habeamus duplex cor, tēporalia & terrena sectādo, de quibus tentationes fiunt in nobis. Si sapientia est, qua beati sunt pacifici, quoniā filij Dei vocabuntur; oremus vt liberemur a malo, ipsa.n. liberatio liberos nos faciet filios Dei. Chry in ho. Quia verò solicitos nos fecerat inimici memoria in hoc ꝙ dixerat, Libera nos à malo: rursus audaciā præbet p hoc, ꝙ in qbusdā libris subdit, Qm̄ tuū est regnū, & virtus & gloria: q a si eius est regnū, nullum formidare oportet, cū & q pliatur cōtra nos, sit ei subiectus. Cum autē virtus eius & gloria sit infinita, non solū à malis eruere pōt, sed etiā facere gloriosum. Chry. sup. Mat. Hæc ēt ad præcedentiā ptinēt: ꝙ.n. dicit, Tuū est regnum, respondet ad aliud ꝙ dixerat, Adueniat regnū tuum: ne aliquis dicat, ergo Deus non hēt regnum in terra, ꝙ aūt dicit, Et virtus, rñdet ad id quod dixerat, Fiat uolūtas tua sicut in cœlo, & in terra: ne aliquid dicat, ꝙ Deus nō potest facere quod vult. ꝙ vero dicit, Et gloria, respondet, ad omnia quæ sequuntur, in quibus gloria Dei apparet.

Concordia donorum & petitionum.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

Raba. Per hoc quòd dominus dixerat, Amen significat indubitanter illis à domino conferri omnia quæ ritè postulant, qui conditionis additæ seruare pactū non negligunt, unde subditur: Si.n. dimiseritis hominibus peccata eorū &c. Aug. de ser. do. Vbi non est prætereundum ꝙ ex omnibus his sententijs quibus nos dominus orare præcepit, eam potissimum commēdādam esse iudicauit quæ pertinet ad remissionem peccatorū, in qua nos misericordes esse voluit, quod est vnum consilium miserias euadendi. Chry. sup. Mat nō autem dixi, vt prius nobis Deus dimittat, & postea nos debitoribus nostris. scit.n. dominus homines esse mēdaces. quoniā etsi acceperint remissionem peccati sui, ipsi suis debitoribus non dimittūt: ideo dicit vt prius dimittamus, post petamus dimissionē. Augu. in Enchi. Quisquis aūt rogāti, & peccati sui pœnitenti ex corde non dimittit: nullo modo æstimet à domino sua peccata dimitti. & ideo subdit: Si aūt nō dimiseritis hominibus, nec pater vester dimit. vo. pec. ve. Cypri. Excusatio.n. tibi nulla est in die iudicij: cū secūdū tuā sententiam iudiceris, & quod feceris hoc ipse patiaris. Hiero. Si autem hoc quod scriptum est, Ego dixi dij estis, vos autem sicut homines moriemini? ad eos dicitur

Nota ordinem.

tur q̃ pp peccata hoĩes ex dijs esse meruerũt: recte ergo & hi quibus peccata dimittũtur, hoĩes appellati sunt. Chry. ĩ ho. lõ aũt cœlorũ & patris meminit, vt ex hoc ꝓuocet auditorẽ: nihil. n. ita te Deo assimilat, sicut iniuriã tibi faciẽtibus ignoscere. Inconueniẽs est aũt si talis patris filius existẽs carnalis efficiẽ, & ad cœlũ vocatꝰ terrenum quædã & vitæ huius proprium habet sensum.

Cũ autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminãt enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunãtes. Amẽ dico uobis, q̃a receperunt mercedem suam.

Chry. Quia oratio illa iã fortis est, quę fit in spiritu humili & corde contrito, q autem delicijs fruitur, spiritum humilẽ et cor contritum habere non potest, manifestum est; quoniam oratio sine ieiunio gracilis est & infirma: & ideo quicunque pro aliqua necessitate voluerunt orare, ieiuniũ cũ oratione iunxerũt, quia ieiuniũ adiutoriũ est orationis. vnde consequenter dominus post doctrinã de oratione subiũgit doctrinam de ieiunio, dicens: Cũ aũt ieiuna. noli. fie. si. hy tri. Sciebat. n. dominus gloriam vanã ex omni bono procedere, ideo spinam vanę gloriæ, quę nascitur in terra bona iubet præcidere, ne soffocet ieiunij fructum. Nõ autem potest fieri vt nõ sentiatur qui ieiunat, sed melius est vt ieiuniũ te ostẽdat, q̃ tu ieiunium. Non autem potest fieri vt sit hilaris qui ieiunat. Ideo non dixit, Nolite esse tristes, sed nolite fieri tristes. Qui enim per imposturas aliquas fallentes apparẽt: illi non sunt tristes, sed fiunt. Qui autem naturaliter propter assiduum ieiunium tristis est, non fit tristis, sed vere est: vnde subdit: Exterminãt enim faci. su. vt ap. ho. ieiu. Hier. Verbũ, exterminãt, quod in ecclesiasticis scripturis vitio interpretum tritum est aliud multo significat quàm vulgo intelligitur. Exterminãtur quippe exules qui mittuntur extra terminos, ꝓ quo ergo sermone (demoliũtur) semper accipere debemus. Demolitur aũt hypocrita faciẽ suã vt tristitiã simulet, & animo fortè lætante luctum gestat in vultu. Greg. 8. Mora. Nam ora pallescũt, corpus debilitate quatitur, pectus interrumpẽtibus suspirijs vrgetur,

Notandum. *(margin)*

Exterminare quid sit. *(margin)*

nihilque tãto labore aliud nisi æstimatio humana cogitaẽ. Leo pa. ĩ ser. de Epi. Non sunt aũt casta ieiunia, q̃ nõ de ratione veniũt continẽtiæ, sed arte fallaciæ. Chry. sup. Mat. Si ergo q ieiunat, & tristẽ se facit, hypocrita ẽ: quãto magis iniquior est q nõ ieiunat, sed argumẽtis quibusdã ĩ facie sua pingit uenalẽ pallorẽ quasi ieiunij signũ. Augu. de ser. do. ĩ mon. In hoc autẽ capitulo maximè aduertẽdũ ẽ: non ĩ solo rerum corporearũ nitore atq; pompa, sed etiã in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactãtiam, et eo periculosiorem quo sub nomine seruitutis Dei decipiẽ. Qui ergo immoderato culto corporis atq; vestitꝰ, vel cęterarũ rerum nitore fulget, facilè conuincitur reb. ipsis pomparum seculi esse sectator, nec quẽquam fallit dolosæ imagine sanctitatis. Qui autem in professione Christianitatis inusitato squalore ac sordibus intentos in se hominũ oculos facit cùm id volũtate faciat, nõ necessitate patiatur: cæteris eius operibus potest cognosci vtrum hoc cõtemptu superflui cultus, an ambitione aliqua faciat. Rem. Fructus autẽ ieiunij hypocritarum manifestatur cum subinfertur: Vt ap. ho. ieiu. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, scilicet quam desiderauerunt.

Notanda doctrina. *(margin)*

Tu autem cum ieiunas, unge caput tuũ, et faciem tuã laua, ne uidearis hominibus ieiunãs, sed patri suo qui est in abscondito: et pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi.

Glo. Docuit dominus quid nõ est faciẽdum, modo docet quid est faciẽdũ, dicẽs: Tu aũt cũ ieiu. vn. ca. &c. Aug. de ser. do. in mon. Quæri autem solet, quid sit quod hic dicitur. Non. n. quispiã rectè præceperit, quamuis faciẽ quotidiana cõsuetudine lauemus, vnctis quoq; capitibus cũ ieiunamus nos esse debere, quia turpissimũ omnes fatentur. Chry. sup. Mat. Item si ideo iubet nos nõ fieri tristes, ne per tristitiã appareamus hominib. ieiunare. Si unctio. capitis & lauatio faciei à ieiunãtibꝰ semper reseruẽtur, nihilo minus erunt signa ieiunij. Hier. Sed loquitur iuxta ritũ prouinciæ Palestinæ, vbi diebus festis solẽt ungere capita. Præcepit ergo vt quãdo ieiunamus, lætos & festiuos nos esse monstremus. Chrys. sup. Mat. Simplex ergo

Ritus prouinciæ Palest. *(margin)*

interpretatio huis est quoniã per aggregationẽ intelligẽda sunt ista, sicut cætera antedicta: tãquã si dicat. Sic longè te facere debes ab ostentatione ieiunij tui, vt si possit fieri (quod tñ nõ decet) ea ẽt facias q̃ ex diuerso luxuriæ & epulationis videãtur esse indicia. unde sequit. Ne vide. ho. ie. Chry. in ho. In eleemosyna quidẽ nõ simpliciter hoc posuit, sed dixit eleemosinã nõ esse faciẽdã corã hominib. apponens vt videremur ab eis. In ieiunio aũt, & oratione nihil tale addidit, qm̃ eleemosynã quidã impossibile est omnino latere: orationẽ aũt & ieiuniũ possibile est. Nõ paruus aũt fructus est humanã gloriã cõtemnere: p hoc.n. aliquis a graui hoĩum seruitute liberat, & ꝓpriæ virtutis operator efficit, eam amans, nõ propter alios, sed propter seipsam. Sicut.n. nos contumeliã æstimamus, cum non propter nos, sed propter alios diligimur: ita nec virtutem oportet propter alios sequi, nec Deo, ꝓpter homines obedire, sed pp seipsum. Ideo sequitur, Sed patri tuo q est in abscõdito. Glo. Id est patri tuo cœlesti qui est inuisibilis, vel qui habitat in corde per fidem. Deo ãt ieiunant, qui pro eis amore se mascerat: et quod sibi subtrahit, alteri largit. Et pater tuus qui videt &c. Rem. Sufficit.n. tibi vt qui est inspector cõscientiæ, sit & remunerator. Chry. sup. Mat. Spiritualiter autem facies animæ cõsciẽtia intelligitur. Sicut .n. in cõspectu hominũ gratiosa est facies pulchra, sic in oculis Dei speciosa est munda cõscientia. Has facies hypocritæ, q propter homines ieiunant, exterminant, fallere volentes Deũ & homines. nam semper vulnerata est cõsciẽtia eius qui peccat. Si ergo abstuleris nequitiã ab anima tua, lauasti conscientiã tuã, & bene ieiunãs. Leo pa. in ser. de ieiu. Impleri.n. debet ieiuniũ non ciborum tantummodo parcitate, sed maximè priuatione vitiorum. Nã cum ob hoc castigatio ista sumatur, ut carnaliũ desideriorum fomites subtrahantur, nullum magis sectandum est cõtinentiæ genus, q̃ vt semp simus ab iniusta volũtate sobrij, & ab inhonesta actione ieiuni. q̃ deuotio non secernit inualidos, quia etiam in languido corpore potest animæ integritas reperiri. Chry. su. Mat. Spiritualiter aũt caput tuũ Christus est, sitiẽtẽ pota, esuriẽtẽ ciba, & sic oleo misericordiæ vnxisti caput suũ.i. Christũ, qui clamat in Euangelio: qđ vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Gre. in ho. Illud.n. ieiuniũ Deus approbat, quod ante oculos eius manus eleemosynã lauat. Hoc aũt quod tibi subtrahis, alteri largire: ut unde tua caro affligitur, inde egẽtis proximi caro reparetur. Aug. de ser. do. Vel caput rectè accipimus rationẽ, quia in anima præminet, & cętera hominis mẽbra regit. Vngere ergo caput ad lætitiã pertinet. Interius ergo gaudeat de ieiunio suo, q ieiunãdo se auertit à voluntate sæculi, vt sit subditus Christo. Glo. Ecce non omnia in nouo testamento ad literam accipiuntur. Ridiculum.n. est in ieiunio oleo perfundi, sed spiritu amoris eius, cuius passionibus debemus participare, nos macerãdo mẽs debet inungi. Chry. sup. Mat. Propriè aũt debet faciẽ quidẽ lauare, caput aũt nõ lauare, sed vngere. Quãdiu.n. sumus in corpore, cõsciẽtia nostra sordida est in peccatis. Caput autẽ nostrum Christus, peccatum non fecit.

Moralis intelligentia.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autẽ vobis thesauros in cælo, vbi neq; ærugo, neq; tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furãtur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ.

Chry. in ho. Postquã uanæ gloriæ expulit ægritudinẽ, optimè iã sermonem de contẽptu diuitiarũ inducit. Nihil.n. ita pecunias cõcupiscere facit, ut gloriæ cupido. propter hoc nanq; famulorum greges, & auro opertos equos, & argenteas mensas expetunt homines, non vt vtilitatem aut voluptatem impleant, sed vt multis ostendant. & hoc est quod dicit: Nolite the. uo. the in ter. Aug. de ser. do. Si.n eo corde quisq; operetur aliquid, ut terrenum commodum adipiscatur, non erit cor mundũ, quod in terra uolutatur. Sordescit.n. aliquis, cùm inferiori miscetur naturæ, quanuis in suo genere non sordidetur: quia ẽt de puro argẽto sordidatur aurũ si misceatur, ita & animus noster terrenorum cupiditate sordescit, quãuis terra in suo ordine munda sit. Chry. sup. Mat. Vel aliter: Quia suprà dominus nihil de eleemosyna

Doctrina de eleemosyna.

syna

syna vel oratione vel ieiunio docuerat sed simulationem eorum compescuit tãtum, nunc secundũ tria prędicta tres consequentias introducit doctrinæ: quarũ prima pertinet ad eleemosynam, quę est hæc: Nolite thesaurizare vobis &c. vbi primo dat cõsiliũ vt eleemosyna fiat, vt sit ordo narrationis talis: Cũ facis eleemosynam noli tuba canere ante te. & postea subsequitur Nolite thesau. vo. the. i ter. vbi primo dat consilium vt eleemosyna fiat, secũdo ostẽdit quæ sit vtilitas in eleemosyna faciẽda, tertio vt neq; timor inopiæ accidentis impediat voluntatem eleemosynæ faciẽdæ. Chry. in ho. Dicens, autem: Nolite thẽ. vobis in ter. subdit: Vbi ęrugo & tinea demolitur: vt demonstret thesauri, qui est hic nocumentum: & eius qui est in cœlo vtilitatem, & a loco & ab his quæ nocẽt. quasi dicat, qui formidas ne pecuniæ consumẽtur, si eleemosynam dederis? Itaq; da eleemosynam, & additionem accipient: etenim q̃ in cęlis sunt, apponentur. ꝙ si nõ dederis, pereunt. & non dixit alijs derelinquis: qm̃ in hoc delectabile est hominib. Raba. Tria aũt ponit secundum tres diuersitates diuitiarũ metalla, ærugine, vestes tinea demoliuntur. Sunt ãt alia quæ neq; æruginẽ, neq̃ tineam timent, sicut lapides preciosi. & ideo ponit generale detrimentum, scilicet fures, qui omnes diuitias rapere possunt. Chry. sup. Mat. Alia litera hẽt, vbi tinea & comestura exterminant. Omnia. n. bona mũdi tripliciter tollit interitus. Aut enim a semetipsis veterascunt & tineant, sicut vestimenta: aut ipsis dominis luxuriose viuẽtibus comeduntur: aut ab extraneis vel dolo, vel vi, vel calumnijs, vel alio iniquo modo diripiuntur: qui oẽs fures dicũtur, quia per iniquitatem festinant aliena facere sua. Sed dices: Nunquid oẽs qui hęc habent, perdunt ea? Interim quidẽ dicam, quia & si non oẽs perdunt tñ multi perdũt. Verè aũt & malè seruatas diuitias & si nõ

Mundi bona p̃duntur tripliciter.

corporaliter, spiritualiter tñ perdidisti, q a nõ proficiũt tibi ad vsum salutis. Raba. Allegoricè autem ærugo significat superbiã, quę decorẽ virtutum obfuscat. Tinea quę vestes latenter rodit inuidia est, quæ bonũ studium lacerat, & per hoc compactionẽ vnitatis dissipat. Fures sunt hæretici & dæmones, qui semper ad hoc sunt intenti, vt spiritualibus spoliẽt. Hil. Cęterũ laus cœlestis æterna est, nec furto surrepenti subtrahenda, nec tinea & rubigine inuidiæ excidenda, & ideo sequitur: The. aũt ve. the. in cœlis, vbi neq; ęrugo, neq; tinea demolitur: & ubi fures non effodiunt, neque furantur. Aug. de ser. do. in mon. Cœlũ ãt hoc loco non corporeum acceperim, quia omne corpus pro terra habendum est. Totum. n. mundum debet contemnere, qui sibi thesaurizat in illo cœlo, de quo dictum est; Cœlum cęli domino, idest in firmamẽto spirituali. Cęlũ. n. & terra transibunt. Non autẽ in eo quod transit, collocare debemus thesaurũ nostrum, sed in eo quod semper manet. Chry. sup. Mat. Quid ergo melius est, an super terrã reponere, vbi incertus est conseruationis euentus, an in cœlo, vbi est certa custodia? Quæ autẽ stultitia est illic relinquere vnde exiturus es, & illic non præmittere quo iturus es? Illic ergo substantiam tuam colloca, vbi patriã habes. Chry. in ho. Quia tamẽ non omnis terrenus thesaurus ærugine, aut tinea destruitur, aut p̃ fures aufertur, & ideo aliud inducit dicens. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ, ac si dicat, & si nihil priorũ eueniat, non paruam sustinebis iacturã inferioribus affixus, & eorũ seruus factus, & a cœlestibus cadẽs; & nihil excelsorum cogitare potens. Hiero Hoc autem non solũ de pecunia, sed de cũctis possessionibus sentiendum est. Gulosi enim Deus, venter est, lasciui thesaurus sunt lubrica amatoris libido. huic seruit vnusquisque, à quo vincitur. ibi ergo habet cor, ubi & thesaurus. Chry. sup. Mat. Vel aliter; Ponit nunc quę sit vtilitas in eleemosyna facienda. Qui enim collocat thesauros in terra, non habet quid speret in cœlo. Vt quid ergo aspiciat in cœlum, vbi nihil repositum habet? Vnde dupliciter peccat, primo quia mala congregat, secundo quia cor habet in terra; & ex contrarijs causis dupliciter benefacit qui thesaurizat in cęlo.

Lucerna corporis tui est oculus tuus, Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidũ erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumẽ quod in te est, tenebræ sunt, ipsę tenebræ quantæ erũt?

Chry.in ho. Postquam fecit mentioné de intellectu in seruitutem redacto & captiuato, quia hoc non multis facilè cognoscibile erat, ad exteriore doctrina transponit, dicens: Lu.cor.tui &c. Si non nosti q̄d est iactura intellectu, a corporalibus hoc disce. Quod.n.est oculus corpori, hoc est intellectus aiæ. Sicut ergo oculis orbatis multum operationis reliquorum membrorum amittitur lumine eis extinctio, ita & mente corrupta multis malis vita tua implecur. Hiero. Hoc ergo totum trásfert ad sensum, quomodo enim corpus totum est in tenebris, si oculus nó fuerit simplex: ita si anima principalé fulgorem suum perdiderit, vniuersus sensus, vel sensualis pars animæ in caligine commorabitur. vnde dicit: Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt ipsæ tenebræ quantæ sunt? idest, si sensus, quod lumen est animæ, vitio caligatur ipsa putans caligo quibus tenebris obuoluerunt? Chry.sup.Mat. Videtur aût q̄ nó de corporali oculo hic loquat, nec de hoc corpore quod videtur a foris, alioquin dixisset: Si oculus tuus sanus fuerit aut infirmus, nunc aût subdit Simplex & nequam. si aût benignum oculum hēt & infirmum, nunquid corpus eius in lumine est? Aut si malignū & sanum, nunquid corpus eius in tenebris est? Hier. Sed solét lippientes. Lucernas videre numerosas simplex aût oculus & purus simplicia intuet & pura. Chr. sup.Mat. Vel dicitur oculus nó a foris, sed ab intus. Lucerna.n. est més per quā anima videt Deum. Qui ergo cur habet ad Deū illius oculus lucidus est, idest illius mens munda est, non terrenis concupiscentijs sordidata Tenebræ aût in nobis, sunt sensus carnales, qui semper desiderant q̄ sunt tenebrarum Qui ergo habet oculum mundum, idest méte spiritualem, corpus suum seruat lucidum, idest sine peccato. Etsi.n. caro desiderat mala, virtute tamen diuini timoris repercutit eam. Qui autem habet oculum, idest mentem aut malignitate tenebrosam, aut cócupiscentiā turbulentā, tenebrosum possidet corpus: non.n. resistit carni qñ concupiscit peruersa, quia non habet spem in cœlo quæ præstat nobis virtutē vt nobis concupiscentijs resistamus. Hila. Vel aliter: De officio luminis oculi, lumen cordis expressit: quod si simplex & lucidū manebit, claritatatē æterni luminis corpori tribuit, & splédorem originis suæ corruptioue carnis infundet, scilicet in resurrectione. Si autem obscurum peccatis & voluntate erit nequā vitijs mentis natura corporis subiacebit. Aug.de ser.do. Vel aliter. Oculum hic accipere debemus intentionem nostram, quę si munda fuerit & recta, oia opera nostra quæ secundū eā operamur, bona sunt: quæ quidem omnia totum corpus appellauit, quia & Apostolus membra nostra dicit quędā opera, vbi ait: Mortificate mébra vestra fornicationé & immunditiam &c. nó ergo quid quisq; faciat, sed quo animo faciat considerandā est. Hoc.n. lumen in nobis, quia hoc nobis manifestum est bono animo nos facere q̄d faciamus. Oē.n. q̄d manifestatur, lumé est. Ipsa verò facta q̄ ad hominum societatem procedunt, incertū nobis habent exitū, & ideo tenebras eas vocauit, non.n. noui, cū pecuniā porrigo indigenti, quid sit inde facturus. Si ergo ipsa cordis intentio, quæ tibi nota est, sordidatur appetitu téporaliū rerū, magis ipsum factū, cuius incertus est exitus, sordidū erit. quia & si bene alicui proueniat quod tu non recta intentione facis, quomodo tu feceris imputabitur tibi non quō illi prouenerit. Si aût simplici intentione. i. fine charitatis opera nostra fiāt, tunc munda sunt, & placent in conspectu Dei. Aug con.men. Sed ea quæ constat esse peccata, nulla velut bona intentione facienda sunt, ea quippe opera hoium si causas habuerint bonas uel malas, nunc sunt bona, nūc mala: quæ nó sunt per seipsa peccata. sicut victū præbere pauperib. bonum est, si fiat misericordiæ causa: malū auté si fiat cā iactātiæ. Cū verò opera ipsa peccata sunt: vt furta, stupra, & hmōi, q̄s dicat causis bonis esse facienda: vel peccata non esse? quis dicat furemur diuitibus vt habeamus quid demus pauperibus? Greg. 33. Mora. Vel aliter Si lumé quod in te est, id est si hoc quod nos bene agere cœpimus, ex mala intétione offuscamus: ipsa q̄ mala esse non ignoramus, ēt cum faciamus, quātæ tenebræ erunt? Remi. Vel aliter. Fides, lucernæ assimilatur, quia per eam gressus interioris hominis, idest actio illuminatur.

Intellectus oculo cōparatur.

Intentionis bonæ vtilitas.

Fides cōparatur lucernæ.

tur ne offendat, scd'um illud: Lucerna pedibus meis uerbũ tuũ. q̃ si fuerit múda & simplex, totũ corpus lucidũ erit: si uerò sordida, totum corpus erit tenebrosum. Vel aliter: Per lucernã intelligit̃ rector ecclesiæ, qui bene oculus dicit̃, q̃a salutaria plebi subiectę ꝓuidere dẽt, q̃ p corpus intelligit̃. Si ergo rector ecclesię errauerit, q̃to magis errabit populus ei subiectus?

Nemo potest duob. dominis seruire. Aut.n. unum odio habebit, et alterum diliget: aut unũ sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonæ.

Chry. sup. Mat. Superius dixerat dominus quòd qui habet mentem spiritalẽ, ille potest corpus suum seruare sine peccato: qui autem non habet, non potest. cuius ratione subiũgit, dicẽs: Nemo potest &c. Gl. Vel aliter: Quod dictum est suprà ꝙ propter intẽtionem temporaliũ, bona mala fiunt. vnde posset aliquis dicere: Ego faciã bona, & propter tẽporalia, & propter cælestia. Cõtra quod dominus ait: Nemo põt duo. do. ser. Chry. in ho. vel aliter: In anterioribus auaritiæ compressit tyrannidẽ per multa & magna, sed adhuc alia apponit ampliora. Nõ.n. in hoc solum nobis nocẽt diuitię quòd latrones aduersus nos armant, et quòd intellectum obtenebrãt, sed etiam à seruitute Dei nos expellũt. & hoc probat à communibus conceptionib. dicẽs: Nemo potest duo. do. ser. Duos autẽ dicit, qui contraria iniungit. Cõcordia.n. multos unũ facit, quod ostenditur per hoc quod subdit: Aut.n. unum odio habebit. Ideo autem duo ponit, ut monstret facilẽ esse transmutationem ad melius. Si enim dicat: Seruus factus sum pecuniarũ, amãdo scilicet eas, mõstrat quod possibile est ad aliud uenire, scilicet non sustinẽdo seruitutem, sed contemnendo. Glo. Vel duo tangere uidetur seruientiũ genera. quidã .n. seruiunt liberaliter ex amore, quidam seruiliter ex timore. Si ergo aliq̃s ex amore seruiat vni contrariorum dominorũ, necesse est ut alterũ odio habeat. Si uerò ex timore seruiat, necesse est ut dum unũ sustinet, alterũ cõtẽnat. Res aũt terrena uel Deus, si in corde hominis dominetur, ad cõtraria ex vtroq; trahit̃ homo, nã Deus trahit ad superiora sibi seruientẽ, res uero terrena ad inferiora. & ideo quasi concludẽs subdit: Nõ pote. Deo ser. & mam. Hiero. Mãmona sermone Syriaco diuitię nuncupant̃. Audiat ergo hoc auarus, q̃ cẽsetur uocabulo Christiano, nõ posse se simul diuitijs Christoq; seruire. et tñ non dixit: Qui habet diuitias, sed q̃ seruit diuitijs. Qui.n. diuitiarũ seruꝰ ẽ, diuitias custodit ut seruus: qui aũt seruitutis excussit iugũ, distribuit eas ut dominus Glo. Per mãmona etiã intelligit̃ diabolus, q̃ pręest diuitijs: nõ ꝙ possit eas dare nisi quando Deus ꝑmittit, sed q̃a per eas hoĩes fallit. Aug. de ser. do. ĩ mõ. Qui.n. seruit mãmonæ, idest diuitijs, illi utiq; seruit, q̃ rebus istis terrenis merito suæ peruersitatis præpositus princeps huius sęculi à dño dicit̃. Vel aliter, q̃ sint duo dñi ostẽdit cũ dicit: Nõ pote. Deo ser. & mã. s. Deo, & diabolo. Aut ergo hunc odio habe. homo: et alte. dili. idest Deũ. Aut.n. & unũ &c. Patit̃ .n. durũ dominũ quisq̃s seruiunt mãmonæ, sua enim cupiditate implicatus subditur diabolo, & non eũ diligit. Sicut qui ancillæ alienæ coniunctus est propter concupiscentiam, durã patitur seruitutẽ, & si non diligat eũ, cuius ancillã diligit. Dixit autẽ alterum contemnet, non odio habebit. nullus etiam uera conscientia Deũ potest odisse. Contemnit autem, idest non timet eũ cùm quasi de eius bonitate securus est.

Ideo dico uobis, ne soliciti sitis animæ uestræ quid mãducetis; neque corpori uestro q̃d induamini. Nõne anima plus est quàm esca, et corpus plus quàm uestimentum.

Aug. de ser. do. in mõ. Quia superius docuerat dñs ꝙ quisquis vult diligere Deũ & cauere ne offendat, non se arbitretur duob. dominis posse seruire: ne fortè quãuis iã superflua non quęrantur, propter ipsa tñ necessaria cor duplicet̃, & ad ea deflectenda torqueatur intentio, subiungit dicens: Ideo dixi vo. &c. Chry. in ho. Nõ hoc dicit ꝙ anima cibo indigeat (incorporea est enim) sed secundũ cõem locutus est consuetudinem: aliter enim nõ potest morari ĩ corpore, nisi eo cibato. Aug. Vel animam in hoc loco ꝓ animali uita posi tum nouerimus. Hiero. In nonnullis codicibus additum est, neque quid bibatis. Ergo q̃d omnib. natura tribuit & iumentis

Duo seruiẽtium genera.

& bestijs hominibusq; cōe est, huius cura penit⁹ liberamur. Quod aūt hic dicit, de carnali cibo & uestimēto accipimus. Cæterū de spiritualib. cibis & vestimētis semp debemus esse soliciti. Aug. de hęre. Dicunt aūt Euchitæ qdam hæretici opinātes monacho nō licere sustētādę uitæ suę causa aliqd operari, atq; ita seipsos profiteri ut omnino ab operibus vacēt. Aug. de operib mona. Inquiūt. n. de hoc opere corporali, in quo vel agricolæ vel opifices laborāt pcipit Apostolus cū dixit: Qui non vult operari, nō māducet. Neq; Euāgelio posset omnino esse contrarius, ubi ait dn̄s. Ideo dico vo. ne soli. sitis. In uerbo ergo Apostoli prædicto spiritualia opera debem⁹ accipere, de quibus alibi dicitur. Ego plantaui, Apollo rigauit, & ita se attrābitur apostolicæ & euangelicæ obtemperare sententiæ, cū Euangeliū credunt de nō curanda corporali huius vitę indigentia præcepisse, & Apostolū de opere & cibo spirituali dixisse: Qui nō vult ope. nō mādu. Prius ergo demonstremus Apostolum opera corporalia seruos Dei operari uoluisse. Præmiserat. n. dicens: Ipsi sitis quomodo oporteat vos imitari, quia nō iquieti fuimus inter vos, neque panem ab aliquo gratis māducauimus: sed in labore et fatigatione die ac nocte laborātes, ne quē vestrū grauaremus: nō quia nō habuimus potestatē, sed vt nosipsos formā daremus vobis, qua nos imitaremini. Nam & cum essemus apud uos, hoc denūciabamus uobis, quoniam si quis non vult operari, non māducet. Quid ad hoc dici potest, quādo exemplo suo docuit quid præceperit, scilicet corporaliter operādo? Nam ꝙ corporaliter operaretur ostenditur in actib. ubi dicitur, ꝙ māsit cū Aquila & uxore eius Priscilla opus faciendo apud illos. erāt. n. tabernaculorum artifices, et tamē Apostolo tanquam prædicatori Euangelij, militi Christi, plātatori uineæ, pastori gregis cōstituerat dominus, ut de Euangelio uiueret, qui tamē stipendium sibi debitum nō exegit, ut se formā daret eis qui exigere indebita cupiebant. Audiant ergo nō qui habent hanc potestatem, quam ille habebat, ut tantummodo spiritualiter operantes manducent panem à corporali labore gratuitum. Si autē Euangelistę sunt, si ministri altaris, dispensatores sacramentorū habent hanc potestatem, si saltē habebāt aliquid in seculo, quo facilè sine opificio sustentarent hāc vitam, quod cōuersi ad Deum indigentibus dispartiti sunt, & credenda est eorum infirmitas & ferēda. Nec attēdendum in quo loco hoc qđ habebāt impenderint, cum omnium Christianorū sit vna respub. Sed qui veniunt ad professionem seruitutis Dei ex vita rusticana, & ex opificum exercitio, & plebeio labore, si quo minus operentur excusari non possunt. Nullo. n. modo decet ut in ea vita vbi senatores fiunt laboriosi, ibi fiant opifices otiosi: & quo veniūt relictis delicijs sui qui fuerūt prędiorum dn̄i, ibi sunt rustici delicati. At cū dn̄s ait: Nolite soliciti esse, non hoc dicit ut ista nō procurent, quātum necessitatis est, vnde honeste potuerunt: sed vt ista intuantur, & pp ista faciant quicquid in Euangelij prædicatione facere iubētur, eā nanq; intētionē paulo superius oculum vocauerat. Chry. in ho. Vel pōt aliter continuari. Cum. n. docuisset dn̄s pecuniam despicere: ne aliquis diceret, qualiter poterimus viuere, si oīa proiecerimus? subiungit, dicens: Ideoque dico vobis. Glo. Id est, cura tēporali ne retrahamini ab æternis. Hiero. Præcipitur ergo nobis ne soliciti simus quid comedamus, quia in sudore vultus præparamus nobis panē. Ergo labor exercēdus est, solicitudo tollenda. Chry. sup. Mat. Nō. n. solicitudinib. spiritualibus, sed laborib. corporalib. acquirendus est panis: qui laborātibus pro præmio diligētiæ Deo præstante abundat, & negligentib. pro pęna Deo faciente subducitur. Confirmat āt spem nostrā dn̄s, & primo de maiori ad minus descendit, dicēs: Nōne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum? Hier. Qui maiora præstitit, vtique & minora præstabit. Chry. sup. Mat. Nisi enim voluisset conseruari quod erat, non crearet. quod autem sic creauit ut per escam seruetur, necesse est ut det ei escā quādiu vult esse quod fecit. Hil. Vel aliter: Quia corruptus circa futurorum curā infideliū sensus est calumniantium, quæ in resurrectione corporum species sit futura, quę in sub-

Error Euchitarum exploditur

Doctrina claustralis.

substãtiã æternitatis alimonia. Ideo subsequẽter dicitur: Nonne anima plus est quã esca? Non enim patitur spem nostrã futuri in resurrectione cibi & potus & uestit⁹ solicitudine demorari, ne redẽpti in corpus atque animam contumelia in non efficiendi leuioribus inferat.

Respicite volatilia cæli quæ non serũt neque metũt, neque congregant in horrea, & pater uester cælestis pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis? Quis autem uestrum cogitans põt adijcere ad staturam suam cubitum unum?

Doctrina dæ-stralis.

Chry. sup. Mat. Postquã cõfirmauit spẽ nostrã de maiori ad minus descendẽs, deinde cõfirmat de minori ad maius ascẽdẽs, cũ dicit: Res. uola. cę. quia nõ se neq; me. Aug. de operib. monia, Quidã se dicunt ꝓpterea operari nõ debere, quia nec uolucres cœli seminant neq; metũt: Cur ergo non attendũt quod sequitur? Neq; congregant in horrea. Cur ergo isti manus otiosas, & plena repositoria volũt habere? cur deniq; molunt & coquunt? hęc .n. aues nõ faciunt. aut si reperiunt quib. hoc persuadeant, ut eis per singulos dies escas afferãt preparatas, saltem sibi de fontib. aquã afferant & reponũt, quod uolatilia nõ faciũt. Sed si nec aqua sibi uasa cogũtur implere, & iã illos qui tũc erãt Hierosolymæ nouo gradu iustitię supergressi sũt, qui de misso sibi ex gratia frumẽto panẽ fecerũt, aut facere curauerunt, quod aues nõ faciunt. Non possunt autẽ ista seruare, ut scilicet nihil in crastinum reponant, qui se ꝑ multos dies à cõspectu hominũ separatos, & nulli ad se præbentes accessum includunt seipsos, uiuentes in magna intentionẽ orationum. An fortè quo sunt sanctiores, eò sunt uolucrib. dissimiliores? Quod ergo dicit de uolatilibus cęli ad hoc dicit, neq; quisquam putet Deum seruorum suorũ necessaria non curare, cum eius prouidentia vsq; ad ista gubernanda proueniat. Neque enim non ipse pascit eos qui manibus operantur, neque etiam quia Deus dixit: Inuoca me in die tribulationis, & eruam te: non debuit fugere Apostolus, sed expectare vt comprehenderetur & eum De⁹, sicut tres pueros de mediis ignibus liberaret: Sicut enim qui fugientibus sanctis huiusmodi quæstionem obijceret, responderent nõ se opportuisse tentare Deum, sed tunc talia Deũ si uellet esse facturũ, ut eos liberaret, sicut Danielẽ à leonib. & Petrũ a uinculis, cùm ipsi quid facerẽt non haberent. Cũ uerò eis fugam in potestatẽ dedisset, ẽt si liberarẽtur per illã, nõ nisi ab ipso liberari: sicut seruis Dei ualentib. manibus suis uictũ trãsigere, si ex Euangelio mouerit q̃stionẽ de uolatilib. cęli quæ nõ seminant neq; metunt, facile respõdebũt: Si nos per aliquã infirmitatẽ uel occupationẽ nõ possumus operari, ille nos pascet sicut aues q̃ nihil operãtur. Cũ autẽ possumus, nõ debemus tentare Deũ: quia hæc quæ possumus, eius munere possumus. Et cũ hic uiuimus illo largiente uiuimus q̃ largitus est ut possimus: & ille nos pascit à quo aues pascuntur, sicut dicitur: Et pater uester cœlestis pascit illa, nõne uos magis &c. Aug. de ser. do. in mon. Id est carius uos ualetis, quia rationale animal, sicut est homo, sublimis ordinatur in rerũ natura, quã irrationalia, sicut sunt aues. Aug. 11. de ciui. Dei. Plerũq; tamẽ carius comparatur equus quam seruus, & gẽma quàm famula, non ratione considerantis, sed necessitate indigentis, seu uoluptate cupientis. Chry. sup. Mat. Omnia .n. animalia Deus propter hominẽ fecit, hominẽ autẽ propter se: quãto ergo preciosior est hominis creatio, tantò maior est Dei solicitudo de ipso. Si ergo aues nõ laborãtes inueniũt escas, homo nõ inueniet, cui Deus dedit & operãdi scientiam & fructificandi spem? Hier. Sunt autem quidam qui dum uolunt terminos patrum excedere, & ad alta volitare, in ima merguntur. Volatilia cęli Angelos esse uolũt, ceterasq̃ue in Dei ministerio fortitudines, quæ absq; cura, Dei sui alũtur prouidentia. Si hoc ita est, ut intelligi volũt, quomodo sequitur dictũ ad homines. Nõne uos ma. plu. estis illis? Simpliciter ergo ancipitur, ꝙ si uolatilia absq; cura & ærumnis, Dei alũtur prouidẽtia, quę hodie sunt & cras nõ erunt: quãto magis homines quib. ęternitas repromittitur. Hila. Potest aũt dici ꝙ sub nomine uolucrũ, exẽplo nos immũdorum spirituũ hortatur, quibus sine aliquo negotio quærẽdi, congregandi, uiuendi tamen tribuitur de æterni cõsilij pote-

Taxantur superstitiosi monachi.

ſtare ſubſtantia:atq; ut ad immũdos iſtud Spiritus referat,opportunè adiecit: Nõne uos magis pluris eſtis illis? De cõparationis præſtãtia differentiam nequitię & ſanctitatis oſtẽdẽs. Glo. Non ſolũ autẽ exemplo auiũ, ſed experimẽto docet, ꝙ ad hoc ꝙ ſumus & uiuimus noſtra cura nõ ſufficit, ſed diuina prouidẽtia operatur, dicẽs: Quis aũt ueſtrũ cogitans poteſt adijcere ad ſtaturã ſuã cubitũ vnũ? Chry. ſup. Mat. Deus.n.eſt, qui per ſingulos dies incremẽta corporis tui facit, te non intelligente. Si ergo in teipſo quotidie Dei prouidentia operatur, quõ in neceſsarijs tuis ceſſabis? Si aũt uos cogitando modicã partẽ corpori veſtro addere nõ poteſtis, quõ cogitando ſaluãdi eſtis in toto? Aug. de ſer. do. in mon. Vel põt referri ad conſequentiã, ac ſi diceret: Nõ eſſe pura noſtra factũ ut ad hãc ſtaturã ueniret corpus noſtrũ: ex hoc intelligi põt, ꝙ ſi ueletis adijcere unũ cubitũ, nõ poſſetis. Illi ergo tegẽdi corporis curã relinquite, cuius cura factũ eſt ut eſſet tãtæ ſtaturę. Hil. Vel aliter: Sicut fidẽ uitalis ſubſtãtiæ noſtrę de documento ſpirituum ſeruauit, ita opinionem futuri habitus iudicio cõis intelligentię derelinquit. Cum.n.uniuerſorum corporũ quę uitam hauſerũt, diuerſitatẽ in unum perfectum uirũ ſit excitatus, ſolus qui potẽs ſit ad uniuſcuiuſq; proceritatem cubitum unũ, & alterum tertiumve præſtare de veſtitu, ideſt de ſpecie corporum cum eius contumelia ambigimus, qui vt æqualẽ omnem hominẽ efficiat, tãtum mẽſuræ eſt humanis corporibus additurus. Aug. ult. de ciui. Dei. Sed ſi Chriſtus in ea menſura corporis, in qua mortuus eſt, reſurrexit, nefas eſt dicere cum reſurrectionis omnium tẽpus uenerit, acceſſurã corpori eius eã magnitudinem, quam non habuit, quando in ea diſcipulis in qua notus erat apparuit: ut lõgiſſimis fieri poſſit æqualis. Si autẽ dixerimus ad dominici corporis modum etiã minorum maiorumq; corporũ redigenda peribit de multorũ corporibus plurimũ, cum ipſe nec capillum periturum eſſe promiſerit. Reſtat ergo ut quiſq; recipiat ſuã menſuram, quam uel habuit in iuuẽtute, ſi ſenex eſt mortuus uel fuerat habiturus, ſi eſt antè defunctus. Et ideo nõ eſt dictum ab Apoſtolo, in mẽſurã ſtaturæ, ſed in mẽſurã ætatis plenitudinis Chriſti q̃ a reſurgẽt corpora mortuorũ in iuuenili ętatę et robore, ad q̃ Chr̃m peruenisse cognouim⁹.

Et de ueſtimentis quid ſoliciti eſtis? Cõſiderate lilia agri quomodo creſcunt; non laborant neque nent. Dico aũt uobis q̃m nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unũ ex iſtis. Si .n. fœnũ agri qđ hodie eſt, & cras i clybanũ mittitũ, Deus ſic ueſtit q̃to magis uos modicæ fidei?

Chry. in ho. Poſtquã monſtrauit ꝙ nõ oportet nos ꝓ cibo eſſe ſolicitos, ad id qđ leuius eſt pertrãſit. neq; .n. ita neceſſariũ eſt indumẽtum, ſicut quib. vnde dicit. Et de ueſti quid ſoli eſtis? Non autẽ hic utitur exemplo uolucrũ, ut induceret pauonem & cignũ, à quibus erat ſimilia exempla accipere: & ſed utitur exẽplo liliorũ, dicens: Cõſiderate lilia agri. Vult ex duobus monſtrare ſuperabũdantiam, ſcilicet à magnificẽtia pulchritudinis, & a uilitate participãtium tali decore. Aug. de ſer. do. in mon. Ipſa autem documenta nõ ſic allegorice diſcutienda ſunt, ut quæramus quid ſignificẽt aues cœli, aut lilia agri: poſita ſunt enim vt de rebus minoribus maiora perſuadeantur. Chry. ſup. Mat. Lilia enim ſtatuto tempore formantur in frõdibus, veſtiuntur candore implẽtur odoribus. Et qđ terra radici nõ dederat, Deus inuiſibili operatione largitur. In oibus autẽ eadẽ plenitudo ſeruat, ut nõ ab euẽtu facta putentur, ſed Dei prouidẽtia intelligantur eſſe diſpoſita. Dicẽdo aũt, Non laborãt, uiros cõfortat. Dicẽdo uerò, Neq; nent, mulieres. Chry. in ho. Hæc autẽ dicens non opus prohibuit, ſed ſolicitudinẽ ſicut & ſuprà, cũ de ſeminatione loqueretur. Chry. Et ut magis Dei prouidentia in ipſis cõmẽdet, quæ omnem ſuperat humanam induſtriã, ſubdit: Dico autem uo. quoniam neq; Salomũ &c. Hier. Reuera enim quod ſericum, quę regnũ purpura, quæ pictura textricum poteſt floribus cõparari? Quid ita rubet ut roſa? quid ita cãdet ut liliũ? Violæ uerò purpuram nullo ſuperari murice, occulorũ magis quã ſermonis iudicium eſt. Chry. in ho. Quantum enim ueritatis ad mendacium, tantũ ueſtimentorũ & florum differentia eſt. Si ergo Salomõ à floribus ſuperatus eſt, qui

Moralis expoſitio.

omni-

omnibus regibus fuit præclarior: quõ tu vestimentis poteris vincere florũ decorẽ? Est aũt Salomon superatus à florum decore, non semel tñ neq; bis, sed totum tps sui regni. Et hoc est qđ dicit: In omni gloria sua qui nec in vno die ita decoratus est vt flores. Chry sup. Mat. Vel hoc dicit, quia Salomon & si non laborabat, quid vestiretur, tñ iubebat. Vbi ãt iussio, illic & ministrantiũ offensa, & iubentis ira frequenter inuenitur. hic autem qñ nesciũt sic ornantur Hil. Vel lilia intelligenda sunt Angelorũ cęlestium claritates: quibus a Deo gloriæ candor indutus est. Non laborãt ãt neque nent, qui a virtutes Angelorum ex ea, quam adeptæ sunt originis suæ sorte, ut sint semper, accipiunt, & cũ in resurrectione similes homines Angelis erũt, sperare cœlestis gloriæ volui operimentum, exemplo angelicæ claritatis. Chry. sup. Mat. Si autẽ floribus terrenis sic occurrit Deus, qui nati sunt vt tãtummodo videãtur & pereãt: homines negliget, quos sic creauit ut non pro tpe uidẽtur, sed ut perpetuò sint? Et hoc est qđ dicit: Si autẽ fœnum agri qđ hodie est & cras in clybanũ mittitur, Deus sic uestit: quãto magis uos modicæ fidei. Hier. Cras ãt in scripturis futurum tps intelligitur, dicente Iacob: Exaudiat me cras iustitia mea. Glo. Alij libri habent in ignem uel in aceruum qui hẽt speciem clybani. Chrys. in ho. Nõ ãt lilia iã ea uocat, sed fœnum agri ut eorũ uilitatẽ ostendat. Sed & aliã uilitatem apponit dicens, quæ hodie sunt, & non dixit, cras non erunt, sed qđ est multo deficientius, quia in clybanum mittitur. Qđ ãt dicit, Quãto magis vos, occulte insinuat humani generis honor, ac si diceret, Nos quib. aiam dedit, corpus plasmauit, prophetas misit & vnigenitum filiũ tradidit. Dicit ãt, Modicæ fidei, quia modica est fides, quę nec de minimus certa est. Hil. Sub fœni nomine gentes nuncupantur. Si igitur gentibus idcirco tñ indulgetur æternitas corporalis vt mox igni iudicij destinẽtur, q̃ prophanum est sanctos de gloria æternitatis ambigere, cũ iniquis æternitatis opus præstetur ad pœnã? Rem. Spiritualiter ãt per volatilia, sancti viri designãtur: qui ex aqua sacri baptismatis renascũtur, & deuotione terrena despiciũt, & cœlestia petũt: quib plures dicuntur esse Apostoli, quia principes sunt oĩum sanctorum. Per lilia ẽt sancti viri intelligunt, qui absq; labore legaliũ ceremonialium sola fide Deo placuerunt, de quib. dr̃, Dilectus meus mihi pascitur inter lilia. Sancta ẽt Ecclesia per lilium intelligitur, pp candorẽ fidei, & odorem bonę conuersationis: de qua dicitur, Sicut liliũ inter spinas. Per fęnũ designantur infideles, de quibus dicitur: Aruit fęnũ, flos eius cecidit. Per clybanũ ęterna dãnatio, ut sit sensus: Si Deus infidelibus tribuit bona tẽporalia, quanto magis tribuet nobis æterna?

Nolite ergo soliciti esse, dicẽtes: Quid manducabim⁹, aut qđ bibemus, aut qđ operimur? Hæc enim oia gẽtes inquirunt. Scit. n. pater vester q2 his omnib. indigetis. Quærite ergo primũ regnũ Dei & iustitiã ei⁹, et hæc oia adijciẽtur vobis.

Glo. Postquã sigillatim de victu & de vestitu solicitudinem excluserat, argumẽto ab inferioribus sumpto, hic consequẽter vtrunq; excludit, dicens; Nolite ergo sol. esse dice. qd man. aut qd bi. aut quo. ope. Remi. Ideo aũt hoc dominus repetiuit, ut ostenderet hanc rem esse pernecessariam, ut arctius eã in cordib. nostris inculcaret. Rab. Notandum verò q̃ nõ ait Nolite quærere, aut soliciti esse de cibo, aut potu, aut indumẽto, sed quid manducetis, aut quid bibatis, aut quid vestiamini. vbi mihi uidetur argui. qui spreto victu uel uestimento cõmuni, lautiora cibi uel austeriora his, cum quib. vitã ducunt, alimẽta uel indumenta requirũt. Glo. Est etiã alia solicitudo superflua ex vitio hominum, quando fructus & pecuniã plusquã necesse est, reseruant, & dimissis spiritualib. illis intenti sunt, quasi de bonitate Dei desperãtes, & hoc prohibet. vnde subditur. Hęc. n. omnia gẽtes req̃rũt. Chry. su. Mat. Quia in reb. humanis fortunã credũt esse, nõ prouidentiã, neq; iudicio Dei uitas suas gubernari ęstimant, sed incerto duci euẽtu. Et ideo merito timẽt & desperãt, quasi qui neminẽ habent gubernantẽ. Qui ãt credit se Dei iudicio gubernari, escã quidẽ suã in manu Dei committit, vñ sequitur, Scit. n. pater vester quia his oibus indigetis. Chry. in ho. Nõ aũt dixit, Scit Deus

Tropologica expositio.

Mos gerendus humano cõuictui.

Deus, sed scit pater vester, vt eos in maiorem spem ducat: si .n. pater est, nō poterit despicere filios, cū nec hoīes patres hoc sustineāt. Dicit aūt, Qm̄ his omnibus indigetis, ut magis solicitudinē abijciatis, quia necessaria sunt. Qualiter .n. est pater qui sustinet ēt necessaria filijs non dare? Si aūt essent superflua, non ita oporteret confidere. Aug. 15. de tri. Nō aūt ista ex aliquo tempore cognouit Deus, sed futura omnia temporalia, atq; in eis ēt quid & qñ ab illo petituri eramus, sine initio ante p̄sciuit. Aug. 12. de ciui. Dei. Quòd aūt dicunt quidam, hæc Dei scientia non posse comprehendi; quia infinita sunt: restat eis dicere, ꝙ non oēs numeros Deus nouerit. quos infinitos esse certissimū est. Infinitas aūt numeri non est incōprehensibilis ei, cuius intelligentiæ non est numerus. Quapropter si quicquid sciētia comprehenditur, sciētis comprehensione finitur, profectò omnis infinitas quodā ineffabili modo Deo finita est, quia eius sciētię incomprehensibilis non est. Greg. Nicenus in lib. de homine. Quoniam autē eius prouidentia per huiusmodi signa demonstratur: permanentia enim vniuersorū, & maximè eorum, quæ sunt in generatione & corruptione: & positio & ordo eorum quę sunt, semper custoditur secundū eundem modum, qualiter vtiq; proficeretur nullo prouidente? Sed quidā dicunt, Deo curam esse existentium permanentiæ in uniuersali: & huius solius prouidentiā habere. Singularia verò fieri vt cōtigit. Tres autem causas solas vtique quis dicet non fiendi prouidentiam singularium. Aut .n. hoc quod est ignorare Deum, quoniā bonum est particularium diligentiam habere, aut non velle, aut non posse. Sed ignorantia omnino aliena est a beata substantia. Qualiter enim latebit Deum qđ nec homo sapiēs ignorabit, quòd singularib. destructis vniuersalia destruentur? Nihil autem prohibet omnia indiuidua perire, nulla procurante potentia. Si autem non vult, ꝓpter duas fit causas: aut propter pigritiam, aut propter indecentiā. Pigritia autem a duobus generatur; aut .n. voluptate aliqua attracti pigritamur, aut propter timorem desistimus. quorum neutrū fas est cogitare de Deo. Si aūtē dicāt nō decere Deum: indignum .n. esse tantę beatitudini paruis condescendere: qualiter non inconueniens est artificem quidē procurantem vniuersalia, nihil particulariū neq; prauissimum derelinquere sine procuratione, sciētē ꝙ ad totū proficit pars: conditorem verò Deum artificibus enunciare indoctiorem? Si āt non potest, imbecillis est Deus, & impotens benefacere. Si veró incomprehensibilis nobis est singularium prouidentiæ ratio: non propterea oportet dicere quia non est prouidētia ita enim dicerent, quia numerum hominum ignoramus, neq; homines esse Chry. sup. Mat. Sic ergo qui credit se Dei iudicio gubernari, eicā sua in manu Dei cōmittat: cogitet aūt de bono & malo, de quo nisi solicitus fuerit, neq; malum fugiet, neq; bonū apprehendit. & ideo subditur: Quærite aūt primum regnum Dei & iustitiam eius. Regnum Dei est retributio bonorū operum. Iustitia aūt eius, via pietatis, per quam itur ad regnū. Si ergo cogites qualis erit gloria sanctorū, necesse est aut ꝓp timore penæ recedas a malo, aut propter desiderium gloriæ festines ad bonum. Et si cogitaueris quæ sit Dei iustitia, quid .s. odit Deus, & quid amat: iustitia ipsa ostēdit tibi vias suas, quæ amātes se sequitur. Non āt daturi sumus rationem si pauperes sumus aut diuites, sed si bene vel malè egerimus qđ est in nostro arbitrio. Glo. Vel dicit iustitiam eius, q.d. vt per eū, nō per uos iusti sitis? Chry. sup. Mat. Terra ēt propter peccata hominum maledicitur, vt non germinet, secundum illud, Maledicta terra in opere tuo: benedicitur autem cum bona fecerimus. Quęre ergo iustitiā, & non deerit tibi panis. vnde sequitur: Et hæc omnia adijcientur vobis. August. de. ser. do. in mon. scilicet temporalia, quæ manifestè hic ostendit non esse talia bona nostra, propter quæ benefacere debeamus, sed tamen necessaria esse. Regnū vero Dei & iustitia eius bonum nostrum est: vbi finis cōstituendus est. Sed quia in hac vita militamus, ut ad illud regnū peruenire possimus: quæ vita sine his necessarijs agi nō pōt, apponētur, inquit, hæc vobis. Cum autem dixit illud primum, significauit

Infinita sūt Deo finita.

Ratiocinatio ingeniosa.

gnificauit quia hoc posterius quærẽdum est nõ tempore, sed dignitate, illud tanquàm bonum nostrum, hoc tanquàm necessarium est. Neque.n. (uerbi gratia) debemus euangelizare ut manducemus, q̃a sic uilius haberemus Euangelium quã cibũ: sed ideo mãducare, vt euãgelizemus. Quærentibus aũt primũ regnũ Dei & iustitiam eius, id est hoc præponentibus cæteris rebus, ut hoc pp cetera quæramus non dẽt subesse solicitudo ne necessaria desinit, & ideo ait: Hæc oĩa adijcientur vobis, id est cõsequentur sine vllo vestro impedimento, ne cùm ista quæritis illinc auertamini, aut duos fines cõstitutis. Chry. in ho. Et non dixit dabantur, sed apponentur, vt dicas, quia præsentia nihil sunt ad magnitudinem futurorum. Aug. de ser. do. in mõ. Cum autem legimus in fame & siti Apostolum laborasse, nõ existimemus hic domini promissa titubasse qũquidẽ ista sunt adiutoria. Medicus iste cui nos totos commisimus, nouit qñ apponat, & quando detrahat, sicut nobis iudicat expediri. Si enim nobis aliquãdo defuerint (quod plerunque propter nostram exercitationẽ Deus sinit) nõ debilitat ꝓpositum nostrũ, sed animatũ cõfirmat.

Temporalia qualiter quærenda.

Nolite ergo soliciti esse in crastinum crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi; Sufficit .n. diei malitia sua.

Glo. Prohibuerat solicitudinem præsentium rerum: modo prohibet solicitudinẽ futurorũ uanã, ex uitio hominũ prouenientes, cum dicit: Nolite ergo soli. esse in cra. Hier. Cras in scripturis futurũ tempus intelligitur, dicente Iacob. Exaudiet me cras iustitia mea, & in Samuelis phantasmate Phytonissa loquitur ad Saulem. Cras eris mecum. de præsentibus ergo cõcessit debere esse solicitos, qui futura prohibet cogitare. Sufficit.n. nobis præsentis tẽporis cogitatio. Futura quæ incerta sũt, Deo relinquamus. Et hoc est quod dicit: Crastinus .n. dies solicitus erit sibiipsi, id est afferet solicitudinẽ suã secũ. Sufficit.n. diei malitia sua. Hic malitiam nõ contrariã uirtuti posuit, sed in laborem, & afflictionẽ, & angustiam seculi. Chry. in hom. Nihil enim ita dolorem infert animæ, ut solicitudo & cura. Cũ aũt dicat ꝙ crastina dies erit solicita de seipsa, uolens manifestius facere quod dicitur, prosopopœiã facit temporis, secundum multorũ consuetudinem loquẽs ad plebẽ imperfectã: ut enim eos magis moueat, ipsos dies cõquerentes inducit pro superflua cura. Nõ quid .n. dies nõ sufficiens hẽt onus, i. curam suam? quid igitur eũ aggrauas magis, curã quæ pertinet ad alium diem apponẽdo? Chry. sup. Mat. Vel aliter: Per hodie hæc solum significantur, quæ habemus in vita præsenti necessaria Quod autem dicit cras: quod superfluum est ostendit. dicit ergo: Nolite soliciti esse in crastinum, id est nihil curetis super id habere quod necessarium est nobis ad uitam quotidianam. Quod enim superfluum fuerit, quod est cras, curabit se. Et hoc est quod dicit. Crastinus.n. dies solicitus erit sibi, ipsi, ac si dicat: Superflua cũ cõgregaueris ipse se curabunt: te quod eis non fruente inuenient dominos multos qui ea procurant. quid ergo curas de illis quorũ potestatẽ es alijs dimissurus, Sufficit enim diei malitia sua, quasi dicat: Sufficit tibi labor quem pateris propter necessaria, noli de superfluis laborare. Vel aliter. Augusti. de ser. do. in mon. Non dicitur crastinus dies nisi in tempore ubi præterito succedit futurum. Ergo cũ aliquid boni operamur, non tẽporalia, sed ęterna cogitemus: crastinus .n. dies solicitus erit sibiipsi, id est cũ oportuerit sumas cibũ & huiusmodi, s. cum necessitas urgere cœperit. Sufficit enim diei malitia sua, id est sufficit ꝙ illa sumere urgebit necessitas, quam malitiã nominat, qui pœnalis est nobis: pertinet enim ad mortalitatem, quã peccãdo meruimus. huic ergo pœnæ temporalis necessitatis noli addere aliquid grauius, ut non solum eã patiaris, sed etiam propter hanc explendam milites Deo. Hic est cauendum, ne (cũ uiderimus aliquem seruũ Dei prouidere ne ista necessaria desint, vel sibi, uel eis quorum cura sibi cõmissa est) iudicemus eũ contra domini pręcepta facere, & de crastino esse solicitum. nã & ipse dominus (cui ministrabant angeli) propter exẽplũ loculos habere dignatus est. Et in actibus Apostolorũ scriptum est, ea quæ ad uictũ sunt necessaria, ꝓcurata esse

Cras futurũ notat.

Discretio uerborum.

esse in futurum, pp imminenté famé. nó ergo hoc dñs increpat si qs humano more ista procuret, sed si quis pp ista nó mili tet Deo. Hila. Hoc ét totú sub dicti cœlestis significátia cótinetur. Iubemur igitur nó ambigere de futuris. Satis.n. vitæ nostræ malitia dierú, quibus viuimus, s peccata sufficiút, vt circa hæc purgáda oís ui tæ nostræ meditatio, laborq; versetur. Cessante aút cura nostra ipsa futura solicita sunt, dú nobis æternæ claritatis profectus Deo procurante proponitur.

CAPVT SEPTIMVM.

NOLITE *indicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis.*

Aug. de ser. do. in mon. Quia cum ista temporalia procurantur in futurum, incertú est quo animo fiat, cú possit simplici corde fieri & duplici, opportunè hoc loco subiecit: Nolite iudicare. Vel aliter: Chry. in ho. Hucusq; exposuit cósequentiam ad eleemosynam pertinentem: núc aút incipit exponere consequentiá ad orationem respicientem. Et est doctrina hæc quodammodo pars orationis, vt sit ordo narrationis talis: Dimitte no. debita nostra, & sequitur: Nolite iudicare, vt nó iudicemini. Chry. sup. Mat. Sed si iudicare prohibet, qua cósequentia Paulus Corinthum iudicat fornicátem, & Petrus Ananiá & Saphirá médacij arguit? Sed quidá hunc locú secundum huiusmodi sensum exponút: quia dñs hoc mandato nó prohibet christianos ex beneuolétia alios corripere, sed ne per iactantiá iustitiæ suæ christiani christianos despiciant, ex solis plerunq; suspicionibus odétes cęteros & códénantes, & sub specie pietatis proprium odiú exequentes. Chry. in ho. Vnde non dixit, ne quiescere facias peccanté, sed ne iudicaueris, hoc est ne amarus fiat iudex: corripe quippe vt hostis experés vindictá, sed vt medicus institués medicinà. Chry. sup. Mat. Sed vt nó sic quidé corriperent christiani christianos cóuenit sermo qui dicit: Nolite iudicare. Sed si non sic corripuerint, nunquid pp hoc consequentur indulgentiá peccatorú, quia dictú est: Nó iudicabimini? Quis.n. cósequitur indulgétiam mali prioris, quia non addidit alterú malú? Hoc aút diximus, volentes ostendere, quia hic sermo nó est positus de proximis nó iudicandis, qui peccant in Deum, sed qui in nos peccát. Qui.n. non iudicat pximum pp peccatum in se cómissum, illum nec Deus iudicat propter peccatú: sed dimittit ei debitum sicut & ipse dimisit. Chry. in ho. Vel aliter. Non simpliciter vniuersa peccata iubet non iudicare, sed his qui multis malis sunt pleni, & alios pro minimis iudicant, hanc prohibitioné facit. Sicut & Paulus nó simpliciter prohibet iudicare eos qui peccát, sed discipulos iudicátes de magistris redarguit, docent vt eos qui supra nos sunt, non iudicemus. Hila. Vel aliter: Iudicari de sponsionibus suis Deum vetat, quia vt iudicia ex incertis rebus inter homines sumútur, ita & hoc iudicium aduersus Deú ex ambiguitate suscipitur: qđ penitus repellit à nobis, vt constás potius fides retineatur, quia non sicut in certis rebus peccatú fit perperá iudicasse, sed si in his rebus de Deo iudiciú, initium fit criminis. Aug. de con. Euan. Vel aliter: hoc loco nihil aliud præcipi existimo, nisi ut ea facta quæ dubiú est quo animo fiant, in melioré parté interpretemur. Deus aút quæ nó possunt bono animo fieri, sicut sunt stupra, blasphemiæ, & huiusmodi, nobis iudicare pmittit: de factis auté mediis quæ possunt bono & malo animo fieri temerarium est iudicare, maximè vt códénemus. Duo au tem sunt in quibus temerarium iudicium cauere debemus, cum incertú est quo animo quicquá factum sit: vel cum incertum est qualis quisq; futurus est, qui nunc uel bonus vel malus apparet. Nó ergo reprehédamus ea, quæ nec scimus quo animo fiant, neq; ita reprehendamus quæ manifesta sunt, vt desperemus sanitaté. Potest auté mouere quod ait: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabim. Núquid si nos temerario iudicio iudicauerimus, temere ét de nobis Deus iudicabit? aut nunquid si men-

Quatenus licitum sit iudicare.

In duobus cauédum iudiciú temerarium.

& mensura iniqua mẽsi fuerimus, & apud Deũ est iniqua mẽsura, vnde nobis remetiatur? Nã mensuræ nomine ipsum iudiciũ significatũ arbitror. Sed hoc dictũ est, qm̃ temeritas qua punis alium, ipsa te puniat necesse est. Iniquitas.n sępè nihil nocet ei, qui patitur iniuriam: ei verò qui facit, necesse est, vt noceat. Aug. 21. de ciui. Dei, Dicunt aliqui quomodo verũ est, qđ ait Christus, vt in qua mẽsura mensi fueritis remetietur vobis, si tẽporale peccatũ supplicio puniatur æterno? Nec attendũt nõ propter æquale tẽporis spaciũ, sed pp uicissitudinẽ mali. i. qui mala fecerit mala patiatur, eãdẽ dictã mensurã fuisse: quãuis in ea re hoc propriè possit accipi, de qua dñs cum hoc diceret loquebatur. i. de iudiciis & de condemnationibus. proinde qui iudicat & condemnat iniustè, si iudicatur & condẽnatur iustè, in eadẽ mensura recipit, quamuis non hoc quod dedit. Iudicio.n. fecit quod iniquum est, iudicio patitur, quod iustum est.

Quaterius locum sit iudicare.

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quo modo dices fratri tuo; Frater sine eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Hipocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eijcere festucã de oculo fratris tui.

Aug. de ser. do. Quia de temerario & iniquo iudicio dñs nos admonuerat (maximè aũt hic temerè iudicant, qui de incertis & facilè reprehendunt, qui magis amant uituperare & dãnare, quàm emendare atq; corrigere, quod vitium uel superbia est vel inuidẽtia) cõsequẽter subijcit, & dicit: Quid aũt uides festu. in ocu. fra. tui, & tra. in ocu. tuo non ui. Hier. De his loquitur, qui cũ mortali crimine detinentur obnoxii, minora peccata fratrib. non concedunt. vt si fortè ita ille peccauerit, tu odio reprehendas. quantum aũt inter festucam & trabẽ, tm̃ inter irã distat, & odiũ. odium.n. ira inueterata est. Fieri autem põt vt si irascaris homini, uelis eũ corrigi: non aũt si eũ oderis. Chrys. in ho. Multi ẽt hoc faciunt, qui si viderint monachũ superfluum vestimentũ habẽtem, aut copiosiori cibo potitum, amari fiũt accusatores, quotidie ipsi rapientes & crapulã patientes. Chry. sup. Mat. Vel aliter: Hoc

In de ... bus ... ... iudic... ... temer... ... uel ...

quod hic dr̃ doctoribus cõuenit. Omne enim peccatũ diiudicatur modicũ aut magnum secundũ peccantis personam. Laici enim peccatũ modicũ est, & festuca quantum ad peccatũ sacerdotis, qđ trabi cõparatur. Hilar. Vel aliter Peccatum in Spiritum sanctum, ėst diuinę virtutis potestatẽ negare, & Christo substantiam abnuere æternitatis, per quem quia in homine venit Deus, homo rursus veniret in Deum. Ergo quantum inter festucam & trabem differentia est, tantum ostendit peccatum in Spiritum sanctum cætera crimina excedere. ut cum infideles delicta corporis aliis exprobrant, onus peccati quo de promissis Dei ambigũt in se ante nõ videãt, in oculo trabe, tanquã in mẽtis acie incidẽte. sequitur: Aut quomodo dices fratri tuo, sine eijciam festucam de oculo tuo, & ecce in oculo tuo trabs est? Chry. sup. Mat. Id est cum qua facie arguis peccatũ fratris tui, ipse autem in eodem peccato vel in maiori existens? August. de ser. do. Primum ergo cogitemus cum aliquẽ reprehendere nos necessitas coegerit, utrũ tale sit uitiũ quod nunquã habuimus. Et tunc cogitemus & nos hoĩes esse, & habere potuisse. vel tale quid habuimus, & iã non habemus, & tunc tangat memoriam cõis fragilitas, vt illam correctionem non odiũ, sed misericordia præcedat. Si aũt inuenerimus nos in eodẽ uitio esse, non obiurgemus, sed congemiscamus, & ad pariter conãdũ inuitemus. Raro aũt, & ex magna necessitate obiurgationes adhibendæ sunt, in quibus non nobis, sed vt domino seruiatur instemus. Chry. su. Mat. Vel aliter: Quomodo dicis fratri tuo. i. quo proposito putas ex charitate vt salues proximum tuum, non quia te ipsum ante saluares? Vis ergo non alios sanare, sed p bonam doctrinam malos actus celare; scientię laudem ab hominibus quærere non ædificationẽ mercedis à Deo, & es hypocrita. unde sequitur. Hypoc. eijce pri. tra. de ocu. tuo. Aug. de ser. do. Accusare.n. vitia officium est bonorum; quod cum mali faciunt, alienas partes agunt, sicut hypocritæ, qui tegũt sub persona, quod sunt, & ostendunt in persona quod nõ sunt. Chrysos. in ho. Et notandum, quòd vbicunque

Prauitas quorundam taxatur

vult

vult mõstrare magnum aliquod peccatũ: à cõtumelia incipit, sicut ibi: Serue nequã oẽ debitũ dimisi tibi. & iõ hic dicit Hyp. eijce pri. Etenim q̃ sui ipsius sunt magis aliquis nouit, quàm q̃ sunt aliorũ: & quæ maiora sunt magis videt, quàm quę mino ra: & seipsum magis diligit, quàm proximũ. Et ideo iubet eũ, q obnoxius est mul tis, non amarum esse iudicẽ delictorũ alte rius, & maxime cũ fuerint parua. Nõ qui dẽ ab arguendo, aut à corrigẽdo auertẽs, sed prohibet ꝓpria contẽnere, & alienis insistere. Oportet. n. vt primo cũ diligen-tia inuestiges, q̃ tua sunt, & tunc quæ ꝓximi sunt discuties, & ideo sequitur; Et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui. Aug. de ser. do. in mon. Auferẽ tes enim de oculo nostro trabem inuiden tiæ vel malitiæ, vel simulationis, videbi-mus eijcere festu. de ocu. fratris.

Nolite sanctũ dare canib. neq; mitatis margaritas vestras ante porcos, ne forte cõculcẽt eas pedibus suis & canes cõuersi disrumpent vos.

Aug. de ser. dom. in mon. Quia põt aliquos ꝑ nomen simplicitatis ad quã per superiora induxerat decipere, vt sic putẽt vi tiosum esse aliqñ verum occultare, qũo uitiosum est falsum dicere, rectè subiungit: Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Chry. sup. Mat. Vel aliter. Iusserat superius dñs diligere inimicos, & benefacere his q peccãt in nos. ne ergo cogitarent sacerdotes ẽt q̃ Dei sunt eis cõicare, talem cogitationẽ cõpescuit dicens, Nolite sanctum dare canibus ac si diceret, Mandaui vobis diligere inimicos, & benefacere eis de vestris corporalib. bonis, nõ tñ de meis spiritualibus passim, quoniã in natura vo biscũ cões sunt nõ in fide, & Deus carnalia beneficia dignis, & indignis similiter præstat, non aũt gratias spirituales. Aug. de ser. do. in mon. Quærendum autem est quid sit sanctum, quid canes, quid marga ritæ, quid porci. Sanctum est quod corrũ-pere nefas est, cuius sceleris uoluntas rea tenetur, quamuis illud incorruptibile ma neat. Margaritæ autem sunt quæcunque spiritualia magni æstimanda sunt. Licet itaque vna eademq; res & sanctũ & margarita dici possit: Sed sanctum dicitur ex

Distinctio spiritualiũ donorũ & corporaliũ.

eo ꝙ non debet corrumpi, margarita uerò ex eo ꝙ nõ potest contemni. Chry. super Mat. Vel aliter: Sãctum est sicut baptismᵘˢ gratia corporis Christi, et huiusmodi Mysteria autẽ ueritatis margaritæ sunt. quia sicut margaritæ inclusæ cochleis, po sitæ sunt in profundũ maris, sic mysteria diuina uerbis inclusa, posita sunt in altitudine sensus sacræ scripturę. Chr. in ho. Quæ quidẽ bis quis bonæ mentis sunt, & intellectum habent, reuelata honesta apparẽt, his autem qui insensibiles sunt, ma gis videntur reuerenda, cum ignorantur. Aug. de ser. do. Canes autẽ pro impugna-toribus veritatis, porcos pro contemptori bus positos nõ incongruè accipimus. Qua propter quia canes exiliunt ad dilacerandũ, quod autẽ dilacerant, integrũ esse non sinunt, dixit: Nolite sanctũ dare canibus, quia quantũ in ipsis est, si fieri posset, conantur perimere ueritatẽ. Porci aũt quan uis nõ ita vt canes morsu appetant, passim tñ calcando inquinant. Et ideo dicit: Neq; mit. marga. ve. ante por. Raba. Vel canes sunt ad uomitũ reuersi, porci nondũ conuersi. sed in luto uitiorum uersati. Chry. Vel aliter: Canis & porcus immunda animalia sunt, sed canis ex omni parte: quia nec ruminat, nec ungulã findit. porcus autẽ ex parte: nã ungulam hẽt fissam, sed non ruminat, propter quod canes puto intelligendos Gẽtiles omnino immundos, & propter actus, & propter fidẽ: porcos autẽ hæreticos, quia nomen domini inuocare uidẽtur. Non est ergo sanctũ dare canibus, q̃a baptismus & alia sacramẽta non sunt danda nisi fidem habentibus. Item mysteria ueritatis, id est margaritæ non sunt dandæ, nisi desiderantibus ueritatem, & cũ ratione humana uiuentibus. Si enim porcis eas miseris, id est cœnosæ uitæ delectatione grauatis, non intelligerent præciositatẽ earum, sed æstimant eas similes cæteris fabulis mũdialibus, & eas actibus suis carnalibus cõculcant. Aug. de ser. do. Calcari enim dicitur quicquid cõtemnitur. Et ideo dicitur: Ne fortè cõculcent eas pedibus suis. Glo. Dicit autẽ ne fortè, quia resipiscere possunt ab immũditia. Aug. Quod autem sequitur: Et conuersi disrumpãt uos. Non ait ipsas margaritas,

Allegoria pulchra.

ritas, illas.n. cōcūculcat, & cū cōuertūtur vt adhuc aliquid audiát, disrūpāt eum, à quo missas margaritas cōculcāt: nō.n. facilè inueneris quod ei gratū esse possit, à quo magno labore inuēta cōtēnātur. Qui ergo tales docēt, qūo nō disrūpant indignādo & stomachādo, nō video. Chr. su. Mat. Vel porci nō solū carnalib actib. margaritas cōculcāt, sed etiā post modicū cōuersi per inobedientiam rumpuntur præbitore earū. Frequenter autem & scādalizati calumniantur eos, quasi dogmatū nouorum seminatores. Canes ēt cōculcātes sancta sordidis actibus, disputationib. suis rūpunt prædicatorē veritatis. Chry. in ho. Et bene dixit conuersi. Fingunt.n. mansuetudinem ut addiscant, deinde cū didicerint detrahunt. Chry. super Mat. Rationabiliter autē margaritas dari porcis prohibuit, quia si porcis minus immundis mitti vetantur, quanto magis canib. plus immundis? De sancto aūt dando idē ęstimare non possumus, quia frequenter etiā benedictionem damus peccatorum more uiuentibus Christianis: non quia merentur accipere, sed ne fortè plenius scādalizati dispereāt. Aug. de ser. do. Cauēdum est ergo ne quid aperiatur ei qui nō capit, melius.n. quærit id quod clausum est, q̄ id quod apertum est: aut infestat per odiū ut canis, aut negligit per cōtemptum ut porcus. Nō est autem consequens vt si uerum occultat, etiā falsum dicatur, quia dominus quamuis nihil mentitus sit, uera tamē aliqua occultauit, secūdum illud: Adhuc habeo vobis multa dicere, quæ non potestis portare modo. Sed si aliquis non capit propter sordes, mundandus est uel verbo, uel opere, quātum fieri potest à nobis. Quòd autem dominus quædā dixisse inuenitur, quæ multi qui aderant vel resistendo vel contemnēdo, non receperunt, non putandus est sanctum dedisse canibus aut margaritas ante porcos misisse. Dedit enim eis qui capere poterāt, & simul aderant, quos propter aliorum immonditiā negligi non oportebat. & quamuis tentātes eum in ipsis quæ eis respondebat cōtabescerent, alij tamen qui poterant capere ex illorū occasione multa utiliter audiebant. Qui ergo nouit quid respōdeat debet respondere saltem pp illos quibus desperatio suboritur, si propositam quæstionem solui nō posse crediderint, & hoc dē reb. ad instructionem salutis pertinentib. De superuacuis autem & noxijs nihil dicendum est, sed hoc ipsum explicandum, cur inq̄rēti talia nō oporteat respōdere.

Doctrina Chri discretissima.

Petite & dabitur uobis: q̄rite, & inuenietis: pulsate et aperietur vobis. Oīs enim qui petit accipit. & qui q̄rit inuenit et pulsanti aperietur.

Hiero. Quia carnalia suprà uetuerat postulari, q̄d petere debeamus ostēdit, dicēs: Petite & dabit̄ uobis. Aug. de ser. do. Vel aliter, cū pceptū esset ne sanctū daretur canibus, & ne margaritæ ante porcos mittant̄: potuit auditor suæ ignorātiæ cōscius dicere, quid sanctū me dare canib. vetas, cū adhuc me habere nō uideā? & ideo opportune subiecit, dicens: Petite & accipietis. Chry. sup. Mat. Vel aliter. Quoniā ad significandā orationem quædam dederat eis mandata, dicens: Nolite iudicare, competenter adiungit, Peti. & dabi. vobis. Quasi dicat: Si hanc clementiam seruaueritis ad inimicos quicquid clausum vobis videtur, pulsate & aperiet̄ vobis. Petite ergo precibus die ac nocte orantes: quærite studio & labore. nec enim laborantes circa scripturas, acquirimus scientiam sine gratia Dei: nec gratiam acquirimus, nisi studuerimus: ne donum Dei negligentib. detur. Pulsate autē oratione, & ieiunijs, & eleemosynis. Sicut enim qui pulsat ostiū non tantum voce clamat, sed manu: sic & qui bona opera facit pulsat operib. bonis. Sed dices: Hoc ipsum peto, ut sciā & faciā quomodo ergo possum facere priusquam accipiam? Sed quod potest fac, ut amplius possis, & quod scis serua, ut amplius scias. Vel aliter: Cum dixisset suprà omnibus ut indulgerent inimicis, & postea prohibuerit ne sub obtentu dilectionis sancta canibus darent: nūc dat eis bonum cōsilium, ut petant Deum pro illi, & dabitur eis: quærant eos qui perierant in peccatis, & inuenient. Pulsent eos qui in erroribus sunt conclusi, & aperiet eos Deus, ut habeat sermo eorum ad animas eorū ingressum. Vel aliter. Quoniā maiora erant mādata sueprius posita quàm virtus humana transmittit eum ad Deum, cuius gratiæ

tiæ nihil impossibile est, dicés, Peti. & dabi. vobis Vt quod ex hominib. cõsumari nõ potest p gratiã Dei adimpleat. Cũ.n. alias animalia De⁹ muniuerit veloci pedũ cursu, aut velocib. pennis, aut vnguib. aut dẽtib. aut cornib. hominẽ solũ sic disposuit, vt virtus illius sit ipse. ut infirmitatis suæ necessitate coactus semp necessariũ habeat dominũ suũ: Glo. Petimus aũt fide, q̃rimus spe, pulsamus charitate: Primũ petere debes ut habeas, post q̃rere ut inuenias, inuẽta obseruare vt introeas. Remi. Vel aliter; Petimus orãdo, q̃rim⁹ rectè uiuendo, pulsamus perseuerãdo. Aug. de ser. do. in mon. Petitio aũt pertinet ad impetrãdam sanitatem animi, ut ea quæ percipiũtur implere possumus; inquisitio aũt ad inueniẽdam ueritatem. Sed quum quisque ueram uiam inuenerit, perueniet ad ipsam possessionem, quæ tãtum pulsanti aperietur Aug. in lib. retract. Operose quidem ista tria quid inter se differant, sic exponendum putaui. sed longè melius ad instãtissimam petitionem omnia referuntur, vnde postea concludit, dicens. Dabit bona petentibus se. Chry. in ho. Per hoc ergo quòd addidit: Querite & pulsate, cum instantia multa & robore peti iussit. Qui enim quærit, omnia alia proijcit à mente, & ad illud solum afficit ꝙ quærit. qui autem pulsat cum uehementia & feruida mente uenit. Chry. super Matt. Quia uerò dixerat, petite & accipietis ne fortè peccatores audientes dicerent. Ad hoc dominus dignos hortatur, nos autem indigni sumus, ideo repetit, ut tam iustis quàm peccatoribus misericordia Dei cõmendet. Et ideo dicit. Omnis qui petit, accipit. i. siue iustus sit, siue peccator, tamen petere nõ dubitet, ut cõstet neminẽ spẽrni nisi qui petere dubitauit à Deo: non enim credibile est ut opus pietatis, quod exhibetur benefaciẽdo inimicis, Deus iniũgat hominibus ipse autem nõ faciat, cum sit bonus. Aug. super Ioan. Vnde peccatores exaudit Deus. Si enim peccatores non audiret, frustrà publicanus dixisset. Domine, propitius esto mihi peccatori, & ex ista confessione meruit iustificationem. Aug. in lib. senten. Prospe. Fideliter autẽ supplicãs Deo pro necessitatibus huius uitæ, & misericorditer audit, & misericorditer nõ audit. Quid.n. infirmo sit utile, magis nouit medicus q̃ ęgrotus. Si aũt id postulat ꝙ Deus & p̃cipit, & pmittit, fiet omninò quod poscit. q̃a accipiet charitas quod petit ueritas. Aug. ad Paulũ & Hieraliã. Bonus aũt dñs, q nõ tribuit sæpè ꝙ uolumus, ut quod mallemus attribuat. Aug. de uer. do. Perseuerentia ẽt opus est, ut accipiamus quod petimus. Aug. de. ser. do. Cũ.n. Deus aliquãdo tardius dat, commendat dona, non negat. diu desiderata dulcius obtinentur, citò autem data uilescunt. Pete ergo & quere iusta. Petẽdo.n. & quærendo crescit appetitus, ut capias. Seruat tibi Deus quod non vult citò dare, ut tu discas magna magnè desiderare, ideo oportet semp orare, & nõ deficere.

Duplex Dei misericordia.

Aut quis est ex uobis homo, quẽ si petierit filius panẽ, nunquid lapide porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentẽ porriget ei? Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se?

Aug. de ser. do. Sicut in superioribus egit de uolatilibus cœli, & de lilijs agri, vt spes de minoribus ad maiora consurgeret, ita & in hoc loco cum dicit, Aut quis est ex vobis homo. Chry. sup. Mat. Ne fortè aliqus considerans quanta est differentia inter Deum & hominem, & ponderãs peccata sua, dum desperat impetrare, nec incipiat petere, et patrum & filiorũ similitudinem introduxit, ut si propter peccata nostra desperamus, propter paternam bonitatem speremus. Chry. in ho. Duo aũt oportet adesse oranti, & petere uehementer, & quæ oportet petere. Hęc autẽ sunt spiritualia: etenim Salomon, quia petit quod petere oportebat, uelociter accepit. Chry. sup. Mat. Quæ autem petere oportet, sub similitudine panis & piscis ostendit. Panis enim est uerbum de notitia Dei patris. Lapis est omne mendacium quod habet scandalum offensionis ad animam. Remi. Piscem autem possumus intelligere uerbum de Christo: serpentem autem ipsum diabolum. uel per panem intelligitur doctrina spiritualis, per lapidẽ ignorantia: per piscem unda baptismatis sacri, per serpentem astutia diaboli, siue infidelitas,

litas. Raba. Vel panis q̃ est cõmunis cibus, charitatẽ, significat, sine qua aliæ virtutes nihil ualẽt. Piscis significat fidẽ, q̃ ex aqua baptismatis orta est: & i medijs fluctibus huius vitæ pulsat, & tñ viuit. Lucas autẽ addidit tertiũ, scilicet ouũ, qđ est spes animalis, unde spẽ significat: Cõtra charitatẽ ponit lapidẽ, idest odij duritiã: cõtra fidẽ serpentem, idest perfidiæ venenum: contra spem scorpionem. i. desperationẽ, quæ retro pungit sicut scorpio. Remi. Est ergo sensus: Non est timendum ꝙ si petamus à Deo patre panem, id est doctrinam uel charitatem, quòd porrigat lapidem. i. ꝙ permittat cor nostrũ constringi a frigore odiorum, aut duritia mentis: uel ꝙ si perierimus fidem, ipse nos permittat perire veneno infidelitatis. vnde sequit̃: Si ergo vos cùm sitis mali. Chry. in ho. Hæc autem dixit non detrahens humanę naturę, neque malum cõfitens omne genus humanum, sed ad differentiã bonitatis suæ dilectionem paternam malitiam vocans, tanta est superabũdantia amoris ipsius ad homines. Quia quantum ad comparationem Dei, qui solus singulariter bonus est, omnes mali videntur: sicut ad cõparationẽ solis omne lucidũ uidetur obscurum. Hiero. Vel suprà Apostolorum positione omne hominum genus dãnatur, cuius ab infantia cor ad malũ appositum est, ut in Genesi legitur. Nec mirũ homines huius seculi dici malos, cũ & Apostolus memoret, quoniam dies mali sunt. Aug. de ser. do. Vel malos appellauit huius seculi dilectores, unde & bona quæ dant, secundũ eorũ sensum bona dicenda sunt, quia hoc pro bonis habent: quanquam & in rerum natura ista bona sint, scilicet temporalia, & ad istã vitam infirmã pertinentia. Augu. de ser. do. Bonum enim quod facit bonos, Deus est. Aurum autem & argentum bonum est: non ꝙ te faciat bonũ, sed unde facias bonum. Mali ergo cum simus, et bonum patrẽ habeamus, nõ semper mali remaneamus. Aug. de ser. do. Si ergo cũ simus mali, nouimus id dare qđ petimus, quanto magis sperandum est daturũ Deũ nobis bona petentibus? Chry. sup. Matt. Quoniam autem non omnia petentibus pręstat, sed bona tantummodo: ideo conuenienter addidit bona. Glo. A Deo. n. nõ nisi bona percipimus, qualiacunq; nobis videãtur: Oĩa. n. dilectis in bonum cooperantur. Remi. Et sciendũ ꝙ vbi Matthæ. sic dicit, Dabit bona: Lucas dicit, Dabit spiritũ bonum, sed non dẽt uideri contrarium, quia cũcta bona quæ homo a Deo accipit, per gratiam Spiritus sancti datur.

Omnia ergo quæcunque vultis vt faciãt vobis homines, & uos facite illis. Hęc est enim lex & Prophetæ.

Aug. de ser. dom. Firmitas quædam & ualentia ambulandi per sapientiæ uiã in bonis moribus constituta est, quibus perducuntur homines usque ad mundationẽ & simplicitatẽ cordis, de qua iã diu ita loquens concludit. Omnia quęcunq; uultis. Nemo enim est, qui uelit quenquã duplici corde secum agere. Chry. sup. Mat. Vel aliter: Suprà propter sanctificandam orationem mandauit, ut non iudicẽt homines eos qui peccant in ipsos. Et quia ab ordine narrationis suæ recedens, introduxit alia quædam. nunc ad mãdatum quod cœperat rediens, ait: Omnia quæcunque uultis, idest non solum mãdo, nolite iudicare, sed & omnia quęcunq; uultis ut faciant uobis homines, & nos facite eis, & tunc impetrabiliter poteritis orare. Glo. Vel aliter. Omnium bonorum spiritualiũ distributor est Spiritus sanctus, ut opera charitatis impleantur. unde subdit. Omnia ergo &c. Chry. in home. Vel aliter. Vult dominus demonstrare, quoniã oportet homines & superis inquirere auxiliũ, & quę a seipsis sunt simul inferre unde cũ dixisset. Petite, quęrite, & pulsate; docet apertè ipsos homines studiosos esse & ideo subdit. Omnia quæcunque. Augu. de uerb. do. Vel aliter. Promiserat se dominus petentibus bona largiturum. Vt autem ille agnoscat mendicos suos, agnoscamus & nos nostros. Excepta enim substantia facultatum, tales sunt qui petunt, quales a quibus petunt. Quam frontẽ habes petendi ad Deum tuum, qui nõ agnoscis patrem tuum? Hinc est quod in Prouerb. dicitur. Qui obturat aurem suã ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Quid autem petenti proximo debeamus impẽdere, vt & ipsi audiamur Moralis doctrina.

diamus à Deo: ex hoc considerare possumus, qđ ab alijs volumus nobis impendi. Et ideo dixit: Omnia ergo quęcūq; vultis &c. Chry. in hom. Non simpliciter dicit oīa, sed addidit, ergo, q. d. si vultis audiri, cū illis q̄ dixi, & hæc facite. Nō aut dixit: Quęcunq; vis effici tibi à Deo, hęc fac ad ꝓximū: vt nō discas, qualiter hoc ē possibile? sed ait: Quæcunq; volueris effici tibi à conseruo, hæc & circa proximū ostēde. Aug. de ser. do. Quidam latini codices habent additum, bona, quod additū puto ad manifestationem sententiæ. Occurrebat enim, ꝗ si quisquā flagitiose aliquid erga se fieri velit: & ad hoc referat istam sententiam, ut hoc prior illi faciat à quo sibi fieri cupit: ridiculum est hunc putare istam implesse sententiam, intelligendū est autē perfectam esse sententiā, etiam si hoc non addatur. Quod enim dictum est, Omnia quæcūque vultis, nō usitate ac passim, sed propriè dictum accipi oportet. Voluntas nanq; non est nisi in bonis: nam in malis cupiditas proprie dicitur, non uoluntas: non quia sic semper loquūtur scripturæ, sed ubi oportet, ibi omnino proprium uerbum tenēt, ut nō aliud intelligatur. Cypria. de oratione do. Cūm autem Dei uerbum dominus Iesus Christus omnibus uenerit: præceptorum suorum fecit grande compendium, cū dixit: Quæcunque vultis ut faciant uobis homines, & uos facite eis. unde subdit. Hæc est enim lex & Prophetæ. Chry. sup. Matt. Nam quæcunque lex & Prophetæ sparsim in omnibus præceperūt scripturis, in hoc compendioso continentur mandato, quasi innumerabiles arborum rami in una radice. Greg. 10. Mora. Qui enim cogitat ut ea alteri faciat, que ipse sibi ab altero fieri expectat, pensat nimirū ut malis bona, & bonis meliora reddat. Chrys. in ho. Vnde manifestum est etiam quoniā ex nobis quæ deceāt omnes scimus, et nō est possibile ad ignorantiam refugere. Aug. de ser. do. Videtur autem hoc pręceptum ad dilectionem proximi pertinere, non aūt ad Dei: cum in alio loco duo esse præcepta dicat, in quib. lex pendet & prophetæ: cum autem hic non addit tota lex quod ibi addidit, seruauit locū alteri præcepto, quod est de dilectione Dei. Aug. 8. de Trini. Vel aliter: Ideo scriptura tantū dilectionē ꝓximi cōmemorat, cū dixit: Omnia quęcūq; uultis, q. a q. proximū diligit, consequens est ut et ipsam pręcipuè dilectionē diligat: Deus autē dilectio est, consequēs ē ergo ut ꝓcipuè diligat Deū.

Intrate per angustam portā, quia lata porta & spatiosa uia est, quæ ducit ad perditionē, & multi sunt qui intrāt per eā. Quàm angusta porta, et arcta uia est quæ ducit ad uitam, et pauci sunt qui inueniunt eam.

Aug. de ser. domini in monte. Admonuerat superius dominus ad habendū cor simplex & mūdū, in quo quęritur Deus: sed quia hoc paucorum est, iam incipit de inuestigando sapientia loqui: cui inuestigandæ & contemplandæ talis oculus per omnia superiora ꝑductus est, quo uideri iam possit arcta uia & angusta porta. vñ subdit: Intrate per angustā portam. Glo. Vel aliter: Et si difficile sit ut aliis facias quod tibi uis fieri, tamen sic faciēdum est ut intremus per angustam portam. Chry. sup. Matth. Vel aliter: Tertia hæc conuenientia ad iustitiā ieiunij pertinet, ut sit ordo narrationis talis: Tu autem cum ieiunas unge caput tuum, & postea sequatur. Intrate per angustam portam. Præcipuè enim tres sunt naturales passiones & intimæ carnis, primo esca & pot⁹, deinde amor viri ad mulierē, tertio loco somnus: & ideo grauius est eas à natura carnali præcidere, quàm cæteras passiones. Et ideo nullius passionis abstinentia sic sanctificat corpus, sicut ꝗ homo sit castus, ieiunus, & in uigiliis perseuerans: ergo propter omnes has iustitias, & præcipuè propter laboriosissimum ieiunium, cū dicit. Intrate per angustam portam. Porta perditionis est diabolus, per quem introitur in gehennam. Porta uitæ Christus, per quem introitur in regna cælestia. Lata autē porta dicitur esse diabolus, non magnitudine potestatis extensus, sed effrenatæ superbiæ licētia dilatatus. Porta autē angusta dicitur Christus; nō paruitate potestatis exiguus, sed humilitatis ratione collectus, quia quem totus non capit mūdus, seipsum intra angustias uteri uirginalis inclusit. Via autem perditionis est

omnis

Omnis iniquitas. Dicitur autem spatiosa, quia non est intra regulam disciplinæ inclusa, & ambulâtes in ea quicquid eos delectauerit, hoc sequuntur. Via autẽ vitæ dicitur esse omnis iustitia, & propter contrarias causas esse arcta. Considerandum autẽ quia nisi quis ambulauerit per viam non pôt peruenire ad portam. Qui.n.non ambulant per uiam iustitiæ, impossibile est vt verè Christum cognoscant. Similiter nec incurrit in manus diaboli, nisi qui in via ambulat peccatorum. Greg. super Ezechielem. Quamuis aũt charitas sit lata, tñ per angusta & ardua homines ducit à terra. Satis angustum est, omnia prætermittere, vnum solum diligere, prospera non ambire, aduersa non timere. Chry. in ho. Sed cum postea dicat, Iugum meũ suaue est & onus meum leue: qualiter hic angustam esse viam ait, & arctam? sed & hic monstrat eam leuem esse & suauem, qm̃ via est, & porta est, sicut & altera quę lata & spatiosa dicitur ipsa via & porta est. horum aũt nihil mansurum est, sed oĩa pertranseunt. Transire autem labores & sudores, & in bonum finem deuenire, scilicet in vitam, sufficiens est mitigare eos qui agones patiuntur. Si enim tempestates nautis, & vulnera militibus leuia sunt pp spem præmiorum pereuntium, multo magis cum cœlum pręiacens fuerit & immortalia præmia, nullũ aliquis sentiet imminentium periculorum. Sed & hoc.i. angustam vocare, maximè ad faciendum eã leuem cõferebat. Vigilare.n. eos pręparabat: hoc.n. dñs dicit erigẽs nostrum desiderium. Qui.n. in agone certat, cum viderit principem admirãtẽ labores agonum, animosior fit. Ne igitur mœsti simus cum multa nobis hic contigerint tristitia, quia arcta est via, sed non ciuitas. Ideo neq; hic quietem oportet expectare, neq; ibi triste aliquid præstolari: Dicẽs ãt: qm̃ pauci sunt qui inueniunt eã rursus hic multorum desidiã significauit, & audientes erudiuit non multorum prosperitatib. attẽdere, sed paucorũ laborib. Hie. Significanter igitur de vtraq; via locutus dicit, ꝙ per latã multi ambulant, angustã pauci inueniunt. latam.n. non quęrimus, nec inuentione opus est, quia spõte se offert, & errãtium via est: angustã verò nec oẽs inueniunt, nec qui inuenerint statim ingrediuntur per eam. Siquidem multi inuenta veritatis uia capti uoluptatibus seculi, de medio itinere reuertuntur.

Attendite à falsis prophetis, qui veniũt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. A fructib. eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest autem arbor mala bonos fructus facere: neque arbor bona malos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorũ cognoscetis eos.

Chry. sup. Mat. Suprà mãdauerat Apostolis dñs, ne eleemosynas, orationes, & ieiunia coram hominib. sicut hypocritæ, faciant: & ideo ad cognoscendum quia hæc oĩa in hypocrisi fieri possunt loquitur dicẽs: Attẽdite à falsis prophetis. Aug. de ser. domi. Vel aliter: Cum dixisset dñs paucos esse qui inueniunt angustam portam & arctam uiam, ne hæretici qui plerunq; se sub nomine paucitatis commendant, se nobis supponant, statim subijcit dicens; attendite à fal. proph. Chry. in ho. Vel aliter: quia dictũ est ꝙ angusta est porta, sed & multi sunt, qui peruertunt eã q̃ illuc fert uiam, ideoq; induxit. Atten. à fal. prophe. In quo ut maiorem solicitudinem habeant meminit eorum quæ in partib. eorũ facta sunt, falsos prophetas vocans; etenim tunc talia cõtigerunt. Chr. sup. Mat. Quod autem scriptum est infra. Quia lex & prophetæ vsque ad Ioannem dicitur, quia prophetia de Christo non erat futura post eum. Prophetæ autem & fuerunt, & sed non qui prophetarent de Christo; sed qui interpretarentur ea quæ de Christo ab antiquis fuerant prophetata, id est doctores ecclesiarũ. nec.n. potest quis propheticos interpretari sensus, nisi per spiritum prophetiæ. Sciẽs ergo dominus futuros esse falsos doctores hæresum diuersarum, admonet, dicens. Attẽdite à falsis prophetis. Quia.n. non erant futuri manifesti gentiles, sed absconditi sub nomine Christiano, non dixit. Aspicite, sed attẽdite. ubi enim res certa est aspicitur,

idest simpliciter videtur: vbi autem incerta, attenditur, idest cautè consideratur. Item dicit: Attẽdite, quia firma tutela salutis est scire quem fugias. Non autem sic admonet: Attẽdite, quasi inuito Deo diabolus hęreses introducat, sed eo permittẽte quia.n. nõ sine iudicio vult seruos suos habere, ideo mittit tentationem: quia verò nõ vult eos per ignorantiã perire: ideo præmonet. Ne aũt aliquis hæreticus doctor dicat: quia nõ dixit vos falsos prophetas, sed Gentiliũ & Iudęorum doctores, ideo addidit dicens: Qui ve. ad vos in vesti ouium. Oues.n. Christiani dicuntur, vestimentum ãt ouile, est species Christianitatis, & simulatæ religionis: nulla aũt res sic exterminat bonũ, sicut simulatio. Nã malum sub specie boni celatum, dum nõ cognoscitur, non cauetur. Et ne adhuc dicat hæreticus, quia de ueris doctorib. loquitur, qui tñ peccatores sunt, ideo addit. Intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Catholici aũt doctores & si fuerint peccatores, serui quidem carnis dicuntur, non tñ lupi rapaces: quia non habent propositũ perdere Christianos. Manifestè ergo de hęreticis doctoribus dicit, quia eo proposito speciem Christianorũ suscipiunt, vt Christianos iniquo seductionis morsu dilaniẽt. de quib. dixit Apostolus: Scio quia post discessum meũ intrabunt in vos lupi graues, non parcentes gregi. Chry. in ho. Sed tñ uidetur falsos prophetas hic nõ hęreticos insinuare, sed eos quidẽ, qui uitæ, sunt corruptæ, sed facie quidẽ, virtutis induũtur, vnde dixit: A fructib. eorum cognoscetis eos. Apud hæreticos.n. est multoties & uitã inuenire, apud hos ãt quos dixi nequaquam. Aug. de ser. do. Vnde rectissimè quæritur, quos fructus nos attendere voluerit: multi.n. quędã in fructibus deputant, quæ ad vestitum ouium pertinent, & hoc modo de lupis decipiũtur: sicuti enim sunt vel ieiunia, vel eleemosynas, uel orationes, quæ prętendunt hominibus, placere cupientes eis, qub. ista difficilia videntur. Hi ergo non sunt fructus, de quibus cognosci istos monet. Ista enim quæ cum bono animo fiunt, sunt propriè ouibus vestes: cum autem malo in errore non aliud quã lupos tegunt, sed non ideo debẽt oues odisse vestimẽtum suũ, ꝙ plerunq; illo se ocultant lupi. Qui sunt ergo fructus quibus cognoscamus arborẽ malã, dicit Apostolus: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditiæ. Qui vero sunt fructus quibus cognoscamus arborẽ bonã idẽ Apostolus ostendit, dicens: Fructus aũt spiritus sunt, charitas, gaudium, pax. Chry. super Mat. Fructus ẽt eius ouis, est confessio eius fidei. qui.n. secundum Deum vocem humilitatis, & veræ cõfessionis emittit ouis est: qui autẽ contra veritatem blasphemijs vlulat contra Deũ, lupus est. Hiero. Et sic ergo põt de ouib. intelligi, quod hic de falsis prophetis dicitur, qui aliud habitu ac sermone promittunt, aliud opere demonstrant. specialiter de hæreticis intelligendum videtur, qui videntur cõtinentia ac ieiunio quasi quadam pietatis veste se circundare, intrinsecus autem habentes animũ venenatum, simpliciorũ fratrum corda decipiunt. Aug. de ser. do. in mon. Sed ex operibus conijci põt, vtrum exteriorem cultum ambitione aliqua faciant. Cum.n. cœperint aliquibus tentationibus ea ipsa vel subtrahi, vel negari, q̃ isto velamine vel consecuti sunt, vel consequi cupierũt: tũc necesse est vt appareat vtrũ lupus in ouina pelle sit, an ouis in sua. Greg. 31 Mora. Hypocrita ẽt sanctæ ecclesiæ pace præmitur, idcirco ante oculos nostros religione vestitur. Si qua verò fidei tentatio erumpat, statua lupi mẽs rabida, habitu se ouinę pellis expoliat, quantumq; contra bonos sæuiat, per sequens demõstrat. Chry. in ho. Facile ẽt hypocritæ capiunt: via.n. quã iusti sunt ambulare laboriosa est, hypocrita autem laborare non vtiq; eliget. Deinde ut non dicas, quoniam impossibile est cognoscere tales: rursum rationẽ ab humano exemplo ponit, dicens: Nunquid colligent de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Chry. super Matt. Vua in se mysteriũ Christi habet. sicut enim botrus multa in se grana ligno mediante suspendit, sic & Christus multos sibi fideles per lignum crucis tenet adiũctos. Ficus autem est ecclesia quę multos fideles tenet dulci quodã charitatis amplexu, sicut ficus multa grana uno tegimine tenet inclusa. Sũt

ergo

ergo ficus signa hæc: charitatis quidẽ in dulcedine, vnitatis aũt i cõiunctione granorũ. In vua autẽ patiẽtię quidẽ signũ est, q̃a in torcular mittit: gaudij aũt, q̃a vinũ lætificat cor hoĩs: synceritatis, q̃a non est aqua permixtũ: suauitatis aũt in delectatione. Spinæ ãt & tribuli sunt hæretici. sicut ergo spina uel tribulus ex quacunq; parte habet aculeos: sic et serui diaboli si ex quacũq; parte cõsiderauerimus, iniq̃tatis pleni sunt. Nõ possunt ergo hmõi spinæ et tribuli ecclesiasticos fructus ꝓferre. Quod aũt particulariter sub similitudine ficus, et vitis, spinæ et tribuli dixerat, ostẽdit cõsequẽter uniuersaliter esse uerũ, cũ dicit. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autẽ arbor fructus malos facit. Aug. de ser. do. In hoc aũt loco illorum error cauendus est, qui de duabus arboribus duas naturas opinantur esse: quarum una sit Dei, altera verò non. Non autem eos adiuuare duas istas arbores dicendum est, quia de hominibus eũ dicere planum est, si quis præcedentia & sequentia legerit. Aug. 12. de ciui. Dei. Nominibus autem prædictis ipsæ naturæ displicent, non eas considerantibus secundum utilitatem suam. non autem ex commodo uel incõmodo oratio, sed per seipsam considerata natura dat artifici suo gloriã. Naturę igitur omnes quoniam sunt, & ideo habent modum suum, speciem suam, & quandã secũ pacem suã profectò bonę sunt. Chry. in ho. Vt autem nullus dicat quoniã mala arbor fert quidem fructus malos, fert autẽ & bonos, & sic difficilis sit cognitio duplici probatione existente, ideo subiungit: Non potest arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos facere. Aug. de ser. do. Ex hoc uerbo putant Manichæus, neq; animam malã fieri posse ut in melius commutetur, neque bonam in deterius, quasi dictũ sit, Non potest arbor bona mala fieri, neque mala bona fieri, sed ita dictum est. Non potest arbor bona fructus malos facere, nec econuerso. Arbor quippe est ipsa anima, idest ipse homo, fructus verò opera hominis. Non ergo potest malus homo bona operari, neque bonus mala. Ergo si uult malus bona operari; prius bonus fiat. Quandiu autẽ quisq; malus est, nõ potest facere fructus bonus. Sicut. n. potest fieri ut q̃d fuit nix, non sit, non ãt ut nix sit calida: sic põt fieri, vt qui malus fuit, nõ sit malus, non tñ fieri põt, vt malus bene faciat, quia & si aliquando utilis est, non hoc ipse facit, sed fit de illo diuina prouidentia procurãte. Raba. Homo aũt ipse arbor bona uel mala dr̃ pp uoluntatem bonã vel malã. Fructus aũt sunt opera, quæ nec bona malæ uoluntatis esse possunt, nec mala bonæ voluntatis. Aug. contra Iulia. Sicut autẽ manifestum est ex uoluntate mala, tanquã ex arbore mala fructus eius fieri omnia opera mala: sic ipsam uoluntatem malam vnde dices e. se exortam, nisi quia uoluntas mala Angeli ex Angelo, ex homine hominis orta est? Quid autem erant hæc duo, antequam in eis ista mala orientur, nisi bonum opus Dei, & bona atque laudanda natura? Ecce ergo ex bono oritur malũ, nec fuit omnino vnde oriri posset, nisi ex bono, ipsam dico uoluntatẽ malam, quoniam nullum malum præcessit, non opera mala quæ nõ sunt nisi ex uolũtate mala, tanquam ex arbore mala; nec ideo tanquam ex bono potuit oriri uolũtas mala, quia bonum factum est à bono Deo, sed quia de nihilo factum est, nõ de Deo, Hier. Quæramus autem ab hęreticis, qui duas in se contrarias dicunt esse naturas, si iuxta intelligentiam eorum arbor bona malos fructus facere nõ potest, quomodo Moyses arbor bona peccauerit ad aquam contradictionis? Petrus quoq; in passione dominũ negauerit, dicens: Nescio hominem? Aut qua consequentia faceret Moysi arbor mala qui in Deũ Israel nõ credebat, dedit consiliũ bonũ? Chry. in ho. Quia verò punire non iusserat falsos Prophetas, ideo terret eos secundum pœnam quæ est à Deo dicens: Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. quib. uerbis & Iudęos insinuare uidetur ideoq; uerborũ Ioannis Baptistę meminit, per eadẽ uerba pœnam eis subscribẽs. Etenim & ille hoc dixit ad Iudæos, securim, & arborem incisam, & ignem inextinguibilem commemorans. Si quis autem diligenter inuestigabit duæ pęnæ sunt, & excidi & combu

ri: qui enim comburitur, & à regno excidit omnino, quæ pęna difficilior est. Multi autem gehēnam solum abhorrent, ego autem casum illius glorię multo amariorem pęnā gehenna esse dico. Quod enim paruum uel magnum malum non suscipe ret pater, ut videat & potiatur dulcissimo filio? hoc itaq; in gloria illa putemus. non e.n. aliquis filius ita suauis est patri, ut illorum bonorum requies, dissolui & esse cū Christo. intollerabilis quidem pœna est gehēna, sed si quis decem mille ponat gehennas nihil tale dicet, quale est a beata gloria illa excidere, & odio haberi à Christo. Glo. Ex præmissa autem similitudine concludit, quod suprà iam dixerat, quasi manifestum, dicens: Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

Non omnis qui dicit mihi, Domine, domine, intrabit in regnū cælorū: sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cęlis est, ipse intrabit in regnū cęlorum. Multi dicent mihi in illa die. Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, et in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

Hiero. Sicut supra dixerat eos qui habent vestem bonæ uitæ, non recipiendos propter dogmatum nequitiam, ita nūc econtrario asserit, nec his quidem accómodandam fidem, qui cum polleant integritate doctrinæ, malis operibus destruunt: utrunq; enim Dei seruis necessarium est, vt & opus sermone, & sermo operibus cōprobet. & ideo dicit: Nō omnis q dicit mihi &c. Chry. in home. Vbi Iudæos maximè tāgere videt in dogmatib. oia ponentes, vnde & Paulus eos incusat dicēs: Si autē tu Iudęus cognominaris, & requiescis in lege &c. Chry. su. Mat. Vel aliter: Qm̄ falsos prophetas & veros ex fructib. eorū docuit discernēdos, hic iā manifestius docet, qui sunt fructus, quib. discernūtur probi doctores, & reprobi. Aug. de ser. dom. Cauēdū n. est i ipso Christi nomine ab hęreticis, uel quibuslibet malè intelligētib. & seculi huius amatorib. ne decipiamur, & ideo dicit: Nō omnis qui dicit mihi domine domine &c. Sed merito potest mouere quomodo huic sententiæ conueniat illud Apostoli: Nemo potest dicere dominū Iesum nisi in Spiritu sancto. Non enim possumus dicere, illos qui nō intrant in regnum cęlorum habere Spiritum sanctū. Sed Apostolus propriè posuit hoc verbū dicit: vt significet volūtatem atq; intellectum dicētis. Ille enim propriè dicit, qui voluntatem ac mentem suam sono vocis enunciat: dominus autem generaliter hic posuit verbum dicendi. videtur. n. etiam ille dicere, q nec vult nec intelligit quod dicit. Hiero. Moris est enim scripturarū dicta pro factis accipere, secundum quē sensum dicit Apostolus, Confitentur se scire Deum factis, autem negant. Ambr. Omne etiam uerum à quocunq; dicatur, à Spiritu sancto est. Aug. de ser. do. Non ergo putemus ad illos fructus de quibus suprà dixerat pertinere, si quis domino nostro dicat: Domine domine, & ex eo nobis arbor bona videatur: sed illi sunt fructus, facere uoluntatem Dei. unde sequitur: Sed qui fa. voluntatē pa. mei &c. Hil. Cœlestis enim regni iter, obediētia volūtatis Dei, non nuncupatio repertum est. Chry. sup. Mat. Quæ autem est uoluntas Dei, ipse dominus docet. Hæc est, inquit, uolūtas eius q misit me, vt omnis qui videt filiū & credit in eū, habeat vitā ętername. Credulitatis aūt verbū; & ad cōfessionē respicit, & ad actū qui ergo nō confitetur aūt nō cōuersatur secūdū verbū Christi, nō intrabit in regnū cęlorū. Chry. in ho. Nō aūt dixit: Qui facit volūtatē meā, sed patris: quoniā interim conueniēs erat prius hoc suscipi ab imbecillitatē eorum: sed & per hoc illud occulte insinuauit. nō est. n. alia uolūtas filij, quàm quæ est patris. Aug. de ser. do. Illud autē ad rē pertinet ne decipiamur, non solum nomine Christi per eos, qui nomen habēt & facta non agunt, sed etiam quibusdam factis atque miraculis: qualia propter infideles cū fecerit dominus, monuit tamen ne talibus decipiamur, arbitrantes ibi esse inuisibilem sapientiam, ubi miraculum uisibile uidemus. unde subiūgit & dicit: Multi dicent mihi in illa die. Chry. in ho. Vides qualiter latenter iam seipsum introducit. Quia enim omnem compleuit sermonē, mōstrat seipsum iudicēm esse. Quę enim pœna

Vera Christianitas ostēditur.

pœnā expectat eos qui peccāt, iā ante mō strauit. Quis āt est q punit, hoc iā reuelat dicēs: Multi dicēt mihi in illa die. Chr. su. Mat. Quādo scilicet venerit in maiestate patris sui: quādo iā nemo ausus est garrula cōtentione sermonū, aut mēdaciū defendere, aut cōtradicere veritati: quando opera singulorū loquētur, & ora tacebūt. nec alter pro altero interuenit, sed singuli ibi timebūt. In illo.n. iudicio non erūt testes adulatores homines, sed Angeli veraces, iudex autem dñs iustus, unde propriè timentium hominum, & angustias patientium vocem expressit, dicens. Domine domine. Non enim semel sufficit illi dicere domine, quē necessitas timoris astringit. Hila. Gloriam autem sibi ex uerbi intentione præsumūt in doctrinę prophetia, & dęmoniorum fuga, & operum virtutibus, atque hinc sibi regnum cęlorum pollicentur, dicentes: Nonne in nomine tuo prophetauimus? Chry. in ho. Sed sunt quidam qui dicunt, quoniā mentiētes hi hoc dixerunt, ideo saluati non sunt: sed nō auderent iudice præsente ad ipsum hoc dicere. Sed & ipsa responsio & interrogatio ostēdit eos talia fecisse. Quia enim hic mirabiles erant, apud omnes miracula faciētes, illic autem vident seipsos punitos, admirantes dicunt: Domine nonne in nomine tuo &c. Quidam autē dicunt, quoniā non in tempore, in quo hæc miracula faciebant, iniqua agebant, sed postea. Sed si hoc erit, rursus quod dñs volebat mōstrare, non constat: q scilicet neque fides, neque miracula valent bona uita nō existēte, quod & Paulus dicit: Si habuero fidē vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Chry sup Matt. Sed considera quia in nomine dicunt, nō in spiritu. pphetāt enim in nomine Christi, sed in spiritu diaboli, quales sunt diuinatores. Sed sic discernuntur, quoniam diabolus interdum falsa dicit, Spiritus sanctus nunquam concessū est autem & diabolo interdum uera dicere, ut mendaciū suum rara veritate commendet. Dæmonia autem eijciunt in nomine Christi habentes spiritum inimici, magis autem nō eijciunt, sed eijcere videntur colludentibus sibi dęmonibus: faciunt & uirtutes, id est miracula, non vtilia & necessaria, sed inutilia & vacua. Aug. de ser. do. Legant enim quanta fecerint resistētes Moysi Magi Aegyptiorū. Hiero. Vel aliter: Prophetare, uel uirtutes facere, dæmonia eijcere ēt diuina virtute interdū nō est eius meriti qui operatur, sed uel inuocatio nominis Christi hoc agit, uel ob condēnationē eorū, qui inuocant, aut utilitatē eorū qui vidēt & audiūt, cōcedit, ut licet homines despiciāt signa faciētes, tñ Deū honorēt, ad cuius inuocationē fiūt tanta miracula. Nā & Saul & Balaam & Cayphas prophetauerūt: & in actib. Apostolorū filij Sceuæ uidebant eijcere dæmonia, & Iudas Apostolus cum animo proditoris multa signa inter cæteros Apostolos fecisse narratur. Chry. in ho. Quia enim non omnes ad omni aptē se habebāt, sed hi quidem erāt vitæ puræ, fidem autem non tantam habebant. hi autem contrarium: ideo Deus illos per hos conuertebat, ut multam ostenderent fidem: hos autem per hoc ineffabile signorum donum, ut fierent meliores, euocabat. unde & cum multa copia hanc gratiam eis dabat. Dicent enim: Virtutes multa facimus. Sed quia circa eum qui eos ita honorauit, ingrati facti sunt, rectè sequitur. Tunc confitebor illis, quia nunquā noui uos. Hiero. Signanter dicit, tūc confitebor, quia multo tempore ante dicere dissimulauerat. Chry. sup. Mat. Grandem enim iram, grandis dilatio præcedere debet, quę iustius facit Dei esse iudicium, & digniorem interitum peccatorū. Sciēdū autem, q peccatores nescit Deus, quia nō digni sunt ut cognoscant à Deo, nō quia omnino ipsos non cognoscat, sed quia suos illos esse non cognoscit. Sed uidetur eos non cognoscere, quia non eos diligit, sicut etiam non uidentur Deum cognoscere, qui nō colunt eū dignè. Chry. in ho. Dicit autem eis. Nunquam noui uos. Quasi non solum in tempore iudicij, sed neque tunc cum miracula faciebatis, multos enim & hinc iā odio habet, & ante punitionem auertit. Hieron. Obserua etiam hoc quod dicit. Nunquam noui uos. esse contra quosdam dicentes, q omnes homines semper conuersati sunt inter rationabiles creaturas. Grego. 20. Mo

Nutalæ de miraculi.

ra. Hac autem sententia datur intelligi, quod in hominibus charitas, humilitas, non autem debeant virtutum signa venerari. unde nunc sancta ecclesia etiã si qua sunt hęreticorũ miracula, despicit, quia hæc sanctitatis speciem non esse cognoscit. Probatio quidem sanctitatis non est signa facere, sed proximum vt se diligere: de Deo vera, de proximo meliora quàm de seipso sentire. Aug. contra aduersariũ legis & prophetarum. Absit autem ut secundum Manichæos ista de prophetis sanctis dominus dixerit: sed dictum est de his qui posterius Euangelium prædicatum in eius nomine sibi loqui videntur, nescientes quid loquantur. Hila. Sic autem hypocritæ gloriati sunt, quasi aliquid propriũ sit quæ loquũtur aut faciũt, & non omnia uirtus Dei inuocata perficiat, cuius doctrinæ scientiã lectio afferat, dęmoniorum fugã Christi nomen exagitet. De nostro igitur est beata illa æternitas promerenda, prestandumque est aliquid ex proprio: bonũ uelimus, malum omne uitemus, agamusque poti⁹ quod vult, quàm quod potest gloriemur. Repudiãs igitur eos, ac expellens propter opera iniquitatis, dicit: Discedite à me qui operamini iniquitatem. Hiero. Non dixit qui operati estis iniquitatem, ne uideretur tollere pœnitentiam: sed qui operamini, idest qui vsque in præsentem horam cùm iudicij tempus aduenerit, licet nõ habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum. Chry. in ho. Nam mors quidẽ animam à carne separat, animę autem propositum non immutat.

Omnis ergo q audit verba mea hæc, et facit ea, assimilabitur uiro sapienti, qui ædificauit domũ supra petrã: & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerũt uenti, & irruerũt in domũ illã, & nõ cecidit: fundata.n. erat supra petrã. Et omnis qui audit uerba mea hæc, et nõ facit ea, similis erit uiro stulto, qui ædificauit domũ suã sup arenã, & descẽdit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerũt uenti, & irruerũt in domũ illã, & cecidit, et fuit ruina eius magna.

Chry. in ho. Quoniam quidam futuri erant q̃ dicta sunt à domino admirantes, ostensionem autem quæ est per opera nõ tribuentes, præueniens eos terret, dicens: Oĩs ergo qui audit uerba mea hęc, & facit ea, assimilabitur uiro sapienti. Chry. sup. Mat. Nõ aũt dixit: Aestimabo eum q audit & facit uirũ sapientẽ, sed assimilabit viro sapiẽti: ergo qui similatur, homo est. Cui aũt assimilat Christus. Christus autẽ est sapiẽs uir, qui ædificauit domũ suã, idest ecclesiã, supra petrã. i. supra fortitudinẽ fidei. Vir aũt stultus. i. diabolus, q ædificauit domũ suũ, idest omnes impios, sup arenam, id est inconstãtiam infidelitatis, aut super carnales homines, qui dicuntur arena, propter sterilitatem & quia non cohęrent sibi, sed sunt per diuersas opiniones dispersi, & quia sunt innumerabiles. Pluuia autem est doctrina quæ irrigat hominem, nubes autem sunt à quibus pluuia fluit. Quidam à spiritu sancto excitantur, sicut Apostoli & prophetæ: & quidã à spiritu diaboli, sicut hæretici. Venti autẽ boni, spiritus diuersarum uirtutum, vel Angeli, qui inuisibiliter in sensibus hominũ operantur, & adducunt ad bona. Venti autem mali, sunt spiritus immũdi. Flumina autem bona, sunt Euãgelistæ, & doctores populi. Flumina mala, sunt homines immundo spiritu pleni, & uerbositate instructi: sicut philosophi et cęteri secularis sciẽtiæ professores, de quorum uentre exeunt flumina aquæ mortuæ. Ecclesiam ergo, quam Christus fundauit, non pluuia mendacis doctrinæ corrumpit, neque dibaolicus flatus impellit, neque violẽtorum fluminũ impetus mouet. Nec est contrarium quod quidam de ecclesia cadũt. Nõ enim omnes qui Christiani dicuntur, Christi sunt. Sed nouit dominus qui sũt eius. Sed contra, domum quam ædificauit diabol⁹, descẽdit pluuia ueræ doctrinæ: uenti, idest spirituales gratiæ, aut Angeli: flumina quatuor Euãgelistæ, & cæteri sapiẽtes. Et sic cecidit domus, idest gẽtilitas, ut surgeret Christianitas, et facta est ei⁹ ruina magna, solutis erroribus, conuictis mẽdacijs & idolis in toto mũdo destructis. Christo ergo similis est qui audit uerba Christi & facit ea. ipse enim ædificat supra petram, idest Christum, qui est omne bonum: ut in quacunque specie boni aliquis ædificauerit, supra Christum ædificasse videatur. sicut autem Ecclesia ædificata à Christo, dirui non potest: sic talem Christianum,

nū, qui se ædificauit supra Christum, nulla aduersitas deijcere pót, secúdú illud, Quis nos separabit à charitate Chri? Diabolo aút est similis, qui audit verba Christi, & nó facit. Verba .n. quæ audiútur & nó fiunt, separata sunt & dispersa: & ideo assimilátur arenæ. Arena ét est omnis malitia, uel ét mundialia bona. Sicut aút domus diaboli destructa est: ita tales supra arenam fundati destruũt & cadunt. Et est ruina magna, si de fundaméto, fidei aliqd ruinæ fuerit passus. Non autem si fornicatus fuerit, aut homicidium fecerit qa habet unde per pœnitétiam surgat, sicut & Dauid. Raba. Vel ruina magna intelligenda est, qua dicturus est dominus audientibus & non facientibus. Ite in igné æternú. Hier. Vel aliter: Super arená q̃ fluida est, & in unam copulam non potest redigi, omnis hereticorum sermo ædificatur, ut corruat. Hila. Vel aliter: in pluuijs blandarũ & sensim illabentium uoluptatum illecebras significat, quibus primú fides rimis, patentibus immadescit, post quas fluuiorum procursus, id est grauiorũ cupiditatũ motus incurrit, ut exinde tota uentorum uis circunstantiũ desæuiat, id est uniuersus diabolicę potestati spiritus inferatur. Aug. de ser do. Vel aliter. Pluuia cũ in mali alicuius significatione ponitur caliginosa superstitio intelligitur. Rumores auté hominum uentis comparatur: fluuius autem carnalibus concupiscentijs tanquam fluentibus super terrá, & qui prosperitatibus inducitur, aduersitatibus frangit, quorũ nihil metuit, qui fundatá habet domũ supra petram, id est qui non solum audit præceptum domini, sed etiam facit. Et in his omnibus periculose subijcit, q audit & non facit. Non. n. quis firmat in se quæ dominus præcipit, uel ipse audit, nisi faciendo. Considerandum át est quia cũ dixit. Qui audit uerba mea hæc, satis significat illum sermonem omnibus præceptis, quib. christiana uita formatur, esse pfectũ, ut merito q secúdú eã uiuere uoluerint, cóputarentur ædificanti supra petrá.

Et factum est cum consumasset Iesus uerba hæc admirabantur turbæ super doctrina eius, Erat enim docens eos sicut potestatem habens. & non sicut scribæ eorum & pharisæi.

Glo. Posita doctrina Christi, effectum doctrinæ ipsius in turbis ostédit, dicés: Et factũ est cũ cõsummasset &c Raba. Consummatio hæc ad pfectioné uerborum, & integritaté dogmatis pertinet. Quód át dicitur turbas admirari, aut infideles in turba significat (q ob hoc stupebant, quia nó credebát uerbis Saluatoris) aut oẽs generaliter demõstrat, qui excelétiã tátæ sapiétiæ in eo uenerabantur. Chry. su. Mat. Placatus rationabiliter hominis intellectus laudé generat uictus át admiratione. Quicquid. n. digne laudare nó possumus, admiramur. Admiratio tamé eorũ magis ad gloriã Christi pertinebat, quàm ad fidé ipsorũ: si enim crederent in Christum, nó mirarētur. Illud enim mouet admirationé, quod superat faciétis aut dicétis personá, & ideo quod à Deo factũ aut dictum est, nó admiramur: quia oĩa minora sunt, quã Dei potétia. Turbæ aút erát quæ mirabantur, id est populus uulgaris, non principes populi, qui non discendi studio audire solebant. Populus át simplex, simpliciter audiebat, sed eorum silétiũ, si illi interfuissent, suis conditionibus conturbassent. ubi. n. est maior scientia, illic fortior malitia, qui. n. festinat esse prior, non est contentus esse secundus. Augu. de con. Euan. Ex eo autem quod hic dicitur, pót uideri discipulorum turbam deseruisse, ex quibus illos duodecim elegerat in mõte ex pluribus, quos Apostolos nominauit, quod Matthæus hic prætermisit. Solis enim discipulis in monte uĩ Iesus hũc habuisse sermoné, quem Matthæus interposuit, & Lucas tacet. Et deinde cum descédisset in loco campestri habuisse alterũ similé, de quo Mattheus tacet, Lucas non tacet. Quanquam etiã illud possit ocurrere, sicut supra dictũ est; Apostolis cæterisque turbis præsentibus unum habuisse sermonem, quem Mattheus Lucasque narrarunt, diuerso narrandi modo, sed eadé ueritate séntétiarum: & sic planum est quod hic dicitur de admiratione turbæ. Chry. in ho. Causam auté admirationis subdit dicens. Erat. n. docens &c. Si autem hanc potestaté uidétes per opera, scribæ eum à se abigebát, ubi solú uerba erant potestaté manifestantia, qualiter scandalizati nõ fuissent

fuissent? sed turbæ hoc non passæ sunt. Cũ enim anima beneuola fuerit, facilè psuadetur a sermonib. ueritatis. Erat autem potestas docentis ut multos eorum caperet, & in admirationẽ mitteret: ita q̃ pp delectationem eorum quę dicta erant, ne quę tacentem dimittebant: unde & secuti sunt eum descendentem de monte. Stupebant aũt eius maximè potestatẽ, quia nó ad aliũ referens ut prophetæ & Moyses dixerunt, quæ dixit: sed ubiq; ostẽdit secũ esse qui hẽt dominiũ. Etenim legem fereus continuè apponebat, Ego aũt dico uobis. Hiero. Quia quasi Deus & dñs ipsius Moysi pro libertate uoluntatis suæ, uel ea quæ minus uidebantur addebat in lege, uel cõmutans prædicabat in populo, ut suprà legimus. Dictum est antiquis, ego aũt dico uobis. Scribæ ãt ea tantũ ducebant, quæ scripta sunt in Moyse & prophetis. Greg. 24. Mora. Vel singulariter Christus ex bona potestate locutus est, quia ex infirmitate mala nulla cõmisit. Nos ãt quia infirmi sumus, ex propria infirmitate pensemus quo docendi ordine infirmis fratribus consulamus. Hila. Vel in uerborũ uirtutibus, effectum potestatis metiebantur. Augu. de serm. do. Hoc est n. qd̃ in Psal. significatur: fiducialiter agam in ea. Eloquia dñi, eloquia casta, argentum igne examinatum terræ probatum, purgatum septuplum. Propter quẽ numerũ, admonitus sum omnia ista præcepta ad septẽ illas referre sentẽtias, quas in principio sermonis huius posuit, scilicet de beatitudinibus. Quòd n. aliqs fratri irascatur sine cã, uel rhaca dicat uel fatuum eum appellet, superbissime admittitur. cõtra qd̃ est unũ remedium, ut supplici animo ueniã deprecetur, qui nó iactantiæ spiritu infletur: Beati ergo pauperes spiritu, qm̃ ipsorũ est regnũ cœlorum. Consentit autem aduersario, id est uerbo Dei reuerentiam exhibendo, si quis ad testamentum patris operiendũ, non litib. acerbus, sed pietate mitis accesserit. Beati ergo mites, qm̃ ipsi hære. possi. ter. Quisquis ẽt carnalẽ delectationem cõtra rectã uoluntatẽ suã rebellare sentit, exclamet: Infęlix ergo homo, quis me liberabit de morte corporis huius? Et ita lugẽdo imploret consolatoris auxilium. unde beati qui lugent, qm̃ ipsi cõsolabuntur. Quid ãt laboriosius cogitari põt, q̃ vt otiosa consuetudine superanda pdicãt intra se membra impedientia regnũ cęlorũ, nec dolore frãgatur, toleret in cõiugali fide oĩa, q̃ quamuis sint molestissima, crimen tamen fornicationis nó hẽnt: uerũ loquatur, qd̃ non in rõnib. crebris, sed morũ probitate cõmendet? Sed quis tantos labores inire audeat, nisi flagaret amore iustitiæ, quasi fame ac siti vehementi accensus? Beati ergo qui esuriũt & sitiunt, qm̃ ipsi saturabũtur. Quis aũt põt paratus esse ab infirmis iniurias sustinere, petenti a se tribuere, diligere inimicos, benefacere his qui se oderunt, orare pro persequentibus, nisi perfectè misericors? Beati ergo mise. qm̃ ipsi misericordiã conse. Mundũ ãt cordis oculum hẽt, qui finem bonorum operum suorum non in eo constituit, ut hominib. placeat, neq; ut cõpareat ea quæ huic uitæ sunt necessaria, neq; temerè animũ hoĩs cõdemnat, & quicquid exhibet homini, hac intẽtione exhibet, qua sibi vult exhiberi: Beati ergo mundo corde &c. Oportet ẽt ut per mundũ cor inueniatur arcta via sapientiæ, cui peruersorũ hoĩum deceptiones obstrepunt: quas euadere, est venire ad pacem sapientiæ: Beati ergo pacifici, &c Sed siue iste ordo considerãdus sit, siue alius, facienda sunt quæ audiuimus à dño, si volumus ædificare supra petram.

CAPVT OCTAVVM.

CVM autem descendisset Iesus de monte secutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens Volo, mundare, & confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus: vide nemini dixeris, sed vade ostende te sacerdoti, & offer munus tuum quod præcepit Moyses in testimonium illis.

Hier. Post prędicationem atque doctrinam, signorum offertur occasio: ut per uirtutum miracula pręteritus apud audientes sermo firmetur. Chry. Quia enim quasi po-

& potestaté habens docebat, ut non æstimaret ostétatio esse hic doctrinę modus, operib. hoc idé facit, quasi potestaté habés curare. Et ideo dicit: Cũ aũt descen. Ie. de mon. secu. sunt eũ tur. multæ. Orig. Docéte. n. dño in móte, discipuli erát cũ ipso, q bus erat datũ cęlestis doctrinę nosse secreta. Núc aũt descédente eo de móte turbæ secutę sunt eũ, q in móte ascédere nequaquam poterant: quia quos delictorũ sarcina deprimit, ad misteriorum sublimia scãdere nó ualent. Descendéte aũt domino, hoc est inclinante se ad infirmitaté & impotentiam cæterorum, misertus est impfectioni eorũ uel infirmitati, secutæ sunt eum turbæ multæ: quidã propter claritatem, pleriq; propter doctrinam, nonnulli propter curationem & administrationé. Haym. Vel aliter: Per mótem in quo dominus sedet, cęlũ intelligitur, de quo scriptũ est: Cęlum mihi sedes est. Sed cũ dominus in móte sedet, soli discipuli ad eũ accedũt: quia antequã fragilitatis nostrę humanitaté assumeret, notus erat tãtum in Iudæa Deus. At verò postquã de móte suę diuinitatis descendit, & humanitatis nostrę fragilitaté assumpsit: magna turba nationem secuta est eũ. Demóstratur autem doctorib. vt in prędicatione sua sermonem habeãt temperatũ: & sicut uiderint vnumquenq; capere posse, ita & uerbum Dei annuncient. Ascendunt enim in mótem doctores, cum perfectioribus excellẽtia præcepta ostendunt: descendunt verò, cùm infirmioribus leuiora demonstrent. Chry sup. Mat. Inter cæteros autem qui móté non ascenderunt, & leprosus sursum ascédere nó ualebat, quasi peccatorum baiulans pódus. Lepra enim est peccatum animarum nostrarum. Ideo ergo dominus de altitudine cęli quasi de excelso monte descendit, vt lepram peccatorum nostrorũ mundaret. Et ideo quasi iã pręparatus descendenti occurrit, propter quod dicitur, Et ecce leprosus venias. Orige. Deorsum currit & in móte nihil dicit, quia tempus est omni rei sub cœlo, tépus doctrinæ, & tépus curationis. In móte docuit, animas curauit, corda sanauit, quib. completis sicut de cęlestibus montib. ad saluandos carnales descenderat, uenit ad eũ leprosus & adorabat eum antequã peteret adorare cępit, cultũ ostédés. Chry. su. Mat. Nó. n. illũ petebat quasi hominem artificé, sed adorabat eũ quasi Deũ. Oratio aũt pfecta est fides & confessio, vnde leprosus fidei opus adorás impleuit, sed opus cófessionis impleuit in verbis. unde adorabat eũ, dicés: Orig. Dñe per te omnia facta sunt, tu ergo si vis potes me mũdare Voluntas tua opus est, & opera tuæ volũtati obediũt. Tu prius Naamã Syrũ, per Helisęũ à lepra mundasti, & modo si vis potes me mũdare Chry. sup. Mat. Nó dixit, Si rogaueris Deũ, neq; si adoraueris sed si volueris potes me mũdare. Neq; dixit: domine mũda, sed ei totũ cócedit, & dominum eum facit, & potestaté vniuersorum ei attribuit. Chry. sup. Mat. Et ita spirituali medico spiritualem offerebat mercedé. nam sicut medici pecunijs, ille oratione placatẽ. Nihil. n. dignius offerimus Deo, quàm orationẽ fidelem. In hoc autem quod dicit; Si vis, nó dubitat Christi voluntatem ad omne opus bonũ paratam: sed quia non omnibus expedit corporalis integritas, nesciebat vtrum ei expediret curatio illa Dicit ergo: Si vis, ac si diceret; Credo, qa quod bonũ est, vis, ignoro auté si est mihi quod desidero, bonum: Chry. in ho. Cum autem uoluntate ac sermone purgare posset, manus apposuit & tactũ. vnde sequitur: Et extendens manũ tetigit eum, ut ostendat quoniam non subiacet legi, & quoniam mũdo iã nihil est immundum. Helisæus autem obseruás legis diligentiã, nó exiuit & tetigit Naamã sed mittit eum ad iordanem lauandũ. Dominus auté monstrat, quoniam non ut seruus, sed ut dominus curat & tãgit. Nó. n. manus à lepra facta est immunda, sed corpus leprosum à manu sancta cóstitutũ est mundum. Non enim corpora solum curaturus aduenit, sed & animam in uerã sapientiam docturus. Sicut igitur manib. nó lotis iam non manducare prohibebat; ita & hic erudit, quoniam oportet animæ lepram formidare solam, quod est peccatũ; lepram auté corporis, nullum impedimétum esse ad uirtutem. Chryso. sup. Mat. Quamuis autem literã legis soluerit, propositum tamé eius non soluit. Ideo tamé

Tactus Christi misterium.

lex iussit nō tangere lepram, quia nō poterat facere, vt lepra nō sordiderat tangétem: ergo vetuit tangere lepram, nō vt leprosi non sanarentur, sed ut tāgentes non inquinarentur. iste aūt tangentes non inquinatus est a lepra, sed ipsam leprā mundauit tangendo. Dam. Non enim Deus solum erat, sed homo: vnde per tactum & per sermoné diuina signa operabatur, vt enim per organum, ita per corpus diuinæ perficiebantur actiones. Chry. in ho. Cū aūt leprosum tangit nullus eum incusat, quia nondū inuidia detenti erant auditores. Chry. sup. Mat. Sin aūt tacitè eum curasset, quis scire poterat cuius virtute sanatus esset? igitur uoluntas mundandi facta est pp leprosum: verbum aūt pp spectantes. ideo dixit: Volo mundare. Hier. Non aūt plerique Latinorum putant, iunctim legendū est, Volo mundare: sed separatim, vt prius dicatur Volo, deinde imperās dicat: Mundare. Ille enim dixerat: Si vis, dñs respōdit: Mūdare. Chry. in ho. Nusquam āt videtur dicere hoc verbum, quāuis magna signa faciens: sed hic propterea apposuit, Volo, vt opinionem plebis & leprosi de eius potestate confirmaret Chry. in ho. Cessit autem mandanti natura cū decenti velocitate. Et ideo sequitur: Et confe. mun. est le. eius, sed hoc quod dicit: Cófestim, multum est tardius velocitate, quæ secundum opus est facta. Orig. Quia. n. non dubitauit credere, non tardatur sanatio: quia non distulit confessionem, nō differtur mundatio. Augu. de con. Euan. Huius aūt leprosi mundati, quē Lucas meminit, nō sanè hoc ordine, sed vt solent prętermissa recordari, posterius facta præ occupari, sicut diuinit[9] suggerebātur, vt antea cognita, postea recordādo rescriberent. Chry. in ho. Curans āt Iesus corpus, iubet nulli dicere. vnde sequ tur: Et ait illi Iesus, vide nemini dixeris. Quidā igitur aiūt, qm̄ ideo iussit hoc, vt nō malignentur circa eius purgationem, qđ insipienter dicitur. Non. n. ita mundauit, vt dubitabilis esset mundatio, sed nulli dicere iubet, docens non diligere ostétationem & honoré. Qualiter igitur alij sanati iubet dicere? Sed in hoc erudiuit nos bonæ mētis esse. Non enim illuc diuulgari se iussit, sed dari gloriā Deo. per leprōsum ergo, hunc instruit nos nō esse vanè gloriosos: per illum aūt non esse ingratos, sed oīa ad laudem Dei referre. Hiero. Et reuera quid erat necesse, q̄ sermone iactaret, quod corpore præferebat. Hila. Vel ut salus hæc non offerretur potius quàm quęreretur, silentiū imperatur. Sequitur: Sed vade ostende te sacerdoti. Hiero. Mittit āt eum ad sacerdotes; primum p̄ humilitaté, ut sacerdotib. deferre videatur; deinde videntes leprosum mūdatum, si crederent Saluatori, saluarentur: si uerò non crederent, inexcusabiles fierent, & simul ne, qđ in eo sępissimè criminabātur, legem infringere uideretur. Chry. in ho. Neq;. n. ubiq; eam dissoluebat, neq; ubique custodiebat sed quandoq; quidē hoc, qn̄doq; illud faciebat, in uno quidem futuræ sapientię pręparans uitam, in altero aūt inuerecundam Iudæorum cohibens linguam, & cōdescēdēs imbecillitati eorum. Vnde Apostoli apparent qn̄q; quidē obseruantes legem, qn̄q; aūt eam prætermittentes. Orig. Vel mittit ad sacerdotes, ut cognoscant quia non per legis consuetudinem mundatus est, sed per gratię operationem. Hier. Erat autem in lege præceptum ut qui mundati fuerāt a lepra offerrēt munera sacerdotibus. unde sequitur. Et offer munus tuum quod pręcepit Moyses in test. illis. Chry. sup. Matt. Non sic intellige quia hoc Moyses præcepit in testimonium illis. Chry. in ho. Pręuidēs enim Christus eos ex hoc nihil profecturos, non dixit: In emendationem eorum, sed in testimonium, id est in accusationē & attestationem, quoniam quę à me erāt fienda, omnia facta sunt. Et licet eos pręuiderit non emendari, non tamé dimisit, quæ facere oportebat. Ille autem in propria manserunt malitia. Non auté dixit, munus quod ego iubeo, sed quod Moyses iussit, ut interim transmittit ad legē, & iniquorū obstruat ora, ut enim non dicant quoniā sacerdotum gloriam rapuit, opus quidem ipse impleuit, probationem autem illis concessit. Orig. Vel offer munus tuum, ut omnes qui uident te portare miraculo credant. Chrys. super. Mat. Vel ideo iubet offerri munera, ut si postmodū

Concordantur Christi dicta.

cum expellere vellent, diceret eis: munera quasi à mandato accepistis, & quo me quasi leprosum expellitis? Hila. Vel legẽdũ est, quod Moyses præcepit in testimoniũ illis: quia quod Moyses in lege præcepit, testimonium est, non effectus. Beda in ho. Si quem autẽ moueat, quo dominus cũ videatur Moysi sacrificiũ approbare, quare id ecclesia non recipiat? meminerit, quod nondum Christus corpus suum obtulerat per passionẽ in holocaustum. Nõ aũt oportebat offerri significantia sacrificia, priusquam illud quod significabatur confirmatum esset testimonio Apostolorũ prædicantiũ, & fide credentiũ populorũ. Vir aũt iste, genus humanum designat qui non solum leprosus, verum etiam iuxta Euangelium Lucæ plenus lepra fuisse describitur Omnes.n. peccauerunt, & egẽt gloria Dei: illa scilicet vt extensa manu saluatoris, hoc est incarnato Dei verbo humanãq; cõtingentẽ naturam, ab erroris prisci vanitate mundẽtur, & qui diu tius abominabiles, & à castris populi Dei eiecti, iam aliquando tẽplo redditi, & sacerdoti queant offerre corpora sua hostiã viuentẽ, illi.s. cui dr, tu es sacerdos in ęternũ. Remi. Mortaliter aũt p leprosum designatur peccator. nã peccatum immundã & variam aĩam facit, qui ante Christum procidit, qñ de pristinis peccatis confunditur, & tñ dẽt cõfiteri, & remediũ pœnitẽtię postulare Nã leprosus vulnus ostendit, & remediũ postulauit. Extendit autẽ dominus manũ, qñ auxiliũ diuinæ miserationis impendit, & statim consequitur remissionem delictorum, nec debet ecclesię eidẽ reconciliari, nisi iudicio sacerdotis.

Allegorica expositio.

Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus: & male torquetur. Et ait illi Iesus, Ego veniã, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait illi; Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestatẽ constitutus, habens sub me milites, & dico huic vade, & vadit, & alio veni, & venit. Et seruo meo fac hoc, & facit.

Chry. sup. Mat. Postquam dñs discipulos docuit in monte, leprosum aũt sanauit sub monte, venit Capharnaum in mysterio, quia post Iudæorũ mundationẽ venit ad gentes &c. Haymo. Capharnaũ enim quilla pinguedinis interpretaṫ, siue ager consolationis, Ecclesia q̃ ex gentibus est collecta significat: q̃ spirituali pinguedine est repleta, secundum illud: Sicut adipe & pinguedine repleatur aĩa mea. Et inter pressuras seculi de cœlestibus consolatur, secundũ illud, Consolationes tuæ lætificauerũt animã meã vnde dr: Cũ aũt introisset Caphar. acces. ad eum Centur. Aug. de ver. do. Iste Centurio de Gentibus erat Iã enim Iudęa gens habebat militem Romani imperii Chry. sup. Mat. Centurio autẽ iste primus fructus ex Gentibus, ad cuius fidei cõparationẽ omniũ Iudæorum fides infidelitas est inuenta, quæ neq; Christũ audiuit docentẽ, neque leprosum cũ mundaretur aspexit: sed audita tantũmodo sanitate leprosi, plus credidit quàm audiuit: eius.n. in mysterio Gentiũ futurarũ, quæ neq; legem aut prophetas legerunt de Christo, neque ipsum Christum mirabilia facientẽ uiderunt. Accessit ergo rogans eum & dicẽs, Domine puer meus iacet in do. pa & malè torquetur. Vide aũt bonitatẽ Centurionis, qui pro salute serui sic solicite festinabat, quasi nõ damnũ pecuniæ, sed salutis passurus in morte illius. Nullam.n. differentiam æstimabat inter seruum & dñm: quia & si dignitas in hoc seculo diuersa est inter illos, una tamen est illis natura. fidem autẽ Centurionis uide, quia non dixit veni, & salua eũ, quia ille cõstitutus in omni loco erat præsens: sapientiã autem, quia non dixit, hic constitutus salua eũ. sciebat.n. quia potes est ad faciendum, sapiẽs ad intelligendũ, misericos ad exaudiendum, ideo infirmitatem tantum exposuit, remedium autẽ sanitatis in potestate misericordię eius dimisit, dicens: Et malè torquetur. In quo apparet, quia diligebat eum. Nã unusquisque quẽ diligit, & si modicẽ fuerit tædiatus grauius cũ putat habere, quàm habet. Rab an. Omnia ista cũ dolore cognominauit, & iacentem, & paralyticum, & malè detentum, ideo vt animæ suæ angustias demõstraret, & dñm cõmoueret. sic debẽt oẽs cõdolere seruis, & eorũ curã habere.

Centurio primitiæ gentiũ.

Centurionis magna laus.

Chry.

uem non recipit textus. Nō enim dixit, Si ego homo sub potestate, sed dixit: Nā & ego homo sub potestate. In quo patet ꝙ inter se & Christū nō cōparationis differētiā fecit, sed rationē similitudinis introduxit. Aug. de uer. do. Si ego q̄ sum sub potestate iubēdi habeo potestatē, quid tu potes, cui omniū seruiūt potestates? Glo. Potes ꝑ Angelorū ministeria sine corporis p̄sentia dicere infirmitati ut recedat, & recedet: & sanitati ut ueniat & ueniet. Haymo. Possunt aūt ꝑ subiectos Cēturionis, uirtutes naturales intelligi, in quibus plurimi gentiliū pollebāt, uel etiā cogitationes bonę aut malæ, malis aūt dicamus vt recedāt, & recedēt, sed bonas vocem⁹, & venient. seruo quoq; nostro, hoc est corpori ut subijciatur uolūtati diuinę. Aug. de cō. Euā. Huic aūt quod hic dicit, uidetur rēpugnare quod ait Lucas, Cū audisset Centurio de Iesu; misit ad eum seniores Iudæorum rogans eum ut veniret, & saluaret seruū eius, & iterū ꝙ cùm longè esset à domo, misit ad eū Centurio amicos dicens, Domine noli uexari, nō enim sum dignus vt sub tectum meum intres. Chry. in ho. Quidā autē dicunt, quoniam non est idē ille & hic quod multas cōiecturas habet. De illo enim ait quoniā synagogā nostrā construxit, & gentē diligit. De isto aūt ipse Iesus ait: Neque in Israel tantam fidem inueni. vnde videtur Iudęū illū esse, mihi autem uidetur idem hic, & ille esse. Sed quando Lucas dicit, ꝙ misit ut ueniat, blāditias Iudęorum insinuauit. Conueniens enim est credere Centurionem uolentem abire, prohibitū esse à Iudæis blandientibus & dicentibus, quoniā nos abimus & educimus eum. Sed quādo ab eorum imminentia erutus est, tunc misit, dicēs: Ne æstimes ꝙ ꝑꝑ desidiā non ueni, sed quia me indignum æstimaui, vt te in domum meam susciperē. Quòd autem Matthæus ait non per amicos, sed ꝑ seipsum hoc eum dixisse, nihil cōtrarium est. uterque enim desiderium uiri repræsentauit, & quoniam de Christo decētem opinionē habeat. Conueniens autem est opinari & ipsum, postquam misit amicos, aduenientē per se hoc dicere. Si aūt non hoc dixit Lucas, neq; illud Matthæus, non sibi cōtradicūt, sed cōplent quæ ab inuicē derelinquebantur. Aug. de con. Euā. Matthæus ergo accessum Cēturionis ad dominum per alios factum cōpendio dicere voluit, quia fidem eius qua verè ad Deū acceditur, laudauit, ut diceret. Nō inueni tātam fidem in Israel. Lucas autē ideo totū, quod gestum est aperuit, ut ex hoc intelligere cogeremur qualiter eū accepisse dixerit Matthæus, qui mentiri non potuit. Chry. in ho. Neque. n. est contrariū quod fabricauit synagogā secūdum Lucam, & quòd hic ostenditur non esse Israelita possibile enim est Iudæum non existētem & synagogam fabricasse, & gētem diligere.

Concordantia Euangeliorum.

Audiens aūt Iesus miratus est, & sequētib. se dixit: Amē dico uobis, nō inueni tātā fidē in Israel. Dico aūt uobis, ꝙ multi ab Oriēte & occidēte uenient & recūbent cùm Abrahā & Isaac & Iacob in regno cęlorū: filij aūt regni eiicient in tenebras exteriores: Ibi erit flet⁹ et stridor dētiū. Et dixit Iesus Cēturioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

Chry. in ho. Sicut quod leprosus dixerat de Christi potestate, si vis, potes me mūdare, Christi uoce confirmatur dicētis: Volo, mundare: ita & hic Centurionē, de Christi potestate testantem nō solum nō accusauit, sed etiam commēdauit. Sed & amplius aliquid fecit. intentionem enim laudis Euangelista significans, dixit; Audiens autem Ie. &c. Orig. Attende quātū sit aut quale, quod Deus unigenitus miratur, aurū, diuitiæ, regna, principatus, in cōspectu eius sunt, tanquā umbra uel flos decidens. Nihil ergo horum in cōspectu Dei mirabile est, quasi magnū uel preciosum, sed tantū fides. hanc miratur honorificās, hanc acceptabilem sibi æstimat. Aug. sup Gene. contra Mani. Quis autem in illo fecerat illam fidem, nisi ipse qui admirabatur? ꝙ si & alius eam fecisset, ut quid miraretur qui præscius erat? Quod ergo miratur dominus, nobis mirādum esse significat, quib. adhuc opus est sic moueri. omnes enim tales motus eius non perturbati animi signa sunt, sed docentis magisteriū. Chry. in ho. Vnde plebe omni præsente admiratus esse dicitur, & alijs exemplum dedit ut eum mirentur, sequitur enim Et sequen. se di. Amen dico &c. Aug. contra Fau.

Fau. Fidem laudat illius, non autem deser tionē militiæ imperauit. Hiero. Hoc aūt de præsentib. loquitur, nō de omnib. retro patriarchis et prophetis. Chr. sup. Mat. Credidit. n. Andreas, sed Ioanne dicēte, Ecce Agnus dei. Credidit Petrus, sed euangelizante sibi Andræa. Credidit Philippus, sed legēdo scripturas, & Nathanael prius signū diuinitatis accepit, et sic fidei cōfessionem obtulit: Orig. Iairus Israelis princeps pro filia sua petēs, nō dixit: Dic uerbo, sed veni uelociter. Nicodemus de fidei sacramēto audiēs, ait: Quō potest hoc fieri? Maria & Martha dicūt. Dñe si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus, quasi dubitātes ꝙ ubiq; posset adesse Dei potētia. Chr. sup. Ma. Aut si volumus fideliorē putare istū quā Apostolos, ita testimoniū Christi intelligendum est, quod unū quodquæ bonum hominis secundum quātitatē personæ illius laudatur: rusticum enim dicere aliquid sapienter magnū est, quod de philosopho non est mirum: sic de Cēturione dictum est, in nullo tantum fidem inueni in Israel. Chry. in ho. Non enim erat æquale, Iudæum credere & Gentilē. Hiero. Vel fortè in Centurione fide gentium præponitur Israeli. vnde subdit. Dico aūt uobis ꝙ multi ab Oriente &c. August. de uer. do. Non omnes ait, sed multi, tamen ipsi ab Oriente & Occidente: illis duabus partibus totus orbis designatur. Haymo. Vel ab Oriente ueniunt, qui statim illuminati transeunt: ab Occidente, hi qui persecutionem vsque ad mortem tolerauerūt pro fide. vel ab Oriente quis uenit, cū ab infantia Deo seruire incipit: ab Occidēte dum in ipsa decrepita ætate ad Deum cōuertitur. Orig. Sed quomodo alibi dicit quòd pauci sunt electi? per diuersas enim generatiōes pauci electi sunt, simul cōgregati in tēpore uisitationis multi inuenientur. Sequitur: Et recumbēt, nō carnaliter iacentes, sed spiritualiter requiescentes: non temporaliter potantes, sed æternaliter epulātes cū Abrahā Isaac & Iacob in regno cœlorum, ubi lux, exultatio, gloria, & longæuitas vitæ æternę. Hiero. Quia aūt Deus Abrahā cœli conditor pater Christi est, ideo in regno cœlorū est & Abraham, cum quo accubiturę sunt nationes, quę crediderunt in Christū filiū creatoris. Au de ver. do. Sicut aūt videmꝰ christianos vocatos ad cęleste cōuiuium, vbi est panis iustitiæ, potus sapiētiæ; ita uidemus & Iudæos reprobatos, unde sequitur, Filii au reg. eijci. in tene. exte. Iudæi, scilicet qui legē acceperūt, q celebrant figuras omniū futurorū, qui tñ p̄sentia non agnouerunt. Hiero. Vel filio regni dicit Iudæos, quia in eis Deus ante regnauit. Chr. inho. Vel filios regni dicit eōs, quib. regnū erat p̄paratū; quod & magis eos mordebat. Aug. cōtra Fau. Si ergo non cōmendauit Moyses populo Israel Deū, nisi Deū Abrahā & Isac & Iacob, eūq; ipsū Christus comendat, non est conatus illum populū auertere à Deo suo, sed ideo minatꝰ est eos ituros in tenebras exterioris, ꝙ auersos uideret eos à Deo suo; in cuius regno gentes vocatas ex toto orbe terrarū recubituras dicit cum Abrahā Isaac & Iacob, non ob aliud quàm ꝙ fidē tenuissent Dei Abrahā Isac & Iacob. Quibus non quasi in morte correctis, uel post passionē sua iustificatis testimoniū dominus perhibeat. Hiero. Tenebræ aūt exteriores dicūtur, quoniā qui à domino expellitur foras, reliquit lumen. Haymo. Quid autē ibi passuri sint, manifestat cum subdit, ibi erit fletus & stridor dentium. Per methaphoras enim membrorū pœnas describit tormentorū. Solent enim oculi fumo tacti lachrymas producere, dentes verò à nimio frigore stridere, ostenditur ergo ꝙ reprobi in inferno & calorem intollerabilē & frigus sustinebūt, secundū illud Iob: Transient ab aquis niuium ad calorem nimium. Hiero. Si autem fletus oculorum est, & stridor dentium ossa demonstrat, uera est corporū & eorundem membrorū q̄ ciderant, resurrectio. Raba Vel stridor dentium prodit indignantis effectum, eo ꝙ sero unumquenque pœniteat, sero sibi irascatur quòd tā pertinaci improbitate deliquit. Remig. Vel aliter. Tenebras exteriores appellat exteras nationes, quantum enim ad historiā attinet, prædicit dominus his verbis interitum Iudæorū, quoniam propter infidelitatem ducendi erāt captiui, & dispergendi per diuersa regna terrarū. fletus enim ab igne solet fieri. stridor

Tenebræ exteriores quę sint

dor dentiū à frigore. Illis ergo ascribit fletus q. i calidioribus locis habitāt, sicut in India & Aethiopia. Stridor uerò dentiū illis ascribit q. in frigidioribus locis commorant, sicut ē Hircania, et Sytia Chr. super. Mat. Ne quis āt existimet blanditiarū esse hæc uerba, quia dictū erat, credere fecit signa uñ sequit: Et di. Ie. Cētu. Vade, et sicut cre. fi. ti. Rab. q. d. secūdū mensurā fidei metiet tibi et ista gratia. Potest autē meritū dñi ēt famulis suffragari, non solum merito fidei, sed etiā studio disciplinę, unde sequitur: Et sanatus est puer ex illa hora. Chry. in ho. Vbi uelocitatem admirare: neq;. n. solum curare, sed inopinatè, & in momento tēporis hoc facere uirtutem Christi ostēdebat. Aug. de uer. do. Sicut. n. dominus domum Cēturionis corpore non intrauit, sed absens; corpore pręsens maiestate puerū ipsum sanauit; sic & in solo Iudaico populo corpore fuit, apud alias autem gentes nec de uirgine natus est, nec passus est, nec humana ꝑtulit, nec diuina mirabilia fecit, & tamen impletū est quod dictum erat: Populus quem non cognouit seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Iudæa. n. gens cognouit, & crucifixit: orbis terrarum audiuit, & credidit.

Allegorica pulchra.

Et cum uenisset Iesus in domum Petri, uidit socrum eius iacentem & febricitantem; Et tetigit manum eius, & dimisit eam febris, et surrexit, & ministrabat eis.

Rab. Postquam ostēdit Matthęus per leprosum totum genus humanum sanatū, & in seruo Cēturionis Gentilis populi, sanationem, cōsequenter per socrum Petri designat curationē synagogæ. uñ dicit: Et cū ue. Ie. do. Pe. Prius āt narrat de seruo, quia maius miraculū fuit et maior gratia in Gentili conuersio, uel quia in fine seculi synagoga est plenariè cōuertēda, cū plenitudo Gētium subintrauerit. Domus aūt Petri in Bethsaida erat. Chry. in ho. Sed cur intrauit in domum Petri? mihi uidetur cibum assumpturus. unde sequitur; Et sur. & mi. eis. Apud discipulos. n. diuertebat honorās eos, & auidiores ex hoc faciens. Attende autem Petri ad Christum reuerentiam, habens. n socrū domi febricitatem, non traxit eum in domum, sed expectauit doctrinā cōpleri, et alios curari. Ab exordio n. erudiebat, q. aliorū erat, sibiipsi preponere. Quocirca neq; ipse eū inducit, sed Christus sponte audiuit, postquā dixit Cēturio: Nō sum dignus ut intres sub tectu meū; mōstrās quātā largiebat discipulo. Nō ē āt dedignatus sub uilia tuguria piscatorū intrare, erudiēs per oīa humanū cōculcare tumorē. Et quandoq; quidē solū uerbis curat, quādoq; āt etiam manum extēdit. unde et hic dr: Et teti. ma. eius &c. Non. n. uolebat semper cum superabundantia miracula facere; oportebat. n. interim latere. Tangēs autē non febrem extinxit solū, sed & purā tribuit sanitatē. Quia. n. ægritudo curabilis erat, modo curationis suam uirtutē ostendebat, faciendo quod ars medicinalis nō operatur, ut. s. simul perfectā restituat sanitatem. vñ Euangelista hoc intuēs dicit ꝙ surrexit, & ministrabat eis. Hie. Natura. n. hominū istiusmodi est, ut post febrē magis lassescant corpora, & incipiente sanitate ęgrotationis mala sentiāt. Verū sanitas quæ confertur à domino, tota simul reddit. Chry in ho. In hoc ergo quod dr ꝙ surrexit & ministrabat eis, & Christi virtutis signū est, & dispositionis mulieris quam erga Christum ostendebat. Bed. in ho. Mysticè autē domus Petri lex uel circuncisio est. Socrus est synagoga, quæ quodāmodo est mater ecclesię Petro cōmissæ: hęc febricitat, quia inuidię ęstibus laborabat persequens ecclesiam: cuius manum dominus tāgit, quādo carnalia eius opera in spiritualem usum conuertit. Remi. Vel per socrū Petri pōt intelligi lex, quæ secundum Apostolum infirmabatur per carnē. i. carnalem intelligentiam. Sed cum dñs per mysteriū incarnationis uisibilis in synagoga apparuit, et opere legē impleuit, & spiritualiter intelligendā docuit, mox ipsa sociata gratia Euāgelij tātum robur accepit, ut quę fuerat ministra mortis pœnæ, postmodum fieret uitæ & gloriæ Rabā. Vel unaquæque anima, quę carnis concupiscentijs militat qua febribus æstuat; sed manu misericordiæ diuinæ tacta conualescit, & per continentiæ frena carnis lasciuiam constringit: & membris quibus seruierat immunditiæ,

K seruit

seruit iustitiæ. Hila. Vel in socru Petri uitiosa infidelitatis æstimatur affectio, cui adiacet libertas uolūtatis, q̃ nos sibi quædā coniugij societate coniūgit. Ergo ingressu dñi i Petri domū i. incorpore, curatur infidelitas peccatorū calore æstuās, & saluata officij famulatu ministrat. Aug. de cō. euā. Hoc āt qñ factum sit. i. post q̃d uel ante q̃d, nō expressit Matthęus. nō. n. post q̃d narrat, post hoc ēt factum necesse est intelligat: Nimirū tñ iste hic recoluisse intelligitur, q̃d prius omiserat. Nam id Marcus hic narrat anteq̃ illud mūdato leproso commemoret, quod post sermonē in monte habitum, de quo ipse tacuit, uidet interposuisse. Itaq; & Lucas hoc post factū narrat de socru Petri, post q̃d et Marcus ante sermonē ēt quem prolixum interposuit: qui pōt idem uideri quem dicit habitum in monte Matthæus. Quid āt interest quis, quo loco putant, siue quod ex ordine inserit, siue quod omissum recolit, siue quod postea factum ante pœcupat, dū tñ non aduersetur eadē alia narranti, nec sibi nec alteri. quia. n. nullius in potestate est res opportunè cognitas quos q̃sq; ordine recordet, satis probabile est, ꝙ vnusquisq; euāgelistarum eo se ordine credidit debuisse narrare, quo uoluisset Deus ea q̃ narrabat ei⁹ recordationē suggerere. Quapropter, ubi ordo temporum non apparet, nihil nostra interesse debet, quem narrandi ordinē quilibet eorū tenuerit.

Concordia euāgeliorū.

Vespere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes; & eiiciebat spiritus uerbo, & omnes malè habentes curauit, ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam, dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit.

Chry. in ho. Quia multitudo credentium erat iā aucta, neq; tp̄e impellente à Christo abscedere patiebantur vespere ei infirmos adducūt, vnde dr̄. Vespe. aūt fa. obtul. ei mul. dæmo. haben. Augu. de cō. euan. Per hoc āt quod dicit: Vespere autem facto, ad eiusdē diei tempus hoc ptinere satis iudicat. quamuis necesse nō sit, vbi dr̄: Vespere facto, eiusdem diei uesperum accipere. Remi. Christus autem Dei filius auctor humanæ salutis, fons & origo totius pietatis cœlestem medicinam tribuebat. vñ sequitur; Eeijcie. spi. uer. & oēs ma. haben. cura Dæmones. n. & morbos solo verbo repellebat, vt his signis & virtutibus ostēderet se ad salutē totius generis humani uenisse. Chry. in ho. Intende autem quantā multitudinem curatam transcurrunt Euangelistæ, non vnumquēque curatum enarrantes, sed uno uerbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes. Ne autem magnitudo miraculi incredulitatem immittat, si tantam plebem & uarias ægritudines uno temporis momēto curauit, inducit prophetam attestantē his quæ fiebant. unde subditur; Vt adim. quod dictum est per Esa. Prophe. di. Ipse infir. no. acce. Raba. Non ut sibi haberet, licet ut nobis auferret; & ęgrotationes nostras portauit, ut q̃d ꝓ imbecillitate virium ferre non poteramus, ille pro nobis portaret. Remig. Quia humanæ naturæ infirmitatem ad hoc suscepit, ut nos infirmos faceret fortes atq; robustos. Hila. Et passione corporis sui secundum prophetarum, dicta infirmitates humanæ imbecillitatis absorbuit. Chry. in ho. Hoc aūt de peccatis magis à Propheta dictum esse videtur. Qualiter igitur Euāgelista de ægritudinibus hoc exponit? Sed sciendum ꝙ vel historię hic testimoniū adaptauit, vel ostendit quoniam plures ægritudinum ex peccatis sunt animab⁹: & ipsa mors à peccatis habet radicem. Hie. Attendendum autem ꝙ omnes non mane, non meridie, sed ad uesperam curantur, quando sol occubiturus est, & qñ granū tritici in terra moritur, ut multos afferat fructus. Rabanus. Solis. n. occubit⁹ passionē et mortem designat illius q̃ dixit, quādiu sum in mūdo, lux sum mūdi; qui tēporaliter uiuēs in carne, paucos Iudæorum docuit; calcato autem regno mortis, omnibus per orbē Gentilibus fidei dona promisit.

Peccata sūt causæ infirmum tātum.

Multi à Christo curati.

Videns autem Iesus turbas multas circū se, iussit discipulos ire transfretū. Et accedēs unus scriba, ait illi; Magister, sequar te quocunq; ieris. Et dixit illi Iesus. Vulpes foueas habent, et uolucres cœli nidos, filius autem hominis nō habet ubi caput suum reclinet. Alius autē dē discipulis eius ait illi. Domine, pmitte me primū ire, & sepelire patrē meū. Iesus autē ait illi. Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

Chry.

Chry.in ho. Quia Christus nõ solum corpora curabat: sed animã etiã edabat, & veram sapientiam monstrare voluit non solum ægritudines soluendo, sed ẽt nihil ad ostentationẽ faciẽdo, & ideo dicitur: Vi. autem Ie.tur.mul.circum se, ius.disci ire trãsfretum. Faciebat autem hoc & simul moderata nos capere docens, & inuidiã Iudaicam mitigans, & docẽs nos nihil ad ostentationem facere. Rem. Vel hoc fecit quasi homo, volẽs turbarum importunitatem declinare. Erant aũt ei affixi admirantes eum, & videre ipsum volẽtes: quis enim discederet a talia miracula operante? quis non in faciem eius simplicẽ vellet videre, & os talia loquens? Si.n. Moyses glorificatam faciẽ habebat, & Stephanus sicut Angeli; intellige cõe dominatorem, qualem decens est, tũc apparuisse. vñ Propheta dicit: Speciosus forma prę filijs hominum. Hil. Discipulorum aũt nomẽ non duodecim tantum Apostolis conuenire ęstimãdum est: nam pręter Apostolos plures fuisse discipulos legimus. Aug. de cõ. euan. Manifestum est ãt alium esse diem, quæ iussit ire trãsfretum, non eum qui sequitur illũ in quo socrus Petri sanata est, quo die Marcus Lucasque eum in desertum exisse affirmant. Chry. in hom. Vide aũt qualiter turbas non simpliciter abijcit, ut non offendat. Non.n. dixit recedite, sed vltro discipulos iussit abire, spem dans turbę eundi ẽt illuc. Remi. Sed quid inter iussionẽ Dei & trãsfretationẽ gestũ sit, Euangelista studuit manifestare, cum ait: Et ecce vnus scriba ait illi. Ma.se.te. quo ieris.

Scriba quare repulsus.

Hier. Iste scriba qui tm̃ literam nouerat occidentem, si dixisset: Dñe sequar te quocunq; ieris, non fuisset repulsus à dño, sed quia magistrum vnũ de pluribus æstimat, & litterator erat & non spiritualis auditor, ideo non hẽt locum in quo possit Iesus reclinare caput suum.

Ostenditur autem nobis & ob hoc scribã repudiatum, ꝙ signorũ videns magnitudinem sequi uoluerit Saluatorẽ, ut lucra ex operum miraculis quęreret, hoc idem desiderans qđ & Simon Magus a Petro emere noluerat. Chry. in ho. Vide ẽt quãtus est tumor. Ita enim aduenit, & locutus est, sicut dedignans cum turba annumerari, sed ostendens qm̃ super multos est ipse. Hilar. Vel aliter: Iste scriba qui est unus ex doctoribus legis an sit secuturus interrogat, quasi lege non contineretẽ hũc esse Christũ, quẽ utiliter sequatur. Igitur infidelitatis affectũ sub diffidentia interrogationis expressit, quia fidei assumptio non interroganda est, sed sequenda. Chr. in ho. Respondet ãt ei Christus non ad interrogationem verborũ sed ad consilium obuians mẽtis, vñ sequitur: Et dixit ei Iesus: Vulpes foue ha. & volu cę.ni fili. ãt ho.nõ hẽt vbi ca. suum recli. Ac si dicat. Hie. Quid ꝑꝑ diuitias & seculi lucra cupis, sequi, cũ tãtæ sim paupertatis, ut nec hospitiolũ quidem habeam: & tecto utar nõ meo? Chry.in ho. Hoc ãt non erat aduertentis, sed arguentis quidem malũ cõsilium, concedentis ãt si uellet cũ paupertatis expectatione sequi Christum. Et ut discas eius malitiam, audiens hoc & correctus nõ dixit, paratus sum sequi. Augu. de uer. do. Vel aliter; Filius hoĩs non hẽt vbi ca.recli.s.in fide tua. Vulpes.n. habẽt foueas in corde tuo, q̃a dolosus es: volatilia cœli habẽt nidos in corde tuo, q̃a elatus es. Dolosus & elatus non me sequeris, q̃uo.n. dolosus sequitur simplicem? Greg. 19. Mora. Vel aliter, Vulpes ualde fraudulenta sunt aĩalia: quę in fosis uel specubꝰ absconduntur; cumq; aperuerint, nunquã rectis itinerib. sed tortuosis anfractib. currunt, volucres uerò alto uolatu se subleuant. Nomine ergo vulpium, dolosa atq; fraudulenta; nomine aũt uolucrum, hęc eadem superba dæmonia designantur. ac si dicat. Fraudulenta & elata dęmonia in corde tuo inueniunt habitationem suam humilitas autẽ mea requiem in superba mente non inuenit. Aug. de quęst. euan. Intelligitur.n. miraculis motus ꝑꝑ inanem iactantiam eũ sequi uoluisse, quã signant aues; finxisse autem discipuli obsequium, quæ fictio uulpiũ nomine significata est. Raba. Hęretici ãt in sua versutia confidentes significãtur per vulpes, & maligni spiritus per volucres cœli, qui in corde Iudaici populi foueas & nidos, idest domicilia habebant. Sequitur; Alius autem de di. illius ait: Domine, permitte me ire primum, & sepelire patrem meum. Hie-

10. Quid simile est inter scribam & discipulum? ille magistrũ vocat, hic dñm confitetur. Iste pietatis occasione ad sepeliendum patrem ire desiderat, ille secuturum se quolibet esse promittit, non magistrũ quærens, sed ex magistro lucrum. Ille etiã discipulus non interrogat an sequatur, iã enim sequi se oportere credidit; sed pmitti sibi orat sepelire patrẽ. Aug. de ver. do. Dominus ãt qũ parat homines Euãgelio; nullam excusationem vult interponi carnalis huius, temporalisq; pietati, & ideo sequitur, Iesus ãt di. ei sequere me: & di mor. sepe. mor. suos. Chry. in ho. Hoc aũt dixit, non iubens contemnere amorẽ qui est ad parentes, sed monstrans qm̃ nihil cœlestib. negocijs nobis magis necessarium esse oportet. Et qm̃ cũ toto studio his iungi debemus & neq; parum tardare, etiã si valde ineuitabilia & incitantia fuerunt quæ attrahunt. Quid.n. magis necessariũ erat q̃ sepelire patrem? Quid etiam facilius? neq.n tempus multum cõsumendũ erat. per hoc ẽt eũ dñs a multis malis eripuit, puta luctibus & mærotibus, & ab his quæ hinc expectantur. Post sepulturã enim necesse iã erat & testamenta scrutari, & hæreditatis diuisionem, & alia huiusmodi: & ita fluctuationes ex fluctuationibus ei succedentes longè eum a veritate abducere potuerunt. Si ãt adhuc tumultuaris, excogita qm̃ multi infirmos non permittat scire, nec ad monumentum sequi, ẽt si pater aut mater, aut filius sit qui defunctus est: nec ex hoc incusantur crudelitatis, sed contrarium crudelitatis esset. Et multò maius malum est abducere hoiem a spiritualib. sermonibus, & maximè cum fuerint qui hoc compleãt. Erãt.n. qui completuri erant huius funeris sepulturã. vñ dicit: Dimitte mor. sepe. mos. suos. Aug. de ver. do. q. d. Pater tuus mortuus est. Sunt aũt alij mortui qui sepeliant mortuos suos, quia infideles sunt. Chry. in ho. In quo mõstrat qm̃ hic mortuus non erat eius, etenim qui defunctus erat, sicut æstimo, de numero infidelium erat. Si admiraris iuuentem qm̃ pro negocio ita necessario interrogauit Iesum, & non spõtaneè abijt: multò magis admira ... qm̃ & prohibitus permansit, quod non erat ingratitudinis, cum nõ pp desidiam fecerit, sed vt non intercideret negotium magis necessarium. Hila. Item quia accepimus in dñicæ orationis exordio ita primũ precandum. Pater noster qui es in cœlis, & in discipulo credentis populi persona est, admonetur q᷑ pater sibi viuus in cœlis est. Deinde inter fidelem filiũ patrẽ que infidelem ius paterni nominis, relinqui admonuit, ẽt non admisceri memorijs sanctorum mortuos infideles, & etiã eos esse mortuos qui extra Deum viuũt, & icirco mortui sepeliantur à mortuis; quia per Dei fidem viuos viuo oporteat adhærere. Si aũt mortuũ sepelit mortuus, non debemus habere curam mortuorum sed uiuentium, ne dum soliciti sumus de mortuis, nos quoque mortui appellemur. Grego. 4. Mortui ẽt mortuorum sepeliunt cum peccatores peccatoribus fauent Qui enim peccantem laudibus prosequuntur extinctum sub verborum suorum aggere abscondunt. Raba. Notandum est etiã in hac sentẽtia, quia aliqñ minora bona prætermittenda sunt pro vtilitate maiorum. Aug. de con. euan Quòd aũt Matthæus dicit tunc istud gestũ esse qñ iussit vt irẽt transfretum, Lucas verò ambulantib. illis in via, non est contrarium; quia viam vtiq; ambulabant, vt venirent ad fretum.

Cura mundi reijcienda.

Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse verò dormiebat. Et accesserunt ad eũ discipuli eius: & suscitauerunt eum, dicentes Dñe salua nos, perimus. Et dixit eis Iesus. Quid timidi estis modicæ fidei? Tũc surgẽs imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porrò homines mirati sunt, dicentes. Qualis est hic quia vẽti et mare obediũt ei?

Orige. Cum multa magna & miranda ostendisset Christus in terra, trãsit ad mare vt ibidẽ excellentiora opera demõstraret, quatenus terræ marisque dñm cũctis se esse ostẽderet. vnde dicitur; Et ascẽ. eo in naui secu. sunt eum disci. eius Non imbecilles, sed firmi & stabiles in fide. Hi ergo secu. sunt eum, non tãtum gressus eius sequentes, sed magis sanctitatem concomitantes. Chryso. Accepit autem discipulos secum & in naui, ut ad utraq; eos erige-

erigeret. & adhoc ꝙ in periculis non stupescerent, & adhoc ꝙ in honeribus moderata de se autument. vt.n. non magna de se saperét, pp hoc ꝙ alijs dimissis eos retinuerat, permittit eos fluctuari. Vbi.n. miraculorum ostensio erat, plebem permittit adesse: vbi āt tétationum & timorū arreptio, athletas orbis terrarū, quos excitaturus erat, hos solos assumit. Orig. Ingressus ergo naviculam fecit turbari mari. vnde sequitur: Et ecce motus magnus factus est in mari: ita ut navicula operiretur fluctibus. Hæc tempestas non ex se orta est, sed potestati paruit imperātis, qui educit ventos de thesauris suis. Facta est aūt tempestas magna, ut magnum opus ostenderetur. quia quanto magis fluctus naviculæ irruebant, tantò magis discipulos timor conturbabat, ut plus desiderarent se liberari per mirabilia Salvatoris. Chry. Quia.n. viderant alios Christi beneficia accepisse, nonūt similiter aliquis æstimat quæ in alienis corporib. fiūt, & quæ in seipso: oportuit per familiarem sensum hos potiri beneficijs Christi, & ideo voluit hác fieri tépestaté, vt per liberationem manifestiorem accipiāt beneficij sensum. Erat āt hæc turbatio typus futurarum tentationū, de quibus Paulus dicit: Nolo vos ignorare fratres, qm̄ grauati sumus suprà uirtutem. Vt ergo daret tp̄s formidini, sequitur; Ipse verò dormiebat. Si enim vigilante eo facta fuisset tempestas, vel non timuissent, uel non rogassent, uel neque posse ipsum tale aliquid facere crederent. Orige. Est autem res mirabilis & stupenda, is qui nunquam dormit neq; dormitat, dormire dicitur. Dormiebat quidem corpore, sed vigilabat deitate: demonstrans quia verum humanū portabat corpus, ꝙ corruptibile induerat. Corpore itaque dormiebat, ut Apostolos faceret uigilare & ne omnes nos vnquam animo dormiamus. Tanto āt metu discipuli fuerant conterriti & penè aīo alienati, ut irruerent in eum, & non modestè ac leuiter suggererent, uel turbulenter suscitarent eū, vnde sequitur: Et acce. ad eum di. eius, & susci. eū di. Domine salua nos, perimus. Hiero. Huius signi typum in Iona legimus, quando cæteris periclitantibus ipse securus est, & dormit & suscitatur.

Dormitionis Christi ratio.

Orige. O ueraces discipuli, Saluatoré uobiscum habetis, & de periculo timetis? Vita uobiscum est, & de morte soliciti estis? Sed respondeant, parvuli sumus, adhuc infirmi, ideoq; timemus, vnde sequitur: Et di. ei Iesus: Quid tim di estis modicæ fidei? Quasi diceret, si potentem me super terram cognouistis, quare non creditis, ꝙ & in mari potens sim? Et si mors irrueret, nonne debuistis eā constātissimè sustinere? Qui modicū credit, arguetur: qui nihil credit, cōtēnetur. Chry. in ho. Si āt aliqs dixerit qm̄ nō fuit modicæ fidei, accedentes excitare Iesum; hoc signū fuit, ꝙ non decétem de ipso opinionem habebant. Nouerant.n. ꝙ excitatus poterat mare increpare, nondum auté ꝙ dormiens. Propter hoc ét neq; præsentib. turbis hoc signum fecit, ut non accusentur modicæ fidei, sed discipulos solum accipiens corrigit, & prius soluit turbationé aquarum. unde sequitur; Tunc surgés imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Hie. Ex hoc autem loco intelligimus ꝙ oés creaturæ sentiāt creatorem? quibus.n. imperatur, sentiunt imperātem: non errore hæreticorū, qui omnia putant animantia sensibilia esse, sed maiestate cōditoris, quæ apud nos insensibilia sunt, illi sensibilia sunt. Orige. Imperauit ergo ventis & mari, & de magno vēto facta est tranquillitas magna. Decet enim magna facere, & ideo qui prius magnificè conturbauit profundū maris, nūc iterum trāquillitatem magnam fieri iussit, ut discipuli nimium cōturbati, magnificè lætarentur. Chry. in ho In hoc etiā ostenditur ꝙ omnis confestim solute est tempestas. & neque semita turbationis remansit quodquidem extraneum erat. Cū enim naturaliter fluctuatio terminatur vsque ac multū tempus, quæ concutiuntur, sed hic simul omnia soluebantur. unde quod de patre dictum est: Dixit, & stetit spiritus procellæ, hoc Christus opere impleuit. solo enim uerbo & præcepto mare sedauit. & refrenauit. A uisu āt & à somno & ex usu nauigij, qui aderant, cū hominem æstimabant, propter hoc in admirationem ciciderunt. unde sequitur,

Omnia creatura capax iussionis diuinæ.

Porrò ho.mir. sunt di.&c.Glo.Chry. ponit hanc literam: Qualis est hic homo? somnus.n. & quod apparebat, hominē demonstrabat, sed mare & trāquillitas Deū ostendebat. Orige. Sed qui homines mirati sunt? Non putes hic Apostolos significatos: nusquā.n. inuenimus præter honorem cognominari dñi discipulos, sed semper aut Apostoli, aut discipuli nominantur. Mirabantur ergo hi homines qui cū eo nauigabant, quorū erat nauicula. Hie. Si āt quis contentiose voluerit eos qui mirabantur fuisse discipulos, respōdebimus rectè homines appellatos, quia necdū nouerant potentiā Saluatoris. Orige. Non aūt interrogantes dominū qualis est istę? sed asserentes quia iste talis est, cui venti & mare obediunt. Qualis ergo est iste, idest quantus, quā fortis, quàm magnus. Iubet oī creaturæ, & supergreditur iussionem eius, soli hoīes resistunt, & ideo in iudicio damnabuntur: Mysticè autē oēs in sanctæ ecclesiæ nauicula cum dño per hunc vndosum supernatamus mundum. Ipse autem dñs pio obdormit somno patientiam nostram, & impiorū pœnitentiā expectans. Hil. Vel dormit eo ꝙ somno nostro consopiatur in nobis. Maximè aūt id accidit, vt a Deo auxilium in periculi metu speremus, atq; vtinam uel spes sera cōfidat se periculum posse euadere, Christi intra se uigilantis uirtute. Orige. Alacriter ergo accedamus ad eum cum Propheta dicentes: Exurge, quare obdormis dñe? & ipse imperauit ventis, idest demonib. qui concitant fluctus, idest principes huius mundi ad persecutiones sanctis immittendas, facitq; tranquillitatem magnā circa corpus & spiritū pacem ecclesiæ, & serenitatem mūdo. Raban. Vel aliter, Mare est æstus seculi, Nauicula quam Christus ascendit, intelligitur arbor crucis, cuius auxilio fideles trāsactis mundi fluctibus perueniunt ad cœlestem patriā quasi ad littus securum, in qua Christus vnà cū suis ascendit, unde post ait: Qui uult uenire post me abneget semetipsum, & sequebatur me. Cū ergo Christus in cruce positus fuisset motus magnus factus est, quia commotę sunt mētes discipulorum de ei⁹ passione: & nauicula operta est fluctib. quia tota uis persecutionis circa crucē Christi fuit, ubi.s. morte occubuit: vnde dictum est. Ipse uerò dormiebat. Suū dormire, mori est. Excitāt āt discipuli dominum, dum turbati morte, maximis votis resurrectionē quęrunt, dicentes: Salua resurgendo, quia perimus turbatione tuę mortis. Ipse verò resurgēs increpat duritiam cordis eorum, vt alibi legitur. Imperauit āt dominus ventis, quia diaboli superbiā strauit. Imperauit mari, quia væsaniā Iudæorū disiecit, & facta est trāquillitas magna, quia sedatæ sunt mētes discipulorū visa resurrectione. Glo. Vel nauicula est ecclesia pſens, in qua Christus cū suis mare seculi trāsit, aquas persecutorū cōpescit, vñ miremur, & gratias agamus.

Et cum venisset Iesus trāsfretum in regionē Gerazenorū, occurrerunt ei duo habētes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis: ita ut nemo trāsire posset per viā illam. Et ecce clamauerunt dicētes: Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos? Erat āt non lōgè ab illis grex multorum porcorū pascēs. Dæmones autē rogabant eum, dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregē porcorū. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos. Et ecce magno impetu abijt totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem, nuntiauerunt hæc oīa, & de his qui dæmonia habuerāt. Et ecce tota ciuitas exijt obuiā Iesu. Et viso eo rogabant eum vt transiret a finibus eorum.

Chry. in ho. Quidā homines Christum hominē esse dicebant, uenerunt dęmones diuinitatem eius diuulgante, ut qui mare pcellosum & rursus quietū nō audierāt, dæmones audirēt clamantes. uade dr. Et cū uenis.transfre. &c. Raba. Gerasa urbs est Arabiæ trans Iordanem iuncta monti Galaad, quā tenuit tribus Manassæ, non lōge a stagno Tyberiadis, in quo porci ꝓcipitati sunt. Aug. de con. euan. Quòd autem Matthęus duos dicit fuisse qui dęmonia patiebantur, Marcus & Lucas unum cōmemorāt, intelligas vnū eorum fuisse personæ alicuius clarioris & famosioris, quē regio illa maximè dolebat, & pro cuius salute populus satagebat, de quo facti huius fama præclarius flagrauit. Chry. in ho. Vel Lucas & Marcus unū eorum sæpiorem

morem elegerunt, vnde & eius calamitatē exprimūt. Lucas.n.dicit ꝙ ruptis vinculis agebatur in deserto, Marcus aūt ꝙ & lapidib. seipsum intercidebat. ne tñ dicūt quoniā vnus solus erat, ne Matthæo contraria dicere viderent. Per hoc aūt quod subditur. De monumētis exeūtes, pnicio sum dogma imponere volebāt.s.ꝙ animę moriētiū dęmones fiāt. vnde multi aruspicū occidunt pueros, vt animā eorū cooperantē habeāt, propter quod & dęmoniaci clamant, quoniam anima illius ego sum. Nō est autē anima defuncti, quæ clamat, sed dæmō hoc fingit vt decipiat audiētes. Si enim in alterius corpus anima mortui possibile esset intrare, multo magis in corpus suum. sed neq; habet rationem iniqua passam animā cooperari, iniqua sibi faciēti, vel hominem posse virtutem incorpoream in aliā trāsmutare substantia.s.animam in substātiam dęmonis. Neque.n.in corporibus hoc machinari quis potest: ut scilicet hominis corpus, faciat asini corpus. neq; enim rationabile est, animam à corpore separatam hic iā oberrare. Iustorum.n.animæ in manu Dei sunt, vnde & quæ puerorum, neq;.n malæ sunt. Sed & quę peccatorum sunt, cōfestim hinc abducuntur, & hoc manifestum est ex Lazaro & Diuite. Quia vero nullus afferre audebat ad Christum propter sęuitiam hos dęmoniacos, Christus ad eos uadit. Quæ quidem eorum seuitia designatur cum subditur: Sæui nimis, ita vt &c. Sed quia alios prohibebant pertransire; obstruentem igitur uiam inuenerūt. Etenim flagellabātur inuisibiliter; intolerabilia patientes ex Christi præsentia. vnde sequitur. Et ecce cla.di.&c. Hier. Non est autem voluntaria ista confessio quam præmium sequit confitentiū, sed necessitatis extorsio, quæ cogit inuitos. velut si serui fugitiui post multum temporis dominū suū uideāt, nihil aliud nisi de verberibus deprecantur; sic & dęmones cernentes dominū in terris repente versari, ad eos iudicādos se venisse credebant. Ridiculum aūt putāt quidam dæmonia scire filiū Dei, & diabolū ignorare: eo ꝙ minoris malitię sunt isti q̃ ille, cuius satellites sunt, cum omnis scientia discipulorum ad magistrum referēda sit. Aug. 9. de ciui. Dei. Tātū aūt innotuit eis Deus, quātū voluit: tātum, aūt voluit quātū oportuit. Innotuit ergo eis nō p id quod vita ęterna est, & lumē quod illuminat pios, sed per quędā tēporalia suæ virtutis effecta, & occultissimæ p̄sentię, signa q̃ angelicis spiritib. ēt malignis potiꝰ q̃ infirmitati hominū possūt esse pspicua. Hie. Sed tñ tā dęmones quàm diabolus suspicari magis filium Dei, q̃ nosse intelligēdi sunt. Aug. in lib. de quæst. no. & vet. testa. Quòd autem dæmones clamāt: Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Magis ex suspicione, quàm ex cognitione dixisse credendi sunt. Si.n.cognouissent, nūquam dominum gloriæ crucifigi permisissent. Remi. Sed quotiescunq; eius uirtute torquebantur, & signā & miracula faciētē videbāt, æstimabant eum esse filium Dei. postquā videbant eum esurire, sitire, & his similia pati, dubitabant & credebant hominē purum. Considerandum est, ꝙ etiā Iudæi increduli dicentes Christum in Beelzebub eiecisse dæmonia, & Arriani dicentes eū esse creaturam, nō solum iudicio Dei, sed ēt dæmonū confessione damnari merent: q̃ Christū filiū Dei dicūt. Recte āt dicūt: Quid nobis &c. hoc est, nihil cōe est nostræ malitię & tuæ gratię, quia secūdum Apostolum, nulla societas est lucis ad tenebras. Chry. in ho. Vt autem non videretur adulationis hoc esse, ab experientia clamabant, dicentes: Venisti ante tempus torquere nos. Aug. de ciui. Dei. Siue quia subitum illis fuit quod futurū quidē, sed tardius opinabantur: siue quia proditionē suam hanc ipsam dicebant, quia fiebat vt eorum cognitio spernere tur: & hoc erat ante tempus iudicij, quo æterna damnatione puniendi sunt. Hiero. Præsentia ēt Saluatoris tormēta sunt dæmonū. Chry. in ho. Non autem poterant dicere se non peccasse, quia eos Christus inuenerat mala operantes, & facturam Dei punientes. vnde æstimabant propter superabundantiam malorum quę fecerant, quòd nō expectaretur in eis tempus extremæ punitionis, quæ erit in die iudicij. Aug. de con. euan. Quòd autem verba dæmonū diuersimode ab Euangelistis sunt dicta, nō habet aliquid scrupuli, cum uel in vnā redi-

gi sententiā, uel omnia dicta possint intelligi: nec q a pluraliter apud Mat. apud illos aūt singulariter loquitur, cū & ipsi narrēt ꝙ interrogatus quid vocaretur, legionē se esse respondit, eo ꝙ multa essent dæmonia Sequit. Erat aūt nō longe ab &c. Gre. 2. Mora. Scit.n. diabolus, quia quod licet agere ex semetipso non sufficit, quia nec p semetipsum in eo quod est spiritus existit. Remi. Sed ideo nō petierūt ut in homines mitterētur, quia illū cuius virtute torquebātur, humanā speciē gestare videbāt. Nec etiam petierunt ut in pecora mitterētur, quia pecora Dei præcepto mūda sunt animalia, & tunc in tēplo Dei offerebantur. Prę aliis aūt inmūdis in porcos mitti petierunt, quia nullum animal est immūdius porco. vnde & porcus dicitur quasi spurcus, eo ꝙ in spurcitiis delectetur, sic & dæmones spurcitiis peccatorū delectātur. Nō autem petierunt ut in aerem mitterentur, propter nimiam cupiditatem nocendi hominib. Sequitur: Et ait illis: Ite. Chry. in ho. Non aūt hoc fecit Iesus quasi à dæmonib. psuasus, sed multa hinc dispensans: Vnum quidē, ut instruat magnitudinem nocumenti dæmonum, qui illis hominibus insidiabantur: Aliud, ut discāt omnes, quoniam neq; aduersus porcos audent, nisi ipse concesserit. Tertiū, vt ostenderet, ꝙ grauiora in illos homines operati essent, q̃ in porcos, nisi essent homines illi inter calamitantes diuina prouidētia adiuti: magis.n. odio habent homines, quā irrationalia. Per hoc autē manifestū est quoniam nullus est qui nō potiatur diuina prouidentia. Sed autem non omnes similiter, neq; secundum vnum modū, & hæc etiam prouidentiæ maxima species est: ad id.n. quod ubicunq; expedit, prouidentia ostenditur. Cum prædictis autē & aliud ex hoc dicimus, quoniam non cōmuniter omni prouidet solum, sed singulariter unicuiq;: quod in dęmoniacis bis aliquis aspiciet manifestè, qui olim suffocati essent, nisi diuina procuratione potiti essent, propterea etiam concessit abire in gregem porcorum, ut qui regiones habitabant illas, discāt eius uirtutem. Vbi.n. nullus eum cognouerat, fulgere faciebat miracula, ut eos in suæ diuinitatis cognitione trahat. Hier. Nō ergo ut concederet Saluator dæmonib. quod petebant dixit: Ite, sed vt per interfectionē porcorū hominib. salutis occasio præberetur. Sequitur. At illi exeuntes, scilicet ab hominib. abierūt in porcos, & ecce magno impetu abiit tot⁹ grex pceps in mare, & mortui sunt in aquis. Erubescat Manichæus. Si de eadem substantia, & ex eadē origine hominū bestiarumq; sunt animæ, quō ob unius hominis uel duorū salutē, duo milia porcorū suffocātur? Chry. in ho. Ideo aūt porcos dæmones occiderūt, quia ubiq; homines in mœstitiā mittere studēt, & de perditione lætantur: Damni etiam magnitudo augebat eius quod factum erat famā: à multis enim diuulgabatur s. ab his qui curati erant, à porcorum dominis, et à pastorib. vnde sequitur: pastores autem fugerunt & ue. &c. & de his q. dęmonia habuerāt, & ecce tota ciuitas exijt obuiam Iesu. Sed cum diceret eos adorare & admirari virtutē, emittebāt eum à se. unde sequitur: Et uiso eo rogabant eum vt transiret, à finibus eorum. Intuere autē & Christi mānsuetudinem post uirtutem: quia enim beneficia adepti abigebant eum, nō restitit, sed recessit; & eos qui indignos se nuntiauerunt eius doctrina dereliquit, dans eis doctores liberatos à dęmonibus, & porcorum pastores. Hier. Vel ꝙ rogant vt transeat fines eorum, non de superbia hoc faciunt, sed de humilitate qua se indignos domini præsentia iudicabant: sicut & Petrus ait. Exi à me domine, quia vir peccator sum. Raba. Interpretatur autem Gerasa colonum eiciens, uel aduena propinquans, hoc est gentilitas, quæ diabolum à se eiecit. Et quæ prius longè, modo facta est propriè, post resurrectionem uisitata à Christo per prædicatores. Ambro. super Lucam. Duo quoq; dæmoniaci figurā populi Gentilis accipiunt: quoniam cū tres filios Noe generauit; Sem, Cham, & Iaphet; Sem tantummodo familia in possessione accita est Dei; ex duobus autem alijs nationum populi pullularunt. Hila. Vnde extra vrbē, idest extra legis & prophetarū synagogā, duos homines in monumentis dæmones detinebant, duarum scilicet gentium origines; intra defunctorum

rum sedes & mortuorũ reliquias obsederant, efficientes prætereuntibus viã vitæ præsentis infestam. Raba. Vel non immerito in monumentis illos habitantes significauit: quid enim aliud sunt corpora perfidorum nisi quędam defunctorum sepulchra? in quibus nõ Dei sermo, sed anima peccantis morte recluditur. Dicit autem: Ita vt nemo posset transire per uiam illã, quia ante aduentum Saluatoris in uia gẽtilitas fuit. Vel per duos Iudæos & Gẽtes accipe qui non habitabant in domo id est in conscientia sua non requiescebant. In monumentis manebant, id est in operib. mortuis delectabantur: nec sinunt per viã fidei, quàm uiam Iudæi impugnabant aliquem transire. Hila. Occursus autem eorum concurrentium ad salutem uoluntas iudicatur: videntes autem dæmones non sibi iam locum in Gẽtibus derelinqui, vt patiatur habitare se hæreticis deprecantur: quibus occupatis, in mare, id est in cupiditatem secularem dæmonum pręcipitantur instinctu, cum reliquarum gẽtium infidelitate moriũtur. Vel porci sunt qui lutulentis delectantur actibus. nam nisi quis porci more vixerit, non in eum diaboli accipiunt potestatem, aut ad probandum tãtum non ad perdendum accipiẽt. Quod ãt in stagnum præcipitati sunt porci, significat ꝙ etiam liberato populo Gẽtium à dominatione dæmonum, in abditis agũt sacrilegos ritus suos, qui Christo credere noluerunt, cęcati & profonda curiositate submersi. Quod autem pastores porcorum fugientes ista nuntiant, significat quosdam ẽt primates impiorũ, quamquam christianam legem fugiant, potentiam tamen Christi stupendo prædicare non cessant. Quod ãt magno timore percussi rogant, ut ab eis discedat, significat multitudinem vetusta sua uita delectatã honorare quidem se nolle christianam legem dum dicunt, ꝙ eam implere nõ possunt. Hila. Vel vrbs illa Iudaici populi habuit speciem, quæ Christi operibus auditis, domino suo obuiam pergit, prohibẽs ne fines suos vrbemq; contingeret: neque enim Euangelia recepit.

CAPVT NONVM.

ET ascendens Iesus naviculã, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns aũt Iesus fidem illorum, dixit paralytico, Cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordib. vestris? Quid est facilius dicere Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, Surge et ambula. Vt aũt sciatis quia filius hominis hẽt potestatem in terra dimittendi peccata (tunc ait paralytico) Surge tolle lectum tuum, & vade in domum tuã. Et surrexit, & abijt in domum suam. Videntes aũt turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit talem potestatem hominibus.

Chry. in ho. Monstrauit superius Christus suam virtutem per doctrinã, quando docuit eos vt potestatem habẽs: per leprosum, qñ dixit: Volo, mũdare: per Centurionẽ, qui dixit: dic uerbo & sanabit puer meus: ꝑ mare, qđ uerbo refrenauit: ꝑ dæmones, qui eũ cõfitebantur. Hic ãt rursus alio maiori modo inimicos eius cogit cõfiteri æqualitatem honoris ad patrem. vñ ad hoc ostẽdendũ subditur: Et ascẽ. Ie. in na. transfre. & ve. in ciui. suam. Nauigiũ ãt intrãs pertransit, qui pede mare poterat pertransire: non. n. semper mirabilia volebat facere, ne incarnationis noceat rationi. Ioan. episcopus. Creator ãt rerum, orbis terræ dominus, posteaquam se ꝑꝑ nos nostra angustauit in carne, cœpit habere humanam patriam, cępit ciuitatis Iudaicæ esse ciuis, parentes habere cœpit parẽtẽ oĩum ipse parẽs: vt attraheret charitas, quos dispersẽrat metus. Chry. in ho. Ciuitatem suã hic Capharnaum dicit. alia. n. eum susceperat nascentẽ, scilicet Bethlehem: alia eũ nutriuit, scilicet Nazareth: alia autem habuit continuè habitantem, scilicet Capharnaum. Aug. de con. Euan. Vel aliter: Quod Matthæus hic scribit de ciuitate domini, Marcus autem de Capharnaum, difficilius solueretur, si Matthæus Nazareth nominaret non verò eũ potue-

Duplicis naturæ in Christo testimonia.

potuerit ipsa Galilæa dici ciuitas Christi, quia in Galilæa erat Nazareth, sicut uniuersum regnũ Romanũ in tot ciuitatibus cõstitutũ dicitur modo Romana ciuitas. Quis dubitauerit ut ueniẽs in Galilæã dominus rectè diceret uenisse in ciuitatem suã, in quocũq; esset oppido Galilææ: præsertim quia & ipsa Capharnaũ extollebatur in Galilæa ut tãquã metropolis haberetur? Hiero. Vel ciuitatẽ eius non aliã intelligamus, q̃ Nazareth: unde & Nazarenus appellatus est. Aug. de cõ. euã. Et secũdũ hoc, dicimus Matthæũ ꝑtermisisse, quę gesta sunt postea quã Iesus uenit in ciuitatẽ suã, donec ueniret Capharnaũ, & hic adiũxisse de sanato paralytico, sicut in multis faciunt ꝑtermittẽtes media, tãquã hoc cõtinuo sequatur, qđ sine ulla prætermissionis significatione subiũgũt, & hoc modo hic subditur. Et ecce offe. ei paraly. iac. in lecto. Chry. in ho. Paralyticus aũt hic alter est præter eũ qui in Ioãne ponitur. Ille quidẽ in natatorijs iacebat, hic ãt in Capharnaũ: & ille famulis carebat, hic ãt habebat eos qui sui curã habebãt: qui & portatę eũ attulerũt. Hier. Obtulerunt autẽ ei iacentẽ in lecto, quia ipse ingredi nõ ualebat. Chry. in ho. Non autem ubiq; ab ęgris solum quęrit fidẽ, puta cum insaniunt, uel aliter ab ęgritudine in excessu fuerint mentis. Vnde subditur. Videns autẽ Iesus fidẽ illorum. Hier. Non eius qui offerebatur, sed eorum qui offerebant. Chry. in ho. Quia igitur tantam ostendunt fidẽ, monstrat & ipse suam uirtutem, cũ omni potestate soluẽs peccata. unde sequitur: Dixit paraly. Confi. fili, remit. tibi peccata. Ioan. episcopus. Quantũ ualet apud Deum fides propria, apud quẽ sic ualuit aliena, vt intus & extra sanaret hominẽ. Audit ueniã & tacet paralyticus, nec ullã respondet gratiã: quia plus corporis q̃ animæ tendebat ad curã. Merito ergo Christus offerentium recepit fidẽ, non uerecundiam iacentis. Chryso. Vel erat magna fides etiam huius infirmi, non. n. permisisset se submitti (ut alius Euangelista dicit) per tectum, non credens. Hier. O mira humilitas, despectum & debilẽ, totis membrorum compagibus dissolutũ, filium uocat: quẽ sacerdotes non dignabantur attingere. aut certè ideo filiũ, quia di mittunt ei peccata sua. ubi dat nobis intelligentia, ꝓp peccata, plerasque euenire corporum debilitates. Et iccirco forsitan prius dimittũtur peccata, ut causis debilitatis ablatis, sanitas restituat. Chry. in ho. Scribę ãt distamare uolẽtes, ẽt nolentes fecerũt clarere qđ factũ est: eorũ. n. æmulatione ad signi ostẽsionẽ usus est Christus. Hoc. n. ẽ superabũdãtia eius sapientiæ, ꝙ sua ꝑ inimicos manifestat. unde sequit: Et ecce quidam de scri. dixe. intra se: Hic blasphemat. Hiero. Legimus in prophetia: Ego sum qui deleo omnes iniquitates tuas. Consequenter ergo scribæ, quia hominem putabant, & uerba Dei nõ intelligebant, arguunt eum uitio blasphemiæ. Videns autẽ cogitationes eorũ ostẽdit se Deũ, qui potest cordis occulta cognoscere, & quodãmodo tacens loquitur. Eadẽ potẽtia, qua cogitationes uestras intueor, possum & hominib. delicta dimittere. Et uobis intelligite quid paralyticus consequatur. unde sequitur: Et cũm ui. Ie. cog. eo. dixit: Vt quid co. ma. in cordi. uestris? Chrys. in ho. Non quidem eorũ destruxit suspicionem, qua scilicet cogitabant eũ prædicta dixisse ut Deum. Si. n. non esset æqualis Deo patri, oportebat eum dicere longè sum ab hac potestate, scilicet dimittendi peccata. nunc autem contrarium firmauit sua uoce, & miraculi ostẽsione. unde subdit: Quid est facil, dice. dimit. tibi pec. tua, an dice sur. & ambula? Quãtò quidẽ anima corpore potior est, tanto peccatũ dimittere maius est, quã corpus sanare. Sed quia illud quidem nõ manifestũ, hoc autẽ manifestũ: facit minus quod est manifestius, ut demõstret maius & non manifestum. Hier. Vtrum non sint paralytico peccata dimissa, solus nouerat qui dimittebat. Surge autẽ & ambula, tam ille qui surgebat, quã hic q surgẽtem uidebant poterant approbare: quãquam eiusdem uirtutis sit, & corporis & animæ uitia dimittere. Inter dicere tñ & facere multa distãtia est: fit ergo carnale signum, ut probetur spirituale. unde sequit. Vt autẽ sciatis quoniam filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata. Chrysost. in ho. Suprà quidẽ paralytico non dixit: dimitto

mitto tibi peccata, sed dimittuntur tibi peccata, quia vero scribæ resistebant, altiorẽ suã potentiã demõstrat, dicens: quia filius hois hẽt potestatẽ dimittendi peccata. Et vt ostendat se patri æqualẽ, nõ dixit ꝙ filius hois indiget aliquo admittendũ peccata, sed qm̃ hẽt. Glo. Hæc aũt verba, vt sciatis possunt esse Christi vel Euangelistæ, quasi Euãgelista diceret: Ipsi dubitabant eum peccata dimittere, sed vt sciatis qm̃ filius hois hẽt potestatẽ, ait paralytico. Si aũt Christus dicatur pronunciasse hæc uerba, sic intelligetur. Vos dubitatis me posse peccata dimittere, sed ut sciatis qm̃ filius hois &c. quæ quidem oratio imperfecta est, sed subditur actus loco cõsequẽtis: vnde dicitur: Ait paraly. Surge. & tol. lect. tuũ. Io. episcopus. Vt qđ fuit testimoniũ infirmitatis, fit ꝓbatio sanitatis. Et uade in do. tuam, ne christiana fide curatus, moreris in perfidia Iudæorum. Chry. in ho. Hoc aũt ꝓcipit, vt nõ æstimetur fantasia esse quod actum est, vnde ad veritatẽ facti ostẽdendã subditur. Et sur. & abiit in dõ. suam. Sed tñ astantes hoies adhuc deorsum trahũtur. vnde sequitur. Videntes aũt turbæ &c. Si. n. bene cogitassent apud se, cognouissent quia filius Dei erat. Interim enim nõ paruũ erat ęstimare oibus hoibus maiorẽ, & à Deo uenire. Hila. Misticè aũt à Iudęa repudiatus in ciuitatẽ suã reuertitur. Dei ciuitas fideliũ plebs est: in hanc ergo introiuit per nauim. i. Ecclesiam vectus. Io. episcopus. Nõ aũt Christus indiget naui, sed nauis Christo, quia sine cœlesti gubernatione nauis ecclesiæ ꝑ mundanũ pelagus ad cœlestẽ portũ nõ valet ꝑuenire. Hila. In paralytico autẽ gẽtium uniuersitas offertur medẽda: hic itaq; Angelis ministrãdus offertur: hic filius nuncupatur, quia Dei opus est: huic remittuntur animæ peccata, q̃ lex laxare nõ poterat. fides enim sola iustificat: Deinde uirtutẽ resurrectionis ostẽdit, cũ sublatione lectuli infirmitatem corporib. docuit de futuram. Hiero. Iuxta tropologiã autem interdum anima iacens in corpore suo uirtutibus dissolutis à perfecto doctore dño offertur curanda: vnusquisque enim æger petendæ salutis debet adhibere, ꝑ quos actuum nostrorum clauda vestigia, verbi cœlestis remedio reformẽtur. Sunt igitur monitores mentis, qui animum auditoris ad superiora erigunt, quãuis exterioris corporis debilitate torpentẽ. Io. eps. Dñs aũt in hoc seculo insipiẽtiũ voluntates nõ q̃rit, sed respicit ad alterius fidem, nec medicus languentiũ respicit uoluntatẽ, cũ contraria requirat infirmus. Raba. Surgere aũt, est aiam à carnalibus desiderijs abstrahere. Lectũ tollere, est carnẽ à terrenis desideriis ad uoluntatem spiritus attollere. Domum ire, est ad paradisum redire, uel ad internum sui custodiã, ne iterũ peccet. Greg. 23. Mor. Vel per lectum uoluptas corporis designatur: iubetur itaq; vt hoc sanus portet, vbi infirmus iacuerat. quia omnis adhuc uitiis delectatur, infirmus iacet in uoluptatibus carnis, sed sanatus hoc portat, quia eiusdẽ carnis cõtumelias postmodũ tolerat, quod intus prius desideriis requiescebat. Hila. Videtes aũt turbæ timuerunt. Magni. n. timoris res est, nõ dimissis à Christo peccatis in mortem resolui, quia nullus est in domũ æternam reditus, si cui indulta nõ fuerit venia delictorũ. Cessante autẽ timore honor Deo redditur, ꝙ potestas hominibus hac uia data sit ꝑ verbum eius, & peccatorũ remissionis, & corporũ resurrectionis, & reuersionis in cœlum.

Et cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in teloneo, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Et videntes Pharisæi dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? At Iesus audiens, ait. Non est opus ualentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite quid est Misericordiam uolo, & non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores.

Chry. in ho. Cum Christus fecisset miraculum, non permãsit in eodem loco, ne Iudæorum zęlum accenderet ampliorẽ, hoc & nos faciamus, nõ obstinatè obsistẽtes ei qui insidiantur. vnde dicitur: Et cũ transiret inde Iesus, scilicet à loco vbi miraculum fecerat. Vidit ho. se. in tel. Mat. nomine. Hiero. Cæteri Euangelistæ propter

pter verecūdiam & honoré Matthęi, noluerunt eum noīe appellare vulgato, sed dixerūt Leui. Duplici.n.vocabulo fuit: ipse aūt Matthæus secundum illud Salomonis: Iustus accusator est sui: Matthæum se & publicanū nominat, vt ostédat legentibus, nullum debere saluté desperare, si ad meliora cōuersus sit, cū ipse de publicano in Apostolū sit repentè mutatus. Glo dicit aūt: Sedenté in teloneo, i. in domo vbi vectigalia congregātur. Erat.n.telonearius dictus, à telon græcè, qđ est vectigal. Chry.in ho. Per hoc ēt ergo mōstrat vocātis virtuté, qm̄ nō desistenté à periculoso officio ex mediis ipsum euulsit malis, sicut & Paulū adhuc insanienté. Et ideo sequitur: Et ait illi. Sequere me. Sicut uidisti vocātis virtuté, ita disce vocati obediétiā: neq; enim restitit, neq; domū abire rogauit, & suis hoc cōicare. Rem. Humana ēt pericula, q̄ ei à principibus accidere poterant, paruipēdit, dum officij sui rationes imperfectas reliquit. vnde sequitur: Et surgens secutus est eum, & quia terrena lucra deseruit, ideo iure factus est dominicorū talentorū dispésator. Hier. Arguit autem in hoc loco Porphyrius & Iulianus Augustus, vel imperitiam historici mentientis, vel stultitiā eorū, qui statim secuti sunt Saluatoré, quasi irrationabiliter quemlibet vocantem hominé sint secuti, cum tantæ virtutes tāquam signa p̄cesserint, quæ Apostolos antequam crederent, uidisse non dubium est. Certè fulgor ipse & maiestas diuinitatis occultæ, q̄ ēt in facie refulgebat humana, videntes ad se trahere poterat in primo aspectu. Si enim ex magnete lapide hæc esse uis dicitur, ut ferrum trahat, quanto magis dn̄s oīum creaturarum ad se trahere poterat quos volebat? Chry.in ho. Sed cur nō cū Petro & Ioanne & aliis eū vocauit? qm̄ durius adhuc dispositus erat, sed post miracula, & multā Christi famā, qn̄ aptioré eum ad obediētiam sciuit, qui intima cordis nouit. Aug. de con. euan. Vel probabilius vr̄, q̄ hic p̄termissa recordādo Matthæus cōmemorat, qui ante sermoné habitū in monte credendum est uocatū esse Matthæū in eo quippe monte, tunc Lucas cōmemorat oēs duodecim electos, quos

Matth. binomius.

& Apostolus nominat. Glo. Matthęus.n. uocationé suam refert inter miracula: magnū enim miraculum fuit, q̄ publicanus fa[...] est Apostolus. Chrys. in ho. Quid est autem q̄ de aliis Apostolis nobis non dicitur, qualiter & quādo sunt vocati, nisi de Petro, & Andræa, & Iacobo, Ioāne, & Matthæo? Hi enim maximè erant in inconuenientibus & humilibus studiis. Neque enim telonei officio est aliquid deterius, neque piscatione uilius. Glo. Congruam autem cœlestis beneficij uicé impendens Matthæus Christo magnū cōuiuium in domo sua parauit, ut illi commodaret sua tēporalia, à quo expectabat perpetua bona. vnde sequitur: Et fa. est, discū. eo in do. Aug de con. euan. Hic Mat. non expressit in cuius domo discumbebat Iesus, vnde posset videri non hoc ex ordine subiunxisse, sed quod alio t̄pe factum est recordatus interposuisse, nisi Marcus & Lucas qui hoc omnino similiter narrant, manifestarent in domo Leui, hoc est Matthæi discubuisse Iesum. Chry in ho. Honoratus aūt Matthæus ingressum Christi in domū eius, omnes publicanos qui erāt eiusdé artis cōuocauit. vnde sequitur: Ecce multi publicani, &c. Glo. Publicani.n. uocantur, qui publicis negociis implicantur, q̄ sine peccato, aut uix aut nunquam possūt tractari. & pulchrū fuit præsagiū, quia qui Apostolus & doctor gentiū erat futurus, in præsagia sua conuersione peccantiū gregem post se trahit ad saluté, vt iam perficeret exēplo, quod perficere debebat & uerbo. Hiero. Tertulianus hoc dicit fuisse ethnicos, dicéte scriptura. Nō erit vectigal pendens ex Israel: quasi Matthæus non fuerit Iudęus. dominus aūt nō conuiuatur cum ethnicis, cū id maximè caueret, ne legé soluere uideretur, qui & discipulis præcepit: In uiā gētiū ne abieritis. Viderant autem publicanum à peccatis ad meliora cōuersum, locū inuenisse pœnitentiæ, & ob id etiā ipsi non desperant salutem. Chry. in ho. Vnde accesserūt ad redemptorem nostrum: & nō solū ad colloquendum, sed etiam ad conuescēdum recepti sunt: non solū deputans aut curans aut arguēs inimicos, sed etiam cōuescés emédabat multotiés eos qui malè

dispositi

dispositi erant. per hoc docens nos, quoniam oẽ tempus & omne opus põt nobis tribuere utilitatẽ. hoc aũt vidẽtes pharisæi indignati sunt, de quibus subditur: Et vi.pha.di.disci.eius: Quare cum publicanis &c. Notãdum ꝙ cũ discipuli usi sunt peccare, Christũ alloquuntur, dicẽtes: Ecce discipuli tui faciunt, qđ no licet facere in sabbato. Hic apud discipulos Christo detrahunt, q̃ oĩa malignantium erant, & volentium separare a doctore corda discipulorum. Raba. Duplici aũt errore tenebantur, quia & se iustos arbitrabãtur, qui superbiæ fastu à iustitia longè discesserãt; & eos criminabantur iniustos, qui resipiscẽdo à peccatis iustitiæ appropinquabãt. Aug. de con. Euang. Lucas aũt aliquanto differentius hoc vr̃ cõmemorasse, secundũ quem pharisæi dicunt discipulis, Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Christo & discipulis eius hoc obiectũ insinuans. Sed cũ discipulis dicebatur, magis magistro obiicitur quẽ sectando imitabantur. Vna est ergo sñia, & tanto melius insinuata, quãto quibusdam verbis manente veritate mutata. Hier. Neq; verò in pristinis permanentes veniunt ad Iesum, vt pharisæi & scribæ murmurãt, sed pœnitentiã agentes: quod & p̃sens sermo dñi significat. vnde sequitur: At Iesus audiens ait, Non &c. Raba. Scipsum medicũ dicit, qui miro medicandi genere propter iniquitates nostras vulneratus est, vt vulnus peccatorum nostrorum sanaret. Sanos quidem eos appellat, qui suam uolentes statuere iustitiã, ueræ Dei iustitiæ subiecti non sunt. Malè habẽtes eos uocat qui suæ fragilitatis conscientia deuicti, nec p legẽ uidentes se iustificari, pœnitẽdo se submittũt gratiæ Dei. Chry.in ho. Postquam à cõmunibus opinionibus eos allocutus est, alloquitur eos ex scripturis, cum dicit: Euntes autẽ discite quid est, Misericordiam uolo, & nõ sacrificium. Hier. De propheta s. Oseæ sumens testimonium sugillat scribas & pharisæos, qui se iustos æstimantes peccatorũ & publicanorum consortia declinabant. Chry in ho. Ac si dicat; Cur accusatis me qm̃ peccatores corrigo? ergo & Deum patrem ex hoc incusare. Sicut.n.ille vult

Christ' medic'.

peccatorum emendationem, ita & ego. & sic ostendit non solũ non esse prohibitum, quod incusabãt, sed & secundum legem maius esse sacrificio non.n.dixit; Misericordiã uolo, & sacrificiũ; sed hoc iniũxit, illud autẽ eiecit. Glo. Non tamen despicit Deus sacrificium, sed sacrificium sine misericordia. faciebant autẽ pharisæi sæpe sacrificia in templo, ut iusti apparerent coram populo, sed nõ exercebant misericordiæ opera, in quibus probatur vera iustitia. Raba. Admonet itaq; eos, vt per opera misericordiæ sibimetipsis supernæ misericordiæ præmia requirãt, & non contẽptis pauperũ necessitatibus per oblationẽ sacrificiorum se Deo placere confidant. vnde dicit; Eũtes.s. à temeritate stultæ uituperationis, ad diligentiorem scripturæ sanctæ meditationẽ, quæ misericordiã maximè cõmẽdat; vnde & suũ de misericordia exẽplum eis proponit, dicens; Non.n.veni vocare iustos, sed pec. Aug. de con. Euan. Lucas addidit in pœnitentiã, quod ad explanandã sententiã valet, ne quisquam peccatores, ob hoc ipsum ꝙ peccatores sunt, diligi arbitretur à Christo; & cũ illa similitudo de ægrotis bene intimet quid uelit Deus, uocãdo peccatores, tanquã medicus ęgros; vtiq; ut ab iniquitate tanquã ab ægritudine salui fiant, quod fit per pœnitentiã. Hila. Omnibus autẽ Christus venerat, quomodo ergo nõ se iustis venisse dicit? Erant ergo quibus necesse non erat vt ueniret, sed nemo iustus ex lege est; ostẽdit ergo inanẽ iustitiæ iactantiam; quia sacrificiis infirmis ad salutẽ, misericordia erat uniuersis in lege positis necessaria. Chry.in ho. Vnde ironicè uidetur ad eos loquẽs, sicut cũ dicit; Ecce iã Adam factus est quasi unus ex nobis. Quoniam.n. nullus iustus erat in terra, Paulus significat, dicens; Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. In hoc aũt & illos mitigauit. qui uocati erant. q.d. Tantum renuo abominari peccatores, qui pp eos solos adueni. Raba. Vel quia qui iusti erãt sicut Nathanael & Ioãn. Baptista, nõ erant ad pœnitentiã inuitandi. Vel nõ ueni uocare iustos falsos, qui de iustitia sua gloriantur, vt pharisæos; sed illos, qui se peccatores recognoscunt. Per Matthęi

Misericordia p̃fertur sacrificium.

thęi

thæi autem & publicanorũ vocationẽ, fides gentiũ exprimitur, qua prius mũdi lucris inhiabant, & nũc spiritualiter cũ dño reficiuntur; ꝑ superbiã pharisæorum, inuidia Iudæorũ de salute gentiũ. Vel Matthæus significat hoĩem terrenis lucris inhiantẽ, quẽ videt Iesus, dũ oculo misericordiæ respicit. Matthæus.n. interpretaẽ donatus, Leuita assumptus. pœnitens aũt à massa ꝑditorum assumitur, & gratia Dei ecclesiæ donaẽ. Et ait illi Iesus, Sequere me, vel ꝑ ꝑdicationẽ vel per scripturæ admonitionẽ, vel ꝑ internã inspirationẽ.

Tunc accesserũt ad eũ discipuli Ioannis, dicẽtes. Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Nemo autẽ immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit.n. plenitudinem eius à vestimento, & peior scissura fit. Neque mittunt vinum nouum in utres veteres: alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittunt, & ambo conseruantur.

Glo cum de conuiuio peccatorum & de participatione respõdisset eis, de cõmestione eũ aggrediũtur, vñ dẽ: Tunc accesſ. ad eũ disc. Ioan. dicẽ. Quare nos &c. Hier. Superba interrogatio, & ieiunij reprehendenda iactãtia: nec poterãt discipuli Ioãnis nõ esse sub vitio, qui iungebãtur pharisæis, quos à Ioanne nouerant cõdẽnatos: & calumniabãtur eũ, quẽ sciebãt magistri uocibus ꝑdicatũ. Chry. in ho. Quod aũt dicunt tale est: Esto, tu vt medicus hæc facis: sed cur discipuli tui dimittẽtes ieiuniũ talibus mẽsis attendunt? deinde excusationem ex cõparatione augere volentes, primo seipsos ponunt & deinde pharisæos. Ieiunabant.n. illi quidẽ à lege discentes, sicut & pharisæus dixit; Ieiuno bis in sabbato; ipsi aũt à Ioãne. Rab. Ioannes.n vinum & sicerã nõ bibit, qđ abstinentiæ meritũ nõ auget, cui nulla est potẽtia naturæ. Dñs aũt qui peccata potest cõdonare, cur à peccatoribus manducantibus declinaret, quos abstinentibus poterat facere iustiores? Ieiunat aũt Christus, ne ꝑceptũ declines; manducat autem cũ peccatoribus, vt grãtiam & potestatẽ intelligas. Aug. de con. euan. Sed cum Mattheus tantum discipulos Ioannis hoc dixisse perhibeat, uerba quæ apud Marcũ leguntur, magis indicãt alios hoc dixisse de aliis. i. conuiuas de discipulis Ioannis & pharisæis: ꝙ Lucas euidentius expressit, q̃ alios de aliis dixisse narrauit. unde ergo Matthæus dicit; Tunc accesserunt &c. nisi quia & ipsi aderant, & oẽs certatim, ut quisq; poterat, hoc obiecerunt? Chrys. in ho. Vel Lucas dicit, ꝙ pharisæi hoc dixerunt, hic autem dicitur ꝙ discipuli Ioannis: quia pharisæi illos secum acceperunt ad dicendum, quod postea in Herodianis fecerunt. Sed considerandum ꝙ qñ ꝓ extraneis (sicut pro publicanis) sermo erat vt eoru turbatã mitiget aĩam, uehementius exprobrantes incusauit. vbi autẽ discipulos conuitiabantur, cũ mansuetudine respondet, vnde sequitur; Et ait illis Iesus: Nunquid possunt fi. spon. lu. quandiu cum illis est sponsus? Primo quidem seipsum medicum uocauerat, hic autem spõsum; in memoriam reducens uerba Ioannis, quæ dixit: Qui habet sponsam sponsus est. Hie. Sponsus Christus est, spõsa autem Ecclesia de hoc spirituali connubio Apostoli sunt creati, qui lugere nõ possũt quandiu sponsum in thalamo uident, & sciũt spõsum esse cũ spõsa. Quando uerò transierũt nuptiæ, & passionis ac resurrectionis tẽpus aduenerit, tũc spõsi filij ieiunabunt. Et hoc est, qđ subditur. Veniens aũt dies &c. Chry. in ho. Quo aũt dicit, tale est: gaudij est ꝑsens tẽpus & lætitiæ, ꝗ nõ ergo introducenda sunt tristitia; etenim ieiuniũ triste est, non naturaliter, sed illis q̃ imbecillius adhuc dispositi sunt: his.n. qui sapientiã contẽplari desiderant, delectabile est. vnde secundũ opinionem illorũ hoc dixit: per hoc aũt monstrat, ꝙ non gulæ erat quod fiebat, sed dispensationis cuiusdam. Hieron Nonnulli autem putant idcirco dies quadraginta passionis ieiunia debere cõmitti: licet statim dies Pentecostes & spiritus sanctus veniẽs mãducat nobis festiuitatẽ. Ex huiusmodi occasione testimonij Mõtanus Prisca & Maximilla etiã post Pentecostẽ faciunt quadragesimam, ꝙ ablato spõso, filij sponsi debeant

debeant ieiunare; ecclesię autem cõsuetudo ad passionẽ dñi & resurrectionẽ ꝑ humilitatẽ carnis venit, ut spiritualis saginæ ieiunio corporis ꝑparemur. Chry. in ho. Rursus ãt à cõibus exẽplis confirmat hũc sermonẽ, cũ subdit; Nemo aũt mittit cõmissurã pã. &c. quasi diceret, nõdũ esse cti sunt fortes meis discipuli, sed adhuc multa indigẽt cõdescẽsione: nõdũ sunt ꝑ spiritũ renouari. Sic aũt dispositis nõ oportet grauedinẽ imponere ꝑceptorũ. hoc ãt dixit regulam dans suis discipulis, ut discipulos ex vniuerso orbe terrarum cum mãsuetudine suscipiant. Remi. Vestimẽtum uetus discipulos suos uult intelligi: quia nondum erãt per omnia innouati. Pannũ rudem .i. nouum, appellat nouam gratiã, .i. euangelicam doctrinam: cuius quędam particula est ieiuniũ, & ideo nõ cõueniebat vt seueriora præcepta ieiunij illis cõmitterent: ne fortè austeritate ieiunij frãgerentur, & fidem perderẽt quã habebãt, ideo subdit: Tollit.n. plenitudinem &c. Glo. Quasi dicat. Ideo rudis pannus .i. nouus non debet poni in vestimento veteri, quia tollit sæpe à vestimento plenitudinẽ eius .i. perfectionem, & tunc fit peior scissura. Graue.n. onus rudi iniustum illud, boni quod prius inerat, sæpe destruit. Remig. Duabus autem similitudinibus positis .f. nuptiarum, & de panno rudi & de uestimento ueteri; nunc tertiam addit similitudinem de vtribus et de vino; Neque mittunt uinum nouum in utres veteres. Vtres ueteres appellat suos discipulos, qui nondum perfectè erant innouati. Vinum nouum appellat plenitudine Spiritus sancti, & profunda cęlestium mysteriorum, quæ tunc discipuli ferre non poterãt; sed post resurrectionem vtres noui facti fuerũt, & uinum nouũ receperunt, quando Spiritus sanctus repleuit corda eorum. Vnde q̃dã dixerunt; Omnes isti musto pleni sunt. Chry. in ho. Hinc & nos causam docuit humiliũ verborũ, quæ & continuo ad eos dicebat propter imbecillitatem ipsorum. Hie. Vel aliter. Per vestimentum uetus & vtres veteres debemus intelligere scribas & pharisæos; particula vestimenti noui & uinũ nouũ, sunt præcepta euãgelica sentienda, q̃ non possunt sustinere Iudæi ne maior scissura fiat: tale quid & Galatę facere cupiebant, ut cum Euangelio legis ꝑcepta miscerẽt, & in vtribus veterib. mitterẽt vinũ nouũ. sed Apostolus ad eos loquit ad Gala. 3. O insensati Galatæ, quis vos fascinauit nõ obedire ueritati? Sermo igit euãgelicus Apostolis potius q̃ scribis & pharisæis est infundendus, q maiorum traditionib. deprauari synceritatẽ ꝑceptorũ Christi nõ poterãt custodire, alia est.n. puritas uirginalis animæ, & nulla prioris vitij cõtagione pollutæ, alia eius q̃ multorũ sordium libidini subiacuerit. Glo. Per hoc ergo significat ꝙ Apostoli nõ erãt in veterib. obseruãtijs detinẽdi, quos oportebat gratiæ nouitate ꝑfundi. Aug. in ser. de quadragesima. Vel aliter; Omnis q recte ieiunant, aut animã suã in gemitu orationis & castigatione corporis humiliat, aut illecebras carnalia spiritualis sapientiæ delectatione suspendit. de utroq; aũt ieiunij genere dominus hic rñdet. Nã de primo, qui habet animæ humiliationem dicit: Nõ possunt filij sponsi lugere. De illo qui habet epulum mentis, cõsequenter locutus est, dicens; Nemo mittit cõmissuram panni rudis &c. Deinde quia spõsus ablatus nobis est, utique lugendum est. Et rectè lugemus, si flagramus desiderio ei⁹. Beati quib. licuit eum ante passionẽ tunc habere præsentẽ, interrogare sicut uelẽt, audire sicut deberent. illos dies concupierunt videre patres ante aduẽtum eius, neque uiderunt. q a in alia dispẽsatione sunt ordinati, per quos uenturus annunciaret, nõ à quibus ueniens audiret in vobis autẽ illud impletum, est quod ipse dicit; Veniẽt dies quãdo desiderabitis videre unũ de diebus istis, & nõ poteritis. Quis ergo hic nõ lugebit? quis non dicat factæ sunt mihi lachrymę meæ panes die ac nocte dũ dr̃ mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Merito ergo Apostolus cupiebat dissolui & esse cum Christo. Augus. de con. Euan. Quod ergo dixit Matthæus Lugere, ubi Marcus & Lucas dicũt Ieiunare, significauit de tali ieiunio dominũ locutũ, quod pertinet ad humilitatẽ tribulationis, ut illud alterum quod pertinet ad gaudium mẽtis in spiritualia suspẽsę, & ob hoc alienatę à corporalibus cibis, posterioribus simili-

militudinibus significasse intelligatur. ostēdēs quòd circa corpus occupatis. & ob hoc vertere sensum habētibus, hoc genus ieiunij nō cōgruat. Hila. Mysticè verò quòd præsente sponso ieiunandi necessitatem discipulis non esse respōdet: præsentiæ suæ gaudiū, & sacramētū sancti cibi docet, quo nemo se præsente. i. in cōspectu mentis Christum habituri continens indigebit. quasi eos carnes. ablato autē ieiunaturos esse dicit: quia omnes nō credentes resurrexisse Christum, habituri nō essent cibum uitæ. In fide enim resurrectionis sacramentū panis cœlestis accipitur. Hie. Vel cùm propter peccata à nobis recesserint, tunc indicendum est ieiunium, tunc luctus est recipiendus. Hila. Ponit etiam exempla, quibus ostendit firmitates vetustate peccatorū & animas & corpora nouæ gratiæ sacramēta non capere. Raba. cū aūt datæ sint diuersæ similitudines ad idē differūt tñ. uestis. n. qua foris tegimur opera bona significat, quæ foris agimus: uinū quo intus reficimur, feruor est fidei, & charitatis quo intus reformamur.

Hæc illo loquēte ad eos, ecce princeps unus accessit, & adorabat eū dicens: Domine, filia mea modo defuncta est; sed ueni, impone manū tuā super eā & uiuet. Et surgēs Iesus sequebatur eū, & discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxū patiebatur duodecim annis, accessit retro, et tetigit fimbriā uestimēti ei⁹. Dicebat. n. intra se: Si tetigero tā. u uestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus, & uidens eā, dixit; Confide filia fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.

Chry. in ho. Post sermones, opus adiūxit, in quo amplius pharisæi obstruerent, eo quòd qui aduenit ad miraculum petendū archisynagogus erat, & luct⁹ magnus quia puella vnigenita erat, & duodecim annorū, quādo incipit esse flos ætatis. & ideo dicitur: Hęc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit. Aug. de concor. Euan. Dicūt aūt hoc & Marcus & Lucas; sed ab illo ordine iā recedūt, eo enim loco hoc inserunt, ubi post expulsa dęmonia & in porcos missa trāsfretādo redit à regione Gerazenorum. Et per hoc quòd Marcus dicit, intelligēdum est hoc factum esse postquam uenit rursus Iesus transfretum, sed quātū post nō apparet nisi autem fuisset aliquod interuallū, nō esse quādo fieret, quod narrat Matt. in cōuiuio domus suę; post hoc tamē nō cōtinuo sequit de archisynagogi filia. Si. n. loquēte eo de pāno nouo & vino nouo. accessit princeps, nihil aliquid factorū dictorumq; eius interpositū est: in narratione aūt Marci patet locus ubi alia īterponi potuerūt. Similiter autē Lucas nō remittit Matthæo quod. n. adiūxit: Et ecce uir cui nomē erat Iairus, non cōtinuo accipiēdū est factū: sed post illud de cōuiuio publicanorū, vt narrat Mat. dicens: Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus. s. Iairus archisynagogus, accessit & adorabat eum, dicens. Domine, filia mea modo defuncta est. Cōsiderandū est autem ne repugnare videatur, quòd alij duo Euangelistæ mori iam proximā, non tamen mortuā esse dicant: usq; adeo, ut dicant uenisse postea qui mortuā nūciarent, & ob hoc non debere vexari magistrū. intelligendum est. n. breuitatis causa Matthæum hoc potius dicere voluisse, rogatū dominū esse ut faceret, qđ ipsum fecisse manifestū est. ut, scilicet mortuam suscitaret: Attendit. n. non uerba. patris de filia sua, sed quod potissimum est uolūtatē. Ita enim desperauerat ut potius eam vellet reuiuiscere: nō credens uiuam posse inueniri, quam morientē deliquerat. Duo itaque posuerunt quod dixerit Iairus, Matthæus autē quid voluerit atq; cogitauerit. Sanè si quisquam illorum duorū patrē ipsum commemorasset dixisse, ut non uexaretur Iesus quia puella mortua fuisset repugnarēt eius cogitationi uerba, quæ posuit Matthæus: nūc uerò nō legitur. quòd suis nūtiantibus ille consenserit. Hinc autem rē per necessariam discimus: nihil in cuiusq; verbis debere inspicere nisi voluntatem, cui debent verba seruire: nec mentiri quēquam, si aliis verbis dixerit quod ille uoluerit, cuius uerba nō dicit. Chry. in ho. Vel hoc quod princeps dixit de morte puellæ, est augere calamitatē. Etenim cō suetudo est rogantibus, extollere sermone propria mala, & amplius aliquod eo qđ est dicere, vt magis attrahāt eos quibus supplicāt. Vñ subiūgit: Sed ueni impone manū su. eā & uiuerct. Vide autem eius grossitiā,

Concordātia euāgeliorum.

Duo.n.expetit à Christo: & accedere ipsum, et manũ imponere. Hoc ẽt Syrus ille Naaman & à ꝓpheta expetebat. Etenim & uisu indiget, & sensibilibus rebus, qui grossius dispositi erãt. Remig. Mirãda est aũt pariter atq; imitãda dñi humilitas & mãsuetudo: nã mox ut rogatus ẽ, rogantẽ cœpit sequi. uñ subdit: Et surgẽs Iesus sequebat eũ. Hic subditos & ꝑlatos pariter instruxit: subditis exẽplũ obediẽtię reliquit: ꝑlatis uerò instãtiã et solicitudinem docendi demonstrauit: ut quotiescunque audierint aliquẽ mortuum in anima, statim adesse studeant. Et cum eo ibant discipuli eius. Chry. in home. Et Marcus quidem & Lucas dicunt, quoniam tres accepit discipulos. s. Petrum, Iacobũ, & Ioannem: Matthæum autem nõ assumpsit, ampliorem ei concupiscentiam immittens, & qa imperfectius adhuc dispositus erat. propter hoc enim illos honorat, ut alijs similes illis efficiantur. Sufficiebat enim interim Matthæo uidere ea quę facta sunt circa sanguinis fluxum patiẽtem, de qua subditur: Et ecce mul. quæ. san. flu. patie. 12. an. ac. re. & teti. fim. uestimẽ. eius Hiero. Hęc autem mulier sanguine fluens, nõ in domo, non in urbe accedit ad dominũ, quia iuxta legem urbibus excludebatur, sed in itinere ambulante domino ut dum pergit ad aliam, alia curaretur. Chryso. Ideo autem non libera propalatione ad Christum uenit, quia uerecũdabatur, propter passionem, immundam se existimãs. Etenim apud legem multa immunditia ęstimabatur esse hæc passio. propter hoc latet, & occultatur. Re. In quo laudanda est eius humilitas, quia non ad faciem accessit, sed retro, & indignam se iudicauit pedes domini tangere: & non plenitudinẽ uestimenti tetigit, sed tantummodo fimbriam. Habuit. n. dominus fimbriã iuxta legis præceptum. Pharisæi etiã fimbrias habebant quas magnificabant, in quibus etiam spinas appendebant: sed fimbriæ domini non habeant uulnerare, sed potius sanare. Et ideo sequit: Dicebat enim intra se, quia si tetigero tantum uestimentũ eius, salua ero. In quo fides eius admiranda est: quia desperans de salute medicorũ in quos suas erogauerat, ut Marcus dicit. intellexit cœlestẽ adesse medicũ, & in eo totã sui intentionẽ collocauit, & ideo saluari ꝓmeruit. uñ sequit. At Iesus conuersus & uidẽs eã, dixit. Cõfide filia, fides tua te saluã fecit. Raba. Quid est ꝙ eam cõfidere iussit, q̃ si fidẽ nõ haberet, salutẽ ab eo nõ quæreret? sed robur et ꝑseuerantiam fidei ab ea expostulauit, ut ad certã & uerã perueniat salutẽ. Chrys. in home. Vel quia formidolosa erat hęc mulier, propter hoc ait. Confide. Et filiam eam uocat, quia fides eam filiam fecerat. Hierony. Non autem dixit. Quia fides tua te saluam factura est, sed saluam fecit. in eo enim quòd credidisti, iam salua facta es. Chrysosto. in home. Nondum tamẽ perfectam de Christo opinionem habeat, quia nequaquã æstimasset eum latere; sed Christus nõ dimisit eam latere, non quasi gloriam concupiscẽs, sed multorum causa. Primo enim soluit timorem mulieris, ne à conscientia pungatur, quasi donum furatura. Secundo eam emendat de hoc, quòd ęstimauit se latere. Tertio omnibus fidem eius ostendit, ut eam æmulentur. Quarto dedit in hoc signum, quòd monstrauit se nosse omnia, nõ minus eo quòd fontem sanguinis siccauit, de quo sequitur. Et sal. fa. est mulier ex illa hora. Glo. Intelligendum est ex illa hora, ex qua tetigit fimbriam, non ex illa hora ex qua Iesus conuersus est ad eam. iam enim salua facta erat, ut alij Euangelistæ manifestè ostendunt, & ex uerbis domini perpendi potest. Hilar. In quo magna uirtutis dominicæ admiratio est. cum potestas intra corpus manens, rebus caducis efficaciam adderet sanitatis, & usque in uestium fimbrias operatio diuina procederet. non. n. comprehensibilis erat Deus, ut corpore clauderetur. Assumptio nanque corporis non naturam uirtutis inclusit, sed ad redemptionem nostram fragilitatem corporis uirtus assumpsit. Mysticè autem princeps hic, lex esse intelligitur, quę dominum orat, ut plebi quã ipsa Christo, eius aduentus expectatione prædicata nutrierat, uitam mortuæ reddat. Rabanus. Vel archisynagogus signat Moysen, & dicitur Iairus, id est illuminans siue illuminatus, quia accepit uerba uitæ dare nobis

Exemplum Christi ꝓponitur.

Secreta reuelantur.

Dominus habuit fimbrias.

bis: & p hoc cunctos illuminat ipse à Spiritu sancto illuminatus. Filia igitur archisynagogi, idest ipsa synagoga velut duodecimo ætatis anno, idest tépore pubertatis: postquam spiritalẽ sobolem Deo generare debebat, errorum languore consternata est. Ad hanc ergo Principis filiam dũ properat Dei verbum, vt saluos faceret filios Israel, sancta ecclesia ex Gentibus cõgregata, quæ interiorum lapsu criminum deperibat, paratã alijs fide percepit sanitatem. Notandum autem ꝙ dum archisynagogi filia sit duodennis, & mulier hæc ab annis 12. sanguine fluxit; eo tempore quo hęc nata est, illa cœpit infirmari: una .n. penè seculi ætate, & synagoga ex patriarchis cœpit nasci, & Gentilis exterarũ natio idololatriæ sanie fædari. Nã fluxus sanguinis bifariam potest intelligi: hoc est super idololatriæ pollutione, & super his quæ carnis & sanguinis delectatione geruntur: et sic quãdiu synagoga uiguit, laborauit ecclesia: sed illorum delicto, salus gentibus facta est. Accedit autem & tãgit dominum ecclesia, cũ ei per fidẽ appropinquat. Glo. Credidit, dixit, tetigit; quia his tribus, fide, uerbo, & opere omnis salus acquiritur. Raba. Accedit autem retro siue iuxta, hoc est quod ipse ait; Si quis mihi ministrat, me sequatur; siue quia præsentem dominum in carne non uidens, peractis iam sacramentis incarnationis illius ad agnationis eius gratiã peruenit, unde & fimbriam uestimenti tangit: quia cum Christum in carne Gentilis populus non uidisset, uerba incarnationis recipit. Vestimentũ enim Christi dicit mysteriũ incarnationis eius, quo diuinitas induta est, fimbriæ uestimenti, uerba de incarnatione eius dependentia. Non autem uestem, sed fimbriã tangit; quia non uidit in carne dominũ, sed suscepit p Apostolos incarnationis uerbũ Beatus qui uel extremam partem uerbi fide tangit. Non autẽ in urbe, sed in itinere pergente domino sanatur. Vnde Apostoli: quia indignos uos iudicatis uita æterna, ecce conuertimur ad Gentes. Gentilitas autem ex hora Dominici aduentus cœpit habere salutem.

Et cum uenisset Iesus in domũ Principis, & uidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat illis. Recedite: non enim est mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum, Et cum eiecta esset turba, intrauit & tenuit manum eius, & dixit: Puella surge. Et surrexit puella. Et exiit fama hæc in uniuersam terram illam.

Glo. Post mulieris hęmorrhoissæ curationẽ, sequit̃ de mortuæ suscitatione, cũ dicit̃; Et cũ uenisset Iesus in domũ principis &c. Chry. in ho. Cõsiderandũ est ãt, ꝙ propter hoc tardius uadit, & plura loquit̃ mulieri curatæ, ut pmittat mori puellã, & sic manifesta fiat resurrectionis demõstratio, & similiter de Lazaro usq; ad tertiũ diẽ mãsit. Sequit̃: Et cũ uidisset, tibicines, & turbã tumultuantẽ, qđ est mortis demõstratio. Ambro. sup Lucã. More .n. ueteri, tibicines ad excitandos luctus in mortuis solebãt adhiberi. Chry Sed Christus tibias uniuersas proiecit parentes autem puellæ introduxit, ne posset dici, ꝙ aliter curauit. sed & ante resuscitationẽ puellę, sermone spem erigit: Vnde sequitur: Dicebat, recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Raban. q. d. Vobis mortua est, Deo autẽ qui suscitare poest dormit, tam in anima, quàm in corpore. Chry. Per hoc autem & tumultum mentis remouet eorum, qui aderant, & ostendit quoniam facilè est ei mortuos suscitare. quod utique in Lazaro fecit, dicens: Lazarus amicus noster dormit. Et simul docuit: non formidare mortem: quia .n. ipse erat moriturus, & in aliorum corporibus instruxit discipulos confidere, & utiliter ferre mortem. Et enim eo accedente iam mors somnus erat. Hoc autem domino dicente deridebatur. Vñ sequitur: Et deridebant eum. Chry. in ho Non autẽ increpauit derisionem, ut & ipsa derisio, & tibię, & alia uniuersa, demõstratio fiãt mortis. quia .n. multotiens postquã facta sunt miracula non credũt hoĩes, antea eos con uincit proprijs responsionibus: ꝙ & in Lazaro fecit, cũ dixit: Vbi posuistis eũ? ut q. dixerunt, ueni & uide, & quoniam fætet, quadriduanus .n. ẽ, nõ amplius possit non credere, quoniam mortuum suscitauit. Hier. Non autem erant digni ut uiderent mysterium resurgentis qui resuscitãtem indignis contumelijs irridebat. & ideo sequitur; Et cum eiecta esset turba, intrauit

trauit & tenuit manuū eius, & surrexit puella. Chry. Non quidem aliam superinducens animam eam suscitauit, sed eam quæ exierat reinducens, & velut ex somno erigés, ut antea viam faciat per visum fidei resurrectionis: & nō solum puellam resuscitat, sed & cibū ei iubet dari, ut alij Euangelistæ dicunt, ut non videatur fantasma esse quod factum est. Sequitur: Et exijt fama hæc in vni. ter. illam. Glo. Qđ ad magnitudiné & nouitatem miraculi pertinet, & ad manifestam veritatem ipsius ne confictum putetur. Hil. Mysticè aūt dñs domum principis. s. synagogā ingreditur, cui in canticis legis hymnus luctuū personabat. Hiero. Vsq;. n. hodie iacet in domo principis mortua, & qui vñr magistri, tibicines sunt, carmen lugubre canentes. Turba quoq; Iudæorum nō est turba credentiū, sed tumultuantium, sed cū intrauerit plenitudo gentiū, tunc oīs Israel salus fiet. Hil. Vt autem rarus ex lege credentium electionis numerus posset intelligi, turba oīs expulsa est, quá vtiq; saluari dñs optasset, sed irridendo dicta gestaq; eius resurrectionis non fuit digna consortio. Hiero. Tenuit autem manum eius, & surrexit puella: quia nisi prius mūdatæ fuerint manus Iudæorum, quæ sanguine plenæ sunt, synagoga eorum mortua non consurget. Hila. Exeunte autem fama in vniuersam terram illā, electionis salus donum Christi atq; opera prædicatur. Raba. Moraliter autem puella in domo mortua, est anima mortua in cogitatione. Dicit autem ꝙ puella dormit, quia qui peccant in præsenti, adhuc per pœnitentiā resuscitari possunt. Tibicines sunt adulatores, qui fouent mortuam Grego. 17. Mora. Foras autem turba eijcitur, vt puella suscitetur. quia nisi prius a secretioribus cordis expellatur seculariū multitudo curarum, anima quę intrinsecus iacet mortua, non resurgit. Raba. In domo aūt puella paucis arbitrijs surgit iuuenis extra portā, & Lazarus corā multis: quia publica noxa publico eget remedio, leuis leuiori, & secreta potest deleri pęnitētia.

Allegoria pulcherrima.

Notula pęnitentialis.

Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci clamantes, et dicentes. Miserere nostri fili Dauid. Cum autem venisset domū, accesserunt ad eum cæci. Et dixit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei; Vtique domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens. Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum, & comminatus est illis. Iesus dicens. Videte nequis sciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.

Hierony. Priori signo de principis filia & morbosa muliere, consequenter signū de duobus cœcis adiungitur: vt quod ibi mors & debilitas, hic cæcitas demonstraret, & ideo dr: Et transeunte inde Iesu. s. a domo principis, & secuti sunt eum duo cęci clamantes & dicentes: Miserere nostri fili Dauid. Chry. Non āt parua hic Iudæorum accusatio est, cum hi quidé oculis carentes, ex auditu solo fidem suscipiant. Non autem illi habentes visum attestantur miraculis quæ fiebant. Vide aūt & eorum desiderium: neq;. n. simpliciter accesserūt, sed cū clamore, & nihil aliud quàm misericordiam postulātes. Filium āt Dauid vocabāt, quia nomen honoris esse videbatur. Remig. Rectè ergo filium Dauid uocant quia uirgo Maria de stirpe Dauid originem duxit. Hiero. Audiāt Marchion & Manichæus, & cæteri hæretici, qui uetus laniant testamentum, & discāt Saluatorē appellari filium Dauid. si. n. non est natus in carne, quō uocatur filius Dauid? Chry. Cōsiderannum autem & multotiens dominus uoluit rogatus sanare, ut non aliquis ęstimet eum propter captandam honoris magnificentia ad miracula insilire. Hierony. Et tamen rogantes non curantur in itinre, non transitoriè ut putabant, sed postquā uenit in domum suam, accedunt eum ut introeant. & primum eorū discutitur fides, ut sic ueræ fidei lumen accipiant. unde sequitur. Cum autem ue. do. acce. ad eum cœci, & dixit eis Iesus. Creditis quia hoc pos. fa. uo Chry. Rursum autem hic erudit nos, gloriam multitudinis expellere. quia enim propè erat domus, ducit eos illuc singulariter curaturus. Remig. Qui autem cœcis reddere poterat, uisum, non ignorabat si crederent. sed ideo interrogauit, ut fides eorum quæ gestabatur corde, dū cōfiterentur ore, digna fieret ampliori mercede, secundum illud Apostoli. Ore con-

fessio sit ad salutem. Chry Et nō propter hoc solū, sed vt ostenderet; qm̄ digni erāt curatione, & vt non aliquis dicat, quoniā si misericordia solum saluabat, oēs salua ri oportebat. Ideo etiam fidē ab eis expetit, vt ex hoc ad excelsius eos reducat; q̄a enim dixerant eum filium Dauid, erudit ꝙ oportet de eo maiora sentire, vnde nō dixit: Creditis qm̄ non possum rogare patrem: sed creditis qm̄ possum hoc facere? de quorum responsione sequitur. Dicunt ei, vtiq; domine. Non vltra filium Dauid eum vocant, sed altius eleuantur, & dominationem confitentur. Et tunc iam ipse imponit eis manū. vnde sequitur: Tūc teti. ocu. eo. di. Secundum fidem vestram fiat vobis. Dicit āt hoc, fidem eorum affirmans, & contestans, qm̄ non adulationis erāt verba quæ dixerant. Postea curationem subiungit, dicens, Et aper. sunt ocu. eo. Deinde post sanationem iubet nulli dicere, & non simpliciter iubet, sed cū multa vehementia. vnde sequitur. Et comminatus est eis Iesus dicens: videte ne quis sciat. Illi āt exeuntes, diffammauerunt eū in tota terra. Hiero. Dominus quidē pp humilitatē fugiens iactātiæ gloriam hoc præceperat, & illi pp memoriam grātiæ non possunt tacere beneficium. Chrys. Quod āt alteri dicit: Vade, & annuncia gloriam Dei, nō est cōtrarium: erudit. n. nos, prohibere eos qui uolunt nos pp nos laudare. Si autem ad domini gloriam refertur, nō debemus prohibere, sed magis iniungere ut hoc fiat. Hila. Vel silentium cęcis dominus imperat, quia Apostolorū proprium erat prædicare. Gregor. 19. Mora. Quærendum autem nobis est, quid sit hoc quòd ipse omnipotens, cui hoc est uelle quod posse, & taceri uirtutes suas voluit, & tamē ab eis qui illuminati sunt quasi inuitus iudicatur: nisi quod seruis suis sequentibus exemplum dedit, ut ipsi quidē uirtutes suas occultari desiderent, & tamen ut alijs eorum exemplo proficiant, prodantur inuiti. Occultentur ergo studio, necessitate publicentur: & eorum occultatio sit custodia propria, eorum publicatio sit utilitas aliena. Remi. Allegoricè autem per hos duos cæcos duo populi designantur, idest Iudaicus, & Gentilis, uel duo populi Iudaicæ gentis. nam tempore Roboam, regnum eius diuisum est in duas partes. De utroq; autem populo in se credente Christus illuminauit in domo, per quam intelligitur ecclesia, quia absque unitate ecclesię nullus saluari potest. Illi autē qui ex Iudæis crediderunt aduentum domini, per uniuersum orbem diffamauerunt. Raban. Domus autē principis synagoga est subdita Moysi: domus Iesu cœlestis est Hierusalē. Dn̄o ergo per hoc seculū transeunte, & in domum suam reuertente, duo cę ci secuti sunt eum: quia prædicato Euangelio per Apostolos, multi ex Iudæis & Gētib. cęperunt eum sequi Sed post quam in cœlum conscenderat intrauit in domū, idest in ecclesiā, & ibi illuminati sunt.

Fides quare ex petitur.

Exemplū humilitatis in Christo.

Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. Et eiecto dæmonio, locutus est mutus: & miratæ sunt turbæ dicentes: Nunquam apparuit sic in Israel. Pharisæi autem dicebant In principe dæmoniorum eijcit dæmones;

Remig. Pulchrè illuminatis cœcis muto loquelam reddidit, & obsessum à dæmone curauit, in quo facto ostendit se dominum uirtutū, & cęlestis medicinæ authorē. nam per Esaiam dictum est: Tunc aperiretur oculi cœcorum, & aures surdorū patebunt, & aperta erit lingua mutorum, vnde dicitur: Egressis aūt illis, ecce ob. &c. Hierony. Quod autem dicitur gręcè cophos, magis tritū est sermoni cōi ut surdus quàm mutus intelligatur: sed moris est scripturarum cophon indifferēter uel surdum uel mutū dicere. Chrys. Nō autem naturæ erat hæc passio, sed ex dæmonis insidijs; ideoque & alijs indiguit qui eū adducerent: neque. n. per seipsum rogare poterat, sine uoce existēs: neque alijs supplicare, dæmone animā cum lingua colligante. propter hoc, neq; expedit fidē ab eo, sed confestim ęgritudinem sanat. unde sequitur; Et eie. dæmo. locu. est mu. Hil. In quo rerum ordo seruatus est: nā dæmō prius eijcitur, & tūc reliqua corporis officia succedunt. Sequitur: Et mi. sunt tur. di. Nunquam ap. sic in Israel. Chry. Præponebant quidem cæteris eū, nō quia curabat solū, sed quoniā facilè & uelo-

Pharisæorum liuor vnde ortus sit.

velociter, & infinitas ægritudines & insanabiles sanabat. Hoc aūt maximè pharisæos contristabat, quoniam omnibus eū præponebāt, non solum his qui tunc erāt, sed & his qui vnquam genti fuerant in Israel: vnde pharisęi concitati econuerso detrahebant. pp quod sequitur. Pharisæi autē dice. In prin. dæmo. eijcit dæmo. Remig. Scribæ nāq; & Pharisæi facta domini negabant, quæ poterant & quę non poterant negare, in sinistram partē interpretabātur, secundum illud Psalmom. In multitudine uirtutis quę mentientur tibi inimici tui. Chry. Eorum autē dicto quid est dementius? Non. n. confingi potest dæmone proijcere alterum dæmonem: suis enim applaudere consueuit, non quę dissoluere sua Christus autē non solum dæmones eijciebat, sed & leprosos mundabat, & mortuos suscitabat, & peccata soluebat, & regnum Dei prædicabat, & ad patrem homines adducebat quæ dæmon neq; posset facere, neque vellet. Rab. Mystice āt sicut in duobus cœcis signatus est vterq; populus Iudæorum & Gentiū, ita in homine muto & dæmoniaco generaliter signatū est oē genus humanum. Hila. Vel in muto & surdo & dęmoniaco, Gentiū plebs indigna totius salutis infertur. omnibus. n. vndiq; malis circumsessa, totius corporis uitijs implicabatur. Remig. Gentilis. n. mutus erat: quia confessione uerę fidei, & in laude sui creatoris os aperire nō poterat, siue quia mutis idolis cultum impendebat similis illis factus. Dæmoniacus erat, quia per mortem infidelitatis diaboli imperijs subditus erat. Hil. Dei 5t cognitione superstitionum omnium nęsania effugata, & uisus & auditus & sermo salutis inuehitur. Hiero Sicut. n. cœci lumen recipiunt, sic & muti ad loquendum lingua laxatur, ut confiteatur eum, quem antea denegabat. In turba autem admirante confessio nationem est. Pharisæi autem per suā calumniam usque hodie Iudæorum infidelitatem demonstrant. Hil. Admirationem autem turbæ talis cōfessio subsecuta est. Nunquam apparuit sic in Israel. quia is, cui per legem nihil operis afferri potuit, uerbi uirtute saluatur. Remi. Illi uero qui mutum sanandum

Allegoria.

dōmino obtulerunt, intelliguntur Apostoli, & pdicatores, qui aspectibus diuinæ pietatis Gentilem populum saluandū obtulerunt. August. de con. euang. Quod autem hic dicitur de duobus cœcis & dæmonio muto, solus Matthæus posuit. Illi duo cœci de quibus alij narrant, nō sunt isti, sed tamen simile factum est. ita ut si ipsæ Matthęus non etiam illius facti meminisse, posset putari hoc quod nunc narrat, dictum fuisse etiam ab alijs duobus. Quod commendare memorię diligenter debemus, esse quędam facta similia, quod probatur non esse idem, cum ipse Euangelista utrunque commemorat. ut si qñ talia singula apud singulos inuenremus, atq; in eis contrarium quod solui nō possit occurrat nobis, non esse factum idem, sed aliud simile uel similiter factum.

Concordantia euangeliorum.

Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella docens in synagogis eorum, et prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem & omnem infirmitatem. Videns autem turbas, misertus est eis, quia erant vexati & iacentes, sicut oues non habentes pastorem. Tunc dixit discipulis suis. Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

Chrysostomus. Noluit dominus ipso facto redarguere accusationē pharisæorum dicentiū. In principe dęmoniorū eijcit dæmonia. dæmon enim conuitiū passus non benefacit, sed nocet eis qui eum inhonorant. Dominus autem contrarium facit, qui post cōuitia & contumelias nō solum non punijt, sed nec etiam increpauit quinimò beneficia pręstitit. unde sequitur. Et cir. Ie. om. ciui. & ca. In quo erudit nos accusatoribus nostris retribuere non accusationes, sed beneficia. Qui. n. post accusationē desistit à beneficio, mōstrat quoniam propter hominum laudem benefacit. Si uero propter Deum benefacis conseruis, quicquid illi fecerint, non desistis benefaciens, ut maior sit merces. Hierony. Vides autē quòd æqualiter & uicis & urbib. & castellis, idest & magnis & paruis euangelium pręedicauerit, ut nō consideraret nobilium potentiam, sed salutem credentium. Sequitur. Do. in syna eorum. hoc scilicet habens operis quod

mādauerat pater, & hanc esuriem ut per doctrinam saluos faceret infideles. Docebat aũt in syna. Euang. reg. vnde sequitur: Et prædi. euang. reg. Remi. Intelligendũ est Dei. Quamuis.n. annuncientur bona temporalia, tñ non dicitur euangeliũ. Hinc est q̃ lex non nominatur Euangeliũ quia suis obseruatorib. non promittebat bona cœlestia, sed terrena. Post prædicationem āt doctrinam curabat oēm lāguorem, & oēm infirmitatem: vt quib. sermo non suaserat, opera persuaderent. vnde sequitur: Curans oēm languorem, & omnem infirmitatem, quod de ipso propriè dicit: nihil quippe ei impossibile est. Glo. Languorem, vocat diuturnam infirmitatem: infirmitatem āt, leues morbos. Remi. Sciendum est āt, quia illos quos corpore sanabat forinsecus, mente sanabat intrinsecus. Alij vero hoc facere non possunt sua potestate, sed per Dei gratiam. Chry. Non āt in hoc stat Christi bonitas, sed & aliā prouidentiam circa eos ostendit, uiscera misericordiæ circa eos expandens. vnde sequitur: Videns āt turbas, misertus est eis. Remig. Per quod officiũ boni pastoris magis q̃ mercenarij in se Christus ostendit. Quare āt misertus si subiungit: Quia erant uexa & iacen. si. oues nõ ha. pa. Vexati, quidem a dæmonibus, siue quia a diuersis infirmitatibus & languoribus erant attriti. Raba. Vel vexati per diuersos errores, & iacentes idest torpentes & non valentes surgere. & cum haberent Pastores, erant quasi non haberent pastorem. Chry. Hęc Principum Iudęorũ erat accusatio; quoniam pastores existētes, ea quæ luporum erant ostendebant: non solũ.n. non emendabant multitudinem, sed & nocebant eorũ profectui. illis.n. admirātibus & dicētibus, Nunquam apparuit ita in Israel, econtrario dicebāt: Quoniā in principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Remig. Postquam āt Dei filius de cœlo, prospexit in terra, vt audiret gemitus cõpeditorum, mox multa messis cępit augeri. turbæ nanq; humani generis fidei non appropinquassent; nisi quia auctor humanæ salutis de cœlis prospexit in terram. & ideo sequitur: Tunc dixit discipulis suis: Messis quidē multa, operarij autē pauci.

Christi duplex sanatio.

Glo. Messis ergo dicuntur homines qui possunt meti a prædicatoribus, & de collectione perditorum separari: ut grana excussa a paleis, postea in horreis reponantur. Hie. Messis multa, populorum signat multitudinem; operarij pauci, penuriam magistrorum. Remig. Paruus enim erat numerus Apostolorum ad comparationem tantarum segetum. Hortatur autē dominus suos prædicatores, id est Apostolos, & eorum sequaces, ut quotidie sui numeri augumentationem exposcāt. vnde subdit, Rogate ergo do. mes. ut mittat operarios in mes. suam. Chry. Latenter se ipsum dominũ ostendit. Ipse.n. est q̃ messis est dominus. Si enim metere misit, quę Apostoli non seminauerunt, manifestum est, quoniam non aliena mettere misit, sed ea quæ ipse per Prophetas seminauit. Sed cum duodecim Apostoli sint operarij, dixit. Deprecamini dominum messis ut mittat operarios in messem suam, & tamē nullum eis adiecit, quia scilicet eos iam duodecim existentes multiplicauit non numero adijciens, sed uirtutem largiens. Remig. Vel tunc augmentatus est quando designauit & alios 72. & quando sunt facti multi prædicatores Spiritu sancto descendente super credentes Chryso. Ostendit autem quàm magnum donum sit hoc, scilicet ut aliquis habeat uirtutē decenter prædicandi, per hoc quòd dicit hoc esse orandum. Commemorat autem in hoc loco uerborum Ioannis de area & uentilabro, & palea, & frumento. Hila. Mysticè autem salute gentibus data, ciuitates omnes & castella omnia uirtute, & ingressu Christi illuminantur, & omnem infirmitatem ueterem languoris euadũt. Immundi autem spiritus dominante violentia, vexatam, & sub legis onere ægrotam plebem dominus miseratur, quia nullus adhuc eis pastor erat custodiam sancti Spiritus redditurus. Erat autē doni istius copiosissimus fructus, cuius copia hauriētium multitudinem vincit. nam quātum libet assumatur a cunctis ad largiendum, tamē semper exuberat, & quia plures esse utile est, per quos ministretur, rogari dñm messis iubet, ut ad capessendum qd̃ præparabatur donũ Spiritus sancti, messo-

rum

rum copiam Deus præstet: per orationem enim hoc munus à Deo nobis effunditur.

CAPVT DECIMVM.

ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum vt eijcerent eos: & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andræas frater eius, Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Philippus & Bartholomæus, Thomas & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi & Thadæus, Simon Chananeus, & Iudas Iscarioth, qui tradidit eum.

Glo. A curatione socrus Petri vsq; huc continuationé habuerunt relata miracula. Et fuerunt ante sermoné in móte habitũ facta, qđ ex electione Matthæi, q̃ inter ipsa refertur indubitanter habemus. Fuit enim vnus de duodecim electos in monte ad apostolatum. hic aũt redit ad ordinem rei sicut gesta est, post curatũ Centurionis seruũ, dicens: Et conuo. duode. disc. Rem. Narrauerat enim superius Euangelista, quia cohortatus est dñs discipulos rogare dñm messis, vt mitteret operarios in messem suã: & quod hortatus est, hoc nunc implere vř. Duodenarius .n. numerus pfectus est. Nascitur .n. à senario qui pfectioné hẽt: eo ꝙ ex suis partibus q̃ sunt unum, duo, & tria, in seipsum formatur. Senari⁹ autem numerus duplicatus, duodenariũ gignit. Glo. Quæ quidem duplicatio ad duo præceptá charitatis, vel ad duo testamenta pertinere vř. Raba. Duodenarius ẽt numerus qui conficitur ex ternario & quaternario designat eos per quatuor mũdi climata fidé S. Trinitatis pdicaturos. Iste etiam numerus per multas figuras in veteri testaméto ꝑsignatus est. Per 12. filios Iacob: per 12. principes filiorũ Israel: per 12. fontes viuentes in Helim: per 12. lapides in rationali Aaron: per 12. panes ꝓpositionis: per 12. exploratores à Moyse missos: per 12. lapides, vnde factum est altare: p 12. lapides sublatos de Iordane: per 12. boues qui sustinebant mare æneũ. In nouo ẽt testaméto: per 12. stellas in corona spõsæ: per 12. fundamenta Hierusalé, q̃ vidit Ioãnes. & per 12. portas. Chry. Non solum autem eos confidere fecit eorum ministerium vocando missionem in messem, sed & faciendo eos potentes ad ministerium. vnde sequitur. Dedit illis potesta. spiri. immun. ut eiicerent eos, & cura. omnem languo. & omnem infirmi. Remi. In quo apertè demonstratur, quia uexatio turbarum non fuit tantum vna aut simplex sed varia; & hoc est misereri turbis, dare discipulis potestatem curãdi & sanandi eas. Hieron. Benignus enim & clemens dominus ac magister nõ inuidet seruis atq; discipulis virtutes suas. & sicut ipse curauerat omnem languorem & infirmitatem, Apostolis quoq; suis tribuit potestaté, vt curent omné lãguoré & omné infirmitatem. Sed multa differentia est inter habere & tribuere, donare & accipere. Iste quodcunque agit potestate domini agit. illi si quid faciunt, imbecillitatem suam, & virtutem domini confitẽtur, dicentes. In nomine Iesu surge & ambula. Catalogus autem Apostolorum ponitur, ut extra hos, qui pseudo apostoli sunt, excludantur. vnde sequitur. Duodecim autem Apostolorũ nomina sunt hec. Primus, Simõ qui vocatur Petrus, & Andræas frater eius. Ordinem quidẽ Apostolorum & meritum vniuscuiusq;, illius fuit distribuere qui cordis arcana rimatur. Primus scribitur Simon cognomine Petrus, ad distinctionem alterius Simonis, qui appellatur Chananæus de vico Galilææ Chana, vbi dominus aquam conuertit in uinum. Raban. Idem est autem græcè siue latinè Petrus, quod Syriacã cephas, & in vtraque lingua nomen à petra deriuatum est, nec dubiũ quin illa de qua Paulus ait. Petra autem erat Christus. Remi. Fuerunt autem nonnulli qui in hoc nomine, græco scilicet, atq; latino, quod est Petrus, q̃rentes Hebraicæ linguę interpretationem, dixerunt, quòd interpretatur discalcians siue dissoluens, vel agnoscens. Sed illi qui hoc dicunt, duabus tenentur contrarietatibus. Prima est ex proprietate Hebraicæ linguæ, in qua p, non exprimitur, sed loco eius f, ponitur.

Interp- tationes nominũ aposto- lorum.

Vnde Pilatũ dicũt Pilatũ. Secũda ex interpretatione Euãgelistæ, qui narrat dñm dixisse: Tu vocaberis Cephas: & ipse de suo addit, quod interpretatẽ Petrus. Simõ aũt interpretatur obediẽs. Obediuit.n. verbis Andreæ, & cũ eo venit ad Christum: siue quia obediuit pceptis diuinis, & quia ad vnius iussionis vocẽ secutus est dominũ. Siue vt quibusdã placet interpretatẽ deponens mœrorem, & audiens tristitiam. Domino enim surgente deposuit mœrorẽ dominicæ passionis & tristitiam audiuit, dicente ei domino: Alius te cinget, et ducet quo tu non vis. Sequitur: Et Andręas frater eius. Chry. Non parua autem & hæc laus est. Petrum enim denominauit à virtute, Andræam verò à nobilitate, quæ est secundũ morem: in hoc ꝙ eum fratrẽ Petri dixit. Marcus autẽ post duos vertices, scilicet Petrum Ioannem, Andræam numerat: hic aũt non ita. Marcus.n. secundũ dignitatem eos ordinauit. Remi. Andræas autem interpretatur virilis. Sicut.n. apud latinos à viro deriuatur virliis: ita apud Græcos ab ἀνὴρ deriuatur Andræas. Bene autem virilis dicitur, quia relictis omnibus secutus est Christũ, & viriliter in mãdatis eius perseuerauit. Hiero. Euangelista autem paria iuga Apostolorũ quæque consociat. Iungit.n. Petrũ & Andręã fratres non tam carne quàm spiritu: Iacobũ & Ioãnem, qui patrem corporis relinquẽtes, verum patrem secuti sunt. vnde seq̃tur. Iacobus Zebedęi & Ioãnes frater ei⁹. Iacobum quoque appellat Zebedæi, quia & alius sequitur Iacobus Alphæi. Chry. Vide autem, quia non secundũ dignitatẽ ordinat. Mihi enim videtur Ioannes non alijs solum, sed etiam fratre maior esse. Remi. Interpretatur autem Iacobus supplantans siue supplantator, quia non solũ vitia carnis supplantauit, sed etiã eandẽ carnem Herode trucidante contempsit. Ioannes interpretatur Dei gratia, quia præ omnibus diligi à domino meruit, vnde ob præcipui amoris gratiam, supra pectus domini in cœna recubuit. Sequitur, Philippus & Bartholomæus. Philippus interpretatur os lampadis siue lampadarũ, quia lumẽ quo illuminatus est à domino, mox inuento fratri per officium oris studuit propinare. Bartholomæus Syrum nomẽ est nõ Hebræũ, & interpræta filius suspẽdentis aquas, idest Christi qui corda suorũ pdicatorum de terrenis ad cœlestia subleuat & suspendit, vt quo magis cœlestia penetrãt, eo corda suorũ auditorum gutta sanctæ pdicationis magis inebrient & infundãt. Sequiẽ. Thomas & Matthęus publicanus. Hiero. Cęteri Euangelistæ in coniunctione nominũ primũ ponũt Matthęũ, postea Thomã. Nec publicani nomẽ ascribũt, ne antiq̃ conuersationis recordãtes, sugillare Euãgelistã viderẽtur. Iste vero & post Thomã se ponit; & publicanũ appellat, vt vbique abundauit peccatum, superabundet & gratia. Remi. Thomas autẽ interpretatur abyssus siue geminus, qui Græcè dicitur dydimus. Bene autem dydimus & abyssus interpretatur, quia quo diutius dubitauit, eo profundius effectũ dominicæ passionis credidit, & mysterium diuinitatis agnouit. vnde dixit; Dominus meus & Deus meus. Matthæus autem interpretatur donatus, quia Dei munere de publicano Euangelista factus est. Sequitur; Et Iacobous Alphæi & Thadęus. Rabanus. Iste Iacobus est, quin in Euangelijs frater domini nominatur, & etiam in Epistola ad Galat. quia Maria vxor Alphæi, soror fuit Mariæ matris domini, quam Ioannes Euangelista Mariam Cleophæ nominauit, fortasse quia idem Cleophas & Alphæus est dictus. Vel ipsa Maria defuncto Alphæo post Iacobum natum, nupsit Cleophæ. Remi. Et bene dicitur filius Alphæi, idest iusti siue docti: quia nõ solum uitia carnis supplantauit, sed etiam curam carnis contempsit, nã cũius meriti fuerit, testes sunt Apostoli, qui eum episcopũ Hierosolymitanę ecclesiæ ordinauerunt: vnde & ecclesiastica historia inter cætera de eo dicit: Quia carnem nunquam comedit, & vinum & sicerã nõ bibit, balneis & lineis vestibus nõ est vsus die noctuq; flexis genibus orabat. Adeo etiã magni meriti fuit, vt ab omnibus iustus vocaretur; Thadæus autem ipse est, quem Lucas Iudam Iacobi, idest fratrem Iacobi appellat: cuius Epistola in ecclesia legitur, in qua se fratrẽ Iacobi nominat. Aug. de con. Euange. Nonnullis autem

codi-

codices habent Lebbæum: quis autem vnquam prohibuit duobus vel tribus nominibus vnũ hominem vocari? Remi. Iudas autem interpretatur confessus, eo ꝙ filium Dei confessus sit. Raba. Thadæus autem siue Lebbeus interpretatur corculus, id est cordis cultor. Sequitur: Simon Chananæus & Iudas Iscarioth qui tradidit eũ. Hie. Simon Chananæus ipse est, q ab alio Euangelista scribitur zelotes: chana quippe zelus interpretatur. Iudas aũt Iscarioth, vel à uico in quos ortus est, vel ex tribu Isachar vocabulum sumpsit, ut quodã vaticinio in condẽnationem sui natus sit. Isachar enim interpretatus est merces, vt significetur preciũ proditoris. Remi. Interpretatur aũt Scarioth memoria domini, quia secutus est dominũ: siue memoria le mortis, quandiu meditatus est in corde suo vt dominũ traderet in mortẽ, seu suffocatio, q a seipsum strãgulauit. Et sciendũ ꝙ duo discipuli hoc nomine sunt vocati, per quos oẽs Christiani designant: per Iudam Iacobi, illi qui in cõfessione fidei perseuerant: per Iudam Scariotẽ, illi qui relicta fide retro conuertuntur. Glo. Duo & duo nominatim exprimuntur, vt iugalis societas approbetur. Aug. 18. de ciui. Dei. Elegit ergo hos in discipulos, quos & Apostolos nominauit humiliter natos, inhonoratos, illuminatos: ut quicquid magnũ essent & facerent, ipse in eis esset & faceret. Habuit inter eos vnũ, quo malo vtẽs bene, vt suæ passionis impleret dispositũ, & ecclesię suę tolerãdorũ malorũ pberet exẽplũ. Rab. Qui ẽt nõ p imprudẽtiã inter Apostolos eligitur: magna est. n. veritas, quã nec aduersarius minister infirmat. Voluit etiã à discipulo prodi, vt tu à socio proditus modestè feras tuum errasse iudicium, perisse beneficium.

Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis, & dicens: In viam Gentiũ ne abieritis, et in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Euntes autẽ prædicate, dicentes, quia appropinquabit regnũ cœlorũ. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite, gratis accepistis, gratis date.

Glo. Quia manifestatio spiritus ut Apostolis dicit, ad vtilitatẽ ecclesiæ datũ: post datã Apostlis potestatẽ, mittit eos ut potestatẽ ad aliorũ vtilitatẽ exequãt. vnde dicitur: Hos 12. misit Iesus Chry. Attendite aũt oportunitatẽ missionis: Postquã. n. viderẽt mortuũ suscitantẽ, mare increpantẽ, & cætera huiusmodi, & sufficiẽter virtutis eius demõstrationẽ suscceperant p verba & per opera: tũc eos mittit. Gl. Mittẽs aũt. docet eos quo eant, q d pdicent, & quid facient. Primo quidem quo eant. vnde dicitur. Pręcipiens eis & dicens. In viã gẽtiũ ne abie. & in ciui. Sa. ne inter. sed potius ite ad oues quæ perie. do. Israel. Hiero. Nõ est aũt contrarius locus iste ei præcepto quo postea dicitur: Euntes docere omnes gentes, quia hoc ante resurrectionem, illud post resurrẽctionẽ præceptum est. Et oportebat prius aduẽtũ Christi nũciare Iudæis: ne iustam haberent excusationẽ, dicentes: ideo à se dominũ reiecisse, quia ad gentes & Samaritanos Apostolos miserit. Chry. Ideo ẽt primo ad Iudæos mittit, vt quasi in quadã palestra in Iudæa exercitati, ad agones orbis terrarũ trarent, & velut quosdam pullos debiles ad volandum eos inducens. Greg. in ho. Vel quia prius soli Iudææ voluit & postmodũ Gentibus prædicari, quatenus redẽptoris nostri prædicatio à propriis repulsa, gentiles populos quasi extraneos quæreret. Erant ẽt tunc quidam qui de Iudæa vocandi essent, & de Gẽtibus vocãdi nõ essent: qui nec ad vitã reparari mererentur, nec tamen grauius de cõtẽpta prædicatione iudicari. Hila. Legis ẽt lectio obtinere priuilegiũ Euangelij debebat. hoc minus. Israel sceleris sui excusationẽ habiturus, quod plus sedulitatis in admonitione sensisset. Chry. Item ne existimarent quia Christo cõuiciabantur & dæmoniacum eum vocabãt ꝙ propter hoc eos odio haberet: primũ eos emẽdare studuit, & ab omnibus aliis discipulo adducens, eis medicos & doctores mittit, & non solum prohibuit alijs annunciare antequã Iudæis, sed neque viam quæ ad Gentes fert pertingere concedebat, quod signat cùm dicit: In uiam Gentium ne abieritis Et qua Samaritani contrarii erant Iudæis quamuis faciliores essent vt cõuerterentur ad fidem, tamẽ neque Samaritanis

prius-

priusquã Iudæis prędicari permisit. vnde dicit; Et in ciui. Sama. ne intra. Glo. Samaritani quidẽ fuerũt Gentiles dimissi in terra Israel à rege Assyriorũ post captiuitatẽ ab eo factã, & multis periculis coacti ad Iudaismũ sunt cõuersi; circũcisionẽ & quinq; libros Moysi recipientes, cætera vero omnino abhorrentes; vnde Iudæi Samaritanis nõ coutebantur. Chry. Ab his ergo discipulos auertes, ad filios Israël mittit, quos oues pereuntes vocat non abscõdẽtes: vbdiq; veniã eis excogitãs & attrahẽs eorũ mẽtẽ. Hil. Qui tñ licet oues vocent, in Christũ luporũ ac viperarũ linguis & faucib. seuierẽt. Hier. Iuxta tropologiã vero præcipit nobis, qui Christi cẽsemur nomine, ne in viã gẽtiũ & hęreticorũ ambulemus errorẽ; vt quorũ religio se separata est, separẽt & vita. Glo. Postquã autẽ docuit eos quo eant, insinuat quod prędicent. vnde subditur. Euntes aũt prædi. dicen. quia appropin. reg. cęlorum. Raba. Hic appropinquare dicitur regnũ cœlorum per collatam nobis fidẽ inuisibilis creatoris, non aliqua motione electorũ. Rectè autem cęli vocãtur sancti, qui Deũ fidei retinent, et diligũt charitate. Chry. in ho. Vides mysterij magnitudinem, vides Apostolorum dignitatem: nihil sensibile pręcipiũtur dicere, vt Moyses & prophetæ: sed noua quædã & inopinata. Illi enim terrena bona prædicauerunt, hi autem regnum cęlorum & omnia quę illic sunt bona. Greg. in ho. Adiuncta sunt autem prędicatoribus sanctis miracula, vt fidem verbis daret virtus ostẽsa: & noua facerent, qui noua prædicarent. vnde sequtur: Infirmos cu. mor. susci. lepro. mun. dęmo. eijcite. Hier. Ne enim hominib. rusticanis & absq; eloquij venustate indoctis & illiteratis nemo crederet pollicẽtibus regna cęlorum, dat potestatem prædicta faciendi: vt magnitudinẽ promissorũ, probet magnitudo signorum. Hila. Tota autem virtutis dominicę potestas in Apostolis refertur: vt qui in Adã imagine & similitudine Dei erant figurati, nunc perfectam Christi imaginẽ sortiuntur: & quicquid malorum Adę corpori satanę instinctus intulerat, hoc rursum ipsi de communione dominicæ potestatis emẽdẽt. Greg. in ho. Hæc autem signa in exordio ecclesię neccessaria fuerũt: vt enim fides cresceret, credentium miraculis erat nutrienda. Chry. Postea autem steterunt reuerentia fidei vbiq; plantata. Si autem & postea facta sunt, pauca & rara fuerũt: cõsuetudo enim est Deo talia facere, cum aucta fuerint mala: tunc enim suam demonstrat potentiam: Greg. in ho. Sancta tamen Ecclesia quotidiæ spiritualiter facit, qđ tũc per Apostolos corporaliter faciebat: quæ nimirũ tanto maiora sunt, quanto per hęc nõ corpora, sed animę suscitantur. Remi. Infirmi quippe sunt ignari, qui non habẽt vires bene viuendi. Leprosi sunt immũdi opere vel delectatione carnali. Mortui sunt, qui opera mortis agunt. Dæmoniaci sunt, qui in potestatẽ diaboli sunt redacti. Hier. Et quia semper dona spiritualia, si merces media sit, viliora fiunt; adiungitur auaritiæ cõdẽnatio cũ subdit; Gratis accepi. gra. da. q. d. Ego magister & dñs absq; precio vobis hoc tribuit; ergo & vos sine precio date. Glo. Hoc aũt dicit ne Iudas qui loculos habebat de prędicta potestate pecuniam cõgregare vellet: damnans ẽt hic perfidiam simoniacæ hęreseos. Greg. in ho. Præsciebat nanq; nonnullos donũ accepti spiritus in vsũ negotiationis inflectere, & miraculorũ signa ad auaritię obsequiũ declinare. Chry. Vide ãt qualiter morũ diligẽtiã nõ minus habet q̃ signorũ; mõstrãs qm̃ signa sine his nihil sũt. Etenim superbiã eorũ cõprimit, dicẽs: Gratis accepistis: & ab amore pecuniarũ mundos esse pcipit dicẽs: Gratis date. Vel vt nõ videatur eorũ esse beneficium, ait: Gratis accepistis q.d. nihil vos de vestro largimini suscipiẽtib. neq; enim mercede hoc accepistis, neque laborãtes in ea gratia, gratis enim accepistis ista igitur alijs date. neq; enim est condignum precium eorum inuenire.

Nolite possidere aurũ neque argentum, neq; pecuniam in zonis vestris: nõ peram in via: neq; duas tunicas, calceamenta, neque virgam. Dignus est enim operarius cibo suo.

Chry. Quia spiritualium mercationẽ suprà dominus prohibuerat, consequẽter radicẽ omnium malorum euellẽs ait: Nolite possidere aurum neq; argentũ. Hier. Si enim sic predicant, vt precium nõ accipiant

piant, superflua est auri & argēti, númorumq; possessio. Nā si hæc habuissent, videbant nó causa salutis hominū, sed causa lucri pdicare. Chry. Per hoc ergo pceptū primò qdē discipulos facit nō esse suspectos. Secúdo ab omni eos liberat solicitudine, vt vacationē omnē tribuāt verbo Dei. Tertio docet eos suā virtutē. Hoc népe eis postea dixit: Nunqd aliqd defuit uobis qñ misi vos sine sacculo, & pera? Hiero. Qui āt diuitias detrūcauerat, quæ p aurū & argētū et ęs signant, ppemodū & uitę necessaria amputat: vt Apostoli doctores verę religionis q instituebāt omnia Dei puidētia gubernari, seipso ostenderét nihil cogitare de crastino Glo. Vnde addit: Neq; pecu. in zo. uestris Duo enim sunt genera necessariorū: vnū quo emūtur necessaria, qđ intelligit p pecuniā in zonis: aliud ipsa necessaria, qđ intelligit per perā. Hiero. Per hoc aūt quod dicit: Neq; perā in uia, arguit philosophos qui vulgo appellātur bacthæ operitæ, ꝙ contempto res seculi, & omnia pro nihilo ducétes cellarium secum vehant. Sequitur: Neque duas tu. In duabus tunicis duplex mihi videtur innuere vestimentum, non ꝙ in locis Scythiæ & glatiali niue rigentib. una quis tunica debeat esse contentus, sed ꝙ in tunica vestimentū intelligamus: ne alio vestiti, aliud nobis futurorum timore reseruemus. sequitur. Neque calce. Et Plato ēt præcepit, duas corporis summitates nō esse velandas, nec assuefieri debere mollitię capitis & pedū. cum. n. hæc habuerint firmitatē, cætera robustiora sunt, sequitur Neque uirgā. Qui enim domini habemus auxiliū, baculi pręsidium cur quæramus? Remig. Ostendit etiam dominus his verbis, quia sancti prædicatores reuocati sūt ad primi hominis dignitatem, qui quādiu cęlestes possedit thesauros, ista non cócupiuit, sed mox vt peccando illa amisit, ista desiderare cœpit. Chry. in ho. Fœlix autem est ista cōmutatio. nā pro auro & argento et huiusmodi, acceperunt potestatē curādi infirmos, suscitādi mortuos, et alia huiusmodi. vnde nō à principio dixit eis, Nō possideatis aurum uel argentum, sed quādo dixerat. Leprosos mundate, dæmones eijcite. Ex quo patet ꝙ Angelos eos

Legatio apostolica.

ex hominibus, vt ita dicā, cōstituit ab omni soluens vitæ huius solicitudine, vt vna sola detineant cura, q̃ est doctrinæ. Aqua & eos soluit, dicēs: Ne soli. si. qd loquare, qđ videt esse valde onerosum & graue, hoc maximè leue eis ostendit & facile. Nihil. n. est ita iucūdū, vt à cura & solicitudine erutū esse, et maximè cū possibile fuerit ab hac erutos in nullo minorari, Deo præsente, & pro oibus nobis effecto. Hiero. Et qa nudos quodā modo & expeditos ad prædicādū Apostolos miserat, & dura videbat esse cōditio magistrorū, seueritatē pcepti, sequēti sentētia tēperauit, dicēs: Dignus est. n. op. ci. suo. q. d. Tātū accipite, quātū in uestitu, & victu uobis necessariū ē. vñ Apostolis: Habētes victū, & vestitū, his cōtētis simus. & alibi: Cómunicet is q cathechizat, ei q se cathechizat inoībus bonis, ut quorū discipuli metunt spiritalia, consortes faciant eos carnaliū suorū, nó in auaritiam, sed in necessitate Chrys. A discipulis aūt Apostolos cibari oportebat, vt neque ipsi magna saperent aduersus eos qui docebantur, sicut omnia prębentes & nihil accipientes, neque rursus illi abscedāt, quasi abhis despecti. Deinde vt non dicant Apostoli: Mēdicātes ergo nos iubet viuere, vt in hoc uerecundarētur, mōstrat hoc eis debitū esse, operarios eos vocans, & quod datur mercedem appellans. non enim quia Apostolorū in sermonib. operatio erat, æstimare debebant, verum esse beneficium qđ pstabāt, & ideo dicit: Di. est. ope. ci. suo. Hoc autē dixit, non quidē ostendens tanto præcio Apostolicos dignos esse labores, sed Apostolis legem inducens & tribuentibus suadens, quia quod ab ipsis dat, debitum est. Chry. Nō ergo ē venale Euangelium, vt pro temporalibus prędicetur. Si enim sic vendunt, magnam rem vilipendunt. Accipiant ergo prædicatores sustentationem necessitatis à populo, mercedem dispēsationis à Deo. Nō enim à populo redditur quasi merces illis q sibi in charitate Euāgelii seruiunt, sed tanquā stipendium dat quo ut possint laborare pascātur. Aug. de cō. Euan. Vel aliter, Cum dixerat dñs Apostolis. Noli. pol. au. cōtinuo subiecit, Dignus est. n. operarius cibo suo. unde satis

ostendit,

ostēdit, cur eos possidere hoc ac ferre noluerit: non quod necessaria non sint sustentationi huius vitæ, sed quia sic eos mittebat, vt eis hos deberi demōstraret ab alijs quibus Euangeliū credentib. annūciarēt, tanquā stipēdia militantibus. Apparet aūt hic non præcepisse dñm, ita tanquā Euangelicę viuere aliunde non debeant, quā eis præbentib. quib. annunciant Euangelium. Alioquin contra hoc præceptum fecit Paulus, qui victum de manuum suarū laborib. transigebat: sed apparet potestatē dedisse Apostolis domum in qua starent sibi ista debere. Cū āt a dño aliquid imperatur, nisi fiat, inobedientiæ culpa est. Cū āt a domino potestas datur, licet cuiq; nō vti, & tāquam de suo iure recedere. Hoc ergo ordinans dominus, quod qui Euāgeliū annunciant, de euangelio viuat: illa Apostolis loquebatur, ut securi non possiderent neq; portarent huic vitæ necessaria nec magna nec minima, ideo posuit: Nec virgā, ostendens à fidelibus suis oīa deberi ministris suis, nulla superflua requirentibus. Hanc ergo potestatem virgæ nomine signauit, cū dixit secundum Marcum, ne quid tollerent in via, nisi uirgam tantū. Sed & calceamenta cū dicit Matthæus in uia non esse portanda, curā prohibuit, quia ideo portanda cogitantur ne desint: hoc de duabus tunicis intelligendum est, ne quisquam pręter eā qua esset indutus aliā portādā putaret, solicitus ne opus esset cum ex potestate illa possit accipere. Proinde Marcus dicendo calciari eos sandalijs uel soleis, aliquid hoc calceamētū mysticæ significationis habere admonet; ut pes neq; tectus sit de super neq; nudus ad terram, id est non occultetur Euangelium, nec terrenis cōmodis innitantur. Et quod non portari duas tunicas, sed expresius indui prohibet, monet non dupliciter, sed simpliciter ambulare: ita dñm oīa dixisse nullo modo dubitandum est, partim propriè, partim figuratè, sed Euāgelistas alia alijs, alia illū inseruisse scriptis suis. Quisquis aūt putat nō potuisse dominū in vno sermone quædā figuratè, quædā propriè ponere eloquia, cætera eius inspiciat, & videbit quam tenebre atque ineruditè arbitretur: quia. n. dñs monet ut nesciat sinistra quid faciat dextera, ipsas eleemosynas & quicquid hic aliud præcipit, figuratè accipiendum putabit. Hie. Hęc hystoricè dixerimus, cætera secundum anagogem. Non licet magistris aurum & argentum & pecuniā quæ in zonis est, possidere. Aurum sæpe legimus pro sensu, argētū pro sermone, æs pro voce: hæc non licet vobis ab alijs accipere, sed data a dño possidere, neq; hęreticorum & philosophorū peruersæq ue doctrinę suscipere disciplinas. Hila. Quia uero zona ministerij apparatus est, ad efficaciam operis pręcinctio: per hoc quod ęris in zona inhibetur possessio, ne quid in ministerio venale, sit admonemur. Admonemur ēt nec perā habere in via, curam. s. sæcularis substantiæ relinquēdā: quia omnis thesaurus in terra perniciosus est cordi illic futuro vbi condatur thesaurus. Dicit aūt. Nō duas tunicas sufficit. n. nobis semel Christus indutus, ne ve post intelligentiam verā, altera deinceps uel hæresis, vel legis veste induamur. Nō calceamēta, quia in sancta terra peccatorū spinis atq; acculeis nō obsessa (ut Moysi dictum est.) nudis pedibus staturi admonemur nō aliū gressus nostri habere, q̄ quē accepimus a Christo, apparatū. Hie. Vel docet dñs pedes nostros mortiferis uinculis nō aligari, sed sanctā terrā ingrediētes esse nudos: neq; habere uirgā, quę vertatur in colubrum, neq; in aliquo psidio carnis inniti: quia huiusmodi uirga & baculus arūdineus est, quē si paululum præsseris frāgitur, & manū trāsforat incūbentis. Hil. Potestatis āt hesternæ iure nō sumus idigni, hēntes uirgā de radice Iesse.

Calceamētum apostolorum.

In quacunq; āt ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi manete, donec exeatis. Intrantes āt in domū salutate eā, dicētes. Pax huic domui. Et si qdē fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eā, āt nō fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. Et quicunq; non receperit vos, neq; audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo uel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris: Amē dico uobis, tolerabilius erit terrę Sodomorū et Gomorrhęorū in die iudicij, quā illi ciuitati.

Chry. in ho. Quia dixerat superius dominus. Dignus est operarius cibo suo, ne crederetur propter hoc omniū eis januā

aperi-

aperire, multá diligentiá hic iubet facere de hospite eligédo. vnde dicit: In quácunque ciuitatem aut castellú intr. &c. Hier. Apostoli nouá introeuntes vrbé scire non poterant quis talis esset, ergo fama hospes eligédus est populi, et iudicio vicinorú, ne pdicatoris dignitas suscipiétis infamia deturpetur. Chry. in ho. Qualiter ergo ipse Christus apud publicanú manebat? quia, scilicet dignus effectus erat ex cõuersione hoc ét nõ solú in gloriá eis proderat, sed in cibationé. Si. n. dignus est, omnino dabit cibú: & maximè, cú nihil amplius necessarijs peteretur. Intende autem qualiter omnibus eos denudans, nomina eis dedit, permittentes in domibus eorum qui docebãtur manere. Ita enim & ipsi à solicitudinibus eruebantur, & aliis suadebãt, quoniam propter eorum aduenerant salutem solam, in hoc, quòd nihil deferebãt, & nihil amplius necessarijs expetebãt. Et non ad omnes simpliciter introibant: nõ enim signis solum volebat eos claros apparere, sed magis virtute. Nihil auté ita uirtuté designat, sicut nõ supfluis vti. Hila. Hospes vnus etiam eligitur nõ tribués beneficiú ei, qui apud se mansurus est, sed accipiens. hic. n. dicitur quis in ea dignus sit, vt magis se nouerit accipere gratiam quàm dare. Hier. in ho. Intende autem, quia nõdú omnia eis tribuit, neque enim eis largitur vt sciant quis sit dignus, sed iubet scrutari. Non solum auté dignos iubet querere, sed neque de domo in domú trãsmutari, cum subdit: Et ibi manete do. exea vt neque suscipientem cõtristet, neque ipsi opinionem accipiãt leuitatis, aut gulæ. Ambro. super Luc. Non ergo otiose domus, quam ingrediantur Apostoli, eligenda discernitur, ut mutádi hospitij causa non suppetat, non tamé eadem cautio receptor mandatur, ne dum hospes eligitur, hospitalitas minuat, sequitur: Intrantes au. in do. sa. eã dicé. Pax huic domui. Glo. Quasi diceret: Pacem hospiti præcamini, vt sopiatur omnis repugnãtia cõtra veritatem. Hier. In hoc etiam occultè salutationem Hebræi ac Syri sermonis expressit. Quod enim Græcè dicitur Chære, & latinè Aue, hoc Hebraico, Syroque sermone appellatur Salenlach, siue Samalach, id est pax tecú. Quod aút pcipit, tale est: Introeuntes aút, pacé imprecamini hospiti: & quantú in uobis est, discordiæ bella sedate. Sin aút orta fuerit cótradictio, vos mercedé habebitis de illata pace: illi qui habere noluerút, bellú possidebút. vnde sequit. Et si q dé fu do. il. di. ve. pax ue. sup eã, sin aút nõ fu. di. pax vestra ad vos reuertetur. Remig. Quia scilicet aut erit quisque prædestinatus ad uitam, & cœleste verbú sequitur, quod audit, aut si nullus audire voluerit, ipse prædicator sine fructu non erit, quia ad eú pax reuertitur quando ei à domino pro labore sui operis recompensatur. Chry. in ho. Instruit ergo eos dominus, quòd nõ propter hoc expectent ab alijs præsalutari, quia docebãt sed antecedere salutatione, alios honorando. Deinde monstrat quòd non sola salutatio, sed benedictio, per hoc quod dicit: Si autem non &c. Remig. Docuit ergo dominus discipulos suos offerre pacé in introitu domus vt salutatione pacis eligeretur domus digna vel hospes, ac si patenter diceret. Omnibus offerte pacem, quia aut accipiendo dignos, aut non accipiendo indigno se manifestabunt. quáuis enim fama populi dignus electus sit hospes, tamé salutandus est, vt magis sua dignitate prædicatores vocentur, quàm vltro se ingerere videanť: hæc auté pax paucorum verborum ad totam explorationé dignæ domus, uel hospitis, potest referri. Hila. Salutant ergo Apostoli domú cum pacis affectu, sed ita vt potius pacis dicta sit, quàm data. Porrò autem pacem propriam, quæ viscera miserationis sunt, nõ oportere in eam uenire nisi sit digna, quæ si digna reperta non fuerit, sacramentum pacis cælestis intra propriam Apostolorum cõscientiam est continendum: in eos autem qui cœlestis regni præcepta respuerint, egressu Apostolorum & signo pulueris à pedibus excussi, æterna maledictio relinquatur. vnde sequitur: Et quicunque non rece. uos, neque au. ser. ve. ex. fo. d. do. vel de ciuita. excu. puluerem de pedibus vestris. Existenti enim in loco cum loco videtur esse communio. Totum ergo quod illius domus excusso puluere pedú relinquitur, nihilque sanitatis insistentiú

Pax triplici lingua expressa.

Apo-

Apostolorum vestigiis mutuatur. Hiero. Puluis ét excutitur de pedibus in testimonium laboris sui, q̄ ingressi sint ciuitaté, & ꝑdicatio Apostolica ad illos vsq; peruenerit. Siue excutitur puluis, vt si tolerabilius erit terræ Sodomorũ q̃ illi ciuitati, q̃ nõ recepit Euãgeliũ: nihil ab eis accipiãt nec ad victũ q̃dẽ necessaria, q̃ Euangeliũ spreuerint. Raba. Vel aliter: Pedes discipulorum ipsum opus incessumq́; ꝑdicationis signãt. Puluis vero quo asperguntur, terrenæ leuitas est cogitationis, à qua ét summi doctores immunes esse nequeunt, cum ꝓ auditorib. soliciti salubribus curis intẽdunt, & quasi ꝑ itinera mũdi, vno calcaneo terræ puluerẽ legunt. Qui ergo spreuerint doctrinã docentium, sibi labores & pericula tædiumq́; solicitudinum ad testimoniũ suæ dãnationis inflectunt. Qui uero receperint verbum, afflictiones curasq́; doctorum quas ꝓ se tolerabunt, in argumentum sibi vertunt humilitatis, & ne leuis culpa videatur esse Apostolos nõ recipere, subdit: Amẽ di. uo. tole. erit ter. So. & Go. in die iu. quàm illi ci. Hier. Quia Sodomitis & Gomorrhæis nõ fuit ꝑdicatum, huic autẽ cùm ꝑdicatũ sit, nõ recepit Euãgelium. Rem. Vel quia Sodomitę & Gomorrhæi inter vitia carnis, & hospitales fuisse leguntur, quãuis nõ tales hospites receperint, sicut Apostoli. Hier. Si aũt tolerabilius erit terræ Sodomorum, quàm illi ciuitati, q̃ non recipit Euãgelium: ergo inter peccatores supplicia diuersa sunt. Remi. Spiritaliter tñ Sodomorum & Gomorrhæorum mẽtionẽ fecit, vt ꝑ hoc demõstraret, quia illa peccata sunt Deo magis odibilia q̃ fiunt contra naturã, ꝓ quibus deletus est mundus aquis diluuij, quatuor ciuitates subuersę, & mundus quotidie diuersis malis affligitur. Hilar. Mysticè autem instruit nos dñs nõ immisceri eorum domibus aut familiaritatib. qui Christum aut inflectãtur, aut nesciunt, & in quacũq; ciuitate interrogare q̃s eorum habitatione sit dignus i. sicubi Ecclesia sit, & Christus habitator neq; quoquã alibi transire, quia hæc est domus digna, & iustus hospes Iudæorum autẽ plures erãt futuri, quorum tantus in fauorẽ legis affectus esset, vt quamuis per admirationẽ operum in Christum credidissent, tñ in legis operibus morarentur, alij vero explorandę libertatis, q̃ in Christo est curiosi, transire se ad Euangelia ex lege essent simulaturi. Multi ẽt in hęresim ꝑ intelligentiæ ꝑuersitatẽ traducerentur. Et quia istiusmodi omnes penes se esse veritatem catholicam mentiuntur domo ipsa, idest ecclesia caute vtendum est.

Allegoria.

Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum: Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad præsides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis & Gentibus.

Chry. in ho. Quia superius Apostolorũ remouit solicitudinẽ, & signorũ suorum ostẽsione eos armauit: cõsequenter ꝑdicit eis mala, q̃ debebant eis cõtingere. Primo quidem, vt discerent ꝑsciẽtiæ eius virtutem. Secundo, ut nullus suspicaretur, qm̃ ꝑꝑ imbecillitatẽ magistri hæc eis superuenirẽt mala. Tertio, vt ipsi sustinẽtes nõ obstupescerẽt, dum inopinabiliter & ꝑter spem euenirent. Quarto, ut hoc audiẽtes nõ turbentur in tp̃e crucis, deinde ut discant, qm̃ noua hæc prælii lex est. Nudos enim mittit, à suscipientibus iubet cibari. Neq; in hoc sistit, sed ulterius suam virtutem ostendit, dicẽs: Ecce ego mitto vos &c. Vbi considerandũ, q̄ non simpliciter ad lupos, sed in medio luporum mittit: vt sic suã virtutẽ magis demõstrent, cũ oues lupos superauerint, ẽt in medio luporum existentes, & plurimos morsus accipiẽtes ab eis nõ solũ nõ consumunẽ, sed & illos cõuertunt. Multo autẽ mirabilius est, & maius trãsmutare mentes eorum q̃ interficere eos. Inter lupos aũt, ouium mãsuetudinẽ eos docet ostẽdere. Greg. in hom. Qui.n. locũ ꝑdicatoris suscipit, mala inferre nõ dẽt, sed tolerare, vt ex ipsa sua mansuetudine, irã sumentiũ mitiget, & peccatorũ vulnera ipse in aliis afflictionib. vulneratus, sanet. Qm̃ & si qñ zelus rectitudinis exigit, vt erga subditos sęuiat: furor ipse de amore sit, nõ de crudelitate: quaten⁹ & iura disciplinæ foris exhibeat, & intus paterna pietate diligat quos foris castigat. Multi aũt cum regiminis iura suscipiunt,

Deus quare mala prædixit Apostolis.

piunt, ad lacerandos subditos inardescũt, terrorẽ potestatis exhibent, dñi videri appetũt patres se esse minime recognoscũt, humilitatis locũ in elatione dominationis immutant: & si quando extrinsecus blãdiũtur, intrinsecus sæuiunt. de quibus dicit; Veniũt ad uos in vestimentis ouiũ, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Cõtra q̃ nobis cõsiderãdũ est, quia sicut oues inter lupos mittimus, sensum seruantes innocẽtiæ, morsum malitiæ nõ habeamus. Hie. Lupos aũt scribas & pharisæos vocat qui sunt clerici Iudæorũ. Hila. Lupos ẽt signi ficat omnes hos qui uesano furore in Apostolos desæuituri erãt. Chry. in ho. Malorũ aũt erat eis cõsolatio mittẽtis virtus. Et ideo ante omnia posuit, dicens: Ecce ego mitto uos. q. d. Ne turbemini, qm̃ in medio luporũ mittimini, possũ. n. facere vt nihil mali sustineatis, nõ solũ lupis nõ suppositi, sed leonibus terribiliores effecti, sed ita expedit fieri. hoc. n. vos clariores facit, & meã uirtutẽ magis diuulgat, deinde, ut aliq̃d ẽt à seipsis inferãt, & nõ sine causa coronari æstiment, subdit. Estote ergo pru. &c. Hiero. Vt per prudentiam deuitent insidias, per simplicitatem nõ faciant malum. Et serpentis astutia ponitur in exẽplũ, quia toto corpore occultat caput, vt illud in quo vita est, protegat. Ita nos toto periculo corporis caput nostrum qui Christus est, custodiamus, id est fidem integram & incorruptam seruare studeamus. Raba Solet ẽt serpens eligere strictas rimas, per quas transiens veterem pellem exuat, similiter prædicator trãsiẽs per angustam uiam, ueterem hominem omnino deponat. Remi. Pulchrè ẽt dominus prędicatores serpentis prudẽtiam monet habere, quia primus homo per serpentem deceptus est, ac si diceret, quia hostis callidus fuit ad decipiendum, uos prudẽtes sitis ad liberandum. ille laudauit lignũ, vos laudate crucis virtutem. Hila. Ille animũ primo mollioris sexus aggressus est, & cõmunionem mortalitatis spospondit. Pari ergo opportunitatẽ ĩtrospecta vniuscuiusque natura & uoluntate, verborũ adhibẽda prudentia est, spes futurorũ bonorum reuelanda, & quod ille mentitus est, nos prædicemus ex uero secundum sponsionem Dei, Angelis similes futuros esse qui credant. Chry. in ho. Sicut aũt prudẽtiam serpẽtis oportet habere, vt in principalib. nõ laudemur, sic & simplicitatẽ columbę in nõ iudicãdo cũ iniusta patimur, nõ per insidias alicui nocẽdo Rem. Ideo aũt dñs hæc duo sociauit quia simplicitas absque prudẽtia facile decipi potest, & prudẽtia periculosa est, nisi simplicitate tẽperet alicui nocẽdo. Hie Simplicitas aũt columbarũ ex Spiritus sancti specie demõstrat, vnde dicit Apostolus: Malitia aũt paruuli estote. Chry. in ho. Quid autem durius his fiet iussionib⁹? non. n. sufficiens est pati mala, sed neq; turbari cõceditur quod est columbæ. itã. n. non per iram, sed per mansuetudinẽ extinguitur. Raba. Quod aũt lupi, de quibus suprà dixerat, sint homines, ostendit cum subdit: Cauete autẽ ab hominibus. Gl. Ideo autẽ necessarium est, ut sitis sicut serpentes, id est astuti: nã secundũ suam consuetudinem tradẽt uos primum in concilijs prohibendo, ne prædicetis in nomine meo, deinde ĩcorrectos flagellabunt uos, tandem ad reges & p̃sides ducemini. Hyla. Qui extorquere silẽtium vestrum, aut coniuentiam tentat. Chry. in ho. Mirandũ est autem qualiter hoc audientes, non statim abscesserãt homines, qui stagnum illud nunquam egressi fuerant, circa quod piscabantur: quod non virtutis eorum erat solum, sed sapientiæ doctoris. Vnicuique. n. malorũ mitigationem adiũgit, vnde & hoc dicit propter me: non enim parua cõsolatio est propter Christum pati, quoniam non ut perniciosi & nociui hoc patiebantur. Et iterum addidit, in testimoniũ illis. Greg. Qui, scilicet persequendo mortem intulerunt, uel qui videndo non sunt mutati. Mors quippe sanctorũ bonis est in adiutoriũ, malis in testimoniũ: ut inde peruersi sine excusatione pereãt, vnde electi exẽplũ capiunt & viuunt. Chry. in ho. Hoc autẽ eos consolabantur, non quia aliorũ cupiẽbant pęnam, sed ut confidentiam habeãt, quoniam vbique eum habent pręsentem, & præscientem. Hyla. Non solum autem hoc testimonio, excusatio ignorante diuinitatis adimenda est persequentibus, sed etiã gentibus via pandenda credẽdi Christum

stū pertinaciter, inter seuientium pœnas confessorum vocibus prædicatum: & hoc est quod subiungit. Gentibus.

Cū aūt tradent vos, nolite cogitare q̄uo, aut quid loquamini. Dabit.n. vobis in illa hora qd loquamini. Non.n. vos estis qui loquimini, sed spiritus, patris vestri qui loquitur in u. bis.

Chry. in hom. Cum præmissis consolationibus non paruam & aliam apponit: ut enim nō diceret, qui aliter suadere poterimus hominibus talibus persequētibus? p secutionibus existentibus, iubet eos de responsione confidere, dicens: Cum aūt tra. uos, nolite &c. Remig. Duo autem dicit. Quomodo, aut quid: quorum unum refertur ad sapiētiam, alterum ad oris officiū. Quia.n. & ipse subministrabat uerba quę loquerentur, & sapientiam qua ea proferrent: non fuerat necesse sanctis prædicatoribus quid loquerētur, aut quomodo. Hiero. Cum enim propter Christū ducamur ad iudices, voluntatem enim nostram ꝓ Christo debemus offerre. Cæterum ipse Christus, qui in nobis habitat, loquit̃ pro se, & Spūs sancti in respōdēdo gratia ministrabitur. Hil. Fides.n. nostra omnibus pręceptis diuinæ uoluntatis intenta, ad respōsionem scientię instruetur, in exemplo habens Abraham, cui postulanti ad hostiam Isaac, non defuit aries ad uictimā. Et ideo sequitur: Non.n. uos estis &c. Remi. Et est sensus: Vos acceditis ad certamē, sed ego sum qui pręlior. Vos uerba ęditis, sed ego sum q loquor: Hinc Paulus ait: An experientiam quæritis eius qui in me loquitur Christus? Hier. Per hoc aūt ad prophetarum dignitatē eos reduxit, qui. s. Dei spiritu sunt locuti. Cum autē hic di. ne soli. sitis quid loqua. alibi dicitur Parati semper ad satisfactionē omni poscenti uos rationem ad ea, quæ in vobis est spe. Cū.n. in medio amicorū certamē erit, iubemur esse soliciti: cum autem est iudicium terribile, & plebs insanientes, & timor undique, auxilium à Christo præbetur, ut confidenter loquantur, & non obstupescant.

Tradet autem frater fratrē in mortem, & pater filium, & insurgens filij in parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominib. propter nomē meum. Qui autem perseuerauerit usq; in finem: hic saluus erit.

Glo. Præmissa cōsolatione subdit grauiora pericula: vnde dicitur. Tradet autē fra. fr. in mor. & pater fi. & insurgent &c. Greg. in ho. Minorē.n. dolorē ingerūt mala q̃ ab extraneis, maiorē quæ ab illis patimur, de quorū mētib. præsumebamus: q a cū dāno corpis, mala nos cruciāt charitatis amissæ. Hier. Hoc autē in persecutionibus fieri crebro videmus, nec vllus est inter eos fidus affectus, quorū diuersa est fides. Chr. Deinde quod est multū horribilius, apposuit di. Et eritis odio omni. ho. ut.n. cōmunes orbis terrarū hostes, ita expellere tētabāt. Hinc ēt rursus apponit cōsolatio, cū dicit. Propter nomem meū. Et cum hoc rursus aliam consolationē ponitur, cum subditur: Qui autē perseue. &c. Quoniam.n. consueuerunt multi in principio quidē esse uehementes, postea vero dissolui, propter hoc ait: Quoniam finem requiro. Quæ.n utilitas est seminum, in principio quidem florescentium, postmodum aūt tabescentium? Propter hoc autē sufficiētem perseuerantiam experit ab ipsis. Hier. Non.n. cœpisse, sed perfecisse uirtutis est. Remig. Nec inchoantibus, sed perseuerantibus præmiū tribuitur. Chry. Ne autem aliquis dicat: quia omnia Christus in Apostolis fecit, nihil mirabile est tales illos esse effectos, nihl patientes onerosum; propter hoc aīt, quòd perseuerantia eis est opus. Etsi.n. ex primis eruti fuerint periculis, aliis difficilioribus conseruantur, & post illa rursus alia succedēt & non stabunt quin insidias patiantur, donec uiuūt; & hoc occultè insinuat, dicēs; Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Remig. Id est qui præcepta fidei non deseruerit, & in persecutionibus non defecerit, saluus erit, quia pro persecutionibus terrenis percipiet præmia regni cœlestis. Et notandum, quia finis non semper signat consumptionem, sed aliquando ꝑfectionem. iuxta illud: Finis legis Christ⁹ est, unde etiam potest esse sensus: Qui perseuerauerit vsque in finem, id est in Christo. Augu. 21. de ciui. Dei. In Christo nāque perseuerare, est in fide eius permanere, quæ per dilectionem operatur.

Perseuerātiæ expositio.

Cum autē persequētur uos in ciuitate ista; fugite in aliam. Amen dico uobis, non consummabitis

tatis ciuitates Israel, donec ueniat filius hoīs.

Chrys. in ho. Postquā p̄dixit terribilia illa, q̄ post crucē & resurrectionē & ascensionē eis erāt uentura, rursus ducit eos ad mansuetiora. Non .n. iussit eos ad persecutionē audaciter ire, sed fugere unde dicit: Cum aūt pse. &c. Quia .n. interim principium erat cōuersionis eorum, cōducente utit sermone. Hie. Hoc .n. ad illud tēpus referēdū est, cum ad p̄dicationē Apostoli, mittebant, q̄bus & p̄priè dictū est. In uiā gentium ne abieritis, q̄ psecutionem timere nō debeāt, sed declinare. Quod q̄dem uidemus in principio fecisse credentes, quādo orta Hierosolymis persecutione, dispersi sunt in uniuersam Iudæam, ut tribulationis occasio, fieret Euangelij seminarium. Aug. contra Fau. Neq; tamen Saluator, quia nō poterat tueri discipulos suos, ideo fugere pcipit, & huius rei prior exēplum præbuit: sed instruebat hominis infirmitatem, ne Deum tentare audeat, quādo habet quid faciat, ut quod cauere oportet euadat. Aug. 1. de ciui. Dei. Potuit aūt eos admonere, ut sibi manus inferrent, ut non in manus persequentium deuenirent. Porrò si hoc ille non iussit aut monuit, ut hoc modo sui ex hac uita emigrarent, quibus migrantibus se mansionē æternam præparaturū esse promisit: quęlibet exempla apponant gentes, quę ignorant Deum, manifestum est hoc nō licere credētibus unum uerum Deum. Chry. in ho. Ne autem dicant, quid igitur si persecutionem passi fugerimus, & rursus hinc nos abiecerint? hunc destruens timorem ait Amen. di. uo. non consum. idest nō p̄uenietis me circumeuntes Palæstinā, donec uos assumam. Rab. Vel prędicit q̄ nō antè prędicationibus suis ad fidem perducent omnes ciuitates Israel, quā resurrectio domini fuerit perpetrata, & in toto orbe terrarum p̄dicandi Euangelium potestas concessa. Hil. Vel aliter: Ex una in aliam fugam suadet, quia prædicatio eius primum à Iudæa effugata transit ad Græciam. Deinde diuersis intra Gręciæ urbes Apostolorū passionibus fatigata, Tertio in uniuersis Gentibus demoratur. Sed ut ostenderet Gentes quidem Apostolorum prędicationi credituras, uerū ut reliquū Israel crederent, esse aduētui suo debitū ait: Nō cōsum. ci. Israel .s. post plenitudinē Gētiū, qđ erit reliquū israel ad implēdū numerū sanctorum, futuro claritatis Christi aduētu est in ecclesia cōuocandū. Augu. in epistto. ad Honor. Faciant ergo serui Christi qđ pręcepit, vel permisit: sicut ipse fugit in Aegyptū, fugiāt omnino de ciuitate in ciuitatē. quādo corū q̄sque specialiter à persecutoribus quæritur: ut ab alijs qui nō ita requiruntur nō deseratur ecclesia, sed præbeāt cibaria cōseruis, quos aliter uiuere nō posse nouerunt. Cū aūt omnium, idest episcoporum; clericorum, & laicorum, est commune periculū: hi qui alijs indigent, nō deserantur ab his quibus indigent. aut igitur ad loca munita omnes transeant, aut qui habent necessitatem remanendi, non relinquantur ab eis, per quos illorum ecclesiastica est supplenda necessitas: ut uel pariter uiuāt, uel pariter sufferant quod eos paterfamilias uolet pati. Remi. Præterea sciendum est, q̄ sicut & præceptū perseuerandi in persecutionibus specialiter ad Apostolos pertinet, & ad eorum successores uiros fortes, sic licentia fugiendi satis cōuenit infirmis in fide, q̄bus condescendit pius magister: ne si se ultro ad martyriū obtulissent, fortassis positi in tormentis negarent. leuius .n. erat fugere, quàm negare. Sed quanuis fugiendo perfectæ fidei constantiam in se non ostenderent, tū magni meriti erant: quoniam omnia pro Christo parati erant deserere .s. fugiendo. Nisi aūt illis licentiā fugiendi dedisset, dicerent eos aliqui alienos esse à gloria regni cœlestis. Hie. Spiritualiter aūt possumus dicere. Cū persecuti uos fuerint in una ciuitate, hoc est in scripturarum libro uel testimonio: nos fugiamus ad alias ciuitates, idest ad alia uolumina. quāuis .n. cōtentiosus fuerit persecutor. antè pręsidiū Saluatoris adueniet, quàm aduersarius uictoria concedatur.

Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius: & seruo sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub uocauerunt; quanto magis domesticos eius?

Chrys. in ho. Quia futurum erat ut discipuli cum promissis persecutionibus &c di ffama-

Verbū domini mundo uulgatu

diffamati, malam opinionem paterentur, quod multis onerosius esse videbatur: hic eos consolatur à seipso, & ab his quæ de ipso sunt dicta: cui consolationi nulla poterat esse æqualis. Hie. Dominus. n. lumen æternum, dux credentium, & immortalitatis parens discipulis suis in futurarũ passionum solatium antè promisit, ut gloriæ loco amplectamur si domino nostro vel passionibus adequemur. vnde dicit: Non est disci. &c Chry. in ho. Intelligendum donec fuerit discipulus & seruus, non est inquam super magistrum & dominũ, secundum honoris naturam. Nec mihi ea quæ raro contingunt hic obijcias, sed ab his quæ sunt in pluribus suscipe hunc sermonem. Remi. Magistrum auté & dominum semetipsum appellat: per seruum & discipulum, suos vult intelligi Apostolos. Glo. q. d. Ne indignemini tolerare quæ tolero, quia dominus sum, faciés quod volo: & magister, docens quod vtile scio. Remi. Et quia hæc sentẽtia minus videbatur superioribus verbis congrua quo tendant verba manifestat, cum subditur: Si patrẽ Beel. voca &c. Chry. in ho. Non dixit seruos. sed domesticos, ut multam ad eos familiaritatem ostenderet, sicut & alibi dixit: Nõ dicã uos seruos, sed amicos meos. Remi. q. d. Vos ergo temporales honores & humanam gloriam non quæratis, dum me videtis per irrisiones, & opprobria genus humanum redimere. Chry. in home. Nõ solum autem dicit, si domus dominũ conuitati sunt, sed ipsam speciem conuitij, quoniam Beelzebub eum vocauerunt. Hieronym. Beelzebub idolum est acharõ qđ vocat in Regnũ volumine idolũ muscę Beel ipse est beel siue baal, zebub aũt musca dicit. Principẽ ergo demoniorũ ex spurcissimi idoli appellabant uocabulo, qui musca dicit, propter immunditiã quæ exterminat suauitatem olei.

Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertũ quod non reueletur: & occultũ, quod nõ sciat. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, et quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eũ qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

Remi. Post ꝓmissã cõsolationẽ aliã nõ minorẽ subiungit, dicẽs: Ne ergo timueritis eos. s. persecutores. Quare aũt nõ esset timẽdũ, manifestat cũ subiũgit; Nihil. n. est oper. &c. Hie. Qũo ergo in ꝓsenti seculo multorũ vitia nesciunt? sed de futuro tẽpore scribitur, quando iudicabit Deus occulta hominum, & illuminabit latebras tenebrarum, & manifesta faciet consilia cordium. & est sensus. Nolite timere persecutorum seuitiam, & blasphemantium rabiem: quia veniet dies iudicij, in quo & vestra virtus, & illorum nequitia demonstrabitur. Hila. Igitur non minas, non conuicia, non potestates insectantium monet esse metuendas: quia dies iudicij nulla hæc fuisse, atque inania reuelabit. Chry. in ho. Vel aliter; Figura quidem eorum quę dicuntur, uniuersalem videtur enunciationem habere: verum non de omnib. sed de præmissis solum dictum est, quasi dicat, si doleris audientes conuicia, hoc cogitate: q. a & ab hac suspitione post parum eruemini. Vocant quidem vos ariolos, & magos, & seductores: sed expectate parum, & saluatores vos orbis terrarum vniuersi dicẽt, cum per ipsas apparueritis benefactores: nec illorum attendent sermonibus homines, sed rerum veritati. Remig. Quidam autem dicunt quod his verbis promiserit dominus discipulis suis, quòd per eos essent reuelanda omnia occulta mysteria, quæ sub velamine literæ legis latebant, vnde Apostolus dicit; cum conuersi fuerint ad Christum, tunc auferetur velamen, & est sensus; Quare debetis timere vestros persecutores, cum tantę sitis dignitatis, vt per vos occulta mysteria legis & prophetarum sint manifesta? Chryso. in hom. Deinde quia eos ab omni timore liberauerat; & altiores opprobriis fecerat: nunc opportuno tempore eis loquitur de libera propalatione, quæ est in prædicatione, dicens: Quod dico. &c. Hila. Non legimus dominum solitum fuisse noctibus sermocinari, & doctrina in tenebris tradidisse, sed hoc dicit, quia omnis sermo eius carnalib. tenebræ sunt, & verbũ eius infidelibus nox est. Itaque ab eo quod dictum est, eum libertate fidei, & confessione est loquendum. Honor Apostolicus.

Remigi.

Remig. Est ergo sensus: Quod di. vo. in te ne. idest inter Iudęos incredulos, uos dicite in lu. idest fidelibus prædicate. Et qđ in au. au. idest quod dico uobis secretè, pdicate super tecta. i. palam, coram omnib. Solemus. n. dicere: In aurem loquitur illi, idest secretè. Rab. Sanè ꝙ ait: Prædicate super tecta, iuxta moré prouinciæ Palestinæ loquitur, vbi solent in tectis residere: quia nó sunt cacuminata, sed æqualia. Ergo prædicabitur in tectis, quod cunctis audientibus palam dicetur. Glo. Vel aliter: Quod di. vo. in te. i. dum adhuc in timore carnali estis, Dicite in lu. i. in fiducia veritatis, cú a Spiritu sancto eritis illuminati. Et quod in au. aud. i. solo auditu percipitis, prædicate opere compléndo. Super tecta. i. qđ uos erudiui in paruulo Iudeæ loco, vniuersis urbibus in toto mundo audacter edicite. Chry. in ho. Sicut autem qñ dicebat: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ille faciet & maiora his faciet: ita & hic monstrat qm̃ omnia per eos operatur, ét plusquam per seipsum. q. d. principiú ego dedi, sed qđ plus est per uos explere uolo. hoc át nó iniungentis est solum', sed & futurú prędicentis, & ostendentis, qm̃ omnia superabunt. Hil. Constáter ergo ingeréda est Dei cognitio, & profundum doctrinæ euágelicæ secretum, lumine prædicationis reuelandum, non timédo eos quibus cum sit licentia in corpora tantú, in aiam ius nullum est. Et ideo subditur: Et no. ti. eos qui oc. cor. ani. au. non pos. oc. Chry. in ho. Vide qualiter oibus eos statuit superiores nó solicitudiné solú & maledictioné, neq; pericula, sed ipsam, quæ omnib. videtur terribilior, mortem suadens pp Dei timoré contemnere. unde subdit: Sed po. ti. eum qui po. ani. & cor. per. inge. Hiero. Nomen gehennæ in ueterib. libris non inuenitur, sed primo à Saluatore ponitur, quæramus ergo quę sit huius sermonis occasio. Idolum Baal fuisse iuxta Hierusalé, ad radices montis Moria, in quibus Siloe fluit, nó semel legimus Hæc uallis & pa ua campi planicies irrigua erat & nemorosa plenaq; delicijs & locus in ea idolo consecratus. In tantá át populus Israel dementiam venerat, vt deserta templi uicina, ibi hostias immolaret, & rigorem religionis deliciæ uincerent, filiosq; suos incenderent: dæmoni & appellabatur locus ipse gehennó, idest uallis filiorum Ennon. Hoc Regum volumen & Paralipomenó & Hieremias scribunt plenissime. & comminatur Deus se locum ipsum impleturú cadauerib. mortuorú, ut nequaquá vocetur Tophet & Baal, sed uocetur Polyádriú, idest tumulus mortuorum. Futura ergo supplicia & pœnę perpetuæ quibus peccatores cruciádi sunt, huius loci uocabulo denotantur. Aug. 13. de ci. Dei Hoc aút nó antea fiet, q̃ aia corpori fuerit copulata, ut nulla direptione separétur. & tú tunc recta mors aiæ dicitur, quia non uiuit ex Deo. mors át corporis quia in damnatione nouissima, quamuis homo sentire non desinat, tñ quia sensus ipse nec voluntate suauis nec qete salubris, sed dolore pęnalis, est mors potius appellata quàm uita. Chry. in ho. Vide át rursus, quia non promittit eis liberationem a morte, sed suadet contémnere mortem, qđ multo maius est quàm erui a morte. & ꝙ hoc sermone ea, quæ de immortalitate sunt dogmata, eius infigit.

Gehenna unde dicatur.

Nonne duo passeres asse væneũt? Et unus ex illis non cadit super terram sine patre vestro. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos.

Chry. in ho. Postquam timoré mortis excluserat, æstimarent Apostoli ꝙ si interficerentur, essent delicti a Deo rursus sermonem de prouidentia Dei inducit, dicés. Nonne duo pas. esse uæneunt? & unus ex il. non ca. super ter. sine patre uestro. Hier. Et est sensus. Si parua animalia absque Deo non decidunt auctore, & in omnibus est prouidentia, & quæ in his peritura sunt, sine uoluntate Dei non pereũt. uos qui æterni estis, non debitis timere ꝙ absque Dei uiuatis prouidentia. Hil. Mystícè autem quod uenditur, corpus atque anima est, & cui uéditur, peccatú est. Qui ergo duo passeres asse uæneũt, seipsos peccato minimo uendunt, natos ad uolandú & ad cœlum pennis spiritualibus efferendos, sed capti precij præsentium uoluptatum, & ad luxum seculi uenales, totos se talibus actionibus nũdinãtur. Dei aũt uo-

sti prius, me hic confitendo aut negando, superabũdabo et ego ineffabiliter tibi maiora dãdo. Illic.n. ego te cõfitebor aut negabo. Propter hoc si feceris aliquod bonũ, & nõ susceperis retributionẽ, ne turberis: cũ additamẽto.n. in futuro tẽpore retributio te expecta. Et si feceris aliqđ malũ, & non exolueris uindictã, non contemnas: illic.n. te excipiet pœna, nisi trãsmuteris & melior fias. Rab. Et sciendũ ꝙ negare ꝙ Deus, nõ sit, nec pagani possũt: sed ꝙ non sit Deus filius & pater, negari ab infidelibus potest. Confitebit ergo aliquẽ filius apud patrẽ, q per filiũ habebit accessum ad patrem. Et quia filius dicet. Venite benedicti patris mei. Remi. Negabit autẽ negantem se, quia per ipsum nõ habebit accessum ad patrem, & à conspectu suæ diuinitatis & patris repelletur. Chry. Ideo autem non solum fidem quæ est secundum mentem, sed & cõfessionẽ exigit oris, ut erigat nos in liberam propalationem, & ampliorem amorẽ, excelsos nos faciens. Hæc autem verba ad vniuersos loquitur, & neque persona Apostolorum utitur solum. Nõ enim solos Apostolos, sed & discipulos eorum facit uiriles. Qui nunc hoc seruat, non solum cum libera propalatione docebit, sed & omnibus facile suadebit: huius enim verbi obseruatio multos ad Apostolos adduxit. Raban. Ve confitetur quis Iesum ea fide, quę per dilectionem operatur, mandata eius fideliter implendo: negat, qui præceptis non obedit.

Deũ negare esse nõ potest.

Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam; & inimici hominis domestici eius.

Hiero. Suprà dixerat: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: nunc infert quid post prædicationẽ sequatur, dicens: Nolite arbitrari quia &c. Glo. Vel aliter continua: Sicut timor mortis non debet attrahere, sic nec carnalis affectus. Chry. Qualiter ergo eis iniunxit, ut in vnamquamq; domum ingredientes pacem indicerent? Qualiter etiam & Angeli dixerunt. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. quoniam hic maximè est pax, cũ id qđ ęgrotat, indicit. cũ id quod litẽ infert, separat, ita.n. possibile erit cœlũ terræ copulari. Nã & medicus ita reliquũ cõseruat corpus, cũ id qđ insanabiliter se habet, absciderit Ita quidẽ et in turri Babel gestũ est, malã.n. pacẽ, bona dissonãtia soluit. Ita & Paulus eos q aduersus eũ cõsonabãt, dimisit. Nõ.n. ubiq; cõcordia bonum est, nam & latrones consonant. Hoc autem prælium non est sui propositi, sed istorum consilij. Hiero. Ad fidem enim Christi totus orbis contra se diuisus est. Vnaquæq; domus & infideles habuit, & credentes. et propterea bellũ missum est bonum, ut rumperetur pax mala. Chry. Hoc autem dixit, quasi discipulos cõsolãs ac si diceret. Ne turbemini, quasi præter spem his contingentibus. propter hoc enim ueni, ut prælium mittam. Et nõ dixit prælium, sed quod difficilius est, gladium. Voluit.n. asperitate uerborũ eorũ excitare auditum, ut nõ in difficultate rerum deficiant, ne aliquis dicat, quòd blãda suasit, sed difficilia occultauit. Melius est enim in rebus mansuetudinẽ uidere, quàm in uerbis & propter hoc in his non stetit, sed exponens prælij speciem, ostendit hoc esse ciuili bello difficilius, dicens. Veni enim separare hominẽ aduersus patrem suum, & filiã aduersus matrem suã, & nurum aduersus socrum suam. In quo ostendit ꝙ non solum in familiaribus erit hoc prælium, sed in amantissimis et ualde necessarijs, qđ maximè Christi uirtutem ostendit, quia discipuli hæc audientes, & ipsi susceperunt, & alijs suaserunt. Quanuis autem non ipse Christus hanc separationem fecerit, sed illorum malitia, tamẽ dicit se facere secundum scripturę consuetudinem. Scriptũ est enim. Dedit eis Deus oculos ut non uideant. Hoc autẽ maximè ostendit, uetus testamentum nouo cognaturum. Etenim in Iudæis unusquisque ꝓximum interficiebat, quando uitulum fecerunt, & quando Beelphegor immolauerunt, unde ut monstraret eundem esse cui hæc & illa placuerunt, prophetiæ meminit, dicens. Et inimici hominis domestici eius. Et in Iudæis tale aliquid contigit, erant enim prophetę, & pseudoprophetę,

Pacis mandatũ à domino.

& plebs scindebatur, & domus diuidebatur: & hi quidem his credebant, alij autẽ illis. Hiero Hic aũt locus propriè ijsdem verbis in Michæa Propheta describitur. Et notandum vbicunque de veteri testamento testimonium ponitur, vtrum sensus tantum, an & verba consentiant. Hil. Mysticè autem gladius telorum omniũ acutissimum est, in quo est ius potestatis & iudicij, seueritas & animaduersio peccatorũ. Dei igitur verbũ nuncupatũ meminerimus in gladio, q gladius missus est terram. i. prędicatio eius hoium cordibus infusa. Hic igitur quinq; habitãtes in vna domo diuidit, tres in duo, & duo in tres, & tria ad hominẽ referimus, idest corpus & animã & voluntatem, nã ut corpori anima data est, ita & potestas homini vtẽdi vtroq; vt vellet, indulta est. Atq; ob id lex est proposita voluntati, sed hoc tñ in illis deprehenditur, qui primi Deo figuratisũt. Sed ex peccato atq; infidelitate primi parentis sequentibus generationibus cœpit esse corporis nostri pater peccatũ, mater animæ infidelitas, voluntas autem sua vnicuique adiacet: ergo iam vnius dom⁹ quinq; sunt. Cũ ergo innouamur baptismi lauacro, virtutẽ verbi ab originis nostrę peccatis separamur, recisiq; quadam oblectione gladij Dei a patris & matris affectionib. dissidemus, fitq; grauis in domo vna dissensio, & domestica nouo homini erunt inimica: quia ille manere in spiritus nouitate gaudebit, ea verò quę à prosapię antiquitate deducta sunt consistere in his, quib. oblectantur cõcupiscũt. Aug. de quęst. Euang. Vel aliter: Veni separare ho. aduersus patrem suum, quia renunciat quis diabolo, qui fuit filius eius. Et filiam aduersus matrem. nã plebs Dei aduersus mundanam ciuitatem, hoc est perniciosam societatẽ, generis humani, quam nunc Babylonia, nunc Aegypto, nunc Sodoma, nũc alijs atq; alijs nominibus scriptura signat. Nurum aduersus socrũ suã, ecclesiam aduersus synagogam, quæ secundum carnẽ Christũ peperit, spõsum ecclesiæ. Diuiduntur ãt in gladio spiritus, qđ est verbum Dei. Et inimici hoĩs domestici eius, cum quibus antè consuetudinẽ implicatus erat. Raba. Nulla apud eos iura custodiri possunt, inter quos fidei bellum est. Glo. Vel aliter. Hoc dicit. q. d. Non ad hoc inter homines veni, ut carnales affectus confirmem, sed spirituali gladio dissecem. vnde rectè dicitur: Et inimici hominis domestici eius. Grego. 3. Mora. Callidus nanque aduersarius cum à bonorum cordibus repelli se conspicit, eos qui ab illis valde diligũt exquirit. Et per eorum uerba blandiens loquitur, qui plus cæteris amantur, ut dum uis amoris cor perforat, facile persuasionis eius gladius ad intimæ rectitudinis munimẽ irrũpat.

Verbũ Dei gladius est.

Qui amat patrẽ aut matrẽ plusquam me, nõ est me dignus. Et qui amat filiũ aut filiã super me, nõ est me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ suã & sequitur me, non est me dignus. Qui inuenit animam suã, perdet illam. Et qui perdiderit animam suam, propter me inueniet eam.

Hier. Quia ante prę miserat, non veni pacem mittere, sed gladium, & diuidere hominem aduersus patrẽ & matrẽ & socrum, ne quis pietatem religioni anteferret, subijcit, dicens: Qui amat pa. aut ma. &c. Et in Cantico legimus canticorũ: Ordinauit in me charitatem. hic enim ordo in omni affectu necessarius est. Ama post Deum patrem aut matrem, aut filios. Si autem necessitas uenerit, ut amor parentum aut filiorum, Dei amori cõparetũ, & non possit vtrunque saluari, odiũ in suos, pietas in Deũ est. Nõ ergo prohibuit amari patrem, aut matrem, sed signanter addidit: Plusquam me. Hila. Illi enim qui domesticus hominum charitates dilectioni eius prætulerint, futurorum bonorũ indiguerunt hęreditate. Chry. Si autem Paulus iubet omnia parentibus obedire non mireris, in illis enim solum dicit obediendum, quæ non nocent pietati, etenim sanctum est, omnem eis alium reddere honorem. Cũ autẽ amplius debito exegerint, non oportet assentire. Sunt autem hęc veteri testamento consonantia, etenim illic eos qui idola colebãt, nõ odio habere solũ, sed & lapidare dñs iubet. & in Deutero. dicitur: Qui dixerit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, hi custodierunt eloquium tuũ. Glo. Videtur autẽ id in pluribus accidere, vt parẽtes plus diligant filios, quàm filij diligant

Ordo charitatis.

ligant eos: & ideo gradatim postquã suũ amoré, amori parentũ esse pponẽdum docuit, docet cõsequẽter pferendũ esse filiorũ amori, dicẽs: Et qui amat fi. &c. Raba. Per quod significat illũ diuino consortio esse indignũ, qui cõsanguinitatis carnalẽ amoré, pponit spirituali amori Dei. Chr. Deinde vt nõ molestè ferãt illi. s. quibus amor Dei pfertur ad altioré adducit sermonem: aĩa. n. nihil est familiarius alicui, sed tamẽ hãc nõ simpliciter eã haberi odio iussit, sed vt eã quis tradat in occisiones et sanguines: ostẽdẽs ꝙ nõ solũ ad mortem oportet esse paratum, sed ad morté violentam & reprobatissimam. s. mortem crucis. vnde sequitur. Et qui nõ acci. cru. &c. Nihil auté adhuc eis de propria dixerat passione, sed interim ĩ his eos erudit, vt sermonem de passione eius magis suscipiant. Hil. Vel qui Christi sunt, crucifixerunt corpus suum cũ viciis & cõcupiscentijs: & indignus est Christo qui non crucẽ suam, in qua cõpatimur, commorimur, cõsepelimur, cõsurgimur, accpiens, dominũ sit secutus, in hoc sacramento fidei spiritus nouitate victurus. Greg. ĩ ho. Crux quippe à cruciatu dicit̃, & duobus modis crucem domini baiulamus, cũ aut per abstinentiã carnem affligimus, aut p cõpassionem p oximi necessitatem illius nostram putamus. Sciendũ uerò est quòd sunt nõnulli, qui carnis abstinentiam non pro Deo, sed pro inani gloria exhibẽt: & sunt nonnulli, qui cõpassionem proximo non spiritualiter, sed carnaliter impẽdũt vt ei non ad virtuté, sed quasi miserando ad culpas faueant. Hi itaq; crucem videntur ferre, sed dominum non sequũtur. Et ideo ait: Et sequitur me. Chry. Quia verò præcepta hęc quæ iniunguntur onerosa videbãtur, ponit & vtilitaté eorum maximam existenté dicẽs, Qui inue ani. &c. q. d. Non solum hæc quæ præmisit non nocét, sed maximè proderũt: cõtraria uerò nocebunt, & hoc vbiq; facit. Ab his. n. q̃ homines cõcupiscũt inducit, sicut si dicatur: Propter quid nõ uis contemnere animã tuam? quia diligis eã? Quocirca propter hoc cõtẽne: & tũc ei maximè proderis. Remi. Anima aũt in hoc loco non subiecta est intelligenda, sed hæc uita præsés

Notabilis diuisio.

& est sensus: Qui inue. ani. suam. s. hãc pręsenté vitã. i. qui hãc lucẽ & eius dilectionẽ & voluptates ad hoc desiderat, vt semper inuenire possit istã quã semp seruare cupit, pdet, & animã suã æternæ damnationi pparat. Raba. Vel aliter: Qui saluté animæ suæ quærit æternã, pdere, hoc est in morté dare nõ dubitat. utriq; aũt sensui cõgruit apte quod sequit̃. Et qui pdi. ani. suã &c. Remi. Id est, qui hãc téporalé lucé & eius dilectiones & voluptates tépore persecutionis propter confessioné nominis mei contépserit, animæ suæ inueniet ęternam salutem Hila. Sic ergo proficit lucrum animæ in mortem, et damnum in salutem: detrimento enim breuis vitæ, fœnus immortalitatis acquiritur.

Qui recipit vos, me recipit. et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit Prophetã in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli. Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

Hiero. Dominus ad prædicationem discipulos mittẽs, docet pericula non timẽda, affectũ subijcit religioni. aurũ suprà tulerat, ęs de zona excusserat, dura euãgelistarũ condition. Vnde ergo sumptus? unde victus? vnde necessaria & cætera? Et ideo austeritaté præceptorum spe téperat promissorũ, inquiens. Qui reci. vos, me re ci. vt in suscipiendis Apostolis unusquiq; credentiũ Christũ se suscepisse arbitret̃. Chry. Sufficientia siquidem erãt præmissa ad persuadendũ eis qui erant Apostolos suscepturi. Quis. n. eos, qui ita erant fortes, & omnes contemnebant, ut alij saluarentur, nõ susciperet cum omni desiderio? & superius quidé pœnam comminatus est his, qui non reciperent, hic autem retributioné promittit recipientibus. Et primo quidem repromittit honorem suscipientibus Apostolos, ut Christum suscipiant, & etiam patrem. unde subdit. Et qui me recipit, recipit eum qui me misit, Quid autem huic honori fiet? æquale, vt quis patrem & filium recipiat? Hila. In quibus uerbis docet etiam in se mediatoris officium, qui cum sit receptus à nobis

Christus mediator.

 atque

suis prædicando: quia in hoc de cœlis ad terras descendit, vt omnes illuminarent: in quo facto monentur etiam Sancti prædicatores, vt omnibus prodesse studeant.

Quæstio euangelica.

Ioannes autem cũ audisset in vinculis opera Christi mittẽs duos de discipulis suis, ait illi; Tu es q venturus es, an alium expectamus? Et respondẽs Iesus ait illis: Exeuntes renũtiate Ioanni quæ audistis & vidistis; cæci vident, claudi ambulãt, leprosi mũdãtur surdi audiũt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

Glo. Posuit suprà Euãgelista qũo p miracula & doctrinã Christi tã discipuli, q̃ turbæ instruebant. nũc ostẽdit qũo hæc instructio vsq; ad discipulos Ioãnis perueneri, qui ad Christũ æmulationẽ habere uidebant. vnde dicit: Ioãnes autẽ cum audisset in vin. &c. Greg. Quærendum autem nobis est Ioannes propheta, & plusquam prophet a, qui venientem ad baptismum dominũ ostendit, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. cur in carcere positus mittens discipulos requirit: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? tãquã si ignoraret quem ostenderat, & an ipse sit nesciat, quem ipse prophetizando, baptizando, ostendẽdo ipsum esse clamauerat. Ambr. Nonnulli autem hoc sic intelligunt: Magnum quidem ita prophetã esse Ioannem vt Christum agnosceret, annũtiaret remissionem peccatorum futuram: sed tamen tanquam pium autẽ quem venturum crediderat, nõ credidisse moriturum. Nõ igitur fide, sed pietate dubitauit. Dubitauit etiam & Petrus, dicẽs: Propitius tibi esto domine, non fiet hoc. Chry. in ho. Sed non vtique hoc habet rationem. Ioannes enim neq; hoc ignorabat, sed hoc primũ testatus est, dicens: Ecce agnus Dei qui tol pec. mundi. Agnum. n. vocans, crucem diuulgat, nec aliter, quã per crucem peccatũ abstulit mundi. Qualiter autem maior propheta est hic, si neque q̃ prophetarum sunt noscit? Etenim Esaias dicit. Sicut ouis ad occisionem ductus est. Greg. in ho. Sed aliter hæc quæstio soluitur, si gestæ rei tempus pensatur. Ad Iordanis. n. fluenta positus, quia ipse redemptor mũdi esset, asseruit; missus verò in carcere, an ipse veniat, requirit: non qu ia ipsum esse mũdi redẽptorẽ dubitat, sed q̃rit vt sciat si is qui p se in mundum venerat, p se ẽt ad inferni claustra descendat. Hier. Vnde nõ ait: Tu es qui venisti, sed tu es qui venturus es? Et est sensus, Mãda mihi, quia ad inferna descẽsurus sum, vtrũ te ẽt inferis debeãt nuntiare, an aliũ ad hæc sacramẽta missurus es? Chr. in ho. Sed qualiter & hoc habet rationẽ? Cuius .n gratia nõ dixit: Tu es qui vẽturus es in infernũ? sed simpliciter. Qui venturus es? quãuis & derisibilius videat quòd ppter hoc ei dixerit, vt & illuc abiens prædicaret: præsens enim vita, gratiæ tempus est, post obitum autem iudicium est, & pęna, quare in nullo opus erat præcursore illic. Sed aliter; Si infideles post mortem credentes essent saluandi, nullus peribit aliquando; omnes enim pęnitebunt tunc, & adorabunt: Omnes enim genu flectet, cęlestium, terrestrium, & infernorum. Glo. Considerandum autem est, quòd non ideo Hieronymus & Gregorius dixerunt, quòd Ioannes aduentum Christi in infernum prænuntiaturus esset, quia eius prædicatione aliqui non credentes conuerterentur ad fidem: sed vt iustis in expectatione Christi manentibus, ex vicino aduentu consolationem efferret. Hila. Certum est tamen, quòd qui venturum vt præcursor nuntiauit, consistentem vt propheta agnouit, adeuntem vt confessor veneratus est eius abundanti scìẽtię error nõ obrepsit. Nec sanè credi potest Spiritus sancti gratiam in carcere posito defuisse, cum Apostolis virtutis suæ lumen esset in carcere positis ministraturus. Hie. Nõ ergo quasi ignorans interrogat, sed quomodo Saluator interrogat, vbi sit Lazarus positus, vt qui locum sepulchri indicabant, saltẽ sic pararentur ad fidem, vt viderent mortuũ resurgentem. Sic & Ioãnes interficiẽdus ab Herode discipulos suos mittit ad Christum, vt per hanc occasionem videntes signa atque uirtutes, crederent in eum, & magistro interrogãte sibi discerẽt. Quod autem haberent discipuli Ioannis aliquid mordacitatis ex inuidia aduersus dominum, superior quoq; interrogatio demonstrauit, cum dixerunt: Quare & nos pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autẽ tui

tui nõ ieiunát? Chry. in ho. Donec igitur Ioánes erat cũ ipsis, suadebat eis cõtinuè de Christo: q a ãt iã erat obiturus, amplius studiũ facit. Etenim formidabat ne relinquat in discipulis suis pnicioti dogmatis conditioné, & maneát abiecti à Christo, cui & a principio oẽs suos afferre studuit. Si ãt dixisset eis: Abite ad ipsum, q a melior me est: nõ vtiq; psuasisset, sed ęsti marẽt humilia de se sẽtiẽs hoc dicere, et sic magis essent ei affixi. Quid igitur facit? Expectat ab eis audire ꝙ Christus miracula facit; neq; oẽs mittit, sed duos quosdã quos nouerat fortassis aliis psuasibiliores existẽtes, ut insuspicabilis iterrogatio fieret, et ex rebus ipsis discerẽt distãtiã inter eum & Iesum. Hila. Ioannes igitur nõ suę, sed discipulorum ignorãtiæ cõsuluit. ut n. scirent nõ aliũ à se prędicatũ, ad opera eius intuenda discipulos suos misit, ut auctoritaté dictis suis illius opera conferrent, nec Christus alius expectaretur quã cui testimoniũ opera præstitissent. Chrys. in ho. Christus auté mentem noscens Ioãnis, non dixit. Quoniam ego sum, quia per hoc rursus obsisteret hoc audientibus: excogitassent. n. & si non dixissent, quod Iudæi ad ipsum dixerunt: Tu de te ipso testimonium perhibes, & pp hoc à miraculis fecit eos discere, insuspicabilem doctrinã faciens & manifestiorem. Testimoniũ enim quod est a rebus, credibilius est testimonio quod est à uerbis: unde confestim curauit cœcos, & claudos, & alios multos: nõ ut doceret Ioannem scientem, sed hos qui dubitabant: & ideo sequitur: Et respondens Iesus, ait illis: Eũtes renuntiate Ioanni quæ audistis & uidistis. Cœci uident, claudi ambulant, leprosi mũdãtur, surdi audiũt, mortui resurgũt, pauperes euãgelizantur. Hie. Quod pmissis non minus est. Pauperes ãt euangelizatos intellige, uel pauperes spiritu, uel certè opibus pauperes. Vt nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuities & egenos in prædicatione distãtia sit: hæc magistri rigorẽ hæc pceptoris cõprobãt ueritaté, qñ omnis apud eũ qui saluari potest æqualis est. Chry. Quod ãt ait: Et beatus est q nõ fuerit scandalizatus in me: inter nuntios percutit. quia. n. scãdalizabantur in ipso, dubitationé eorum nõ diuulgãns, & soli eorũ cõscientiæ derelinquens, redargutionem eorũ latẽter induxit. Hila. Itaq; cui rei Ioannes cauisset ostendit, dicens, beatos eos in quibus aliquid in se scandali nõ fuisse; quia metu eius, s. ne scãdalizarentur, discipulos suos Ioãnes, vt Christũ audirent, misit Greg. Vel aliter; Infidelium mens graue in Christo scandalũ pertulit, cũ eũ ẽt post tot miracula morienté uidit, vnde Paulus dicit: Nos pdicamus Christũ crucifixum, Iudęis quidem scãdalũ. Quid ergo est dicere: Beatus qui nõ fuerit scandalizatus in me, nisi aperta uoce abiectionem mortis suæ, humilitatéque signaret, ac si patenter dicat? Mira quidé facio, sed abiecta pperi nõ dedignor, quia ego moriẽdo te subsequor: cauendũ ualde est hominibus ne in me morté despiciãt, qui signa venerãtur. Hila. Præbetur ẽt mysticẽ in his q̃ in Ioanne gesta sunt, intelligentia amplior: vt ppheta ipso conditionis suæ genere pphetizaret, quia in eo forma legis lata est. Christũ. n. lex annunciauit, & remissioné peccatorũ pdicauit, & regnũ cęlorũ spopõdit, & Ioãnes totũ hoc opus legis expleuit. Igitur cessante iã lege, quæ peccatis plebis inclusa, ne Christus posset intelligi, quasi vinculis & quasi carcere cõtinebat, ad Euãgelia cõtuẽda lex mittit, vt infidelitas fidé dictorũ contẽpletur in factis. Amb. sup. Luc. Et fortasse isti populi, quos misit, sunt duo discipuli: vnus q ex Iudæis credidit, alter q ex Gẽtilib.

Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne; Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est; Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Chry. Quantum ad discipulos Ioannis satis actum erat, certificati. n. de Christo per signa quæ viderãt, recesserunt. Sed oportebat ẽt turbas sanari, quæ ex interrogatione discipulorũ Ioannis multa incõuenientia subintellexerunt, ignorantes mittentis consilium. Poterant vtique dicere,

Ioannes discipulorũ curam ge-

Allegorica expositio.

cere, qui tanta testatus est de Christo, aliter persuasus est nûc, & dubitat utrum sit ipse. Nûquid ergo alterans ad Iesum hoc dicit? nunquid timidior a carcere factus? nûquid vanè & inaniter priora dixit? Hila. Ac ne illud qđ immediatè præmiserat referri posset ad Ioannē tanquā scandalizatus esset in Christo, subditur: Illis autē abeūtibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Chry. in ho. Propter hoc āt abeūtibus eis ut non uideatur hoi adulari: corrigens āt & plebem, nō ducit in medium suspicionē eorum, sed solutionem cogitationum eorū inducit, qua eos in dubitationem mittebat, demō trans, se nosse occulta. Neque. n. dixit sicut Iudæis, quid cogitatis mala? etenim si mala cogitauerint non tñ ex malitia, sed ex ignorantia. vnde nō loquit̃ eis durè, sed respōdet pro Ioanne, ostendens ꝙ non excidit a priori opinione. Hoc aūt docet, non solum proprio verbo, sed eorum testimonio: nō tm̄ per ea quæ dixerunt, sed per ea quę egerūt. Ideoq; ait: Quid existis in desertum videre? ac si diceret: Propterè quid ciuitatès dimittentes conuenistis in desertum? Nō. n. plebs tanta cum desiderio in eremum venisset, nisi magnum quendam & mirabilē & petra solidiorē se videre existimans. Glo. Non āt tunc exierāt in desertum ad hoc, vt viderent Ioannem: nec enim erat tunc in deserto, sed in carcere, sed præteritū refert, quia frequenter exierat populus in desertum uidere Ioannē, cum adhuc esset in deserto. Chry. in ho. Et uide quia oēm aliam malitiā prætermittens remouet à Ioāne leuitatē, de qua turbæ dubitabant, dicens: Arūdinē vento agitatam. Greg. in ho. Qđ uidelicet non asserendo, sed negando intulit. Arundinē quippe ut mox aura cōtingit, in patrem flectit: per quā carnalis animus designat̃. qui mox vt fauore & detractione tangitur, in partem quālibet declinatur. Arundo ergo vēto agitata Ioānes nō erat, quē a status sui rectitudine nulla rerum uarietas inflectebat. ac si dñs diceret. Hier Nunqd ob hoc existis in desertū, ut videretis hoiem calamo similē, qui oī vento circūfertur, & leuitate mentis de eo ambigeret, quē antea prædicaret? An forsitā stimulis inuidiæ cōtra me cogitur, & ꝑdicatio eius uanā sectatur gloriam, ut ex ea q̃rat lucra? Cur diuitias cupiat? ut affluat dapibus? locustis vescitur & melle syluestri. An ut mollibus vestiat̃? pili camelorū sunt tegumen eius. & ideo subiungit: Sed qd existis videre? hoīem mollib uestitū? Chry. in ho. Vel aliter: Quòd nō sit Ioānes similis calamo mobili, per vestrū studium significastis. s. in desertū exeuntes. Nō tñ pōt aliquis dicere, ꝙ Ioānes quidē constans erat, sed postea lasciuię seruiens factus est mobilis. sicut. n aliquis est iracundus natura, alius per infirmitatem longam: ita aliqui sunt mobiles per naturā, alij verò lasciuiæ seruiēdo mobiles fiūt. Ioānes āt neq; natura mobilis erat, ꝑꝑ qđ dixerat: Nū existis uidere arundinem uēto agitatā? Neq; lasciuię dans seipsum, perdidit quā habebat excellētiam, qđ. n. non seruierit lasciuiæ, monstrat solitudo, & carcer. Si. n. uellet mollib. vestri nō eremū inhabitasset, sed regū palatia. vnde se quit̃: Ecce qui mollib. vestiuntur, in domibus regnū sunt. Hier. Ex hoc ostenditur rigidā uitam & austeram prædicationē, uitare debere aulas regū, & molliū hominum palatia declinare. Greg. in hom. Nemo autem existimet in fluxu atq; studio pręciosarum uestiū peccata deesse, qa si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem dominus de uestimenti sui asperitate laudasset. Et nequaquā Petrus fœminas a ꝑciosarū uestiū appetitu compesceret, dicens: Non in veste pręciosa. Aug. 4. de doctrina Christia. Cum in omnibus talibus non vsus rerū, sed libido utentis in culpa est. Quisquis enim reb. restrictius utitur quàm se habēt mores eorum, cum quibꝰ uiuit, aut intēperās, aut superstitiosus est. Quisquis verò sic utitur ut metas cōsuetudinis bonorum inter quos uersatur, excedat, aut aliqd significat, aut flagitiosus est. Chry. in ho. A loco autem & uestimentis & a concursu hominū eius moribus designatis inducit iam & prophetā etiam eum esse, dicens. Sed quid existis uire? prophetā? dico uobis etiam plusquam prophetam Grego. Prophetæ enim ministerium est uentura prædicere, non ét demonstrare. Ioānes ergo plusquam propheta

Ioannis constantia.

ta est, quia eum quem precurredo prophetauerat, etiā ostendendo nuntiabat. Hier. In quo etiā ceteris prophetis maior est. Et quia ad priuilegiū prophetale etiam baptismi accessit premium, ut sum dominū baptizaret. Chry. in ho. Deinde mōstrat secundum quid est maior dicēs: Hic est. n. de quo scriptū est, Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam. Hiero. Vt enim meritorum Ioannis augmentum faceret de Malachia testimonim infert, in quo ēt Angelus predicatur. Angelum autem hic dici Ioannem non putemus naturæ societate, sed officij dignitate, idest nuntium, qui venturum dn̄m nuntiauit. Greg. Qui enim græcè Angelus, hic latinè nuntius dicitur rectè ergo qui nuntiare supernum nuntium venerat, Angelus vocatur: vt dignitatem seruet in nomine, quam explet in operatione. Chryſ. in ho. Monstrat igitur secūdum quid est maior Ioannes pro phetis, secundum id, scilicet ꝙ est prope Christū sicut. n. qui prope currum regis incedunt, alijs sunt clariores, ita & Ioāne prope Christi præsentiā. Glo. Deinde alij prophetę missi sunt, vt aduentum Christi annuntiarent: iste autē ut præpararet uiā ipsius. vnde sequitur: Qui præparabit viā tuam ante te, id est per uia reddet tibi corda auditorū, pęnitentiā prædicādo & baptizando. Hil. Mysticè autem desertum, Spiritu sancto vacuum est sentiendum, in quo habitatio Dei nulla sit. In arundine, homo talis ostēditur, de gloria seculi vitę suæ inanitate speciosus, in se autem fructus ueritatis cauus: exterior placens: & nullus interior, ad omnem ventorū motum, id est immundorum spirituum flatu mouendus, neq; ad consistendi firmitatē valens, & animę medullis innanis: veste āt, corpꝰ quo induitur aīa, signatur: quod luxu ac lasciuijs mollescit. in regib. trāsgressorum Angelorū nuncupatio est, hi. n. seculi sunt potentes, mundiq; dominantes. Ergo uestiti mollibus in domib. regū sunt, id est illorū quib. per luxū fluida & dissoluta sunt corpora, patet esse dæmonū habitationem. Greg. Ioannes ēt mollibus vestitus nō fuit, quia uitā peccātium non blandimentis fouit, sed rigore asperę inuectionibus increpauit, dicens. Genimina viperarum &c.

Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo.

Chry. Præmissa cōmendatione Ioānis ex prophetę testimonio nō hic stetit, sed iā sentētiā propriā de ipso inducit, dicens: Amen dico &c. Rabā. Ac si diceret: Quid dicerē per singula de commēdationi Ioānis? Amē dico uobis inter natos mulierū: inter natos inq̄t mulierū nō virginū: mulieres. n. propriè corruptæ uocantur. Si āt Maria aliqñ mulier in Euangelio nuncupatur, sciendum est interpretē, mulierē ꝓ fœmina posuisse, sicut ibi: Mulier, ecce filius tuus. Hier. His ergo prefertur hominibus, qui de mulierib. nati sunt, & de cōcubitu uiri, & nō ei qui natus ex uirgine & Spiritu sancto: quamuis in eo q̄d dixit Nō sur. in. na. mu. ma. Io. Bap. nō cæteris prophetis & patriarchis cunctisq; hoībus Ioannē prętulit: sed Ioanni cœteros exæquauit. Nō. n. statim sequitur, vt alij maiores eo non sunt, ille maior aliorum sit. Chry. sup. Mat. Sed tanta cum sit iustitiæ altitudo, ut in illa nemo possit ēē pfectꝰ, nisi solus Deus, puto ꝙ oēs sancti, quantum ad subtilitatem diuini iudicij, inuicē sibi inferiores sunt, aut priores, ex quo intelligimus qm̄ qui maiorem se nō hēt, maior oībus est. Chry. in ho. Ne āt rursus superabundantia laudū pariat aliquod inconueniens Iudæis Ioānem pręferentibus Christo, cōuenienter hoc remouet, dicēs: Qui aūt minor est in regno cœlorū, hic maior est illo. Augu. contra aduersarium legis & prophetarum. Argumentatur autem ex hoc hæreticus, ita velut ratiocinādo, tanquam Ionnes non pertineat, ad regnum cœlorum, & ob hoc multo minus cęteri prophetæ illius populi, quib. maior est Ioannes. Hæc āt uerba dn̄i duobus modis possunt intelligi. Aut. n. regnum cœlorū appellauit hoc q̄d nondū accepimus, de quo in fine dicturus est, Venite benedicti patris mei, pcipite regnū, & q. aibi sūt Angeli, quib. in eis minor, maior est quolibet iusto portante corpus quod corrūpitur. Aut si regnum cęlorum intelligi voluit ecclesiā, cuius filij sunt ab institutione generis humani vsq; nūc omnes iusti, domi-

Iesu de Ioāne digna sententia.

dominus seipsum significauit: qui nascendi tpe minor erat Ioanne, maior aũt diuinitatis æternitate, & dñica potestate. Proinde secundũ prioré expositioné ita distinguitur. Qui minor est in regno cœlorum, ac deinde subinfertur: Maior est. Secundũ hanc āt posterioré, ita: Qui aũt minor est, ac deinde subinfertur: In regno cœlorum maior est illo. Chrys. Dicit aũt in regno cœlorũ. i. in spiritualibus & uniuersis, q̃ sunt secundũ cœlum: quidam autem dicunt qm̃ de Apostolis hoc dixit Christus. Hier. Nos aũt simpliciter intelligamus ꝙ oïs Sanctus qui iam cum dño est, sit maior illo, qui adhuc cõsistit in prælio. aliud est enim victoriæ coronã possidere, aliud adhuc in acie dimicare.

A diebus autem Ioannis Baptistæ vsq; nunc regnum cælorum uim patitur, & lex uiolenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ & lex, usque ad Ioannem prophetauerunt, & si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat.

Glo. quia dixerat superius: Qui minor est in regno cœlorũ, est maior Ioanne: ne videretur Ioannes à regno cœlorum esse alienus. hoc remouet subdens. A diebus aũt &c. Greg. Per regnũ cœlorum supernum soliũ designatur, cum quo peccatores quolibet facinore polluti ad pœnitentiã redeunt, & semetipsos corrigunt, quasi peccatores in locũ alienum intrant, & violenter regnum cœlorum rapiunt. Hie. Si autem primus Ioannes Baptista pœnitentiã populis nunciauit, dicens: Pœnitentiã agite appropinquabit. n. regnum cęlorũ, couenienter à diebus illius regnum cœlorum uim patitur; & uiolenti rapiunt illud. Grandis est. n. violentia in terra nos esse generato, & cœlorũ sedem quærere, & possidere ꝑ virtutem q̃ non tenuimus per naturã. Hilar. Vel aliter: Dñs Apostolos ire ad oues perditas Israel iusserat, sed oïs hæc ꝑdicatio profectũ publicanis, & peccatoribus afferebat, itaq; vim regnum patitur, & violenti diripiunt, quia gloria Israel à patribus debita, à prophetis nunciata, à Christo oblata, fide gentiũ occupatur & rapitur. Chry. Vel rapiunt regnum Dei per fidé Christi omnes, qui cum festinatione veniunt. vnde dicit: A diebus auté Ioannis vsq; nunc. Et ita impellit & festinare facit ad fidem suam, simul autem & his quæ antea dicta sunt à Ioanne opitulatur. Si n. vsq; ad Ioannem omnia completa sunt, ipse est qui venturus est. vnde subdit; Omnes enim prophetæ &c. Hiero. Non ꝙ post Ioannem excludat prophetas. Legimus. n. in Actib. Apostolorum & Agabũ prophetizasse, & quatuor virgines filias Philippi. Sed vt lex & prophetæ quos scriptos legimus, quicquid prophetizauerũt de dño vaticinati sunt. Qñ ergo dr̃: Vsq; ad Ioannem prophetizauerunt, Christi tempus ostenditur: & quẽ illi dixerunt esse venturum, Ioannes venisse ostendit. Chrys. Deinde aliã coniecturam sui aduentus ponit, dicens: Et si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus est. Dicit dñs in Malachia: Mittã vobis Heliam Thesbité, & de isto dicit: Ecce ego mitto Angelũ meum ante faciem tuam. Hier. Helias ergo Ioannes dr̃, non secundum stultos philosophos & quosdam hereticos, qui reuersionem animarũ introducunt, sed ꝙ iuxta aliud testimonium Euãgelij uenerit in spiritu & virtute Heliæ, & eandem Spiritus sancti uel gratiam habuerit uel mensuram. Sed & vitæ austeritas rigorq; mẽtis Helię, & Ioannis pares sunt, uterq; in eremo, vterque zona pellicea cingebatur. Ille, quoniam regem Achab & Iezabel impietatis arguit fugere cõpulsus est: iste quia Herodis & Herodiadis illicitas arguit nuptias capite truncatur. Chry. Et bene dixit: Si vultis recipere, libertatem ostendens, & voluntariam expetens mentem. Est enim ille hic, & hic ille, quia præcursores facti sunt utrique. Hier. Hoc auté quod dictũ est, ipse est Helias, mysticũ esse & egere intelligentia, sequens domini sermo demonstrat, dicens: Qui habet aures audiendi, audiat. Remi. Ac si diceret: Qui habet aures cordis audiendi, idest intelligendi, intelligat: quia non dixit Ioannem Heliã esse in persona, sed in spiritu.

Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro qui clamantes coæqualibus dicunt: Cecinimus uobis, & non saltastis: Lamentauimus, & non planxistis. Venit enim Ioannes neque manducans

Vim inferre celo quid sit.

Reditus animarum retunditur.

cant neque bibens, & dicunt dæmonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens, & dicunt: Ecce homo uorax & potator uini, publicanorum & peccatorum amicus est. Et iustificata est sapientia à filijs suis.

Hila. Totus hic sermo infidelitatis opprobriũ est, & de affectu superioris querimoniæ descendit: quia insolẽs plebs per diuersa sermonum genera docta nõ fuerit. Chr. Vnde & interrogatione vtitur, mõstrãs quoniam nihil quod deberet fieri ad salutem eorum, derelictum est, dicẽs: Cui autem similẽ æsti. &c. Glo. q. d. Tãtus est Ioãnes, sed vos nec sibi nec mihi voluistis credere: & ideo cui vos similes ęstimabo? ꝑ generationem accipit cõiter, & Iudæos, & se, cum Ioãne. Remi. Mox autem sibiipsi respondet, subiungens: Similis est pueris sedẽtibus in foro, qui clamãtes coæqualibus dicunt: Cecin. vo. & non salta. lamen. & nõ plan. Hila. In pueris, ꝓphetæ signãtur, qui in simplicitate sensus, vt pueri ꝑdicauerũt, & in medio synagogæ tanq̃ in publico fori cõuentu coarguunt: ꝙ cantãtibus sibi officio corporis nõ obsecundauerint, & ꝙ dictis suis nõ paruerint ad cantantiũ. n. modũ saltantium motus aptatur. Prophetæ. n. ad cõfessionem psallendi Deo prouocauerunt, vt cãtico Moysi tenetur, vt Esaiæ, vt Dauid. Hier. Dicunt ergo: Cecinimus vobis & nõ saltastis. i. ꝓuocauimus vos, vt ad nostrum cãticũ bona opera faceretis, & noluistis. Lamẽtati sumus, & vos ad pœnitẽtiã ꝓuocauimus, & nec hoc quidẽ facere uoluistis, spernẽtes vtranq; ꝑdicationẽ, tam exhortationis ad virtutes, quàm pœnitẽtiæ post peccata. Remi. Quid est autem quod dicit coæqualibus? Nũq̃d infideles Iudæi coæquales erãt sanctis ꝓphetis? Sed hoc dicit, qm̃ de vna stirpe orti fuerunt. Hieron. Pueri etiã sunt de quibus Esaias loquitur. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dñs, isti ergo pueri sedẽt in foro, ubi multa venalia sunt, & dicũt. Chry Cecinimus vobis & nõ saltastis, hoc est, remissam vitã ostẽdi, & nõ ꝑsuasi estis: lamẽtauimus et nõ plãxistis, hoc est Ioãnes durã sustinuit vitã, & nõ attendistis. non autẽ dicit ille illud, & ego hoc, sed cõiter: quia vna intentio vtriusq; erat: vnde sequitur: Venit. n. Io. neq; mand. neq; bi. & di. dæmo. hẽt. Venit filius &c. Aug. contra Fau. Vellẽ aũt vt mihi Manichæi dicerẽt, q̃d mãducabat & quid bibebat Christus, qui in cõparatione Ioãnis non manducantis neq; bibentis hic se dicit manducantẽ ac bibentẽ? Nõ enim dictum est, ꝙ Ioannes oĩno nõ biberet, sed ꝙ vinũ & sicerã non biberet: bibebat ergo aquã. cibus autem eius non oĩno nullus erat, sed locusta & mel syluestre. vnde ergo dictus est non maducans neq; bibens, nisi quia illo victu quo Iudæi utebãtur nõ utebatur? hoc ergo dñs nisi vteretur, nõ in eius cõparatione mãducans bibensq; diceretur. Mirũ autẽ si nõ mãducans dr̃, qui locustas & mel comedit, & manducãs dr̃, qui pane & olere contentus est. Chry. Dicit ergo: Venit Iesus. ac si dicat per cõtrariã viã venimus ego & Ioãnes, & idem fecimus: sicut si venatores per duas contrarias uias aliquod aĩal insequantur, vt in alterũ incidat. Vniuersum aũt hoĩum genus ieiunium & durã uitã admiratur, & ꝑp hoc dispẽsatum est a prima ætate ita nutriri Ioannem, ut per hoc digna fide essent, q̃ dicerentur ab ipso. Incessit siquidem dñs per hãc uiam, qũ quadraginta diebus ieiunauit: sed tñ & alter docuit ꝙ sibi esset credendum: multo. n. maius erat quod testaretur pro eo Ioãnes, qui per hãc viã incesserat, quã ꝙ ipse per hanc uiam incederet: aliter Ioannes nihil plus ostendit, præter uitam et iustitiam: Christus autem et à miraculis testimonium habebat. dimittẽs ergo Ioãnem ieiunio fulgere, ipse contrariã incessit uiam, ad mensam intrãs publicanorũ, & manducans & bibens Hier. Si ergo ieiuniũ uobis placet, cur Ioãnes displicuit, si saturitas, cur filius hominis? quorũ alterum dæmoniũ habentem, alterũ uoracẽ & ebrium nuncupastis. Chry. Qualẽ igitur iam excusationẽ accipiet? propter hoc subdit: Et iustificata est sapiẽtia à filiis suis, hoc est: Et si uos persuasi non estis, sed me iã incusare nõ habetis, quod & de ꝓre ait propheta: Vt iustificeris in sermonib. tuis etsi enim nihil in uobis expleatur a procuratione Dei, q̃ est circa nos omnia quę sunt, ex parte sua complet, ut in uerecundis neque umbram relinquat ingratæ dubi-

Manichæorũ hæreticorũ redargutio.

Notãda expositio.

dubitationis. Hier. Iustificata est ergo sapientia à filijs suis, id est Dei dispensatio atq; doctrina; vel ipse Christus qui est Dei virtus, et Dei sapiétia iuste fecisse ab Apostolis, suis filijs, cóprobatus est. Hila. Est auté ipse sapientia nō ex effectu, sed ex natura. Plures.n.dictū Apostolicū quod ait, Christū Dei sapiétiā & Dei virtutem, his modis solent eludere. ꝙ in eo ex virgine creãdo efficax Dei sapientia & virtus extiterit, sed ne tale posset intelligi, ipsum se sapiétiā nuncupauit, eā in se, nō q̃ sunt ei⁹ ostendés. Non.n. idé opus virtutis & virtus, & efficiés discernit ab effectu. Aug. de quæst. Vel iustificata sapiétia à fil.js suis, quia sancti Apostoli intellexerunt regnū Dei nō esse in esca & potu, sed in æquanimitate tolerãdi, quos nec copia subleuat nec deprimit egestas; vnde & Paulus dicebat; Scio abūdare, & penuriā pati. Hie. In quibusdā libris legit, Iustificata est sapientia ab operib. suis, sapientia nanq; nō quęrit vocis testimonium, sed operū. Chry. Si autem exépla vilia sunt de pueris, non mireris, ad imbecilitatem.n. audientium loquebatur, sicut Ezechiel multa exépla dixit Iudæis conuenientia, Dei magnitudine indigna. Hil. Mysticè autem Iudæos nec Ioannis prædicatio inflexit, quibus & lex grauis visa est potibus cibisq; præscriptis & difficilis & molesta, peccatū in se quod dæmoniū nuncupauit habens, quia per obseruantiæ dificultatem, necesse eis esset in lege peccare, rursusq; in Christo Euangelij prædicatio vitæ libertate non placuit, per quā difficultates legis & onera laxata sunt, & ad eam publicani peccatoresq; crediderunt, atque ita tot & tantis admonitionū generibus frustrà habitis nec per gratiam iustificantur, et lege sunt abdicati; & iustificata est sapientia à filiis suis, ab his .s. qui regnum cœlorū fidei iustificatione diripiunt, confitentes iustum sapientiæ opus, ꝙ munus suum ad fideles a contumacibus transtulerit.

Tunc cępit exprobare ciuitatibus, in quib. factæ sunt plurimæ virtutes eius quia nō egissent pœnitentiam. Vę tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida quia si in Tyro & Sidone factæ essēt virtutes q̃ factæ sunt in vobis olim in cilicio & cinere pœnitētiā egissent. Veruntamē dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij quā vobis. Et tu Capharnaū, nunquid usque in cœlum exaltaberis? usque in infernum descēdes: Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes q̃ factæ sunt in te forte mansissent usque in hanc diem. Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii, quàm tibi.

Glo. Hucusque Iudæos cōiter increpauerat, nūc aūt quasi nominatim quasdā ciuitates increpat, quib. spiritualiter ṗdicauerat, nec tñ cóuerti volebāt. vnde dicit, Tūc cœpit exprobare ciuitatib. in quibus &c. Hie. Exprobatio.n. ciuitatū Corozaim & Bethsaidæ & Capharnaū, capituli huius titulo pãdit, ꝙ ideo exprobauerat eis, quia post factas virtutes & signa q̃ plurima non egerint pœnitentiam. vnde subdit: Væ tibi Coro. Væ tibi Beth. Chry. Vt aūt nō dicas à natura ipsos esse malos, ponit nomen ciuitatis, scilicet Bethsaida, à qua quãdoq; processerūt Apostoli. etenim Philippus & duo binarij principaliū Apostolorū hinc fuerunt. s. Petrus & Andręas, Iacobus & Ioãnes. Hie. Sed per hoc quod dicit Væ, hæ vrbes Galilææ à Saluatore planguntur; ꝙ post tanta signa, atque virtutes non egerint pęnitentiam. Raba. Corozaim autem quæ interpretatur mysterium meum: & Bethsaida quę domus fructuum, vel domus venatorum dicitur, ciuitates sunt Galilææ sitæ in littore maris Galilææ. Plangit ergo dominus ciuitates quæ quodam mysterium Dei tenuerunt, & virtutum iam fructum gignere debuerunt, & in quas spirituales venatores sunt missi. Hie. Et præferuntur eis Tyrus & Sidon vrbes idololatriæ, & vitijs deditæ. & ideo sequitur: Quia si in Tyro & Sidone factæ essent &c. Grego. 35. Mor. In cilicio quidem asperitas, quæ pūctio peccatorū, in cinere autem puluis ostenditur mortuorum, & idcirco vtrunq; hoc adhiberi ad pœnitentiā solet, vt in punctione cilicij cognoscamus quid per culpam fecimus & in fauilla cineris perpendamus quid ꝑ iudicium facti sumus. Raba. Tyrus autē & Sidon sunt vrbes Phęnicis, interpretatur autem Tyrus angustia, & Sidon venatio, & significat gentes, quas venator diabolus iugustia peccatorū comprehédit, sed Saluator Iesus per Euangelium absoluit,

uit. Hier. Quærimus aũt ubi scriptũ sit, ꝙ in Corozaim & Bethsaida dñs signa fecerit. Suprà legimus: Et circuibat ciuitates omnes & vicos, curans omné infirmitaté, & reliqua. Inter cęteras ergo vrbes & viculos, ęstimãdũ est in Corozaim & in Bethsaida dñm signa fecisse. Au. de perseue. Nõ ergo verũ est ꝙ his tẽporib & his locis Euãgeliũ eius pdicatũ non est in quib. tales omnes futuros esse pſciebat, quales multi in eius corporali pſentia fuerunt, q in eum ne suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt. Ecce .n. dominus attestatur ꝙ Tyrij et Sidonij acturi eßẽt magnę humilitatis pęnitẽtiam, si in eis facta essent diuinarum signa virtutum. Porrò si etiã secundum facta quæ facturi essent, si viuerent, mortui iudicantur: profectò quia fideles futuri erant isti, si eis cum tantis miraculis Euangelium fuisset pdicatum, nõ sunt vtique puniendi: & tamẽ in die iudicij punientur. Sequitur enim: Veruntamẽ dico vobis. Seuerius ergo punienť illi, isti remissius. Hier. Quod ideo est: quia Tyrus & Sidon naturalem tantum legem calcauerunt, istæ verò ciuitates post transgressionem naturalis legis & scriptæ, etiam signa quæ apud eos facta sunt, paruiduxerunt. Raba. Impletum autem hodie videmus dictum Saluatoris: quia .s. Corozaim & Bethsaida præsente domino credere noluerunt. Tyrus autẽ & Sidon postea euangelizantib. discipulis, crediderunt. Remi. Capharnaum autem metropolis erat Galilææ, & insignis ciuitas illius prouinciæ: & ideo dominus spiritualiter mentionem illius facit, dicens: Et tu Capharnaũ, nunquid vsque in cęlum exaltaberis? vsq; ad infernum descẽdes. Hie. In altero exemplari reprimus, Et tu Capharnaum quæ vsque ad cœlum exaltata es, vsque ad inferna descendes. Et est duplex intelligentia: vel ideo ad inferna descendes, quia cõtra prędicationem meam superbissimè restitisti. Vel ideo quia exaltata vsque in cęlum, meo hospitio & meis signis atq; virtutibus tantum habẽs priuilegium, maioribus plecteris supplicijs, ꝙ his quoq; credere noluisti. Rem. Non solum autẽ Tyri & Sidonis, sed ipsa Sodomorũ & Gomorrhæorum fecerunt leuia peccata per comparationẽ, & ideo sequiť: Quia si in Sodomis factę essent virtutes q̃ factæ sunt in te forte manisisset vsq; in hũc diẽ. Chrys. In quo augeť eorum accusatio etenim maxima malitiæ demõstratio est, cũ nõ solum his q tũc erãt, sed his q nunquã fuerãt mali, apparẽt deteriores. Hier. In Capharnaũ aũt, q̃ interpretať villa pulcherrima, cõdẽnatur. Hierusalẽ, cui dicitur per Ezechielem. Iustificata est Sodoma ex te. Remig. Ideo autem dñs qui omnia nouit, in hoc loco verbum dubitatiuum posuit .s. fortè: vt demonstraret quia liberum arbitrium concessum est hominib. Sequitur: Veruntamẽ dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij quàm tibi. Et sciendum est, ꝙ nomine ciuitatis vel terræ, non ædificia vel domorum parietes dominus increpat, sed homines in eis cõmorantes, secundum speciem tropi, quæ est metonomia. In qua per hoc quod cõtinet id quod cõtinetur, ostenditur. per hoc autem quod dicit: Remissius erit in die iudicij, apertè demõstrat, q a diuersa sunt supplicia in inferno, sicut & diuersæ sunt mansiones in regno cœlorum. Hie. Quærat autem prudens lector, & dicat: Si Tyrus & Sidon & Sodoma potuerunt agere pœnitentiam ad prædicationẽ Saluatoris, signorumque miracula; nõ sunt in culpa ꝙ non crediderunt, sed vitij silentium in eo est, qui acturis pęnitentiã noluit prædicare. Ad quod facilis & aperta est respõsio; ignorare nos iuditia Dei, & singularium eius dispensationũ sacramẽta nesciri. Propositum fuerat Iudæorum fines non excedere, ne iustam pharisæis & sacerdotibus occasionem persecutionis daret. vnde & Apostolis præcepit: In viã gentiũ ne abieritis. Corozaim & Bethsaida damnãtur, ꝙ pręsente domino credere noluerũt. Tyrus & Sidon iustificantur, ꝙ Apostolis illius crediderunt. Non quæras tempora cũ credentium intuearis salutem. Remi. Soluitur aũt aliter; Fortassis erant plurimi in Corozaim & Bethsaida qui credituri erant, & erãt multi in Tyro & Sidone q non erant credituri, & ideo non erant digni Euãgelio. Dominus ergo ideo habitatoribus Corozaim & Bethsaidæ prædicauit, ut illi qui credituri erãt crederent, &

habi-

sent: & habitatoribus Tyri & Sidonis prędicare noluit, ne fortè illi qui nó erát credituri, contéptu Euágelij deteriores facti atrocius punirent. Aug. de pseueran. Quidá át disputator catholicus nó ignobilis. húc Euágelij locú sic exposuit, vt diceret præsciisse dominú Tyrios & Sidonios à fide fuisse postea recessuros, & cum factis apud se miraculis credidissent, & misericordia potius nó eú illic ista fecisse, quoniá grauiori pœnę obnoxij fierent, si fidé quá tenuerát reliquissent, q̃ si eá nullo tépore tenuissent. Vel aliter: Præsciuit profecto Deus beneficia sua, quibus nos liberare dignat: hæc át est pdestinatio sanctorú, præscientia scilicet, & pręparatio beneficiorú Dei: quibus certissime liberátur, quicunque liberantur. Cæteri autem non nisi in massa perditionis, iusto diuino iudicio relinquantur, ubi Tyrij relicti sunt & Sidonij, qui etiá credere poterant, si multa Christi signa vidissent: sed quoniá vt crederent non eis erat datum, & vnde crederent est negatum. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio diuinum naturaliter munus intelligentiæ quo moueátur ad fidem, si congrua suis mentibus uel audiant uerba vel signa conspiciant: & tamé si Dei altiore iudicio, à perditionis massa non sunt gratiæ prędestinatione discreti, nec ipsa eis adhibentur uel dicta diuina, vel facta, per quæ possent credere, si audirent utique talia, uel uiderent. In eadé perditionis massa relicti sunt etiá Iudæi, qui non potuerunt credere factis in conspectu suo tam magnis clarisque uirtutibus. Cú enim non poterant credere, non tacuit Euágelium, dicés: Cum autem táta signa fecisset coram eis, non poterant credere, quia dixit Esaias: Excœcaui oculos illorú, & induraui cor eorum. Nó erant ergo sic excœcati oculi, nec sic induratú cor Tyriorum et Sidoniorum, quin credidissent, si qualia uiderunt isti signa uidissent. Sed nec illis profuit q̃ poterant credere, quia prędestinati non erát. nec istis obfuisset q̃ non poterant credere, si ita prædestinati essent ut eos cœcos dominus illuminaret, & induratis cor lapideum uellet auferre. Augustinus de con. Euan. Hoc autem quod hic dicitur, etiá Lucas commemorat continuatim cuidá sermoni dñi, et hic ex ipsius ore coniungés: unde magis uidetur ipse hoc ordine illa cómemorari, q̃ a domino dicta sunt: Matthæus át suæ recordationis ordiné tenuisse: aut illud quo Matthæus ait, Tunc cœpit exprobare ciuitatibus, sic accipiendú putant, ut punctú ipsum téporis uoluisse credat exprimere in hoc quod est, Tunc nó át ipsum tépus aliquáto latius quo hic multa gerebant et dicebant. Quisquis ergo credit, credat hoc esse bis dictú. Cú enim & apud unú Euágelistam inueniantur quędam, quæ bis dixerat dominus: sicut apud Lucam de non tollenda pera in uia: quid mirum si aliquid aliud bis dictum, sigillatim à singulis dicitur eodem ordine quo dictum est? Et ideo diuersus ordo apparet in singulis, quia & tunc quando ille, & tunc quando iste commemorat, dictum est.

In illo tempore, respondens Iesus, dixit. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te.

Chrys. Quia sciebat dominus multos de superiori quæstione dubitaturos, scilicet q̃ Iudæi Christum non receperunt, quem géntilitas tam prona suscepit, respódet hic cogitationibus eorum. Et ideo dicit: Respon. de. di. Confi. tibi pa. &c. Glo. Id est q̃ facis cœlos, & relinquis in terrenitate quos uis. Vel ad literam. Aug. de uer. do. Si Christus dixit confiteor, à quo longe est omne peccatum, cófessio nó est solius peccatoris, sed aliquando etiá laudatoris. Confitemur ergo siue laudantes Deú, siue accusantes nosmetipsos. Dixit ergo cófiteor tibi, id est laudo te, non accuso me. Hier. Audiant ergo qui Saluatorem non natum, sed creatu calumniantur, q̃ patrem suum uocet cœli & terræ dominum. Si enim & ipse creatura est, & creatura conditorem suum patrem appellare potest: stultum fuit nó & sui, et cœli & terrę dominú uel patrem similiter appellare. Gratias autem agit q̃ Apostolis aduentus sui aperuerit sacraméta, q̃ ignorauerunt Scribæ, & Pharisæi, qui sibi sapiétes uident, & in cóspectu suo prudétes. Et ideo sequitur. Quia abscondisti &c. Au-

ille, nullus eum scit: quod & de filio dicédum est. Neque etiam de ignota quodam Deo hoc dixit, sicut Martion ait. Aug. 1. de Trin. Denique propter substantiæ inseparabilitatem sufficienter aliquando nominatur, vel solus pater, vel solus filius: nec inde separatur utriusque spiritus, qui propriè dicitur Spiritus veritatis. Hiero. Erubescat ergo Eunomius hæreticus tanquam sibi notitiam patris & filij, quantá alterutrum inter se habent, vendicans, ꝙ si inde cõtendit, & suam consolatur insaniam, quia sequitur: Et cui voluerit filius reuelare. Aliud est naturæ ęqualitate nosse quod noueris, aliud reuelãtis dignatione. Augu. 7. de ci. Dei. Reuelatur ãt pater per filium. i. per verbum suum. Si. n. hoc verbũ, quod nos proferimus téporale & trãsitoriũ, & seipsum ostendit & illud de quo loquimur: quanto magis verbũ Dei, per quod facta sunt omnia? quod ita ostédit patrem, sicuti est pater: quia & ipsum ita ex, & hoc est qđ pater. Aug. de quęst. euan. Cum ãt diceret: Nemo nouit filium nisi pater, non dixit; & cui uoluerit pater filium reuelare: sed cum diceret. Nemo nouit patrem nisi filius addidit: Et cui voluerit filius reuelare, quod ita intelligendum est, quasi filius a nullo possit agnosci nisi a patre solo. Pater aũt non solum a filio, sed ẽt ab eis quibus reuelauerit filius: sic. n. potius dictũ est, ut intelligamus patrem & ipsum filium per filium reuelari, quia ipse est menti nostrę lumen, ut quod postea intulit. Et cui uoluerit filius reuelare: non tantum patrem, sed ẽt filium accipiamus; ad totum enim quod dixit illatũ est, verbo enim suo se pater declarat. Verbum aũt non solum id quod per verbum declaratur, sed ẽt seipsum declarat. Chr. Si ergo patrem reuelat. Sed hoc quidem ut manifestum dimisit, illud auté posuit. quia. s. poterat esse dubium; per hoc etiam instruit, ꝙ adeò concordat patri, ꝙ nõ est possibile aliquem uenire ad patré nisi per filium: hoc enim maximẽ scandalizabat, ꝙ videbatur Deo contrarius. Et ideo per omnia hoc destruere studuit.

Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, & ego refi. iam vos. Tollite iugũ meũ super vos, & discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, & inuenietis requiẽ animab. vestris, Iugum enim meum suaue est, et onus meũ leue.

Chry. Per ea quę dicta sunt in desiderium sui discipulos constituerat, ostendés ineffabilem suã uirtutem; nunc auté eos ad se vocat, dicens. Venite ad me oẽs qui labo. & one. estis. Aug. de ver. do. Quare enim oẽs laboramus? nisi quia sumus homines mortales, lutea vasa portantes, quę faciunt inuicem angustias. Sed si angustẽtur uasa carnis, dilatentur spatia charitatis, ad q. d. ergo dicit. Venite ad me oẽs q laboratis, nisi ut nõ laboretis. Hila. Legis ẽt difficultatibus laborantes, & peccatis seculi oneratos ad se vocat. Hier. Grauia enim esse onera peccati & Zacharias propheta testatur, iniquitaté dicens sedere super talentum plumbi. Et Psalmista cóplenit Iniquitates meę aggrauatę sunt super me. Greg. 30. Mora. Asperum etiã iugum & durum seruitutis pondus est subesse téporalibus, ambire terrena, retinere labentia, uelle stare in non stantibus, appetere quidem trãseuntia, sed cum transeuntib. nolle transire. Dum. n. contra uotum cuncta fugiunt, quæ prius mentem ex desiderio adeptionis afflixerant, post ex pauore amissionis præmunt. Chry. Nõ aũt dicit: Venite ille & ille, sed omnes qui in sollicitudinibus, qui in tristitijs, qui in peccatis estis: nõ ut expetam noxas, sed ut soluam peccata. Venite, nõ qm̃ idigeo vestra gloria, sed quia uolo vestram salutem; vnde dicit, & ego refitiam vos: non dixit, saluabo solum, sed quòd multò amplius erat, reficiam vos. i. omni quiete constituã. Raba. Non solum exonerabo; sed interna refectione saturabo. Remi. Venite dicit nõ pedibus, sed moribus; non corpore, sed fide. Iste nanq; est spiritualis accessus, quo quis Deo appropinquat & ideo sequitur. Tol. iu. meum super uos. Rab. iugũ Christi est euãgelium Christi, quod Iudæos & Gẽtes in unitate cõiungit & sociati. Hoc aũt super nos iubemur sumere. i. in honore habere, ne fortè subtus ponẽtes. i. illud praue contẽnentes lutulentis pedibus vitiorũ cóculcemus. unde subditur, discite à me. Aug. de ver. do. Nõ mundũ fabricare nõ in ipso mundo miracula facere, sed quia mitis sum & humilis corde. Magnus esse

Euangelium est iugum Christi

esse visa minimo incipe. Cogitas magnã fabricam constituera celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis. & quãto quisq; vult superimponere maius ædificium, tanto altius fodiat fundamẽtum: quo autem peruenturum est cacumen nostri ędificij? vsq; ad conspectum Dei. Rab. Discendum ergo nobis est a Saluatore nostro, vt simus mites moribus, & humiles mentibus: n: m: nemi. lædamus, neminẽ cõtemnamus: & virtutes quas foris ostendimus in opere, intus teneam⁹: & in corde. Chrys. Et ideo incipiens diuinas leges ab humilitate incipit & maximũ pręmiũ ponit, dicens. Et inue. requi. aĩa vestas. Hoc maximum est premium, non. n. alteri efficeris vtilis solum, sed te ipsum requiescere facis: & ante futuram hanc tibi dat retributionẽ, & in futuro aũt perpetua gaudebis requie. Chry. Et ne formidarent, quia dixerat onus & iugũ, subdit. Iugũ. n. meum &c. Iugi ãt suauis, & leuis oneris blandimenta proponit, ut credentib. eius boni scientiam præstet, qđ ipse solus nouit in patre. Greg 4. Mor. Quid graue mẽtis nostræ ceruicib. imponit, qui vitare oẽ desiderium qđ perturbat, præcipit, qui declinare laboriosa mũdi huius itinera monent. Hila. Et quid iugo ipso suauis, quod onere leuius? probati oem fieri, scelere abstinerẽ, bonũ velle malũ nolle, amare oẽs, odisse nullum, æterna consequi, præsentibus nõ capi nolle inferre alteri, quod sibi perpeti sit molestum. Raba. Sed qũo iugum Christi suaue, cum suprà dicatur. Arcta est via, quæ ducit ad vitam? Sed quod angusto initio incipitur, processu temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur. Aug. de uer. do. Item qui iugum domini intrepida ceruice subierunt, tam difficilia pericula patiuntur; vt non laboribus ad quietem, sed a quiete ad laborem vocari videantur. Sed profecto adest Spiritus sanctus, qui in exterioris hominis corruptione interiorem renouaret de die in diem, & gustata requie spirituali in affluẽtia deliciarum Dei, in spe futuræ beatitudinis omnia p̃sentia deliniret aspera, & oĩa grauia reuelaret. Secari & vri se homines patiũtur, vt dolores nõ æterni, sed aliquanto diuturniores vlceris, acriorum dolorũ precio redimantur. Quib. tẽpestatibus, vel pœnis importuni sunt mercatores; vt diuitias venturas acquirãt. Sed qui has non amant, eadem grauia patiuntur. Qui verò amant, eadem quidem sed grauia patiũtur. Omnia enim sæua, & immania prorsus facilia & propè nulla efficit amor. quanto ergo facilius ad verã beatitudinem charitas facit, quod ad miseriã quantum potuit cupiditas fecit. Hier. Quomodo etiam leuius est lege, Euangelium: cum in lege homicidium & adulterium, in Euangelio ira, concupiscentiãq; puniatur? In lege enim multa præcepta sunt, quæ Apostolus non posse compleri, plenissime docet In lege opera requiruntur, in Euangelio voluntas quęritur: quæ etsi effectum non habuerit, tñ pręmium nõ amittit. Euangelium ea præcipit, quæ possumus, ne scilicet concupiscamus, hoc in nostro arbitrio est: lex cum voluntatẽ non puniat, punit effectum, ne adulteriũ facias. Finge in persecutione aliquam uirginem prostitutam: hęc apud Euangeliũ, quia voluntate non peccat uirgo suscipitur: in lege, quasi corrupta repudiatur.

CAPVT XII.

IN illo tempore: Abijt Iesus per sata sabbato, discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas & manducare. Pharisæi autem uidentes, dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis Non legistis quid fecerit Dauid quando esurijt ipse, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis Sacerdotibus? Aut non legistis in lege, quia sabbatis Sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? Dico autem vobis quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium, nunquam cõdemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis etiam sabbati.

Glo. Narrata prædicatione cum miraculis unius anni ante quęstionem Ioannis factis, transit ad ea quæ facta sunt in alio

anno

ãnno, scilicet post mortẽ Ioãnis, quãdo iã in omnib. Christo cõtradicit: vnde dicit, In il. tem. &c. Aug. de con. euã. Hoc autẽ quod hic sequit, sine ulla repugnantiæ q̃stione cõmemorat à Marco & à Luca, sed illi non dicũt: In illo tẽpore. unde fortassis Mat. rei gestę hic ordinẽ tenuit, illi aũt recordationis suæ: nisi latius accipiatur qđ dictum est, In illo tẽpore, idest, quo hæc multa & diuersa gerebantur. unde concipitur ista omnia post mortem Ioannis cõpleta esse. Cum enim Ioannes discipulos suos ad Christũ misisset, creditur post paululum decollatus fuisse: vnde cum dicit, In illo tempore: interminatum tẽpus ponere videtur. Chrysosto. Quare autem per sata sabbato eos ducebat, quia omnia præsciuit, nisi quia volebat soluere sabbatum? volebat quidem, sed non simpliciter: ideoque non sine causa id soluit, sed dans occasionem rationabilem. vt & legem cessare facit, & legem non offendat, & ideo hic ut Iudæos mitiget, naturæ necessitatem præmittit & hoc est quod dicitur, Discipuli autem eius esurien. &c. Quamuis in peccatis quæ manifesta sunt, nulla sit excusatio: neque enim occidens ad sui excusationem potest furorem prætendere: neque qui adulterat, concupiscẽtiam, sed nec vllam aliam causam. hic tamen famem indicens, discipulos ab omnĩ accusatione liberat. Hiero. Vt autem in alio Euangelista legimus propter nimiam importunitatem nec vescendi quidem habebant locum, & ideo quasi homines esuriebant. Quod autem spicas segetum manibus confricant, & in eisdem consolantur. vitæ austerioris indicium est, non præparatas epulas, sed simplicem cibum quærentium. Chrisosto. Tu autem admirare, discipulos qui ita erãt oppressi, & nullam corporalium habeant curam, sed & contemnebãt carnalem mensam, & fame oppugnabantur, nec tamen desistebant à Christo. nisi enim eos cogeret vehementer esuries nequaquã hoc fecissent: quid autem pharisæi ad hoc dicerent, subdit. Pharisęi autem uidentes, dixerunt ei. Ecce discipuli cui faciunt &c. Aug. de operibus monachorũ. De sabbato aũt potius q̃ de furto discipulos dñi Iudæi calumniati sunt, q. a populo Israel p legẽ pceptũ est, vt in agris suis furẽ nullũ tenerẽt, nisi q secum aliquid vellet auferre. nam qui nihil aliud attigisset, quàm id quod comedisset, liberum impunitumq; abire sinerent. Hiero. Nota uerò quod primi Apostoli Saluatoris literam sabbati destruunt aduersus Ebionitas, qui cum cæteros recipiant Apostolos, Paulum tanquam transgressorem legis repudiant. deinde ad excusationem eorum subditur, At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit Dauid quando esurijt? Ad confutandam siquidem calumniam pharisæorum, veteris recordatur historæ, quando Dauid fugiens Saulem inuenit Nobbam, & ab Achimelech sacerdote susceptus, postulauit cibos, qui cum panes laicos non haberet, dedit eis consecratos panes, quibus non licebat uesci nisi solis Sacerdotibus & Leuitis: melius arbitratus de famis periculo homines liberare, quàm Deo sacrificium offerre: hostia enim Deo placabilis, est hominum salus. Opponit ergo dominus & dicit. Si & Dauid sanctus est, & Achimelech pontifex à vobis non reprehenditur, & legis utrique mandatum probabili excusatione transgressi sunt, & fames in causa est; cur eandem famem non probatis in Apostolis, quam probatis in cæteris? Quanquam & in hoc multa distantia sit. Illi spicas in sabbato manu confricant, illi panes comederunt Leuiticos. & ad sabbati solẽnitatem accedebant neomeniarum dies, quibus requisitus in cõuiuio, fugit ex aula regia. Chrysostomus. Excusans autem discipulos, Dauid in medium adducit. etenim multa prophetæ huius erat gloria apud Iudæos. Nec potest respõderi quòd Dauid Propheta erat. quia nec propter hoc ei licebat, sed sacerdotibus solis. tanto autẽ magis discipulos ab accusatione liberat, quanto maior inuenitur qui hoc fecit. sed etsi. Dauid Propheta erat, non tamen qui cum ipso erant. Hier. Obserua tamen quòd panes propositionis nec Dauid nec pueri eius acceperunt antequam mundos se à mulieribus esse respõderint. Chry. Sed dicit aliquis. Quid est exemplum hoc ad id quod quæritur? Nõ enim Dauid sabbatũ transgressus est, sed in hoc

Ebionitarũ error notatur.

ostendit Christi sapientia, quod aliud exéplú fert sabbato maius. Neque .n. est æquale träsgredi sabbati dié, qd multoties factú est: & sacrá illá tangere mensam, qd nulli fas erat. Deinde rursus & aliter soluit, principaliorē inducēs solutioné, cú dicit: Aut nó legistis in lege; q a sabbatis sacerdotes in téplo sabbatū violant, et sine crimine sunt? Hier. Ac si diceret, calúniamini discipulos meos, cur sabbato spicas triuerint, famis necessitate cogente, cum ipsi sabbatú violetis in téplo immolātes uictimas, cędétes tauros, holocausta sup ligno rú struē incédio cócremantes, et iuxta alterius Euágelij fidé circunciditis paruulos in sabbato, ut dú aliá legé seruare cupitis, sabbatum destruatis. Núquam auté leges Dei sibi cótrariæ sunt, et prudéter ubi discipuli sui argui poterant transgressionis, & Achimelech & David dixit exépla sectantes: verá aút & absq; necessitatis obtétu sabbati præuaricatioñé in ipsos refert, qui calumniam fecerant. Chrys. Ne auté mihi dicas, quoniá afferre in mediú aliú peccanté, non est erui ab accusatione. cú enim nó accusatur qui fecit, excusatio fit circa id quod factú est. Verum hoc his nó sufficit, sed quod maius est dixit, quod sine crimine sunt. Vide autem quanta posuit. Locum, vbi dicit: In templo. Tempus, cú dicit: Sabbatis. Legis remissionem, cú dicit: Violant & nó solum soluunt. Et quod nó solum liberantur a pœna, sed à culpa liberati sunt. vnde dicit: Sine crimine sunt: Neque auté hoc secundú simile est priori, quod dixerat de David. Illud enim & semel factum est, & à David non sacerdote, & necessitatis causa fuit. Hoc auté secundú singulo sabbato, et à sacerdotibus, & secundum legem. Et ideo non secundú veniam, ut in primo exemplo, sed secundum legem sunt discipuli ab accusatione liberati. Sed nunquid discipuli sunt sacerdotes? imò sunt sacerdotibus maiores: ipse .n. aderat qui tépli est dominus, qui ueritas est & nó typus, & ideo subditur. Dico autem uo. &c. Hier. Hic, non pronomen sed aduerbium loci legendum est: quod maior templo sit locus, qui dominum tépli teneat. Aug. de quęst. Euan. Notandum autem unum exemplo datum esse regię potestatis de David, alterú sacerdotalis de his q. pp ministeriú tépli sabbata uioláт, ut multo minus ad ipsum euulsarú sabbato spicarú crimé pertineat, q uerus rex, & uerus sacerdos est. Chrys. Deinde, q a graue audientibus uidebat esse qd dixerat, rursus côuolat ad misericordiá, sermoné cú quadá uehementia inducens cú dicit. Si át scieris quid est, Misericordiá uolo & nó sacrificiú, nunq condénassetis innocentes. Hiero. Quid autem est Misericordiam uolo & nó sacrificiú, supra diximus. Quod autem dixit: Nunquam condemnassetis innocétes, de Apostolis intelligendum est. Et est sensus: Si misericordiam cóprobastis Achimelech, eo quod periclitantem fame David refocillauit, quare meos discipulos condemnatis? Chry. Vide autem rursus qualiter ad ueniam ducens sermonem, discipulos rursus uenia superiores ostendit, in hoc, quod dicit eos innocentes: quod quidem supra et de sacerdotibus dixerat. Deinde & aliam causam dicit quare sunt innocétes, dicés: Dominus enim est filius hominis & sabbati. Remi. Filium autem hominis seipsum appellat, & est sensus: Ille quem uos purum hominem putatis, Deus est omniú creaturarum dominus, & etiá sabbati: & ideo potest legem mutare pro sua voluntate, quia fecit eam. Aug. contra Fau. Discipulos autem suos vellere spicas sabbato nos prohibuit, vt inde conuinceret & præsentes Iudæos et futuros Manichęos, qui herbá non euellunt, ne homicidiú perpetrent. Hila. Mysticé auté in principio est contuendum sermonem hunc ita cœptum esse in illo tépore, quo scilicet Deo patri gratiam data gentibus salute confessus est. Ager autem, mundus est: sabbatú, otium est: seges, crediturorum profectus in messem. Est ergo sabbato in agrú profectus, in legis ocio domini progressus in húc múdú est. Esuries fames est salutis humanæ. Raba. Spicas velluńt, dum singulos homines à terrena intentione retrahunt. Fricant, dum a concupiscentiá carnis mētes exeunt. Grana comedunt, dum emendatus in corpus ecclesiæ traijciunt. Aug. de quęst. Euan. Nullus autem transit in corpus Christi, nisi carnalibus spolia

..ht fuerit indumentis: secundũ illud Apostoli, Exuite vos veterẽ hoĩem. Sabbato hoc agũt.s. spe quietis ęternæ ad quẽ alios inuitant. Raba. Item ambulant p sata cũ dño, qui in scripturarum meditatione delectantur. Esuriunt dum panẽ vitæ.i. Dei amorẽ in eis euenire desiderant. Vellunt spicas & terunt, dũ testimonia discutiũt donec inueniant, quod latebat in litera, & hoc sabbato, dum à turbis cogitationibus vacant. Hilar. Pharisæi qui penes se clauem cœlorũ esse existimabant, illicita agere discipulos arguunt, quos dñs factorũ in quibus sub reiũ argumento prophetiæ ratio continetur admonuit: atque vt ostenderet oĩum rerũ efficaciam speciẽ futuri operis cõtinere, adiecit: Si autem sciretis quid est, Misericordiã uolo, &c. opus.n. salutis nostræ nõ in sacrificio legis, sed in misericordia est: & lege cessante, in Dei bonitate saluamur. Cuius rei donũ si intellexissent, nũquã cõdemnassent innocẽtes.i. Apostolos suos, quos insimulaturi erãt trãsgressiæ legis inuidia, cũ sacrificiorũ vetustate cessante vniuersis p eos misericordiæ nouitas subueniret.

Et cũ inde transisset, venit in synagogam eorum. Et ecce homo manum habens aridã & interrogabant eũ, dicentes. Si licet sabbatis curare? vt accusarent eum. Ipse autẽ dixit eis. Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam, Et si ceciderit hæc sabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit? Quanto magis melior est homo oue? Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini. Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera.

Hier. Quia destructionem sabbati quã discipulos arguebant, probabili exemplo excusauerat: ipsum calumniari volũt. Vnde dicitur: Et cũ inde trãsisset venit in &c. Hil. Hæc.n.q̃ pmissa sunt in campo dicta, gestaq; sunt, & post hæc synagogam ingreditur. Aug. de cõcor euan. Posset autẽ putari eodẽ die factum & de spicis, & de isto sanato, qm̃ & sabbatum hic commemoratur: nisi Lucas aperuisset alio sabbato factũ fuisse. Proinde q̃ dicit Matthęus. Et cum inde trãsisset venit in synagogam eorum. Nõ quidẽ venit, nisi cum inde trãsisset: sed post quot dies in synagogam eorum venerit postea quàm à segete illa trãsiit, an rectè continuoq; illuc ierit, nõ expressum est: ac per hoc locus datur narrationi Lucæ, qui dicit alio sabbato huiusmodi manũ fuisse sanatam. Hil. Ingresso autem synagogam hoĩem aridæ manus offerunt interrogantes an curare sabbatis liceret, occasionẽ arguendi eum, ex responsione quærentes. vnde sequitur: Ecce hõ ma. &c. Chryso. Non aũt interrogãt, ut addiscant, sed vt accusent eum. vnde sequitur. Vt accusarent eum, quamuis & ipsum opus sufficeret, si accusare volebant, sed & per verba volebant captionẽ inuenire maiorem copiã argutionum sibi pparantes. Hiero. Et interrogant, verũ liceat curare sabbatis: vt si non curauerit, crudelitatis aut imbecillitatis, si curauerit trãsgressionis vitio eũ accusent. Aug. de con. euan. Sed põt mouere, qũo Matthæus dixerit, quòd ipsi interrogauerũt eum si licet sabbato curare? cũm Marcus & Lucas illos potius à domino interrogatos esse perhibeant. Licet sabbato benefacere, an male? Itaq; intelligendum, quod illi prius interrogauerunt dominũ. Si licet sabbato curare, deinde intelligens cogitationes eorum additum accusandi quęrentium cõstituit in medio illum quẽ erat sanaturus; & interrogauit quæ Marcus & Lucas eum interrogasse cõmemorant; & tunc illis tacentibus proposuit similitudinem de oue, & conclusit quòd licet sabbato benefacere. vnde sequitur: Ipse autem dixit illis. Quis erit ex vobis homo &c. Hierony. Vbi sic soluit propositam quæstionem, vt interrogantes auaritiæ condemnaret. Si vos (inquit) in sabbato ouem, & aliud quodlibet animal in foueam decidens, eripere festinatis, nõ animali, sed vestræ malitiæ consulentes. quãto magis ego hominẽ, qui multo melior est oue, debeo liberare? Rabanus. Competenti ergo exemplo soluit quæstionem eorum, vt eos ostendat sabbatum violare in opere cupiditatis, qui eum uiolare arguunt in opere charitatis. legem malè interpretãtes, qui dicunt in sabbato à bonis feriandum, in quo à malis tantum feriandum est. Vnde opus seruile non facietis in eis, hoc est peccatum. sic in æterna requie à malis tantum feriabitur, non à

bonis. Aug. de con. Euan. Proposita autē similitudine de oue, concludit ꝙ liceat sabbato benefacere, dicēs: Itaq; li. sab. benefacere? Chry. Intende aūt qualiter vanæ excusationis de solutione sabbati inducit: sed quia iam insanabiliter ægrotabat, ad opus processit. vnde sequitur: Tūc ait homini. Exten. ma. &c. Hier. in Euan. quo vtuntur Nazaræi & Ebionitę, quod uocatur Apostoliq; Matthæi autenticū: Homo ille qui aridam habet manum, cementarius scribitur, istiusmodi vocib. auxilium precans: Cementarius eram, manibus uictum quæritans: præcor te Iesu ut mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos. Raba. Sabbatis āt præcipue docet & operatur Iesus, non solū propter spirituale sabbatum, sed ēt propter celebriorem populi conuentum, quęrens salutem omnium. Hila. Mistice āt post reditū de segete, ex qua iam apostoli fructus sationis acceperant, ad synagogam venit, iam illic messis suæ opus paraturus, quia plures postmodum una cum Apostolis extiterunt qui curabantur. Hier. Vsq; āt ad aduētum domini Saluatoris arida manus in synagoga Iudæorum fuit: & Dei opera non fiebant in ea. Postquam autem ille venit in terras, reddita est in Apostolis credentib. dextera, & operi pristino restituta. Hila. Curatio autē omnis in verbo est, & manus sicut altera redditur, idest similis ministerio Apostolorum in officiū dādæ salutis efficitur, docetque pharisæos ægreferre non oportere operationem humanæ salutis in Apostolis, cū ipsis ad officij eiusdem ministerium manus sit reformāda si credant. Raba. Vel aliter. Homo qui habebat manum aridam, humanum genus indicat, sterilitate boni operis arefactum per manum ad pomum extēsam, quàm sanauit, manus innocens in cruce extensa: & bene manus in synagoga erat arida, quia vbi maius donum scietiæ, vbi grauius est inexcusabilis noxæ periculū. Sananda āt manus arida iubetur extendi, quia infructuosa debilitas animæ nullo melius ordine quā eleemosynarum largitate curatur. Habebat āt homo dexterā manum languidam quia ab eleemosynis torpebat: sinistram sanam, quia suæ utili

Verba Euangelij. Nazaræorū.

tati intendebat. sed ueniente dño dextrā sanatur, ut sinistra, quia quod cōgregauerat auidè, modo distribuit charitatiuæ.

Exeuntes autem pharisęi consilium faciebāt aduersus eum, quomodo perderent eum: Iesus autem sciens, secessit inde, & secuti sunt eū multi, & curauit eos omnes. Et præcipit eis, ne manifestum eum facerent. Vt adimpletur quod dictum est per Esaiam Prophetam, dicentē. Ecce puer meus quem ego elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ; ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit; neque audiet aliquis in plateis vocem eius: Arundinem quassatam confringet, & lignum fumigans non extinguet donec eyciat ad victoriam iudiciū, & in nomine eius gentes sperabunt.

Hil. Inuidia autem facti pharisæos cōmouet, quia contuentes hominem in corpore, Deum in operib. non intelligebant, unde dicitur: Exeuntes āt phari. &c. Rab. Exeuntes dicit, quia eorū mēs a dño auersa fuit: consilium fecerunt, quō uitam perderent, non quō ipsi uitam inuenirent. Hila. Sciensq; eorū consilia secessit ut a consilijs malignantium procul abesset, unde sequitur, Iesus āt sci. &c. Hier. Sciens inquam eorū insidias, secessit, ut pharisæorum contra se occasionem impietatis auferret. Remi. Siue secessit inde quasi homo, fugiens insidias suorum persequētiū, siue quia non erat tempus neq; locus patiendi. non. n. capit perire Prophetā extra Hierusalē, sicut ipse dicit. Declinauit etiā dominus odio se persequentes, & peruenit illuc ubi inuenit plurimos se per amorem diligentes, unde sequitur: Et secu. sūt cum mul. Quē pharisęi unanimi consilio perdere quærunt, turba indocta unanimi dilectione sequitur: unde mox sui desiderij consequuntur effectum. Nā sequitur: Et curauit eos omnes. Hil. His autē, quos curauit, silentium imperauit. unde sequitur: Et præce. eis ne &c. nam salus unicuique reddita, erat sibi ipsa testis. Sed iubēdo silentium teneri, & gloriandi de se iactantiā declinat, & nihilominus cognitionē sui pręstat in eo ipso, cum admonet de se taceri: quia obseruatio silentij ex re ꝗ̄ sit silenda, proficiscitur. Raba. In hoc etiā nos instruit, ne cū aliqd magni fecerimus

laudem

laudem foris quæramus. Remi. Ideo etiã præcepit ut non manifestarent eũ, ne persequentes ipsum deteriores fierẽt. Chrys. in ho. Deinde ut non turberis in his quæ sũt in insania opinabili pharisæorũ, induxit prophetã hoc prædicentem. Tanta.n. erat prophetarum diligentia, ut neq; hoc derelinquãt, sed & uias eius & transitus prophetizarent, & intentionẽ cũ qua hoc faciebat: ut discas q̃m oĩa a Spiritu sancto loquebãtur: si.n. cogitationes hominum impossibile est scire, multo magis Christi intentionem, nisi Spiritus sanctus reuelaret. Sequitur ergo: ut impleretur qđ dict. &c. Remi. Dñs quidẽ Iesus Christus puer oĩpotentis Dei dictus est, non secundum diuinitatẽ, sed secũdũ assumptæ carnis dispensationẽm, quia cooperãte Spiritu sancto carnẽ suscepit ex uirgine absq; macula peccati. Quidã libri habẽt; Electus quẽ elegi. Electus.n. fuit a Deo patre.i. prædestinatus, ut esset filius Dei proprius, non adoptiuus. Raba. Quẽ elegi dicit ad opus quod nemo alius fecit, ut redimeret genus humanũ, & pacificaret mũdum cum Deo. Sequitur: Dilectus meus in quo. &c. Quia ipse solus est agnus sine macula peccati de quo pater dicit: Hic est filius meus dilectus in quo mihi be. cõplacui. Remi. Quòd ãt dicit Animæ meæ, nõ ita intelligẽdũ est, q̃ Deus pater animam habeat, sed translatiuè anima in Deum ascribit, ut per eam demonstraretur Dei affectus. Nec mirũ si anima translatiuè in Deo dr̃, cũ ẽt cætera corporis membra ei ascribãtur. Chryso. Hoc ãt in principio propheta ponit, ut discas, quia hoc quod hic dicit, fuit secundum consilium patris: dilectus enim secundũ consilium eius qui diligit, facit. Sed iterum electus non ut aduersarius soluit legem, neque ut inimicus existens legislatori, sed ei cõcordãs, quia ergo dilectus est, ponam spiritum meum super eum. Remig. Tunc etiam Deus pater posuit spiritum suum super eum, cũ operante Spiritu sancto suscepit carnẽ ex uirgine, & mox ut homo factus est plenitudinem Spiritus sancti suscepit. Hie. Ponitur ãt Spiritus sanctus nõ super Dei uerbum, sed super unigenitũ qui de sinu patris processit, scilicet super eũ de quo dictũ est: Ecce puer meus. Quid autem per ipsum facturus sit, subditur: Et iudi. gennun. Aug 20. de ciui. Dei. Quia s. iudiciũ prænunciauit futurũ, quod gentibus erat occultum. Chry. Deinde humilitatẽ eius manifestans, dicit: Nõ cõtẽdet, quia sicut illi placuit, oblatus est, & manib. psequẽtiũ se ultro obtulit. Neq; clamauit, q a sicut agnus corã tondente se obmutuit. Neque audiet aliquis in plateis uocem eius. Hie. Lata.n. est spatiosa uia quæ ducit ad perditionẽ, & multi ingrediuntur per eã: qui multi nõ audiũt uocẽ Saluatoris, q a nõ sunt in arcta uia, sed spaciosa. Remig. Platea nanq; græcè latinè latitudo dicit. in plateis ergo uocẽ ei⁹ nemo audiuit, q a suis dilectorib. nõ delectabilia i hoc mũdo promisit, sed aspera. Chry. Valebat ãt dominus p huiusmodi mansuetudinem curare Iudæos: sed licet isti renuerent, nõ tñ eis restitit eos destruendo. vnde & eius uirtutẽ, & illorũ imbecillitatẽ propheta ostendens dicit: Arundinem quassatam non confringet, & lignũ fumigans non extinguet. Hier. Qui peccatori non porrigit manũ, nec portat onus fratris sui, iste quassatum calamũ cõfringit: & qui modicam scintillã fidei contemnit in paruulis, hic lignũ extinguit fumigans. Aug. 20. de ciui. Dei. Vnde persecutores Iudæos (qui calamo quassato perdita integritate; & ligno fumanti amisso lumine cõparati sũt) nõ cõtriuit, nõ extinxit, quia pepercit eis qui nondũ uenerat eos iudicare, sed iudicari ab eis. Aug. de quæ. euan. In ligno ẽt fumigante notãdũ est, quia deserto lumine facit putorẽ. Hila. Vel in hoc q̃ dicit: Arundinem quassatam non confringet, ostendit quia facile erat, ei omnes eos frangere, sicut arundinẽ, & nõ simpliciter arundinem, sed iam contritam. In hoc autem q̃ dicit lignum fumigans non extinguet, demonstrat & illorum furorem accensum, & uirtutem Christi potentem ad extinguendum huiusmodi furorem cum omni facultate: unde in hoc multa mansuetudo Christi ostenditur. Raba. Vel per hoc q̃ dicit: Arundinem, quæ quassata est nõ esse confractã, ostendit caduca & quassata gentiũ corpora nõ fuisse contrita, sed in salutem potius reseruata.

Iesus quomodo puer dicitur.

Mansuetudo Christi erga iudeos.

Per hoc autem ꝙ dicit, Lignũ fumi. nõ extin. ostendit exiguitaté ignis iã tantũ fumigantis in ligno nõ extinctã. i. Israel ex reliquijs veteris gratiæ spiritũ nõ ablatũ, quia resumẽdi totius luminis in tempore pœnitẽtię sit facultas. Raba. Vel econuerso, arũdinẽ quassatã vocat Iudæos, quos à vento agitatos, & quasi abinuicẽ dissipatos, nõ statim dñs cõdemnauit, sed patienter supportauit. Lignũ aũt fumigãs vocat populũ de gẽtib. cõgregatũ, qui extincto naturalis legis ardore, fumi amarissimi et oculis noxij, tenebrosæq; caliginis inuoluebatur erroribus: quem non solum non extinxit & redegit in cinerem, sed econtrario de parua scintilla & penè moriente, maxima suscitauit incẽdia Chry. Sed posset aliquis dicere: Quid igitur? semper hæc erunt? & feret vsque in finem eos qui sic insidiantur & insaniũt? Absit, sed cum sua omnia facta erunt, tũc & illa operabitur. Et hoc signauit, dicens: Donec eijciat &c. Ac si dicat. Cũ ea quæ ex se sunt oia cõpleuerit, tunc perfectã vltionem inducet: tunc. n. punientur cum claram fecerit suam victoriam, vt nõ relinquatur eis inuerecũda cõtradictionis occasio. Hila. Vel donec eijciat ad victoriam iudiciũ, sublata s. mortis potestate, iudicium claritatis suæ reditũ introducat. Rab. Vel donec illud iudiciũ quod in eo agebatur, ad uictoriam perueniret: quia postquam mortem resurgendo superauit, expulso principe huius mundi victor ad regnum rediit, in patris dextera sedens donec ponat sub pedibus omnes inimicos suos. Chry. Sed non in hoc stabunt ea quæ sunt dispensationis, vt solũ puniantur qui non credidẽrũt, sed & orbẽ terrarum ad se trahet, vnde sequitur. Et in nomine eius &c. Aug. 20. de ciui. Hoc ãt vltimũ iã videmus impletum, & si per hoc quod negari non potest, creditur & illud quod imprudenter à quibusdã negatur, nouissimũ iudiciũ: quod ponet in terra, cũ venerit ipse de cœlo, quis. n. speraret gentes in Christi nomine speraturas, qñ tenebatur, ligabatur, cædebatur, illudebatur & crucifigebatur: qñ & ipsi discipuli spem perdiderant, quã iu illo habere iã cœperãt? qđ tũc vix unus latro sperauit i cruce, nũc sperãt gẽtes lõgè lateq; diffusæ. Et ne in æternũ moriãtur, ipsa in qua ille mortuus est cruce signant. Nullus igiẽ dubitet p Iesum Christũ nouissimũ futurũ esse iudiciũ. Remi. Sciẽdũ est ãt quia nõ solũ istius loci sensus, sed & multorũ aliorũ hoc testimonio cõfirmantur. nã ꝙ dicit Ecce puer meus: ad illũ locũ refert, ubi dixerat pater. Hic est filius meus. Quòd vero ait: Ponã spiritum meũ super eum, ad hoc refertur ꝙ Spiritus sanctus descẽdit super dominum baptizatũ. Quod autẽ subiungit; Iudicium gẽtibus nunciabit, refertur ad id quod infrà dicitur: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. Quòd autem subdit Non contendet neque clamabit, ad hoc refertur quod domibus pauca respondet principi sacerdotum & Pilato, Herodi verò nulla. Quòd verò dicitur: Arundinem quassatam non confringet, ad hoc pertinet ꝙ dominus suos persecutores declinauit, ne fierent deteriores. Quòd verò dicit: In nomine eius gentes sperabunt, ad hoc refertur quod ipse dixit: Euntes docete omnes gentes. *Expositio oraculi.*

Tunc oblatus est ei dæmonium habẽs, cæcus & mutus: & curauit eum, ita vt loqueretur et videret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebãt; Nunquid hic est filius Dauid. Pharisæi autẽ audientes dixerũt; Hic non eijcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.

Glo. Confutauerat superius dominus pharisæos Christi miracula calumniãtes, ex hoc qđ sabbatum soluere videbantur: sed quia maiori nequitia ipsa Christi miracula diuina virtute facta peruertebant, attribuentes ea immundo spiritui, ideo Euangelista prætermittit miraculum ex quo blasphemandi occasionẽ sumpserũt, dicẽs: Tũc oblatus est ei &c. Remi. Quòd aũt dicit: Tunc, ad superiora refertur, qñ sanato homine qui habebat manũ aridã exiuit de synagoga. Siue ꝙ dicit: Tũc, potest referri ad latius atque prolixius tempus, vt sit sensus; Tunc quando hæc vel illa dicebãtur vel gerebantur. Chry. Miranda est ãt nequitia dæmonis: vtrunque ingressum oppilauit, per quẽ ille erat crediturus. s. & auditum & visum. Sed Christus vtrunque aperuit. Vnde sequitur. Et curauit eum &c. Hie. Tria autem signa

gna simul in vno homine perpetrata sunt.
Cęcus videt, mutus loquitur, possessus a
dęmone liberatur. Quod & tūc quidē car
naliter factū est, sed quotidie cōplet in cō
uersione credētiū, vt expulso dęmone pri
mū fidei lumē aspiciāt, deinde in laudes
Dei tacētia prius ora laxent. Hila. Nō aūt
sine ratione cōturbas omnes curatas in cō
muni dixisset, nūc seorsum dæmoniū ha-
bēs cęcus & mutus offerī. Oportebat. n. ut
postquā manus aridæ homo oblatus est,
qui in synagoga curabatur, in alius huius-
modi hoīs forma gētiū salus fieret: vt qui
erat habitatio dæmonij, & cęcus & mut⁹
Deo capax pararet, & Deum cōtineret in
Christo, & Christi opera Dei cōfessione
laudaret. Aug. de quæ. euan. Dęmoniū. n.
habēs cæcus & mutus est, qui nō credit: &
subditus est diabolo, qui non intelligit &
non confitetur ipsam fidē, vel qui nō dat
laudem Deo. Aug. de con. Euan. Hoc aūt
non isto ordine, sed post multa alia Lucas
commemorat, & mutum dicit tātum &
non cæcum. Sed etiam ex eo ꝙ aliquid ta
cet, de alio dicere putandus est ea enim se
quentia & ipse contexit quæ Matth. Hil.
Stupuerunt facti istius omnes turbæ; sed
pharisæorum ingrauescit inuidia: unde se
quitur. Et stupebant &c. Gl. Ob miseri-
cordiā, & beneficia filiū Dauid prędicāt.
Beda. Turbæ autem quæ minus eruditæ
videbātur, domini semper facta mirātes,
illi contra vel negare hoc, uel quæ negare
nequiuerāt sinistra interpretatione puer-
tere laborabant, quasi hęc nō diuinitatis,
sed immundi spiritus opera fuissent, id est,
Beelzebub, qui Deus erat Accaron. vnde
sequitur. Pharisæi aūt audientes dixerūt.
Hic non eijcit dæ nisi in Beelze. prin. dæ.
Remi. Beelzebub aūt ipse est Beel & Baal
Belphegor. Beel fuit pater Nini regis As-
syriorum. Baal dictus est, quia in excelso
colębatur. Belphegor à loco, idest à mon-
te Phega. Zebub seru⁹ fuit Abimelech fi
lij Gedeonis, qui occisis septuaginta fra-
tribus ędificauit templū Baal, & cōstituit
eū sacerdotē in ipso ad abigendas muscas
quæ ibi congregabantur propter nimium
cruorem victimarū Zebub nāque musca
dicitur. Beelzebub ergo vir muscarum in
terpretatur, vnde propter spurcissimū ri-
tū colēdi, dicebāt eū esse principē dæmo-
niorū. nihil ergo sordidius inuenięntes qđ
dño obijcerent, dicebāt eū in Beelzebub
eijcere dæmonia. Et sciendū ꝙ non est le
gendum per d, uel t, in fine vt quędā men
dosa exemplaria habent, sed per b.

*Iesus autē sciens cogitationes eorū, dixit eis.
Omne regnū cōtra se diuisum, desolabitur, et om-
nis ciuitas uel domus diuisa contra se, nō stabit.
Et si satanas satanā eijcit, aduersus se diuisus
est. Quomodo ergo stabit regnum eius?*

Hier. Pharisæi opera Dei, principi dæ-
moniorum deputabant, quibus dominus,
nō ad dicta, sed ad cogitata respondit, vt
vel sic cōpellerētur credere potētiæ eius,
qui cordis videbat occulta. vnde dicitur:
Iesus aūt sciens &c. Chry. Superius quidē
& de hoc Christum accusauerant, quia in
Beelzebub eijceret dęmonia, sed tūc qui
dem eos non increpauit, concedens eis &
à pluribus signis cognoscere eius uirtutē,
& à doctrina discere eius magnitudinē;
sed quia permanebant eadem dicentes, iā
increpat eos quāuis eorum accusatio ual
de irrationabilis esset. Inuidia autem non
quęrit quid dicat, sed solum vt dicat, ne-
que tamen Christus eos contempsit, sed
respondet cum decenti mansuetudine, do
cens nos mites esse inimicis & non turba-
ri, etiam si talia dicāt quæ nos in nobis nō
recognoscimus, neque habent aliquam ra
tionem. In quo etiā ostendit mendacia es
se quæ ab ipsis sunt dicta, neq; enim est dæ
monium habentis tātam ostēdere māsue
tudinē, & cogitationes scire. Et q̄a ualde
irrationabilis erat eorū suspicio, & mul-
titudinē timebat, non audebant publica
re Christi accusationem, sed in mēte uol
uebant. propter quod dicit. Sciens cogita
tiones eorū, Ipse autē accusationē quidē
in respondendo nō ponit, neque diuulgat
eorum nequitiam, solutionem autē indu-
cit: studium enim eius erat prodesse peccā
tibus, non publicare. Non autē respondet
eis à scripturis, quia non attenderēt aliter
exponentes, sed à cōmunibus opinionib.
Non enim ita exteriora plia corrūpunt, Discordie malum notatur.
sicut ea quæ sunt cōtribulium; hoc enim
fit in corporibus, & in omnibus rebus, sed
interim à magis cognitis exēpla ducit, di
cēs: Omne regnū cōtra &c. Nihil. n. est in

terra

terra regno potẽtius, sed tñ p altercationẽ perit: Quid aũt dicẽdũ est de ciuitate, vel de domo, siue magnũ, siue paruũ fuerit, cõtra seipsum pugnans perit. Hila. Vnde domus & ciuitatis eadẽ est hic ratio, q̃ est regni, pp quod sequitur: Et oĩs ciuitas &c. Hier. Quõ.n. Concordia paruæ res crescunt, sic Discordia maximæ dilabuntur. Hila. Sermo aũt Dei diues est, & vel simpliciter intellectus, vel inspectus interius ad oẽm profectũ est necessarius. Relictis ergo his q̃ ad cõem intelligentiam patent, causis interiorib. immoremur. Respõsurus.n. dñs ad id quod de Beelzebub dictũ erat, in ipsos quibus respondebat responsionis conditionem retorsit. lex.n. à Deo est, & regni Israel pollicitatio ex lege est: si regnũ legis contra se diuiditur, dissoluatur necesse est: & sic Israel amisit legẽ, qñ impletionẽ legis in Christo plebs legis impugnat. Sed ciuitas hic Hierusalem indicatur, q̃ postquã in dñm suum furore plebis exarsit, & Apostolos eius cum credentium turbis fugauit; post diuisionẽ non stabit, atq; ita qđ per hanc diuisionẽ mox secutũ est, ciuitatis illius denunciatur excidium. Deinde assumit: Et si satanas sata. &c. Hier. Ac si diceret: si satanas pugnat cõtra se, & dæmon inimicus est dæmoni, deberet iã mundi venire consummatio. Nec habent in eo locũ aduersariæ potestates, quare inter se bellum, pax hominum est. Glo. Necessaria ergo cõplexione eos arguit. Vel.n. Christus in virtute Dei dæmones eiicit, vel in principe dæmoniorũ: si in virtute Dei, frustra calumniantur: si in principe dæmoniorũ, regnũ eius diuisum est, nec stabit: & ideo à regno eius recedãt, qđ innuit sibi eos elegisse, dum in se nõ credunt. Chry. Vel sic: Si diuisus est, imbecillior factus est & perit: si aũt perit, qualiter põt alium proijcere? Hil. Vel aliter. Si ad diuisionem suã coactus est dæmon, vt dæmones perturbaret, hinc quoq; æstimandum est plus in eo qui diuiserit, quàm in his qui diuisi sunt inesse virtutis: ergo regnũ diaboli diuisione facta, à Christo est dissolutũ. Hier. Si autẽ putatis ô scribæ & pharisæi, q̃ recessio dęmonũ obedientia sit in principẽ suum, vt hoĩes ignorantes fraudulẽta simulatione deludãt, q̃d potestis dicere de corporũ sanitatibus quas dñs ppetrauit? Aliud si mẽbrorũ quoq; debilitates & spiritualiũ virtutũ insignia dæmonibus assignetis.

Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Si autem ego in spiritu Dei eijcio dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei.

Chrys. Post primã solutionẽ venit ad secundam, prima manifestiorem, dicens: Et si ego in Beelze. &c. Hie. Filios Iudæorũ uel exorcistas legis gentis illius ex more signat, vel Apostolos ex eorũ stirpe generatos. Si exorcistas, qui ad inuocationẽ Dei eiiciebant dæmones, coarctat pharisæos interrogatione prudẽti, vt cõfiteantur Spũ sancti esse opus eorũ. Si expulsio inquit, dæmonum in filijs vestris Deo, non dæmonibus deputatur, quare in me idẽ opus nõ eandẽ habeat & causam? ergo ipsi vestri iudices erunt, nõ potestate, sed cõparatione, dum illi expulsionẽ dæmonũ Deo assignant, vos principi dæmoniorũ. Sin aũt & de Apostolis dictũ est, quod & magis intelligere debemus, ipsi erũt iudices eorum, quia sedebũt in duodecim solijs, iudicantes duodecim tribus Israel. Hila. Idcirco aũt indignè iudices sunt in eos cõstituti, quib' id dedisse Christus aduersus dæmones potestatis reperit, qđ ipse est negatus habuisse. Rab. Vel q̃a Apostoli bene sibi cõscij erant, nihil malæ artis se ab eo didicisse. Chry. Nõ aũt dixit: Discipuli mei, neq; Apostoli, sed filij vestri. Vt si quidem voluerint reuerti ad illorum dignitatẽ, multam hinc accipiant occasionem: si aũt ingrati fuerint, neq; inuerecundam habent excusationẽ. Eiiciebãt autẽ Apostoli dæmones, quia acceperãt potestatem ab ipso, & tñ nihil eos incusabant: non.n. rebus, sed personæ Christi aduersabantur. volens igitur mõstrare quoniam inuidiæ erant, quæ dicebãtur de ipso, Apostolos in mediũ ducit. Rursus autem ad sui cognitionẽ inducit eos, demõstrans quoniam proprijs aduersantur bonis, & contrariantur suæ saluti: cum deceret eos lætari, quod magna bona illis aduenerat donaturus. vnde sequitur: Si autem ego &c. Per hoc autem demonstrat q̃ magnæ virtutis opus est dæmones eijcere

cere, & nō cuiuslibet gratia. Et ob hoc ꝙ dē syllogizat, dicēs: Ergo peruenit in uos regnū Dei. Ac si dicat: Si hoc est, profectò filius Dei aduenit, hoc est obūbratè dicit, vt non illis sit graue: deinde ut illos alliciat, nō dixit simpliciter ꝑuenit regnum, sed in vos q.d. Vobis venīūt bona, ꝑꝑ qđ uestrā impugnatis salutē: hoc.n. est signū à ꝓphetis traditū, ꝓsentiæ filij Dei tanta fieri potestate diuina. Hier. Regnū.n. Dei seipsum signat: de quo in alio loco scriptū est: Regnū Dei intra vos est, & mediftat intra uos, quē nescitis. Vel certè illud regnū, qđ & Ioānes & ipse dñs ꝓdicauerunt: Pœnitentiā agite, appropinquabit .n. regnum cœlorū. Est & tertium regnū scripturæ sanctæ, qđ aufertur à Iudæis, & traditur genti facienti fructus eius. Hil. Si ergo discipuli operātur ꝑ Christū, & ex spiritu Dei, Christus operatur, adest regnū Dei iā in Apostolos mediatoris officio trāsfusum. Diminutio ēt regni diaboli, est augmētatio regni Dei. Aug. de con. euan. Vnde pōt ēt hic esse sensus: Si ego in Beelzebub eijcio dæmones, etiam secundum vestrā sententiam peruenit in vos regnum Dei, quia regnum diaboli stare nō potest, quē aduersum se diuisi fatemini. Regnum.n. Dei nunc dixit, quo damnantur impij, & à fidelibus de peccatis suis pœnitentiā agentibus nunc secernuntur.

Aut quomodo pōt quisquā intrare in domū fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet?

Chry. Posita secūda solutione, inducit & tertiā, dicens: Aut qūo pōt, &c. Quòd .n. nō pōt satanas satanā eiicere, manifestū ex dictis est. Sed qm̄ neq; alius pōt eū eiicere, nisi prius eū superauerit, omnib. est manifestū: constituitur ergo quod & antea, cū manifestiori abundantia. dicit enim: Tantum absisto ab hoc ꝙ utar diabolo coadiutore, ꝙ ꝑlior cum eo & ligo eū & huius coniectura est, ꝙ vasa eius diripio. Et sic cōtrariū eius, qđ illi tentabāt dicere, demonstrat. Illi.n. volebant ostendere, ꝙ nō propria virtute eiicit dæmones. Ipse aūt ostēdit, ꝙ nō solum dæmones, sed & eorū principem ligauit. qđ manifestū est ab his quæ facta sunt. Qualiter .n. principe nō victo, hi qui subiacent dæmones directi sunt? Hoc aūt mihi prophetia videtur esse qđ dicitur. Non.n. solum dæmones eiicit, sed & errorem vniuersi orbis terrarum abiget, & machinationē diaboli dissoluet & non dixit rapiet, sed diripiet: ostendens ꝙ hoc cum potestate fiat. Hier. Domus illius, mundus est: qui in maligno positus non creatoris dignitate, sed magnitudine delinquentis alligatus est fortis, & religatus in tartarum, & domini pede contritus. Non autem debemus esse securi, aduersatius noster fortis victoris quoque uocibus comprobatur. Chrys. Fortem autem eū uocat, antiquā eius ostendēs tyrannidem, quę ex nostra desideria orta est. August. de quæst. euan. Quos.s. ipse tenebat. ne possent uiribus suis ab illo se homines eruere, sed per gratiam Dei. Vasa eius dicit omnes infideles. Alligauit autem fortem, quia potestatē illi ademit impediendi uoluntatem fidelium, assequendo Christum, & obtinēdo regno Dei. Raba. Domum ergo eius diripuit, quia ereptos à diabolo laqueis eos quos suos esse ꝑuidit, ecclesiæ adunauit: vel quia omnes mundi partes Apostolis & eorum successoribus conuertendū distribuit. Ostendit igitur per manifestā parabolam, dicens: quòd non concordat in fallaci operatione cum dæmonibus vt calumniabantur, sed virtute diuinitatis homines à dæmonibus liberauit.

Qui non est mecum, contra me est, & qui non congregat mecum, spargit.

Chry. Posita tertia solutione, hic ponit quartā, dicens: Qui nō est mecū, &c. Hila. In quo ostēdit longè à se esse, ut aliquid a diabolo mutuatum sit potestatis: & ex hoc ingētis periculi res intelligitur, malè de eo opinari, cum quo nō esse, idipsum est, quod contra esse. Hier. Non tn̄ putet hoc quisquam de hæreticis dictū & schismaticis, quanquam & ita ex superfluo possit intelligi, sed ex cōsequētib. textuq; sermonis ad diabolum refertur, eo ꝙ non possint opera Saluatoris Beelzebub operibus comparari. Ille cupit animas hominum tenere captiuas; dominus liberare. Ille prędicat idola, hic vnius Dei notitiam. Ille trahit ad uitia, hic reuocat ad uirtutes. Quomodo ergo possunt inter

ret se habere cócordiá, quorú opera sunt diuersa? Chry. Qui ergo nó mecú cógregat, neq; mecú est, nó erit mihi cóparád?, vt mecú dæmones eijciat, sed magis desiderat q measút spargere. sed dic mihi: Si oportuerit cú aliquo pliari, qui nó vult tibi auxiliari, hoc ipso nó est aduersú te. Ipse etiá dñs alio loco dixit. Qui non est aduersú vos, pro vobis est. Sed nó est contrariú hoc quod hic dicitur. Hic.n. loquitur de diabolo aduersario existéte, ibi autem de homine qui in parte erat cum eis, de quo dictum erat, Vidimus quédam in nomine tuo eijciétem dęmonia. Videtur autem Iudęos hic occulte insinuare, cum diabolo statuens eos. Ipsi enim aduersus eum erant, & spargebant quæ ipse cógregabat. Sed & decens est credere, hoc de se ipso dixisse, quia aduersus diabolum erat & quæ illius sunt dispergebat.

Ideo dico vobis, omne peccatú et blasphemia remittetur hominib. spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Et quicunq; dixerit verbum cõtra filiú hominis remittitur ei, qui auté dixerit contra Spiritum sanctum non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neque in futuro.

Chry. Quia dñs pharisæis excusando responderat, iam eos terret. Est. n. hoc correctionis non parua pars, non solum excusando respódere, sed & contrariari. Hil. Pharisæorum. n. sententiam, & corú qui ita cum his sentiunt peruersitatem, seuerissima diffinitione códemnat; peccatorú omnium veniá promittés, & blasphemiæ spiritus indulgentiam abnegás. Ideo dico vobis &c. Remi. sciendum est tamen q nó passim quibuscunq; dimittuntur, sed illis qui pro suis reatibus dignam pęnitentiam egerint. Destruitur tamen his verbis error Nouatiani, q dicebat quòd fideles post lapsum per pœnitentiá non possunt surgere, neque peccatorú suorum veniá promereri maximè illi qui in persecutione positi negabant. Sequitur: Spiritus autem blas &c. Aug. de ver. do. Quid enim interest ad rem, vtrum dicatur: Spiritus blasphemiæ non remittetur, an dicatur: Qui blasphemauerit in Spiritú sanctum, non ei remittetur, vt Lucas dicit? nisi forte quòd eadem sententia apertius isto modo quàm illo dicitur, alium Euangelistá

Concordantia Euangeliorum.

non destruit alius, sed exponit, Spiritus autem blasphemiæ clause dictú est, quia non est expressum cuius spiritus, & ideo ad huiusmodi expositioné subdit: & quicúq; &c. Ideo post vniuersalé cómemorationé oís blasphemiæ eminétius voluit exprimere blasphemiá q dicit cõtra filiú hois, quam in Euágelio secúdú Ioánem valde graue ostédit hoc esse peccatú, vbi ait de Spiritu sácto: Ille arguet múdú de peccato, de iustitia, & de iudicio: de peccato quidé, qa non credunt in me. Sequitur: qui autem di. &c. Non ergo hoc dicitur propterea, quia in Trinitate maior est filio Spiritus sanctus, quod nullus vnquam uel hæreticus dixit. Hil. Quid autem tam extra ueniá est, quàm in Christo negare quod Dei est, & consistentem in eo paterni spiritus substantiam adimere, cum in spiritu Dei omne opus cõsumet, & in eo Deus sit mũdum reconcilians sibi? Hier. Vel ita locus iste est intelligendus: Qui uerbum dixerit contra filium hominis, scandalizatus carne mea, & me hominem tátum arbitrans talis opinio atque blasphemia, quáquam culpa non careat erroris, tamen habet ueniam propter corporis vtilitatem. Qui autem manifesta intelligés opera Dei, cum Dei uirtutem negare non possit, eadem calumniatur stimulatus inuídia, & Christum Dei uerbum & opera Spiritus sancti dicit esse Beelzebub, isti non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro. Augu. de uer. do. Sed si hoc propterea dictú esset, profecto de omni blasphemia taceretur, & hæc sola remissibilis uideretur q contra filium hominis dicitur, quasi cum homo solum putatur. Cum uero præmissum sit. Omne peccatú & blasphemia remittetur hominibus, proculdubio & illa blasphemia q cótra patrem dicitur, ista generalitate cócluditur, & tamen hæc sola irremissibilis diffinitur, quæ dicitur cõtra Spiritum sanctum Nunquid ná & pater formam serui accepit, quasi sit maior Spiritus sanctus? Quis etiam non conuincitur dixisse uerbú contra Spiritum sanctum antequam Christianus uel catholicus fieret? Primo ipsi pagani cum dicunt Christú magicis artibus fecisse miracula, nõne similes sunt his qui dixerunt eú in

prin-

principe dæmoniorum eiecisse dæmonia? Iudæi et & quicunq; hæretici, qui Spiritũ sanctũ cõfitent, sed negãt eũ esse in corpore Christi, qđ est ecclesia catholica, similes sunt pharisæis, qui negabãt Spiritũ sanctũ esse in Christo. Quidã et hæretici ipsũ Spiritũ sanctũ vel creaturã esse cõtendũt, sicut Arriani, Eunomiani, & Macedoniani, vel eũ prorsus ita negãt vt Deũ negent esse Trinitaté, sed solũ patrem esse Deum asseuerant, & ipsum aliquando uocari filium, aliquando Spiritum sanctum, sicut Sabelliani. Photiniani quoque patrem solum esse dicentes Deum, filium uero non nisi hominem, negant omnino tertiã esse personam Spiritum sanctum manifestum est igitur à Paganis, Iudæis, & hæreticis blasphemari Spiritum sanctum. Nunquid ergo deserendi sunt, & sine ulla spe deputandi? quibus si non est dimissum uerbum quod dixerunt contra Spiritum sanctum inaniter eis promittitur ꝙ in baptismo siue in ecclesia remissioné accipiant peccatorum. Non n. dictũ est; Non remittetur ei in baptismo, sed neq; in hoc seculo, neque in futuro: & hi illi soli æstimant sunt ab huiusmodi grauissimi peccati reatu liberi, qui ab infantia sunt catholici. Nonnullis ãt videtur eos tantummõ peccare in Spiritum sanctum, qui lauacro regenerationis abluti in ecclesia, & accepto Spiritu sancto, velut tanto postea dono Saluatoris ingrati mortifero aliquo peccato se immiserunt, qualia sunt vel adulteria, uel homicidia, vel ipsa discessio à nomine Christiano siue catholica Ecclesia. Sed iste sensus vnde probari possit ignoro: cũ & pœnitentię quorumcunq; criminũ locus in Ecclesia nõ negeť, & ipsos hæreticos ad hoc utiq; corripiendos dicat Apostolus: Ne forte det illis Deus pœnitentiã ad cognoscendã ueritatem Postremo nõ ait dominus, qui fidelis catholicus dixerit verbum contra Spiritũ sanctũ, sed qui dixerit: hoc est quicunque dixerit, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neq; in futuro. Augu. de ser. do. in mon. Vel aliter dicit Ioannes Apostolus: Est peccatũ ad morté, nõ pro eo dico vt roget quis. peccatũ ãt fratris ad morté dico esse, cũ post Dei agnitionem per gratiã dñi nostri Iesu Christi, q. sq; oppugnat fraternitatem: aut aduersus ipsam gratiã qua reconciliatus est Deo, inuidétiæ facib. agitať. Huius peccati tãta labes est, vt deprecãdi humilitaté subire nõ possit, et si peccatũ suum mala cõsciétia & agnoscere & annuntiare cogať. Quis mentis affectioné pp peccati magnitudiné iã de dãnatione aliquos habere credéd⁹ est? & hoc fortasse est peccare in Spiritũ sanctũ. i. per malitiã & inuidiã, fraternã impugnare charitaté, post acceptam gratiam Spiritus sancti: quod peccatũ dominus neque hic, neque in futuro seculo dimitti dicit. Vnde quæri põt vtrũ in Spiritum sanctum Iudæi peccauerint, qñ dixerunt, ꝙ in Beelzebub principe dæmoniorũ dñs dæmonia expellebat? vtrũ. n. hoc in ipsum dominũ dictum accipiamus? quia de se dicit alio in loco: Si patrem familias Beelzebub uocauerũt, quãto magis domesticos eius? An quoniam de magna inuidétia dixerant ingrati tam præsentibus beneficijs, quamuis nondum Christiani fuerint, tamen propter ipsam inuidentiæ magnitudinem in spiritũ sanctum peccasse credendi sunt? Non. n. hoc colligitur de uerbis domini, uideri tamen potest adhuc eos monuisse ut accedãt ad gratiam, & post acceptam gratiam nõ ita peccent ut nunc peccauerunt. Nunc. n. in filium hominis dixerunt uerbum nequã, & potest eis dimitti si conuersi fuerint & ei crediderint. Si autem postquam Spiritum sanctun acceperint, fraternitati inuidere & gratiam quam acceperunt oppugnare uoluerint, non eis dimitti, neq; in hoc seculo, neque in futuro. Nam si eos sic haberet cõdenatos, ut nulla spes illis reliqua esset, non adhuc monendo iudicaret, cum addidit dicés. Aut faci. arbo. bo. &c. Aug. in lib. retra. Hoc autem non confirmauit, quia hoc putate me dixi: sed tamé addedũ fuit, si in hac tã scelerata mẽtis peruersitate definierit hanc uitã. quoniã de quocũque pessimo in hac uita constituto, non est utique desperandũ: nec ꝓ illo imprudẽter oratur, de quo non desperatur. Aug. de uer. do. Est autem magnũ secretum huius quæstionis: Lumen ergo expositionis à dño quæratur. Dico autẽ charitati uestræ, forté in omnibus Scripturis

Blasphemie peccatum quomodo.

ris

ris sanctis nulla s maior quæstio, nulla difficilior i uenitur. Prius ergo vt aduertatis admoneo, non dixisse dñm. Oīs blasphemia spiritus nō remittetī, neq; dixisse: qui dixerit quodcunq; verbū cōtra Spiritum sanctū, sed qui dixerit verbū. Quapp non est necesse vt omnē blasphemiā, & omnē verbū, qđ dicitur cōtra Spiritū, remissionē quisquā existimet nō habere. sed necesse est planè vt sit aliquod verbum, quod si dicatur cōtra Spiritum sanctum, nulla remissionem mereatur. Solent.n. scripturæ ita loqui, vt quādo aliquid sic dicitur, vt neq; ex toto, neq; ex parte dictum sit: non sit necesse vt ex toto fieri possit, vt ex parte non intelligatur. sicut cū dominus dixit Iudæis si nō venissem & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Nō .n. ita dictum est, vt sine ullo omnino peccato uellet intelligi futuros fuisse Iudæos, sed esse aliquod peccatū quod non haberent, nisi Christus venisset. Quis aūt sit iste modus contra Spiritū Sanctum, ordo postulat vt dicamus. Insinuaī siquidē nobis in patre auctoritas, ī filio naturas, in Spiritu sancto patris filijq; ue cōitas.

Quòd ergo cōe est patri & filio, & per hoc nos voluerunt habere cōionem, & inter nos, & secum. Charitas.n. Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis: & quia peccatis alienabamur a possessione bonorū verorum charitas operit multitudinem peccatorum. Quod.n. Christus in spiritu sancto peccata dimittat hinc intelligi pōt, φ cū dixisset discipulis, Accipite Spiritum sanctum, continuò subiecit: Si cui dimiseritis peccata, dimittentur illi. Primum itaq; credentium beneficium est in Spiritu sancto remissio peccatorum, contra hoc donum gratuitum loquitur cor impœnitens: ipsa ergo impœnitentia est spiritus blasphemiæ, quæ non remittetur neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Cōtra .n. Spiritum sanctum, quo peccata dimittuntur, verbū valde malū, siue cogitatione, siue lingua sua dicit, qui secundum duritiā cordis sui & cor impœnitēs thesaurizat sibi irā in die iræ: hæc oīno impœnitentia nō hēt remissionē neq; in hoc seculo neq; in futuro: quia pęnitētia impetrat remissionē in hoc seculo, quæ valeat in futuro. Sed ista pœnitentia quādiu quisq; in hac carne viuit, nō potest iudicari. de nullo.n. desperandum est, quandiu patientia Dei ad pęnitētiam adducit: Quid.n. si isti quos in quocunq; genere erroris totas, & tanquā desperatissimo dānas, antequam istā vitā finiāt, agāt pęnitētiā, & inueniāt verā uitā in futuro? Hæc aūt blasphemia quanuis prolixa & plurib. verbis cōtexta sit, solet tñ scriptura ēt multa uerba uerbū appellare. neq;.n. unū uerbū locut' est dominus cū pphœta, & tñ legitur: Verbū quod factum est ad illum uel ad illū prophetam. Hic autem fortassis aliquis quærat, vtrum tantummodo Spiritus sanctus peccata dimittat, an & pater & filius respondemus: φ & pater & filius: ipse.n. filius de patre dicit: Dimitte vobis pater vester peccata vestra, & de se ait: Filius hominis potestatem hēt in terra dimittendi peccata. Cur ergo illa impęnitentia quæ nunquam dimittitur, solum ad Spiritus sancti blasphemiam dicitur pertinere? tanquam ille qui in hoc impœnitentiæ peccato fuerit obligatus dono Spirtus sancti resistere videatur, φ eo dono fiat remissio peccatorum, sed peccata, quia prę ter ecclesiam non dimittuntur, in eo spiritu dimitti oportebat, quo in vnum ecclesia congregatur. Remissio ergo peccatorum, qua tota Trinitas facit, proprie ad Spiritum sanctū dr pertinere: ipse.n. spiritus adoptionis filiorū, in quo clamamus abba pater, ut ei possim' dicere; Dimitte nobis debita nostra: & in hoc cognoscimus sicut dicit Ioannes, Quoniam Christus manet in nobis, de Spiritu sancto quē dedit nobis. Ad ipsum etiā pertinet societas, qua efficimur vnum corpus vnici filij Dei, quia quodāmodo societas patris et filij est ipse Spiritus sanctus. Quisqs ergo reus fuerit impęnitentia contra Spiritum sanctū, in quo vnitas & societas communionis cōgregatur ecclesiæ, nunquam illi remittitur. Chry. Vel aliter secundū primam expositionem Iudæi quidā ignorabant Christū quid esset; Spiritus autē sancti sufficiēs acceperant experimentū: etenim prophetæ per eū locuti sunt. Quod ergo dicit, hoc est. Esto φ me offenditis propter

propter carnē circumpositā, nūquid & de Spiritu sācto habetis dicere, quoniā ignoramus eū? pp hoc non ignoscibilis est vobis hæc blasphemia, & hic & illic dabitis vindictā. q a enim dęmones eijcere et sanitates pficere, Spiritus sancti est. Nō ergo mihi cōtumelias infertis solū, sed Spiritui sancto: ideoq; vobis ineuitabilis erit condēnatio, & hic & illic. Etenim hominū hi quidē hic solū puniunt, sicut q indigni participauerūt mysterijs apud Corinthios, hi aūt illic solū, sicut diues in inferno: hi āt hic & illic, sicut & ipsi Iudæi, q & hic intollerabilia passi sunt Hierusalē capta, & ibi difficilimā sustinēt pœnam. Raba. In hac āt auctoritate extinguit hęresis Origenis, qui asserit post multa secula omnes peccatores ueniā consecuturos, quæ resellitur per hoc quòd dicitur quòd non remittetur neque in hoc seculo, neq; in futuro. Grego. in dialo. Datur etiam intelligi quasdā culpas in hoc seculo, quasdam uerò in futuro relaxari. quod enim de vno negatur, de quibusdā conceditur. sed tamen hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est sicut est assiduus otiosus sermo, immoderat⁹ risus, uel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix sine culpa vel ab ipsis agitur; qui culpam qualiter debeant declinare sciunt: aut in non grauibus culpis error ignorantiæ, quę etiam post mortem grauāt, si nobis in hac vita adhuc positis minime fuerint relaxata. Hoc tamen sciendum est, quia illic saltem de minimis nil quisque purgationis obtinebit, nisi qui hoc bonis actibus in hac uita positus vt obtineat; promeretur.

Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Si quidem ex fructu, arbor agnoscitur. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo, de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.

Chrysost. Post priores redargutiones, rursus eos aliter cōfundit. Hoc autem facit, nō vt seipsum accusatione liberet, ad hoc.n. sufficiebant priora: sed eos corrigere volens. unde dicit: Aut facite arbo.bo. &c. Ac si dicat: Nullus vestrum dixit ꝙ malum est aliquos à dæmone liberare: sed quia operib. non maledicebant, sed diabolum dicebant hoc operantem, demonstrat ꝙ hæc accusatio est pter cōsequentiam rerum, & præter cōes conceptiones. talia autem cōfingere, est immēsæ verecundiæ. Hieron. Constringit ergo eos syllogismo, quem Græci vocant apyacton, nos ineuitabilem possumus appellare: qui interrogatos hincinde cōcludit, & in vtroq; cornu premit. Si inquit, diabolus malus est, bona opera facere non pōt: si autem bona sunt quæ facta cernitis, sequitur vt non sit diabolus, qui illa fecit: neq;.n. fieri pōt vt ex malo bonū, aut ex bono oriatur malum. Chry. Etenim arboris diiudicatio à fructu apparet, non fructus ab arbore. unde sequitur: Si quidem ex fru. arbor ag. &c. Etsi enim arbor fructus est causa, sed tñ fructus arboris est demonstratiuus: vos aūt contrarium facitis. In operibus.n. nihil accusare habentes, contrariā de arbore fertis sñiam me dæmoniacum appellantes. Hila. Sic ergo in præsens Iudæos resellit, qui cū intelligerent Christi opera vltra humanā esse virtutem, noluerunt tñ ea quæ Dei sunt cōfiteri. futuram vero omnem fidei peruersitatem coarguit, eorum scilicet qui diuinitatem & communionem paternæ substātię domino detrahentes in diuersa hæresum studia efferbuerunt neutrum facientes, nec inter gentes sub venia ignorationis habitantes, nec in veritatis cognitione versantes. Arborē se in corpore positū signat, quia per interiorem virtutis suæ fœcunditatem exeat vbertas hominis in fructus. igitur arbor bona facienda cū fructibus bonis est, aut mala constituenda cū malis fructibus. non ꝙ arbor mala possit constitui quæ bona est, nec econtra. Sed vt per hanc significantiā intelligeremus Christum tanquam vilem relinquendum aut tanquam bonorum fructuum utilitate retinendum. Cæterum medium se agere, & in Christum aliqua deferre, negare quæ maxima sunt: uenerari tanquam Deum, Dei cōmunione spoliare, blasphemia spiritus est: vt cum per admirationē tantorum operū Dei nomē detrahere nō

audeas, p maliuolētiā mētis generositatē eius abnegata paternę subßātię cōmunione deturpas. Aug. de ver. dom. Vel in hoc admonuit nos dñs vt bonę arbores simus, vt bonos fructus pducere possimus. vbi n. ait. Facite enim arborē bonā, & fructū eius bonū; est præceptū salubre, cui obediētia est necessaria. Quod āt dicit. Facite arborē malā, & fructum eius malum, non præceptum est ut faciatis, sed monitio ut caueatis. Cōtra hos. n. dixit, qui putabant se cùm mali essent, bona loqui posse, uel bona opera habere; hoc domin⁹ dicit esse non posse. Prius. n. est mutandus homo, ut opera mutentur. si. n. manet homo in eo quòd malus est, bona opera habere nō potest; si manet in eo quod bonum est, mala opera habere non potest. Omnes ergo malas arbores Christus inuenit, sed dedit potestatem filios Dei fieri credentibus in nomine eius. Chry. Quia uero non pro seipso, sed pro Spiritu sancto facit sermonem, eos conuenienter increpat, dicens. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Hoc autem dixit & eos incusans, & eorum quæ dicta sunt demonstrationem ex ipsis præbens, quasi dicat. Ecce uos cum sitis arbores malæ nō potestis portare fructum bonum. non ergo miror q̃ hæc loquimini etenim male nutriti estis à malis progenitoribus, & mentem malam habetis. Et uide quòd nō dixit: Qualiter potestis bona loqui, cum sitis progenies uiperarum? Nihil. n. hoc ad illud pertinet; sed qualiter potestis bona loqui, cum sitis mali? Progenies autem uiperarum eos dixit, quia in progenitoribus gloriabantur. ut ergo excluderet eorum superbiam, separauit eos à cognatione Abraham, attribuens eis progenitores similium morum. Rabanus. Vel progenies uiperarum, idest filios & imitatores diaboli eos appellat; quia scienter bonis operibus detrahunt, quod diabolicum est. vnde sequitur: Ex abundantia enim cordis os loquitur. Ille homo ex abundantia cordis loquitur, qui nō ignorat ex qua intentione verba promantur, quod apertius ostendere uolens, subiungit. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro pfert mala. Thesaurus cordis intētio est cogitationis, ex qua interius arbiter iudicat pueatum operis, ut aliquando maiora minoré habeāt mercedē, aliquādo ob incuriā cordis tepidi, maiorū uirtutū opera ostētantes, minora à dño pmia, sortiunt. Chryf. Ex his etiā demōstrat suam deitatē scientem cordis occulta, quoniam non uerborum solum, sed etiam malarū cogitationum exoluent uindictam. Est autem naturę cōtinentia supereminentis, inter nequitiæ uerba per os extra effundi. quare cum audieris hominem male loquētem, multo ampliorem, estimes nequitiā quā uerba demonstrant. Quod enim exterius dicitur, est superfluentia eius quod intus est, in quo eos uehementer tetigit. Si enim quod dictum est ab eis, ita est malū, excogitata radix uerborū quàm magna est? Contingit autem hoc decenter; lingua enim confusa multotiens non repente effundit nequitiam, cor autem nullum hominum habēs testem, sine timore quæcunque vult pertulit mala: Dei enim non multa cura est ei, sed cum augetur multitudo malorum, quæ intus sunt, quæ interim occultabantur, extra per uerba pueniunt. Et ideo dicit: Ex abundantia cordis os loquitur. Et quòd homo de thesauris cordis loquitur. Chrysostomus. In hoc autem quod dicit. Bonus homo de bono thesauro loquitur &c. Vel ipsos Iudæos Deum blasphemantes ostendit de quali thesauro blasphemiam proferant. Vel cum superiori quæstione hæret sententia, quòd quomodo non possit bonus homo proferre mala, nec malus bona: sic nō possit Christus mala, nec diabolus bona opera facere.

Intētio est thesaurus cordis.

Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex uerbis enim tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis.

Chrysosto. Post præmissa eis dominus multum timorem incutit, ostēdens quòd ultimam dabunt uindictam, qui talia deliquerunt. vnde dicit: Dico autem uobis, quoniam omne uerbū otiosum quod locuti fuerint ho. &c. Hieronymus. Et est sensus: Si otiosum uerbum quod nequaquam ædificat audientes, non est absque

periculo eius qui loquitur, & in die iudicij reddet vnusquisque rationem sermonũ suorum; quanto magis uos, qui opera Spiritus sancti calũniamini, & dicitis me in Beelzebub eiicere dæmonia, reddituri estis rationem calumniæ vestræ? Chrysostomus. Non aũt dixit: Quod locuti estis vos, simul quidem oẽ hominũ erudiẽs genus, simul autẽ minus onerosum faciens suum sermonẽ. Otiosum aũt verbum est, quod mendax est, quod calumniam hẽt. Quidam autem dicunt q̃m & vanũ, quasi est, quod risum mouet inordinatũ uel turpe, uel inuerecundum. Greg. in hom. Vel otiosum verbum est, quod aut utilitate rectitudinis, aut ratione iustæ necessitatis caret, qđ.s. sine vtilitate & loquentis dr̃ & audientis: si omissis seriis de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterum qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliqd profertur turpitudinis: hic nõ otiosi verbi, sed criminosi tenebitur reus. Remig. Ex superioribus autem verbis adhuc sequens dependet sententia, cum dicitur; ex verbis enim tuis iustificaberis, &c. Non est dubiũ quia vnusquisq; de verbis suis malis, quæ loquitur, condemnabitur. Voruntamen quia ex bonis verbis non iustificatur quis, nisi ex intimo corde & deuota intentione ea proferat. Chrysost. Vide autem quia non est onerosum hoc iudicium, non ex quibus alius dixit de te, sed ex quibus ipse locutus es, sentẽtias iudex feret. Non igitur accusatos timere oportet, sed accusantes; non.n. illi coguntur accusare se pro his malis quæ audierunt, sed hi pro his quæ male dixerunt.

Verbũ ociosũ quod dicatur.

Tunc responderunt ei quidam de scribis & pharisæis, dicentes. Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens ait illis, Generatio mala & adultera signum quærit, & signũ non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus. sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

Chrys. Quia dominus superius multoties verbis inuerecundam pharisæorum obstruxerat linguam, rursus ad opera veniunt; quod admirans Euãgelista, dicit: Tunc responderunt ei quidam de scribis &c. Tunc scilicet cũ flecti oportebat, cum admirari, cum obstupescere; sed tũc à malitia non desistunt. Dicunt eum, volumus à te signum videre, vt eum capiãt. Hier. Sic signa postulant, quasi quæ viderant, signa non fuerint; sed in alio Euangelista quid petant, plenius explicatur; volumus a te signum vi.de cœ. Vel in morem Heliæ ignem de sublimi venire cupiebãt, vel similitudinem Samuelis tempore æstiuo, cõtra naturam loci mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere, quasi nõ possint & illa calumniari, & dicere ex occultis & varijs aeris passionibus accidisse. nam qui calumniaris ea quę oculis vides, manu tenes, vtilitate sentis; quid facturus esse in his, quæ de cœlo veniunt? vtique respondebis & Magos in Aegypto multa signa fecisse de cœlo. Chysostomus. Verba autẽ eorum adulatione & ironia sunt plena: & prius quidem conuitiabãtur dæmoniacum eum dicentes, nũc autem adulantur, vocantes eum magistrum; propter hoc & domin⁹ eos vehemẽter arguit, vnde sequitur; Qui respondens, ait; Gene. &c. Et quidem cum ei conuitiabantur, mansuetè eis respondebant; cum autem adulabantur, conuitiose. demonstrans q̃ vtraque passione erat superior, & neque conuitijs in irã deducitur, neque ab adulatione mollitur. Quod autem dicit tale est. Quid mirum si hoc in me facitis qui ignotus sum vobis, cum in patrem cuius tantam accepistis experientiam, hoc idem fecistis, derelicto eo, ad dæmones currentes? Propter hoc autem eos dicit generationem malam, quia ingrati semper facti sunt circa benefactores, & beneficijs deteriores fiunt, quod est vltimæ malitiæ. Hierony. Egregie autem dixit; & adultera, quia dimiserat virum, & iuxta Ezechielẽ multis se amatoribus copulauit. Chrys. Vnde & monstrat se patri æqualem, si ei non credere generationem adulteram facit. Raban. Deinde respondere incipit non eis signum de cœlo, quod indigni erãt uidere, sed de profundo inferni tribuens. Discipulis autem suis signum de cœlo dedit, quibus æternam beatitudinis gloriam, & prius in monte figuraliter, & post ueraciter in cœlum superleuatus

Signa referũtur.

 osten-

ostẽdit. vnde sequit. Et sig. non dabit &c. Chry. Quia non ut eos induceret, signa faciebat (sciebat.n. eos lapideos esse) sed vt alios emendet, aut qm̃ non acciperet signũ quale est illud quod petebãt. Signũ.n. eis factũ est, quãdo p propriã pęnã cognouerũt eius virtutem. hoc igit occultè insinuãs, dicit: Signũ nõ dabitur ei, ac si diceret: Multa beneficia demõstraui, nihil horũ vos allexit ad venerãdum meam virtutem, quam cognoscetis per pœnam, quando ciuitatem vestram in terram proiectã videbitis. Interim autem sermonem de resurrectione interponit, quem cognituri erant per ea quæ postea erant passuri, dicens: Nisi sig. Io. prophe. Crux enim profecto credita non esset, nisi signa testantia habuisset. Hac autem nõ credita & resurrectio vtique credita non esset, propter hoc & signum hoc vocat, & figurã in medium fert, vt veritas credatur. vnde sequitur: Sicut fuit Ionas in ventre &c. Rabanus. Ostendit Iudæos ad instar Niniuitarum criminosos, & nisi pœniterẽt subuersioni proximos. sed sicut illis denunciatur supplicium, & demonstratur remedium, ita Iudæi non debent desperare veniam si saltem post Christi resurrectionem egerint pœnitentiam. Ionas enim, idest columba vel dolens, signum est eius super quem descendit Spiritus sanctus in specie columbæ, & qui dolores nostros portauit. Piscis qui Ionam deuorauit in pelago, significat mortem, quã Christus passus est in mundo. Tribus dieb. & noctibus fuit ille in ventre ceti, & iste in sepulchro; ille eiectus est in aridam; iste resurrexit in gloriam. Aug. de con. euang. Quidã ãt modũ locutionis scripturę nesciẽtes, noctẽ voluerũt aduertere tres illas horas à sexta vsq; ad nonã q b. sol obscuratus est, & diẽ tres horas alias, quib. iterũ terris est reddit⁹, id est à nona vsque ad eius occasum. Sequitur enim nox futura sabbati, qua cũ suo die computata erunt iã duæ noctes & duo dies. Porrò autẽ post sabbatum sequitur nox primæ sabbati, idest illucescentis diei dominici, in qua tunc dominus resurrexit. Erunt ergo duæ noctes & duo dies, & vna nox etiam si tota posset intelligi, nec ostenderemus quòd illud diluculum pars eius extrema sit: quapropter nec ãnnumeratis illis sex horis, quarum tribus tenebratus est & tribus illuxit, constabit ratio trium dierum & trium noctiuũ, restat ergo vt hoc inueniatur illo scripturarum vsitato loquendi modo, quo à parte totũ intelligitur. Hieronymus. Non quod omnes tres dies & tres noctes in infernum fuerit, sed quòd in parte parasceues & dominicę, & tota die sabbati tres dies & tres noctes intelligantur. August. 4. de Tri. Ipsum enim triduum non plenum & totũ fuisse scriptura testis est, sed primus dies à parte extrema totus annumeratus est, dies verò tertius à parte prima & ipse totus: medius ãt inter eos, idest secundus dies absolute totus 24. horis huis, 12. nocturnis 12. diurnis. nos enim vsq; ad diluculũ quo domini resurrectio declarata est, ad tertium pertinet diem. Sicut.n. primi dies propter futurum hominis lapsum à luce in noctem, ita isti propter hominis reparationem à tenebris in lucem computantur. Chrysosto. Non autem manifestè dixit, quòd resurgeret, quia cũ derisissent: sed occultè insinuat, vt & illi crederent quod præsciuit. Non autem dixit in terra, sed in corde terræ: vt & sepulchrũ ostenderet, & quòd nullus solam mortis apparentiam suspicetur. Et tres dies propter hoc posuit. vt credatur ꝙ mortuus est. Sed ipsa figura veritatem demonstrat, non.n. fuit Ionas in ventre ceti in phantasia, sed in veritate: neque figura fuit veritate, & veritas in imaginatione. propter quòd manifestũ est quòd filij sunt diaboli, Marchionem sequentes, qui Christi passionem phantasticam esse asserint, & quòd pro eis esset passurus, licet eis non proficeret, ostendit. Per hoc innuit quòd illi generationi signum daretur Ionæ Prophetæ.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cũ generatione ista, & condemnabunt eã, quia pœnitentiã egerunt in prędicatione Ionæ. Et ecce plusquam Ionas hic. Regina Austri surget in iudicio cũ generatione ista, & condemnabit eam, quia venit à finibus terrę audire sapientiam Salomonis. Et ecce plusquam Salomon hic.

Chrys. Ne aliquis existimaret quòd talia deinceps futura essent in Iudæis, qualia

lia

lià Niniuitis cōtigerant: vt sicut Ionas illos cōuertit, & ciuitas fuit à periculo liberata, ita isti post resurrectioné conuerteréntur, dñs nunc totum contrarium ostendit: qm.s. ex beneficio passionis nullum fructũ pceperunt, sed & grauia patientur, vt infra ostendit per exéplum dæmonis. Interim aũt ostendit ꝙ iustè patientur, dicés: Viri Niniuitæ, &c. Remig. Ostendit aũt dñs his verbis vnã esse malorum & bonorum resurrectionem futurã, contra quosdam hæreticos, qui dixerunt vnam esse resurrectionem bonorum, & alteram malorum. Destruitur etiã his verbis fabula Iudęorum, qui solent dicere quòd ante iudicium mille annis celebretur resurrectio, apertè his verbis ostendens, quia mox vt celebrabitur resurrectio, celebrabitur & iudiciũ. Et condemnabunt eã. Hier. Non sẽtẽtiæ potestate, sed cõparationis exéplo, vnde subdit: Quia pœniten. ege. &c. Hic, aduerbium loci, nõ pronomẽ intelligas. Ionas secundũ 70. interpretes triduo prædicauit, ego tanto tépore. Ille Assyriis géti incredulæ, ego Iudæis populo Dei. Ille voce locutus est simplici, nihil signorum faciẽs, ego tanta faciẽs Beelzebub calumniã sustineo. Chrys. Non autem hic stat dñs, sed & aliam annunciationẽ adiũgit, dicens: Regina Austri &c. Istud plus fuit quàm prius. Ionas.n. ad illos abiit, regina aũt Austri nõ expectauit Salomonem ad ipsam ire, sed ipsa ad eum accessit: & mulier & barbara, & tantũ remota non mortem formidans, sola cupidine verborũ sapientum. Ibi ergo mulier aduenit, hic ego veni. Et ipsa quidem a finibus terræ surrexit, ego autem ciuitates & castra circumeo. Et illa quidem de arboribus & lignis disputauit, ego autem de ineffabilibus mysteriis. Hierony. Eodem ergo modo condemnabit regina Austri populum Iudæorum, quo cõdemnabunt viri Niniuitæ Israelem incredulum. Ista est regina Saba, de qua in Regnum volumine, & in Paralipomenon legimus: q̃ per tantas difficultates géte sua & imperio derelictis, venit in Iudæã sapientiam audire Salomonis: & ei multa munera obtulit. In Niniue autem, & in Regina Saba occultè fides nationum præfertur Israeli. Rab. Niniuitæ significant eos qui peccare desistũt, regina vero eos qui peccare nesciũt. pœnitentia enim peccatum abolet, sapiẽtia cauet. Remig. Pulchrè autem ecclesia de gentibus congregata regina dicitur, quia mores suos regere nouit. De qua Psalmista: Astitit regina à dextris tuis. Austri autem regina est, quia ardore Spiritus sancti superabundat. Auster enim ventus calidus, significat Spiritum sanctũ. Salomon autem qui interpretatur pacificus, significat ipsum de quo dictum est: ipse est pax nostra.

Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quęrens requiem, & non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, scopis mundatam & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit generationi huic pessimæ.

Chryso. Quia domin⁹ dixerat Iudęis: Viri Niniuitæ surgent in iudicio & condemnabunt generationem istam, ne propter temporis tardationem contemnerét & fierent pigriores, ostẽdit quòd nõ solũ in futuro seculo: sed & hic grauissima patientur, futuram in eis pęnã sub quodam ænigmate subdens. vnde dicit: Cum autem &c. Hierony. Quidam istum locum de hæreticis dictum putant, quòd immũdus spũs qui in eis autẽ habitauerat, quando Gentiles erant, ad cõfessionem verę fidei eijciatur. Postea vero cũ se ad hæresim transtulerint, & simulatis virtutibus ornauerint domum suam, tunc alijs septẽ nequam spiritibus adiunctis, reuertatur ad eos diabolus: & habitet in illis, fiátq; nouissima eorum peiora prioribus. Multo quidem peiori conditione sunt hæretici, quàm Gentiles: quia in illis spes fidei, in istis est pugna discordiæ: cum hæc intelligentia plausum quendam & colorem doctrinæ præferat, nescio an habeat ueritatem, ex eo enim quòd finita uel parabola uel exemplo sequitur: Sic erit generationi huic pessimæ, cõpellimur nõ ad hæreticos & quosque hoĩes, sed ad Iudęorũ populum referre parabolam, ut cõtextus loci non passiuus & uagus in diuersum

fluctuet, atq; insipientiũ more turpetur, sed hærens sibi vel ad priora, vel ad posteriora respondeat. Vnde, Immundus spiritus exijt à Iudæis, qñ acceperunt legem. Expulsus aũt à Iudæis, ambulauit p Gentiũ solitudines. vnde sequitur: Ambulat per lo. &c. Remi. Loca arida appellat corda gentium ab oĩ humore salutariũ aquarũ, hoc est sanctarũ scripturarũ spiritualiũ donorum, & ab infusione sancti Spiritus aliena. Raba. Vel loca arida sunt corda fidelium, q̃ à mollitie fluxæ cogitationis expurgata callidus insidiator explorat, si quos gressus ibi figere possit. sed castas mentes effugiens diabolus, in solo corde prauorũ gratã sibi põt inuenire quieté. vnde sequitur: Et nõ inuenit. Remig. Putabat aũt diabolus se ppetuã quieté posse hẽre in Gentili populo, sed subditur: Et nõ inuenit quia apparente Dei filio per mysteriũ incarnationis suæ gẽtilitas credidit. Hiero. Quæ cum domino credidisset, ille non inuento loco in nationib. dixit: Reuer. in do. me. vnde exiui. Habeo Iudæos quos ante dimiseram. Et veni. inu. va. scopis mun. & orna. Vacabat enim templum Iudæorũ, & Christum hospitem non habebat, dicenté: Surgite & abeamus hinc. Quia igitur & Dei & Angelorum p̃sidia non habebant, & ornati erant superfluis obseruationibus legis, & traditionib. pharisæorum: reuertitur diabolus ad sedem suam pristinã, & septenario numero sibi addito dæmonum habitant pristinã domum, & fiunt nouissima illius populi peiora prioribus. Multo enim nunc maiore dæmonum numero possidentur blasphemantes in synagogis suis Christũ Iesum, quàm in Aegypto possessi fuerãt ante legis notitiam. quia aliud est venturum nõ credere, aliud non suscepisse qui venerit. Septenarium aũt numerum adiunctum diabolo vel pp sabbatũ intellige, vel pp numerum Spiritus sancti: vt qũo in Esaia per florem, qui de radice Iesse descendit, septẽ spiritus virtutũ descendisse narrantur: ita ècontrario, vitiorum numerus in diabolo cõsecratus sit. Pulchrè ergo septẽ spiritus assumi dñr, vel pp violationem sabbati, vel pp criminalia peccata, quæ contraria sunt septem donis Spiritus sancti. Chrysost. Vel hic pœnam eorum demonstrat. Dicit enim quòd cũ dæmoniaci liberati fuerint ab infirmitate, si desidiores efficiantur grauioré attrahunt aduersus se phantasiã: ita & in uobis fiet. Etenim antè detinebamini à dæmone, qñ idola adorabatis, & filios vestros dæmonibus occidebatis: sed tñ non dereliqui vos, sed expuli dæmoné illum p prophetas, & per memetipsum: rursus veni, amplius expurgare vos volens. Quia igitur non vultis attendere, sed in maiorem excidistis nequitiã: grauius enim est occidere Christũ, quàm propheta, propter hoc difficiliora patiemini. Quę enim sub Vespasiano & Tito contigerunt, eis multo grauiora fuerunt his, quæ passi sunt in Aegypto, & in Babylone, & sub Antiocho: nec hoc solum ostendit, sed qm̃ ab omni virtute erunt desolati, & dæmonũ actib. occupabiles magis quàm antè. Hoc autem non solum ad illos, sed ad nos etiã dicta esse rationé habet: si illuminati, & à priorib. eruti malis, rursus ab eadé possideamur nequitia. Etenim difficilior iam erit pœna posteriorũ peccatorum propter quod paralytico Christus dixit: Ecce sanus factus es, noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Rabanus. Homo enim quilibet ad fidem cõuersus est, à quo diabolus per baptismum eijcitur: qui eiectus inde loca arida peragrat, idest corda fidelium. Gregor. 33. Moral. Loca enim arentia atque inaquosa, sunt corda iustorum, quæ per disciplinæ fortitudinem ab omni carnalis cõcupiscentiæ humore siccantur. Loca vero humentia, sunt terrenorum hominum mẽtes, quas humor carnalis concupiscentiæ, quia replet, fluidas facit: in quibus diabolus iniquitatis suæ vestigia tanto altius imprimit, quanto in eisdem mentibus per trãsitus illius, quasi influxa terra descendit. Raban. Rediens autem ad domum suã, vnde exiuerat, inuenit eam vacanté à bonis actibus p negligentiam, scopis mundatam, scilicet à vitijs pristinis per baptismum. Ornatum simulatis virtutibus per hypocrisim. Augu. de quęst. euan. Vnde per hæc verba significat dominus quosdam ita credituros, vt non possint ferre laborem continentiæ, et

ad seculū redituri sunt. Quòd dicit: Assumit secum alios septē, intelligitur quia cū quis ceciderit de iustitia, etiam simulationem habebit. Cupiditas enim carnis expulsa per pœnitentiam, consuetis operibus, cum non inuenerit in quibus delectationibus cōquiescat, auidius redit, & rursus occupat mentē hoīs, si negligentiā subsecuta est, vt non introduceretur tanquam habitator mundatę domui, sermo Dei p sanam doctrinam. & qm̄ nō solū habebit illa septem vitia quæ septem uirtutibus sunt cōtraria spiritualibus, sed ēt per hypocrisim se ipsas habere virtutes simulabit: propterea assumptis secum septē aliis nequioribus, hoc est ipsa septenaria simulatione redit ipsa cōcupiscentia, vt sint nouissima hominis illius peiora prioribus. Greg. 7. Moral. Plerunq; etiam fit vt cum mens ex ipso exordio sui profectus extollitur, cumq; se iam quasi de virtutibus erigit, sæuienti contra se aduersario aditum pandat: tantoq; se vehementius in eius confractione exhibet, quanto & grauius, quia vel ad modicum fuerat proiectus, dolet.

Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te. * *At ipse respōdens dicenti sibi ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit Ecce mater mea et fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatē patris mei, q in cœlis est ipse meus frater, soror, & mater est.*

*Alloqui.

Hila. Quia prædicta omnia in paternæ maiestatis virtute loquebatur, nuntianti sibi quòd foris à matre, atq; fratribus expectaretur, quid responderit Euangelista demonstrat, subdens: Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fr. fo. sta. &c. Augu. de con. euang. Hoc sine dubio conuenienter gestum intelligere debemus: p̄misit enim cum ad hoc narrandum transiret, adhuc eo loquen. ad tur. Quid est autem, Adhuc, nisi quādo illud loquebatur. Nam & Marcus post illud qđ de blasphemia Spiritus sancti retulerat, dixit: Et veniunt mater eius & fratres. Lucas autem non huius rei gestæ ordinē tenuit, sed præoccupauit hoc, & recordatum ante narrauit. Hier. contra Heluidium. Hinc Heluidij vna ꝓpositio sumitur, ex hoc quòd fratres domini in Euangelio nominatur. Vnde (inquit) fratres domini Dei sunt, q non erant fratres. Sed iam nunc sciendum est quatuor modis in scripturis diuinis fratres dici: natura, gēte, cognatione, et affectu. Natura, vt Esau & Iacob. Gente, vt oēs Iudæi fratres inter se vocantur, vt in Deuteronomio: Nō poteris cōstituere super te hominem alienū, qui non est frater tuus. Porrò cognatione fratres vocantur, q sunt de vna familia, sicut in Genesi: Dixit autem Abraham ad Loth: Nō sit rixa inter te & me, quoniam fratres sumus. Affectu etiam fratres dicuntur, quod in duo diuiditur. in speciale, & commune: in speciale, quia omnes Christiani fratres dicūtur, vt Saluator dicit: Vade, dic fratribus meis. Porrò in commune: quia omnes homines ex vno patre nati, pari inter nos germanitate coniūgimur, sicut ibi: Dicite his q oderūt vos, fratres nostri vos estis. Interrogo ergo iuxta quē modum fratres domini in Euangelio appellentur? Iuxta naturam? sed scriptura non dicit, nec Mariæ eos vocans filios, nec Ioseph. Iuxta gētem? Sed absurdum est vt pauci ex Iudæis vocati sint fratres, cum omnes qui ibi fuerant Iudæi, fratres potuerunt appellari. Iuxta affectum humani iuris & spiritus verum sit: qui magis erant fratres quā Apostoli, quos dominus docebat intrinsecus? Aut si quia omnes homines sunt fratres, stultum fuit nuntiare quasi proprium. Ecce fratres tui quærunt te. Restat igitur vt fratres eos intelligas appellatos cognatione, non affectu, non gentis priuilegio, non natura. Hiero. super Matt. Quidam vero fratres domini de alia vxore Ioseph filios suspicātur, sequētes deliramēta Apocryphorum, & quandam mœcham vel eschā mulierculam confingentes. nos autem fratres domini, non filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris sorores Marię matertere domini filios intelligimus. quæ esse dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph, & Iudæ, quos in alio Euāgelij loco fratres domini legimus appellatos. fratres autē cōsobrinos dici, omnis scriptura demōstrat. Chry. Vide autem & fratrum eius elationem.

Deliramenta exploduntur.

nem. cũ enim deceret eos ingredi, & audire cum turba, vel si hoc non vellent, expectare finem sermonis & tunc eũ adire: hi extrà eum vocãt, & corã omnibus hoc faciunt, & superfluum honoris amorẽ ostendẽtes, & monstrare volẽtes quòd cum omni potestate Christo aliquid iniũgunt: quod & Euangelista ostendit, hoc ipsum obscurè insinuãs, cum dicit: Adhuc eo loquente: ac si diceret, Nunquid non erat tempus aliud? Quid autem et loqui volebant? si pro veritatis dogmatibus, communiter hoc proponere oportebat, vt alios lucrarẽtur: si autem de alijs sibiipsis pertinentibus, non oportebat ita festinanter vocare. vnde manifestum est, quoniã solum ex vana gloria hoc faciebant. Augu. de natura & gratia. Sed quicquid dicatur de fratribus, de Sancta virgine Maria propter honorem Christi, nullam prorsus cũ de peccatis agitur, habere volo quæstionem. Inde enim scimus quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendũ omni ex parte peccatum, quòd cõcipere et parere meruit eum, quem cõstat nullum habuisse peccatum. Sequitur: Dixit ei quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris stãt quærentes te. Hie. Videtur mihi iste qui nũtiat nõ fortuitu et simpliciter nũtiare, sed insidias tendere, vtrum spirituali operi carnẽ & sanguinem præferat. vnde & dominus nõ quòd matrẽ negaret & fratres, exire contempsit: sed quo respõderet insidianti. Chrysosto. Neque autem dixit, Vade dic ei quoniã non est mater mea, sed ad eũ qui nuntiauerat extendit sermonem. Sequitur enim, At ipse respondens dicenti sibi, ait. Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei. Hila. Non autem fastidiosè de matre sua sensisse existimãdus est, cui in passione positus maximæ sollicitudinis tribuit affectum. Chrysosto. Quòd si negare vellet matrẽ, tunc vtiq; negasset quãdo Iudæi exprobabant ei de matre. Hiero. Non ergo iuxta Marchionem et Manichæũ matrem negauit, vt natus de phantasmate putaretur: sed Apostolos cognationi prætulit, vt & nos in cõparatione dilectionis carni spiritum præferamus: nec maternæ refutat obsequiũ pietatis, cuius præceptum est: Honora patrem tuum, & matrẽ tuam. Sed paternis se mysterijs vel affectibus amplius, quã maternis debere demonstrat. vnde sequitur: Et ex. ma. in discipulis di. Ecce mater mea, & fra. mei. Grego. in home. Fideles quidẽ discipulos fratres nominare dignatus est dominus, dicens: Ite nunciate fratribus meis. Qui ergo frater domini fieri ad fidẽ veniendo potuit, quærendum est quomodo etiam possit esse mater? Sed sciendum nobis est, quia qui Christi frater vel soror est in credendo, mater efficitur prædicando: quasi enim parit dominum, quem cordi audientis infundit: & mater eius efficitur, si per eius vocẽ amor domini in proximi mente generatur. Chryso. Cum his aũt quæ dicta sunt, & aliud nos docuit: videlicet in nulla cognatione cõfidentes virtutem negligere. Si enim matri nihil prodest matrẽ esse nisi virtus adesset, quis vtique alius per cognationem saluabitur? Vna enim nobilitas sola est, Dei facere voluntatem. & ideo sequitur: Quicunque enim fece. &c. Multæ mulieres beatificauerunt sanctam virginẽ illã, & eius vterum, & optauerunt tales fieri matres. Quid est igitur quod prohibeat? Ecce latam vobis constituit viam: et licet non mulieribus solũ, sed & viris fieri matrem Dei. Hie. Dicamus autem & aliter: Saluator loquitur ad turbas, intrinsecus erudit nationes: mater eius et fratres, hoc est synagoga, & populus Iudæorũ foris stant. Hilar. Cum itaque ingrediendi ad eum haberent vt cæteri potestatem, sed quia in sua venit & sui eum non receperunt, ingressus eius atque aditu abstinent. Grego. in home. Vnde & mater eius cum quasi non agnoscitur, foris stare perhibetur. quia videlicet synagoga idcirco ab auctore suo non recognoscitur, quia legis obseruationem tenens, spiritualem intellectum perdidit, & se ad custodiã literæ foris fixit. Hiero. Cumque rogauerint, & quæsierint, & nuntiũ miserint, responsum accipient: liberos eos esse arbitrij, intrare posse si velint & ipsi credere.

CAPVT

CAPVT XIII.

IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. Et cõgregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in litore, & locutus est eis multa in parabolis, dicens; Ecce, exijt qui seminat, seminare semen suum. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam, & continuò exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto æstuauerunt, & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spinæ & suffocauerunt ea. Alia aũt ceciderunt in terram bonã, & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimũ, aliud trigesimũ. Qui hẽt aures audiẽdi audiat.*

*Semẽ suum.

Chryso. Postquam increpauerat eum qui matris & fratrum præsentiã nuntiauit, dehinc fecit quod illi cupiebãt. exijt. s. domũ primo sanans ægritudinem vanæ gloriæ fratrum: secũdo decentem honorẽ exhibens matri. unde dicitur: In illo die exiens Iesus &c. Augu$t. de con. Euange. Cũ dicit in illo die, satis indicat, aut hoc cõsequenter gestũ post præmissa, aut non multa interponi potuisse: nisi forte dies, more scripturarũ, tempus significet. Rab. non solũ aũt verba & facta dñi, verum ẽt itinera, ac loca in quibus uirtutes operaĩ, & prædicat cœlestibus sunt plena sacramentis. Post sermonẽ quippe in domo habitum, vbi nephanda blasphemia dæmonium habere dictus est, egrediẽs docebat ad mare. vt ostenderet se relicta ob culpã perfidiæ Iudæa, ad gentes saluandas esse transiturum. Gentiliũ.n. corda diu superba & incredula, merito tumidis amarisq; fluctibus maris assimilantur: domũ uero dñi, per fidẽ fuisse Iudæam quis nesciat? Hier. Cõsiderandum ẽt ꝙ populus domũ Iesu non poterat intrare, nec esse ibi, vbi Apostoli audiebant mysteria. Idcirco miserator dñs egreditur de domo sua, & sedet iuxta huius seculi mare, vt congregẽtur ad eum multæ turbæ, & audiant in litore, quæ intus non merebantur audire. vnde sequiĩ: Et cõgratę &c. Chrys. Hoc aũt non simpliciter Euãgelista posuit, sed vt monstraret ꝙ dñs hoc fecerit, volens cum diligẽtia hoc spectaculũ statuere, vt nullum dimittat post dorsum, sed oẽs coram facie habebat. Hila. Sedisse aũt dñm in naui & turbas foris stetisse ex subiectis rebus est ratio. In parabolis. n. erat locuturus: & facti ipsius genere significat eos q. extra ecclesiam positi sunt, nullam diuini sermonis posse capere intelligentiam. Nauis enim ecclesiæ typũ præfert, intra quam verbum vitæ positum est & prædicatũ his, qui extra sunt, & arenę modo steriles intelligere non possunt. Hier. Iesus ẽt in medijs fluctibus est, hincinde mari tunditur, & in sua maiestate securus appropinquare facit terræ nauiculã suam, vt populus nequaquã periculum sustinens, non tentationibus circundatus, quas ferre nõ poterat, stat in litore fixo gradu vt audiat quæ dicuntur. Rab. Vel ꝙ ascendens nauem sedebat in mari, significat ꝙ Christus per fidem ascensurus erat im mentes Gentiliũ, & ecclesiã collecturus in mari, idest in medio nationũ contradicentium. Turba uero quæ stabat in litore, quę neque in naui, neq; in mari erat, gerit figurã recipientium verbum Dei; & iam fide à mari. i. à reprobis separatorũ, sed necdum mysterijs cœlestibus imbutorũ. Sequitur. Et locutus est eis multa in parabolis. Chr. Quamuis in monte ita non fecerit, non. n. per parabolas sermonem contexit. Tunc enim turbæ solæ erant & plebs incõposita, hic autem & scribæ & pharisæi. Non propter hoc autem non solum in parabolis loquitur, sed ut manifestiorem sermonem faciat, & ampliorem memoriã imponat, & sub visu res reducat. Hier. Est notandum quòd non omnia locutus sit eis in parabolis, sed multa, si enim dixisset cuncta in parabolis, absque emolumento populi recessissent. perspicua miscet obscuris, vt per ea quæ intelligunt, prouocẽtur ad eorum notitiam, quæ non intelligunt. Turba etiam non vnius sententiæ est, sed diuersarum in singulis uoluntatum. Vnde loquitur ad eam, in multis parabolis, vt iuxta varias uoluntates, diuersas reciperent disciplinas. Chrysosto.

Primam aũt parabolam ponit eam quę faciebat auditorem attẽtiorem: quia.n.sub ænigmate erat tractaturus, erigit mentes audientiũ per primam parabolã, dicens: Ecce exijt qui seminat seminare semen suũ.&c. Hier. Significatur aũt sator iste q seminat esse filius Dei, & patris in populis seminare sermonẽ. Chrys. Vnde aũt exijt qui vbiq; præsens est, vel qualiter exijt? nõ loco, sed incarnatione propinquior factus nobis per habitũ carnis: quia.n. nos intrare non poteramus ad eũ, peccatis nostris prohibentibus nobis ingressũ, ipse ad nos egreditur. Rab. Vel exijt, cũ relicta Iudæa, per Apostolos ad Gentes transiuit. Hier. Vel intus erat, dũ domi versabatur: loquebatur discipulis sacramenta. Exijt ergo de domo sua, vt seminaret in turbis. Chrys. Cum aũt audieris, qm exijt qui seminat vt seminet: non æstimes esse idẽtitatem sermonis. Egreditur.n. multotiens q seminat, & ad aliã rem, vel vt scindat terrã, vel ut malas incidat herbas, vel vt spinas euellat, vel vt aliam quandã talẽ diligentiã exhibeat: hic aũt ad seminãdũ exiuit. quid igitur fit de semine isto? tres depereunt partes, & una saluatur: & hoc nõ æqualiter. sed cum differentia quadã. vnde sequitur: Et dũ seminat quædã se.&c. Hier. Hanc parabolam ad probandam hęresim suam Valentinus assumit tres introducens esse naturas: spũalem, naturalem, vel animalẽ, atq; terrenã. cũ hæc quatuor sint: vna iuxta viã, alia petrosa, tertia plena spinis, quarta terra bona. Chrys. Sed secundum hoc qualiter haberet rationẽ inter spinas seminare, & super petram, & in uia? in seminibus quidem, & terra materialibus non haberet vtiq; rõnem, non.n. est in ptãte petræ fieri terram: neque viæ, non esse viam: neq; spinæ, non esse spinã. In animabus aũt, & doctrinis multam habet hoc laudem: possibile.n. est petrã fieri terrã pinguẽ, & viam non ultra conculcari, & spinas destrui. Quòd igitur plus seminis perijt, nõ est ab eo qui seminat, sed à suscipiente terra, i. ab anima. Ipse.n. qui seminat, non diuitem, non pauperẽ discernit: non sapientem, neq; insipientem: sed oibus loquebatur, quæ à seipso erant cõplens: præuidens tñ quæ futura erant, vt liceat ei dicere: Quid me oportuit facere, & non feci? Ideo aũt non dicit manifeste, qm hæc susceperunt desides, & perdiderunt; hæc aũt diuites, & suffocauerunt: hæc aũt molles, & perdiderũt, non voluit eos vehementer tangere, vt non in differẽtiam mittat. Per hanc etiam parabolã discipulos erudit: & si plures audientiũ eos fuerint qui pereunt, vt non propter hoc desides sint, quia nec propter hoc dñs qui omnia præuidit destitit à seminãdo. Hie. Obserua autem hãc esse primam parabolam quæ cum interpretatione sua posita est: & cauendum est ubicunque dominus exponit sermones suos, ne vel aliud vel quid plus vel minus præsumas intelligere, quàm ab eo expositum est. Raba. Quæ vero tacita nostræ intelligẽtię dereliquit, perstringenda sunt breuiter. Via est mens sedula malarum cogitationum, meatu trita atq; arefacta. Petrã, duritiã proteruæ mentis: terram, leuitatem animæ obedientis: solem, dicit feruorem persecutionis sæuientis. Altitudo terræ, est probitas animæ disciplinis cœlestibus institutæ: in qua expositione diximus, quia nequaquã ipsæ res via eademque significatione semper allegoricè ponãtur. Hie. Prouocamur aũt ad dictorum intelligentiam quotiens his sermonibus cõmonemur qui sequuntur: Qui habet aures audiendi, audiat. Remig. Aures audiendi sunt aures mentis, s. intelligendi & faciendi quæ iussa sunt.

Et accedentes discipuli dixerunt ei; Quare in parabolis loqueris eis. Qui respondens ait illis; Quia vobis datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autem nõ est datum. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit; qui autem nõ habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis; quia videntes non uident, & audientes nõ audiunt, neque intelligunt. vt adimpleatur in eis prophetia Esaiæ dicentis; Auditu audietis, & nõ intelligetis, & uidẽtes uidebitis, & non videbitis. Incrassatum est.n. cor populi huius, et aurib. grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, nequando uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Vestri autem beati oculi qui vident, & aures vestræ quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ, & iusti cupierunt uidere quæ uidetis, &

nō viderūt, & audire q̄ auditis, et nō audierāt.

Glo. Intelligentes discipuli esse obscura quæ à domino populo dicebant, voluerūt domino intimare ne parabolicè loqueretur. vnde dicitur; Et acce. disci. dixe. ei. &c. Chrysost. Vbi dignum est admirari discipulos, qua re discedere cupientes, sciunt, quando interrogar eoporteat, non enim coram omnibus hoc faciunt: & hoc ostēdit Mattheus, cū dicit; Et accedentes. Marcus autem manifestius demōstrat, dicens quòd singulariter accesserūt. Hiero. Quęrendum est autem quomodo accedāt tunc ad eum, cū Iesus in naui sedebat? nisi fortè intelligatur quòd dudum cū ipso nauem conscenderint, & ibi stantes sup interpretatione parabolæ scicitati sunt. Remi. Dicit ergo Euangelista: Accedētes, vt ostenderet quo solicitati sunt, siue poterant accedere corpore: quamuis esset aliquod vel breue spacium inter eos. Chrys. Considerāda est autem & eorum rectitudo, qualiter multā pro alijs habeāt curā: & prius quæ aliorum sunt quærūt, & tūc quæ sunt ipsorum: non enim dixerunt; In parabolis loqueris nobis; sed in parabolis loqueris illis. Qui respondēs ait illis: quia vobis datum est nosse mysteriū regni cœlorum. Remi. Vobis inquam qui mihi adhęretis, & in me creditis. Mysteria.n. regni cęlorum appellat euangelicam doctrīnam. Illis autem, scilicet qui foris sunt, & in eum credere nolunt; scribis scilicet pharisęis, & cæteris in infidelitate perseuerantibus non est datum. Accedamus ergo cum discipulis ad dominum corde, vt nobis euangelicam doctrinā interpretari dignetur, iuxta illud; Qui appropinquāt pedib. eius, accipiūt de doctrina eius. Chry. Hoc autem dixit non necessitatē inducēs neque fatum, sed monstrās quoniam illi quibus non est datum, causa sibi sunt vniuersorum malorum: & onstendere volēs, quoniam cognoscere diuina mysteria donum Dei est, & gratia desuper data, nō tamen propter hoc liberum arbitriū destruitur: & hoc ex his quæ sequunt manifestū est; vt enim nequeisti desperent, neq; illi pigritentur, audientes quoniam eis datū est, demonstrat à nobis principium horū esse, cum subdit; Qui enim habet, dabitur ei &c. acsi diceret; Cū aliquis desideriuni habuerit & studiū, dabunt ei & vniuersa q̄ à Deo sunt. Cū āt his vacuus fuerit, & q̄ ad se pertinēt non inferat; neq; q̄ à Deo sunt ei dātur, sed & qđ hēt auferet ab eo; nō Deo auferēte, sed se indignū faciente his q̄ habet. vnde & nos si viderimus aliquē desidiose audiētē, & exhortātes ꝙ attēdat nō ei persuaserimus, sileamus; quia si magis immorati fuerimus, intēdetur ei desidia. Studētē autē discere allicimus, & multa effundimus. Et bene dixit secūdum euangelistā; Quod videtur habere; neq; .n. habet ipsum quod habet. Remi. Qui ēt habet studium legēdi, dabitur ei & facultas intelligendi, & qui non habet legendi studium, hoc quod per naturæ bonum uidetur habere, auferetur ab eo; vel qui habet charitatem dabuntur ei cętera uirtutes: & qui non habet, auferetur ab eo: qa absque charitate nullum bonum esse potest. Hiero. Vel Apostolis in Christo credentibus conceditur, Iudæis uero qui nō crediderūt in filium Dei, etiam si quid p naturæ bonum possident tollitur. neque enim possunt aliquid sapiēter intelligere, quia sapientiæ non habent caput. Hila. Fidem etiam Iudæi non habentes, legē quoque quam habuerunt perdiderūt, & ideo perfectum fides euāgelica habet donum, quia suscepta nouis fructib. ditat, repudiata vero etiā veteris substantiæ opes detrahit. Chryso. Vt autem manifestius quod dixerat fiat, subdit: Ideo in parabolis loq. eis &c. Et si quidem naturę hęc excecatio esset, aperire eorum oculos oporteant; qa vero volūtaria est hæc excęcatio, propter hoc non dixit simpliciter, Non videt, sed videntes non vident; viderūt enim dęmones exeuntes, & dixerūt; In Beelzebub eijcit dęmonia. Audiebāt quòd ad Deū omnes attrahebat, & dicūt. Nō est hic homo à Deo. Quia ergo contraria his quę videbant & audiebāt enuntiabāt propter hoc ipsum videre & audire eis aufertur; nihil enim hinc proficiunt, sed in iudicium magis incidunt; vnde & à principio nō eis parabolicè loquebatur, sed cum multa certitudine. Quia autem audita & visa peruertunt, iam in parabolis loquitur. Remi. Et notandum est quia non solū quæ loquebatur,

batur, verũ etiã quæ faciebat parabolę fuerũt, id est ligna spiritualiũ rerũ: quod liquido ostẽdit, cũ dicit: vt vidẽtes nõ videãt. Verba nanq; videri non poterant, sed audiri. Hier. Hæc de his loquitur qui stant in littore, & diuidũtur à Iesu, & sonitu fluctuũ perstrepente non audiũt ad liquidũ quæ dicunt. Chry. Deinde vt nõ dicerent, quoniam vt inimicus noster nobis detrahit, prophetã inducit eandẽ sententiã. vnde sequitur: Vt impleať in eis prophetia Esaiæ dicẽtis: Auditu audietis, & nõ intelligetis: & uidẽtes videbitis, & nõ videbitis, idest auditu audietis verba, sed nõ intelligetis verborum arcana. Videntes videbitis, carnẽ scilicet, & non videbitis, hoc non intelligetis diuinitatem. Chrysosto. Hoc autem dixit, quia sibijpsis abstulerũt videre & audire, aures & oculos sibi claudẽtes, & cor incrassantes. Nõ enim solũmodo audiebãt, sed grauiter audiebãt. vnde sequitur: Incrassatũ est; &c. Raba. Incrassatum est enim cor Iudæorũ crassitudine malitiæ, & abũdãtia peccatorũ grauiter verba domini audierunt, quia ingrati susceperunt. Hiero. Ac ne fortè arbitremur crassitudinẽ cordis, & grauitatem aurium naturæ esse, nõ voluntatis: subiũgit culpam arbitrij & dicit: Et oculos suos clauserunt. Chryso. In hoc autem intensam eorum nequitiã ostẽdit, & auersionem cum studio: ut autẽ attrahat eos subdit, Et cõuertantur & sanẽ eos. In quo demõstrat, quia si conuerterẽtur sanarẽtur sicut si aliquis diceret. Si rogatus essem, cõfestim donaturus erã: ostẽdit qualiter aliquis sibi reconcilietur, ita & hic cum dicit: Nequando conuertanť & sanem eos: demõstrat quoniã & cõuerti possibile est, & pęnitẽtiam agentes saluari. Augus. de quæst. euang. Vel aliter; Oculos suos clauserunt, nequando oculis videant, id est ipsi causa fuerũt vt Deus eis oculos clauderet. Alius enim Euangelista dicit: Excœcauit oculos eorum. Sed vtrũ vt nunquã videant, an vero ne vel sic, aliquando videant. cęcitate sua sibi displicentes & se dolentes, & ex hoc humilitati atque commoti ad confitẽdũ peccata sua & pie quęrendum Deum. Sic enim Marcus hoc dicitur: quando conuertantur, & dimittantur eis peccata. Vbi intelliguntur peccatis suis meruisse vt nõn intelligerẽt, & tñ hoc ipsum misericorditer eis factũ, vt peccata sua cognoscerẽt, & cõuersi ueniã mererẽtur. Quod aũt Ioãnes hũc locũ dicit, propterea nõ poterãt credere, quia iterũ dixit Esaias, Excęcauit oculos eo. & induratuit cor. eo. vt nõ videãt oculis, & nõ intelligãt corde & cõuertãtur & sanẽ eos; aduersari videť huic sentẽtiæ, & omnino cogere vt quod hic dictũ est; Nequãdo oculis uideãt, nõ accipiať ne vel sic aliquãdo oculis videãt, sed prorsus vt nõ videãt; quãdo quidẽ apertè dicit, Ita vt oculis nõ videãt. Et quod ait: Propterea nõ poterãt credere: satis ostendit, nõ ideo factam excœcationem, vt ea commoti & dolentes se nõ intelligere conuerterentur aliquando per pœnitentiam: nõ enim possent hoc facere nisi prius crederent, vt credendo cõuerterẽtur, & cõuersione sanarenť, & sanitate intelligerent. sed ideo potius excœcatos, vt non crederẽt: dicit enim apertissimè. Propterea non poterant credere. quod si ita est quis nõ exurgat in defensionem Iudęorũ, vt eos extra culpam fuisse proclamet, quia non crediderunt? propterea enim nõ poterãt credere, quia excœcauit oculos eorũ. Sed quoniã potius Deus extra culpam debet intelligi, cogimur fateri alijs quibusdã peccatis ita eos excœcari meruisse, qua tamen excęcatione non poterant credere: verba enim Ioannis ista sunt: Nõ poterãt credere, quia iterum dixit Esaias; Excęcauit oculos eorum. Frustra itaq; conamur intelligere ideo fuisse cœcatos vt cõuerterentur, cum conuerti non poterãt, quia nõ credebant, & ideo credere non poterant, quia excœcati erãt. An fortè nõ absurdę dicimus quosdam Iudęorũ fuisse sanabiles, sed tãto tamen tumore superbiæ periclitatos, vt eis expedierit primo nõ credere, ut non intelligerent dominum loquentem parabolas, quibus non intellectis nõ in eum crederent: non credentes aũt cum cęteris desperatis crucifigerẽt eum, atque ita post eius resurrectionem conuerterentur; quando iam de reatu mortis dominĩ amplius humiliati diligerẽt, à quo sibi tãtum scelus dimissum esse gauderent, quoniam tanta eorum superbia tali humiliatione esset deijcienda. quod incongruè di-

ctum

ctum esse quilibet arbitretur, si nó ita contigisse in Actibus Apostolorú manifestè legerit. Nó ergo abhorret qđ ait Ioánes, propterea non poterant credere, quia excęcauit oculos eorú ut non uideát. Ab ea snia qua intelligimus, ideo excœcatos, vt couerterentur: hoc est, ideo eis per obscuritates parabolarú occultatas snias dñi, vt post eius resurrectioné salubriori pęnitétia resipiscerét, quia per obscuritaté sermonis excæcati, dicta dñi non intellexerunt, & ea non intelligendo non in eú crediderunt; non credendo eú crucifixerút, atque ita post resurrectionem miraculis q̃ in eius nomine fiebant exterriti, maioris criminis reatu compuncti sunt, & prostrati ad pœnitentiá, deinde accepta indulgétia ad obedientiam flagrantissima dilectione conuersi: quibusdá aút non profuit illa cæcitas ad conuersioné. Rem. Et quátum ad hoc põt hæc sententiá sic intelligi, ut in omnibus subaudiatur ... hoc modo, nequádo oculis uideant, & nequádo auribus audiant, & nequádo corde intelligant, & nequando cóuertantur, & sanem eos. Gl. Sic ergo oculi eorum qui vident & nolunt credere sunt miseri, vestri aút beati. unde sequitur: Vestri aút oculi quia uident, & aures uestræ quia audiút. Hier. Nisi aút supra legissemus auditores ad intelligentiam prouocatos, Saluatore dicente: Qui habet aures audiédi audiat: putaremus núc oculos, & aures, quæ beatitudinem accipiunt, corporales intelligi. Sed mihi uidentur oculi illi beati, q. Christi possunt agnoscere sacramenta, & illæ beatæ aures, de quibus Esaias loquitur: Dñs apposuit mihi aurem. Glo. mens. n. est oculus, quia naturali uigore ad intelligendú aliquid dirigitur: auris, quia alio docente discit. Hila. Vel Apostolici téporis beatitudinem docet, quorú oculis atq; auribus contigit Dei salutare uiscere, & audire, prophetis atque iustis cupientibus uidere & audire in plenitudine temporú destinatum. unde sequitur: Amen quippe dico uobis, quia multi prophetæ, & iusti cupierút uidere quæ uos uidetis, & nó uiderunt, & audire quæ uos auditis, & non audierunt. Hier. Videtur aút huic loco illud esse contrarium quod alibi dicitur. Abrahá cupiuit uidere diem meum: uidit, & gauisus est. Raba. Esaias quoque & Michęas, & multi alij prophetæ uiderút gloriam domini, qui etiam propterea uidentes appellati sunt. Hier. Nó autem dixit prophetæ & iusti, sed multi. Inter multos enim potest fieri, ut alij uiderint, alij non uiderint, licet & in hoc periculosa sit interpretatio, ut inter sanctorum merita discretioné quamlibet facere uideamus, scilicet quantum ad fidé de Christo habitam. ergo Abraham uidit in ænigmate, nam uidit in specie, uos autem impręsentiarum tenetis, & habetis dominú uestrum, & ad uoluntaté interrogatis, & cóuescimi ei. Chry. Hæc ergo quæ Apostoli uiderunt & audierunt, præsentiam suam dicit, miracula, uocem, & doctrinam. In hoc autem non solum malis, sed his qui boni fuerant eos præponit. Etenim antiquis iustis beatiores eos dicit, quoniá non solum quæ Iudæi non uiderant hi uidét, sed & quę iusti, & prophetæ cupierút uidere, & nó uiderunt. Illi enim fide solum considerauerunt, hi autem uisu & multo manifestius. Vides autem qualiter uetus testamentum copulat nouo. non enim si prophetæ alieni cuiusdam & contrarij Dei serui fuissent, Christum cupiuissent.

Vos ergo audite parabolam seminantis: Omnis qui audit uerbum regni, et non intelligit, uenit malus, & rapit quod seminatum est in corde eius, hic est qui secus viá seminatus est. Qui aút supra petrosa seminatus est, hic est qui uerbú audit, & cótinuo cum gaudio accipit illud, non habet aút in se radicem, sed est téporalis. Facta autem tribulatione, & persecutione propter uerbum, continuo scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui uerbum Dei audit, & solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat uerbum, & sine fructu efficitur. Qui uero in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit uerbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud aút sexagesimum, aliud uero trigesimum.*

* Petrá

Gl. dixerat superius, quia Iudæis nó est datú nosse regnum Dei, sed Apostolis, & ideo concludit, dicens: Vos ergo audite parabolam seminantis, quibus, scilicet có mittunt cœli mysteria. Aug. super Genesim ad literá 8. Qđ narrauit Euangelista

factum

factū est, dñm. s. talia locutū fuisse; ipsius autē dñi narratio, parabola fuit; de qua nunquam exigitur, ut etiam ad literam factam monstrentur, quæ sermone proferuntur. Glo. Vnde parabolam exponens, subdit: Omnis qui audit uerbum regni, & non intelligit, sic construendū est. Omnis qui audit uerbum regni, i. prædicationē meam, quæ ad regnum cœlorū adipiscendum ualet. Et non intelligit. Qūo aūt non intelligat, subiungit: Venit. n. malus, i. diabolus, & rapit, quod seminatum est in corde eius. Omnis inquā qui talis est, hic est qui secus uiā seminatus est. Notādum est autem ꝙ seminatū, diuersis modis accipitur. Dicitur. n. & semen seminatum, & ager seminatus: quod utrunque hic inuenitur. Vbi enim ait: Rapitur quod seminatum est, de semine intelligendum est; ubi aūt sequitur, Secus uiam seminatus est; nō de semine, sed de loco seminis intelligendum est, i. homine, qui est quasi ager diuini uerbi semine seminat⁹. Remi. His aūt uerbis exponit dñs quid sit semē, uerbum scilicet regni, i. euangelicæ doctrinæ. Sunt. n. nonnulli qui uerbum Dei nulla cordis deuotione suscipiunt, & ideo semen verbi Dei, quod in eorum cordibus seminatur, dæmones quasi semen uiæ tritæ subito auferunt. Sequitur: Qui autem est seminatus supra petrā, hic uerbū &c. Semen n. verbum Dei quod in petra, id est corde duro, & indomito, seminatur, fructificare nō pōt, qui multa est eius duritia, & paruū cœleste desideriū; unde pp nimiam duritiā non habēt in se radicem. Hier. Attende aūt ꝙ dictum sit; Continuo scādalizatur. Est ergo aliqua distantia inter eum, qui multis tribulationibus pœnisque compellitur Christum negare, & eum qui ad primā persecutionem statim scādalizatur, & corruit, de qua hic loquitur. Sequitur: Qui aūt seminatus, &c. Mihi uidet, & illud quod iuxta literā ad Adam dicit, Inter spinas, & tribulos panē tuū manducabis: hic significare mysticè ꝙ quicunque seculi se dederit uoluptatibus, curisque illius mūdi, panem cœlestē & cibum uerum inter spinas comedit. Raba. Rectè aūt spinæ uocātur, quia cogitationum suarum punctionibus mētem lacerant, & quasi strangolando spūales uirtutū fructus gignere nō permittunt. Hier. Et elegantèr adiunxit: Fallacia diuitiarū suffocat uerbum. Blandæ. n. sunt diuitiæ; aliud agentes, aliud pollicentes. Lubrica est illarū possessio, dū huc illucq; circūferuntur, & instabili gradu, uel habētes deserunt, vel non habentes reficiūt, unde & dñs diuites asserit difficulter intrare in regnū cœlorū suffocātibus diuitijs uerbum Dei, & uigorē uirtutum emolliētibus. Remi. Et sciēdum ꝙ his tribus generibus terre nequam, cōprehenduntur oēs qui uerbū Dei audire possunt, sed tñ ad salutem perducere non ualent. Excipiunt Gentiles, q nec audire meruerūt. Sequitur: Qui vero in ter. bo. &c. Terra bona est fidelis conscientia electorū siue mens sanctorū, qui uerbū Dei cum gaudio, & desiderio, & cordis deuotione suscipit, & inter prospera, & aduersa viriliter cōseruat, & ad futura perducit. unde sequit: Et facit fructū aliud centesimū, aliud sexagesimum, aliud vero tricesimū. Hier. Et notādū, ꝙ sicut in terra mala tres fuere diuersitates; s. secus uiā, & petrosa, & spinosa loca; sic in terra bona trina diuersitas est, centesimi, sexagesimi, & fructus tricesimi. Et in illa, aut ēt in ista non mutatur substantia, sed uolūtas, & tā incredulorū quàm credētiū corda sunt, qui semen recipiunt. Vnde primo dixit; Venit malus, & rapit qđ seminatū est in corde eius; & secundo, & tertio ait. Hic est qui uerbū audit, In expositione quoq; terræ bonę, iste est qui audit uerbū. Primū ergo debemus audire, deinde intelligere post intelligentias fructus reddere doctrinarū, & facere uel centesimū fructū, uel sexagesimū, atq; tricesimū. Augu. 21. de ciui. Dei. Quidā putant hoc sic esse intelligendū, ꝙ sancti pro suorum diuersitate meritorum alij tricenos hoīes liberent, alij sexagenos, alij centenos; quod in die iudicij futurum suspicari solent, non post iudicium. qua opinione quidā cum uideret homines impunitatē peruersissime pollicētes, eo ꝙ omnes isto modo ad liberationem pertinere posse uideantur; respōdit, bene potius esse uiuendum, ut inter eos quisque reperiatur, qui pro alijs intercessuri sunt liberandis, ne tā

pau-

pauci sint ut cito ad numerum suum peruenientes multi remaneãt, q. erui iã de pęnis illorũ intercessione non possint, & in eis inueniatur quisquis sibi spem fructus alieni temeritate uanissima pollicetur. Remi. Tricesimũ ergo fructũ facit, qui fidẽ sanctę Trinitatis docet; sexagesimum uero, qui perfectionẽ bonorũ operũ cõmẽdat; senario.n. numero oĩs mũdi ornatus cõpletus est. Cẽtesimũ ãt fructũ facit, qui uitã eternam promittit; cẽtenarius enim de lęua transit ad dexteram; per leuã autẽ uita præsens designatur, per dexteram futura. Aliter semẽ uerbi Dei tricesimum fructum facit, quãdo bonam cogitationẽ gignit; sexagesimum, quãdo bonam locutionem; centesimum, quando ad fructum boni operis perducit. Aug. de quæst. euan. Vel aliter; Centesimus fructus, est martyrum, propter sanctitatem uitæ, uel contẽptum mortis. Sexagenarius, uirginum; ꝓpter otium interius, quia nõ pugnant contra consuetudinem carnis: solet.n. otium concedi sexagenarijs post militiã, uel post actiones publicas; Tricesimus uero, cõiugatorum; quia hæc est ętas præliantium, ipsi habent acriorem conflictum, ne libidinibus superentur. Vel aliter; Confligendum est cum amore temporalium bonorum, ut ratio uincat; aut etiam edomitus subditusque esse, ut cum surgere cęperit, facile reprimatur, aut ita extinctus, ut se omnino nulla ex parte cõmoueat. Ex quo fit ut ipsam etiã mortem propter ueritatem alij fortiter subeant, alij æquanimiter, alij libenter, quæ tria genera fructus sunt terrę tricesimi, & sexagesimi, & centesimi In horum aliquo genere inueniendus est tempore mortis suæ, si quis de hac uita recte cogitãt emigrare Hier. Vel centesimus fructus virginibus, sexagesimus uiduis & continentibus, tricesimus sãcto matrimonio deputatur. Nam ipsa digitorũ coniunctio, & quasi molli se osculo cõplectens & fęderans maritũ pingit & coniugẽ, sexaginta ad viduas, eo quòd in angustia & tribulatione sint positæ. vnde & inferiori digito deprimuntur, quanto maior est difficultas ex parte quõdam uoluptatis illecebris abstinere, tanto maius & præmiũ. Porrò cẽtesimus numerus à sinistra trãsit ad dexteram, & ijsdem quidem digitis nõ eadem manu circulum faciens, exprimit uirginitatis coronam.

Aliã parabolam proposuit illis, dicẽs. Simile factũ est regnum cęlorũ homini, qui seminauit bonũ semẽ in agro suo. Cũ autem dormirent homines, uenit inimic⁹ eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cũ autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerũt & zizania. Accedẽtes autem serui patrisfamilias, dixerũt ei, Domine, nõne bonum semẽ seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui ãt dixerũt ei, Vis igiĩ imus et colligim⁹ ea? Et ait, Nõ; ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cũ eis & triticũ. Sinite utraq; crescere usq; ad messem, & in tẽpore messis dicã messorib. Colligite primũ zizania, et alligate ea in fasciculos ad cõburendũ, triticũ aũt congregate in horreũ meũ.

Chry. In præcedenti parabola locutus est dñs de his qui uerbũ Dei nõ suscipiũt, hic ãt de his qui susci piũt corruptiuũ sermonẽ, etenim hoc est diabolicę machinationis, ueritati semp errorẽ inserere. unde dicit, Aliã parabolã propo. &c. Hier. proposuit ãt aliã parabolã, quasi diues pater familias inuitatos diuersis reficiens cibis ut unusquisq; secũdũ naturã sui stomachi uaria alimenta susciperet. Non aũt dixit alteram, sed aliam. Si .n. proposuisset alteram, expectare tertiam non poteramus, præmisit aliam, ut plures sequantur. Quę autem sit parabola, ostenditur cum subditur, Simile factum est regnũ cęlo. ho. qui se. &c. Remi. Regnum cælorum appellat ipsum filium Dei, quod regnum simile dicitur esse homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Chry. Deinde modum insidiarum diaboli ostendit, dicens; Cum autem dormirẽt homines, uenit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Demonstrat hic ꝙ error post ueritatem existit, quod & rerum exitus testatur. Etenim post prophetas fuerũt pseudoprophetæ, & post Apostolos pseudoapostoli, & post Christũ Antichristus. Nisi enim diabolus uiderit quid imitetur uel quibus insidietur, non tentat. quia igitur uidit quòd hic reddit in fructu centesimum, ille 60. alius 30. & non poterat rapere neq; suffocare quod radicatum erat,

per

p aliā deceptionē insidiaī, interserēs sua, multis ea similitudinib. colorās vt facile surripiat his qui habiles sunt ad deceptionē. pp hoc non dicit ꝙ seminet aliquod aliud semē, sed zizania, q̄ secūdū uisum assimilaī quodāmodo frumēto. Hinc ēt apparet diaboli malignitas: tūc.n.semina uit, qñ vniuersa erāt cōpleta, ut magis noceret agricolæ studio. Aug. de quę. Euāg. Dicit āt cū dormirent homines, quia cum negligentius agerent. Prępositi ecclesiæ, aut dormitionē mortis acciperēt Apostoli, venit diabolus, & superseminauit eos quos malos filios dominus interpretatur. Sed rectè quæritur vtrū hæretici sint, aut malè viuentes catholici. Sed ꝙ dicit eos in medio tritici seminatos, quasi vidētur illi significari, qui vnius communionis sunt. Veruntamen quoniā agrum ipsum non ecclesiam, sed hunc mundū interpretatus est, bene intelliguntur hæretici: qui in hoc mundo permiscentur bonis, ut illi qui in eadem fide mali sint, palea potius quàm zizania deputentur, quia palea ēt fundamentum habet cum frumento radicemq; cōem. Schismatici autem videntur spicis corruptis etiam similiores, vel paleis aristarum factis vel scissis & de segete abiectis: nec tamen consequens est ut omnis hæreticus vel schismaticus ab Ecclesia corporaliter separetur, multos.n.portat ecclesia, quia nō ita defendunt falsitatē sniæ suæ, vt intentam multitudinē faciant: quod si fecerint, tunc expelluntur. Cū ergo diabolus aspersis prauis erroribus, falsisq; opinionibus superseminasset, hoc est pręcedente noīe Christi hæreses superiecisset: magis ipse latuit, atque occultissimus factus est. Hoc est.n. ꝙ dicit: Et abijt, quāquam in hac parabola dominus sicut in expositione cōclusit non quædā, sed omnia scandala, & eos qui faciūt iniquitatē, zizaniorum nomine significasse intelligitur. Chry. Ex posterioribus autem diligenter hæreticorum formā describit, dicens: Cum autem creuisset herba & fructū fecisset, tunc apparuerunt & zizania. In principio.n. hæretici obumbrāt se ipsos, cum autem multa acceperint libertatem, & sermone aliquis cum eis participauerit, tunc venenum effundunt. Augu. de con. Euange. Vel aliter. Cū homō spiritualis esse cęperit diiudicās, oīa tūc ei errores incipiunt apparere: discernit.n. quicquid audierit, aut legerit abhorrere à regula veritatis: sed donec in eisdem perficiatur spiritualib. pōt eū mouere, quare sub nomine Christiano tā multę hereticorū extitere falsitates. vnde sequit̄: Accedētes āt serui patris familias dixerūt ei. Dñe nōne bonū semē seminasti in agro tuo? unde ergo hēt zizania? &c. Vtrū āt ipsi, sint serui quos postea messores appellat, an q̄a in expositione parabolæ messores dicit esse Angelos? nec quisquā dicere facile ausus fuerit Angelos nescisse, quis zizania superseminauerit: magis oportet intelligi hoies ipsos fideles seruorū noīe hoc loco significatos. nec mirū si & bonū semē ipsi dicūtur; ex diuersis.n. significationib. vna res diuersas similitudines recipit: sicut & de se ait, ꝙ ipse sit ianua, ꝙ ipse sit pastor. Remi. Accedunt autem ad Deum sine corpore, sed corde & mentis desiderio, quod docēte intelligūt diaboli calliditate hoc esse factum. unde sequitur: Et ait illis, Inimicus hoc fecit. Hiero. Diabolus propterea inimicus homo appellatur: quia Deus esse desiit: & in nono psal. scriptum est de eo: Exurge domine, non confortetur homo. Quamobrem non dormiat qui ecclesiæ Prępositus est, ne per illius negligentiā inimicus homo superseminet zizania, hoc est hæreticorum dogmata. Chry. Inimicus autem vocaī propter iacturam, quam infert hominib. vexatio.n. diaboli aduersus nos est: principium autem vexationis factum est non ab inimicitia q̄ est ad nos, sed quæ est ad Deum. August. de quæst. euang. Cum autē serui Dei cognouerint hāc excogitasse diabolum fraudē cum cōtra tanti nominis auctorem nihil se ualere sētiret, ut fallacias suas eodē nomine obtegeret, potest sibi suboriri voluntas, vt tales homines de rebus humanis auferant, si aliquam temporis habeāt facultatē: sed vtrum facere debeant, iustitiam Dei consulunt. vnde sequitur. Serui autē dixerūt ei, vis imus & colligim⁹ ea? Chr. Vbi intuenda est seruorum diligētia & dilectio, etenim festinat zizania euellere: quod modo mōstrat eorū de semine sollicitu-

Hæreseos prauitas.

titudinem. Ad hoc.n.solũ respiciunt, non ut aliquis puniatur, sed ut seminata non pereant. Quod aũt dñs responderit, subditur: Et ait, non Hier. Datur.n. locus pœnitentiæ, & monemur ne cito amputemus fratrem, quia fieri põt ut ille q̃ hodie noxio deprauatus est dogmate, crasresipiscat, & defendere incipiat ueritaté. unde subditur: Ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul & triticũ. Aug. de quæst. Euang. In quo eos patientissimos & tranquillissimos reddit; hoc.n. dicitur, quia boni dum adhuc infirmi sunt opus habẽt in quibusdã malorum commixtione: siue vt per eos exerceantur, siue ut eorum cõparationem magna illis exhortatio fiat & inuitẽtur ad melius. Aut fortè simul eradicatur triticum cũ auferuntur zizania, q̃a multi primo zizania sunt, & postea triticũ fiunt; qui nisi patienter cũ mali sunt tolerantur, ad laudabilem mutationẽ nõ perueniunt. itaque si euulsi fuerint, simul eradicatur & triticum, quod futuri essent si eis parceretur. Ideo dicit tales non esse auferendos de hac uita, cùm malos conatur interficere, bonos interficiat, quod fortè futuri sunt; aut bonis obsit, quibus & inuitis utiles sunt. Sed tũc opportune hoc fiet cũ iam de fine non restat, vel tempus cõmutandæ uitæ, vel proficiendi ad ueritatem ex occasione atque comparatione alieni erroris. & ideo subdit, Sinite vtraque crescere vsq; ad messem, i. vsq; ad iudicium. Hier. Videtur aũt hoc esse cõtrarium illi præcepto: Auferte malũ de medio uestrum. Si enim prohibetur eradicatio, & vsque ad messem tenenda est patiẽtia, quõ eijciendi sunt quidam de medio nostrũ? Sed inter triticum & zizania (qđ nos appellamus lolium) quandiu herba est, & nec dum calamus uenit ad spicam, grandis similitudo est, & in discernendo aut nulla, aut difficilis substantia. primo monet ergo dñs ne uerbi quod ambiguũ est, cito sententiam proferamus sed Deo judicij reseruemus; vt cum dies iudicij uenerit, ille non suspicionẽ criminis, sed manifestum reatum de sanctorum cœtu eijciat. Augu. contra Epist. Permeniani. Cum.n. quisq; Christianorum intus in ecclesia constitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, vt anathemate dignus habeatur; fiat hoc (ubi periculũ schismatis nõ timetur) cũ dilectione, nõ ad eradicandũ, sed a corrigẽdũ; q̃ si se nõ agnouerit, neq; pœnitẽdo correxerit, ipse foris exiet, & p̃ propriã uoluntatẽ ab ecclesiæ cõmunione dirimetur; uñ dñs cũ dixisset, Sinite utraque crescere usque ad messem; subiunxit causam, dicens. Ne fortè cũ uultis colligere zizania, eradicetis simul & triticũ. Vbi satis ostendit cum motus iste non subest, sed omnino frumẽtorum stabilitate certa securitas manet, id est quãdo ita cuiusque crimẽ notum est, & omnibus execrabile apparet, ut uel nullos prorsus, uel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ, in qua tanto est efficacior emendatio prauitatis, quanto diligentior fuerit obseruatio charitatis. Cũ uero idẽ morbus plurimos occupauerit, nihil aliud boni restat quam dolor & gemitus; sic igitur misericorditer corripiat homo quod potest, quod aũt nõ potest patienter ferat, & ex dilectione gemat atque lugeat, donec ille desuper emendet ac corrigat, atq; vsque ad messem differat eradicare zizania & paleam uentilare. Turba aũt iniquorum cum facultas est in populis promẽdi sermonem generali obiurgatione ferienda est, & maximè si occasionem atq; opportunitatẽ præbuerit aliquod domini desuper flagellum, quo eos appareat pro suis meritis vapulare, tunc.n. aures humiles præbet emẽdari sermone calamitatis auditorũ, & facilius in gemitum confitendi, quàm in murmura resistendi afflicta corda cõpellit. quanquam & si nullã calamitas tribulationis premat, cum facultas detur utiliter corripitur in multitudine multitudo. Nam sicut se parata sæuire, sic in ipsa cõgregatione obiurgata gemere consueuit. Chrys. Hoc aũt dixit dñs prohibens occisiones fieri; neque enim oporte, interficere hæretitum, quia prælium inexpiabile in orbem terrarũ induceretur, & ideo dicit Ne eradicetis simul cum eis frumentum, idest si moueritis arma, & occideritis hęreticos, necesse est multos sanctorum simul submitti: non ergo detinere

Concordantia Euangeliorum.

hæreticos, & abscindere liberam eorum propalationẽ, & synodos & studia dissoluere prohibet, sed interficere & occidere. Aug. ad Vinc. Hæc aũt primitus mea sñia erat, neminẽ ad unitatem Christi esse cogendum, verbo. n. agendum, disputatione pugnandũ, rõne vincendũ: ne fictos catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea non contradicentiũ verbis, sed demonstrantiũ superabatur exẽplis. harum. n. legum terror quibus promulgandis reges seruiunt dño in timore, ita profuit vt nunc alij dicãt. Iam hoc uolebamus, sed Deo gratias, qui nobis occasionẽ præbuit, & dilationũ morulas amputauit. Alij dicant. Hoc esse verum iam sciebamus, sed nescio qua consuetudine tenebamur, gratias Deo, q vincula nostra dirupit. Alij dicant: Nesciebamus hoc esse veritatẽ, nec eã discere volebamus, sed ad eã cognoscendã metus fecit intentos, gratias dño, qui negligentiã nostram stimulo terroris excussit. Alij dicãt. Nos falsis rumoribus terrebamur intrare, quos falsos esse nesciremus nisi intraremus, nec intrarem⁹, nisi cogeremur, gratias Deo qui prædicationem nostram flagello abstulit, expertos docuit, quàm vana & inania de ecclesia sua mendax fama iactauerit. Alij dicant: Putabamus q̃dem nihil interesse vbi fidẽ Christi teneremus, sed gratias dño, q nos a diuisione collegit, & hoc uni Deo cõgruè, vt in vnitate colatur, ostẽdit. Seruiãt ergo reges terræ Christo, leges ædendo pro Christo. Aug. ad Bonifaciũ Comitem. Quis autẽ vestrum velit non solũ aliquem hæreticorum perire, verũ ẽt aliquid perdere? sed aliter non meruit habere pacem domus Dauid, nisi Absalon filius eius in bello quod contra patrem gerebat fuisset extinctus, quamuis magna cura mandauerit suis, vt eum quantum possent viuum, saluumq; seruarent, & esset cui pœnitenti paternus affectus ignosceret. Quid aũt ei restitit, nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita suam mœstitiam consolari? Sic ergo catholica mater ecclesia, si aliquorum perditione tam multos cæteros colligit, dolorem materni cordis linit, & sanat tantorũ liberatione populorum: ubi est autem qđ isti clamare consueuerunt, liberum est credere, vel nõ credere? cui vim Christus intulit? quem coegit? ecce habent Apostolum Paulum, agnoscant in eo prius cogẽtem Christũ, & postea docentẽ, prius ferientem, & postea consolantẽ. Mirum aũt est qũo ille qui pœnam corporis ad Euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus qui solo verbo vocati sunt in Euangelio laborauit. cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios vt redirent, si perditi filij coegerunt alios vt perirent? Sequitur. Et in tempore messis dicam messoribus. Colligite primũ zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Remig. Messis aũt appellatur tempus metendi. p messem uero designatur dies iudicij, in quo separandi sunt boni à malis. Chryso. Sed propter quid dicit colligite primum zizania? vt non timeant boni, quasi simul cũ zizanijs tollatur frumentũ. Hier. Quòd aũt dicit zizaniorum fasciculos igni tradi, & triticũ congregari in horrea, manifestum est hæreticos quosq; & hypochritas gehennæ ignibus concremandos: sanctos vero, qui appellantur triticum, horreis, i. cœlestibus mansionibus recipi. Augu. de quæst. Euang. Quæri autem potest cur nõ unum fascem, aut unum aceruum zizaniorum fieri dixerit, nisi fortè propter varietatem hæreticorum, non solum à tritico, sed etiam à seipsis discrepantium. Ipsa uniuscuiusque hæreseos, in quibus sigillatim sua communione disiũcti sunt nomine fasciculorum designauit, ut etiã tunc incipiant alligari ad comburendum, cum à catholica communione segregati, suas proprias quasi ecclesias habere cœperint, vt combustio earum sit in fine seculi non alligatio fasciculorum. Sed si ita esset non tam multi resipiscendo & in catholicam Ecclesiam remeando ab errore discederent. Qua propter alligatio fasciculorum in fine profutura est, ut non confuse, sed pro modo peruersitatis suæ uniuscusque erroris pertinacia puniatur. Raba. Et notandum quòd ubi dicit: Seminauit bonũ semen, notat bonam uoluntatem, quæ in electis est: vbi uero dicit, inimicus uenit, &c. cautelam habendam intimare uoluit, de qua crescentibus zizanijs quasi patien-

patiēter ferēs ait: Inimicus homo hoc fecit, patientiā nobis cōmendauit; vbi vero ait: Ne fortè colligentes zizania, donauit nobis discretionis exemplum. Quādo aūt subiungit: Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem, commendauit longanimitatem. Ad vltimum iustitiam, cum dixit: Alligate ea in fasciculos ad comburendum &c.

Aliam parabolam proposuit eis, dicens Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cum autem creuerit maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cæli ueniant, & habitent in ramis eius.

Chrys. Quia dn̄s dixerat ꝙ de semine tres partes pereūt & saluatur una, & in ipsa rursus q̄ saluatur, multa efficitur iactura, pp zizania q̄ superseminatur, ne dicerent: Qui ergo erunt, & quanti fideles? cōsequenter hunc timorem aufert ꝑ parabolā sinapis, & ideo dr̄: Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnū cœlorū grano sinapis, qđ accipiēs homo, &c. Hier. Regnū cœlorum prædicatio Euangelij est, & notitia scripturarū, quæ ducit ad vitam; de qua dr̄ ad Iudæos, Auferetur à vobis regnum Dei. huiusmodi ergo regnū cœlorum est simile grano sinapis. Aug. de q̄st. euan. Granū namq; sinapis ad feruorē fidei ꝑtinet, vel eo ꝙ dicatur venena expellere. sequitur: Quod accipiens homo sem. in agro suo. Hier. Homo qui seminat in agro suo, à plerisque Saluator intelligitur, q in animis credētium seminat. Ab aliis, ipse homo seminans in agro suo. i. in corde suo. Quis aūt est iste qui seminat, nisi sensus noster & animus? qui suscipiens granū ꝑdicationis, & fouens, sementem humore fidei facit in agro sui pectoris pullulare. sequitur: Quod minimū quidem est oībus seminibus. Prædicatio Euāgelij minima est omnibus disciplinis: ad primam quidem doctrinam fidem non hēt veritatis; hoīem Deum, Deum mortuū, & scandalum crucis prædicans; confer huiusmodi doctrinā dogmatibus philosophorū, & libris eorū, & splēdori eloquentiæ, compositioniq; sermonum, & videbis quanto minus sit cęteris seminibus semen Euangelij. Chrysost. in hom. Vel minimum est semen Euangelij, quia discipuli vniuersis erāt imbecilliores: sed tn̄ quia magna erat uirtus in eis, expansa est eorum ꝑdicatio vbiq; terrarū. & ideo sequitur. Cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus. i. dogmatibus. Aug. de quæst. euang. Dogmata autem sunt placita sectarū. i. vt placuit sectis. Hieron. Pharisæorum. n. dogmata cū creuerint, nihil mordax, nihil uitale demonstrant, totū flaccidum marcidūq; ebullit in olera, & in herbas, q̄ cito arescūt & corruunt. Prædicatio autem euāgelica, q̄ parua uidebātur in principio; cū uel in animam credentis, vel in totum mundum sata fuerit, nō exurgit in olera, sed crescit in arborem; ita vt uolucres cœli (quas vel animas credētiū, uel fortitudines Dei seruitio mācipatas sentire debemus) veniāt & habitēt in ramis eius. vnde sequitur: Et fit arbor, ita ut uolucres cœli veniant & habitent in ramis eius. Ramos puto euāgelicæ arboris, qui de grano sinapis creuerint, dogmatum esse diuersitates, in quibus supra dictarum uolucrum vnaquæq; requiescit. Assumamus & nos pennas columbæ ut altiora volitantes possimus habitare in ramis huius arboris, & nidos nobis facere doctrinarum, terrenaque fugientes ad cœlestia festinare. Hilar. Vel grano sinapis seipsum dominus comparauit, acri semini & omnium seminum minimo, cuius uirtus pressuris accenditur. Greg. 19. Mo. Ipse quidem est granum sinapis, qui in orto sepulturæ plātatus arbor magna surrexit. Granum namque fuit cum moreretū, arbor cum resurgeret; granum per humilitatē carnis, arbor per potentiā maiestatis. Hil. Granum igitur hoc post quàm in agro seminatum fuit, idest ubi à populo comprehensus & traditus morti, tāquam in agro fuit satione quadam corporis cōsepultus, ultra mēsuram omnium olerū excreuerit, & uniuersam prophetarū gloriam excedit. Oleris enim vitæ tanquam ægroto Israel data est prædicatio prophetarum: sed iam in ramis arboris cœli uolucres inhabitant, Apostolos scilicet ex Christi virtute protensos, & mundum inumbrantes in ramis intelligimus; in quos Gentes in spem vitæ aduolabunt, & aura

rum turbine.i. diaboli spiritu flatuq; vexatæ, tãquã in ramis arboris cõquiescẽt. Greg 19. Mora. In istis ét ramis volucres requiescũt: quia sanctæ animæ q̃ quibusdã virtutũ pẽnis à terrena cogitatione se subleuãt, in eorũ dictis atq; cõsolationib'. ab huiusmodi fatigatione vitæ respirant.

Aliam parabolam locutus est eis, dicens. Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinę satis tribus, donec fermentatum est totum.

Chry. Ad idem ostẽdendum dominus apponit parabolam de fermento. vnde dicitur: Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cœlorum fermento. q.d. Sicut fermẽtum multam farinam trãsmutat in suam virtutem, ita & vos totũ mundum transmutabitis. Et vide Christi prudẽtiam: ea.n. quæ sunt naturæ inducit, demonstrans, quoniam sicut illa possibile est fieri, ita & hoc. Nõ autem dixit ꝙ posuit simpliciter, sed abscõdit, ac si diceret. Ita & vos cum subiecti fueritis impugnatoribus vestris, tunc eos superabitis: Et sicut fermentum suffoditur quidem, non autẽ destruitur; sed paulatim ad suum habitũ omnia trasmutat, sic & in prædicatione vestra cõtinget. Non itaq; quia multas dixi superuẽturas vobis vexationes, timeatis: ita.n. fulgebitis, & omnes superabitis. Tria autẽ sata hic pro multis posuit, hũc enim numerum determinatum pro multitudine indeterminata accepit. Hier. Satum autem, est genus mensuræ iuxta morem prouinciæ Palæstinæ, vnum modiũ & dimidiũ accipiẽs. Aug. de quæst. euan. Vel fermentum dicit dilectionem, eo ꝙ feruescere facit & excitat. Mulierem, sapientiam dicit. In farinę autem satis tribus intelliguntur, vel tria illa in homine, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mẽte; vel tria illa fructifera; centesimum, sexagesimum, & tricesimum; vel tria illa genera hominũ: Noe. Daniel, & Iob. Rabanus. Dicit autem donec fermentatum est totum: quia charitas in nostra mente recondita eo vsque crescere debet, vt totam mentem in sui perfectionem commutet, quod hic quidẽ inchoatur, in futuro vero perficitur. Hierony. Vel aliter: Mulier ista quæ fermentum accipit, & abscõdit: prædicatio mihi videtur apostolica vel ecclesia de diuersis gentibus congregata: hæc tollit fermentum, intelligentia scilicet scripturarum, & abscõdit illud in farinæ satis tribus, vt spiritus, anima, & corpus in vnum redacta non discrepẽt inter se. Vel aliter: Legimus in Platone tria esse in anima, rationale, irascibile, & concupiscibile, & nos ergo si acceperimus fermentum Euangelicum sacrarum scripturarum, in ratione possideamus prudẽtiã, in ira odium contra vitia, in desiderio cupiditatẽ virtutum, & hoc totum fiet per euangelicam doctrinam, quàm nobis mater ecclesia præstitit. Dicam & quorundã intelligentiam, mulierem istam & ipsi ecclesiam interpretantur, quæ fidem hominis farinę satis tribus commiscuit, silicet credulitati Patris & Filij & Spiritus sancti, cum in vnum fuerit fermentata, non nos ad triplicem Deum, sed ad vnius diuinitatis perducit notitiã. Pius quidem sensus, sed nunquam parabolæ & dubia ęnigmatum intelligentia possunt ad auctoritatem te dogmatũ proficere. Hil. Vel aliter Fermento se dominus cõparauit, fermentum enim de farina est quod virtutem acceptam aceruo sui generis reddit hoc autem fermentum acceptum mulier, synagoga scilicet per iudicium mortis abscondit. hoc autem in farinæ mensuris tribus, idest legis, prophetarum, Euangeliorum ęqualitate coopertum, omnia vnũ fecit, vt quod lex constituit prophetę nunciauerunt, idipsum Euangeliorum profectibus expleatur, quanquam ad trium Gentium vocationẽ, ex Sem, Cham, & Iaphet, tres mensuras farinæ esse referendas sensisse multos memini. Sed nescio an hoc ita opinari ratio permittat cum etsi omniũ gentium vocatio sit, in his tamen Christus nõ absconsus sit, sed ostensus, & in tanta infideliũ multitudine nõ fermẽtatũ est totũ.

Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis. Vt impleretur quod dictum erat per prophetam, dicentem. Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.

Chry. Postq̃ prę missas parabolas ne aliquis opinaretur ꝙ Christus noua induceret, induxit Euangelista prophetam etiã

hunc

hunc prędicentem doctrinæ modum. Et ideo dicit: Hęc omnia &c. Marcus autem ait: Quoniam sicut poterant audire, loquebatur eis sermonem in parabolis. vnde nó mireris si de regno disputans, grani & ferměti meminit: hominibus .n. loquebat idiotis, & indigétibus ab his inducit. Remig. Parabola græcè, latinè dicit similitudo, per quá veritas demóstrat. Ostendit quippe in ipsa similitudine quasdá figuras verború, & imagines veritatis. Hieron y. Nó át discipulis, sed turbis parabolas loquebatur; et vsq; hodie turbæ in parabolis audiút. & ideo dicitur; Et sine parabolis nó loquebat eis. Chry. Quáuis .n. nó multa sine parabolis turbis dixerit, sed tamen tunc nihil. August. de quęst. euang. Vel hoc dicitur, non quia nihil propriè locutus est, sed quia nullum ferè sermonem explicauit, vbi non per parabolam aliq d significauerit: quáuis in eo aliqua & propriè dixerit, ita vt sæpe inueniatur totus sermo eius parabolis explicatus, totus autem propriè dictus nullus inueniatur. Explicatos autem sermones dico, quando ex aliqua occasione rerum incipit loqui quousque terminet quicquid ad ipsam rem pertinet, & transeat ad aliud. Nonnunquam sanè alius Euangelista contexit, qđ alius diuersi temporibus dictum indicat. non enim omnino secundum rerum gestarum ordinem, sed secundum suæ quisque recordationis facultaté narrationem quàm exorsus est, ordinauit. Quare auté in parabolis loquebatur, manifestat Euangelista, cú subdit: Vt adimpleretur quod &c. Hieronym. Hoc testimonium de 77. Psalmo sumptú est. Legi in nonnullis codicibus eo loco, vbi nos posuimus, & vulgata æditio habet: Vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem, ubi scriptum est per Esaiam prophetá dicentem. Remigius. Vnde Porphyrius obiecit fidelibus: Euangelista uester tantæ insipientiæ fuit, ut quod reperitur in Psalmis, ipse deputauerit Esaiæ. Hieronym. Quia ergo minime inueniebatur in Esaia arbitror postea à prudentibus uiris esse sublatum. Sed mihi uidetur in principio ita æditum: Quod scriptum est per Asaph prophetam, dicentem. Septuagesimus enim septimus psalmus, de quo sumptú est hoc testimonium, Asaph prophetæ inscribitur: & primum scriptorem non intellexisse Asaph, & putasse scriptoris uitium, atque emědasse nomen Esaiæ, cuius uocabulum manifestius erat. Sciendum est itaque quod non solum Dauid, sed etiá cęteri (quorum in psalmis & hymnis & cáticis Dei, pręscripta sunt nomina) prophetę sunt appellādi, Asaph uidelicet, & Idithum, Eman Esraytes, & reliqui quos scripturas commemorát, quodq́ue in psona domini dicitur: Aperiam in parabolis os meum, &c. Considerandum attentius & inueniendú describi egressum Israelis ex Ægypto, & oia signa narrari q́ in Exodi cótinent historia. Ex quo intelligimus uniuersa illa q́ ibi scripta sunt parabolicè sentiéda, & manifestare abscondita sacramenta Hoc .n. Saluator edicturum se esse promittit, dicés; Aperiam in parabolis os meum. Glo. q. d. Qui prius locutus sum per prophetas, modo in propria persona aperiá os meú in parabolis & eructabo de thesauro mei secreti mysteria, quæ abscondita erant à costitutione mundi.

Tunc dimissis turbis uenit in domum. Et accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respodens ait illis; Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager autem, est mundus. Bonum uero semen, hi sunt filij regni, zizania autem, filij sunt nequam. Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus. Messis uero, consumatio sec[u]li est Messores autem, Angeli sunt, Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur; sic erit in consumatione seculi. Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem; & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut Sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

Chry. Locutus fuerat dominus turbis in parabolis, ut eos ad interrogandum induceret, & quáuis multa in parabolis dixisset, nullus tamen eum interrogauit; & ideo eos dimisit. unde sequitur; Tunc dimissis turbis, uenit in domú. Nullus autem eum scribarum sequitur. Vnde manifestum est quòd propter nihil aliud prius seque-

sequebantur, quàm ut eum caperent in sermone. Hie. Dimittit aút turbas Iesus, & domum reuertitur, ut accedant ad eú discipuli, & secreto interrogat; quę populus nec merebatur audire, nec poterat. Raba. Mysticè át dimissa turba tumultuantium Iudæorum ingreditur ecclesiá Gétium, & ibi fidelibus exponit sacramenta cęlestia. vnde sequitur: Et acces. ad eú &c. Chry. Cum aliquando uolentes discere formidauerint interrogare: nunc libere interrogant et confisi sunt, quoniam audierant: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: ideoq; singulariter interrogant non multitudinem æmulantes, quibus nó erat datum. Dimittút autem parabolam ferméti & sinapis, vt manifestiores. Interrogant autem de parabola zizaniorum, quia habet cóuenientiam ad præmissam parabolam de semine, & aliquid amplius ostendit: dominus autem quæ esset parabola, exponit. unde sequitur: Qui Respondens ait eis: Qui &c. Remig. Ideo autem dominus se filium hominis appellauit; ut hoc indicio nobis exemplum humilitatis relinqueret: siue quia futurum erat, ut hæretici negarent eum uerum hominé esse, siue ut per humanitatis fidé possimus conscendere ad diuinitatis cognitionem. Sequitur: Ager autem est múdus. Glo. Cum autem ipse sit qui seminat agrú suú, manifestum est ꝙ præsens mundus est eius. Sequitur: Bonú uero semen, &c. Remig. Idest sancti & electi viri, qui inter filios regni computantur. Augu. contra Faust. Zizania autem exponit dominus nó aliqua falsa ueris scripturis immissa, sicut Manichęus interpretatur, sed omnes filios maligni, idest imitatores diabolicæ falsitatis. unde sequitur: Zizania auté sunt filij nequá: Per quos omnes impios & malignos vult intelligi. Aug. de quæst. euan. Omnis autem immunditia in segete, zizania dicuntur. Sequitur: Inimicus aút & c Chry. Etenim hoc diabolicè est machinationis, ueritati semper inserere errorem. Sequitur: Messis uero consummatio est seculi. Alio autem loco ait, sed Samaritanis loquens: Leuate oculos uestros & considerate regiones, quoniam iam albæ sunt ad messem. Et rursus: Messis quidem multa, operarij auté pauci: in quibus uerbis messem dicit iá adesse. Qualiter ergo hic eá dicit esse futuram? Sed sciendum quód in alia significatione messem dicit: unde & ibi dicit, ꝙ alius est q̃ seminat, & alius q̃ metit. hic autem eúdem dicit esse qui seminat, & qui metit: quoniá ibi nó ad sui differentiam, sed Apostolorum ꝓphetas induxit. Etenim ipse Christus per prophetas seminauit in Iudæis & Samaritanis. Idem ergo nominat semen & messem secundum aliud & aliud. Cú enim de obedientia loquatur, & persuasione ad fidé, hic uocat messem: sicut in quo totú perficitur. Sed cum inquirit de fructu auditionis uerbi Dei, tunc cósumationem dicit messem, sicut hic. Remigius. Per messem enim designatur dies iudicij, in quo separandi sunt boni à malis, quod fiet ministerio angelorum. unde infra dicitur, quòd ueniet filius hominis cum Angelis suis iudicare. propter quod sequitur: Messores autem Angeli sunt. Sequitur: Sicut ergo colligunt zizania &c. Augu. 20. de ciui. Dei. Núquid de regno illo ubi nulla sunt scandala? de regno ergo isto eius quod est hic, scilicet ecclesia, colligentur. Aug. de quęst. Euan. Quod autem primo separátur zizania, hoc est, quia tribulatione ꝓcedente separabuntur impij à pijs, quod per bonos Angelos intelligitur fieri: quia officia uindictæ possunt implere boni bono animo quomodo lex, quomodo iudex; officia uero misericordiæ, mali implere nó possunt. Chr. Vel potest intelligi de regno cœlestis ecclesiæ, & túc ostendit hic duplex pœna: uidelicet quòd excidút à gloria, in hoc ꝙ dicit: Et colligét de regno eius omnia scandala, scilicet ne scandala in regnum eius intrent, & hoc ꝙ cóburunt, in hoc quòd subdit: Et mittent eos in caminum ignis. Hie. Omnia auté scandala referútur ad zizania. hoc auté quòd dicit: Et colligent de reg. &c. Inter hæreticos & schismaticos, qui faciunt iniquitatem, voluit distinguere: ut ꝑ eos qui faciunt scandala, intelligantur hæretici: per eos uero qui faciunt iniquitates, intelligantur schismatici. Glo. Vel aliter: Per scandala possunt intelligi illi qui præbent ꝓximo occasionem offensionis,

sunt ruinæ: per facientes iniquitaté, quoscunque peccantes. Raba. Obserua quòd dicit: Et eos qui faciunt iniquitatem, nõ qui fecerunt, quia nõ q conuersi sunt ad pœnitentiã, sed solum qui permanent in peccatis, æternis cruciatibus mancipandi sunt. Chry. Vide autem ineffabilem Dei amorem ad hoies. Est enim ad beneficia promptus, & ad pœnã tardus. Cum enim seminat, p seipsum seminat. cum aũt punit, per alios. mittit.n. ad hoc Angelos suos. Sequitur: Ibi erit fletus & stri. den. Remi. His verbis demóstratur vera corporum resurrectio. nihilominus ostenditur per hoc duplex pęna inferni; scilicet nimij caloris, & nimij frigoris. sicut auté scandala referuntur ad zizania, ita iusti reputantur in filios regni. de quibus sequitur. Tunc iusti fulgebunt sicut Sol in regno patris eorũ. in præsenti enim sæculo fulget lux sanctorũ coram hominib. post consummationem autem mundi, ipsi iusti fulgebunt sicut Sol in regno patris sui. Chry. Non quia ita solum sicut Sol, sed quia hoc sydere aliud magis luculentum non noscimus, & cogitis nobis vtitur exẽplis. Remig. Quòd autem dicit. Tunc fulgebũt, intelligendũ est, quia & nũc fulgent in exemplũ aliorũ, sed tunc fulgebunt sicut Sol, ad laudãdũ Deum. Sequitur: Qui hét aures au. &c. Raba. Idest, qui hét intellectum intelligat, quia mysticè hæc omnia intelligenda sunt.

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius uadit & uendit uniuersa quę habet, & emit agrum illum.

Chrys. Parabolæ quas supra dominus posuerat de fermento & sinapi, ad virtutem Euangelicæ prædicationis referũtur, quoniam superauit orbem terrarum. nũc aũt vt pciositaté, & magnificentiã eiusdé ostenderet, proponit parabolã de thesauro & margarita dicens; simile est regnum cęlorũ the. abscon. in agro. Prædicatio.n. Euãgelij occultata est in mundo, & si nõ vendideris oĩa, nõ emes eã; cum gaudio hoc oportet facere. vnde sequitur. Quem qui inuenit homo abscondit. Hilar. Hic quidé thesaurus gratis inuenitur. Euangeliorũm.n prædicatio in abscondito est. Sed vtẽdi & possidẽdi huiusmodi thesauri cum agro potestas non pót esse sine precio, quia cęlestes diuitiæ non sine dãno seculi possidentur. Hiero. Quod antem abscondit, non de inuidia facit, sed more seruantis & nolentis perdere, abscõdit in corde, quem pristinis prætulit facultatibus. Greg. in ho. Vel aliter: Thesaurus in agro absconditus, est cęleste desideriũ. Ager vero in quo thesaurus abscõditur, est disciplina studij cęlestis; quem scilicet thesaurum cum inuenit homo abscondit, scilicet vt seruiet. quia studium cęlestis desiderii à malignis spiritibus custodiri nõ sufficit ei, qui hoc ab humanis laudibus nõ abscõdit, in præsenti etenim vita quasi in via sumus, qua ad patriã pergimus. Maligni autem spiritus inter nostrum, quasi quidam latrunculi, obsident. Depredari ergo desiderant, qui thesaurum publicè portãt in via. Hoc autem dico, non ut proximi nostri opera nostra nõ videant, sed vt per hoc quod agimus. laudes exterius non quæramus. Cęlorum autem regnum idcirco terrenis rebus simile dicitur, vt ex his quæ animus nouit, surgat ad incognita, vt per hoc quod scit notum diligere, discat ignotum amare. Sequitur: Et præ gaudio &c. Agrum profecto venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis renuncians, cuncta sua terrena desideria per disciplinæ cœlestis custodiam calcat. Hieron. Vel thesaurus iste in quo sunt omnes thesauri sapientię & scientiæ absconditi, aut Deus verbum est, qui in carne Christi videtur absconditus, aut sanctæ scripturæ, in quibus reposita est notitia Saluatoris. Aug. de quæst. Euang. Hunc autem thesaurum dixit in agro absconditum, scilicet duo testamenta in ecclesia, q̃ cum quis ex parte intellectus attigerit, sentit illic magna latere, & vadit & vendit omnia sua & emit illum, idest contemptũ temporalium comparat sibi ocium, vt sit diues cognitione Dei.

Iterum simile est regnum cælorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita, abijt, & uendit omnia quæ habuit, & emit eam.

Chry. Euangelica prædicatio non solum lucrum multiplex præbet vt thesau-

rus, sed & preciosa est vt margarita. Vnde post parabolã de thesauro, ponit parabolã de margarita, dicens; Iterum simile est regnũ cœl. &c. In p̄dicatione.n. duo oportet adesse.s. ab huius vitæ negocijs se parati, & vigilantẽ esse, quod negociatio designat. vna ãt est veritas, & nõ partita, & pp hoc vna margarita dicitur inuenta. Et sicut qui margaritã habet, ipse quidẽ nouit quod diues est, alijs vero nõ est cognitus, multoties eã manu detinẽs ꝓpter eius paruitatẽ. ita est in p̄dicatione Euangelijs qui.n. eam detinent sciũt se diuites esse; infideles autem hunc thesaurum nescientes, diuitias nostras ignorant. Hieronymus. Bonę autẽ margaritę possunt intelligi lex & prophetæ. Audi ergo Marchion & Manichæi, ꝙ bonæ margaritæ sunt lex & prophetæ. Vna ergo preciosissima margarita est scientia Saluatoris: & sacramentum passionis & resurrectionis illius; quod cum inuenerit homo negotiator similis Pauli Apostoli, omnia legis prophetarumque mysteria & obseruationes pristinas in quibus inculpate vixerat, quasi purgamenta contemnit, vt Christum lucrifaceret. non quo inuentio bonæ margaritæ condemnatio sit veterum margaritarum; sed quod comparatione eius omnis alia gemma sit vilior. Glosa. Vel per margaritam preciosam, intelligitur cœlestis vitæ dulcedo, quam inuentam omnia vendens emit, quia qui cœlestis vitæ dulcedinem, inquãtũ possibilitas admittit, ꝑfectè cognouerit, ea q̃ in teris amauerat libenter cuncta derelinquit deforme conspicitur quicquid de terrenæ rei placebat specie, quia sola preciosæ margaritæ claritas fulget in mente. August. de quæ. euan. Vel homo cum quærat bonas margaritas inuenit vnam preciosam, quia quęrens homines bonos cum quibus vtiliter viuat, inuenit vnum sine peccato, Iesum Christũ; aut præcepta quærens quibus seruatis cum hominibus rectè côuersetur, inuenit dilectionem proximi, in quo vno dicit Apostolus omnia contineri; vt bonos intellectus quęrens, inuenit illum vnum quo cuncta continentur, in principio erat verbũ; quod est lucidũ candore ueritatis, & solidũ firmitate æternitatis, & vndiq; sibi simile pulchritudine veritatis, q̃ Deus penetrata testudine intelligẽdus est. Quod libet vero illorum triũ sit vel si aliud occurrere potuerit, quod margaritæ vnius preciosæ nomine significetur precium eiꝰ est nosipsi, qui ad eam possidendam non sumus liberi, nisi omnibus pro nostra liberatione contempti, quæ temporaliter possidentur. Venditis enim rebus nostris, nullum aliud precium maius accipimus quã nosipsos; quia talibus implicati, nostri non eramus; vt rursus nos pro illa margarita demus, non quia tantum valet, sed quia plus dare non possumus.

Iterum simile est regnum cælorum sagenę missę in mare, & ex omni genere piscium cõgregati. Quam cum impleta esset educentes, & secus litus sedentes, elegerũt bonos in vasa sua, malos ãt foras miserunt. Sic erit in consumatione seculi. Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis ibi erit fletus & stridor dentium.

Chry. Postquam per prædictas parabolas euangelicam prædicationem commẽdauerat, vt non confidamus in prędicatione solum, neque quidem nobis æstimemꝰ sufficere ad salutem; aliã parabolam terribilem subdit, dicens; Iterum simile &c. Hierony. Impleto enim Hieremiæ vaticinio dicentis; Ecce ego mittam ad uos piscatores multos, postquam autẽ audierũt Petrus & Andręas, & Iacobus & Ioãnes, sequimini me faciam vos fieri piscatores hominum contexerunt sibi ex veteri, & ex nouo testamento, sagenam euãgelicorum dogmatũ; & miserunt eã in mare huius seculi, quæ vsque hodie in medijs fluctibus tenditur, capiens de salsis & amaris gurgitib. quicquid inciderit; idest bonos homines & malos, & hoc est qđ subdit; Et ex omni, &c. Greg. Vel aliter; Sancta ecclesia sagenæ comparatur, quia & piscatoribus est cõmissa, & per eã quisq; ad æternum regnũ à præsentis seculi fluctibus trahitur, ne æternæ mortis profundo mergatur, quæ ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorum veniam sapientes & fatuos, liberos & seruos, diuites & pauperes, fortes & infirmos vocat: Quæ sagena scilicet, tunc perfectè impletur, cum in fine suo humani generis summa

ma cócluditur. vnde sequitur. Quam cũ imple. &c. Sicut.n. mare seculũ, ita seculi finẽ significat litus maris; in quo.s. fine, boni pisces in vasis eliguntur, mali proijciũtur foras; quia & electus quisque in tabernacula æterna recipitur, & in æterni regni luce pdita, ad exteriores tenebras reprobi protrahuntur. Nũc.n. malos bonosq; cõmuniter quasi permixtos pisces fidei sagena continet, sed litus indicat sagenã ecclesiæ quid trahebat. Hie. Dũ.n. sagena extraheẽ ad litus, tunc verũ secernendorum pisciũ iudiciũ demõstrabitur. Chry. Quid aũt distat hæc parabola, à parabola zizaniorum? Etenim illic hi quidẽ saluantur, hi autem pereunt, sicut & hic; sed illic quidem, propter prauorum dogmatum heresim. In anteriori autem parabola de semine, quia non attendebant quæ dicebantur hic autem propter vitæ nequitiã; propter quã quamuis & piscatione capti, id est cognitione Dei fruẽtes, nõ possunt saluari. Nõ aũt audiens quoniam malos foras miserunt, æstimes hanc pœnam non esse periculosam, per expositionem eius grauitatem ostendit, dicens; Sic erit in consumi. secu. exibunt Angeli &c. quamuis alibi dicat quod ipse segregabit eos, sicut separat pastor oues; hic Angelos hoc facere dicit, sicut & in parabola zizaniorũ. Greg. in ho. Timendũ est aũt hoc potius, quàm exponendũ; aperta enim voce tormẽta peccantium dicta sunt, ne quis ad ignorantiæ suæ excusationem recurreret, si quid de æterno supplicio obscure diceretur. Rab. Cum enim venerit finis mundi, tunc verũ secernendorum piscium iudicium demõstrabitur; & quasi in quodam quietissimo portu, boni mittentur in vasa cœlestium mansionum, malos aũt torrendos & exiccandos gehennæ flamma suscipiet.

*Intellexistis hęc omnia. Dicũt ei. Etiã * Ait illis. Ideo oĩs scriba doctus in regnum cœlorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera.*

* Domine.

Chry. Recedentibus turbis, dominus discipulis in parabolis loquitur, ex quib. sapientiores sunt facti, ita quod intelligunt quæ dicuntur. Quocirca dicit eis: Intellexistis hæc omnia? dicunt ei: Etiam. Hiero. Ad apostolos enim ꝓprie sermo est, quos nõ vult audire tñ ut populũ, sed ẽt intelligere vt magistros futuros. Chry. Deinde quia intellexerũt, rursus eos laudat. vnde sequitur: Ait illis: Ideo oĩs scri. &c. Aug. 20. de ciui. Dei. Nõ dixit: Vetera, & noua, qđ vtiq; dixisset, nisi maluisset meritorũ ordinẽ seruare quàm tẽporũ. Manichæi ẽt dũ sola Dei ꝓmissa noua tenore se arbitrantur, remanent in uetustate carnis, & nouitatẽ inducunt erroris. Aug. de quæst. Euang. Vtrũ aũt ista cóclusione exponere uoluit, quẽ dixerit thesaurum in agro absconditũ (quem sanctæ scripturę intelligũtur, quæ noie duorũ testamentorum, noui & ueteris cócludunt) ante ostẽdere uoluit eũ doctũ habendũ in ecclesia, qui etiam scripturas veteres parabolis explicatas intellexerit ab illis nouis accipiens regulas, quia & ista dominus per parabolas enunciauit; vt si ipse, in quo illa complentur & manifestantur, p parabolas ad huc loquitur, donec passio eius velum discindat, vt nihil sit occultũ, quod non reuelaretur, multo magis illa, quæ tam longe de illo scripta sunt parabolis operta esse nouerimus, quæ cum Iudæi ad literam accipiant, noluerũt esse docti in regno cœlorũ. Chry. Sed si per nouum & vetus, quod dicitur, vtrunque testamentũ accipimus, Abrahã doctũ fuisse denegamus, quia noui & veteris testamẽti, & si facta nouit minime verba nunciauit. Moysen quoque docto patrifamilias cõparare nõ possumus, quia etsi testamentum edocuit vetus, noui tñ dicta nõ protulit. Sed in eo quod hic dicitur, intelligi valet, quia nõ de his qui fuerant, sed de his qui esse in Ecclesia poterant, loquebatur, qui tunc noua & vetera proferunt, cũ utriusque testamenti prædicamenta vocibus & moribus loquũtur. Hil. Discipulis.n. est locutus quos scribas propter scientiã nuncupat, eo quod intellexerint ea quæ illa noua & vetera, id est Euangelijs & in lege protulerit, quæ sunt & eiusdem patrisfamilias, & vnius vtraq; thesauri, ipsos etiã sub patrisfamilias nomine sibi comparat, eo quod doctrinã de Spiritus sancti thesauro suo nouorum ac ueterũ sunt adepti. Hiero. Vel Apostoli instructi scribę dicunt, quasi notarij Saluatoris, qui verba illius & ꝑcepta signabãt in tabu-

tabulis cordis carnalib. regnorũ cœlestiũ sacramẽtis, & pollebãt opib. patris familiæ, ejjcientes de thesauro doctrinarũ suarũ noua & vetera, vt quicquid in euangelio ꝑdicabãt, legis & prophetarũ vocibus cõprobarẽt. Vnde & spõsa dicit in Cantico cantic. Noua cũ ueterib. dilecte mi: reseruaui tibi. Greg. Vel aliter. Vetus est vt pro culpa humanũ genus in æterna pena intereat, & nouũ vt conuersus in regnũ viuat. Prius ãt de regni similitudine thesaurũ inuentũ ac margaritã bonam protulit, postmodũ inferni pęnas de malorũ cõbustione narrauit, atq; in cõclusione subiungit, Ideo doctus scriba &c. Ac si dicat: Ille in sancta Ecclesia doctus ꝑdicator est, q & noua scit ꝓferre de suauitate regni, & vetusta dicere de terrore supplicij, vt vel pęnæ terreant, quos præmia non inuitant.

Et factum est cum consumasset Iesus parabolas istas, transiit inde. Et veniens in patriã suam docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentũ, & dicerent; Vnde huic sapientia hęc & uirtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitũ Maria, & fratres eius Iacob. & Ioseph, & Simon, & Iudas? & sorores eius, nonne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Iesus autẽ dixit eis. Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

Hierony. Post parabolas quas dominus ad populum est locutus, & quas soli Apostoli intelligunt, trãsiit in patriam suam, vt ibi apertiꝰ doceat. Et hoc est quod dicitur. Et factum est, &c. Aug. de cons. Euan. A superiori sermone parabolarum istarũ sic transit, vt non ostendat consequẽtis ordinis necessitatem, ꝑsertim quia Marcus ab istis parabolis non in quod Matthæus, sed in aliud intendens, in quod & Lucas, ita contexuit narrationem, vt credibilius ostendatur hoc esse potius consequenter gestum quod ipsi duo consequenter adiũgunt, de naui s. in qua dormiebat Iesus. & de miraculo expulsorum dæmoniorũ, q̃ Matthæus superius recolens interposuit. Chy. Patriam autem eius hic Nazareth uocat, non enim fecit ibi virtutes multas, vt infra dicitur, sed in Capharnaum fecit multa signa: sed doctrinam eis ostẽdit nõ minorẽ admirationẽ habentẽ, q̃ signa. Rõmi. In synagogis aũt docebat, vbi plurimi conueniebant, quia ꝑp multorũ salutẽ de cœlis descendit ad terras. Sequitur: Ita vt mira. & dice. Vnde &c. Sapientia refertur ad doctrinã, virtutes vero ad miraculorũ opationẽ. Hier. Mira stultitia Nazarenorũ. Mirãtur vnde habeat sapiẽtiã sapiẽtia, & virtutes virtus. sed error in promptu est q̃a fabri filiũ suspicanť; vnde & dicũt: Nõne hic est fabri filius? Chry. Per omnia ergo erant insensati, vilipendentes eum ab eo qui æstimabatur esse pater, quamuis multa horum exẽpla habentes in antiquis temporibus, & patrũ ignobilium nobiles videntes filios. Etenim Dauid cuiusdã agricole Iese fuit filius; & Amos cuiusdam pastoris, & ipse pastor. Oportebat enim ꝓpter hoc maxime ipsũ honorare, quoniã à talibus existẽs, talia loquebatur. Ex hoc enim erat manifestum quoniam nõ ex humana diligẽtia erat, sed ex diuina gratia. Aug in ser. de nat. Est autem pater Christi faber Deus, qui totius mundi opera fabricatus est arcã Noe disposuit, Moysi tabernaculũ ordinauit, arcã testamẽti instituit. Fabrum dixerit qui mentem rigidam explanat, ac cogitationes superbas excidit. Hil. Fabri etiam hic erat filius, ferrũ ignes vincentis ratione, seculi virtutem iudicio decoquẽtis, massamque formantis in omne opus vtilitatis humanæ, formam scilicet corporum nostrorũ in diuersa mẽbrorum ministeria, & ad omnia æternæ vitæ opera fingentis. Hie. Cum autem errent in patre, non est mirandum si errent in fratribus. vnde subditur: Nõne eius mater dicitur Maria? &c. Hie. contra Heluidium: Fratres domini hic appellãtur filij materteræ eius Mariæ, & hæc est mater Iacobi & Ioseph, id est Maria Cleophe vxor Alphęi, & hæc dicta est Maria mater Iacobi minoris. Aug. de quæ. Euan. Non ergo mirũ est dictos esse fratres domini ex materno genere quoscunque cognatos, cũ etiã ex cognatione Ioseph dici potuerit fratres eius ab illis qui cum patrẽ domini esse arbitrabantur. Hila. Inhonoratur ergo dominus à suis; & quanquam docẽdi prudentia et operandi virtus admirationẽ cõmoueret, nõ tamen credunt hæc in nomine

ne domini agere, & paternæ artis quodã opprobrio lacescũ. Inter tot ergo magnifica quæ gerebat, corporis eius contemplatione commouebatur, & ideo dicunt Vnde ergo huic oĩa ista? Sequitur: Et sic scãdalizabantur in eo. Hic Error Iudæorum salus nostra est, & hęreticorum cõdemnatio intantum enim cernebant hominem Iesum Christum, vt putarẽt filium fabri. Chry. Intuere. n. Christi mansuetudinẽ, conuitiatus est, sed cum multa mansuetudine respondit. vnde sequitur: Iesus autẽ dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua & in domo sua. Remig. Prophetã seipsum appellat, quo et Moyses manifestat, cum dicit; Prophetã suscitabit Deus de fratribus uestris uobis. Et hoc sciendũ, quia nõ solũ Christus q est caput oĩum prophetarum, sed etiã Hieremias & Daniel cæteri minores prophetę, maioris honoris, & dignitatis fuerunt apud exteros, quàm apud suos. Hier. Propemodũ, n. naturale est, ciues semper ciuibus inuidere, non. n. considerant pręsentia viri opera, sed fragilis recordantur infantiæ, quasi nõ & ipsi per eosdẽ ætatem gradus ad maturã ætatẽ uenerint. Hil. Inhonorabilẽ ẽt prophetã in patria sua esse respondit, q in Iudæa esset usq; ad crucis sniam condẽnandus, & quia penes solos fideles Dei uirtus est, & pp eorũ incredulitatem operibus diuinę uirtutis abstinuit. vnde sequitur; Et non fecit &c. Hie. Non q ẽt incredulis illis facere nõ potuerit uirtutes multas, sed q ne multas faciẽs virtutes ciues incredulos condẽnaret. Chrys. Si aũt admiratio ei aduenıebat ex miraculis, quare non multa fecit? q a non ad ostentationem suã inspiciebat, sed ad ea quæ alijs erant utilia. hoc igitur non proueniente despexit quod erat suipsius, vt non pœnã eis augeat. Cur igitur & pauca fecit signa? vt non dicant. Si utique facta essent signa, nos credidissemus. Hiero. Potest etiam aliter intelligi q Iesus despiciatur in domo & in patria sua, hoc est in populo Iudæorũ, & ideo ibi pauca signa fecerit, ne penitus inexcusabiles fierent; maiora autem signa quotidie in gẽtibus per Apostolos facit, non tam in sanatione corporum, quàm in animarum salute.

CAPVT XIIII.

IN illo tempore Audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis. Hic est Ioannes Baptista ipse surrexit à mortuis & ideo uirtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes. Non licet tibi habere eã. Et uolens illum occidere, timuit populum, quia sicut prophetã eũ habebãt.

Glo. Quia supra Euangelista ostẽderat qũo pharisæi Christi miracula calumniabantur, conciues autem eius hoc admirãtes, Christum tamen cõtemnebant, refert nunc quam opinionem ex auditis miraculis Herodes de Christo conceperat. unde dicitur; In illo tpe &c. Chry. non absque cã hic tempus Euangelista designat, sed vt discas tyranni superbiam & negligentiam. neque n. à principio dicit ea quæ erant de Christo, sed post plurimũ tempus. sic ẽt multi qui in potestatibus sunt, multa elatione circundati hmõi tarde addiscunt, quia non multam horũ faciunt curam. Aug. de con. Euang. Dixit autẽ Matthæus in illo tpe, non in illo die, vel ipsa hora. nam & Marcus quidẽ hoc eodẽ modo dicit, sed non eodem ordine, sed postquã discipulos ad prædicandum misit, nulla tñ facta necessitate, qua hoc consequenter gestum esse intelligeretur. Lucas etiã narrandi eum ordinem tenet, quẽ & Marcus, nec ipse tñ rerum gestarum ordinem fuisse eundem credi cogit. Chrys. Vide ergo quam magnum quid est uirtus, nam & defunctum Ioãnem Herodis formidauit, & de resurrectione philosophaĩ. & ideo sequitur: Et ait pueris suis &c. Raba. Sed quanta est inuidia Iudæorum ex isto loco docemur. Ioannem. n. à mortuis potuisse resurgere, nullo attestante, Herodes alienigena pronunciauit. Iudæi verò Christum, quem prophetæ prædixerant, non resurrexisse, sed furtim ablatum esse credere maluerunt. in quo insinuatur q própțior est animus Gẽtium ad credulitatẽ, quàm Iudæorum. Hier. Quidam aũt Ecclesiasti-

Die autem natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Vnde cum iuramento pollicitus ei dare quodcunq; postulasset ab eo. At illa præmonita à matre sua, da mihi, inquit, hic in disco caput Ioãnis Baptistæ. Et contristatus est rex. Propter iusiurandũ autem & eos qui pariter recumbebant, iussit dari. Misitque, & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ, & illa attulit matri suæ. Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud, & venientes nunciauerunt Iesu.

Gl. Postquam enarrauit Euãgelista incarcerationé Ioãnis, prosequitur de occisione ipsius dicẽs: Die aũt natalis &c. Hie. Nullum inuenimus aliũ obseruasse diem natalis sui, nisi Herodem & Pharaoné; vt quorũ erat par impietas, esset una solemnitas. Remig. Et sciendum ꝙ consuetudo est, nõ solum diuitum, sed ẽt pauperum mulierũ, ita pudicè filias suas nutrire, ut vix ab extraneis uideãtur. Hæc aũt impudica mulier impudicè filiã suã nutriuit, quam non docuit pudorem, sed saltationé. Nec minus reprehendendus est Herodes qui oblitus est domũ suã esse aulam regiam, quam prædicta mulier fecerat theatrũ. vnde sequitur: Et placuit Herodi, vnde &c. Hier. Ego aũt non excuso Herodé ꝙ inuitus & nolens propter iuramentum homicidium fecerit; qui ad hoc fortè iurauit, vt futuræ occisionis machinas præpararet; alioquin si ob iusiurandum fecisse se dicit, si matris, si patris postulasset interitũ, facturus fuerat, an non? tulit, qđ in se ergo repudiaturus fuit contẽnere debuit in propheta. Isid. In malis ergo promissis rescinde fidé. Impia est promissio quæ scelere adimpletur. Illud nõ est obseruandum sacramentũ; quo malũ incautè promittitur. Sequitur: At illa præmonita à matre &c. Hiero. Herodias.n. timens ne Herodes aliqñ resipisceret, vel Philippo fratri amicus fieret; atq; illicitæ nuptiæ repudio soluerentur, monet filiã vt in ipso statim cõuiuio Ioannis caput postulet: digno operi saltationis, dignũ sanguinis præmiũ. Chrys. Duplex est aũt hic puellæ accusatio, & qm̃ saltauit, & qm̃ ita ei placuit, ut occisioné expeteret in mercedem. Vide auté qualiter crudelis, & qualiter mollis est Herodes: seipsum.n. obnoxiũ iuramento facit, illam aũt dñam petitionis cõstituit. quia ergo sciuit ꝙ ex eius petitione malũ eueniebat, tristatus est. vnde sequitur: Et contristatus est rex. Virtus.n. ẽt apud malos admiratione, & laudibus digna est. Hier. Vel aliter: Consuetudinis scripturarũ est, vt opinioné multorum sic narret historicus, qũo eo tp̃e ab hominibus credebatur, sicut Ioseph ab ipsa quoque Maria appellabatur pater Iesu, ita & nunc Herodes dicitur cõtristatus, q̃a hic discumbentes putabant. Dissimulator.n. mentis suæ & artifex homicidij, tristitiã præferebat in facie, cũ lætitiã haberet in menté. Sequitur. Propter iusiurandũ &c. Scelus excusat iuraméto, vt sub occasione pietatis impius fieret. Quod aũt subijcit: Et ꝑꝑ eos qui pariter discumbebant, vult oẽs sceleris sui esse consortes, vt in luxurioso conuiuio cruentæ epulæ deferrentur. Chrys. Si aũt testes habere periurationis formidauit; quanto magis timuisse oportebat tam iniquæ occisionis tãtos testes habere? Rem. Sed in eo minus peccatum, factũ est cã maioris peccati. nã quia libidinosam volũtatem non extinxit, idcirco ad luxuriam usq; peruenit, & quia luxuriam non coercuit, ideo ad reatum homicidij descendit. unde sequitur: Misitq; & decollauit &c. Hier. Legimus in Romana historia Flaminium ducem Romanorũ, ꝙ accubanti iuxta meretriculæ q̃ nunquã uidisse se diceret hoĩem decollatũ, accensus sit, vt reus quidã capitalis criminis in conuiuio truncaretur, à censoribus pulsum curia, ꝙ æpulas sanguini cõmiscuerit, & morté, quamuis noxij hoĩs, in alterius delicias præstiterit, ut libido & homicidium pariter miscerentur: quanto scelerarior Herodes, & Herodias, ac puella quæ saltauit, in precium sanguinis petijt caput prophetæ, vt haberent in potestate linguam, quæ illicitas nuptias arguebat. Sequitur: Et datũ est puellæ &c. Glo. Vt habeat in potestate linguam, quæ illicitas nuptias arguebat. Greg. 3. Mor. Sed nõ sine admiratione grauissima perpẽdo ꝙ ille prophetiæ spiritu intra matris uterum impletus, quo inter natos mulierum nemo maior surrexit, ab iniquis in carcere

se mittit, & ꝓ puellæ saltu capite trūcat, & vir tantæ seueritatis pro risu turpium morit. Nūquid nā credimus aliquid fuisse quod in eius vita illa sic despecta mors tergeret? Sed idcirco Deus suos sic premit in infimis, quia videt quō muneret in sumis. Hinc ergo vnusquisque colligat quid illi sint passuri, quos reprobat, si sic cruciat quos amat. Greg. 29. Mor. Neq; āt Ioānes de cōfessione Christi, sed de iustitiæ veritate requisitus occubuit. Sed qa Christus est veritas, vsq; ad morté pro Christo, quasi pro veritate peruenit. Sequitur: Et acceden. dis. &c. Hie. In quo ipsius Ioannes & Saluatoris discipulos intelligere possum⁹. Rab. Narrat āt Iosephus vinctū Ioānem in castellum Macheronta adductnm, ibique trūcatum. Ecclesiastica verò historia narrat sepultum eum in Sebastia vrbe Palęstinorum, quæ quondam Samaria dicta est. Chry. Intende autem qualiter discipuli Ioannis iam magis familiares facti sūt Iesu: ipsi. n. sunt qui annunciauerunt ei qđ factum est de Ioanne. vnde sequitur Et veni. nun. Iesu &c. Etenim vniuersos dimittentes ad ipsum cōfugiūt, & ita paulatim post calamitatem & respōsionem à Christo datam directi sunt. Hila. Mysticè auté Ioannes prętulit formam legis, quia lex Christum pdicauit, & Ioānes profectus ex lege est, Christū ex lege ꝓnūcians, Herodes verò princeps est populi, & populi princeps subiectæ sibi vniuersitatis nomé causamque complectitur. Ioānes ergo Herodem monebat, ne fratris sui vxorem sibi iungeret. Sunt. n. atq; erant duo populi circuncisionis & gentiū: hi igitur fratres ex eodē sunt humani generis parente, sed Israelé lex admonebat, ne opera gentium & infidelitatem sibi iungeret; quæ ipsis tanquam vinculo coniugalis amoris annexa est. Die autem natalis, idest rerū corporalium gaudijs, Herodiadis filia saltauit: voluptas. n. tāquam ex infidelitate orta, per omnia Israel gaudia totis illecebre suę cursibus offerebatur, cui se ēt sacramēto vęnalé populus addixit. sub peccatis. n. & seculi voluptatib. Israelitę vitę eternæ munera védiderūt. Hęc matris suæ. i. infidelitatis instinctu, orauit deferri sibi caput Ioānis. i. gloriā legis: sed populus boni eius qđ in lege erāt cōscius, voluptatis cōditionib. nō sine periculi sui dolore concedit, scitq; se talé pceptorum gloria non oportuisse cōcedere, sed peccatis tāquā sacramentō coactus & principum adiacentium metu atq; exemplo deprauatus, & victus illecebris voluptatis męstus obtemperat. Igitur inter reliqua dissoluti populi gaudia, in disco Ioānis caput offertur, dāno scilicet legis, voluptas corporum, & secularis luxus augetur. Igitur per puellā ad matrem defertur, ac sic probro. us Israel etiā voluptati & infidelitati suæ gloriam legis adduxit. Finitis igitur legis temporibus & cum Ioāne sepultis, & discipuli eius res gestas domino annunciant, ad euangelia. i. ex lege venientes. Hier. Vel aliter: Nos vsque hodie cernimus, in capite Ioānis prophetæ. Iudęos Christum, q caput prophetarum est, perdidisse. Raba. Sed & lignum & vocem apud eos perdidit propheta. Remig. Vel aliter: Decollatio Ioannis signat minorationem famæ illius qua æstimatur a populo Christus, sicut exaltatio domini in cruce signat profectum fidei. vnde Ioannes dixerat: Illum oportet crescere, me autem minui.

Quòd cum audisset Iesus, secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum. Et cū audissent turbæ, secutę sunt eum pedestres de ciuitatib. Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis, & curauit languidos eorum.

Glo. Saluator audita nece sui Baptistę, secessit in locum desertum. vnde sequit: Quod cū audisset Iesus, secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum. Aug. de con. euan. Hoc aūt cōtinuo post Ioānis passioné Euāgelista factum esse cōmemorat. vnde post hæc facta sunt illa quæ primo narrata, sunt quibus motus. Herodes dixit: Hic est Ioānes. Illa. n. posteriora debet intelligi quæ ad Herodē ptulit fama vt moueretur & hęsitaret. quisnā iste esse posset, de quo audiret talia, cum Ioānem ipse occidisset. Hie. Non aūt secedit in locum desertum, vt quidā arbitrantur timore mortis; sed parcens inimicis suis ne homicidiū homicidio iungerent, vel in diē Paschæ suum interitum differens, in quo propter sacramentum immolandus est agnus, & postea credētium sanguine respergendi

gẽdi. Siue ideo recessit vt nobis præberet exẽplũ temeritatis vltra se tradẽtiũ vitandæ, quia non omnes eadẽ cõstãtia pseuerãt in tormẽtis, qua se torquẽdos offerũt. Ob hãc causam in alio loco pcipit: Cum persecuti uos fuerit ista ciuitate, fugite in aliã. vnde elegãter quoq; Euangelista nõ dicit: Fugit in locũ desertũ, sed secessit, vt persecutores vitauerit magis q̃ timuerit: potest ẽt aliã ob causam audito Ioãnis interitu secessisse in desertũ locũ, vt credentiũ pbaret fidẽ Chry. Vel ideo hoc fecit, quia plura humanius vult dispensare, non dũ tẽpore existẽte denudãdi suam manifestè deitatem: propterquod & discipulis dixit, quòd nulli dicerent, quòd ipse esset Christus. Post resurrectionem autem volebat hoc fieri manifestum. Ideo autẽ quãuis per se nouerit quod factum est, tamen antequam nunctaretur ei, nõ secessit, vt demonstraret per omnia incarnationis veritatem: non enim solo uisu, sed operibus hoc credi volebat. Recedẽs vero nõ abijt in ciuitatem, sed in desertum in nauigio, vt nullus sequeretur. Turbæ autem neq; ita desistunt, sed sequũtur, & neque quod gestũ est de Ioanne eos terruit. vnde sequitur. Et cũ audissent turbæ, &c. Hiero. Secutæ sunt autem eum pedestres, non iumentis, nõ in vehiculis, sed proprio labore pedum, vt ardorẽ mentis ostẽderent. Chry. Et propter hoc statim retributionẽ accepẽrũt. vnde sequitur: Et exiẽs vidit turbã multam, & misertus est eius, & curauit lãguidos eorũ, & si n. multa erat effectio eorum qui ciuitates dimittebãt, & diligẽter eum quærebant, sed tamẽ quæ ab ipso fiebãt, omnis studij super excedũt retributionem. Ideoque causam talis curationis misericordiam ponit. Est ãt magna misericordia q̃ omnes curat, & fidem non expetit. Hil. Mysticè autem Dei verbum lege finita, nauem conscendens Ecclesiam adij, in desertum descendit. Relicta quippe conuersatione Israel, in uacua diuinæ cognitionis pectora transit. Turba autem hoc audiens, dominũ de ciuitate sequitur in desertũ de synagoga videlicet ad Ecclesiam tendens, qua videns misertus est, & omnẽ languorẽ infirmitatemq; curat, obsessas scilicet mẽtes, & corda infidelitatis uitio ad intelligẽtiã nouæ prædicationis emũdat. Raba. Illud quoq; notãdũ q̃ postquã dñs in desertũ uenerit, secutę sunt eũ turbæ multæ. Nã antequã venirent in solitudine gẽtiũ ab vno tãtũ populo colebaẽ. Hiero. Relinquũt ãt ciuitates suas, hoc est pristinas cõuersationes & varietates dogmatum. Egressus ãt Iesus signat q̃ turbæ quidẽ habebant eundi voluntatẽ, sed perueniendi vires non habuerunt, ideo saluator egreditur de loco & obuiam pergit.

Vespere autẽ facto accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes; Desertus est locus, et hora iã pteriit, dimitte turbas ut eũtes in castella, emãt sibi escas. Iesus autem dixit eis? Nõ habẽt necesse ire, date illis uos mãducare. Respõderũt ei. Nõ habemus hic nisi quinque panes, & duo pisces Qui ait eis; Afferte mihi illos huc. Et cũ iussisset turbã discũbere sup fœnũ, acceptis quinq; panibus et duob. piscibus, aspiciens in cœlũ benedixit & fregit, & dedit discipulis panes: discipuli autẽ turbis. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim Cophinos fragmentorũ plenos. Manducantium autem fuit numerus quinque millia uirorum, exceptis mulieribus & paruulis.

Chry. Turbarum fidem ostendi, quòd dominum etiam famem patiẽtes expectabant vsque ad vesperam, & ideo sequitur: Vespere autem facto acces. ad eũ di. eius dicẽ. Desertus est locus. Cibaturus quidẽ eos dominus expectat rogari, quasi vbiq; non insiliens prior ad miracula, sed uocatus Ideo autẽ nullus de turba accedit: venerabantur enim eũ abũdanter, & neque famis sensum accipiebant amore instãtię. Sed neque discipuli accedentes dicunt: Ciba eos, adhuc enim imperfectius erant discipuli dispositi, sed dicũt, Desertus est locus. quod enim videbatur Iudæis in eremo esse miraculum, cum dicerent: Nunquid potest parare mensam in deserto? hoc & per opera ostendit. Propter hoc autem & in desertum eos ducit, vt sine omni suspicione sit hoc miraculũ, & nullus æstimet ex castello aliquo prope existenti inferri aliquid ad mensam. Sed quamuis desertus sit locus, tamen qui nutrit orbem terrarum adest, & si hora iam præterijt, vt dicunt, tamen qui non erat horæ suppositus, loquebatur. Et quamuis

uis preueniés discipulos dñs multos infirmos curauerit, tñ interim ita imperfecti erãt, ꝙ neq; qđ de panibus facturus erat, poterant ęstimare. vñ subdunt; Dimitte turbas &c. Vide ãt magistri sapiétia, non .n. statim dixit eis: Ego cibabo eos; neque enim hoc facilè suscepissent, sed subdit: Iesus ãt dixit eis: Nõ habét necesse ire, da te illis vos mãducare. Hier. In quo ꝓuocat Apostolos ad fractionem panis, vt illis se nõ habere testãtibus magnitudo miraculi notior fieret. Aug. de con. Euã. Potest autem mouere, si dominus secundum narrationem Ioannis prospectis turbis quęsiuit à Philippo vnde illis escæ dari posset, quomodo sit verũ qđ Matthæus hic narrat, prius dixisse domino discipulos, vt dimitteret turbas quo possent aliméta emere de ꝓximis locis? Intelligitur ergo post hæc verba dominũ inspexisse multitudinem, et dixisse Philippo quod Ioãnes cõmemorat, Matthęus auté & alij prętermiserunt, & omnino in talibus quæstionibus neminem moueri oportet, cùm ab aliquo euangelistarum, dicitur quod ab alio prętermittitur. Chry. Discipuli verò neque p pręmissa verba directi sunt, sed adhuc vt homini loquũtu. unde sequit: Respóderũt ei; Nõ habem⁹ hic &c. Addisci mus aũt in hoc discipulorum sapiẽtiã qualiter contempserunt escam. duodecim enim existentes, quinque panes habebant, & duos pisces; cõtemptibilia enim illis erant corporalia, & à spiritalibus possidebantur. Quia igitur discipuli adhuc ad terrã trahebantur, iã dominus inducere incipit, quæ ab ipso erant. unde sequitur; Qui ait eis, afferte illos mihi huc. Propter qđ autem non facit panes ex nihilo, quib. turbã pascat? ut scilicet obstruat Marchionis & Manichæios, qui creaturas alienant à Deo; & p opera doceat, quoniã omnia q̃ uidentur, eius opera & creationes sunt; et ut ostẽdat, quoniã ipse est q fructus tradidit. qui dixit à principio; Terra germinet herbam uirentem. neque enim hoc minus illo est. Nõ enim minus est de quinque panib⁹ facere tãtos, & de piscibus similiter, quàm de terra educere fructũ: & ab aquis reptilia & alia animata quod demonstrat eũ esse dñs terræ & maris. Oportet autem erudire discipulorum exéplo, quoniã et si pauca habuerimus, oportet ea retribuere indigentibus. Iussi nãque discipuli afferre quinq; panes, non dicunt unde mitigabimus famẽ nostrã? sed obediũt confestim. unde sequit; Et cũ iussisset tur. discũ. sup fœ &c. Quare ãt aspexit in cœlũ & benedixit? Oportebat nãque credi de eo, quoniã à patre est, & quoniam ei æqualis est. Aequalitaté demõstrabat, cum potestate oĩa faceret. A patre ãt se esse mõstrabat, p hoc ꝙ ad ipsum oĩa referẽs faciebat, inuocãs eũ ad ea q̃ fiebant; et ideo ut utrunque ostẽdat, nũc quidé potestate, nũc auté orans miracula facit. Deinde cõsiderandũ ꝙ in minoribus quidé respicit in cęlũ, in maioribus ãt potestate omnia facit. Quãdo enim peccata dimisit, mortuos suscitauit, mare refrenauit, occulta cordium redarguit, occulos condidit cœci nati, q̃ solius Dei sunt, nequaquam uidetur orans. Quando autem panes multiplicari fecit, quod his omnibus minus est, tunc respexit in cœlũ; ut discas quoniã & in minoribus non aliunde uirtutem habet, q̃ à patre. Simul aũt erudit nos non prius tangere mensam, donec gratias egerimus ei q cibum dat nobis. Propter hoc ét & in cœlum respicit. aliorum .n. signorum multorũ exempla habebant discipuli, huius nullum. Hie. Frangente autem domino seminarium fit ciborum; si enim fuissent integri, & non in frusta discerpti, & nõ diuisi in multiplicem segetem, tantam multitudinem alere non poterant. Turbæ autem a domino per Apostolos alimenta suscipiunt. uñ sequit: Et dedit discipulis &c. Chry. In quo quidé non solum eos honorauit, sed uoluit ut hoc miraculo facto nõ increduli fiant, neque obliuiscantur eius cum præterierit, manibus ipsis testãtibus. Ideoq; turbas dimittit prius famis sensum accipere, & discipulos accedere & interrogare, & ab ipsis accepit panes, ut multa essent testimonia eius quod fiebat, & multas rememorationes haberét miraculi: Ex hoc aũt ꝙ nihil amplius quàm panes et pisces eis dedit, & ex hoc ꝙ omibus communiter ea apposuit; humilitaté, parsimoniam, & charitaté, qua omnia ęstimarent cõmunia, eos erudiuit, quod & à loco de

ciuit,

fuit, cũ super fœnũ eos discumbere fecit. nõ.n.nutrire solũ corpora volebat, sed & aĩam erudire. Panes ãt & pisces in discipulorum manib. augebantur. Vnde sequitur: Et mãducauerũt oẽs &c. Sed neq; vsq; ad hoc stetit miraculũ: sed & supabũdare fecit nõ panes integros, sed fragmẽta: vt ostẽdat qm̃ illis panes, neque quantũ reliquiæ erant, & ut absentes discant, quod factũ est, & ne ullus qđ factum est æstimet esse phantasiam. vnde sequitur: Et tulerunt reliquias duodecim cophinos plenos fragmentorũ. Hier. Vnusquisq;.n. Apostolorum de reliquiis Saluatoris implet cophinum suũ, vt ex reliquis doceat veros fuisse panes, qui multiplicati sunt. Chry. Propter hoc.n. & duodecim cophinos superabundare fecit, vt & Iudas suum cophinũ portaret. Accipiens aũt fragmenta dedit discipulis & nõ turbis, q̃ adhuc imperfectius dispositæ erãt, quàm discipuli. Iuxta numerũ quinq; panum, & comedentium virorũ quinq; milium multitudo est. vnde sequitur: Manducantium autem &c. Chrys. Hoc.n. erat plebis maxima laus, qm̃ mulieres & viri astabant, qñ hæ reliquiæ factæ sunt. Hil. Nõ aũt quinq; panes multiplicantur in plures, sed fragmentis fragmenta succedunt. Crescit deinde materies; nescio vtrũ in mensuram loco, aut in sumentiũ manibus. Raba. Hoc aũt miraculum scripturus Ioannes p̃misit, q̃a proximum esset Pascha. Matthæus verò & Marcus hoc interfecto Ioanne cõtinuo factũ esse cõmemorant: vnde colligitur imminẽte paschali festiuitate fuisse decollatum, & anno post sequente cum pascha le tẽpus rediret, mysteriũ dñicę passionis esse completum. Hieron. Omnia aut hæc plena mysteriis sunt: hoc.n. facit dñs non mane, non meridie, sed vespere, quando sol iustitiæ occubuit. Remig. Per vesperã enim mors domini designatur, q̃a postq̃ ille verus Sol in ara crucis occubuit, fame lęsos satiauit. Vel per vesperũ vltima ætas seculi designatur, in qua filius Dei veniens, turbas in se credentium refecit. Raba. Quia autem discipuli rogant dominũ vt dimittat turbas vt emant sibi cibos per castella, signat fastidiorum Iudæorum cõtra turbas Gentium quos iudicabant magis aptos, vt quærerent sibi cibum in conuenticulis pharisæorum, quàm diuinorũ librorum uterentur pastu. Hil. Sed dominus respondit. Non habent necesse ire; ostendens eos q̃bus medetur vænalis doctrinæ cibo non egere, neque necessitatẽ habere regredi ad Iudæam cibosq; mercari; iubetq; Apostolis vt escam darent. Nunquid autem ignorabat nõ esse quod dari posset? sed erat omnis typica rõ explicãda. nõdum.n. cõcessum Apostolis erat ad uitæ ęternæ cibum cœlestem panem perficere ac ministrare; quorum respõsio ad spiritualis intelligentiæ ordinem tendit, quia adhuc sub quinq; panibus, idest quinque libris legis continebantur, & piscium duorum, idest prophetarum & Ioãnis prædicationibus alebantur. Rab. Vel per duos pisces, & prophetias & psalmos habemus: totum n. vetus testamentum in his tribus completur; lege, prophetis, & psalmis. Hil. Hæc igitur primum, quia in his adhuc erat, Apostoli obtulerũt: sed ex his Euangeliorum prædicatio in maiorẽ suæ virtutis abundantiã crescit. Accumbere post hoc supra fœnum populus iubetur, nõ iam in terra iacens, sed lege suffultus, & tanquam terra fœno fructibus operis sui vnusquisque substernitur. Hie. Vel discumbere iubentur super fœnum, & secundum alium Euangelistã per quinquagenos & cẽtenos, vt postquã calcauerint carnem suam, & seculi voluptates quasi arens fœnũ sibi subiecerint, tunc p quinquagenarij numeri pręsentiam ad perfectum centesimi numeri culmen ascẽdãt. Aspicit autem ad cęlum, vt illuc dirigendos oculos doceat. Frangitur autem lex cum prophetis, & in medio proferuntur mysteria, vt quod integrum non alebat, diuisum per partes alat gentiũ multitudinem. Hil. Dantur autem Apostolis panes, quia per eos erant diuinæ gratię dona reddenda. Idẽ autem edentium numerus inuenitur, qui futurus fuerat crediturorũ. nam sicut in libro Actuum cõtinetur, ex Israel populi infinitate, virorum quinq; milia crediderunt. Hiero. Comederunt autem quinque milia virorum, qui in pfectum virum creuerant: mulieres autem & paruuli, sexus fragilis, & ętas minor,

numero indigni sunt. Vnde & in numerorũ libro, serui, mulieres, & paruuli, & vulgus ignobile absq; numero ꝑtermittitur. Rab. Turbis aũt esuriẽtib. nõ noua creat cibaria, sed acceptis eis q̃ habebant discipuli benedixit: q̃a veniẽs in carne nõ alia q̃ q̃ prædicta sunt ꝑdicabat, sed legis & ꝓphetarũ scripta mysteriis grauida esse demõstrat. Quod aũt superest turbis, à discipulis tollitur quia sacratiora mysteria q̃ à rudibus capi nequeunt, non sunt negligenter habenda, sed à duodecim Apostolis, q ꝑ duodecim cophinos signantur, & & ab eorũ successoribus diligenter inquirenda. Cophinis.n. seruilia opera agũtur; & Deus infirma mundi elegit, vt confundat fortia. Quinq; aũt milia pro quinque sensibus corporis hi sunt, qui in seculari habitu exterioribus rectè vti nouerunt.

*Et statim compullit discipulos ascendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans super mare. Et uidentes eum super mare ambulantem, turbati sunt dicentes, quia phantasma est. Et præ timore clamauerunt. Statimq; Iesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus dixit illi; Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait; Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquas ut veniret ad Iesum. Videns uero uentum validum, * venientem timuit. Et cum cœpisset mergi clamauit, dicens. Domine, saluũ me fac. Et continuò Iesus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi Modicæ fidei, quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit uentus. Qui autem in nauicula erant venerunt, & adorauerunt eum, dicentes. Verè filius Dei es.*

*venientem.

Chry. Diligentem examinationẽ eorum q̃ facta erãt tradere uolens, eos q prẹmissum signum viderant, iussit à separari; q̃a & si præsens uisus fuisset, phantasticè & non in ueritate fecisse miraculũ diceretur; nõ tñ ut absens. Et ideo dr; Et statim cõpulit Iesus disci. &c. Hier Quo sermone ostẽditur inuitos eos à dño accessisse, dũ amore ꝓceptoris ne ad punctum quidem temporis ab eo volunt separari. Chry. Considerandũ aũt ꝙ cum dñs magna operatur, dimittit turbas, docens nos nusquã gloriam multitudinis prosequi, neq; attrahere multitudinẽ. Et iterũ docet nõ debere turbis nos cõmiscere continuè, neq; fugere multitudinem semper, sed alterutrum uicissi facere. vnde sequitur: Et dimissa turba &c. In quo nos docet, quia solitudo bona est, cum nos Deũ interpellare oporteat: propter hoc etiam ad desertum vadit, & ibi pernoctat, dum orat, erudiens nos in oratione tranquillitatem q̃rere, & à tpe, & à loco. Hie. Quia aũt ascendit solus orare, non ad eum referas quidẽ, qui quinq; panibus q̃nque milia hominũ satiauit, sed ad eũ qui audita morte Ioannis secessit in solitudinẽ: non quo ꝑsonã dñi separemus, sed quo opera eius inter Deum hominemq; diuisa sunt. Aug. de con euan. Potest aũt hoc videri cõtrarium, ꝙ Matthæus dimissis turbis eũ dicit ascẽdere in mõtem, ut illic solus oraret. Ioãnes aũt in mone fuisse, cũ easdẽ turbas pauit. Sed cũ & ipse Ioannes dicat post illud miraculũ fugisse eũ in montem ne à turbis teneretur, q̃ eum uolebant facere regẽ; vtiq; manifestum est ꝙ de mõte in planiora descẽderat, qñ illi panes ministrati sunt; nec illud repugnat ꝙ Matth. dixit; Ascendit in montẽ solus orare. Ioãnes aũt, Cúm cognouisset, inquit, ꝙ uẽturi essent ut facerent eũ regẽ, fugit iterum in montẽ ipse solus. neq; enim causa orãdi, cõtraria est causæ fugiendi; quandoquidẽ & hinc dñs docet hãc esse nobis magnã causam orandi, qñ est causa fugiendi. Nec illud cõtrariũ est, ꝙ Matthæus prius dixit eũ iussisse ascẽdere discipulos in nauiculã, ac deinde dimissis turbis ascẽdisse in montẽ solus orare. Ioannes verò prius eum fugisse commemorat solum in montem, ac deinde. Vt autem sero factum est, inquit, descenderũt discipuli eius ad mare, & cum ascẽdis. nauim, &c. Quis enim non videat hoc recapitulãdo Ioannẽ postea dixisse factũ à discipulis, quod iã Iesus iusserat antequam fugisset in montẽ? Hie. Rectè autem quasi inuiti & retractantes Apostoli à domino recesserant, ne illo

absen-

absente naufragia sustinerent. Seq tur.n. Vespere āt facto &c. Chry. Rursus autem discipuli tempestatem sustinent sicut & prius; sed tunc quidē habentes eum in nauigio hoc passi sunt, nunc aūt soli existētes. Paulatim.n. ad maiora eos ducit, & ad ferendum oīa viriliter instruit. Hiero. Dño quidem in montis cacumine cōmorante, statim vētus cōtrarius oritur & turbat mare, & periclitantur Apostoli; & tā diu imminens naufragiū perseuerat, quādiu Iesus veniat. Chry. Tota āt nocte dimittit eos fluctuari; erigens eorū cor post timorem, in maius sui desideriū imittens eos, & in memoriam continuam propter hoc non confestim eis astitit. vnde sequit; Quarta āt vigilia noctis &c. Chry. Stationes.n. & vigiliæ militares in trina horarū spatia diuiduntur. Qñ ergo dicit; Quarta vigilia noctis venisse ad eos dominū, ostēdit tota nocte periclitatos. Chry. Erudiēs eos non cito solutionem inquirere aduenientiū malorum, sed ferre ea quæ cōtingunt viriliter. Quando āt putauerūt erui, tunc intensus est timor. vnde sequitur; Et videtes eum &c. Semper.n. hoc dominus facit, cum soluturus sit mala aliqua, difficilia & terribilia inducit. Quia enim non est, longo tempore tentari cum finiendi sunt agones iustorum, volens amplius eos lucrari, auget eorū certamina; quod & in Abraham fecit, vltimum certamen tentationum filij ponēs. Hier. Confusus autem clamor, & incerta vox, magni clamoris iudicium est. Si autem iuxta Marchionē & manichæum dominus noster nō est natus ex virgine, sed visus in phantasmate, qūo nunc Apostoli timent ne phantasmata videant? Chry. Christus ergo nō prius se reuelauit discipulis donec clamauerāt; quātò enim magis intendebatur, timor, tantò magis lætati sunt in eius præsentia. vnde sequitur; Statimq; Iesus locutus est eis, dicens; habete fiduciā, ego sum nolite timere. hoc autem verbum & timorem soluit, & fiduciam præparauit. Hie. Quia autem dicit; Ego sum nec subiungit, quis sit; vel ex uoce sibi nota poterant intelligere eum, qui per obscuræ noctis tenebras loquebatur; vel ipsum esse scire poterāt, quem locutum ad Moysen nouerāt; Hæc dices filijs Israel, qui est, misit me ad vos. In omnibus āt locis ardentissimæ fidei inuenitur Petrus. Eodem igitur fidei ardore quo semper nunc quocunq; tacentibus cæteris credit se posse facere per voluntatem magistri, quod non poterat per naturam; vnde sequitur; Respon. autē Pe. di. Dñe &c. Tu præcipe & ilico solidabūtur vndæ; & leue fiet corpus, quod per se graue est. Aug. de ver. do. Nō.n. possum hoc in me, sed in te, Agnouit Petrus quid sibi esset a se, quid ab illo, cuius voluntate se credidit posse, quod nulla humana infirmitas posset. Chrys. Vide autem quantus est feruor, quanta fides non dixit; Ora, & deprecare; sed iube. Non.n. solum credidit qm̄ potest Christus ambulare sup mare, sed qm̄ potest & alios inducere; & concupiscit velociter ad eum ire. Hoc enim tam magnū quæsiuit pp amorem solum, non pp ostentationem. Non enim dixit; Iube me ire super aquas, sed iube, me venire ad te. Patet autem ꝙ cum in miraculo suprà posito ostenderit ꝙ dominaē mari, nūc ad mi abilius signum eos inducit! unde sequitur; At ille ait; Veni. Et descendens Petrus, quasi molle & aereum incesserit. Responde aut quomodo ambulauerit Petrus quem utique verum hominem non negabunt. Raban. Denique Theodorus scripsit corporale pondus nō habuisse dominum secūdum carnem, sed absq; pondere super mare ambulasse; sed cōtrarium fides catholica prædicat. Nam Dionysius dicit, ꝙ non infusis pedibus corporale pondus habētibus & materiale onus deambulabat super undam. Hiero. Petrus autem quod maius est superas scilicet vndas maris, à minori turbatur, scilicet à vēti impulsu. vnde sequitur: Videns autem &c. Talis ē enim natura humana, vt multotiens in magnis rectè se habens, in minoribus reprehendatur. Hic autem quòd Petrus timuit, differentiam demōstrabat magistri, & discipuli, sed alios discipulos mitigabat. Si enim in duobus fratrib. sessuris ad dexterā molestati sunt multo magis hic molestati fuissent, nondum enim erāt spiritu pleni; postea uerò spirituales effecti vbique Petro primatū concedunt, & in concionibus eum præmittunt. Hier.

Paululum etiam relinquitur tẽtationi, vt augeatur fides, & intelligat se nõ facultate postulationis, sed potentia domini conseruatũ. Ardebat.n.in animo eius fides, sed humana fragilitas in profundum trahebat. Augu.de ver.do. Præsumpsit ergo Petrus de dño; titubauit ut homo, sed rediuit ad dominũ, vnde sequitur. Et cũ cępisset, &c. Nũquid ãt dominus desereret titubantem, quem audierat inuocantem? unde seqtur. Et cõtinuo &c. Chrys. Ideo ãt nõ iniunxit ventis quiescere, sed extendens manum apprehendit eum, qm̃ illius fide opus erat. Cum.n. quæ a nobis sunt defecerint, tũ ea quæ a Deo sunt stant. Vt igitur monstraret, quia non venti immissio, sed illius modica credulitas periculũ operabatur, subditur; Et ait illi. Modi.fi. qua.du. In quo manifestat, quia neq; ventus nocere potuisset, si fides firma fuisset. Sicut ãt pullum ante tẽpus ex nido exeuntem & casurum mater alis portãs, rursus ad nidum reducit; ita & Christus fecit. vnde sequitur; Et cum ascen.in na.&c. Verè filius Dei es. Raba. Qđ quidem de nautis intelligendũ est, siue de Apostolis. Chry. Vide ãt qualiter paulatim ad id quod est excelsius vniuersos ducebat? Supra.n. increpauit mare, nunc autem magis virtutem suam demõstrat super mare ambulãdo, & alij hoc idem facere iubendo, & periclitatem saluando. ideoq; dicebãt ei; Verè filius Dei es, quod suprà non dixerant. Hiero. Si ergo ad vnum signum tranquillitate maris reddita (quę post nimias procellas interdũ & casu fieri solet) nautæ atque rectores verè filium Dei confitentur, cur Arrius ipsum in ecclesia pręArrius dicat creaturã? Aug.de ver.do. Mysticè taxatur. autem mons altitudo est. Quid autem altius cœlo in hoc mundo? Quis verò in cęlum ascendit nouit fides nostra. Cur autẽ solus ascendit in cęlum? quia nemo ascendit in cęlum, nisi qui de cœlo descendit; quamuis & cum in fine venerit, & nos in cęlum leuauerit, ẽt tunc solus ascendet; quia caput cũ corpore suo vnus est Christus, nunc aũt solum caput ascendit. Ascẽdit autem orare, quia ascendit ad patrem pro nobis interpellare. Hil. Vel q̃ vespere solus est, solitudinem suam in tempore passionis ostendit, cęteris trepidatione dilapsis. Hier. Ascendit ẽt in mõtem solus, quia turba ad sublimia sequi non potest, nisi docuerit eam iuxta mare in littore. Aug. de ver. do. Veruntamen dum Christus orat in excelso, nauicula turbat magnis fluctibus in profundo: & quia insurgunt fluctus põt ista nauicula turbari: sed quia Christus orat, non potest mergi. Nauiculam quippe istam ecclesiam cogitate turbulẽtũ mare, hoc seculum. Hil. Quòd autem nauẽ conscendere discipulos iubet & ire transfretum, dum turbas ipse dimittit, & dimissis turbis ascendit in mõtem orare: esse intra ecclesiam iubet, & periculum fieri vsq; in id tempus quo reuertens in claritatis aduẽtu populo omni, qui ex Israel erit reliquus salutem reddat, eiusq; peccata dimittat, dimissoq; eo vel in cęleste regnũ potius admisso, agens Deo patri gratias in gloria ei⁹ & maiestate cõsistat. Sed inter hęc discipuli vento ac mari deferuntur, & totius seculi motib. immundo spiritu aduersante iactãtur. Aug. de. ver. do. Quando enim aliquis impiæ volũtatis maximæ potestatis persecutionẽ indicit ecclesię, super nauiculã Christi grãdis vnda consurgit. Raba. Vnde bene dicitur quia nauis erat in medio mari, & ipse solus in terra: quia nonnunquam ecclesia tantis pressuris est afflicta, vt ea dominus deseruisse uideretur ad tẽpus. Augu.de ver.do. Venit ãt dominus ad visitãdos discipulos suos qui turbantur in mari, quarta vigilia noctis, idest extrema parte noctis. Vigilia.n. vna tres horas hẽt, ac per hoc nox quatuor vigilias hẽt. Hil. Prima igitur uigilia fuit legis, secunda prophetarũ, tertia corporalis aduentus, quarta in reditu claritatis. Augu. de ver. do. Quarta igitur vigilia noctis hic est penè iã nocte finita, veniet in fine seculi iniquitatis nocte trãsacta ad iudicandũ uiuos & mortuos: venit ãt mirabiliter. Surgebant enim fluctus, sed calcabantur: quantumlibet enim potestates seculi consurgãt, premit earum caput, nostrum caput. Hil. Veniens ãt Christus in fine inueniet ecclesiã fessam, & Antichristi spiritu & totius seculi motibus inueniet circumactam. Et quia de Antichristi consuetudine ad oẽm

tenta-

tentationum nouitatem soliciti erunt, ēt ad dñi aduentū expauescent falsas rerum imagines metuētes. Sed bonus dñs timorē depellet, dicēs; Ego sum, & aduētus sui fide metum naufragij imminentis repellet. Aug. de quæst. euan. Vel ꝙ dixerunt discipuli phātasma esse, signat, quia quidē, qui cesserit diabolo, de Christi aduentu dubitabūt. Quia ēt Petrus implorat auxilium à dño ne mergatur, signat quibusdā tribulationib. ēt post vltimā persecutionē purgatum in ecclesia, qđ & Paulus signat, dicens: Saluus erit, sic tñ quasi ꝑ ignem. Hil. Vel, ꝙ Petrus ex omni cōsistentiū in naui numero respondere audet, & iuberi sibi vt supra aquas ad dñm veniat precatur, passionis tēpore volūtatis suę designat affectū, dum vestigijs domini inhærens ad contemnendam mortem conatus est. Sed infirmitatem futurę tentationis timiditas eius ostendit. Per metum.n. mortis vsque ad negandi necessitatem coactus est. Clamor autem eius pœnitentiæ suæ gemitus est. Rab. Respexit dominus, & ad pœnitētiam conuertit: manum extendit, & indulgentiam tribuit, & sic discipulus salutem inuenit. quia non est volentis neq; currentis, sed miserētis Dei. Hil. Quia autem trepidante Petro virtutem perueniendi ad se dñs non inducit: sed manu apprehēsum sustinuit, hęc est ratio: solus.n. passurus ꝓ omnibus omnium peccata soluebat, nec socium admittit quicquid vniuersitati præstatur ab vno. Aug. de ver. do. In vno etiā Apostolo, idest Petro in ordine Apostolorum primo & præcipuo, in quo figurabatur ecclesia, vtrunq; genus significādū fuit. infirmi in hoc ꝙ suꝑ aquas ambulauit, & infirmi i hoc ꝙ dubitauit. Nā & vnicuiq; sua cupiditas tempestas est. Amas Deum? ambulas supra mare, sub pedibus tuis est seculi timor. Amas seculum? absorbet te. Sed cū fluctuat cupiditas cor tuū, vt vincas cupiditatem, inuoca Christi diuininatem Rab. Aderit autem dñs si sopitis tētationum periculis protectionis suę fiduciam retribuat, & hoc diluculo appropinquante. Cum.n. humana fragilitas pressuris obsita suarū virium paruitatem considerat, erga se tenebras cernit. Cum autem mentem ad supernum præsidiū erexerit, repēte exortū luciferi cōspicit, qui totā vigiliā matutinā illuminat. Nec mirā dū si ascēdēte in nauiculā dño, ventus cessauit. In quocunq;.n. corde dñs ꝑ gratiam adest, mox vniuersa bella quiescunt. Hil. Ascensu ēt Christi in naui ventū & mare esse sedatū post claritatis suæ reditū æterna ecclesię pax & tranquillitas indicatur. & quia tūc manifestius adueniet, rectè admirātes vniuersi locuti sūt: Verè filius Dei es. Cōfessio.n vniuersorū tūc absoluta & publica erit: Dei filium nō iam in humilitate corporea, sed in gloria cœlesti pacem ecclesię reddidisse. Aug. de quæst. euang. Signatur enim claritatem eius tunc manifestam futuram, per speciem iam videntibus, qui per fidem nunc ambulant.

Et cū transfretaßet, uenerunt in terram Genezareth. Et cum cognouißēt eum uiri loci illiꝰ: miserunt in uniuersam regionē illa, & obtulerunt ei omnes male habentes, & rogabant eū ut uel fimbriā uestimenti eius tangerent. Et quicūque tetigerunt, salui facti sunt.

Remi. Narrauerat superius Euangelista dominum iussisse discipulos suos ascēdere in nauiculam, & præcedere eum trās fretum, nunc incœpta intentione perseuerans dicit quo in transfretando peruenerint, dicens: Et cum &c. Rab. Terra Genezar, iuxta stagnum Genezareth à loci ipsius natura nomen trahens, qua crispantibus aquis de seipsos sibi excicare aurā perhibetur: gręco.n. vocabulo quasi generās sibi aurum dicitur. Chry. Monstrat autē Euāgelista ꝙ post multum tempus ad partes illas Christꝰ venerat. Et ideo sequitur; Et cum cognouisset &c. Hie. Cognouerūt autem eū rumore, non facie, uel certè ꝓ signorū magnitudine, quæ perpetrebat in populis, vult plurimis notus erat. Et vide quanta fides sit hominum terræ Genezareth: vt non præsentium tantum salute cōtenti sint, sed mittunt ad alias per circuitum ciuitates. Chry. Neq;.n. similiter ut prius ad domos trahebant, & tactū manus inquirebant, sed cum maiori fide eū alliciebāt. vnde sequit. Et obtulerunt &c. Mulier enim quæ fluxum sanguinis patiebatur, vniuersos hāc sapientiam edocuit, vt scilicet tangendo fimbriam vestimenti Christi saluaretur. Patet etiam quòd

tempus quo Christus absens fuit, non solum fidem eorũ dissoluit, sed & maiorẽ reddidit, cuius virtute oẽs saluati sunt. & ideo sequitur: Et quicunque tetigerunt; salui facti sunt. Hiero. Si autem sciremus, q̃d in nostra lingua resonat Genezareth intelligeremus quomodo Iesus per typũ Apostolorum & nauis ecclesiam de persecutionis naufragio liberatam transducat ad litus, & in trãquillissimo portu faciat requiescere. Raban. Genezar enim interpretatur ortus principium: tunc autẽ plena nobis tribuetur tranquillitas; quando paradisi per Christũ nobis restituetur hæreditas, ac primæ stolę iucunditas. Hilar. Vel aliter: Finitis legis temporibus, & ex Israel quinq; millibus uirorum intra ecclesiam collocatis, iam credentium populus occurrit, iam ipse ex lege per fidẽ saluus, reliquos ex suis infirmos ægrotosq; offerunt domino, oblatique fimbrias uestimentorum, contingere optabant salui per fidem futuri, sed vt ex veste tota fimbriæ, ita ex domino nostro Iesu Christo. sancti Spiritus gratia uirtus exiit, quæ Apostolis data, ipsis quoq; tanquam ex eodem corpore exeuntibus salutem his qui contingere cupiunt, subministrant. Hier. Vel fimbriam uestimenti eius, nimium mandatum intellige, quod qui transgressus fuerit, minimus uocabit in regno cęlorum, vel assumptionẽ corporis, per quã venimus ad uerbum Dei. Chrys. Nos autem non solum fimbriam aut vestimentũ Christi habemus, sed ẽt corpus eius, vt comedamus. Si ergo qui fimbriã vestimenti eius tetigerunt, tantã acceperunt virtutẽ, multo magis qui totũ ipsum sument.

CAPVT XV.

TVnc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cùm panem manducant. Ipse autem respondens, ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit, honora patrem & matrem. Et qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, quicunque dixerit patri vel matri, munus quodcunque est ex me, tibi proderit. Et non honorificabit patrem suum aut matrem suam, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.

Raba. Homines Genezareth & minus docti credunt, sed qui sapiẽtes vñr ad pugnam veniunt: iuxta illud, Abscondisti à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. vnde dr: Tũc accesserũt, &c. Aug. de con. euan. Ita autem cõserit Euãgelista narrationis suæ ordinẽ, dicẽs: Tũc accesserunt, vt quantum ipse transitus indicat, rerũ ẽt cõsequentiam ordo seruet. Chrys. Propter hoc autem Euãgelista hic tempus designat, ut ostẽdat ineffabilem illorũ nequitiam nulli cedentem: tunc.n. venerunt, qñ plurima signa operatus est, qñ infirmos ex tactu fimbriæ curauerat. Quòd aũt ab Hierosolymis venisse dñr scribæ & pharisæi, sciẽdum est, q͞ per omnes tribus erãt disseminati: sed qui in Metropoli habitabant, peiores aliis erant, velut ampliori fruẽtes honore, & maiorem superbiam possidentes. Remi. Duabus autem de causis reprehenduntur; & quia ab Hierosolymis uenerãt, idest à loco sancto descenderant; & quia seniores populi, & legis doctores erant, & nõ ad discendum, sed ad reprehendendum dominum venerant. Subditur enim: Dicentes, quare discipuli &c. Hier. Mira pharisæorum, scribarumque stultitia. Dei filium arguunt, quare traditiones hoĩum & præcepta non seruet. Chrys. Vide autem qualiter & à sua interrogatione capiuntur. Nõ.n. dicunt: Quare trãsgrediuntur lege Moysi: sed traditionẽ seniorum. vnde manifestum est, quòd multa noua inducebãt sacerdotes. quanuis Moyses dixerit, Nõ adiicietis ad verbum, quod ego propono vobis hodie, & non auferetis ab eo. & quando oportebat eos ab obseruationibus liberari, tunc amplioribus obseruationib. se alligabãt, timentes ne aliquis eorum principatum auferret, terribiliores esse volentes, quia & ipsi essent legislatores. Remig. Quæ autem fuerint traditiones, manifestat Marcus cum ait: Pharisæi & omnes Iudęi nisi crebro lauent manus suas, nõ manducãt

Supersti tiosacer dotum.

panem

panem; unde & hic discipulos reprehendunt, dicentes: Non enim lauāt &c. Beda super Mat. Verba enim prophetarum carnaliter accipientes quod dictum erat: Lauamini, & mundi estote; de corpore solū lauando seruabant, et ideo statuerāt non nisi lotis manibus manducandū esse. Hiero. Manus autem, idest opera non corporis, sed animæ lauandæ sunt, vt fiat in illis verbum Dei. Chry. Ideo autem discipuli non lotis manibus manducabant, quia iā superflua despiciebant, ea solum quę sunt necessaria attendentes; & neque non lauari pro lege habentes, sed vt contingebat alterutrū faciētes. Qui enim et ipsum necessarium cibū cōtemnebant, qualiter circa hoc studium haberēt? Remi. Vel reprehendebāt pharisæi discipulos domini non de ista lauatione quæ cōsuetudo more cōgruis, & necessarijs tēporibus agitur, sed de illa superflua, quæ de superstitiosa traditione seniorum fuerat reperta. Chrys. Christus autē non excusauit, sed cōfestim reaccusauit; demonstrans quoniā eū qui magna peccat, ꝑ paruis peccatis aliorū sollicitū esse nō oportet. vn̄ sequitur; Ipse āt respōdens ait illis: Quare & vos &c. Non āt dicit ꝙ bene faciūt trāsgrediētes, vt nō det eis occasionē calumniæ. neq; tamē vituperat qđ ab Apostolis factū est; ne approbet eorū traditiones rursus accusat seniores, ne tāquam iniuriatorē eū repulissent; sed increpat eos q aduenerāt, tangēs etiā seniores q talē traditionē statuerant, dicens. Hier. Cum vos propter traditionē hominū præcepta Dei negligatis, quare discipulos meos arguendos creditis, ꝙ seniorum iussa paruipendant, ut Dei præcepta custodiant? nam Deus dixit; honora patrem & matrē. Honor in scripturis nō tantū in salutationibus & officijs deferēdis, quātum in eleemosynis ac munerum oblatione sentit. Honora, inquit Apostolus; uiduas, q̄ uere uiduæ sunt; hic enim honor donum intelligitur. Præceperat ergo dominus, uel imbecillitates, uel ętates uel penurias parentū cōmemorās, ut filij honorarent etiā in uitæ necessarijs ministrandis parentes suos. Chry. Voluit autē monstrare ꝙ parentes essent ualde honorandi, per hoc quod adiunxit & præmiū

Honor quid in scriptura.

& pœnam. sed dominus hic prēmiū prætermittens quod honorātibus repromittitur, scilicet esse longæuum super terrā ponit quod terribilius est, scilicet pœnā: ut & ipsos stupefaceret, & alios attraheret. un̄ addit: Et qui maledixerit patri uel matri, morte moriaī. In quo demonstrat eos mortes dignos esse. Si enim qui uerbo dehonorat parētem, morte punitur, multo magis uos qui opere, & nō solū dehonoratis parētes, sed & alios hoc docetis. Qui igitur neq; uiuere debetis, qualiter meos discipulos incusatis? Quomodo autē Dei mandatum transgrediantur, manifestat cum subdit. Vos autem dicitis, quicūque dixerit &c. Hiero. Præmissam enim prouidentissimam Dei legem uolētes scribæ pharisæique subuertere, ut impietatē sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios, ut si qui ea quæ parentibus offerenda sunt, Deo uoluerit soluere, qui uerus est pater, oblatio domini præponatur parētū muneribus. Glo. Vt sit sensus. Quod ego offero Deo, & mihi & tibi proderit; & ideo non debes sumere, scilicet res meas in tuos usus, sed pati ut Deo offeram. Hiero. Vel certē ipsi parentes qui Deo consecrata cernebant, ne sacrilegij crimine incurrent, declinantes egestate cōficiebantur, atque ita fiebat ut oblatio liberorum, sub occasione templi & Dei, lucra cederent sacerdotū. Glo. Vt sit sensus. Quicunque, idest q̄squis uestrū ò iuuenes, Dixerit, idest dicere poterit, uel dicet patri uel matri. O pater munus qđ est Deo ex me iā deuotū proderit tibi, ad mirādo: quasi diceret, non debes sumere, ne sis reus sacrilegij. Vel potest legi ꝑ defectū, hoc modo. Quicunq; dixerit patri &c. subaudi faciet Dei mādatū, uel complebit legem, uel erit dignus uita æterna. Hie. Potest āt & hūc breuiter habere sensum: Cōpellitis inquit filios, ut dicāt parētibus suis, Quodcūq; donū oblaturus erā Deo, in tuos cōsumo cibos, tibiq; ꝓdest ò pater & mater, quasi diceret, nō. Gl. Et sic ꝑ istas persuasiones auaritiæ uestræ, ille iuuenis non honorificabit patrē et matrem unde sequitur. Et honorificabit patrē & matrem: quasi diceret. Vos filijs ista pessima suasistis, & propter hoc filius postea

Sensus uerborum.

stea patré & matré non honorificabit; & ita mandatum Dei de sustentandis parentibus fecistis irritum propter traditionem vestram. s. auaritiæ vestræ seruientes Augu. contra aduersarium legis & prophetarum. Euidenter ét hic Christus ostédit & illã esse Dei legem, quam hæreticus blasphemat: & Iudæos habere suas traditiones a libris ꝓpheticis & legitimis alienas, quas Apostolus appellat prophanas fabulas & uiles. Aug. contra Faustum; Multa ét nos hic dñs docet, & Iudæos à Deo suo se non auertere, & eius mandata non tantum se non infringere; verum etiam illos quibus infringerentur arguere, & non nisi per Moysem illa mandasse. Aug. dē q̃st. euan. Vel aliter; Munus quodcunq; est ex me tibi proderit. i. munus quod offers causa mei, ad te iam pertinebit. quibus verbis significant filij, iam sibi non necesse esse parẽtum pro se oblationem; ꝙ ad eã ætatem peruenissent, ut possent iam ipsi offerre pro se. In hac ergo ætate constitutos ut possent parentibus suis hoc dicere; cũ hoc dixissent, negabant pharisæi reos esse, si parentib. non præstarent honorem.

Hypocritę, bene prophetauit de uobis Esaias dicens; Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longè est à me. Sine causa autẽ colũt me, docentes doctrinas et mandata hominum. Et cõuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite. Non qđ intrat in os, coinquinat hominẽ, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

Chry. Monstrauerat dominus ꝙ pharisæi non erant digni accusare transgrediẽtes mandata seniorum, cum Dei legẽ destruerent. Rursus autẽ demõstrat hoc ipsum & a ꝓpheta. vnde dicit; Hypocritę, bene &c. Remig. Hypocrita dicit̃ simulator; quia aliud opere simulat, & aliud corde gestat. Isti ergo bene hypocritæ dicuntur: quia sub honore Dei, terrena sibi lucra accumulare cupiebãt. Raba. Præuidit autem Esaias simulationes Iudæorum, ꝙ in dolo pugnarent cõtra Euangelium. Et ideo dixit ex persona domini; Popul⁹ hic labijs eum honorat &c. Remig. Iudæorũ nanque populus labijs & ore Deo appropinquare & honorare eũ uidebatur, quia vnius Dei cultum se habere gloriabatur: sed corde lõge a Deo recessit, quia visis si

Hypocrisis ratio.

gnis atq; miraculis, nec diuinitatem eius cognoscere, nec eum suscipere voluerũt. Raba. Item labijs eum honorabant, quando dicebant; Magister, scimus quia verax es, sed cor eorum longè ab eo fuit, quãdo miserunt insidiatores ut eum caperent in sermone. Glo. Vel commendãdo exteriorem mũditiam eum honorabant, sed dũ interiori quæ vera est, carebant, cor eorũ longè erat a Deo, & illis talis honor inutilis erat. vnde sequitur; Sine causa ãt colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Raba. Non. n. habebunt mercedẽ cum veris cultoribus docẽtes doctrinas & mandata hominum, contẽptis præceptis diuinis. Chry. Augmẽtata ergo accusationes pharisæorũ a testimonio prophetæ, & illis non emendatis, iã eis nõ loquitur, sed turbis. unde dicit; Et conuocatis ad se turbis, dixit eis; Audite & intelligite. Quia turbis dogma excelsum & multa philosophia plenum propositurus erat; nõ simpliciter hoc enunciat, sed susceptibilẽ facit sermonẽ; primo quidẽ & ore & solicitudine exhibita circa turbas; qđ ostẽdit Euãgelista, dicens; Et cõuocatis ad se turbis. Deinde ét susceptibilẽ facit sermonẽ ex tpe, quia post mortuos suscitatos, post victoriã contra pharisæos habitã, tũc legem proponit, vt facilius suscipiatur. Et non solum simpliciter turbas, aduocauit, sed ét eos attẽtiores fecit in hoc ꝙ dixit; Audite & intelligite. i. attẽdite & erigimini mẽte ad hoc audiendum, Non aũt dixit eis. Nihil est obseruatio escarũ, neque ꝙ Moyses malè iniunxerat; sed per modũ admonitionis & consilij, a rerũ ipsarũ natura testimoniũ accipiens, ait; Non qđ intrat in os; coinqnat hoiem &c. Hiero. hẽs, cõmunicat. Hier. Verbum cõmunicat, propriũ scripturarũ est, & proprio sermone non terit, populus ãt Iudæorũ cũ partẽ Dei se esse iactans, cões cibos vocat, quibus omnes utũtur hominęs, verbi gratia, suillã carnẽ, ostreas, lepores, & istiusmodi animantia, quę vngulã nõ findunt, nec ruminant, ac squammosa in piscibus sunt. Vnde & in actibus Apostolorũ scriptum est; Quod Deus sanctificauit, tu ne commune dixeris. Commune ergo quod cęteris hominibus patet, quasi non de

Obseruatio escarũ.

parte

parte Dei, pro immũdo appellatur. Aug. contra Fau. Testamento aũt veteri nõ est cõtraria ista sententia, qua dñs dicit; Non quod intrat in os &c. & qua Apostolus dicit, Oia munda mundis, & omnis Creatura Dei bona est. Si possunt hoc Apostolũ de ipsis dixisse naturis itelligãt Manichęi illas ãt literas pp quasdã pfigurationes tẽporis cõgruentes, animalia quædã nõ natura, sed significatione immũda dixisse. Itaq; verbigratia, Si de porco & agno requirat: vtrunq; natura mũdũ, est quia ois creatura Dei bona est; quãdã verò significatione agnus mũdus, porcus immundus est, tãquã si stultũ & sapientẽ dicere, vtrũque hoc verbum natura vocis & literarũ & syllabarum quibus constat, vtique mũdum est, significatione autem vnum horũ verbum quod dicitur stultus, immũdũ dici põt, nõ natura sui, sed quoniam quoddam immũdum significat. Et fortasse qđ est in rerum figuris porcus, hoc est hominũ genere stultus, & tã illud animal quã istę duę syllabę qđ dicitur, stultus quoddam vnum idemque significant. Immũdũ quippe illud animal in lege positũ est, eo ꝙ non ruminet; nõ autem hoc eius vitiũ, sed natura est. Sunt autem homines qui per hoc animal significantur immundi ꝓprio vitio, non natura, qui cum libenter audiant verba sapientiæ, postea de his omnino nõ cogitant. Quod enim vtile audieris velut ab intestino memoriæ, tanquã ad os cogitationis recordandi dulcedine reuocare, quid aliud est quàm spiritualiter ruminare? quòd qui non faciũt, illorũ animaliũ genere figurantur. Hæ autẽ similitudines rerum in locutionibus vel obseruationibus figuratis rationales mentes vtiliter & suauiter mouẽt. sed priori populo multa talia non tantum audienda, verum etiam obseruanda præcepta sunt. Tẽp⁹ n. erat quo non tantum dictis, sed etiã factis prophetizari oportebat ea quæ posteriore tẽpore fuerãt reuelanda, q bus per Christum, atque in Christo reuelatis, fidei gentium onera obseruationũ non sunt imposita, prophetię tamẽ est auctoritas cõmendata. Requiro autẽ a Manichæis, vtrũ ista domini sententia, qua dixit nõ inquinari his hominẽ quæ in os eius intrãt, vera aut falsa sit? Si falsam dicunt, cur eorũ doctor Adimantus à Christo prolatam dicens; ad expugnandum vetus testamentũ obiecit? Si autem vera est, cur aduersus eam credunt se coinquinari? Hyerony. Opponat autem prudẽs lector & dicat; Si quod intrat in os non coinquinat hominem, quare idolothytis non vescimur? Sciendum igitur quòd ipsi quidem cibi & omnis Dei creatura per se munda sit, sed idolorum & dæmoniorum inuocatio ea facit immunda, apud eos scilicet qui cum conscientia idoli idolothytum mãducãt: & consciẽtias eorum cùm sit infirma, polluitur, vt Apostolus dicit. Remi. Quicunque autem tantæ fidei est, vt intelligat creaturam Dei nullo modo inquinari posse, sanctificetur cibus per verbum Dei & orationẽ, & comedat quicquid vult, ita tamen quòd hæc licentia offendiculum non fiat infirmi, vt Apostolus dicit.

Doctor Mani-chęorũ.

Tunc accedẽtes discipuli eius dixerunt ei: Scis quia pharisæi, audito hoc verbo, scãdalizati sunt: At ille respondens ait. Omnis plantatio quã nõ plãtauit pater meus cælestis, eradicabitur. Sinite illos, cęci sunt, et duces cęcorũ. Cęcus ãt si cęco ducatum pręstet, ambo in foueam cadunt.

Hier. Ex vno sermone domini omnis superstitio obseruationum Iudaicarũ fuerat elisa, qui in cibis sumẽdis abominãdisque religione suam sitam arbitrabantur. Chry. Præmissa itaq; cum audissent pharisæi, nihil contradixerunt illi, quia vehementer eos conuicerat, non redarguendo solum, sed & dolum illorum propalando sed scandalizati, sunt pharisæi scilicet, non autem turbę, vnde dicitur, Tũc accedẽ. disci. eius dixe. ei: Scis quia pharisæi audito hoc verbo, scandalizati sunt? Hier. Quia crebro teritur in ecclesiasticis scripturis scandalum, breuiter dicẽdũ quid significat scandalũ, nos offendiculũ uel ruinam & impactionẽ pedis possumus dicere. Quando ergo legimus. Quicunque scãdalizauerit, hoc intelligimus, ꝙ dicto uel facto occasionẽ ruinę dederit. Chr. Christus autẽ nõ soluit pharisæorũ scandalũ, sed magis eos increpauit. vnde sequitur, At ille respondens, ait; Omnis plã. quam non plãta. pa. meus cœl. eradicabitur. hoc aũt Manichæi de lege ductum esse dicunt, sed

confutant eos q̃ antea dicta sunt. Si.n.de lege dixisset, qualiter superius ꝑ lege pugnasset? dicés. Quare trásgredimini máda tũ Dei ꝑp traditioné vestrã? Qualiter ẽt prophetã induxisset in mediũ? Si ẽt Deus dixit: Honora patré et matré qualiter hoc quod in lege dictũ est, non est Dei plantatio? Hila. Dicens ergo omné plantationẽ q̃ nõ à patre sit, docet traditioné hominũ eradicandã, cuius fauore legis pcepta trãsgressi sunt. Remi. Omnis etiam falsa doctrina & superstitiosa obseruatio cũ suis actoribus permanere non potest; & q.a à Deo patre non est, cum eisdem eradicabitur. Illa ergo sola permanebit, quę à Deo patre est. Hier. Nunquid ergo eradicabitur & illa plantatio, de qua Apostolus ait: Ego plátaui, Apollo rigauit; Sed soluitur quæstio ex eo quod sequitur: Deus auté incrementũ dedit. Dicit & ipse: Dei agricultura, Dei ædificatio estis, & alibi: Cooperatores Dei sumus. Si aũt coóperatore, igiẽ plãtãte Paulo & rigante Apollo, Deus cum cooperationibus suis plãtat & rigat. Abutũtur autẽ hoc loco qui diuersas naturas introducunt, dicentes. Si plãtatio quam non plantauit pater eradicabiẽ, ergo quam ille plãtauit non potest eradicari. Sed audiant illud Hieremiæ: Ego uos plãtaui vineam veram quomodo versi estis in amaritudiné vitis alienæ? Plantauit quidé Deus, & nemo potest eradicare plãtationem eius. Sed quoniam ista plãtatio in voluntate proprij arbitrij est, nullus alius eam eradicare poterit, nisi ipsa tribuerit assensum. Gl. Vel plantatio ista, doctores legis significat cum sequacibus suis, qui Christum nõ habebant fundamentũ. Quare autem sunt eradicandi subdiẽ. Sini.i.cœci sunt & du.cæcorum. Rab. Cęci quidem sunt, id est luce mãdatorum Dei priuati: & sunt duces cęcorum, quia alios in præcipitium trahũt errantes, & in errorem mittentes. vnde subditur. Cœcus aũt si cęco ducatum pręstet, ambo in foueã cadunt. Hie. Hoc etiam est quod Apostolus pręceperat. Hęreticum hominem post primam & alteram correctionem deuita, sciens quòd sic peruersus huiusmodi. In hũc sensum & Saluator præcipit doctores pessimos dimittendos arbitrio suo, sciens eos difficulter ad veritatem posse retrahi.

Respondens autẽ Petrus dixit ei; Edissere nobis parabolã istã. At ille dixit. Adhuc & uos sine intellectu estis? Nõ intelligitis quia omne q̃d in os intrat, in ventrẽ uadit et in secessum emittitur? Quæ aũt procedunt de ore, de corde exeũt, & ea coinquinant hominẽ. De corde enim exeũt cogitationes malę, homicidia, adulteria fornicationes furta, falsa testimonia, blasphemię. Hęc sũt quæ coinquinant hominẽ. Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem.

Rem. Cõsueuerat dñs parabolicè loq, & ideo Petrus cũ audisset, quod intrat in os, nõ coinquinat hiem, putauit illũ parabolicã fuisse locutũ; & ideo interrogauit vt subditur: Respondẽs ãt Petrus, dixit ei: Edis.no.para.istã. Et quia ex ꝑsona cęterũ hoc dixerat, iccirco simul cũ alijs à dño reprehẽsus est. vnde sequitur: At ille dixit: Adhuc & vos si intel.estis? Hie. Corripitur ãt à dño quare parabolicè dictum putet, quod ꝑspicuè locutus est. Ex quo animaduertimus vitiosum esse auditoré qui obscura manifestè, aut manifestè dicta obscure velit intelligere. Chry. Vel ideo dominus increpat eũ, quia nõ erat ex incertitudine quod q̃rerat, sed ex scandalo quo scandalizatus erat. Turbæ.n.nõ intellexerant quod dictũ erat. Discipuli autẽ scãdalizati fuerant, vnde à principio quasi pro pharisæis interrogare volebant. sed quia audierant eum magna dicẽtẽ, omnis plãtatio &c. repressi fuerunt. Sed Petrus qui vbique feruẽs erat, neque ita silet; quẽ dominus increpat, & increpationi rationẽ addidit, dicẽs: Nõ intelligitis quia om. quod in os intrat, in vẽ.va. & in secess.emittitur? Hiero. Ex hac sententia quidam calumniantur ꝙ dominus physice disputationis ignarus, putet omnes cibos in ventrẽ ire & in secessum digeri, cum statim infusæ escæ per artus & venas ac medullas, neruosq; fundantur. Sed sciendum ꝙ tenuis humor & liquens esca, cũ in venis & artubus cõcocta fuerit & digesta, ꝑ occultos meatus corporis, quos græci poros vocãt, ad inferiora dilabitur, & i secessum vadit. Aug. de ve.reli. Alimenta carnis corrupta id est amittentia formam suam in mẽbrorum fabricã migrant; & corrupta reficiũt in aliam formam per conuenientiam trãseuntia,

Doctrina moralis.

fluuntia, & per vitalem motũ dijudicãtur quodammodo, vt ex eis in structuram huius pulchri visibilis quę apta sunt, assumãtur: non apta vero, per congruos meatus abijciantur: quorum aliud fœculentissimũ redditur terrę ad alias formas assumẽdas, aliud per totũ corpus exhalat, aliud totius animalis latéres neruos accipit, & inchoatur in prolem. Chrys. Cum ãt hoc dominus dicit, adhuc discipulis secundũ Iudaicam infirmitatẽ respondet; dicit.n. qm̃ cibus non manet, sed egredit̃, quanuis etsi maneret, non faceret immũdum, sed nondum hæc audire poterãt; propter hoc autem Moyses tantum tempus dicit esse immundos, quantũ cibus intus manet. In vespere.n. iubet lauari & mundum esse, quasi tempus digestionis & egestionis dimetiens. Aug. 15. de trini. Duo autẽ quidam hominis ora dominus cõplexus est: vnũ corporis, aliud cordis; nã cũ dicit, Oẽ quod in os intrat &c. Apertissime demõstrauit os corporis. At in eo quod sequtur, os cordis ostendit, dicens. Quæ ãt procedunt de ore &c. Chry. Quæ.n. cordis sunt intus in hoĩe manent, & exeuntia inquinant non manentia solum: imò tunc magis, cũ exierit. vnde subiũgit. De corde.n. exeunt cogitationes malę, quas primo ponit, quia hoc erat Iudaicum vitium, qui scilicet ei insidiabantur. Hier. Principale igitur animę non secundum Platonem in cerebro est, sed iuxta Christum in corde, & arguendi sũnt ex hac sententia, qui cogitationes diabolo immitti putant, & nõ ex propria nasci voluntate. Diabolus adiutor esse & incensor malarum cogitationum põt, auctor esse non potest. Si autem semper in insidijs positus, leuẽ cogitationum nostrarũ scintillã suis fomitib. inflamauerunt, nõ debemus opinari eũ quęq; occulta cordis rimari, sed ex corporis habitu & gestib. æstimare quid versemus intrinsecus. verbi gratia, Si pulchram mulierẽ nos crebro viderit inspicere, intelligit cor ab oculis vulneratum. Glo. Ex cogitationib ãt malis proueniũt & mala facta, & mala verba, quæ lege prohibẽtur. vnde subdit; Homicida, quæ prohibẽtur illo legis præcepto, Non occides. Adulteria, fornicationes; quæ intelligũtur prohiberi illo præcepto. Non mœchaberis. Furta, quæ prohibentur illo pręcepto. Non furtũ facies. Falsa testimonia, contra illud præceptũ, Non dices aduersus proximũ tuũ falsum testimoniũ. Blasphemiæ, cõtra illud præceptũ, Non assũmes nomen Dei in vanũ. Remi. Nominatis ãt uitijs quæ diuina lege prohibẽtur, pulchrè dominus subiũgit: Hæc sunt quę coinquinãt hoĩem.i. immundũ & impurum reddũt. Glos. Et quia huiusmodi verba dñi ex pharisæorum nequitia occasionem sumpserant, qui traditiones suas diuinis præceptis præferebãt, consequenter concludit inconuenientiã traditionis præmissæ, dicens: Non lotis ãt manib. mandu. non coinquinat hominẽ. Chry. Non autem dixit, escas in lege prohibitas manducare, nõ coinquinat hominem, ut non possent illi contradicere, sed concludit de illo, de quo disputatio erat.

Duplex os hominis. (margin)

Cautio verborum. (margin)

Egressus inde Iesus secessit in partes Tyri, et Sidonis. Et ecce mulier Chananæa, finibus illis egressa clamauit, dicens ei. Miserere mei dñe fili David filia mea male a dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum dicentes. Dimitte eã quia clamat post nos. Ipse autem respondẽs, ait. Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israel. At illa venit, & adorauit eum, dicens, Domine adiuua me. Qui respondens, ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine; nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi. O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sana est filia eius ex illa hora.

Hieronym. Scribis & pharisæis & calumniatoribus derelictis transgreditur in partes Tyri & Sidonis, vt Tyrios Sidoniosq; curaret, & ideo dicit, & egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Remi. Tyrus & Sidon ciuitates fuere Gentilium. nã Tyrus metropolis fuerat Chananæorũ, Sidõ terminus Chananæorũ, respiciens ad Aquilonem. Chrys. Cõsiderãdum ãt q quando ab escarum obseruatione Iudæos eripuit, tunc & gentibus ianuam aperuit. sicut & Petrus prius in visione iussus est hãc legem soluere, & post ad Cornelium mittitur. Si quis autẽ quærat: cum discipulis suis dixerit, In uiã Gẽtium

Reuelatur mysteriũ. (margin)

tium

tium ne abieritis: qualiter hanc ambulat viam? Primũ quidem illud dicemus; quia nõ erat obnoxius præcepto quod discipulis dederat. Secundo ãt, quia neq; ut prædicaturus abijt unde Marcus dicit; Qm̃ occultauit seipsum. Remi. Iuit autem vt Tyrios Sidoniosq; curaret, siue vt huius mulieris filiam liberaret a dæmonio quatenus per eius fidem, scribarum & pharisæorum nequitiam condemnaret: de qua quidẽ muliere subditur, Ecce mulier Chananæa a finib. illis egressa, &c. Chry. Dicit ãt Euangelista esse Chananæã: vt ostẽdat virtutem præsentiæ Christi. Chananæi. n. qui expulsi fuerant ut non peruerterent Iudæos, hi Iudęis apparuerunt prudentiores: vt exirent a terminis suis, & accederent ad Christum. Cum ãt hæc mulier accessisset, nihil aliud q̃ misericordiã poposcit: vnde sequitur: Clamauit, dicẽs ei: Miserere mei dñe fili Dei Dauid. Glos. Magna fides Chananęæ hic notatur Deũ credit, vbi dñm vocat: hoĩem, vbi dicit filiam Dauid. Nihil ex merito postulat, sed solã misericordiam Dei efflagitat, dicẽs; Miserere. Nec dicit, Miserere filiæ, sed Miserere mei; quia dolor filię, dolor est matris; & vt magis eum ad compassionẽ moueat, totum ei dolorem enarrat, vnde sequitur; Filia mea male a dæmonio, vexatur. In quo vulnera medico detegit, & magnitudinẽ & qualitatẽ morbi; magnitudinẽ, cũ dicit, Male vexatur: qualitatẽ cũ dicit. A dæmonio. Greg. in ho. Vide ãt prudentiã fœminæ; non iuit ad hoĩes seductores, non quæsiuit inanes ligaturas; sed oẽs relinquens diaboli cultus, venit ad dominũ. Non petiuit Iacobum, nõ rogauit Ioannẽ, non accessit ad Petrũ; sed suscepit in repęnitentiæ patrocinium, & sola cucurrit ad dñm. Sed vide, inexpertũ negociũ petit, & lamentum suum producit in clamorẽ; & amator hominũ Deus non rñdet verbũ vnde sequitur; Qui nõ rñdit ei verbũ. Hie. Non ãt de superbia pharisaica, nec de scribarũ supercilio; sed ne ipse sñiæ suæ cõtrarius videretur, perquã iusserat; In uiam gentium ne abieritis; nolebat. n. occasionẽ calumniantibus dare perfectamq; salutẽ Gentium passionis & resurrectionis tempori reseruabat. Gloss.

Plãctus Chananææ.

Differendo etiam & non respondẽdo, patientiam mulieris & perseuerantiã nobis ostendit. Ideo ẽt non rñdit, vt discipuli pro ea rogarent, ostẽdens per hoc necessarias esse preces sanctorum ad aliquid impetrãdũ. vnde sequitur; Et ac. dis. eius &c. Hiero. Discipuli adhuc illo tẽpore mysteria dñi nescientes; vel misericordia moti rogabant pro Chananæa muliere vel importunitate eius carere cupientes. Augu. de cõ. Euan. Affert autem aliquam repugnãtiæ quęstionem q̃ Marcus in domo dicit fuisse dominum, cum ad illum venit mulier pro filia sua rogans; Matthæus autem posset intelligi de domo tacuisse, eandem tñ rem commemorasse. Sed qm̃ dicit discipulos dño ita suggesisse; Dimitte illam qm̃ clamat post nos, nihil videtur aliud significare quàm post ambulantem dominum mulierem istam deprecatoriã vocẽ misisse. Intelligendum est ergo dixisse quidem Marcum q̃ intrauerit vbi erat Iesus, cum eũ prædixit fuisse in domo. Sed quia Matthæus ait: Non respondit verbum, dedit ei agnoscere q̃ tacuerunt ambo, & in eo silẽtio egressum fuisse Iesum de domo illa. atq; ita cętera contexuntur, quę iam in nullo discordent. Chry. Aestimo ãt & discipulos ad calamitatem mulieris esse tristatos, sed tñ non sunt ausi dicere, Da ei hanc gratiam: sed, Dimitte eam; sicut & nos, cum voluerimus alicui persuadere, multotiens contraria dicimus. Ipse aũt respondens ait, Non sum missus &c. Hie. Non ãt hoc dicit, quin ad gentes nõ missus sit, sed q̃ primum ad Israel missus est, vt illis non recipientib. Euãgeliũ, iusta fieret ad Gentes transmigratio. Remi. Specialiter ẽt missus est ad salutem Iudæorũ ut ẽt corporali p̃sentia eos doceret. Hier. Signanter ãt dixit, Ad oues perditas domus Israel, ut ẽt ex hoc loco nunc erroneã ouẽ de alia parabola intelligamus. Chry. in hom. Sed quia mulier vidit nihil posse Apostolos, inuerecunda effecta est, bona inuerecundia; antea n. neq; in conspectũ venire audebat. uñ dictũ est; clamat post nos. Quando autẽ videbatur vt angustiata recederet, tunc proprius venit. vnde sequitur: At illa ve. & ado. eum, Hie. Nota q̃ ista Chananęa perseueranter primum

Concordia euã.

filium

filiū Dauid, deinde dominū vocat, & ad extremum Deū adorauit. Chry. Ideoq; nō dixit, Roga, vel deprecare Deum, sed Domine adiuua me. Quanto ergo magis mulier multiplicabat supplicationem, tā to & ipse multiplicabat negationē, & nō adhuc Iudęos oues vocat, sed filios, illam autem canem vnde sequitur: Qui respon. ait: Non est bo. &c. Glo. Filij sunt Iudæi generati & nutriti sub cultu vnius Dei p legem. Panis est Euāgelium, miracula, & alia quæ ad salutem nostrā pertinent. non est ergo cōueniens vt à filij auferanť et dē tur gētibus, q sunt canes, donec Iudęi re. pudient. Raba. Canes āt Gentiles propter idolatriā dicuntur, q esui sanguinis dediti & cadaueribus mortuorū, uertuntur in rabiem. Chry. Vide āt mulieris prudentiam; qualiter neq; cōtradicere causa est, neq; tristata in aliorū laudibus; neq; molestata in proprio conuitio. vñ sequitur: At illa dixit, Etiam do. nā & catel. edunt de &c. Ille dixerat, Nō est bonū: hæc āt dixit, Vtiq; domine. Ipse Iudæos filios uocat, hæc āt dños; ipse canē eā nominauit, hæc aūt & opus canis adiecit; ac si dicat. Si canis sum, nō sum aliena. canē me dicis, ergo nutri me ut canē, nō possum relinquere mēsam dñi mei. Hie. Mira autē huius mulieris fides, patiētia, et humilitas prędicatur; fides, qua credebat sanari posse filiam suam; patientia, qua totiens cōtempta in precibus perseuerat: humilitas, q se nō canibus, sed catulis cōparat. Scio me, inquit, filiorum panē non mereri, nec integros capere non posse cibos, nec sedere ad mensam posse cum patre, sed cōtenta sum reliquijs catulorū, ut per humilitatem micarum ad panis integri ueniā magnitudinem. Chry. Propter hoc aūt Christus tardabat, præsciebat.n. eā hoc dicturam, nec occultari uolebat tantam mulieris uirtutem. unde sequitur: Tunc respōdens Iesus, ait illi. O mulier, magna est fides tua; fiat tibi sicut uis. Ac si dicat. Fides tua maiora his audire potest, uerum interim fiat tibi sicut uis. Vide autem qualiter nō parū & hæc mulier intulit in filię medicinam; propter hoc.n. neque Christus dixit: Sana sit filia tua, sed magna est fides tua, fiat tibi sicut uis, ut dicas quoniā simpliciter loquebať, & non adulationis, sed multæ fidei erant uerba ipsius. Hæc autē Christi uox similis est illi uoci quæ dixit: Fiat firmamentum, & factum est, unde sequitur. Et sanata, &c. Intēde aūt qualiter Apostolis non impetrantibus, impetrat ipsa, tam magnum quidem instantia orationis: Etenim pro nostris noxis à nobis uult magis rogari, quàm ab alijs pro nobis. Remi. His & uerbis datur nobis exemplū catechizandi et baptizādi pueros, quoniam hic mulier nō ait, Salua filiam meam, aut adiuua eam, sed miserere mei, & adiuua me. Hinc etenim descēdit consuetudo in Ecclesia ut fideles p suis paruulis fidem Deo pmittant, qñ ipsi nō sunt tātæ ætatis & rationis, ut p se fidē Deo promittere ualeāt, quatenus sicut fide istius mulieris sanata est filia eius, ita & fide uirorū catholicorū peccata paruulis relaxenť. Allegorice āt hæc mulier sanctā Ecclesiam significat, de gētibus cōgregatā. Per hoc.n. q dominus relictis scribis & pharisæis uenit in partes Tyri et Sidonis pręfiguarbatur, q a relicturus erat Iudęos et transiturus ad Gētes. Est aūt hæc mulier egressa à finibus suis, quoniā Ecclesia sancta recessit à pristinis erroribus & uitijs. Hie. Filiā āt Chananææ puto animas esse credētiū, quæ male à dæmonio uexabanť, ignorantes creatorē & adorātes lapidem. Remig. Filios aūt dñs appellat patriarchas & prophetas illius tēporis Per mēsam, designať sacra scriptura, p micas uero, minima pcepta uel interna mysteria, quibus Sancta Ecclesia pascit; per crustas uero carnalia præcepta, quæ Iudæi obseruāt. Micæ autē sub mensa comedi dicuntur, quia ecclesia humiliter se submittit ad implenda diuina præcepta. Rab. Nō autē crustas, sed micas de pane puerorum edunt catelli, quia cōuersi ad fidem q erant despecti in gentibus, non literæ superficiē in scripturis, sed spiritualem sensum quo in bonis actibus proficere ualeant, inquirunt. Hiero. Mira autem rerum cōuersio: Israel quondā filius, nos canes, pro diuersitate fidei, ordo nominum commutatur. De illis postea dicitur, circundederūt me canes multi, nos audiuimus cum muliere, Fides tua te saluam fecit. Rabanus. Quæ merito

Tropologica expositio.

Allegoria pulchra.

magna

magna dicitur, quia cũ gẽtes nec lege fuerint imbutæ, nec vocibus prophetarũ instructæ ad prædicationem mox Apostolorum in auditu auris obedierũt, ideoq; salutem impetrare meruerunt. Verum si ad primas ecclesiæ rogantis lachrymas dñs salutem aĩæ differt dare, non est desperãdũ, vel a petẽdo cessandũ, sed magis precibus insistendum. Aug. de quæst. euang. Quòd & puerum Centurionis, & filiam Chananææ mulieris; non veniens ad domos eorum sanat, significat gẽtes ad quas non venit, saluas fore per verbum suum. Quòd rogantib. filij sanantur; & intelligenda est persona ecclesiæ, quæ sibi est & mater & filij nã simul oẽs quibus constat Ecclesia mater dicitur, singuli ãt idẽ ipsi filij appellantur. Hila. Vel hęc mulier proselytorũ formã pręfert fines suos egredit. & ex gentibus.s. in populi alterius nomẽ excedens, quæ pro filia videlicet gentium plebe dominatu immũdorum spirituum occupata orãt: & quia dñm cognouit ex lege, Dauid filium nuncupat. Raba. Item si quis conscientiam hẽt alicuius vitij sorde pollutã, filiam hẽt malè à dęmonio vexatam. Item si quis bona quæ gessit peccatorũ peste fędauit, filiã hẽt immũdi spiritus furijs agitatam: ideoq; necesse est, vt ad preces lachrymasq; confugiat, Sãctorumq; intercessiones & auxilia quærat.

Et cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ, & ascendẽs in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbę multæ, habentes secum mutos, cęcos, claudos, debiles, et alios multos. Et proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita vt turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes, & magnificabant Deum Israel.

Hie. Sanata Chananææ filia, reuertitur dominus ad Iudæam, vnde dicitur; Et cũ trã. &c. Remi. Hoc mare diuersis vocabulis appellatur. Dicitur enim mare Galilææ, propter Galilęam adiacentem; mare Tyberiadis, propter Tyberiadẽ ciuitatẽ. Sequit; Et ascẽde. in mon. sede. ibi. Chry. Considerandum autem ꝙ aliquando dñs circuit ut sanet infirmos, aliqñ aũt sedet, expectans eos, & ideo cõueniẽter hic sic subditur, Et accesserunt ad eum &c. Hie. In eo loco ubi latinus interpres transtulit debiles, in græco scriptũ est cylloys; qđ nõ debilitatis generale, sed vnius infirmitatis nomen est, vt quõ claudus dicitur, q. pede claudicat vno; sic cylloys appellet. qui vnam manum debilem habet. Chry. Hi autem in duobus fidem suam demonstrabant, & in ascendendo montem, & in hoc quia existimabant se nullo alio indigere, nisi vt proijceretur ad pedes Iesu, neque etiam adhuc tangunt ad fimbriã vestimẽti, sed & ad altiorẽ fidem ascendũt. Vnde dicitur; Et proiec. eos ad ped ei⁹. Et mulieris quidẽ filiam cum multa tarditate curauit, ut eius uirtutẽ ostẽderet. His autem non quia meliores erant, sed ut infidelium Iudæorum ora obstrueret, confestim sanationem præbet. vnde sequitur; Et curauit omnes. Multitudo autem eorum qui curabantur, & facilitas sanationis eos in stuporem mittebat vnde sequitur; Ita ut tut. mira. vi. mutos loquen. Hieron. De debilibus tacuit, quia quid de cõtrario diceret vno verbo, nõ habebat. Raba: Mysticè ãt cum filia Chananææ præfigurasset salutẽ gentium, venit in Iudæã; quia cum plenitudo Gẽtium intrauerit, tunc omnis Israel saluus erit. Gloss. mare autẽ iuxta quod venit Iesus, turbida huius seculi volumina significat, qđ est Galilęæ cũ homines a vitijs ad virtutes transmigrant. Hiero. Ascendit autem in montem, vt quasi auis teneros fętus prouocet ad volandum. Raba. Vt.s. auditores suos erigat ad superna & cęlestia meditanda. Sedebatq; ibi, vt demonstraret non nisi in cœlestibus requiem esse quærendam. Eo autem sedentem in monte, id est in cęlorũ arce, accedunt turbæ fidelium deuota mente illi appropinquantes ducẽtes secum mutos & cæcos &c. eosq; ad pedes Iesu proijciunt, quia peccata confitentes ipsi soli curandos subijciunt; quos ita curat, ut turbę mirẽtur & magnificent Deũ Israel, quia fideles qñ viderint eos qui spiritualiter ægrotauerãt diuersis operibus virtutum diratos, laudẽ Deo dæcantant. Glos. Muti autem sunt, qui non laudant Deũ; cœci, qui non intelligunt viã vitæ; surdi, qui non obtẽperant; claudi, per deuia boni operis non rectè euntes; debiles sunt, qui infirmi sunt in bonis operibus.

Expositio allegorica.

Iesus

Iesus aũt cõuocatis discipulis suis, dixit; Misereor turbę, quia triduo iã perseuerãt mecũ, & non habent quod manducẽt; et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiãt in uia. Et dicũt ei discipuli. Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbã tãtã. Et ait illis Iesus; Quot panes habetis. At illi dixerũt, septẽ, & paucos pisciculos. Et pręcepit turbae ut discumberent super terrã. Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agẽs fregit, & dedit discipulis, & discipuli dederũt populo. Et comederũt omnes, et saturati sunt. Et qđ superfuit de fragmẽtis tulerũt septẽ sportas plenas. Erãt ãt qui manducauerãt, quatuor milia hominũ; extra paruulos & mulieres.

Hiero. Prius Christus infirmorum debilitates abstulerat, postea vero sanatis offert cibos. Côuocat quoq; discipulos suos & qđ facturus est, quod loquit, vnde dr: Iesus ãt &c. Hoc autem facit vt magistris exemplum tribuat cũ minoribus atq; discipulis cômunicandi consilia; vel ex confabulatione intelligãt signi magnitudinẽ. Chryso. Turbae enim cum ad sanationẽ venissent, nô audebãt petere panes. vnde ipse amator hominũ, & omnium curã gerens etiã nô petentibus dat propter quod dicit: Misereor turbę. Ne aũt dicatur, quoniã venientes viaticum portauerãt; dicit. Quia triduo iam perse: mecum, & nô habent quod manducent. Etsi enim quando venerunt cibos habuerunt, tamen côsumpti iam erãt, & propter hoc non in prima aut secunda die hoc fecit, sed in tertia, qñ iam omnia erant consumta; vt prius ipsi in necessitate côstituti cum ampliori desiderio susciperent quòd fiebat. Môstrat autem & quòd de longè venerant, & nihil eis reliquum fuerat, in hoc quod dicit; Et dimittere &c. Cum autem nolit eos ieiunos dimittere, ideo tũ non statim signũ facit, vt ex hac interrogatione & responsione attentiores discipulos faciat; & fidẽ suã ostendãt, dicentes; Fac panes. Et quamuis Christus plurima fecerit vt miraculi prius facti recordarentur quia fecit eos ministros & partiti sunt cophinos, adhuc tñ imperfectius dispositi erãt, quod patet p hoc quod sequitur. Et discipuli &c. Ipsi quidẽ infirma cogitatione hoc dixerũt; p hoc tamẽ miraculũ futurum insuspicabile facientes. ne aliquis enim suspicaretur, ꝙ ab aliquo propinquo castello accepti sunt cibi, propter hoc miraculum istud in solitudine fit multũ à castellis distãtẽ. ipse aũt Christus vt discipulorũ erigat mẽtem eos interrogat, vt ex modo interrogationis eos cômemoret illorũ quae prius facta sunt, vnde sequit. Et ait illis Iesus; Quot panes habetis? At illi dixe. &c. Non ãt addunt. Sed haec qui sunt inter tantos? sicut antea dixerãt. iã n. paulatim profecerant; licet nô totũ apprehendatur ab eis. Admirare ãt in Apostolis veritatis amorẽ; qualiter ipsi scribẽtes nô occultant suos ẽt magnos defectus, non. n. est quãtalibet accusatio, qrũ ante tali signo facto confestim obliuisci. Admirare autem & aliam sapiẽtiam eorum, qualiter vẽtrem superabãt, nô multam mensae curam facientes. In haeremo. n. existentes, & per tres dies ibi morantes; solum septem panes ibi habebant. Alia vero similiter prioribus fecit; etenim recumbere eos fecit in terra, & in manib. discipulorũ crescere panes, vnde sequitur; Et prece. tur. &c. Hieron. De hoc autem supra diximus; & eadẽ repetere otiosi est, tantum his quae discrepant immoremur. Chrysost. Finis autem vtriusque miraculi non similis est. Sequitur enim: Et quod superfuit &c. Erãt autem &c. Quare autem minores fuerunt rèliquię in hoc miraculo quàm in primo. & si nô tot fuerint qui comederũt? Aut igitur hoc est, quia sportę cophinis maiores erant, aut ex diuersitate rememorentur & illius & huius miraculi, & propter hoc tũc quidẽ fecit cophinos reliquiarum numero ęquales discipulis, nũc autẽ sportas panibus aequales. Remi. In hac autẽ euangelica lectione considerãda est in Christo operatio diuinitatis & humanitatis, p hoc enim quòd turbis miseretur, ostendit se humanae fragilitatis affectionem habere. In eo vero ꝙ panes multiplicauit, & turbas pascit: ostenditur diuinitatis operatio. Destruitur ergo hiç error Euticetis, q in Christo dicebat vnã naturam. August. de con. Euan. Sanè non ab re est admonere in hoc miraculo ꝙ si aliquis euãgelistarum hoc dixisset, qui de quinq; panibus non dixisset, côtrarius cęteris putaretur. Sed quia illi qui miraculũ de septem panibus narrauerunt, nec illud de

Doctrina moralis.

Ratio interrogationis Christi.

de quinque tacuerũt, neminem mouet; & vtrunque factum homines intelligũt. Hoc ideo diximus, vt sicubi simile reperitur factum à domino, quod in aliquo alter alteri Euangelistæ ita repugnare videatur, vt omnino solui non possit, nihil aliud intelligatur quàm vtrunque factum esse & aliud ab alio commemoratum. Glo. Notãdum autem quòd prius dominus aufert debilitates, & postea cibat; quia priussũt remouenda peccata, & postea anima verbis Dei nutrienda. Hil. Sicut autem illa turba quam prius pauit, Iudaicę credẽtium conuenit plebi, ita hæc populo Gentium comparatur, ꝙ verò quatuor milia virorum congregantur, multitudo innumerabilium ex quatuor orbis partibus intelligitur. Hiero. Isti etiam non sunt quinque milia, sed quatuor milia, qui numerus semper in laudibus ponitur & quadrãgulus lapis non fluctuat, non est instabilis, & ob hanc causam etiam euãgelia in hoc numero consecrata sunt. In superiori ergo signo quia propinqui erant, & vicini quinque sensuum non ipse dominus eorũ recordatur, sed discipuli. Hic autem ipse dominus misereri se dicit eorum, quia triduo iam perseuerant cum eo; quia scilicet patri, filio, spirituique sancto credebant. Hil. Vel quia omne passionis dominicę tẽpus cum domino agunt, siue quia venturi ad baptismum confitentur se credere in passione ac resurrectione eius, siue quia toto passionis dominicę tempore, ieiunijs domino quadam cõpassionis societate iũguntur. Rab. Vel hoc dicitur, quia in toto seculo triplex tempus est quo gratia datur. Primum ante legem, secũdum sub lege, tertium sub gratia, quartum est in cœlo, ad quod tendens reficitur in via. Rem. Vel quia peccata commissa per pęnitentiam corrigentes, cogitatione, locutione, & opere conuertuntur ad dominum. Has turbas noluit dominus dimittere ieiunas, ne deficerent in via: quia peccatores per pęnitentiã conuersi in cursu labetis seculi pereunt, si absque sacræ doctrinæ pabulo dimittantur. Glo. Septem panes sunt scriptura noui testamenti, in quo gratia Spiritus sancti & reuelatur & datur; neque sunt hordeacei, vt supra, quia nõ hic

Allegoria pulchra.

vt in lege vitale alimentũ figuris quasi tenacissima palea, tegit; hic nõ duo pisces, vt in lege duo vngebantur, scilicet rex & sacerdos; sed pauci, id est sancti noui testamenti, qui de fluctibus seculi erepti, & sustinent turbulentum mare, & exẽplo suo nos reficiunt, ne in via deficiamus. Hila. Turbæ autem in terram recumbũt, nullis enim legis operibus fuerant ante substratæ, sed peccatorũ & corporum suorum inhærebant. Glo. Vel ibi super fœnum, vt desyderia carnis comprimantur, hic sup terrã, vbi & ipse mundus relinqui præcipitur; vel mons in quo dominus reficit, est altitudo Christi; ibi ergo fęnum super terram, quia ibi est celsitudo Christi, propter carnales, carnali spe & desiderio tegitur, hic remota omni cupiditate carnali conuiuas noui testamenti spe permanẽtes, soli datasque continet; ibi quinque milia, qui carnales quinque sensibus subdit; hic quatuor, propter quatuor virtutes, quibus spiritualiter muniuntur: Temperantiã, Prudẽtiam, Fortitudinẽ, & iustitiam: quarũ prima est cognitio regum appetendarũ & vitandarum: secunda refrenatio cupiditatis ab his quæ temporaliter delectant; tertia firmitas contra molesta seculi: quarta quę ꝑ omnes diffunditur, dilectio Dei & ꝓximi: & ibi & hic mulieres & paruuli excepti sunt, quia in veteri & nouo testamẽto nõ admittuntur ad dominũ qui nõ perdurãt occurre in virum perfectum vel in firmitate virium, uel leuitate mentis. Vtraq; refectio in monte celebrata est, q a vtriusque testamenti scriptura & altitudinem cęlestium præceptorum mandat & præmium. Vtraque altitudinem Christi prædicat, altiora mysteria quæ non capit communis turba, Apostoli sufferunt & inplent, scilicet perfectorum corda septiformis spiritus gratia ad intelligendum illustrata: sportę iunco & folijs palmarum solent contexi: & significãt sanctos qui radicẽ cordis in ipso fonte vitæ collocant ne arescant, vt iũcus in aqua: & palmã æternę retributionis in corde retinent.

Expositio allegorica.

CA-

CAPVT XVI.

* Plurimi hic 16. capi. incipiunt.
* rogauerũt.

ET dimissa turba ascẽdit in nauiculam; & uenit in fines Magedan. * Et accesserũt ad eũ pharisæi & sadducæi tẽtãtes ei * rogãtes eum, ut signũ de cœlo ostẽderet eis. At ille respondens ait illis. Facto uespere dicitis serenum erit. rubicundum est enim cœlum. Et mane, hodie tempestas; rutilat enim triste cœlũ. Faciem ergo cœli diiudicare nostis. signa aũt tẽporum non potestis: Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei. nisi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis abiit.

Chry. Sicut post miraculum quinque panũ dominus turbas dimisit, ita & nũc nec autem pedes recedit, sed nauigio, ne turba eũ sequatur: vnde dicitur, Et dimissa turba &c. Aug. de con. euang. Marcus autem dicit, ꝙ in Dalmanutha: nec est dubitandum eundem locum esse sub utroq; nomine Nã pleriq; codices non habent ẽt secundũ Marcum nisi Magedan. Raba. Est ãt Magedan regio contra Gerasam & interpretaĩ poma uel nuncia, & significat. hortũ, de quo dicĩ. Hortus cõclusus, fons signatus, ubi crescũt poma virtutũ. & ubi nũciatur nomen domini. Docet ãt quòd prædicatores ministrato uerbo turbæ, ipsi intra cubiculũ cordis uirtutũ pomis debent refici. Sequitur Et accesserunt ad eũ pharisęi & sad. &c. Remigi. Admiranda quippe est cœcitas pharisęorũ & sadducęorũ. sic.n. postulabant signum de cœlo, quasi ea non essent signa quæ facere ui debãtur. Quòd autem signũ postularent, Ioannes manifestat. refert enim post refectionem de quinque panibus turbam accessisse ad dominũ & dixisse, quod signũ facis ut uideamus & credamus tibi? Patres nostri manna in deserto comederũt, sicut scriptum est. Panem de cœlo dedit eis manducare. Ideoq; & hi dicunt. Ostẽ de nobis signum de cœlo, idest fac ut uno vel duobus diebus manna pluat, ut totus populus pascatur, sicut multo tempore factum est in deserto. Ipse vero inspiciens cogitationes eorum, ut Deus, & sciens ꝙ si etiam signum de cœlo eis ostẽderet nõ crederent, noluit eis dare signũ quod postulabant. unde sequitur. At ille respondens ait illis. Facto uespere &c. Hier. Hoc apud græcos in plerisque codicibus non habetur. Sensus autem manifestus est, ꝙ ex elementorum ordine & consonantia, possunt & sereni & pluuiosi dies prænosci. Scribæ autem & pharisæi, qui videbantur legis esse doctores, ex prophetarũ vaticinio non poterant cognoscere Saluatoris aduentum Aug. de quæst. euang. Potest etiam intelligi quod dixit dominus. Facto uespere dicitis, serenũ erit. etenim rubicũdum est cœlum, idest sanguine passionis Christi primo aduentu indulgẽtia peccatorum datur. Et mane, hodie tẽpestas, rubet.n.cum tristitia cœlum. illud est ꝙ secundo aduentu igne præcedente uenturus est. Glo. Vel aliter. Rutilat triste cœlum, idest patiũtur Apostoli post resurrectionem, post quos me iudicare in futuro scire potestis, quia cum nõ parco meis bonis quin patiantur, non parcam alijs in futuro. Faciẽ ergo cœli iudicare nostis, signa ãt tẽporum nõ potestis. Signa tẽporũ dixit de aduentu suo uel passione, cui simile est roseũ cęlũ uespere, & idẽ de tribulatione ante aduentũ suũ futura, cui simile est manerosеum cũ tristitia cœlum. Chry. Sicut ergo in cęlo aliud quidẽ est signũ serenitatis, aliud pluuię, ita & in me putare oportet. nũc.n.s.in primo aduentu his signis q̃ in terra sunt, opus est, quę ãt in cœlo sunt, conseruanĩ tẽpori secundi aduẽtus. Nũc.n. sicut medicus veni, tũc sicut iudex adero, pp hoc nũc occultus ueni, tũc ãt cũ multa diuulgatione, quando uirtutes cœlorũ mouebũtur. Sed non est nunc tps horum signorũ, quia ueni mori, & quę abiecta sunt pati, & ideo sequitur, Generatio mala & adultera signum quęrit &c. Aug. de con. euang. Hoc autem & alibi iam dixit Matthęus. unde retinendũ est eadem dominum sæpe dixisse, ut qđ existente contrario solui non poterit, bis dictum intelligatur. Glos. Dicit autem, generatio mala & adultera .i. incredula, pro spirituali, carneum habens intellectum. Raban. Non ergo generationi illi tentantium dominum signum cœleste datur, quale quęrebant, quibus multa si-

Allegorica expositio.

gna dedit in terra. Sed generationi quærentiũ dominũ, idest Apostolis, q̃bus cernẽtibus ascẽdit in cœlũ, & Spiritũ sanctũ misit. Hiero. Quid autem sibi velit signũ Ionæ, iã supra dictũ est. Chry. Cum autem hoc secũdo pharisæi audissent; oportebat iterrogare & dicere: Quid est quod dicitur? Sed ipsi non desyderio discendi hoc à domino quæsierunt, & ideo dominus eos relinquit: vñ sequit̃, Et relicti illis abijt. Raba. Idest relicta generatione mala Iudæorũ, abijt trans fretum: et Gentiũ secutus est populus. Nota quòd non sicut in alijs legitur locis, dimissis turbis abijt, sed q̃a infidelitatis error insolentium animos obtinebat, dicit̃ quòd eos reliquit.

Signæ duplicitatem.

Et cum venissent discipuli eius trans fretum obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: Intuemini & cauete à fermento pharisæorum & sadducæorum. At illi cogitabant inter se, dicentes; quia panes non accepimus, Sciens autem Iesus dixit illis. Quid cogitatis inter vos modicę fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum et quinque milium hominum, & quot cophinos sumpsistis? Neque septẽ panũ & quatuor miliũ hominũ, & quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis quia nõ de pane dixi vobis, cauete à fermento pharisęorum & sadducæorum? Tunc intellexerũt q̃a nõ dixerit cauẽdũ à fermẽto panũ, sed à doctrina pharisæorũ & sadducæorũ.

Glo. Sicut dñs pharisæos reliquerat p̃p eorum infidelitatem, ita consequenter & doctrinam eorũ à discipulis cauendã esse docet: vnde sequitur, Et cũ ve. disci. eius trãs fre. ob. sunt pan. &c. Remig. Tanto.n. amore magistri detinebãtur, vt nec etiã ad punctum vellent ab eo recedere. Animaduertendum est ergo quantũ alieni essent ab appetitu diliciarum, cum tam p̃ruam haberent de necessarijs curam, ut ẽt obliti sint panes accipere, sine quibus humana fragilitas sustinere non põt. Sequit̃: Qui dixit illis, Intuemini & cauete &c. Hil. In quo mouentur Apostoli nõ admisceri Iudæorũ doctrinę, quia legis opera in effectum fidei & præfigurationem rerũ consequentium cõstituta sunt; & in quorum tempora atq; ætatẽ veritas cõtigisset, nihil vltra in veritatis similitudinem positum arbitrarentur, ne doctrina pharisęorum Christum nesciens, effectũ euangelicæ veritatis rumperet. Hie. Qui.n. cauet à fermẽto pharisæorũ & sadducęorũ: legis ac literę præcepta non seruat, traditiones hoĩum negligit, vt faciat Dei mãdata, hoc est fermẽtum de quo Apostolus ait: Modicum fermentũ totã massam corrumpit. Istiusmodi fermentũ ẽt omni ratione vitandũ est, quod habuit Marchion & Valentinus, & oẽs hæretici. Fermentũ .n. hãc habet vim, vt si farinæ mixtũ fuerit, quod parũ videbat̃ crescat in maius, & ad saporẽ suum vniuersam cõspersionẽ trahat: ita & doctrina hæretica, si vel modicam scintillam iecerit in tuũ pectus, in breui ingens flamma cõcrescit, & totã hoĩs passionẽ ad se trahit. Chry. Sed quare nõ dixit. Attẽdite à doctrina pharisæorũ manifeste? quia vult cõmemorare ea quæ facta sunt.s. de multiplicatione panũ: etenim nouerat eos esse oblitos simpliciter aũt de hoc eos incusare nõ vr̃ rationẽ habere, occasione ãt ab eis recepta eos increpare susceptibilẽ faciebat incusationẽ: & ideo quæ cogitabãt discipuli, Euãgelista in mediu introducit. dicẽs: At illi cogitabãt intra se, dicentes. Quia panes nõ accepimus. Hie. Quomodo ãt panes nõ habebant, q̃ statim impletis septẽ sportis, ascẽderunt in nauiculã et uenerũt in fines Mageda, ibi audiunt nauigãtes q̃ cauere debeãt à fermẽto pharisęorum & sadducæorũ, sed scriptura testat̃ q̃ obliti sunt eos secũ tollere. Chry. Quia verò discipuli circa obseruationes Iudaicas, adhuc repertebant, ideo dñs vehemẽter eos increpat ad vtilitatẽ omniũ vñ sequitur: Sciẽs ãt Iesus dixit eis: Quid cogitatis inter vos modicę fidei, q̃a panes non habetis? Gl. q.d. Quid cogitatis me dixisse de terrenis panibus, de q̃bus nõ est vobis dubitandum, cum de tam paucis tantas feci abundare reliquias. Chry. Hoc autem facit vt solicitudinẽ escarũ ab eis abiiciat. Sed quare non arguit eos, cum dixerunt: vnde nobis in solitudine panes tantis? etenim opportunius videbatur hoc dici. Sed ideo tunc non reprehendit eos, ne videretur se ingerere ad signa facienda, & nolebat ante turbas eos increpare. Tunc etiã rationabilior hæc accusatio fuit, quando

iam

iam duplici miraculo de panibus facto ta les erant, vt adhuc de escis dubitarent. Vi deât & increpationé cũ mansuetudine. velut.n. excusando respõdet pro his quos increpauerat dicens: Nondum intelligitis &c. Glos. q.d. Neq; Mysteriũ intelligitis, neq; uirtuté in memoria habetis. Chrys. Per qđ in memoriam eos reducit ad ea q̃ prætierierunt, & ad futura attentiores facit. Hie. Per hoc ât quod dicit: Quare non intelligitis &c. ecce per occasioné docet eos quid significent quinq; panes & septé quinq; milia hominũ & quatuor milia, q̃ passa sunt in eremo. Si.n. frumentum pharisæorum, & sadducæorum non corporalem panem, sed traditiones peruersas, & hæretica significât dogmata, quare cibi q bus nutritus est populus Dei, non verã do ctrinam integramq; significét? Chrys. Vt ât discas quantum in discipulis potuit inpretatio Christi, & qualiter eorum mentem erexerit dormientem, audi quid Euã gelista dicat: Tunc intellexerunt q̃ nõ di xit cauendũ a ferméto panum, sed a doctrina pharisæorũ & sadducæorum, quan uis eo hoc nõ interpretâte. Interpretatio ergo dñi eos a Iudaicis obseruationib. ab duxit; desides existétes attétiores fecit, & à parua fide eos eripuit: vt nõ timeant si qñ paucos panes hére videant, neq; ꝓ pane solliciti sint, sed hęc despiciât uniuersa.

Mansuetudo Christi.

Fermentũ malitiæ cauendũ.

Venit autẽ Iesus in partes Cæsareæ Philippi & interrogabat discipulos suos, dicens: Quẽ dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt; Alij Ioannem Baptistam, alij aũt Heliam, alij verò Hieremiã, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus; Vos ât quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei vivi. Respõdens aũt Iesus dixit ei, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cęlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam, & portę inferi nõ prævalebũt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunque ligaueris super terrã, erit ligatum & in cęlis. Et quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis.

Glos. postquã discipulos a pharisæorũ doctrina remouerat dominus, conueniéter euangelicæ doctrinæ altitudiné in eis fundat, & ut maior solénitas designetur, locus describitur, cum dicitur: Venit aũt Iesus in partes Cæsareæ Philippi. Chryso. Ideo ât nõ simpliciter Cæsareã nominat, sed Cęsareã Philippi, quia est alia Cęsarea, quę est Stratonis. non ât in illa, sed in hac discipulos interrogauit, lõgè eos à Iudæis abducens, ut oĩ timore eruti, liberè dicât quæ habebant in mente. Philippus ât iste frater fuit Herodis Tetrarchæ Ituręę & Thraconiditis regionis, qui in honore Tiberij Cæsaris, Cæsaream Philippi, quæ nunc Paneas dicitur, appellauit. Glo. Confirmaturus ât in fide discipulos, prius opiniones & errores aliorum à mentibus eorum voluit remouere, unde sequitur. Et inter dis. su. di. Quem &c. Orige. Interrogat Christ⁹ discipulos, ut ex Apostolorũ responsionib. nos discamus diuersas opiniones fuisse tunc apud Iudæos de Christo: & vt nos semper scrutemur qualis opinio sit apud hoĩes de nobis. vt si quid malè dr̃ de nobis, occasiones illius ꝑcidamus; si quid ât boni, eius occasiones augeamus. Sed & discipuli episcoporum apostolorum instruũtur exemplo, vt qualescunq; opiniones audierint foris de Episcopis suis referant eis. Hie. Pulchrè ât interrogat. Quem dicunt homines esse filiũ hominis? Quia qui de filio hoĩs loquunt, homines sunt; qui verò diuinitatem eius intelligũt, non hoĩes, sed dij appellantur. Chry. Non aũt dicit; Quem me dicũt scribæ & pharisęi esse, sed quem me dicunt hoĩes esse? plebis méte, quæ ad malũ prona inflexa nõ erat, inuestigãs. Et si.n. multo humilior q̃ oportebat eorum erat de Christo opĩo, sed tñ a nequitia libera erat pharisæorũ ât opinio de Christo erat plena multa malitia. Hil. Dicendo ergo. Quẽ di. ho. &c. significauit ꝑter id qđ in se videbat esse, aliud sentiendũ, erat.n. hoĩs filius. Qđ igitur de se opinãdi iudiciũ desiderabat? non illud arbitramur qđ se ipse cõfessus est, sed occultũ erat de quo q̃rebat, in qđ se credétiũ fide debeat extendere. Est ât hæc cõfessionis tenéda rõ, vt sicut Dei filiũ, ita & filiũ hominis meminerimus, q̃a alterũ sine altero nihil spei tribuit ad salutẽ, & ideo signãter dixit. Quẽ di. ho. esse fi. ho. Hier. Non.n. dixit. Quem me esse dicunt homines, sed quẽ dicũt es-

se filium hominis? ne iactanter de se quęrere videretur: Et nota q̄ vbicunq; in veteri testaméto scriptū est Filius hominis, in Hebręo positū est filius. Adā. Orig. Diuersas aūt Iudęorū opiniones de Christo discipuli referunt. vnde dr̄. At il.di. Alij Io.Bap.æstimationem.s. secuti Herodis. Alij aūt Heliā, videlicet æstimātes q̄ aut secundā natiuitaté susceperit Helias, aut ex eo tpe in corpore viuens in tpe apparuit illo. Alij verò Hieremiā, qué dn̄s in gentib. prophetā constituit, non intelligentes qm̄ Hieremias typus fuerat Christi. Aut vnum ex prophetis, rōne simili pp illa quæ Deus ad ipsos locutus est per p̄phetas, non tn̄ in ipsis, sed in Christo sunt impleta. Hier. Sed tn̄ turbæ sic errare potuerunt & in Helia & in Hieremia, quō Herodes errauit, in Ioanne; vnde miror quosdā interpretes causas errorum inquirere singulorum Chrys. Quia verò discipuli opinionem turbæ recitauerant, euocat eos per secundā interrogationem ad opinādum aliquid maius de ipso, & ideo sequit̄: Dicit il. Ie. Vos āt &c. Vos inquam qui simul mecū estis semper, quia maiora signa uidistis, q̄ turbę, non oportet vos in opinione conuenire cū turbis. & pp hoc non a principio prędicationis eos de hoc interrogauit, sed postquā multa signa fecit, & multa locutus est eis de sua deitate. Hier. Attéde āt q̄ ex hoc textu sermonis, Apostoli nequaquā homines, sed dij appellātur. Cū.n. dixisset: Quem dicunt ho. esse filium ho. subiecit: Vos āt qué me es. di. Ac si dicat illis, quia homines sunt humana opinantib. vos qui dij estis, qué me esse existimatis? Raba. Nō āt quasi nesciés de se sentētiā discipulorum vel extraneorum inquirit, sed ideo discipulos quid de se sentiant interrogat, ut confessionem rectæ fidei digna mercede remuneret. Ideo quid alij de se sentiant, inquirit, ut expositis primo sententijs errātium, discipuli probarentur veritaté suæ cōfessionis, non de opinione vulgata, sed de ipso p̄cepisse dominicæ reuelationis arcano. Chry. Qn̄ vero dominus de plebis opinione interrogat, oés respondent, sed omnib. discipulis interrogatis, Petrus tamquam os Apostolorum & caput, pro omnib. respondet. vnde sequitur: Respondens Simō Petrus di. &c. Orige. Denegauit quidem Petrus aliquid eorū esse Iesum, quæ arbitrabantur Iudęi, confessus est āt: Tu es Christus, qđ nesciebāt Iudęi; sed & qđ maius est, filius Dei viui, qui & per prophetas dixerat: Viuo ego dicit dominus, & ideo dicebatur viuus, sed secundum supereminentiam, quia supereminet omnibus habentib. vitam, qm̄ solus hēt immortalitatem: & est fons uitæ, quod proprie dicitur Deus pater, uita āt est quasi de fonte procedens, qui dixit: Ego sum vita. Hier. Deum etiā uiuum appellat ad comparationem eorū deorū, qui putantur dij, sed mortui sunt. Saturnū dico, Iouem, Venerem, & Herculem, & cætera idolorum portenta. Hilar. Est auté vera & inuiolabilis fides ex Deo Deum filium profectū esse, cui sit ex æternitate patris æternitas. Hunc igitur assumpsisse corpus & hominem factum esse, p̄fecta confessio est. Complexus est itaque omnia qui & naturā & nomen expressit, in quo summa uirtutum est. Raba. Mira autem distinctione factum est, ut domin⁹ ipse humilitatem assumptæ humanitatis profiteatur, discipulus excellentiā diuinæ æternitatis ostendat. Hilar. Dignum auté confessio Petri præmium consecuta est, quia Dei filiū in homine uidisset. vnde sequitur: Respōdens antem Iesus di. ei: Beatus es Simon &c. Hiero. Reddit.n. Christus Apostolo uicem pro testimonio quod de se Petrus dixerat: Tu es Christus filius Dei viui. Dominus autem dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quare? quia non reuelauit tibi caro & sanguis: sed reuelauit pater. Quod caro & sanguis reuelare non potuit, Spiritus sancti gratia reuelatum est. Ergo ex confessione sortitur vocabulum quod reuelationé ex Spiritu sancto habebat, cuius & filios appellād⁹ fit. siquidem Bariona in lingua nostra sonat filius columbæ. Hier. Alij simpliciter accipiūt, quòd Simon scilicet Petrus filius sit Ioannis, iuxta alterius loci, interrogationem: Simon Ioannis, diligis me? & uolunt scriptorū uitio deprauatū, vt pro Barioana, idest filius Ioannis, Bariona scriptum sit, vna detracta syllaba Ioāna uero interpretatur Dei gratia, vtrūq; āt nomé mysticè intel-

Cōfessio Petri.

intelligi potest; ꝙ & colūba Spiritū sanctum, & gratia Dei donū significet spirituale. Chryſ. Vanum autem esset dicere: Tu es filius Ionæ vel Iona, nisi ut ostendat quoniā ita naturaliter est Christus filius Dei, sicut Petrus filius Ionæ, eiusdem substantiæ cum eo qui genuit. Hier. Illud autem quòd ait, Quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, apostolicæ narrationi cōparat, in qua ait. Continuo non acquieui carni & sanguini, carnem ibi & sanguinē Iudæos significās, ut hic quoque sub alio sensu demonstretur ꝙ ei nō per doctrinā pharisæorum, sed per Dei gratiam Christus Dei filius reuelatus sit. Hil. Vel aliter: Beatus hic, quia ultra humanos oculos & intēdisse & uidisse laudatus est, non id qđ ex carne & sanguine est contuēs, sed Dei filium cœlestis patris reuelatione conspiciēs, dignusq; iudicat⁹ est ut primus agnosceret ꝙ diuinitas esset in Christo. Orige. Est āt in hoc loco quærendum, vtrum cū prius mitterentur iam cognoscebant discipuli qm̄ ipse erat Christus? Hic.n sermo demonstrat, qm̄ tunc primum confessus fuerit eum Petrus Christum filiū Dei viui. & vide si potes, qm̄ credere Iesum esse Christum minus est q̄ cognoscere. vt dicamus ꝙ qñ mittebantur ad prædicandum, credebāt quidē Iesum esse Christū, postea āt proficientes ēt cognouerūt Aut ita est respondendum, ut dicamus qm̄ tūc quidem Apostoli initia cognitioni, habebant Christi, & exigua cognoscebāt de illo: postea autem profecerunt in agnitionem ipsius, vt possent capere sententiam Christi reuelatam a patre, sicut & Petrus qui beatificatur, non solum in eo ꝙ dicit. Tu es Christus, sed in eo magis ꝙ addidit filius Dei viui. Chry. Nimirū āt si non confessus esset, Petrus Christum propriè ex patre, natum non esset hic reuelatione opus, neque ęstimare Christum vnum ex multis filijs adoptiuis beatitudine dignū esse. Nam & ante hoc illi qui erant in naui, dixerunt: Verè filius Dei est hic. Sed & Nathanael dixit: Rabi, tu es filius Dei. nō tamen beati dicti sunt, quia non talē confessi sunt filiationem, qualem Petrus, sed vnū ex multis eum æstimabant, nō verè filium: vel & si præcipuū quidem præ multis, non autem ex substantia patris. Videt autem qualiter & filiū reuelat pater, & patrem filius. Non.n. ab alio est discere filium quam a patre, nec ab alio patrem q̄ à filio: quare & hinc manifestum est, ꝙ filius est consubstantialis & coadorandus patri. Ostendit aūt Christus ex hinc iam multos credituros, qđ fuerat Petrus cōfessus. Vnde subdit: Et ego dico tibi &c Hiero. Ac si dicat, quia tu mihi dixistis: Tu es Christus filius Dei viui: & ego dico tibi, non sermone casso, & nullum opus habente, sed dico tibi: quia meum dixisse, fecisse est. Quia tu es Petrus. sicut.n. ipse lumē Apostolis donauit, ut lumen mūdi appellentur, & cætera quæ a domino sortiti vocabula sunt: ita & Simoni q credebat in petram Christum Petri largitus est nomē. Augu. de con. Euan. Nullus tñ arbitretur ꝙ hic Petrus nomen acceperit, non.n. accepit hoc nomen, nisi vbi Ioannes cōmemorat ei dictum esse: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Hie. Secūdum āt metaphoram petræ recte dicitur ei. Aedificabo Ecclesiam meam super te. & hoc est quod sequitur. Et super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam. Chryſ. Idest in hac fide & confessione ædificabo Ecclesiam meam. Hinc ostēdit multos iā credituros qđ Petrus confessus fuerat: & erigit eius sensum & pastorem ipsum facit. Aug. in lib. retrac. Dixi in quodam loco de Apostolo Petro, ꝙ in illo, tanquā in petra ędificata est Ecclesia: sed scio me postea sæpissimè sic exposuisse quod a dño dictum est. Tu es Petrus &c. ut super hūc intelligeret, quē cōfessus est Petrus, dicēs: Tu es Christus filius Dei viui, ac si Petrus ab hac petra appellatus, personam Ecclesiæ figuraret, quæ super hanc petrā ædificatur. non enim dictū est illi: Tu es petra, sed tu es Petrus: petra autē erat Christus, quem confessus Simon, sicut ei tota ecclesia confitetur, dictus est Petrus. Harum autē duarum sentētiarū quæ sit propabilior eligat lector. Hil. Est aūt in nuncupatione noui nominis fœlix Ecclesiæ fundamētū dignaque ædificatione illius petra, quę infernales leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret. vnde ad ostendendam firmitatem ecclesię supra petrā,

fundatæ, subditur: Et portę inferi &c. Gl. Idest, nó separabunt eã a charitate mea & fide. Hic Ego portas inferi vitia reor atq; peccata, vel certè hæreticorũ doctrinas, p quas illecti hoies ducuntur ad tartarum. Orig. Sed & singulæ spirituales nequitiæ in cęlestib. portę sunt inferorũ, quibus cõtrariantur portæ iustitiæ. Rab. Portæ quoque inferi, ét torméta & blandiméta sunt psecutorũ, sed & praua infidelium opera, ineptaq; colloquia portæ sunt inferi, quia iter pditionis ostendunt. Chry. Non auté exprimit vtrũ petræ non præualebunt, in qua ædificat Christus ecclesiã; aut ecclesiæ, quã ædificat super petrã. tñ manifestũ est, quia nec aduersus petrã, nec aduersus ecclesiã portæ præualent inferorũ. Cyril. in lib. thesau. Secundũ aũt hanc dñi promissionem ecclesia apostolica Petri ab omni seductione hæreticaq; circunuétione manet immaculata, super oẽs præpositos & epos, & super oẽs primates ecclesiarũ & populorũ in suis põtificibus, in fide plenissima & auctoritate Petri. Et cum aliæ ecclesiæ quorundã errore sint verecũdatæ, stabilita inquassabiliter ipsa sola regnat, silentium imponens & oium obturans ora hæreticorũ, & nos necessario salutis nó decepti superbia, neq; vino superbiæ ebriati, typũ ueritatis & Sãctæ Apostolicæ traditionis, vnà cũ ipsa cõfitemur & prædicamus. Hieron. Nemo aũt putet hoc de morte dici, ꝙ Apostoli cõditioni mortis subiecti nó fuerint, quorũ martyria videat coruscare. Orig. Si ergo & nos, patre nobis reuelante, qui est in cęlis, qñ scilicet conuersatio nostra in cęlis est, cõfessi fuerimus Iesum Christum esse filiũ Dei viui, & nobis dicetur: Tu es Petrus, &c. Petra enim est omnis qui imitator est Christi aduersus quem autem portæ præualent inferorum, ille neq; petra dicédus est, supra quã ædificat Christus ecclesiã, neq; ecclesia, neq; pars ecclesię, quã Christus ædificat supra petram. Chry. Deinde & alium Petri dicit honorem, cum subditur: Et tibi dabo claues regni cęlorum. q. d. Sicut pater dedit me cognoscere, ita & ego aliquid dabo, scilicet claues regni cęlorum. Raba. Qui enim regem cęlorum maiori prę cęteris deuotione cõfessus est, merito præ cæteris ipse collatis clauibus regni cęlestis donatus est: vt cõstaret omnibus, quia absq; ea cõfessione ac fide regnum cęlorum nullus posset intrare. Claues autem regnũ cęlorũ ipsam discretionem & potentiam nominat: potentiã qua liget & soluat, discretionem qua dignos vel indignos discernat. Glo. Vnde sequitur: Et quodcunque ligaueris, idest quécunq; indignum remissione iudicaueris dum viuit, indignus apud Deum iudicabitur. Et quodcunq; solueris, idest quemcunq; soluendũ iudicaueris dum viuit, remissioné peccatorum consequitur à Deo. Orig. Vide aũt quantam potestatem habet petra, super quã ędificatur ecclesia eius, vt etiã iudicia maneant firma, quasi Deo iudicãte per eã. Chrys. Vide aũt qualiter Christus reducit Petrũ ad excelsam de ipso intelligentiam. Hæc. n. ei se promittit daturum, quæ sunt propria Dei solius, scilicet peccata soluere, & ecclesiam immutabilé facere inter tot persecutionum & tétationum procellas. Rab. Hæc autem ligãdi atque soluẽdi potestas quãuis soli Petro data videaĩ à domino, tamé & cæteris Apostolis datur, necnon etiam nunc in episcopis ac presbyteris omni ecclesiæ. Sed ideo Petrus specialiter claues regni cœlorũ & principatum iudiciariæ potestatis accepit, vt oẽs qui p orbem credentes intelligant, quia quicũq; ab vnitate fidei vel societatis illius quolibet modo semetipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuã possunt regni cęlestis ingredi. Gl. Specialiter etiã eam Petro cõcessit vt ad vnitatem nos inuitaret. Ideo enim eum principem Apostolorum cõstituit, ut ecclesiã vnum principalé Christi haberet Vicariũ, ad qué diuersa membra ecclesiæ recurrẽt, si fortè inter se dissentirét. Quòd si diuersa capita essent in ecclesia, vnitatis vinculũ rumperetur. Quidã autem dicunt, ꝙ ideo dicit, super terram. Non. n. data est potestas hominibus ligandi vel soluendi mortuos, sed viuos. Qui aũt mortuos solueret, uel ligaret, non super terrã, sed post terrã hoc faceret. Ex senten. Constantinopolis concilij. Quomodo autem præsumũt quidam dicere de uiuis tantummodo hæc dicta esse? an ignorãt, quia

Claues ecclesiæ q̃ sint.

Apostolica auctoritas super uiuos, & mortuos.

quia iudiciũ anathematis nihil est aliud, quam separatio? Euitandi sunt autem illi qui à pessimis culpis detinẽtur, siue in viuis sint, siue non. A nocente.n. semper resurgere necessarium est. Sed & Augustini religiosæ memoriæ, qui inter Aphricanos episcopos splenduit, diuersæ epistolæ recitatæ sunt, significantes quod oporteret hęreticos & post mortem anathematizare. Talem autẽ ecclesiasticam traditionẽ & alij Aphricani episcopi seruauerunt. Sed & sancta Rom. Ecclesia quosdã episcopos post mortẽ anathematizauit, licet ꝓ fide in vita sua non essent accusati. Hiero. Istum locũ episcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de pharisæorũ assumunt supercilio, ut vel damnent innocentes, vel soluere se noxios arbitrentur, cum apud dñm non sententia sacerdotum, sed reorum vita quærat. Legimus in Leuitico de leprosis, ubi iubentur ostẽdere se sacerdotibus, & si leprã habuerint, tũc à sacerdote immundi fiant, non ꝙ sacerdotes leprosos faciant & immũdos, sed ꝙ habeãt notitiam leprosi & nõ leprosi, & possunt discernere qui mundus, qui ve immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos immundum facit, sic & hic alligat vel soluit episcopus, uel presbyter, non eos qui insontes sunt uel innoxij, sed pro officio suo cum peccatorum audierit uarietates, scit qui languidus sit, qui soluendus. Ori. Sit ergo irreprehensibilis qui alterum ligat uel soluit, ut inueniatur dignus ligare uel soluere in cœlo. Sed & ei qui potuerit uirtutibus portas obstruere infermorum, quasi præmium dantur claues regni cœlorum: omnes.n. species uirtutũ cũ quis eam cęperit operari, quasi ipse se adaperit ante eũ dño uidelicet aperiente eã per gratiã suam, ut inueniatur eadem uirtus & porta esse, & clauis portę. Forsitan autem & unaquæque uirtus est regnum celorum.

Tunc præcepit discipulis suis vt nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus: exinde cępit Iesus ostendre discipulis suis, quia oporteret eũ ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus et scribis, & principibus sacerdotum et occidi, & tertia die resurgere.

Origen. Postquam Petrus confessus est Christus filium Dei uiui, quiã noluit hoc eos interim ꝑdicare, subdit; Tũc præcepit discipulis &c. Hie. Sed cũ suprà mitteret discipulos suos ad ꝑdicandũ, iusserit eis, ut annunciarent aduentum suũ, uidetur esse cõtrariũ quod hic ꝓcepit ne se dicant esse Iesum Christũ. mihi uidet̃ aliud esse Christũ ꝑdicare, aliud Iesum Christũ. Et Christus cõe dignitatis est nomen, Iesus ꝓpriũ uocabulũ Saluatoris. Ori. Vel tũc leuiter quidẽ de eo annunciabant, quasi de magno & mirabili uiro, Christũ aũt esse eum nondũ annunciabãt. Qui ãt uult ẽt Christũ eum ꝑdicatũ prius ab Apostolis, dicet qm̃ leuiter præmittere uoluit eos mẽtionem nominis sui, ut interim facto silentio prædicationis huius, hoc ipsum quod leuiter de Christo auditum fuerat, digeratur in sensib. auditorum. Aut ita est soluẽda quæstio, ut uideantur ea quæ superius de annunciando Christo sunt dicta, nõ ad tẽpus pertinere quod fuit ante Christi resurrectionem, sed ad tẽpora post futura. Hic autem quæ mandat vt nemini dicant, tũc Apostolis conuenire: inutile enim est ipsum quidem prędicari, crucem autẽ eius tacere. Propterea præcipit eis vt nemini dicerent, quia ipse est Christus; & præparabat eos vt postmodum dicant, quoniam ipse est Christus q crucifixus est, & resurrexit à mortuis. Hiero. Quod ne quis putet nostræ tantum esse intelligentiæ: sequitur causas tunc prohibitæ prædicationis exponit. Sequitur enim: Exinde cœpit Iesus &c. Est autem sensus: Tunc me prædicate, cum ista passus fuero. quia non prodest Christum publicè prædicari, & eius vulgare in populis maiestatem, quem post paululum flagellatum uisuri sunt & crucifixum. Chrysostomus. Quod enim semel radicatum est, & postea euulsum, si iterum plantetur difficilè retinebitur apud multos: quod autem infixum semel est, & mansit postea immobile, facilè prouehitur ad augmentum, propter hoc autẽ immoratur tristibus prędicendis, & sermonem multiplicat, vt aperiat discipulorum mentes. Origenes. Et uide qui non dixit: Cœpit dicere uel docere, sed ostendere. quoniam sicut corporalia ostendi dicuntur, sic ostendi dicuntur a Christo ea quę loquebatur. Non autem sic puto eis qui

corporaliter eum multa patientem viderunt, ostensa fuisse ea quæ videbãtur, quo modo discipulis ostensus est rationabilis sermo de mysterio passiõis & resurrectionis Christi, & tunc quidem cœpit ostendere; consequenter autem postea capacioribus factis plenius demonstrauit; quia omne quod cœpit Iesus, hoc perfecit. Oportebat autem eum ire in Hierusalem, vt occidatur quidé in Hierosolymis, quæ sunt deorsum, regnet autem resurgens in Hierusalem cœlesti. Postquam enim resurrexit Christus, & alijs cõsurrexerunt ei, iá nó deorsum quæritur Hierusalem, vel domus orationis i ea sed rursum: patitur auté multa à seniorib. Hierusalé terrenæ, vt glorificetur ab his, qui capiunt beneficia eius cœlestib. seniorib Tertia auté resurrexit à mortuis, vt eripiés à maligno acquirat eis qui liberati fuerat hoc donũ, vt baptizentur spiritu & anima & corpore in nomine Patris & Filij & Spiritus san. qui sunt tres dies simul perpetuo instãtes eis, qui per eos facti fuerunt filij lucis.

Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illũ, dicens: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit Petro: Vade post me satanas, scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.

Orige. Adhuc initia eorum quæ ostendebantur dicens Christus, Petrus indigna hæc filio Dei viui arbitrabatur, & quasi oblitus, quoniam filius Dei viui nihil dignum increpatione facit, aut agit, cœpit increpare, & hoc est quod dicit: Et assumens eum Petrus &c. Hier. Sæpe diximus nimij ardoris, amorisq; quá maximi fuisse Petrum in dominum Saluatorem Qui ergo post confessione suam & præmium Saluatoris quod audierat, nó vult destrui cõfessionem suam; nec putat posse fieri vt Dei filius occidatur, assumit eum in affectum suum, vel separatim ducit, ne præsẽtibus cæteris condiscipulis videatur magistrum arguere: & cœpit illum increpare amantis affectu, & obstans dicere: Absit à te domine. Vel vt melius habetur in Græco: Propitius sis tibi domine, nó erit hoc quasi necessariam haberet propitiationé, cuius affectũ quidem suscipiens Christus, ignorãtiam exprobat. vnde sequitur: Qui con. dixit Petro: Vade &c. Hila. Sciens mundũs diabolicę artis instinctũ, Petro ait Vade retro post me. i. vt exemplũ suæ passionis sequatur In cũ vero ꝑ qué opinio hæc suggerebatur conuersus, adiecit: Satana; scan. &c. Non. n. conuenit existimare Petro satanæ nomé, & offensioné scandali deputari, post indulta illa beatitudinis & potestatis tanta ꝓmia. Hier. Sed mihi error apostolicus de pietatis affecti veniens, nunquã incentiuũ videbitur diaboli. prudens ergo lector consideret Petro illá beatitudiné ac potestatem in futuro promissam, non in præsenti datam: quam si statim dedisset ei, nunquam in eo prauæ confessionis error inuenisset locum. Chryso. Quid etiá mirabile est hæc pati Petrum, qui de his reuelationé non susceperit. Vt. n. discas quod neque illa quæ de Christo confessus fuerat, ex se locutus est, vide qualiter in his quæ non reuelata sunt ei turbationem patiatur: humana enim & terrestri cogitatione quæ sunt Christi considerans, æstimabat, turpe & indignum esse ei quod pateretur. Et ideo dominus subiecit: Quia non sapis ea &c. Hiero. q. d. Meæ voluntatis est & patris, vt pro hominum salute moriar, tu tuam tantum considerans voluntatem, nó vis granum tritici cadere in terram, vt multos afferat fructus: & ideo quia contraria loqueris voluntati meæ, debes aduersarius appellari: satanas enim interpretatur aduersarius, siue contrarius non tamen vt plerique putant eadem satanas & Petrus sententia condemnatur: Petro enim dicitur, Vade retro me satana, idest sequere me qui contrarius es voluntati meæ: Ille audit, vade satana: & non ei dicitur retro, vt subaudiatur: Vade in ignem æternum. Origen. Dixit ergo Petro: Vade post me, quasi desistenti ꝑ ignorantiam ire post Christum Satana autem dixit ei, quasi per ignorantiam aliquid habenti contrarium Deo. Beatus autem ad quem conuertitur Christus, etiam si corripiendi causa conuertitur: Sed quare dixit ad Petrum: Scãdalum mihi es, cum in psalmo dicatur: Pax multa diligentib. legem tuam, & non est illis scandalum? Sed respondendum est, quoniam non solũ Iesus non scandalizatur, sed nec omnis homo

Petrus qũo satanas.

mo qui in dilectione Dei perfectus est, sed quantú ad se qui tale aliquid uel agit vel loquitur, scandalum est alteri, licet ille inscandalizabilis sit. Aut certe omnem discipulum peccantem scandalum sibi appellat, sicut & Paulus dicebat. Quis scandalizatur, & ego non vror?

Tūc Iesus dixit discipulis suis. Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucē suā & sequatur me. Qui.n. uoluerit animā suā saluā facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

Chry. Postquam Petrus dixerat, propitius esto tibi, nequaquam erit tibi hoc: & audiuit, uade retro me satana: nō fuit dominus hac solū increpatione contentus, sed ex superabundantia uoluit ostendere inconuenientiā dictorū à Petro, & fructū suæ passionis: uñ subdit: Tunc Iesus dixit discipulis suis, si qs uult post me venire. q.d. tu dicis mihi, propitius esto tibi. Ego āt dico tibi, quoniā nō solū me ꝓhibere à passione nociuū tibi est, sed neq; saluari poteris nisi patiaris, & moriaris, & uitæ abrenūties semper. & vide ꝙ nō coactiuū facit sermonē, non.n. dixit, si uolueritis, oportet, uos hæc pati, sed si qs vult, hoc āt dicēs magis attrahebat. qui.n. libertati auditorē dimittit, magis attrahit, q. vero violentiā infert multoties impedit. nō āt solis discipulis suis, sed & commune hoc dogma orbi terrarū proponit, dicēs: Si qs vult, idest si mulier, si vir, si rex, si liber, si seruus. Chry. Tria autem sunt quæ dicūtur. Abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Gregorius in ho. Quia nisi quis à semetipso deficiat, ad eū qui super ipsum est, nō appropinquat. Sed si nosipsos relinquimus, quo ibimus extra nos: uel quis est qui uadit, si se deseruit? sed aliud sumus per peccaū lapsi, aliud ꝑ naturā cōdidit: tunc ergo nosmet ipsos relinquimus & abnegamus, cū uitamus quod ꝑ uetustatē fuimus, & ad hoc nitimur ad quod per nouitatē uocamur. Greg. super Ezech. Semetipsum etiā abnegat, quicūq; mutatur ad meliora, & incipit esse quod non erat, & desinit esse qđ erat. Greg. 23. Mora. Semetipsum etiam abnegat, qui calcato typo superbię, ante Dei oculos se esse à se alienum demonstrat. Orig. Quanuis āt uideatur aliquid à peccato abstinere; tamen nisi in crucem Christi crediderit, non potest dici Christo confixus, siue cruci. unde sequitur; Et tollat crucem suam. Chrisosto. Vel aliter. Qui negat alium, uel fratrem, uel famulum, uel quemcunque, & si flagellatū uiderit, & quodcunque patientem non assistit, non adiuuat: ita uult corpori nostro nos nō ignoscere, ut si flagellauerint uel quodcunque aliud fecerint, corpori non parcamus. hoc enim est parcere, sicut patres tunc ignoscunt filijs, cum magistris eos tradentes iusserint ut non parcant. Ne autem æstimes quòd usque ad uerba tantum & cōtumelias oportet abnegare seipsum, ostendit usque ad quātum abnegare seipsum oporteat, qa usque ad mortem etiā turpissimā, scilicet crucis quod significat in hoc quod dicit, Et tollat crucem suam, & sequatur me. Hilarius. Sequendus enim est dominus cruce assumpta passionis suæ, & si non sorte, tñ uolūtate comitandus est. Chry. Quia etiā latrones multa grauia patiuntur, ut nō esti mes ꝙ passio malorum sufficiat, adiungit causam patiendi, cū dicit. Et sequatur me, ut ꝑ eum oīa sustineas, & alias eius uirtutes addiscas: hoc est.n. sequi Christū ut oportet diligentē esse circa uirtutes & pati oīa propter ipsum. Gregorius. Duobus ēt modis crux tollit: cū aut per abstinentiā affligitur corpus, aut per cōpassionē proximi affligit animus. Sed qa ipsius uirtutibus quædā uitia mixta sunt dicēdū nobis est, ꝙ abstinentiam carnis, nonnunquam uanagloria obsidet. quia dū tenuitas in corpore, dum pallor in uultu respicitur, uirtus patefacta laudatur. Compassionem uero animi plerunque latenter obsidet pietas falsa, ut hanc nonnunquam usque ad cōdescendēdum uitijs ꝑtrahat: unde ad hæc excludenda subdit, Et sequatur me. Hieronymus. Vel aliter: Tollit crucem suam, qui mundo crucifigitur, cui autem mundus crucifixus est, sequitur dominum crucifixum. Chrysostomus. Deinde quia graue uidebatur quod dictum est, per ea consequuntur id mitigat, pręmia ponens superemimentia laboribus, & malitiæ pœnas. unde

de sequitur. Qui enim volue. &c. Orige. Quod dupliciter potest intelligi. Primũ sic. Si quis amator vitę præsentis parcit animæ suæ timés mori, & putás animam suã per hanc morté perire, iste volés hoc modo saluare aĩam suã, perdet eam, alienam illam faciens a vita æterna. Si quis conténens uitam pręsentem, vsq; ad morté pro veritate certauerit, perdet quidem animam suam quantum ad vitam pręsentem, sed qm̃ propter Christum perdet eã, magis eam saluam faciet in vitã æternã. Alio modo sic: Si quis intelligit quæ est vera salus, & acquirere vult eã ad salutẽ animæ suæ: iste abnegans semetipsum ꝑdit quantum ad uoluptates carnales animã suam ꝑꝑ Christum: & perdens aĩam suam hoc modo, saluat eã per opera pietatis. dicendo. n. Qui voluerit, pręcedentem & sequenté vnum sensum esse ostendit. Si ergo qđ superius dixit, Abneget semetipsum, de morte corporali dixit consequenter hoc de sola morte intelligere debem⁹ dictũ esse si aũt abnegare seipsum, est carnalem conuersationem reijcere: & ꝑdere animã, est deponere voluptates carnales.

Quid. n. prodest homini, si vniuersum mũdũ lucretur, animę vero suę detrimentũ patiatur. Aut quã dabit homo commutationẽ pro anima sua. Filius. n. hominis venturus est in gloria patris sui cũ Angelis suis, et tunc reddet vnicuiq; secundũ opera eius. Amen dico vobis, sunt qui dã de hic stantib. qui nõ gustabunt mortẽ, donec videant filium hominis uenientem in regno suo.

Chry. Quia dixerat, qui vult saluare, perdet: & qui perdet saluabit, vtrobique salutem & perditionem ponés: ne aliquis æstimet æqualem esse hinc inde perditionem & saluté, subiungit; Quid enim prodest, &c. q. d. ne dicas ꝙ qui pericula, quæ propter Christum imminẽt, effugit saluet animam suam, id est vitam temporalem. Sed pone ẽt cum anima, idest uita temporali totum orbem terrarum, quid ex his homini erit amplius anima in perpetuum pereunte? Si enim famulos tuos videas in lętitia, te ãt in malis vltimis cõstitutum, quid lucrateris ex eorum dominio? Hoc ẽt in anima tua reputa, cũ carne lasciuiente ipsa futuram ꝑditioné expectat. Orig. Puto ẽt ꝙ mundum lucratur, qui non abnegat semetipsum, nec perdit aĩam suam quantum ad voluptates carnales, & ipse facit animæ suæ detrimẽtum. Ideo duob. nobis propositis, magis est eligendum vt mundum perdamus, & lucremur animas nostras. Chry. Sed si regnaueris suꝑ uniuersum orbẽ terrarũ, nõ poteris animam tuã emere, unde sequitur. Aut quã dabit homo commutationé pro anima sua? Ac si dicat: Diuitias si perdideris, poteris dare diuitias alias ad eas redimẽdas: animã ãt perdens, non poteris animam aliã dare, sed neq; aliquid aliud: Quid ãt mirabile est, si in anima hoc contingit? Etenim in corpore & hoc videtur contingere. Et si. n. decem milia diademata corpori insanabiliter ægroto circũposueris, non curatur. Orig. Et prima quidem facie commutatio animæ est in substantia, ut det substantiam suam homo pauperib. & saluet animã suam. Sed puto ꝙ non hẽt aliquid homo, quod dãs quasi commutationem animæ suę liberet eam de morte, Deus ãt pro animabus hominum dedit commutationem preciosum sanguinẽ filij sui. Grego. Vel aliter põt continuari, quia sancta Ecclesia aliud hẽt tẽpus persecutionis, & aliud pacis: redemptor noster ipsa eius tẽpora distinguit in præceptis nam persecutionis tempore ponenda est anima: pacis ãt tẽpore, ea quæ amplius dominari possunt frangenda sunt desideria terrena. vnde dicitur. Quid. n. prodest homini? Hier. prouocatis aũt discipulis ut abnegarent se, & tollerent crucẽ suã grandis fit terror audientium. Idcirco tristibus læta succedunt & dicit: Filius enim hominis &c. Times mortem? audi gloriam triumphantis. Vereris crucem? ausculta Angelorum ministeria. Orig. q. d. Nunc quidem filius hominis venit, sed nõ in gloria, non. n. decebat eum in gloria constitutum peccata nostra portare: sed tunc veniet in gloria, cũ ante ꝑparauerit discipulos suos, factus sicut illi, vt illos faceret, sicut est ipse conformes gloriæ suæ. Chry. Non autem dixit in tali gloria in quali est pater, ne alteritatem gloriæ suspiceris, sed ait: Gloria patris, vt eadẽ gloria ostendatur. Si autẽ gloria vna est; manifestũ quòd & substantia vna est. Quid ergo times Petre mortẽ

Gloria Christi quæ sit.

au-

audiés? tunc me videbis in gloria. Si autē ego in gloria, & vos: sed tamē dicens gloriam, terribilia immiscuit in mediū iudicium introducens. vnde sequitur. Et tunc reddet vnicuiq; secundū opera eius. Hie. Non est. n. distinctio Iudęi & Gentilis, viri & mulieris, pauperum & diuitū vbi nō personę, sed opera considerantur. Chrys. Hoc autem dixit non solum peccatorib. pęnas commemorans, sed iustis brauia & coronas. Hie. Poterat āt Apostolorum tacita cogitatio illiusmodi scandalum sustinere. Occasionem & mortem nunc dicis esse futuram, ꝙ āt promittis te affuturum in gloria in tempora longa differtur. Prævidens ergo occultorum cognitor, quid possent obijcere, præsentem timorē præsenti cōpensat præmio dicens: Amen dico vobis, sunt &c. Chry. Volens ergo mōstrare quid est illa gloria in qua postea vētura est, eis in pręsenti uita euelauit sicut possibile erat eos discere, vt neq; in domini morte iam doleant. Remi. Quod ergo hic dicitur, impletū est in tribus discipulis, quib. dn̄s transfiguratus in monte gaudia ęternæ repromissionis ostendit, qui viderunt eum in regno suo venientem. i. in ea claritate fulgentem, & in qua peracto iudicio videbitur ab omnib. sanctis. Chr. Propter hoc āt non prædicit nomina eorum qui ascensuri erant in montem, quia reliqui valde concupiscerent sequi, exemplum illius gloriæ visuri: & grauiter tulissent, velut despecti. Grego Vel regnum Dei præsens Ecclesia vocatur, & quia nōnulli ex discipulis eius vsq; adeo in corpore victuri erant, vt ecclesiam Dei constructam conspicerent, & contra huius mūdi gloriam erectam: consolatoria promissione nūc dicitur. Sunt quidam de hic stantibus. Orig. Moraliter āt verbum Dei his q. nouiter inducuntur ad fidē, formam hēt serui perfectis āt uenit in gloria patris sui. Raba. Angeli āt illius sunt prophetarum sermones, quos non est possibile ante spiritualiter intelligere, nisi cū spiritualiter intellectū fuerit verbum Christi, vt videatur simul apparere in maiestate. Tunc aūt dabit vnicuiq; de gloria sua secūdū actū eius; quia quāto quis melior fuerit in actibus suis, tāto spiritualius intelligit Christum vel prophetas ipsius. Stantes āt vbi stat Iesus sunt qui fundatas habent apud Iesum aiæ bases. Ex quib. qui melius stāt, dicuntur nō gustare mortē, donec videāt verbū Dei, quod venit in regno suo vidēs eminētiam Dei, quam videre nō possunt qui diuersis inuoluti sunt peccatis, quod est mortem gustare, qua peccās anima moritur. Sicut. n. vita est & panis viuus qui de cęlo descēdit, sic & inimica eius mors panis est mortuus. Ex istis aūt panib. quidam modicum manducant, tantum gustantes, quidam autē abundantius, qui. n. raro & modicū peccant, tantūmodo gustāt mortem? qui āt perfectius susceperint spiritualem virtutem, non gustant eā, sed viuo pane semper vescuntur. ꝙ aūt dicit, donec videant, non diffinit tp̄s ut postquā transierit illud, donec fiat quod ante non fuerat factum: sed rem, quę necessaria est, exponit. qui. n. semel videt eum in gloria eius, iā nequaquā gustabit mortē. Rab. Sanctos autem mortem gustare testatur; à q. bus mors corporis quasi libando gustatur vita vero animæ possidendo tenetur.

Vitæ panis est.

CAPVT XVII.

ET post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioānem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et resplēduit facies ei⁹ sicut sol; vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Respondens aūt Petrus dixit ad Iesum Domine, bonum est nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnū, Moysi vnum, & Eliæ vnum.

Rem. Claritatem suæ visionis quam p̄miserat dn̄s discipulis suis in hac transfiguratione habita in monte post sex dies compleuit. vnde dicitur. Et post sex dies &c. Hier. Quæritur autem quomodo post sex dies assumpsit eos, cum lucas octonariū, numerū ponat? sed facilis est respōsio: quia hic medij ponuntur dies, ibi primus additur & extremus. Chrys. Ideo autem non confestim facta promissione eos sursum ducit; sed post sex dies, ut reliqui discipuli

scipuli nihil patiantur humanũ, id est aliquem inuidiæ motum, vel vt horum dierũ spatio vehementiori cõcupiscentia repleti, qui assumẽdi erant solicita mẽte accederent. Rab. Merito ãt post sex dies gloriã illam ostendit, quia post sex ætates futura est resurrectio Orige. Vel quia in sex dieb. totus perfecti numeri factus est visibilis mundus, qui transcendit oẽs res mundi, põt ascendere super montẽ excelsum, & gloriam aspicere verbi Dei. Chrysost. Ideo ãt hos tres assumpsit, qm̃ alijs potiores erãt. Intẽde ãt qualiter Matthęus non occultat eos qui sibi pposíti sunt, hoc.n. & Ioannes facit, præcipuas Petri laudes cõmemorans. Ab æmulatione.n & vana gloria mũdus fuit Apostolorum chorus. Hil. in tribus aũt assumptis de trium origino Sem, Cham, & Iaphet, futura electio populi ostenditur. Rab. Vel tres solũmodo discipulos secũ ducit, quia multi sunt vocati, pauci vero electi. Vel quia qui nunc fidẽ sanctæ trinitatis incorrupta mẽte seruant, tunc æterna eius visione lætãtur. Remi. Ostensurus ãt dominus gloriã suæ claritatis discipulis, duxit eos in montem vnde sequitur; Et duxit illos &c. In quo docet, quia necesse est omnibus, qui Deum contemplari desiderant, vt non in infimis voluptatibus iaceant, sed amore supernorum semper ad cœlestia erigant; & vt ostẽdat discipulis quatenus gloriam diuinę claritatis non in huius seculi pfundo quærãt, sed in cœlestis beatitudinis regno. Ducuntur ãt seorsum, quia sancti viri toto animo & fidei intentione separati sunt a malis, funditusq; separabuntur in futuro, vel quia multi vocati, pauci vero electi. Sequitur; Et trãsfi. &c. Hie. Qualis enim futurus est tpe iudicandi, talis Apostolis apparuit. Nemo autem putet pristinam cũ formam & faciem perdidisse, vel amisisse, corporis veritatẽ, & assumpsisse corpus spiritale, vel aereũ. Sed qũo trãsfiguratus sit, Euangelista demõstrans dicit, resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autẽ eius facta sunt alba sicut nix. Vbi splendor faciei ostenditur, & candor describitur vestiũ: nõ substantia tollitur, sed gloria cõmutat. Certẽ transformatus est dñs in eam gloriam qua venturus est postea in regno suo. Transformatio splendorem addidit, faciẽ non subtraxit: & si corpus spiritale fuerit, vnde & vestimẽta mutata sunt, quæ intantum fuere candida vt alius Euangelista differit, qualia fullo super terrã non posset facere. huiusmodi ãt corporale & est & tactui subiacet non spiritale & aereũ, quod illudat oculos, & tãtum in phantasmate aspiciatur. Chrys. Si ãt facies domini resplenduit sicut sol, & sancti sicut sol fulgebũt, nũquid erit ęqualis claritas dñi & seruorum? nequaquam. Sed quia nihil lucidius inuenitur sole, idcirco ad manifestandum exemplum futuræ resurrectionis, & facies dñi resplendere, & iusti fulgere dicuntur sicut sol. Orige. Mysticẽ ãt cum aliquis transcenderit sex dies secũdũ q diximus, videt transfiguratum Iesum ante oculos cordis sui. Diuersas.n. hẽt verbum Dei formas; apparens vnicuiq; secundum q videnti expedire cognouerit; & nemini supra quod capit semetipsum ostendit. vnde non dixit simpliciter, Transfiguratus est, sed coram eis. In euangelijs.n. Iesus simpliciter intelligitur ab eis qui non ascendunt per excitationem verborũ spiritaliũ, super excelsum sapientiæ montem. Eis ãt qui ascendunt, iam non secundũ carnem cognoscitur, sed Deus verbũ intelligitur. Corã his ergo transfiguratur Iesus, & nõ corã illis, qui sunt deorsum, in conuersatione terrena uiuentes. Hi ãt coram quib. trãsfiguratur, facti sunt filij Dei, & ostẽditur eis sol esse iustitiæ, & vestimenta ipsius fiunt cãdida sicut lumẽ, quæ sunt sermones & literæ Euãgeliorũ, quib. Iesus est indutus, scdm illa quæ ab Apostolis dicunt de eo. Glo. Vel vestimenta Christi sanctos significant, de quib. Esaias; Omnibus his velut vestimẽto vestieris, & viui operant, quia candidi erunt virtutibus, & omnis vitiorũ æstus ab eis remotus erit. Sequitur: Et appa. illis. Moy. &c. Chry. Hoc ãt multas hẽt rationes. Et prima quidẽ est hæc: Quia enim turbæ dicebant eũ esse Eliã vel Hieremiã, aut unum ex prophetis, capita prophetarum secũ ducit, vt saltẽ hinc videatur differentia seruorum & domini. Alia præsens est: Quia enim continuẽ Iesum accusabant Iudæi, tanquã transgressorem legis

&

Marginal notes: Expositio anagogica. — Tropologia pulchra — Moyses & Elias quare

& blasphemum, patris sibi gloriã vsurpantem, vt ostẽdatur ab vtraq; accusatione innoxius, eos q in vtroq; fulserũt in mediũ ducit, etenim Moyses legẽ dedit, & Elias pro gloria Dei æmulator fuit. Alia ratio est, vt discant, qm mortis & vitæ potestatẽ habet, pp hoc & Moysen qui morte defecerat, & Eliã qui nõdũ mortẽ passus fuerat, in medium ducit. Aliã causam & ipse Euangelista reuelat, licet monstrare crucis gloriã, & mitigare Petrũ, & alios discipulos passionẽ timentes. Loquebantur.n. vt alius Euangelista dicit, de excessu, quẽ cõpleturus erat in Hierusalẽ, vnde eos in mediũ ducit qui se morti exposuerũt pro his quæ Deo placebant, & pro p'ebe credentium. Etenim tyrannis vterque se libere præsentauit. Moyses quidẽ Pharaoni, Elias autem Achab. Ducit autem & propter hoc eos in medium; volebat enim ꝙ discipuli illorum priuilegia zelarent, vt scilicet fierent mansueti sicut Moyses, & zelantes sicut Elias. Hila. Quòd etiam Moyses & Elias ex omni sanctorum numero assistunt, medius inter legem & prophetas Christus in regno est. Cum his enim Israelem, quibus testibus prædicatus est iudicabit. Orig. Si quis etiam intelligit spiritalem legem conuenientem sermonibus Iesu, & in prophetis absconditam Christi sapientiam, ille vidit Moysẽ & Eliam in gloria vnà cum Iesu. Hiero. Considerandum est etiam quòd scribis et pharisæis, de cœlo signa poscentibus dare noluit: hic vero, vt Apostolorum augeat fidem, dat signum de cęlo Elia inde descẽdente quo cõscenderat, & Moyse ab inferis resurgente, quod & Achaz per Esaiam præcipitur, vt petat sibi signum de inferno vel de excelso. Orig. Quid autem feruidus Petrus dixerit, subditur: Respon. autem Pe. di. ad Ie. &c. Quia enim audiuit, quod oportet eum Hierosolymã ire, adhuc timet pro Christo, sed post increpationem non audet dicere rursus: Propitius esto tibi, sed idẽ occulte per alia signa insinuat. Quia enim videbat multã quietẽ & solitudinem, cogitauit conueniẽtẽ ibi stationẽ esse ex loci dispositione, quod significat, dicens; Bonum est nos hic esse. Vult etiã ibi semper esse, ideo tabernaculorũ meminit, dicens. Si vis, faciamus hic tria tabernacula. Cogitauit enim quod si hoc fieret, nõ ascẽderet Hierosolymam; & si non ascenderet Christus, non moreretur. Ibi enim sciebat scribas insidiari ei. Cogitabat etiam ꝙ Elias aderat, qui in montem ignem descendere fecit: & Moyses, qui intrauit nebulam; & Deo locut⁹ est. vnde occultari poterant, vt nullus persecutorum sciret vbi essent. Remig. Vel aliter: Visa domini maiestate & duorum seruorum, Petrus adeo delectatus est, vt cuncta temporalia obliuioni traderet, & ibi in perpetuum vellet manere. Si autem tunc Petrus' sic accensus est, quanta erit suauitas & dulcedo videre Regẽ in decore suo, & interesse choris Angelorum & omniũ sanctorũ? In eo sanè ꝙ ait Petrus: Domine si vis, deuotionẽ subditi & obedientis serui ostendit. Hiero. Erras tamen Petre; & sicut alius Euangelista testatur, nescis quid dicas: Noli tria tabernacula quærere, cum vnum sit tabernaculum Euangelij, in quo lex & prophetæ recapitulanda sunt. Si autẽ quæris tria tabernacula, nequaquam seruos cum domino cõferas, sed fac tria tabernacula, imò vnum Patri & Filio & Spiritui sancto; vt quorum est vna diuinitas; vnũ sit & in pectore tuo tabernaculum. Remigi. Errauit etiam, quia voluit vt regnum electorũ cõstituerent in terra, quod dominus promiserat dare in cœlis. Errauit etiã, quia oblitus est se & socios suos esse mortales; & absque gustu mortis voluit subire ęternã fœlicitatem. Raba. Et in eo quòd cœlesti cõuersationi tabernacula faciẽda putauit, in qua domus necessaria nõ erat cum scriptum sit: Templum non vidi in ea.

Anagogica expositio.

Adhuc eo loquẽte, ecce nubes lucida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicẽs. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacuit, ipsũ audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerũt valde. Et accessit Iesus et tetigit eos, dixitque eis. Surgite, et nolite timere. Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, pręcepit illis Iesus, dicens; Nemini dixeritis visionem hanc, donec filius hominis à mortuis resurgat.

Hiero. Qui carnale ex frondibus aut tento-

tentorijs quærebãt tabernaculum, nubis lucidæ operiuntur vmbraculo. vnde dicit: Adhuc eo loquente ecce, &c. Chry. Cũ dñs comminatur, nubẽ tenebrosam ostendit, sicut in Sina. hic ãt quia nõ terrore volebat, sed docere, nubes apparuit lucida. Orige. Lucida ãt nubes abumbrãs sãctos, est virtus paterna, vel fortè Spiritus sanctus; dicã & Saluatorẽ nostrũ esse lucidã nubẽ, q̃ obumbrat Euangelium & legẽ & prophetas, sicut intelligunt, qui possunt a picere lumen ipsius in præmissis. Hier. Quia vero imprudenter interrogauerat Petrus, ꝑpterea domini responsionem non meretur, sed pater respondet pro filio, vt verbũ domini cõpleretur: Qui me misit, ipse de me testimonium perhibet. Chry. Neque autem Moyses loquitur, neque Elias, sed pater omnibus maior vocẽ emittit ex nube, vt discipuli credant, ꝙ à Deo hęc vox erat. Semper enim apparere solet Deus in nube, sicut scriptũ est: Nubes & caligo in circuitu eius, & hoc est qđ dicitur, Et ecce vox de nube. Hier. Vox quidem patris de cœlo loquentis auditur, quæ testimonium perhibeat filio, & Petrũ errore sublato doceat veritatem, imò per Petrũ cœteros Apostolos vnde subdit, dicens: Hic est filius meus dilectus, huic est faciẽdum tabernaculum, huic obtẽperãdum hic est filius, illi serui sunt, debẽt & ipsi nobiscũ in penetralib. cordis sui domino tabernaculum præparare. Chry. Ne igitur timeas Petre. Si enim potens est Deus, manifestũ quia & filius similiter potens est; si enim diligitur, ne timeas; nullus enim eum quẽ diligit prodit; nec tu æqualiter eum diligis genitori. Neque autem solum diligit eum quia genuit, sed & quia vnius est voluntatis cũ ipso. Sequitur enim; In quo mihi complacuit; ac si diceret. In quo requiesco, quem accepto, quia omnia quæ sunt patris cum diligẽtia exequitur, & est volũtas vna ipsius & patris; quare & si crucifigi vult, non contradicas. Hil. Hunc ergo esse filium, hunc dilectum, hunc cõplacitum, sed & hũc audiẽtium vox de nube significat, dicẽs. Ipsum audite, vt scilicet idoneus ipse præceptorum talium auctor esset, qui seculi dãnum, crucis voluntatẽ, obitum corporis, & post hæc regni cęlestis

Nubes quæ intelligatur.

gloriã facti confirmasset exẽplo. Rem. Dicit ergo: Ipsum audite, ac si alijs verbis diceretur: Recedãt vmbrę legales & typi ꝓphetarũ, & solũ coruscũ lumẽ Euãgelij sequamini. siue ideo ait: Ipsum audite, vt illũ esse ostenderet, quẽ Moyses ꝑdixerat, dicẽs: Prophetã suscitabit vobis Deus de fratrib. vestris tanquã me, audietis ipsum. Sic ergo dñs vndiq; habuit testes, ex cœlo vocem patris, ex paradiso Eliã, ex inferis Moysen, ex hominib. Apostolos; vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestiũ, terrestriũ, & infernorũ. Orige. Vox ãt de nube aut ad Moysen & Eliã loquitur, q̃ desiderabãt videre filiũ Dei & audire eũ, aut discipulos docet. Glo. Notandum ãt ꝙ bene conuenit mysterium secundæ regenerationis, quæ scilicet erit in resurrectione; vbi caro resuscitabitur cũ mysterio primę, quæ est in baptismate; vbi anima resuscitaẗ. In baptismate.n. Chri operatio totius Trinitatis ostensa est. Fuit .n. ibi filius incarnatus, apparuit in columbæ specie spiritus sanctus, & pater fuit ibi in voce declaratus: Et similiter in transfiguratione, quę est sacramentum secundæ regenerationis, tota Trinitas apparuit pater in voce, filius in homine, Spiritus sanctus in nube. Quæritur autem quare Spiritus sanctus ibi in colũba, hic in nube declaratus est? Dona siquidem sua per species declarare solet. Innocẽtiam autem in baptismate donat; quæ per auem simplicitatis designatur. Daturus est autem claritatẽ & refrigerium in resurrectione; ideo in nube refrigeriũ, in fulgore nubis claritas resurgentium corporum designatur. Sequitur. Et audi disci. &c. Hier. Triplicem autem ob causam pauore terrẽtur, vel quia se errasse cognouerant, vel quia nubes lucida operuerat eos, aut q̃ a Dei patris vocẽ loquentis audierant. Humana enim fragilitas cõspectum maioris gloriæ ferre nõ sustinet, ac toto animo & corpore & cõtremiscens ad terrã cadit. quanto.n. quis amplioria quæsierit, tanto magis ad inferiora collabitur si ignorauerit mẽsuram suam. Remi. In eo verò ꝙ sancti Apostoli in faciem cęciderunt, fuit iudicium sanctitatis; quia sancti in faciem cadere dicuntur, impij vero retrorsum. Chry. Sed cum

Comparatio baptismi et resurrectionis.

Indiciũ sanctitatis.

ante

ante in Christi baptismo, quando talis ét vox de cœlo delata est nullus ex turba q̃ aderat tale aliquid passus est quomodo discipuli in monte ceciderunt? quia scilicet solitudo, altitudo, & silentium erat multum, & transfiguratio stupore plena, & lumen purũ, & nubes extẽsa; ex quibus omnibus stupor in eis congregabatur. Hiero. Quia vero illi iacebant & surgere non poterant ipse clemẽter accedit, & tangit eos: vt tactu fuget timorem, & debilitata mẽbra solidentur; & hoc est quod dicitur, Et accessit Iesus & tetigit eos. quos auté manu sanauerat, etiã sanauit imperio. vnde sequitur. Dixitque eis, surgite & nolite timere. Primum timor expellitur, vt postea doctrina tribuatur. Sequitur: Leuantes autem oculos suos &c. Quod rationabiliter factum est, ne si Moyses & Elias perseuerassent cum domino, patris vox videretur incerta, cui potissimum daret testimoniũ: Vidét ét Iesum stãté ablata nube & Moysen & Eliã euanuisse, quia postq̃ legis & prophetarũ vmbra discesserat, vtrunq; in Euangelio reperitur. Sequitur: Et descendẽtib. illis de mõte ꝓcepit eis Iesus, dicẽs: Nemini &c. Nõ vult ergo in populos ꝑdicari, ne & incredibile esset ꝓ rei magnitudine, & post tãtã gloriam apud rudes animos sequẽs crux scandalũ faceret. Remi. Siue q̃a si maiestas illius diuulgaretur in populo, populi impedirent dispensatioñé passionis eius, resistendo principibus sacerdotũ, & sic redemptio humani generis retardaretur. Hil. Silentium etiam rerum gestarum, quas viderant imperat, vt cum essent Spiritu sancto repleti, tunc gestorũ spiritualium testes essent.

Et interrogauerũt eum discipuli eius dicẽtes; Quid ergo scribę dicunt q̃ Eliam oporteat primo venire. At ille respondens ait eis; Elias q̃dẽ uenturus est, & restituet omnia. Dico autem uobis, quia Elias iã uenit, & non cognouerũt eũ, sed fecerũt in eo quæcunque voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tũc intellexerũt discipuli, q̃a de Ioãne Baptista dixisset eis.

Hiero. Traditio pharisæorum est iuxta Malachiã ꝓphetã; q̃ Elias veniat ante Saluatoris aduentũ, & reducat cor patrũ ad filios, & filiorũ ad patres, & restituat oĩa in antiquum statũ. Aestimant ergo discipuli trãsformationẽ gloriæ hãc esse; quã in mõte viderant. Et ideo dicitur: Et interrogauerũt &c. Ac si dicerẽt: Si iã venisti in gloriam, qũo præcursor tuus nõ apparet: maxime autem hoc dicunt, quia Eliam uiderant recessisse. Chry. Non autem aduentum Eliæ discipuli de scripturis sciebant, sed scribæ eis manifestabant, & ferebatur hic sermo ĩ plebe indocta, sicut & de Christo. Non autem, ut oportebat, aduentus Christi & Eliæ à scribis interpretabatur. Scripturæ enim duos dant Christi aduentus, eum scilicet qui factus est, & eum qui futurus est. Sed scribæ plebem euertentes secundum aduẽtum solum commemorabãt plebi, & dicebant: Quoniam si hic est Christus, oportebat Eliam præuenire. Est igitur solutio quam Chrius inducit. Sequitur: At ille respondens ait: Elias quidem ven. est, & resti. omnia. dico autẽ vobis &c. Ne autem æstimes eum in sermone errasse, si quandoque dicit Eliam uenturum, & quandoque venisse. Cũ. n. dicit & Elias uenturus est, & restaurabit omnia de ipso Elia in propria persona loquitur, qui quidem restaurabit omnia, dum corriget infidelitatem Iudæorum, qui tunc inuenientur, quod est conuertere corda patrum ad filios, idest Iudæorum ad Apostolos. Aug. de quæst. euan. Vel restituet omnia, idest eos quos Antichristi persecutio perturbauerit, uel ut ipse restituat moriẽdo, quæ debet. Chry. Si autem tot bona erunt ex Eliæ pręsentia, quare tunc non eum misit. Dicemus quia & tũc Christũ æstimantes Eliã, non crediderunt ei. Tunc autem Elię credent; quia cum post tantã expectationem uenerit annũtians Iesum, facilius suscipiẽt, quæ ab eodem dicẽtur. Cum uero dicit, q̃ Elia iam uenit; Ioannem Eliam uocat, propter mysterij modum, sicut enim Elias secundi aduentus præcursor erit, ita Ioannes præcursor factus est primi. propter hoc autem Ioãnem Eliam nominat, ut ostendat primum suũ aduentum ueteri testamẽto & prophetiæ conuenire. Hieronymus. Ipse ergo qui uenturus est in secundo Saluatoris aduẽtu iuxta corporis fidem, nũc per Ioãnem uenit in uirtute & spiritu. Sequitur: Et non cognouerunt eum, & c. Hoc est spreuerunt

Duo aduentus Christi

runt

runt & decollauerunt eum. Hil. Vt domini aduentū pnūtians passionē quoq; pcurreret, & iniuriæ & vexationis exēplo. vñ sequit: Sic & filius &c. Chry. In quo opportune suā passionē cōmemorat ex passione Ioānis, multā eis pbēs cōsolationē.

Quæstio euangelica. Hier. Quæritur ergo cū Herodes & Herodias Ioanē interfecerint, qūo ipsi quoq; Iesum crucifixisse dicātur, cū legamus eū à scribis & pharisæis interfectū? Et breuiter respondēdū, qp in Ioannis nece phariseorū factio consenserit; & in occisione dñi Herodes iunxerit voluntatē suam, q illusum atq; despectū remisit ad Pilatū, ut eū crucifigeret. Rab. Ex iudicio autem passionis suæ, quā dominus eis sæpius pdixit, & præcursoris sui quam iā completā cernebant; discipuli cognoscebant Ioānem sibi in Eliæ vocabulo demonstratū esse. vnde sequitur: Tunc intel. discip. &c. Origenes: Quòd autem dixit propter Ioānem, Elias iam venit; non anima Eliæ est intelligēda, ne incidamus in dogma trāscorporationis, quod alienum est ab ecclesiastica veritate; sed sicut Angelus prædixit, Venit in spiritu & virtute Eliæ.

Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur. Nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Respondens autem Iesus, ait; O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscum? Vsquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora.

Orig. Cōcupiscens Petrus spectabilem illā vitā, & pponēs vtilitatē suam utilitatibus plurimorū, dicebat: Bonum est nos hic esse. Sed qm̄ Charitas non q̄rit q̄ sua sunt, hoc qđ videbatur bonū Petro nō fecit Iesus, sed quasi de mōte excelso diuinitatis descēdit ad turbā, ut q nō poterāt ascendere sursum pp infirmitatem aiarū suarum, illis pficiat. Vnde dr̄; Et cum uenisset ad turbā. Nisi.n. cum discipulis suis electis uenisset ad turbā, nō accessisset ad eū ille, de quo subditur: Accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eū dicēs: Dñe miserere filio meo. Vbi cōsiderandū est, qp quandoq; qui patiuntur, credūt & deprecantur pro sua salute quandoq; aūt pro eis alij faciunt, sicut nunc q genibus uoluitur p filio rogat. quādoq; vero à semetipso saluator ēt à nullo rogatus, sanat. Primo aūt q̄ramus quid est, qđ seq tur: Quia lunaticus est, & male patitur.

Lunaticus quis dicitur. Medici ergo loquuntur quæ volunt; quia nec immūdum spiritum arbitrantur, sed corporalem aliquā passionem; & dicunt humida moueri in capite secundū aliquā cōpassionem ad lumen lunare, qđ humidā hēt naturā. nos aūt qui Euāgelio credimus, dicemus hanc passionē immundū spiritum in hoībus operari. Obseruat.n. q̄dā schismata lunæ, & sic operatur, ut ab obseruatione lunæ pati hoīes mentiātur, & p hoc culpabilē Dei creaturā ostēdat, sic & alij dæmones secundū aliqua stellarū schismata insidiantur hominibus, vt iniquitatē cū in excelso loquitur, quasdā stellas dicentes maleficas, quasdā beneficas, cum nulla stella à Deo sit facta, ut male faciat. In hoc aūt qđ subditur: Nā sæpe &c Chry. Cōsiderandum est, qp nisi prouidentia hic homo esset munitus, dudum periisset. Dæmon.n. qui ipsum in ignem, & in aquā mittebat, interfecisset eum oīno, nisi Deus eum refrænasset. Hier. Qđ autē dicit. Et obtuli &c. latenter accusat Apostolos cū impossibilitas curandi interdū nō ad imbecillitatem curantiū, sed ad eorū qui curādi sunt, fidem referatur. Chry. Inspice aūt & aliunde eius insipientiam, qualiter coram turba interpellat ad Iesus aduersus discipulos, sed ipse eos liberat ab accusatione, defectum curationis imputans illi. Ex multis.n. mōstratur eū infirmum in fide fuisse, non tn̄ tantum in eius personam inuehitur; ne ipsum conturbaret, sed in omnes Iudæos. Probabile est.n multos præsentium de discipulis inconuenientia cogitasse, & ideo sequitur. Respondens autem Iesus &c. Per hoc autem quod dicit: Quousq; ero vo. ostēdit desideratam ab eo esse mortem, & cōcupiscibilem recessum. Remi. Sciendū quoque quia dominus non tantum tunc cœperat pati improbitatē Iudæorum, sed à longo prius tempore, & ideo hic dicit. Vsque quo patiar vos? ac si dicat, quia longo tēpore

pore cœpi pati uestras improbitates, ideo indigni estis mea præsentia. Orig. Vel quoniam nō potuerant eum sanare discipuli, quasi adhuc modicæ fidei constituti, propterea dixit: O generatio incredula. & quod ait: Peruersa, ostēdit quoniam ex peruersitate malitia est introducta extra naturam, puto autē quod propter peruersitatem totius humani generis quasi grauatus malitia eorum, dixit; Vsquequo ero uobiscum? Hier. Non autem credendum est quod tædio superatus sit & mansuetus. ac mitis in uerba furoris eruperit, sed quod in similitudinē medici si ægrotum uideat cōtra sua præcepta se gerere, dicat. Vsquequo accedam in domū tuam? vsquequo artis perdam industriam me aliud iubente, et te aliud perpetrante? quod autem non sit iratus homini, sed uitio ac per unum hominē Iudæos arguat infidelitatis, patet ex hoc quod infert: Afferte huc illū ad me. Chry. Postquam.n. discipulos excusauerat, ducit patrem pueri ad spē benignam credēdi, quod ab hoc malo eripieē, & ut inducatur pater ad fidem futuri miraculi uidens dęmonem tumultū pati, ex hoc solū quod uocabatur increpauit eum. unde sequitur; Et increpauit eum. Iesus. Nō ille qui patiebatur, sed dęmon increpatur. Remi. In quo facto reliquit exēplū prædicatoribus, ut uitia persequanē, homines uero subleuent. Hie. Siue increpauit puerum, quia propter peccata sua à dęmone fuerat oppressus. Sequitur, Et exiit ab eo &c. Rab. Quia nulla remanet ibi infirmitas, ubi omnipotēs salutē pręstat. Hie. Mihi autem uidetur iuxta tropologiā lunaticus esse, qui per horarū momenta mutatur ad uitia, et nūc quidē in ignē fertur, quo adulterantiū corda succensa sūt, nūc in aquas. s. uoluptatū, uel cupiditatū, quæ nō ualēt extinguere charitatē. Aug. de q. euan. Vel ignis ad irā pertinet, eo quod alta petat; aqua ad uoluptatē carnis. Orig. De incōstātia autem peccatoris dicitur; Stultus ut luna mutatur. Et est uidere in talibus impetus quosdam quasi operum bonorum subrepere; aliquando autem quasi quadā abreptione spiritus, à passionibus comprehendūtur, & cadūt à statu bono, in quo stare putabantur. Forsitan ergo Angelus qui sortius est cuius lunatici custodiam, pater huius appellatur,

Christus medicus

Tropologica expositio.

deprecās quasi pro filio medicum animarum, ut liberet eum, qui non potest sanari à passione per uerbum humile discipulorum Christi, quia non recipit eorum admonitionem, ueluti surdus. Et ideo opus est ei Christi sermo, ut iam de cętero sine ratione non agat.

Tunc accesserunt discipuli [*] *ad Iesum secretò & dixerunt; Quare nos non potuimus eiicere illū? Dixit illis Iesus; Propter incredulitatem uestram. Amen quippe dico uobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit uobis. Hoc autem genus non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium.*

[*] eius.

Cry. Acceperant discipuli à dño potestatē spirituū immūdorū; & quia oblatū dęmoniacū curare non potuerāt uidetur quod in dubitationē deuenerint, ne forte gratiā quæ erat eis tradita, perdidissent. & ideo dicit. Tūc accesserūt &c. Interrogāt quidē singulariter non propter uerecundiā, sed quia de ineffabili & magna re erāt eū interrogaturi. Sequitur, Dixit illis Iesus &c. Hil. Crediderāt quidē Apostoli, nōdum tamen erāt perfectę fidei, nā domino in mōte demorante, & ipsis cum turbis residentibus, quidam tepor eorum fidem retardauerat. Chry. Vnde manifestum est hinc, quoniā & discipuli in fide infirmati sunt, sed non omnes; columnę n. illę nō aderant. s. Petrus Iacobus, & Ioannes Hie. Hoc est autem quod in alio loco dominus dicit; Quæcūque in nomine meo &c. Ergo quoties nō accipimus, non pręstantis est impossibilitas, sed poscentium culpa. Chry. Sciendum tamē quod sicut multoties accedentis fides accipere sufficit effectum miraculi, ita multoties facientium miracula sufficit uirtus, et non credentibus illis qui expetierint miracula operari. Etenim qui circa Cornelium ex propria fide allexerunt, gratiam Spiritus sancti. Ille autē mortuus qui proiectus est in sepulchrū Helisei, sola uirtute corporis sancti resuscitatus est. cōtigit autē & tunc discipulos infirmari in fide. imperfectius. n. dispositi erant ante crucē, & ideo fidem dicit hic esse causam signorum. unde subditur. Amē quippe &c. Hieron. Putāt aliqui fidem grano sinapis comparatam paruā dici, cū Apostolus dicat;

Et si habuero tantã fidẽ ita vt mõtes transferã. magna est ergo fides q̃ grano sinapis cõparatur. Greg. 10. Mora. Granũ quippe sinapis nisi teratur, nequaquã virtus eius agnoscitur. sic si virũ sanctũ tritura psecutionis opprimat, mox in feruorẽ virtutis vertitur quicquid in illo antea despicabile infirmumq; videbatur. Orig. Vel ideo oĩs fides grano sinapis cõparatur, quõ contemnitur quidẽ fides ab hominib. & modicũ aliquid & vile apparet. Cũ vero consecutum fuerit huiusmodi semen boni animam quasi terram, fit arbor magna. Sic ãt magna est prædicta lunatici infirmitas, & fortis ad curandum inter omnia mala; vt monti assimiletur, nec expellatur, nisi p omnẽ fidem eius, qui passiones huiusmodi sanare voluerit. Chr. Vnde & de trãslatione montium mentionem facit. Et vltra procedit, dicens; & nihil impossibile erit vobis. Raban. Sic. n. fides, mentem nostram capacem donis cœlestibus facit, vt quęcũque volumus, facillime à fideli domino impetrare possimus. Chry. Si autem dixeris, vbi Apostoli montem transtulerint? Illud dicam, quia multa maiora fecerunt, mortuos plurimos suscitantes. Dicuntur autem post Apostolos, sancti quidã Apostolis minores, mõtes necessitate imminẽte transtulisse. Si autem Apostolorum tẽpore montes non sunt translati, hoc non fuit quia non potuerunt, sed quia noluerunt, vtilitate non imminente. Nec dominus dixit q̃ hoc essent facturi, sed q̃ hoc facere possent; probabiliter tamen est, factum esse, sed scriptum nõ esse. neq;. n. omnia miracula quæ fecerunt, scripta sunt.

Sancti montes transtulerunt.

Hiero. Vel montis translatio non eius significatur quem oculis carnis aspicimus, sed illius qui à domino translatus fuerat ex lunatico; qui per prophetam corrũpere dicitur omnem terram. Glo. Vt sit sensus: Dicetis monti huic. i. superbo diabolo: Transit hinc. i. ab obsesso corpore in altum maris, id est in profundum inferni, & transibit; & nihil impossibile erit vobis, id est nullus incõmoditas insanabilis. Au. de con. euang. Vel aliter. Ne discipuli in miraculis faciendis extollerentur in superbiam, admoniti sunt potius per humilitatem fidei, quasi per sinapis granum elationem terrenam, quæ montis nomine significata est curare transferre. Rab. Dum autem docet Apostolos quomodo dęmõ debeat expelli, omnes instituit ad vitam: ut. s. nouerimus grauiora quæque vel immundorum spirituum vel hominum tentamenta ieiunijs & orationibus esse superanda, iram quoque domini hoc remedio singulari posse placari. vnde subdit; Hoc autem genus &c. Chry. Quod dicit non solum de genere lunaticorum, sed & vniuerso genere dæmonum. Ieiunium. n. multam sapientiam imponit, & hominẽ quasi Angelum de cœlo cõstituit, & incorporeas potestates impugnat: sed & oratione opus est, quasi principaliori. Qui. n. orat vt oportet, & ieiunat, non multis indiget & ita non fit auarus, sed ad eleemosynã promptus est. Qui etiam ieiunat leuis est, & uigilante orat, & concupiscentias pernitiosas extinguit, & propitium Deũ facit & animam superbam humiliat. Qui ergo orat cum ieiunio duplices habet alas, etiam ipsis ventis leuiores. Neq;. n. oscitat & torpet orans, quod & multi patiuntur; sed est igne uehementior, & terra fixior; ideoq; talis maximè dęmonijs aduersat. nihil est homine decenter orante potentius. Si autem infirmum est tibi corpus ad continue ieiunandum, non tñ ad orandũ. & si ieiunare non potes, potes tamen nõ lasciuire. nõ paruum autem est hoc, neq; multum à ieiunio distans. Orig. Si ergo aliquãdo oportuerit nos circa curationẽ tale aliquid patientium permanere, non adiuremus, neque interrogemur, neq; loquamur quasi audienti spiritui immundo; sed abigamus ieiunijs & orationibus nostris spiritus malignos. Glo Vel hoc genus dæmonij, id est ista carnalium voluptatum mutabilitas, nõ vincitur nisi spiritus oratione confirmetur, & caro per ieiunium maceretur. Remi. Vel ieiunium hic intelligitur generale, quo non solum abstinemus à cibis, sed ab omnibus illecebris carnalibus & peccatorũ passionibus, similiter oratio intelligenda est generalis, quę in piis & bonis operib. cõsistit. De qua dicit Apost. Sine intermissione orare

Orationis laus atq; ieiunii.

Notate exorcistę.

Cõuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus Filius hominis tradẽdus est in manus hominum

hominum, & occident eum, & tertia die resurget. & contristati sunt vehementer.

Remi. Sæpe dñs mysteria suæ passionis discipulis prædixit: vt qñ acciderent, tanto leuius ea ferrent quanto pręcognita haberent. Et ideo hic dicitur; Cōuersantibus autem eis in Galilęa &c. Orige. Vidētur quidē hęc illis q̄ supra dixerat similia esse, vt facilè quis dicat dñm eadē ipsa repetere, quod non est ita; tradēdum n. superius non est dictū, hic āt nō solū tradendū, sed ēt in manus hominū tradendū audiuimus. Traditu igitur Apostolus filiū narrat à Deo patre, sed ēt contrariæ potestates eū in manus hominū tradiderūt. Hie. Semper autem prosperis miscet tristitia. Si .n. contristat eos quia occidendus est, debet lætificare quod subditur; Et die tertia resurgent. Chry. Neque.n. multum tēpus dixit quo in morte manere, sed tertia die se dixit resurrecturum. Orig. Prædicente autem hæc domino tristati sunt discipuli. vnde sequitur: Et contristati sunt vehementer, non attendentes ad illud qđ dixerat: Et tertia die resurget, nec considerantes quis esset cui ad destruendā mortem trium dierum tempus sufficeret. Hiero. Porrò quòd contristabantur vehemēter, non de infidelitate venit, verùm pro dilectione magistri nihil de eo sinistrum & humile patiuntur audire.

Et cum uenissent Capharnaum, accesserūt q didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerūt * illis. *ei; Magister vester nō soluit didrachma? Ait*. Etiam. Et cum intrasset in domum, præuenit eū Iesus, dicens; Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributū uel censum, à filiꝰ suis, an ab alienis? Et ille dixit; Ab alinis. Dixit illi Iesus; Ergo liberi sunt filij. Vt aūt nō scandalizemus eos, vade ad mare & mitte amū* *primus: *& eum piscem qui * primo ascenderis, tolle. Et aperto ore eius inuenies staterem; illum sumens, da eis pro me & te.*

Glo. Quia discipuli audita domini passione cōtristati erāt, ne aliquis passionem Christi necessitati ascriberet non humilitati, subiungit factum in quo Christi liber-Rō didirachmata. tas & humilitas demōstratur. vnde dicit: Et cum venisset &c Hil. Dominus didrachma soluere postulatur, idest denarios, hoc.n. omni Israel lex pro redemptione corporis & animæ constituerat in ministerio tēpli seruientiū. Chry. Cū n. primogenita Aegyptiorū interfecit Deus tunc tributū Leui pro eis accepit. Deinde quia primogenitis qui erant apud Iudæos minor huius trib. numerus erat, pro deficientib. in numerū siclū iussit inferri, & ex tunc tenuit consuetudo, vt primogenita vectigal hoc inferrēt. Quia igit̄ primogenitus erat Christus, videbatur āt discipulorū primus esse Petrus, ad eū accedūt. Et vt mihi vř, nō in vnaquaq; ciuitate hoc expetebant. Ideoq; in Capharnaum adeunt Christū, quia eius patria existimabatur: Hierony. Vel aliter. Post Augustum Cæsarem Iuda facta est tributaria, omnes censi capite ferebantur, vnde & Ioseph cum Maria cognata sua professus est in Bethlehem. Rursus quoniā dominꝰ nutritus erat in Nazareth, quod est oppidum Galilææ subiacēs Capharnaum urbi, ibi deposcitur tributum, & pro signorum magnitudine hi qui exigebant non audebant ipsum repetere, sed discipulum conueniunt. Chry. Et neque hunc cum multa vehementia, sed māsuetius; neq;.n. incusantes, sed interrogantes dixerunt. Magister vester non soluit didrachma? Hic. Siue malitiose interrogant vtrum reddat tributa, an cōtradicat Cęsaris voluntati. Chry. Quid igitur Petru? Ait; Etiam. Ex his quidem dixit, qm̄ soluit: Christo autem non dixit, erubescens fortassis pro his ei loqui. Clo. Vel aliter. Et Petrus respondit, Etiam, id est, ita est ꝙ non soluit. Voluit autem Petrus domino intimare ꝙ Herodiani peterent censum, sed dominus pręuenit eum. vnde sequitur. Et cum intras. do. &c. Hiero. Ante quidē q̄ Petrus suggerat, dominus interrogat, ne scandalizentur discipuli ad postulationem tributi, cum videant eum nosse quæ absente se gesta sunt Sequitur, At ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. Orig. Sermo iste duplicem habet sensum. Secundum vnum.n. filij regum terrę liberi sunt apud reges terræ, extranei autem extra terram liberi non sunt, propter eos qui deprimunt eos sicut Aegyptij filios Israel serui. Secundū alterum autem, propter hoc ipsum ꝙ aliqui sunt alieni à filijs regnum terræ, sed

sunt filij Dei, liberi sunt: q̃ manẽt in verbis Iesu & cognouerunt veritatem, & veritas liberauit eos à seruitute peccati: Filij át regnũ terræ, liberi non sunt: quoniã omnis q facit peccatũ, seruus est peccati. Hie. Dñs át noster & secũdũ carnẽ & secũdũ spiritũ filius erat regis. vel ex Dauid stirpe generatus, vel oĩpotentis patris verbũ. Ergo tributa, quasi filius regis, non debebat. Aug. de con. euan. Dicit.n. in omni regno liberos esse filios.i. non esse vectigabiles. Multo ergo magis liberis esse debẽt i quolibet regno terreno filij regni ipsius sub quo sunt oĩa regna terrena. Chry. Si át nõ erat filius, inaniter hoc exemplũ induxit. Sed dicet aliquis. Filius est, sed nõ propri⁹ est ergo alienus; & sic hoc exemplum non habet ueritatem. Ipse n. de proprijs filijs disputat, ad quorum differentiam alienos vocat, qui non ex parentibus substantialiter nati sunt. Intende át qualiter & hinc Christus certificat eam cognitionem quę Petro reuelata est de eo: per quam dixit, Tu es Christus filius dei viui. Hie. Quanuis ergo liber esset, quia tamen humilitatem carnis assumpserat; debuit omnẽ iustitiam adimplere. vnde sequit̃; Vt autem non scan. &c. Orig. Consequens quoq; est intelligere: qm̃ quotiens exurgũt q dã, qui per iustitiam tollant nostra terrena. reges huius terræ eos transmittunt, vt exigant à nobis q̃ sunt ipsorũ; & suo exẽplo prohibet dñs aliquod scandalũ fieri ẽt huiusmodi hominib. siue ne amplius peccens, siue vt saluentur. Filius.n. Dei qui nullũ opus fecit seruile, quasi habẽs formã serui, quã propter hominẽ suscepit, tributum & censum dedit. Hie. Primũ in hoc loco mirer nescio, utrum præscientiam, an magnitudinem Saluatoris. Præscientiam, ꝙ nouerat habere piscem in ore staterem, & ꝙ primus ipse capiendus esset. magnitudinẽ atq; virtutem, si ad eis verbum stater in ore piscis creatus est; & quod futurũ erat, ipse loquendo fecerit. Ipse ergo Christus propter eximiam charitatem & crucẽ sustinuit & tributa reddidit. Nos infelices, q Christi censemur nomine, & nihil tanta dignum facimus maiestate. pro illius honore & tributa non reddimus, & quasi filij regis à vestigalibus immunes sumus.

Christ⁹ rex.

Doctrina pulchra.

Hoc etiam simpliciter intellectum ędificat auditorem, dum audit dñm tantę fuisse paupertatis, vt vnde tributa pro se & Apostolo redderet, nõ habuerit. Quòd si quis obijcere voluerit: quomodo Iudas ĩ loculis portabat pecuniam? respondebimus, rem pauperum in vsus suos conuertere nephas putauit, nobisque idem tribuit exemplum. Chry. Vel ideo non ex repositis iubet dare, vt ostendat ꝙ maris & piscium dominetur. Orig. Vel qm̃ Iesus nõ habuit imaginem Cæsaris, Princeps.n. huius seculi nihil habebat in eo, propterea non ex proprio, sed ex mari imaginẽ Cæsaris accepit; nõ át suscepit ipse staterem, neq; fecit eum sibi possessionem, ne sit aliquando imago Cæsaris apud imaginẽ inuisibilis Dei. Vide etiam Christi prudentiam, qualiter nec renuit tributum, nec simpliciter iubet dari; sed prius ostendit se non esse obnoxium, & tunc; quorum vnũ fecit. s. dare tibi tributũ, ut illi. s. exactores non scãdalizentur. hoc autem. s. & ostendit se liberum, vt non scandalizentur discipuli. Alio vero loco contemnit pharisæorum scandalum, quando de escis disputabat, doces nos scire tempora secundum quæ oportet, non contẽnere eos qui scandalizantur, & secũdum quæ oportet contemnere. Greg. super Ezechielem. Considerandum.n. est quia inquantum sine peccato possumus, vitare proximum scandalum debemus. Si autem de ueritate scandalum sumitur, vtilius permittitur nasci scandalum quàm veritas relinquat̃. Chry. Sicut át stupescis de Christi virtute ita admirare Petri fidem, quoniam rei tã difficili obediuit. Ideoque de fide eum remunerans, copulauit eum sibi in tributi datione, quod fuit abundantis honoris. Et hoc est quod dicitur; Et aperto ore eius inuenies sta. &c. Glo. Cõsuetudo.n. erat, vt vnusquisq; pro se didrachma redderet. Stater vero est pondus duorum didrachmatum. Orig. Mysticè autẽ in agro consolationis (sic.n. interpretatur Capharnaũ) consolatur omnem discipulum, & liberum filiũ esse pronunciat; & dat eis uirtutem piscandi primũ piscẽ, vt ascẽdente eo consolationẽ accipiat Petrus sup eum quẽ piscatus est. Hil. Cũ át primũ piscem

admo-

admonet Petrus inquirere: ascẽsuri ostẽduntur & plures. Beatus ille primus martyr Stephanus, primus ascẽdit, & staterẽ in ore continuit. In q̃d didrachma nouæ prędicationis tanq̃ duo denarij habebãtur. Dei.n.gloriã & dominũ Christũ passione cõtuens prædicabat. Hiero. Vel iste piscis q primus captus, est primus Adam, qui p secũdũ Adam liberatus, & id q̃d in ore eius, hoc est in cõfessione, fuit inuentũ, pro Petro & dño redditur. Orig. Cũ ẽt videris auarũ hoĩe ab aliquo Petro correctũ, quod abstulit de ore eius verbũ pecuniç; dices eum ascendisse de mari, idest de fluctibus solicitudinum auaritiæ, ad hamum rationabilẽ, & comprehẽsum atq; saluatum ab aliquo Petro, qui eũ docuit veritatẽ: vt pro statere habeat imaginem Dei, idest eloquia eius. Hie. Et pulchrè illud ipsum quidem datur preciũ; sed diuisum est; quia pro Petro quasi pro peccatore, precium reddebatur. Dominus autem noster peccatum non fecit. Ostenditur autem similitudo carnis dum eodem & dominus & seruus precio liberantur. Expositio moralis.

CAPVT XVIII.

IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicẽtes: Quis putas maior est in regno cœlorũ? Et aduocãs Iesus paruulũ statuit eũ in medio eorũ, et dixit: Amẽ dico uobis, nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste hic est maior in regno cœlorum. Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit unũ de paruulis, istis, qui in me credũt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris.

Hier. Quia discipuli viderant pro Petro & domino idẽ tributum redditũ; ex ęqualitate precij, arbitrati sunt omnib9 Apostolis Petrum esse prælatũ. Chry. Vnde passi sunt aliquod humanũ, quod Euãgelista designat, dicẽs: In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicẽtes; Quis putas maior est in regno cœlorum? Verecũdati si quidem passionẽ cõfiteri, quã passi sunt, non dicunt manifestè: Petrum cur præhonorasti nobis? sed indeterminatè interrogãt: Quis maior est? Quando autem tres præhonoratos viderunt .i. Petrum, Iacobũ, & Ioãnem in trãsfiguratione, nihil tale passi sunt, quando verò in vnũ solũ contulit honorem, tunc doluerũt. Tu aũt considera primum quidem, q nihil eorũ, quæ sunt in terris, quęrunt: deinde, q postea hanc passionẽ deposuerunt. Nos autẽ neq; ad defectus eorum contingere possimus; neque.n. quærimus quis maior est in regno cęlorũ, sed quis maior est in regno terræ. Orig. In his autem imitatores discipulorum esse debemus, si quando aliquid in nobis dubium quęritur & non inuenitur, ut cũ omni cõsensu accedamus ad Iesum, qui potens est illuminare corda hominum ad intelligẽdam solutionẽ oĩum quęstionũ. Interrogemus etiã aliquem doctorũ, qui prępositi habentur in ecclesijs. Sciebãt aũt discipuli hoc interrogãtes, q nõ est æqualitas sanctorũ in regno cęlesti, sed quomodo maior, & qualiter viuẽs minimus, hoc discere cupiebãt. Vel sciebant quis esset minimus, & quis magnus, ex eo q̃d suprà dominus dixerat; sed ex multis magnis quis esset maior, hoc eis non erat manifestũ. Hie. Vidẽs ãt Iesus cogitationes eorũ, uoluit desiderio gloriç humilitatis contentionẽ sanare. uñ sequit. Et aduocãs &c. Chry. Mihi uidet̃ ualde paruulum in medio statuere oĩbus passionibus exutũ. Hie. Vt in eo & ætatem quæreret, & similitudinem innocẽtiæ demõstraret: vel certè paruulum statuit in medio eorũ seipsum, qui non uenerat ministrari, sed ministrare, vt eis humilitatis tribueret exemplum. Alij paruulum interpretãtur Spiritum sanctũ, quẽ posuerit in cordibus discipulorum, ut superbiam in humilitatem mutaret. sequitur. Et dixit, Amẽ dico vobis, &c. Non præcipit Apostolis vt ætatẽ habeãt paruulorum, sed innocentiã; & quod illi per annos possidẽt, hi possideãt per industriam; vt malitia, non sapientia paruuli sint. Ac si dicat; Sicut iste paruulus, cuius uobis exemplum tribuo, non perseuerat in iracundia, læsus non meminit, uidens pulchram mulierẽ nõ delecta- Cõditiones paruulorũ.

tur nõ aliud cogitat & aliud loquitur. sic & uos nisi talem habueritis innocentiam, & animi puritatem, in regnũ cœlorũ non poteritis intrare. Hila. Pueros ẽt credẽtes oẽs p audientiæ fidẽ nuncupauit. Hi n. eim patrẽ sequunt, matrẽ amant, velle malum nesciunt, curã operũ negligunt, non insolescunt, non oderunt, nõ mẽtiũtur, dictis credunt, & quod audiũt verũ habent. litera ergo sic legit. Glo. Nisi cõuersi fueritis ab hac elatione & indignatione, ĩ qua modo estis, & efficamini omnes ita innocẽtes & humiles p virtutem, sicut paruuli sunt per ętatem, non intrabitis in regnum cœlorum; & quando quidem aliter nõ intratur. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cęlorum. Quanto enim quis erit humilior, tantò maior efficitur in regno cœlorum. Remi. Id est in cognitione gratiæ, vel ecclesiastica dignitate, vel certè in æterna beatitudine. Hier. Vel aliter: Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, idest, qui se in exẽplum mei humiliauerit, hic intrabit in regnum cęlorum. Sequitur. Et qui susceperit vnũ &c. Chry. ac si di. Nõ solum si tales efficiamini, mercedem accipietis, sed & si lios tales propter me honorabitis; & honoris qui est ad illos retributionem, vobis determino regnũ Magis ãt quod multò maius est ponit, dicẽs: Me suscipit. Hie. Qui. n. talis fuerit, vt Christi imitetur humilitatem & innocentiã, in eo Christus suscipitur, & prudenter (ne cum delatum fuerit Apostolis, se putent honoratos) adiecit, non suo illos merito, sed magistri honore suscipiendos. Chry. Deinde facilè susceptibilẽ hũc sermonẽ facit, pęnã inducens. vnde sequitur. Qui ãt scãdalizat &c. Ac si diceret, Sicut qui hos honorant propter me mercedẽ habẽt; ita & qui hos dehonorant, vltimã sustinebũt vindictam Si autem conuitium scandalũ vocat, ne mireris, multi enim pusillanimes ex eo ꝙ despiciũtur scãdalizati sunt. Hier. Nota ꝙ qui scãdalizatur, paruulus est, maiores enim scandala non recipiunt. Et quanquam generalis possit esse sententia aduersus omnes qui aliquem scandalizant, tamen iuxta consequentiam sermonis etiam contra Apostolos dictum intelligi potest, qui interrogãdo quis maior esset in regno cęlorũ, videbãtur inter se de dignitate cõtẽdere, etsi in hoc vitio pmã sissent, poterant eos quos ad fidẽ vocabãt per suũ scandalũ perdere, dũ Apostolos viderent inter se de honore pugnare. Orig. Qũo ãt qui conuersus est & factus quasi puer, & minimus est & potẽs scãdalizari? hoc si possumus explanare, Ois qui filio Dei credit & cõuersãt secundũ euangelicos actus, conuersus ambulat quasi puer; qui ãt non conuertit vt fiat sicut puer, hũc impossibile est intrare in regnũ cęlorũ. In omni ãt credẽtiũ multitudine, sunt quidã nuper cõuersi vt fiant sicut paruuli, nõdũ autẽ sunt facti, hi pusilli hãbẽtur in Christo, & sunt scandali receptores. Hieron. Quod autem dicitur, Expedit ei vt suspendatur, &c. Secundum ritũ prouinciæ loquitur, quo maiorum criminum ista apud veteres Iudæos pœna fuerit, vt in profundum ligato saxo demergeretur. Expedit autem ei quia multò melius est pro culpa breuem recipere pœnam, quàm æternis seruari cruciatibus. Chry. Consequens autem erat prioribus dicere, Me non suscipit; quod erat omni pęna amarius. sed qa grossi erant, & prædicta pęna eos non mouebat, cõparatione exempli cogniti manifestat præparatam pęnam; propter hoc .n. dicit, ꝙ expedit ei hoc sustinere; quoniam eos alia grauior pœna expectat. Hil. Misticè autem molæ opus labor est cœcitatis. Nam clausis iumentorum oculis agũtur in gyrum. & sub asini quidẽ nomine frequenter gentes cognominatas reperimus, qui cęci laboris ignorantia continentur, Iudæis autem scientiæ iter in lege pręstitum est: qui si Christi Apostolos scandalizauerint, rectius alligata collo mola asinaria demersi in mare fuissent, id est Gentium labore depressi, ignorantiæ seculi demonstrarentur; quia illis tolerabilius fuerat nescisse Christum, quàm prophetarum dominum non recepisse. Gre. 7. Mor. Vel aliter: Quid per mare nisi seculum? quid per molam asinariam, nisi actio terrena significatur? quæ cum colla mentis per stulta desideria stringit, hanc in laboris circuitum mittit. Sunt vtique nonnulli qui dum terrenas actiones deserunt,

Mos prouinciæ.

& ad contemplationis ſtudia humilitate poſtpoſita vltra intelligẽtiæ uires ſurgũt non ſolũ ſe in errorẽ deijciunt, ſed infirmos quoſq; de gremio veritatis diuidunt. Qui ergo vnũ de minimis meis ſcãdalizat, meli⁹ ei fuerat, ligata collo mola aſinaria in mare proijci, quia nimirũ peruerſæ mẽti expediẽtius eſſe potuiſſet, vt occupata mũdo terrena negotia ageret, q̃ p contẽplationis ſtudia ad multorũ perniciẽ vacaret. Aug. de quæ. euãgr. Vel aliter: Qui ſcãdalizauerit vnũ ex puſillis iſtis. i. ex humilib. quales vult eſſe diſcipulos ſuos, nõ obtẽperãdo uel etiam contradicendo: ſicut de Alexandro Apoſt. dicit, expedit illi vt mola aſinaria ſuſpendatur collo eius, & præcipitetur in profundum maris, ideſt congruit ei vt cupiditas rerũ temporaliũ, cui ſtulti & cœci alligantur, eum deuinctum pondere ſuo deducat ad interitum.

Væ mundo à ſcãdalis. Neceſſe eſt enim ut ueniant ſcandala. Veruntamẽ uæ homini illi p quẽ ſcandalum uenit. Si autem manus tua uel pes tuus ſcandalizat te abſcinde eũ, et proiice abs te. Bonum eſt tibi ad vitã ingredi debilem vel claudũ, quã duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignẽ æternum. Et ſi oculus tuus ſcãdalizat te, erue eum & proiice abs te. Bonum eſt tibi unum oculum habentem in uitam intrare, quã duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

Glo. Dixerat dominus quò expedit ei qui ſcandalizat, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius: Cuius rõnem aſſignãs ſubdit. Væ mũdo a ſcandalis. i. propter ſcãdala. Origen. Hoc non de elementis mundi intelligamus, ſed hic homines qui ſunt in mundo, dicuntur mundus. Non ſunt autem diſcipuli Chriſti de hoc mundo, vnde non poteſt eis eſſe à ſcandalis uæ. Nam etſi multa ſunt ſcandala, nõ tãgunt eum qui non eſt de hoc mundo. Si autem adhuc eſt de hoc mundo, propterea q̀ diligit mundum & quæ ſunt in eo: tanta ſcandala comprehendent eum, quantis fuerat obligatus in mundo. Sequitur: Neceſſe eſt enim vt ueniant ſcandala. Chry. Cum autem dicit: Neceſſe eſt: non deſtruit libertatem arbitrij, neque neceſſitati aliquarũ rerum ſupponit: ſed quod omnino futurũ eſt prædicit. ſcandala quidem ſunt prohibitiones rectæ viæ: non autem prædicatio

Scandala quõ neceſſaria.

Chriſti ſcandala inducit. neq;. n. quia prædixit, pp hoc fit: ſed oĩno futurũ erat, propter hoc p̃dixit. Sed dicit aliq̀s, Si omnes corrigantur, & nullus ſit qui ſcãdala afferat, nonne mẽdacij arguetur hic ſermo? Nequaquã. quia. n. puidit in emẽdatos futuros homines eſſe, pp hoc dixit: Neceſſe eſt ut ueniant ſcãdala, i. omnino venient: ſi ãt corrigẽdi eſſent, nõ dixiſſet. Glo. Vel neceſſe eſt ut ueniant ſcandala, quia ſunt neceſſaria, ideſt utilia: ut qui per hoc probati ſunt, manifeſti fiant. Chry. Scandala. n. erigunt homines, & acutiores eos faciunt: & eum qui cadit, uelociter erigunt: in quantũ. ſ. ingerunt ſolicitudinem. Hil. Vel humilitas paſſionis ſcandalũ mundo eſt, q̀ ſub deformitate crucis æternæ gloriæ dominũ uoluit accipere. Et q̃d in mũdo tam periculoſum, quàm non recepiſſe Chriſtũ. Ideo verò neceſſe ait uenire ſcãdala, quia ad ſacramentum reddẽdę nobis æternitatis oĩs in eo paſſionis humilitas eſſet complenda. Orig. Vel uenientia ſcandala, ſunt Angeli ſatanæ; nec tñ putes ſecundum naturã uel ſubſtantiã eſſe huiuſmodi ſcandala: ſed libertas arbitrij in quibuſdã genuit ſcandalum, uolẽs ſuſcipere pro uirtute laborem. Non poteſt autẽ eſſe verum bonum niſi habeat impugnationẽ mali. Sic ergo neceſſe eſt uenire ſcãdala, ſicut neceſſe eſt ſuſtinere malitiam cœleſtium, quia magis irritantur, quantò magis uerbũ Chriſti in hominibus inualeſcens, expellit ab eis malignas virtutes. Quærũt ãt organa per quæ ſcandala operentur, quibus eſt magis væ. Nam multò peius erit ei qui ſcandalizat, quã ei q ſcãdalizatur. unde ſequitur, Verũtamẽ vę homini illi per quẽ ſcandalũ uenit. Hie. Ac ſi dicat, væ homini illi qui uitio ſuo facit ut per ſe fiat, quod neceſſe eſt ut in mundo fiat. Simulque per generalem ſententiam percutitur Iudas, qui proditioni animum præparauerat. Hila. Vel ſub hominis nuncupatione, auctorem ſcandali huius quod eſt extra paſſionem Chriſti Iudaicum populum deſignat, per quem omne hunc mũdo periculum comparatur, ut Chriſtum in paſſione abnegent; quem lex & prophetæ paſſibilem prædicauerunt. Chryſ. Vt autem diſcas quòd non ſunt abſolutæ

Allegoria.

necessitatis scandala, audi quę sequunt, Si āt manus tua, vel pes tuus &c. Nō autē hoc de membris corporalib. dicit, sed de amicis, quos in ordine necessariorū mem brorū habemus. nihil est.n.ita nociuū vt cōuersatio mala Rab. Scandalū quippe sermo Græcus est, qđ nos offendiculū vel ruinam & impactionē pedis dicere possu mus. Ille ergo scandalizat fratrē qui ei di cto facto ve minus recto occasionē ruinæ dederit. Hie. Igitur oī truncatur affect⁹, & vniuersa propinquitas amputatur, ne p occasionē pietatis vnusquisq; credētium scādalis pariatur. Si (inquit) ita est tibi cō iunctus vt manus, pes, oculus, & est vtilis atq; solicitus & acutus ad prospiciendū. scandalum autē tibi facit, & propter morum dissonantiam pertrahat in gehennam: melius est vt propinquitate eius careas, & emolumētis carnalibus: quàm dū uis lucrifacere cognatos & necessarios, causam habeas ruinarum. Nouit.n. vnusquisque credentiū quid sibi noceat, vel in quo solicitetur animus, ac sæpe tentetur. melius est enim vitam solitariā ducere, quàm ob vitæ præsentis necessaria vitam æternam perdere. Orige. Vel sacerdotes rationabiliter possunt dici ecclesiæ ocul⁹ quoniam speculatores habentur; Diaconi autem cęteriq;, manus quia per eos opera spiritualia gerentur, populus āt, sunt pedes corporis ecclesiæ, quibus oībus parcere non oportet, si scandalum ecclesię facti fuerint. Vel actus animæ, peccans manus ītelligitur, & incessus animę, peccās pes: & visus animæ peccans oculus: quos oportet præcidere, si scandalum præbent. Frequēter.n. ipsa opera membrorum, pro membris in scriptura ponuntur.

Tropologia.

Videte ne cōtemnatis vnū ex his pusillis. Dico enim uobis, quia Angeli eorū in cęlis semper uident faciē patris mei qui in cęlis est. Venit.n. filius hominis saluare qđ perierat. Quid vobis uidetur? si fuerint alicui centū oues, & errauerit una ex eis: nonne relinquet nonagintanouē ī montibus, & uadit quærere eam quæ errauit? Et si contigerit quod inueniant eam, Amē dico uobis qa gaudebit sup eā magis, quam super nonagintanouem, quę non errauerunt. Sic non est uoluntas ante patrem uestrum qui in cęlis est, ut pereat unus de pusillis istis.

Hier. Suprà dixerat dn̄s per manū & pedē & oculū, omnes propinquitates & necessitudines q̄ scandalū facere poterāt, amputandas, austeritatē itaq; snię subiecto pcepto tēperauit, dicens, videte ne cōtemnatis vnū ex his pusillis. Ac si dicat, Quātū in vobis est, nolite cōtenere, sed post vestrā salutēēt illorum quærite sanitatem. Sin autem perseuerantes in peccatis videritis, melius est vos saluos fieri, quàm perire cum multis. Chry. Vel aliter. Sicut fugere malos, ita honorare bonos magnum habet lucrum. Suprà Ergo docuit scandalizantium abscindere amicitias, hic autē docet exhibere sanctis honorem & procurationem. Glo. Vel aliter. Quia tantum malum prouenit ex scandalizatis fratribus, videte ne cōtēnatis vnū ex his pusillis. Orig. Pusilli autem sunt qui nuper in Christo sunt nati, aut tales qui permanent sine profectu, quasi nuper nati. Nō autem habuit necesse mandare Christus de perfectioribus fidelibus nō cōtēnendis, sed de pusillis, sicut & supra dixerat, Si quis scandalizauerit vnum ex pusillis istis. Alius autem fortè dicit pusillum, hic dicit perfectum secundum ꝙ alibi ait, Qui minimus fuerit in vobis, hic erit maior. Chry. Vel quia perfecti paruuli apud multo ęstimantur, scilicet pauperes & contemptibiles. Orig. Sed huic expositioni non videtur conuenire quod dicitur, si quis scandalizauerit vnum de pusil. &c. Perfectus enim non scandalizatur, nec perit. Sed qui hanc expositionem æstimat verā, dicit ꝙ iusti hominis anima vertibilis est, & scandalizatur aliquando, et si non facilè. Glo. Ideo autem non sunt contemnendi, quia adeo chari sunt Deo, ꝙ Angeli sūt eis ad custodiam deputati. vnde sequitur; Dico enim vobis, quia &c. Origen. Quidam volunt ex eo dari hominibus Angelum adiutorem, ex quo per lauacrum regenerationis nati sunt infantes in Christo, dicētes non esse credibile incredulis & errātibus præesse Angelū sanctū, sed tempore infidelitatis, & peccatorum est homo sub angelis satanæ. Alii autem volūt mox cū quis fuerit natus, eorum qui præcogniti sunt à Deo accipere sibi præpositum Angelum. Hier. Magna enim dignitas ani-

Angel⁹ præest hominibus.

marum

marum, ut vnaquęq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiā sui Angelū delegatū. Chry. Hic aūt nō de quibuscunq; Angelis loquit: sed de superuenientib. Cum.n. dicat: Vident faciē patris mei, nihil aliud ostendit quam magis liberā pſentiam & maiorem eorū apud Deum. Greg. in ho. Dionysius autem dicit, ꝙ ex minoribus Angelorū agminib. ad explendū ministerium vel visibiliter vel inuisibiliter mittuntur: nam superiora illa agmina vsum exterioris ministerij nequaquam habent. Greg. 2. Mora. Et faciē ergo patris Angeli semper uident, & tñ ad nos ueniunt: quia & ad nos speciali pręsentia foras exeunt, & tñ ibi se unde recesserant per internā contemplationem seruāt. Neq;.n. sic à diuina uisione foras exeūt, vt internæ contēplationis gaudiis priuentur. Hier. Saluandorū igitur per Christum orationes Angeli Deo quotidie offerūt: ergo periculose ille contemnitur, cuius desideria ac postulationes ad æternū & inuisibilem Deum Angelorū famulatu ac ministerio perue-

Anagoge.

huntur. Aug. 45. de ci. Dei. Vel angeli nostri dñr, q sunt Angeli Dei. Dei sunt, q̄a Deum nō reliquerūt: nostri sunt, q̄a suos ciues nos hr̄e cœperunt. Sicut ergo nunc illi vident Deum, ita & nos sumus uisuri facie ad faciem; de qua visione dicit Ioānes: Videbimus eum sicuti est, facies.n. Dei manifestatio eius intelligenda est; nō aliquod ta e mēbrū quale nos habemus in corpore, atq; isto corpore nūcupamus. Chry. Rursus aliā rationē ponit, quare pusilli non sint contemnendi priore maiorē, dicens: Venit.n. fi. ho. Remig. q.d. Non cōtēnatis pusillos, quia ego pro hoībus homo fieri dignatus sum. Cum.n. dicit, qđ perierat, subintelligēdus est genus humanum: oīa enim elemēta suum ordinē seruant, sed homo errauit, quia suū ordinē perdidit. Chrys. Deinde ad hanc rationē parabolam copulat, per quam & patrem inducit salutem hoīum volentem, dicēs. Quid vobis videtur? si fuerint &c. Greg. in ho. Hoc ad ipsum auctorem hominum pertinet: quia enim cētenarius perfectus est numerus: ipse centum oues habuit, cū Angelorum & hominum substātiā creauit. Hilar. Ouis autem una homo intelligēdus est, & sub homine uno, uniuersitas sentienda est: in unius enim Adæ errore omne hominū genus aberrauit. Igitur & quærens hominem, Christus est: & nonagintanouem relictæ, cœlestis gloriæ multitudo est. Greg. Dicit autem Euangelista eas relictas in montibus, ut significet in excelsis. quia nimirū oues, quæ non perierant, in sublimibus stabant. Beda. Ouem ergo dominus inuenit, quando hominem restaurauit. Et super eā inuentam maius gaudiū est in cœlo, quàm super nonagintanouem: quia maior materia diuinæ laudis est in restauratione hominum, quàm in creatione Angelorū. Mirabiliter enim Angelos creauit; sed mirabilius hominē restaurauit. Raba. Nota quòd unū deest à nouem, ut decem sint, & à nonagintanouem, ut centum sint. Variari ergo per breuitatem & magnitudinē numeri possunt quibus unum deest, & ut perficiant; ipsū vero vnū sine varietate in se manens, cū accesserit, cæteros perficit. Et ut perfecta summa ouiū integraretur in cęlo, homo perditus quærebatur in terra. Hiero. Alii vero nonagintanouem ouibus, iustorū putant numerū intelligi; & in vna ouicula, peccatorum, secundum ꝙ in alio loco dixerat: Non ueni uocare iustos, sed pecca- Quęstio
tores Greg. in ho. Cōsiderandum autem pulchra
nobis est cur dñs plus de conuersis peccatoribus, quam de stantibus iustis gaudiū esse fateatur: quia, scilicet plerunq; pigri remanent ad exercēda bona præcipua, q valde sibi securi sunt, ꝙ nulla cōmiserint mala grauiora. At contra nonnunquā hi qui se aliquid egisse illicitè meminerūt, ex ipso suo dolore compuncti inardescūt in amorem Dei. Et quia se errasse à Deo considerant, dāna præcedentia lucris subsequētibus recōpensant, sic & dux in pręlio plus eum militem diligit qui post fugā conuersus hostem fortiter premit; quàm illum qui nunquā terganı præbuit & nūquā aliquid fortiter fecit. Sed & sunt quidam iusti d quibus tantum est gaudium, ut eis nullus pœnitens pręponi possit, qui & si non sint sibi malorum conscij, tamē licita respuunt, & in omnibus se humiliant. Quantum ergo gaudiū est, si humiliter plangat iustus; cum gaudiū sit, si qđ

male

male gessit, damnat iniustus. Beda. Vel per nonaginta nouem oues quas in montibus reliquit, superbos significat, quib. ad perfectioné vnitas deest. Cum ergo inuenerit peccatoré, magis super eum gaudet. i. suos gaudere facit, quàm super iustos falsos. Hier. Qd aût subdit; Sic nõ est voluntas &c. refertur ad superius propositum, de quo dixerat, Videte ne cõtenatis vnum de pusillis istis, & docet idcirco parabolã positã, ut pusilli nõ contẽnatur. In eo aût quod dicit; Non est voluntas ante patrem &c. ostendit quod quotiescunq; perierit aliquis ex pusillis non voluntate patris perit.

Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quòd si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

Chry. Quia superius vehementem sermoné aduersus scandalizãtes propoluit, vndique eos terrens, ne rursus hi quibus scãdala inferuntur sic fiant resupini, vt totũ contẽnentes in aliud vitiũ incidant. s. negligentiæ, sed scandalizãtes per oĩa sibi parci uolentes in eleuationé incidant, hic dñs eos cõprimit, & redargutionem fieri iubet, dicens; Si aût peccauerit &c. Aug. de ser. do. Admonet nos quidé dñs noster nõ negligere inuicem peccata nostra, non quærendo quid reprehẽdas, sed videndo quid corrigas. Debemus. n. amãdo corripere, nõ nocẽdi auiditate, sed studio corrigendi, si neglexeris, peior eo factus es. Ille iniuriã fecit. & iniuriã faciẽdo graui seipsum vulnere percussit, tu vulnus fratris cõtemnis, peiores tacendo, quam ille cõuitiando. Aug. 1 de ciui. Dei. Plerunq; enim à malis docendis, admonendis, aliquando etiam obiurgãdis & corripiẽdis, male dissimulatur, vel cũ laboris piget, vel si eorũ inimicitias deuitamus, ne impediant & noceãt in istis tẽporalibus reb. siue quas adipisci adhuc nostra cupiditas appetit, siue quas adhuc amittere formidat infirmitas. Si aût propterea quisq; obiurgandis & corripiendis male agentibus parcit, quia opportunius tempus inquiritur, uel eisdem ipsis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitã & piã erudiendos impediant alios infirmos, aut premant, atque auertant a fide, nõ videtur esse cupiditatis occasio, sed consiliũ charitatis. Longe autem grauioré habẽt causam ecclesiarum præpositi, qui in ecclesiis cõstituti sunt, vt non parcant obiurgãdo peccata, nec ideo tñ ob huiuscemodi culpã penitus alienus est, qui licet præpositus non sit, in eis tñ, quibus vitæ huius necessitate cõiungitur, multa monenda vel arguenda nouit & negligit, deuitãs eorũ offensiones propter illa quibus in hac vita nõ indebite vtitur, sed plus quàm debuit delectatur. Chrys. Considerandum auté quod quandoq; dñs eum qui contristauit ad eũ qui contristatus est ducit: sicut cum dicit si recordatus fueris quod frater tuus hẽt aliquid aduersum te: vade recõciliari fratri tuo. Quandoque autem eum qui iniusta passus est, iubet dimittere proximo, sicut ibi: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos &c. Hic auté alium excogitat modũ: eum. n. qui contristatus est ducit ad eũ qui cõtristauit, & ideo dicit, Si peccauerit in te frater tuus. Quia enim ille qui iniusta fecit, non facilè veniret ad excusationem verecundatus, hũc qui passus est, ad illum trahit, & non simpliciter, sed vt corrigat quod factũ est, vnde dicit, Vade & corripe eũ. Rab. Non passim iubet peccanti dimittere, sed audienti, idest obedienti & pœnitenti agenti, ne vel difficilis sit uenia, vel remissa indulgẽtia. Chry. Nõ autem dicit, accusa, neq; increpa, neq; uindictas expete, sed argue, idest rememora sibi peccatũ, dic ei quæ ab eo passus es. Ipse. n. ira & uerecundia detinetur ebrius factus, quasi graui somno. Vnde oportet te qui sanus es, ad illum qui ægrotat abire. Hiero Sciendum tamé quod si peccauerit in vos frater vester, & in qualibet causa uos læserit dimittẽdi habetis potestaté, immò necessitatem, quia præcipitur, ut debitoribus nostris debita dimittamus, propter quod & hic dicitur. Si peccauerit in te frater tuus. Si aût in Deũ quis peccauerit, non est nostri arbitrij. Nos e cõuerso in Dei iniuria benigni sumus, in nostris contumeliis exercemus odia. Chrys. Ideo autem præ-

Iniuriæ remittẽdæ.

præcepit arguere ei qui passus est iniuriá & non alij; quia ille qui fecit iniuriá, ab eo mansuetius sustinet; & maxime cú solus eum corripiat Quum enim qui vindictam expetere debebat, hic salutis, videt diligentiam habere, maxime hoc eú pôt, propitium facere: Aug. de ver. do. Qñ ergo in nos aliqs peccat, habeamus magná curam, non pro nobis, nam gloriosum est iniuriam obliuisci; sed obliuiscere iniuriá tuam, non vulnus fratris tui; ergo corripe eum inter te & ipsum solum, studens correctioni, parcens pudori. Forte enim præ uerecundia incipit defendere peccatum suum; & quem vis facere correctionem, facis peiorem. Hier. Corripiédus est enim seorsum frater, ne si semel pudorem atq; verecundiam amiserit, permaneat in peccato. Aug. de ver. do. Apostolus aút dicit: Peccantem coram omnib. argue, vt & cæteri timorem habeant: Aliqñ ergo cias corripiendum esse fratrem solum, aliquá do át coram oíbus. Quid autem ante facere debeamus intendite & videte. Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe eú inter te & ipsum solum. quare? quia in te peccauit; tu scis quia peccauit. Quid est in te peccauit? Quia. n. secretum fuit qñ in te peccauit; secretum quære cum corrigis quæ peccauit nam si solus nosti quia peccauit in te & eú vis coram oíbus arguere; non es corrector, sed ꝓditor. Peccauit ergo in te frater tuus; sed si tu solꝰ nosti, túc vere in te solum peccauit. Nam si multis audientib. tibi fecit iniuriá; & in illos peccauit quos testes suæ iniquitatis effecit. ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccátur coram omnibus: ipsa corripienda sunt secretius, quæ peccátur secretius. Distribuite tempore, & concordate scripturas. Quare autem proximum corripis? quia tu doles ꝙ peccauerit in te? absit: si autem amore tui id facis, nil facis; si amore illius facis, optime facis. Denique, in ipsis verbis attéde cuius amore id facere debeas; utrum tui, an illius, Sequitur. n. Si te audierit &c. Ergo propter illum fac vt lucreris illum. Agnosce, quia in hominem peccando peristi; nam si non perieras, quomodo te lucratus est? Nemo ergo cótēnat quando peccat in fratrem. Chry. In quo etiam demonstratur ꝙ inimicitia damnú est commune, & propter hoc non dixit ille lucratus est seipsum, sed ꝙ tu lucratus es eum. ex quo ostendi qm̃ & tu & ille damnú passi eratis ex discordia. Hier. Per saluté. n. alterius nobis quoq; acquiritur salus. Chrys. Quid auté facere debeas si non persuadeatur, subditur: Si aút te nó audierit, adhibe tecum vnum vel duos. Quanto. n. inuerecundior fuerit & pertinacior, tanto magis nos ad medicinā studere oportet, nó ad iram & odiú. Etenim medicus cum viderit morbum non remitti, non desistit; sed tunc magis præparatur ad curandum. Vide át qualiter non vindictæ gratia hæc correctio fit, sed emendationis, & propter hoc non confestim iubet duos accipere, sed quando ipse corrigi nó voluerit neq; tunc ad eú mittit multitudiné, sed vnú vel duos, & ad hoc legis testimoniú inducit, dicens; Vt in ore duorum &c. q d. Habes iā testimonium ꝙ totú fecisti qđ tuum erat. Hie. Vel intelligédum est hoc modo: Si te audire noluerit, adhibeatur vnus frater tantum, ꝙ si nec illum audierit, adhibebtur & tertius; vel corrigendi studio, vt. s. vel admonitione aut pudore corrigatur, uel conueniendi sub testib. Glo. Vel si dixerit, non esse peccatum; ut probent illud esse peccatú. Hie. Porrò si nec illos audire uoluerit, túc multis dicendum est, ut detestationi eum habeant; ut qui nó potuit pudore saluari, saluetur opprobrijs. vnde sequitur: Quòd si non audierit eos, dic ecclesiæ Chrysost. id est his qui ecclesiæ præsident. Glo. Vel dic toti ecclesiæ, ut maiorem erubescentiam patiać. Post hęc omnia sequatur excómunicatio, quæ fieri dēt per os ecclesiæ, id est per sacerdotem, quo excommunicáte tota ecclesia cum eo operatur. vnde sequit: Si auté ecclesiam nó &c. Aug. de uer do. idest noli illum iam deputare in numero fratrum tuorú? nec sic tamen salus eius negligenda est, nā & ipsos ethnicos, id est géntiles & paganos in numero quidem fratrú non deputamus, sed tamé eorum salutem semper inquirimus. Chry. Nihil tamé talle præcepit dominus obseruandum in his qui extra Ecclesiam sunt, quale præcipit hic de fratribus corripiédis. Sed de exterio-

Ethnic. non dicuntur fratres nostri.

tioribus dicit: Si quis percusserit te in vna maxilla, præbe ei & aliā. qđ & Paulus dicit: Quid mihi est de his qui foris, sunt iudicare? Hier. Fratres āt & arguere & aduertere iubet. Qđ āt dicit: Sicut ethnicus & publicanus, ostēditur maioris esse detestationis, qui sub noīe fidelis agit opera infidelium, q̃ hi qui aperte Gētiles sunt. Publica i.n. vocantur, qui seculi sectant lucra, & exigunt vectigalia per negociationes, & fraudes ac furta scelerata atq; periuria. Orig. Videamus āt ne fortè snīa hęc nō de quocūq; peccato posita sit quid.n. si aliquis peccauerit aliquod peccatorum quæ sunt ad mortē, puta masculorum cōcubitor fact⁹, adulter, homicida, aut mollis nunquid talem rationis est arguere solus ad solū, & si audierit statim eum dicere lucrifactum & non prius expulerit eū de Ecclesia, nisi postquam coram testibus argutus & ab Ecclesia perstiterit in actu priori? Alius autem respiciens ad immensam misericordiā Christi, dicet; qm̄ cum verba Christi nullam faciant differentiā peccatorū, contra Christi misericordiam faciunt, qui hæc ad minima tantū peccata pertinere distinguunt. Alius contra caute ipsa verba considerans, nō dē oī peccato hęc dicta defendet, qm̄ qui gaudia illa peccata facit nō est frater, sed nominatur frater; cum quo secundum Apostolum non oportet cibum sumere. sicut aūt negligentibus peccandi occasionē dant, qui ad oē peccatum hoc pertinere exponunt: sic econtrà, qui docet minimis & nō mortiferis peccatis peccātē, post argutionē testiū vel ecclesię, fieri oportere sicut ethnicum & publicanū, aliquid crudelitatis vł inducere. Vtrum.n. omnino pereat, pronuntiare non possumus. primum, q a quiter argutus non obediuit, potest in quarto obedire deinde, quia aliquando non secundum opera hominis redditur ei, sed amplius quàm peccauit, quod expedit in hoc mūdo. demum, quia non dixit solū, Sit sicut ethnicus & publicanus, sed sit tibi. Qui ergo in peccato leui correctus ter, non se emendat, nos quidē debemus eum habere sicut ethnicum & publicanū abstinētes ab eo vt cōfundatur; an āt ēt a Deo quasi publicanus & ethnicus iudicet, non est nostrū ꝓnuntiare, sed in iudicio Dei.

Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cęlo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omnia re quancunque petierunt, fiet illis a patre meo qui in cęlis est. Vbi enim sunt duo tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Hier. Quia dixerat, si ecclesia non audierit, sit tibi sicut ethnic⁹, & publicanus; & poterit contēpti fratris hęc esse responsio, vel tacita cogitatio. Si me despicis, & ergo te despicio: si me cōdēnas, & tu mea sententia cōdēnaberis; potestatem tribuit Apostolis vt sciant ꝙ qui talibus cōdemnantur, humanā sententiā diuina sententia corroborari; vnde dicitur; Amen dico vobis, quæcunq; &c. Orig. Non dixit; In cęlis, sicut Petro; sed in cęlo vno, quia nō sunt tantæ perfectionis sicut Petrus. Hila. Per hoc tñ ad terrorē maximi metus, quo ad præsens oēs continentur, immobiles seueritatis Apostolicę iudicium demonstrauit, vt quos in terris ligauerint, i. peccatorum nodis innexos relinquerint, & quos soluerint, cōcessionē. s. veniæ acceperint in salutem, hi in cœlis ligati sunt vel soluti. Chry. Et notādum ꝙ non dixit primati ecclesię; Liga talē; sed si ligaueris, indissolubilia erūt ligamina; quasi hoc eius iudicio dimittens. Vide āt qualiter incorrigibilē duplicib. colligauit necessitatib. s. pœna q̃ est hic. s. proiectione ab Ecclesia; quam supra posuit, dicēs; Sit tibi sicut ethnicus &c. & supplicio futuro, quod est ligatū esse in cęlo, vt multitudine iudiciorū dissoluat fratris iram. Aug. de ver. do. Vel aliter; Cœpisti habere fratrem tuum tāquā publicanū, ligans eum in terra; sed vt iuste alliges, vide. Nam iniusta vincula dirumpit iustitia; Cum autem correxeris & cōcordaueris cum fratre tuo, soluisti illum in terra, cum solueris in terra, solutus erit & in cœlo. Multum præstās, nō tibi, sed illi, quia multū nocuit, non tibi, sed sibi Glo. Nō solum autem de excommunicatione, sed etiā de omni petitione quæ fit a consentientibus in vnitate ecclesiæ, dat confirmationem, cū subdit. Iterū dico vobis, quia si duo ex uobis cōsenserint

rint super terram: vel pœnitentem recipiẽdo, vel superbum abijciendo, vel de alia re quã petierint, quæ non est contraria ecclesiæ vnitati, Fiet illis a patre meo qui in cœlis est. Per hoc autẽ quod dixit, Qui in cœlis est, eum super omnia esse ostẽdit, & per hoc cõplere eũ posse quod petitur. Vel in cœlis est, i. in sanctis, quod valet ad probãdum, ꝙ fiet illis quicquid petierint qđ dignum sit; quia illum apud se habent a quo petunt. Vnde rata est sententia consentientium, quia Deus cum eis habitat, & ideo sequitur; Vbi.n. sunt duo vel tres &c. Chry. Vel quia dixerat: Fiet illis a patre meo, vt ostendat se ẽt esse datorem simul cũ patre, subdit: Vbi sunt.n. duo vel tres. Orig. Non autem dixit, In medio eorum ero, sed sum. Mox.n. ut aliquid consenserint, Christus inuenitur in eis. Hil. Ipse.n. qui pax atq; charitas est, sedem atq; habitationem in bonis atq; pacificis voluntatib. collocabit. Hie. Vel aliter: Omnis superior sermo ad concordiã nos prouocauerunt, igitur & præmium pollicet̃, vt solicitius festinemus ad pacem cũ se dicat inter duos vel tres mediũ fore. Chry. in ho. Non ãt dixit simpliciter; Vbi congregati fuerint. sed addit in nomine meo. q.d. Si quis ꝑꝑ me principalẽ causam amicitiæ ad proximum habuerit, cum eo ero si & in alijs virtuosus erit. Qũo ergo non ibi consentientes consequuntur id qđ petunt? Primo quidem, quia non expediẽtia petunt. Secundo, quia indigni sunt, ꝗ petunt, & ea quæ sunt a seipsis non inferũt: vnde dicit: Si duo ex vobis, qui euangelicam ostenditis conuersationem. Tertio, quia aduersus eos qui cõtristauerũt, orãt, vindictam quærentes. Quarto, quia petũt misericordiam peccantibus, qui non pœnituerunt. Orig. Et ista est ẽt causa propter quam non exaudimur orantes, quia non consentimus nobis per oĩa super terram, neq; dogmate, neq; conuersatione. Sicut enim in musicis nisi fuerit conueniẽtia vocũ, non delectat audientẽ: sic in Ecclesia, nisi cõsensum habuerit nõ delectat̃ Deus in ea, nec audit voces eorũ. Hie. Possumus ãt & hoc spiritualiter intelligere, ꝙ vbi spiritus & anima corpusq; consenserint, & non intra se bellum diuersarum habuerint voluntatum; de omni re quam petierint, impetrẽt a patre: nulli.n. dubium est quin bonarum rerũ postulatio, sit ubi corpus vult habere ea, quæ spiritus. Orig. Vel in quo duo testamẽta cõsentiũt sibi, eius inuenit oratio de oĩ re acceptabilis Deo.

Tropologica expositio.

Tunc accedens Petrus ad eum, dixit; Dñe, quotiẽs * *peccauerit in me frater meus, & dimittã ei? Vsq; septies? Dicit illi Iesus; Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.*

* peccabit.

Hie. Supra dixerat dominus. Videte ne contemnatis vnum de pusillis istis; & adiecerat, Si peccauerit in te frater tuus &c. & præmium repromiserat, dicens: Si duo ex vobis &c. vnde prouocatus Apostolus Petrus interrogat, & hoc est qđ dicitur; Tũc accedens ad eum Pe. dixit; Dñe &c. Et cũ interrogatione profert sententiam, dicẽs; Vsq; septies? Chrys. Putauit quidem Petrus aliquid se magnum dicere. Sed quid amator hominum Christus responderit, subditur; Dicit il. Ie. Nõ dico ti. &c. Aug. de uer. dom. Audeo dicere & si septuagies octies peccauerit, ignoscas: & si centies: & omnino quotiens peccauerit, ignosce. Si.n. Christus milia peccatorum inuenit, & tñ omnia donauit, noli subducere misericordiã. Ait.n. Apostolus; Donãtes vobismetipsis, si quis aduersus aliquẽ hẽt querelã, sicut Deus in Christo donauit nobis. Chry. Cum ergo dicit. Vsq; septuagies septies, non numerum determinatũ ponit, ut numero cõcludat remissionẽ, sed qđ cõtinue & semper est significauit. Aug. de ver. do. Non tñ sine causa dominus septuagies septies dixit. nam lex in decem præceptis commẽdator, lex.n. per x. peccatũ per xi. significatur, quia transgresio denarij est. Septem ãt solet pro toto computari, quia septem diebus uoluitur tp̃s. Duo ãt septies xi. fiunt septuagies septies. Oĩa ergo peccata dimitti voluit, quia ea septuagesimo septimo numero ꝑ signauit. Orig. Vel quia numerus sex, videtur esse operis & laboris, septimus autem repausationis, dicit remissionem fieri oportere fratribus in hoc mundo degentibus, secundum res huius mundi peccantibus. Si autem aliquis ultra ea peccata peccauerit, iam non habebit remissionem. Hie. Vel intelligẽdum est septuagies septies

Mysterium numeri.

septies.i. quadringentis nonaginta uicibus: ut toties peccanti fratri dimitteret, quoties ille peccare posset. Raba. Aliter tñ daĩ uenia petẽti fratri, ut nobis ꝯsocia charitate cõmunicet, sicut Ioseph fratribus: aliter inimico persequẽti, ut bonũ ei uelimus, & si licet faciamus, ut Dauid lugens Saul.

Ideo assimilatũ est regnũ cœlorũ homini regi, qui uoluit rationẽ ponere cũ seruis suis. Et cũ cœpisset rõnem ponere, oblatus est ei unus q debebat ei decẽ milia talẽta. Cũ autem nõ haberet unde redderet, iussit eũ dominus eius uenundari & uxorem eius & filios, & oĩa quæ habebat, et reddi. Procidẽs autẽ seruus ille, orabat eũ, dicẽs: Patientia habe in me, & omnia reddã tibi. Misertus ãt dominus serui illius, dimisit eũ, & debitum dimisit ei. Egressus autẽ seruus ille, inuenit unum de conseruis suis, q debebat ei centũ denarios; & tenens suffocabat eũ dicẽs; Redde qđ debes. Et procidẽs cõseruus eius, rogabat eum, dicens; Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. Ille autem noluit; sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt ualde, & uenerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant: Tunc uocauit illum dominus suus, & ait illi, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus domin⁹ eius, tradidit eũ tortoribus, quo adusq; redderet ei uniuersum debitũ. Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si nõ remiseritis unusquisq; fratri suo de cor dib. uñr.*

Vniuersum.

Chry. Ne aliqs ęstimaret magnũ quid & graue dominũ iniũxisse, cũ dixit dimittẽdũ usq; septuagies septies, adiecit parabolã. Hie. Familiare .n. est Syris et maxime Palæstinis ad omnẽ sermonẽ suũ parabolã iungere: ut qđ per simplex præceptũ ab auditoribus teneri nõ põt, p similitudinẽ exẽploq; teneaĩ, unde dicitur: Ideo assimilatũ &c. Orig. Filius Dei sicut est sapiẽtia, iustitia, et ueritas, ita ipse est regnũ: non autem alicuius eorum quæ sunt deorsum, sed omniũ quæ sunt sursum, in quorum sensibus iustitia & cęterę uirtutes regnant: qui facti sunt cœli, per hoc ꝙ portant cœlestis imaginem. Hoc ergo regnũ cœlorum, id est filius Dei, quando factus

Palæstinis parabolę sũt familiares.

est in similitudinem carnis peccati, tũc similis factus est homini regi, uniens hominem sibi. Remi. Vel regnum cœlorum cõgrue sancta Ecclesia intelligiĩ, in qua dominus operatur hoc qđ in ista parabola loquitur. Nomine autem hominis aliquãdo designaĩ pater, sicut ibi: Simile est regnum cęlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo &c. aliquãdo uero designatur filius: hic autem utrunq; intelligi potest, & pater & filius, qui sunt unus Deus. Deus autẽ rex dicitur, cuncta quę creauit regnando & gubernando. Orig. Serui aũt hi soli sunt, quantum ad istas parabolas, qui dispensatores uerbi habentur, & quibus hoc est commissum ut negotienĩ. Remi. Vel per seruos huius hominis regis, designanĩ omnes homines, quos ad laudandum se creauit, quibusque legem naturæ dedit; cum quibus rõnem ponit, quãdo uita & mores actus singulorum discutit, ut unicuiq; secũdum ꝙ gessit, tribuat. unde sequitur. Et cũ cœpisset rationem ponere &c. Orig. Omnis autem uitæ nostrę ratio ponenda est à rege, quando omnes nos præsentari oportuerit ante tribunal Christi. Nec hoc dicimus ut suspicio sit, ne forte res ipsa necessarium habeat longum tempus. Volens.n. Deus uentilare omnium mentes, cito omnia ab omnibus omni tempore gesta, singulis quibusque facite in mentem uenire ineffabili quadã uirtute. Dicit ãt: Et cum cœpisset rationẽ ponere, q a initiũ iudicij est, ut incipiat à domo Dei. In principio ergo ponẽdę rõnis oblatus est debitor talẽtorũ multorũ, qui.s. multa fecerat damna, & magna ei erãt iniunctæ, & nullũ attulit lucrum: qui forsitan tot talẽta pdidit, quãtos perdidit homines & ideo talẽtorũ multorũ est factus debitor; quoniã secutus est mulierẽ sup talentũ plũbi sedẽtẽ, cuius nomẽ iniquitas. Hie. Scio quosdã istũ q debebat decẽ milia talẽta, diabolũ interpretari: cui⁹ uxorẽ & filios uenundandos, pseuerante illo in malitia, insipientiã & malas cogitationes intelligi uolunt. Sicut enim uxor iusti, dr̃ sapientia: sic uxor iniusti & peccatoris, appellaĩ stultitia. Sed quomodo ei dimittat dominus decem milia talẽta, & ille nobis conseruis suis x. denarios nõ dimise-

Interpretatio uana reiicit.

miserit, nec ecclesiasticæ interpretationis est, nec à prudētib. viris recipienda. Aug. de ver. do. ideo dicendū est, ꝙ quia lex in decē pceptis comendatur, ille debeat decem milia talentorum, per qđ oīa peccata significat, q̄ secundū legē fiunt. Remig. Homo aūt sua uolūtate & spōte peccās, suo conatu, nullo modo surgere ualet, & non hēt vnde reddat: quia nihil in se inuenit, per qđ se à peccatis soluat. vnde seq̄t: Cū aūt non hēet &c. Vxor quidē stulti, est stultitia & carnis uoluptas seu cupiditas. Aug. de q. Euan. Per hoc ergo significatur transgressorē decalogi pro cupiditate & prauis operibus, tanquā vxore & filijs pęnas soluere debuisse, quod est preciū eius: precium. n venditi, est suppliciū damnati. Chrys. Hoc autem non ex crudelitate iussit, sed ex ineffabili affectione. Vult. n. eū terrere p has minas vt supplicet, & nō uendatur; qđ & factū ostenditur, cum subditur; Procidens aūt seruus ille. &c. Remi. His aūt uerbis humiliatio & satisfactio peccatoris demonstratur, dum dr̄, Procidens. In hoc vero ꝙ dicit: Patientiam habe in me, uox exprimitur peccatoris, poscentis tp̄s viuendi, & spacium corrigēdi. Est aūt larga Dei benignitas & clementia erga peccatores conuersos, qm̄ ipse semp paratus est, per baptismū aut pęnitentiā peccata dimittere. vnde sequitur, Misertus autem dn̄s &c. Chry. Vide autem diuini amoris superabundantiam: petit seruus solius tēporis dilationem, ipse autem maius eo ꝙ petit, dedit; & dimissionem, & cōcessionē totius mutui. uolebat autem & à principio dare, sed nolebat solum suū esse donū, sed & supplicationis illius; vt non incoronatus abscedat. Ideo aūt antequam rationē poneret, debitum non dimisit: quia docere voluit à quantis debitis eū liberat, vt saltem ita ad cōseruos mānsuetior fieret. Et quidē vsq; adhęc q̄ præmissa sunt, acceptibilis fuit. Etenim cōfessus est, & ꝓmisit se reddere debitū: & procidens rogauit, & debiti magnitudinē cognouit. Sed q̄ postea fecit, indigna fuere prioribus. Sequitur enim: Egressus aūt seruus ille &c. Aug. de ver. do. Quòd autem dr̄, ꝙ debebat ei centum denarios, ab eodem numero. s. decem sumitur, qui

Diuina largitas cōmendatur.

est numerus legis. nam & centum cēties, fiunt decem milia, & decies deni sunt cētum; & illa decem milia talētorum & illi decies deni, & à legitimo numero non recedunt, in quo vtroq; inuenies peccata. vterque est ergo debitor, uterq; ueniæ de precator. Omnis. n. homo & debitor est Dei, & debitorem habet fratrem suum. Chry. Tanta aūt differentia est peccatorū q̄ cōmittuntur in hoīem, & q̄ cōmittuntur in Deum: quāta est differentia x. milium talentorū, & centum denariorū: magis aūt & multo plus patet ex differentia personarum, & à paucitate peccantiū. Homine. n. uidente & desistimus, & pigritamur peccare. Deo autem uidente secūdum unumquenq; diem, nō obsistimus, sed agimus informidabiliter omnia & loquimur. Nō hinc autem solum grauiora patent peccata in Deum, sed etiā à beneficio quo sumus potiti ab illo. Fecit. n. nos esse, & omnia propter nos operatus est. Animam rationalē nobis inspirauit, filiū suum misit, cęlum nobis aperuit, & nos filios suos fecit. Nunquid ergo si vnaquaq; die moreremur pro illo, retribueremus ei aliquid dignum? nequaquam. Sed hoc rursus ad utilitatem nostrā pertineret. Nos autem econtrario in legibus eius offendimus. Remig. Sic ergo per debitorem decē milium talentorum signantur illi, q maiora crimina committūt: per debitorē autem centum denariorū, qui minora committit. Hier. Quod ut manifestius fiat, dicamus sub exemplo; Si quis uestrum commiserit adulterium, homicidium, sacrilegium, maiora crimina decē milia talētorum rogāti dimittunt, si & ipse dimittat minora peccantibus. Aug. de ver. do. Sed ille seruus ingratus, iniquus noluit præstare, quod illi indigno præstitum fuit. Sequitur. n. Et tenens suffo. eum, di. Redde, &c. Remi. Idest acriter insistebat, vt uindictā ab eo exigeret. Orig. Ideo ut arbitror suffocabat; quoniam a rege exierat: non. n. suffocaret cōseruum suum, si nō exisset à rege. Chrys. Per hoc etiam qđ dicitur egressus, ostenditur ꝙ non post multum tēpus, sed confestim adhuc quasi in auribus habens beneficium, in malitiā abusus est liberatione à proprio domino sibi data.

Quid

Quid igitur ille fecerit subditur; Et proci. conser. eius roga. eum. di. Patiétiam &c. Orig. Considera subtilitatem scripturæ, quoniam seruus multorum debitor talentorum procidens adorauit regem, qui aűt centum debebat denarios, procidens non adorabat, sed rogabat conseruum, dicés; patiétiam habe. Chry. Sed neque hæc verba ingratus seruus reueritus est, quib. saluatus est. Sequitur. n. Ille auté noluit. Augu. de q. Euan. Id est tenuit contra eũ húc animum, ut suppliciũ illi vellet, sed abijt. Remig. Id est magis ira exarsit, ut ab eo vindictam exigeret, & misit eum in carcerem donec redderet debitum, i. apprehenso fratre vindictam ab eo exegit. Chrys. Vide dñi charitatem, & serui crudelitaté hic pro decem milibus talentis, hic ãt pro centum denarijs, hic conseruum, hic aũt dñm rogabat, & hic quidem totalem ablutionem accepit, ille aũt solam dilationem petebat, nec hoc dedit. Condoluerũt qui non debebant. vnde sequitur; Vidétes ãt conser. &c. Aug. de q. Euan. Per conseruos intelligitur Ecclesia, quę illum soluit & ligat. Remi. Vel conserui fortè Angeli sunt intelligédi, aut prædicatores sanctę ecclesiæ, siue quicunq; fideles, qui vidétes aliquem fratrem remissionem peccatorum adeptum, non velle misereri cőserui sui, cótristantur de eius perditione. Sequitur: Et venerũt & narra. &c. Veniũt quidem non corpore, sed corde. Dño autem narrare, est dolores & contristationes cordis in suo affectu demonstrare. Sequit; Tũc vocauit eum dominus suus. vocauit quidem per sententiam mortis, & ab hoc seculo migrare iussit, & dixit ei. Serue nequá omne debitum dimisi tibi qm̃ rogasti me. Chry. Et qñ quidem decem milia taléta debebat, nó vocauit eum nequá, neq; est conuitiatus, sed misertus. Quando aũt contra seruum ingratus est effectus, tunc dicitur: Serue nequam, & hoc est quod dicitur: Nonne ergo oportuit &c. Remi. Et sciendum, quia seruus ille nullũ responsum legitur domino dedisse. in quo demőstratur, ꝙ in die iudicij & statim post hãc vitam, omne argumentum excusationis cessabit. Chrys. Quia vero beneficio non est factus melior, relinquitur ut pęna corrigatur vnde sequitur. Et iratus dominus eius &c. Nő autem simpliciter dixit; Tradidit eum, sed iratus, quod non posuit qñ iussit eum vendi. Non. n. hoc erat iræ, sed magis amoris ad correctionem, nunc auté hæc sententia & supplicij & pęnę. Remig. Tunc. n. dicitur Deus irasci, quando aduersus peccatores vindicat. Tortores ãt dicũtur dæmones, quia semper, ad hoc parati sunt, ut perditas animas suscipiãt, & in pœna æternæ damnationis eas torqueant. Nunquid autem postquam aliqs demersus fuerit in æternam damnationem, poterit inuenire spacium corrigẽdi, aut aditũ exeundi? Non. Sed quousq; ponĩt pro infinito, & est sensus, semper soluet, sed nunquam persoluet, & semper pęnam luet. Chry. Per hoc ergo ostenditur ꝙ continue. i. ęternaliter punietur, neque reddit aliquádo. quanuis autem irreuocabilia sint charismata & Dei vocationes, tñ tm̃ ualuit malitia, ut & hanc legẽ soluere videaĩ: Aug. de ver. do. Dicit enim Deus: Dimittite, & dimittetur uobis, sed ego prior dimisi, dimitte vel postea. nam si non dimiseris, reuocabo te, & quicquid tibi dimiserã, replicabo tibi. non. n. fallit aut fallitur Christus, qui subiecit, dicens. Sic & pater meus cęlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordib. vestris. Melius est. n. ut clames ore, & imittas in corde, q̃ sis blandus ore, & crudelis i corde. Ideo. n. dñs subdit, de cordib. vestris, ut si per charitatem imponitis disciplinam, de corde lenitas nó recedat. Quid. n. tam pium, quàm medicus ferrés ferramentum? sæuit in vulnus vt homo sanetur. quia si vulnus palpatur, homo perditur. Hier. Ideo & dominus addidit; De cordib. uestris, vt omnem simulationé fictæ pacis auerteret. Pręcepit ergo dominus Petro sub comparatione regis domini, & serui qui debitor 10. milium talétorum a domino rogans ueniam impetrauerat, vt ipse quoque dimittat conseruis suis minora peccantibus. Orige. Vult etiã docere faciles non esse ad indulgendum eis qui nocuerunt nobis maxime si satisfaciant & deprecentur. sibi veniam dari. Rab. Allegorice autem seruus hic, qui 10. milia talétorum debuit, Iudaicus est populus

Reatus pœnæ æternæ.

Allegorica expositio.

pulus

pulus decalogo legis astrictus, cui dñs sępius dimisit debita, qñ in angustijs cõstituti illius misericordiam deprecabantur; sed liberati, oẽs debitores atrociter repetebant, & Gentili populo, quasi sibi obnoxio, circuncisionẽ & cerimonias legis expetunt, & ꝓphetas & Apostolos crudeliter trucidãt. vnde tradidit eos dñs in manus Romanorũ vel malignorũ spirituũ, qui æternis cruciatibus eos punirent.

CAPVT XIX.

Et factum est, cum consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ; & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisæi tentantes eum, & dicentes; Si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa? Qui respondens ait eis; Non legistis quia qui fecit ab initio, masculum & fæminã fecit eos? & dixit; Propter hoc, dimittet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ; & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij, & dimittere? Ait illis; Quoniam Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores vestras, ab initio autem non fuit sic.*

* Hominem.

Chrys. in ho. Dominus prius Iudæam relinquens propter illorum æmulationẽ, nunc ibidem iam immoratur, quia passio in proximo futura erat; non tñ ad Iudæã interim ascendit, sed in terminos Iudææ. vnde dr; Et factum est cũ cõsu. Iesus &c. Raban. Hic ergo incipit narrare q̃ in Iudæa fecit, & docuit, siue passus est, & primo quidẽ trans Iordanẽ ad orientem, deinde ẽt eis Iordanem, qñ uenit in Hierico, & Bethphage, & Hierusalẽ. vnde sequitur; Et ue. in fines &c. Chry. Quasi iustus dñs oium, qui sic diligit alios seruos, vt alios nõ contemnat. Remi. Sciendum est aũt qđ oĩs illa Israelitarum prouincia generaliter Iudæa dicebatur ad cõparationem aliarum gentiũ, ueruntamẽ meridiana eius plaga in qua habitabat trib. Iuda & tribus Beniamin specialiter dicebatur Iudæa ad distinctionẽ aliarum regionum, quæ in ipsa prouincia cõtinebãtur, .i. Samaria, Galilęa, Decapolis; et reliquę alię. Sequitur; Et secu. sunt eum tur. mul. Crys. sup. Mat. Perducebant eũ quasi par uuli filij patrẽ peregre longè proficiscentem. Ipse autẽ tanquã pater proficiscens, pignora charitatis filijs reliquit remedia sanitatum, uñ dr; Et curauit eos. Chry. in ho. Cõsiderandũ ẽt ꝙ neque doctrinę uerborũ cõtinue dñs insistit, nec signorũ operationi; sed nũc quidẽ hoc, nũc ãt illud facit; ut à signis credibilis appareret in his q̃ dicebat. Ex sermonũ ãt doctrina utilitas quæ erat in signis ostẽderet. Orig. Sanabat ãt dñs turbas trãs Iordanẽ, ubi baptismus dabatr. Vere. n. oẽs à spiritualibus infirmitatibus saluatur ẽt in baptismo. & multi quidẽ sequunt̃ Christũ sicut turbę, tñ non surgentes ut Matthæus. qui surgens secutus est dominum. Rab. Curat ẽt Galilęos in Iudææ finibus, ut peccata gentiũ in eã ueniã quæ Iudææ parabatur admitteret. Chry. in ho. Curabat liquidẽ Christus homines, & illis benefaciens; et per eos multis alijs. Horum. n. sanatio alijs erat occasio diuinæ cognitionis, sed non pharisæis qui ex signis duriores fiebant. unde sequitur; Et acces. ad eũ pha. ten. eũ & di. Si licet &c. Hie. Vt quasi cornuto eũ teneant syllogismo, & quodcũq; respondeat, pateat captioni. Si dixerit dimittendã uxorẽ qualibet ex causa & ducendam aliam, pudicitiæ prædicator sibi uidetur dicere contraria. Sin autem respõderit, nõ omnẽ ob causam debere dimitti, quasi sacrilegij reus tenebitur, & aduersus doctrinam Moysi & Dei facere. Chr. in ho. Intuere ãt ex modo etiã interrogationis malitiã: domin⁹. n. supra de lege hac disputauerat ipsi autem quasi iam nullo dicto interrogant. s. opinantes ꝙ oblitus esset eorũ quę dixerat. Chry. sup. Matt. Sicut autẽ si uideas hominem assiduè amicitias medicorum colẽtem, intelligis quia infirmus est, sic & cũ uideas uirum siue mulierẽ de dimittẽdis uxoribus aut uiris interrogãtes cognosce q a uir ille lasciuus est, mulier illa meretrix est. nam in matrimonio castitas delectatur, libido autẽ quasi uinculo

Syllogismus cornutus.

cõiugij alligata torquetur. Sciebant autẽ qm̃ nullã causam idoneam habebat circa dimittendas vxores ꝑter solã turpitudinem: & alias atq; alias sibi iũgebant. Timuerũt aũt interrogare ex quibus causis, ne seipsos infra angustias certarũ causarũ astringerent, sed interrogauerũt si ex omnibus causis licet, sciẽtes quia modũ nescit, nec infra terminos vnius cõiugij capit libido: sed quãto magis exercetur, magis accẽditur. Orig. Tentato aũt dño, nullus discipulorũ eius qui positus est ad docendũ grauiter ferat, si tẽtatus fuerit à quibusdã: tñ & tentatorib. respõdet dogmata pietatis Hier. Sic aũt respõsionem temperat: vt disciplinã transeat, scripturã adducens in testimoniũ & naturalẽ legem, primãq; Dei sniam secũdo opponẽs. vnde sequitur: Qui respõdẽs ait eis, Nõ le. &c. Hoc in exordio Genesis scriptũ est. Dicẽdo aũt masculum & fęminã, ostẽdit secũda vitanda cõiugia, non.n. ait. Masculum & fęminas, qđ ex priorũ repudio q̃rebatur: sed masculum & fęminã, vt unius coniugij cõsortia necterentur. Raba. Salubri ãt cõsilio Dei factum est vt sui corporis portionem uir amplecteretur in fęmina, nec à se putaret esse diuersũ, qđ de se cognosceret fabricatum. Chry. sup. Mat. Si ergo adhoc Deus marem & fęminam ex uno creauit vt sint vnũ, quare ergo de cętero uir & mulier nõ ex vno vtero nascuntur, sicut volatilia q̃dã? quia Deus masculum quidẽ creauit & fœminã, pp necessitatẽ filiorũ generãdorum: tñ semper fuit castitas amator, & cõtinẽtiæ auctor. Ideo illũ typum nõ seruauit in oibus, ut siquidem vult homo nubere secundũ primã dispositionẽ creationis humanæ intelligat quid est uir & vxor. Si aũt noluerit nubere, nõ habebit necessitatẽ nubẽdi pp cõiunctionẽ natiuitatis, ne forte uideatur per suam cõtinentiã in alterũ perdere qui nolebat esse continens: sicut dñs post coniunctum matrimonium iubet, ne alter altero nolẽte se separet. Chry. in ho. Nõ solum autẽ ex modo creationis, sed etiã ex modo legislationis mõstrauit, quoniã unum oportet vni coniungi, & nunquã rescindi. vnde sequitur; Et dixit, propter hoc relinquet &c. Hie. Similiter ait vxori, non vxoribus. Et expresse subditur: Et erũt duo in carne vna. Præmium eñ nuptiarum, ex duobus vnam carnem: s. prolis fieri. Glo. Vel in carne vna, idest in carnali copula. Chry. sup. Mat. Si ergo quia ex viro est vxor, & ex vna carne sunt ambo, relinquet homo patrem suum, & matrẽ, maior nũc charitas debet esse inter fratres & sorores quia hi quidẽ ex eisdem parẽtibus exeũt, illi autem ex diuersis. Sed hoc magnũ est nimis, quia fortior est Dei constitutio, quam virtus naturæ. Non enim pręcepta Dei naturæ subiecta sunt, sed natura Dei ꝑceptis obtẽperat. Deinde fratres ex vno nascuntur, vt diuersas vias petãt: vir aũt & uxor ex diuersis nascũtur, vt in vnũ cõueniant. Ordo ẽt naturæ Dei ordinationẽ sequitur. Quod.n. est in arboribus humor, hoc est in hominibus amor. humor aũt de radicibus ascendit in herbã, & rursum trãsmittitur in semen. Ideo parentes quidem diligũt, sed non sic diligũtur à filijs. homo.n. non ad parentes, sed ad procreandos filios transmittit affectũ, & hoc est quod dicit; Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ. Chry. in ho. Vide etiam sapientiã doctoris. Interrogatus enim si licet, non confestim dixit: Non licet, vt non turbarẽtur, sed per probationem hoc cõstituit. Deus enim à principio masculũ & fœminã fecit, & nõ simpliciter eos cõiunxit, sed matrẽ iussit dimittere & patrem: & non simpliciter virum mulieri dixit aduenire, sed cõiungi; ex ipso modo locutionis indiuisibilitatem ostendens. Sed & maiorem copulam adiunxit cum dixit, Et erunt duo in carne una. Aug. 9. super Ge. ad lit. Hæc tamen uerba cum primi hominis fuisse scriptura testetur, dominus tñ hic Deum hoc dixisse declarat, ut hinc intelligeremus propter extasim, quæ præcesserat in Adam hoc diuinitus tanquam prophetã dicere potuisse. Remi. Mysterium enim hoc esse Apostolus dicit in Christo & ecclesia: dominus enim Iesus Christus quasi patrem deseruit, cum de cœlis ad terram descendit; & matrem deseruit, idest synagogam, propter infidelitatem: & adhæsit uxori suæ, sanctæ scilicet ecclesiæ; & sunt duo in carne una, idest Christus

stus & ecclesia in vno corpore. Chry. in ho. Postq̃ verò veteris legis & verba & facta induxit cũ potestate, iã & ipse inter pretat & legẽ induxit, dicẽs: Itaq; iã non sunt duo, sed vna caro. Sicut.n.q̃ spiritualiter se diligũt, vna anima esse dicũtur dicẽte scriptura. Omniũ credentiũ erat cor vnũ & anima vna: sic vir & vxor qui carnaliter se diligũt, vna caro esse dicuntur. Quẽadmodũ igitur carnẽ incidere est sordidũ, ita & mulierẽ diuidere est iniquum. Au.13.de ci. Dei Vnũ ẽt dicũtur vel propter coniunctionem, vel propter originẽ fęminæ, quæ de masculi latere creata est. Chry. in hom. Vlterius autẽ & Deus induxit dicens: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet: demonstrans ꝙ & præter naturã, & præter legem est vxorem dimittere: præter naturã quidem, quia vna caro diuiditur. præter legem ãt, quoniã Deo copulante & iubente non diuidi, vxor dimittitur. Hie. Deus.n. coniunxit vnam faciendo carnem viri & fœminæ: hanc ergo homo nõ potest separare, sed solus Deus. Homo separat, qñ propter desyderium secundæ uxoris prima dimittitur. Deus separat, qui & coniunxerat, quando ex con sensu propter seruitutẽ Dei sic habemus uxorem quasi non habentes. Augu. contra Faustum. Ecce Iudæi ex libris Moysi con uincuntur non esse uxorem dimittendam qui secundum uoluntatẽ legis Moysi arbitrabantur se facere, cum dimitterẽt. Simul & illud hoc, ipso Christo, attestante, cognoscimus Deũ fecisse & coniunxisse masculũ & fęminã, qđ Manichęi negãdo damnantur, Christi Euangelio resistẽtes. Chry. super Matth. Grauis est autem fornicarijs interpretatio castitatis: sed cõtra rationẽ respondere no possunt, ueritati tamen credere non acquiescunt. Cõferũt ergo se ad patrociniũ Moysi, sicut homines malam causam habẽtes confugiũt ad potentes uiros: ut si per iustitiam nõ possunt, uincãt per personam. unde sequitur. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit &c. Hie. Aperiũt calumniam quã parauerant, licet dñs non propriã sñiã protulerit, sed ueteris historiæ & mãdatorũ Dei fuerit recordatus. Chry. in ho. Si ãt dñs alienᵘˢ esset à ueteri testamento, non decertasset pro Moyse, neq; q̃ sua sunt mõstrasset ueterib. cõuenire. sed ineffabilis Chri sapiẽtia & pro his excusando respõndit, unde sequitur: Et ait illis. Qm̃ Moyses ad duritiã cordis uestri &c. In quo liberat Moysen ab accusatione, & totũ in illorũ caput cõuertit. Aug. contra Fau. Quanta.n. duritia, quæ nec per libelli interpositionem ubi dissuadendi locus iustis & prudentibus tribuebatur, solui & flecti possent ad recipiendam uel reuocandam coniugij charitatem? Porro qua calliditate reprehendunt Manichæi Moysen, tanquam cõiugia dirimentem per libellũ repudii: & laudant Christum tanquam eius in omnibus uinculum confirmantes, & secundum suã sacril gi sñiam, Moysen laudare debuerunt separantẽ quod coniũxerat diabolus, & Christũ uituperare diaboli ligamẽta solidantẽ. Chry. in ho. Deniq; quia graue erat quod dictum erat, statim reducit sermonem ad antiquam legem, dicẽs. Ab initio autem non fuit sic. Hieronym. Quod dicit huiusmodi est: Nunquid potest Deus sibi esse contrarius, ut aliud ante iusserit, & sñiam suã nouo frãgat imperio? Non ita sentiendũ est, sed Moyses cũ uideret propter desyderium coniugũ secundarum, quę illis ditiores uel iuniores uel pulchriores essent, primas vxores interfici, aut malam uitam ducere, maluit indulgere discidium, quã odia & homicidia perseuerare. Simulq; considera quòd non dixit: Propter duritiam cordis uestri permisit uobis Deus, sed Moyses, ut iuxta Apostolorum cõsilium esset hominis, nõ imperium Dei. Chry. super Matth. Propterea bene dixit, ꝙ Moyses hoc permisit non præcepit. Quod enim præcipimus, semper uolumus. quod autem permittimus, nolentes indulgemus, quia malã uoluntatem hominum ad plenum prohibere nõ possumus. Permisit ergo uobis facere mala, ne faceretis peiora, ergo hoc uobis permittendo non uobis Dei iustitiam demonstrauit, sed à peccato abstulit culpam peccandi, ut quasi secundum legẽ agentibus uobis peccatum uestrum non uideatur esse peccatum.

Dico autẽ uobis, quia quicũq; dimiserit uxorẽ suam, nisi ob fornicationẽ, & aliam duxerit,

r mœchatur: Et qui dimissam duxerit, mœchatur.

Chry in ho. Quia os illorũ opilauerit, iã cũ auctoritate legẽ inducit, dicens. Dico ãt uobis, quia &c. Orige. Forte ãt dicet aliquis, qm̃ Iesus dicens, Quicunq; dimiserit uxorẽ suã, nisi ob fornicationem permisit uxorẽ dimittere, quẽadmodũ Moyses, quẽ retulit pp duritiã cordis Iudæorũ hoc præcepisse. Sed ad hoc respondendũ, quoniam si secundum legem adultera lapidatur, non secũdum hoc intelligitur res turpis, propter quã Moyses permittit libellum repudij: nec enim in causa adulterij oportebat libellum dare repudii. Sed forsitan Moyses omnem culpam mulieris turpem rem appellauit, quę si inuenta fuerit in uxore scribitur ei libellus repudij. Quærendum est ãt si propter solam causam fornicationis dimittere iubet vxore. quid est si mulier nõ fuerit fornicata, sed aliud quid grauius fecerit, puta venefica inueniatur, aut interfectrix filiorum? Sed dñs exponens rẽ alibi, dixit: Qui dimiserit, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari, dans ei occasionem secundarũ nuptiarum. Hiero Sola ergo fornicatio est qua vxoris vincit affectum. imò cũ illa vnam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito, non debet teneri, ne virum quoque sub maledictione faciat, dicẽte scriptura: Quia adulteram tenet stultus & impius est. Chryso. sup. Matth. Sicut .n. crudelis est & iniquus qui castam dimisit, sic factus est & iniquus qui retinet meretricem. Nã patronus turpitudinis est, qui crimen celat vxoris. Augu. de adulterinis coniugiis. Non tamen erit turpis, nec difficilis etiam; post patrata & purgata adulteria, reconciliatio coniugijs, vbi per claues regni cęlorũ nõ dubitatur fieri remissio peccatorum, non vt post viri diuortiũ adultera reuocetur, sed ut & post Christi consortium adultera nõ vocetur. Chry. super Matth. Omnis autem res per quas causas nascitur, per ipsas soluitur. Matrimonium autem non facit coitus, sed voluntas: & ideo non soluit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis. Ideo qui dimittit coniugem suã & aliam nõ accipit, adhuc maritus est; nã etsi corpore iam separatus est, tamen adhuc voluntate coniunctus est. Cum ergo aliam acceperit, tunc plene dimittit. Et ideo dominus non dicit. Qui dimittit mœchatur, sed qui alteram ducit. Raba. Vna ergo solummodo carnalis est causa, idest fornicatio: una spiritualis, hæc est timor Dei vt vxor dimittatur; nulla autẽ causa est ut viuente ea quæ relicta est, alia ducatur. Hie. Poterat autem accidere vt aliquis calumniam faceret innocenti vxori, & ob secundam copulam nuptiarũ veteri crimen impingeret. Ideo sic priorem dimittere iubetur vxorem, vt secundam prima viuente non habeat. Nec nõ quia poterat euenire, vt iuxta eandem legẽ vxor quoque marito daret repudium, eadẽ cautela præcipitur, ne secundum accipiat virum: & quia meretrix, & quia semel fuerat adultera, opprobrium non timebat secundo nõ nubere præcipitur viro, ꝙ si talem duxerit, sub adulterij crimine sit. vnde sequitur; Et qui dimissam duxerit, mœchatur. Glos. Accipientem terret, quia adultera non timet opprobrium.

Dicũt discipuli eius: Si ita est causa hominis cũ uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Nõ omnes capiũt uerbũ istud, sed quib. datum est. Sunt .n. eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominib. & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerũt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.

Hie. Graue pondus vxor est, si excepta causa fornicationis eam dimittere non licet. Quid enim si temulenta fuerit, si iracunda, si malis moribus, tenenda erit? Videntes ergo Apostoli graue vxorum iugũ, proferũt motum animi sui: vnde dicitur, Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa &c. Chry. in hom. Leuius enim est contra concupiscentiam pręliari, & contra se ipsum, quam ad mulierem malam. Chry. super Matth. Non autem dixit, quia expedit, sed magis consensit ꝙ non expedit, sed infirmitatem carnis considerauit. vnde sequitur: Qui dixit eis, Non omnes capiunt verbum istud. i. non omnes hoc possunt. Hie Nemo autem putet sub hoc uerbo quod addit: Sed quibus datum est, vel pactum, uel fortunã introduci: ꝙ hi sunt virgines, quos ad hoc casus adduxit. Sed his datum est à Deo qui petierunt, qui

volue-

voluerūt, qui vt acciperent laborauerūt. Chryſ.ſup.Mat.Ideo ergo non oēs capere poſſunt; quia nō omnes volunt, palma ꝓpoſita eſt, qui concupiſcit gloriam, nō cogitet de labore. Nemo vinceret, ſi omnes periculum timerent. Ex eo ergo ꝙ quidā a propoſito continentiæ cadunt, non debemus circa virtutē caſtitatis fieri pigriores: ſicut & qui in pugna cadunt, non exanimant cęteros. Quod ergo dicit. Quibus datum eſt, illud oſtendit, quia niſi auxiliū gratiæ acciperemus, nihil nobis valeret. Hoc autem auxilium gratiæ volentibus non denegatur. Dicit enim dominus; Petite, & accipietis. Chr.in ho. Deinde poſſibile hoc eſſe oſtendens, ait. Sunt.n.eunuchi, q.d. Excogita ſi ab alijs exciſus eſſes, quid vtique faceres? voluptate quidem priuatus, mercedem autem non haberes. Chry.ſup.Mat. Sicut.n.peccatum opus ſine volūtate nō facit, ita & iuſtitia ex opere non conſummatur niſi & voluntas affuerit. Illa eſt ergo glorioſa continentia, non illa quam tranſgredi non poteſt neceſſitas debilitatis corporis, ſed quam cōplectitur voluntas ſancti propoſiti. Hier.

Triplex genus eunuchorū. Triplex ergo genus eunuchorum poſuit: quorum duo ſunt carnales, & tertij ſpirituales. Alij.n.ſunt qui de utero matris ſic naſcūtur alij quos vel captiuitas facit, vel deliciæ matronales. Tertij ſunt qui ſe ipſos caſtrauerunt ꝑ regnum cœlorum, & qui cum poſſint eſſe uiri, propter Chriſtū eunuchi fiunt, iſtis promittitur præmiū: ſuperioribus autem, quibus neceſſitas caſtimonia eſt, non voluntas, nihil omnino debetur. Hil. In vno.n.eorum poſuit naturam.ſ.in eo qui naſcitur; in altero neceſſitatem.ſ.in eo qui factus eſt; in tertio volūtatem, qui ſcilicet ſpe regni cęleſtis talis eſſe decreuit. Chryſ.ſup.Mat. Quòd autē aliqui ſic naſcuntur hac ratione fit, ſicut & naſcuntur ſex digitos habētes, aut quatuor. Si enim Deus ſicut ab initio cōſtituit vnam quanq; naturam, ſic dimitteret illā immutabiliter ſemper in ſuo ordine permanere, in obliuionem deduceretur corā hominibus operatio Dei. Ideo ergo interdum natura rerum conuertitur contra ſuam naturam, vt ſemper Deus naturæ opifex in memoriā reducatur. Hier. poſſumus & aliter dicere: eunuchi ſunt ex matris vtero, qui frigidioris naturæ ſunt, nec libidinem appetentes, & alij qui ab hominibus fiunt, quos aut phariſæi faciunt, aut propter idolorum cultum emolliuntur in fœminas, vel perſuaſione hæretica ſimulant caſtitatem, vt mentiantur religionis veritatem. Sed nullus eorum conſequitur regnum cœlorū, niſi qui ſe propter Chriſtum caſtrauerit, vnde ſequitur. Qui poteſt ca. capiat. Vt vnuſquiſque conſideret vires ſuas vtrum poſſit virginalia & pudicitiæ implere præcepta. Per ſe.n. caſtitas blāda eſt, & quemlibet ad ſe alliciens, ſed conſiderandæ ſunt vires, ut qui poteſt capere, capiat. Quæ hortātis domini vox eſt & milites ſuos ad pudicitiæ primum concitantis, quaſi qui poteſt pugnare, pugnet & ſuperet, ac triumphet. Chry. in homel. Cum autē dicit. Qui ſe caſtrauerunt, non membrorum dicit abſciſionem, ſed malarum cogitationum interemptionem, maledictioni eſt enim obnoxius qui mēbrū abſcidit. Etenim quę homicidarum ſunt, talis præſumit. Et Manichæis, qui detrahunt creaturis, tribuit occaſionem, & eadem cum gentibus membra detruncantibus, iniqua agit. Aſcidere.n.membra, dęmoniacę tentationis eſt. Cū his āt quæ dicta ſunt neque cōcupiſcentia manſuetior ita fit, ſed moleſtior. Aliūde.n. hēt fontes ſperma quod in nobis eſt, & præcipuè a ꝓpoſito incontinenti, & mente negligligente: & ſi ipſa ſobria fuerit, naturalium motuum nullum eſt nocumētū, nec ita abſciſio membri comprimit tentationes & trāquillitatem facit, vt cogitationis frenum.

Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponere, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus vero ait eis; Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire. talium eſt enim regnum cœlorum. Et cum impoſuiſſet eis manus, abijt inde.

Chry. ſup. Mat. Dominus de caſtitate ſermonem fecerat, audientes aūt quidam obtulerunt ei infantes caſtitate mundiſſimos; putabant enim quia dominus corpore mundos tantum laudaret, & hoc eſt qđ dicitur. Tunc oblati &c. Orig. Iam enim ex præcedentibus uirtutibus eius experti erant, quoniam per impoſitionem ma-

uum eius, & orationē, repelluntur mala. Offerunt ergo ei pueros, cōsiderantes quòd impossibile est, vt postquā per tactū dñs dederit eis diuinā virtutē, vt ruina aut dęmoniū aliquod tāgere eos possit. Remig. Consuetudo ét fuit apud veteres, vt paruuli offerrentur seniorib. quatenus eorū manu vel ore benedicerentur: & iuxta hāc cōsuetudinē paruuli oblati sunt dño. Chry. sup. Mat. Caro autem quia nō delectatur in bonū, facilè obliuiscitur bonū: malum aūt qđ audierit, retinet semp. Ante modicū autem tempus Christus accipiens puerum, dixit: Nisi facti fueritis sicut paruulus iste, non intrabitis in regnū cœlorum: & ecce statim obliti discipuli puerilis innocentiæ, vetabant pueros ad Christū quasi indignos accedere. vnde sequitur: Discipuli autem increpabant eos. Hiero. Non quia nollent eis Saluatoris & manu & voce benedici, sed quòd nondū habentes plenissimā fidem, putarent eum in similitudinē aliorum hominum offerentium importunitate lassari. Chrys. in ho. Vel discipuli expellebant pueros causa dignitatis Christi. Dñs autē docens eos moderata sapere, & tumorē conculcare mundanū, accepit paruulos, & in vlnis tenuit eos, & talibus regnum cœlorum promittit. vnde sequitur: Iesus autē ait eis; Sini. par. & noli. &c. Chrys. sup. Mat. Quis.n. mereatur appropinquare Christo, si repellitur ab eo simplex infantia? Ideo dixit: Et nolite &c. Nā si sancti futuri sunt, qd uetatis filios ad patrem uenire. Si autem peccatores futuri sunt, vt quid sentētiam condemnationis profertis antequam culpam videatis? Hiero. Signanter autem dixit Talium est.n.re.cœl non istorum: ut ostenderet non ætatem regnare, sed mores; & his qui similem haberent innocentiam & simplicitatem, præmiū repromittit. Sequitur: Et cū imposuisset &c. Chry. super Mat. Præsens locus instituit omnes parentes, vt filios suos sacerdotibus offerant: non enim sacerdotes manus imponit, sed Christus, in cuius nomine manus imponitur. Si enim qui escas suas p orationem offert Deo, sanctificatas eas manducat (sanctificatur enim per verbū Dei & orationem, vt Apostolus dicit) quāto magis pueros offerri Deo & sanctificari necesse est? Causa autem sanctificandarum escarum, hæc est: quoniam totus mūdus in maligno positus est. vnde res corporales, q̄ sunt magna pars mundi, in maligno positæ sunt. Cōsequenter infantes, qñ nascuntur, & ipsi (quantū ad carnem) in maligno positi sunt. Orig. Pueros autē mysticè dicimus, qui in Christo adhuc carnales sunt, & lacte opus habentes. Qui aūt profitetur verbi doctrinam simpliciores quidē & quasi puerilem sermonē habentes, quo nutriunt, adhuc nouitij sunt, qui offerunt Saluatori pueros & infantes. Qui autē vñr esse pfectiores, & ideo sunt discipuli Iesu, priusquam discant rationē iustitiæ de pueris, reprehendunt eos qui per simplicem doctrinam pueros & infantes, idest minus adhuc eruditos offerunt Christo. Dominus autem hortans discipulos suos, iam uiros constitutos, cōdescendere utilitatibus puerorum, vt fiant pueris quasi pueri, ut pueros lucrentur, dicit. Talium est enim regn. celo. Nam & ipse cū in forma Dei esset, factus est puer. Hęc ergo debemus attendere, ne æstimatione sapientiæ excellentioris & profectus spiritualioris, contēnamus quasi magni pusillos ecclesiæ, prohibentes pueros venire ad Iesum. Quoniam autem pueri nō omnia quæ dicuntur, sequi possunt, imposuit eis manus Iesus, & uirtutem relinquens in eis per tactum, abiit ab eis quasi nō potentibus sequi Christum, sicut cæteri discipuli eius perfecti. Rem. Manibus etiam impositis benedixit pueris significans, quòd humiles spiritu, sunt digni eius gratia & benedictione. Glos. Imposuit etiam eis manus, viris continentibus, vt gratiam sui auxilij conferendam significaret. Hilarius. Infantes etiam Gentium forma sunt, quibus per fidem & auditum salus redditur. Verum ex affectu primo saluandi Israel à discipulis inhibentur accedere: quos dominus ait non oportere prohiberi. Munus enim Spiritus sancti & per impositionem manus & precationē, testante legis opere, erat gentibus largiendum.

Mos antiquus.

Benedictionis vtilitas.

Allegorica expositio.

Et ecce unus accedēs, ait illi. Magister bone, quid boni faciā ut habeam vitā æternam? Qui dixit

dixit ei. Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus. Si autē uis ad uitam ingredi, serua mādata. Dixit illi. Quæ? Iesus autē dixit: Non homicidiū facies, nō adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, honora patrē tuum & matrem tuam, & diliges proximū tuū sicut teipsum. Dicit illi adolescens. Omnia hæc custodiui a iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus. Si uis perfectus esse, uade, et uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni, sequere me. Cum audisset autem adolescēs uerbum, abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones.

Raba. Audierat forsan homo iste à dño tantū eos, qui volūt paruulis similes esse, dignos introitu regni cęlestis: & ideo certior cupiens esse, nō p parabolas, sed apertè postulat exponi, quib. meritis vitā æternā cōsequi possit. Et ideo dicitur: Et ecce vnus ac. ait il. Magister &c. Hier. Iste qui īterrogat, & adolescēs & diues erat & superb. & non voto discentis, sed tentātis interrogat. quod ex eo probare possumus ꝙ dicente sibi dño, si vis ad vitā ingredi, serua mādata; rursum fraudulenter interrogat, q̄ sunt illa mād ita? quasi nō & ipse legere, aut dñs posset eidē hæc iubere cōtraria. Chry. in ho. Ego āt auarū quidē eū, & pecuniarum amatorem nequaquā recuso dicere, quia & Christus talem eum esse redarguit; simulatorem autem nequaquā, quia nō est securum de incertis iudicare, & maxime accusando. Marcus autem hāc suspicionem destruit, dicit. n. ꝙ occurrēs & genuflectens rogabat eum; & quoniam inspiciēs eum Iesus amauit eum. si etiam tentās accessisset, demōstrasset nobis hoc Euangelista, sicut in alijs facit. Si autem & ipse filuisset, Christus eum non permisisset latere, sed redarguisset manifeste, aut occulte insinuasset. Hoc autem non facit. Sequitur enim; Qui dicit ei, Quid me inter. de bono? Aug. de con. euan. Potest autem videre distare aliquid ꝙ hic secundum Mat. dicitur, Quid me inter. de. bo. secundum alios autem, Quid me dicis bonum? Nam quid me interrogas de bono, ad aliud magis referri potest, quod ait ille quærens, quid boni faciam? Ibi. n. & bonum nominauit, & interrogatio est. Magister autem bone, nōdum est interrogatio. Cōmodissime ergo intelligitur vtrunq; dictū, Quid me dicis bonum, & inter. me de bo. Hie. Quia vero magistrum vocauerat bonū, & nō Deū vel Dei filiū confessus erat; dixit quemuis sanctū hominē cōparatione Dei nō esse bonū, de quo dicitur; Cōfitemini dño qm̄ bonus. Et ideo dicit; Vnus est bonus, Deus. Ne quis āt putet in eo ꝙ bonus Deus dicitur, excludi a bonitate filiū Dei, legimus in alio loco; Pastor bonus ponit animā suā pro ouib. suis. Au. 1. de ci. Dei. Vel quia ille vitā æternā quærebat. Vita autē æterna est in illa contemplatione, qua non ad pœnā videtur Deus, sed ad gaudium sempiternum; & nō intelligebat cum quo loquebatur; quoniā tantummodo eum filium hominis arbitrabatur, ideo dicit; Quid me inerro. de bo. & vocas me, secundum ꝙ vides, magistrum bonum? Hæc forma filij hominis apparebit in iudicio, non tantum iustis, sed & impijs, & ipsa visio malum eis erit quia pœnalis erit. Est autem visio formæ meæ, in qua æqualis sū Deo. Ille ergo vnus Deus Pater, Filius, & Spiritus sanctus, ipse est solus bonus, quia nemo videt eum ad luctum & planctum, sed tantum ad salutem & lætitiā veram. Hiero. Saluator ēt noster bonitatis testimonium nō renuit, sed magistri absq; Deo exclusit errorē. Quæ autē vtilitas est, vt ita responderet? Reducit. n. eum paulatim & erudit liberari ab omni adulatione, & ab his quæ sunt super terrā eum adducens, Deo adherere suadet, ꝙ futura quærere, & nosse eum qui vere est bonus, & radix & fons vniuersorum bonorum. Orig. Respondit ēt sic Christus propter eum qui dixit. Quid. bo fa. & quādo .n. declinamus à malo & facimus bonum, quantum a comparationem cæterorum hominum, dicitur bonum quod facimus, quantum aūt ad veritatem, secundum ꝙ hic dicitur, Vnus est bonus bonum nostrū nō est bonum. Dicere autem potest quis, qm̄ sciens dñs propositum interrogantis non esse vt faciat, vel humanū dixit. Quid me interrogas de bono? Ac si dicat, Cum sis imparatus ad ea quæ dicuntur, cur me interrogas de bono? Post hoc autem dicit. Si uis ad vitam &c. Vbi considera quoniam adhuc quasi extra vitam cōstituto

Vita uera quæ sit.

tuto respondit, Si vis ad vitã ingre. secundũ n. vnũ modũ homo est extra vitã, qui est extra eũ, qui dixit; Ego sũ vita; aliàs āt oīs qui super terrã est, quamuis iustissimus, potest quidē in vmbra esse vitæ nō āt in ipsa vita, cũ sit corpore morti circũdatus. Introhibit āt quis in vitã, abstinens se ab operib. mortuis, appetēs āt opera viua. Sunt āt & verba mortua, & verba viua: & cogitationes mortuæ, & cogitationes viuæ; & ideo dicit. Si uis ad vi. &c. Augu. de ver. do. Nec ēt dixit, Si vis uenire ad uitã æternã: sed Si uis ingredi ad uitã, eã diffiniēs uitã, q̃ fuerit æterna uita. Hic ergo cōsiderãdũ est quemadmodum amãda sit æterna uita, qñ sic amat misera ista, & quãdoq; finienda uita. Remig. Demonstratur autem his uerbis, quia lex suis impletoribus nō solum bona temporalia dabat, sed & uitam æternam. Et quia hoc audierat, solicitus factus interrogauit. unde sequitur: Dicit illi, Quæ? Chry. in ho. Hoc aũt non tentans dixit, sed æstimans alia quædam præcepta esse præter legalia, quæ uitæ causæ fierent ei. Remi. Iesus uero quasi infirmo condescendens, clementissimè legis præcepta exposuit. unde sequitur; Iesus aũt dixit: Non ho. &c. Quorum præceptorum expositio est sequens sententia. qua dicitur; & dilige proximum tuũ sicut teipsum. Etenim Apostolus dicit: Qui diligit proximum, legem impleuit. Quærendum est autem, quare dñs tantũ secundæ tabulæ præcepta cōmemorauit; Idcirco s. quia forte iste studiosus erat in dilectione Dei, siue quia dilectio proximi gradus est ascendendi ad dilectionem Dei. Ori. Forsitan autem ista præcepta sufficiunt ut in principio (ut ita dicam) uitam ingrediatᵗ quis non autem sufficiunt hæc uel alia similia illis ad interiora uitæ introducere quenquam. Qui autem præterierit unum istorum mãdatorum, nec in principiũ uitæ intrauit. Chry. in ho. Quia ergo dominus ea præcepta commemorauerat, quæ erant in lege. ideo sequitur: Dicit illi adolescēs: Hæc oīa seruaui à iuuentute mea. Et neque hic stetit, sed rursus interrogat. Quid adhuc mihi deest? Quod & ipsum signum est uehementis desyderij. Remi. Illis autem qui in gratia perfecti esse uolunt, ostendit qualiter ad perfectionē uenire possunt. unde sequitur: Ait illi Iesus, Si uis pfectus esse uade & uende oīa q̃ ha. &c. Notanda sunt ista uerba, nō ait; Vade & mãduca oīa q̃ habes: sed, Vade & uēde. Et nō ait Aliqua, sicut Ananias & Sapphira, sed Oīa. Et pulchrè subiungit: Quæ habes. Illa. n. habemus, quæ iusta possidemus Illa ergo q̃ iuste possidentur, uēdēda sunt. Quæ uerò iniuste, sunt roganda illis quib. fuerāt ablata. nec ait: Da ꝓximis aut diuitib. à quib. accipies similia: sed, da pauperibus. Aug. de operibus monachorum; Nec attendendum in quibus monasterijs, uel in quo loco indigentibus fratrib. hoc qđ habebat aliquis impenderit. Omnium. n. Christianorũ una respublica est. Et ideo quisquis Christianus necessaria ubilibet erogauit, ubicunque etiam ipse, quod necessarium est sibi, accipit; de eo quod est Christi, accipit. Raba. Ecce duas uitas hominibus propositas audimus actiuam, ad quam pertinet; Non occides & cætera legis mandata; & contemplatiuam, ad quã pertinet; Si uis perfectus esse &c. Actiua ad legem pertinet, contemplatiua ad Euãgelium, quia sicut uetus nouum præcedit testamentum, ita bona actio præcedit contemplationem. Aug con. Fau. Nec tamen illi soli qui ut sint perfectus uendunt uel dimittunt omnia sua, pertinent ad regnũ cœlorum; sed huic militiæ Christianæ ꝓpter quoddam cōmercium charitatis subiungitur etiam quædã stipendiaria multitudo, cui dicetur in fine: Esuriui, & dedistis mihi manducare. quos absit ut istos à mandatis Euangelicis alienos à uita æterna separandos iudicemus. Hie. contra Vigilantium: Quòd autem Vigilantius asserit eos melius facere qui utanē rebus suis & paulatim fructus possessionũ pauperibus diuidant, q̃ illos qui possessionibꝰ uenundatis semel omnia largiantur; non à me ei, sed à Deo respondebitur. Si uis esse perfectus, uade & uende. Iste quem tu laudas, secundus aut tertius gradus est, quem & nos recipimus, dũmodo sciamus prima secundis & tertiis perferenda. Genadius de eccle. dog. Bonum est. n. facultates cũ dispensatione pauperibus erogare, melius est pro intentione sequendi dñm in

Notãdæ sentẽtia.

Error Vigilantij.

Insimul donare, & absolutū solicitudine egere cū Christo. Chry. in hom. Et quia de pecunijs erat sermo, à quibus denudari admonuit, ostēdit ꝙ ampliora his retribuet, quanto terra maius est cœlū, & ideo dicit: Et ha. the. in cæ. In thesauro n. copiam & permanentiam retributionis ostēditur. Origen. Si autem omne mandatum in hoc uerbo impletur. Diliges proxi. tuū si. teip. Perfectus autē est qui impleuerit omne mandatum, quomodo dn̄s dicenti adolescenti. Hęc omnia seruaui a iuuētute mea, quasi nōdum perfecto dicit; Si uis perfectus esse? forte autem quod ait; Di li. proxi. tuum, non à domino positū est, sed ab aliquo additum: quia nec Marcus, nec Lucas hūc locum exponentes, hoc addiderunt. Vel aliter: Scriptum est in Euāgelio secundum Hebræos, ꝙ cum dn̄s dixisset ei. Vade & uen. oīa quę ha. cœpit diues scalpere caput suū; & nō placuit ei. Et di. ad eū do. Quomodo dicis, feci legē & prophetas? qm̄ scriptū est in lege; Dili. proxi. tuū sicut teipsum. Et ecce multi fratres tui filij Abrahę amicti sunt stercore; morientes præ fame; & domus tua plena est multis bonis, & nō egreditur omnino aliqd ex ea ad eos. Volēs ergo dn̄s arguere diuitē illū, dicit: Si uis perfectus esse, uade &c. Sic n. apparebit, si diligis proximū tuū sicut teipsum. Sed si perfectus est qui hēt oēs uirtutes, quō fit perfectus q uēdit oīa sua & pauperibus dat? Ponamus. n. aliquē hoc fecisse, quō statim erit sine ira, si ne cōcupiscētia, suscipiēs oēs uirtutes, & deponens malitiam uniuersam? Sapienti ergo uidebitur forsan dicere, quoniam q pauperibus tradidit bona sua ipsorū orationibus adiuuatur, accipiens ad suā spiritualem inopiam, illorum spiritualē abundantiā, & fit hoc modo perfectus quā uis aliquas humanas habuerit passiones. Aut ita, iste qui mutauit pro diuitijs paupertatem ut fiat perfectus, credens sermonibus Christi, adiuuabitur ut sapiens fiat in Christo, iustus & castus, & absq; omni passione, nō tamen sic, ut in ipso tempore quo tradiderit bona sua pauperibus, fiat omnino perfectus, sed ex illo die incipiet speculatio Dei adducere eū ad omnes uirtutes. Aliter autē ad expositionem moralem transibit, dicens, substantiā esse uniuscuiusq; actus aīæ eius. Imperat ergo Xp̄s uendere omnem substantiam malam, & quasi tradere eam uirtutibus operātibus eam, quę ab omni bono pauperes sunt. Sicut. n. pax. Apostolorum reuertitur ad ipsos, nisi fuerit filius pacis, sic uniuersa peccata reuertuntur ad actores eorum, cum nō fuerit quis utēs malis eorū, & sic neq; dubitatio erit quin statim erit perfectus, qui sic uēdidit omnes ꝓprias facultates. Manifestum est autē ꝙ qui talia agit, habet thesaurū in cœlo, & ipse factus cælestis. In suo. n. cœlo habebit thesaurū gloriæ Dei, & diuitias in omni sapiētia Dei. Talis autem poterit sequi Christū, quia non distrahitur ab aliqua mala possessione, quo minus Christum sequantur. Hie. Multi ēt diuitias relinquentes dominum non sequunī, nec hoc ad perfectionē sufficit, nisi post contēptas diuitias Saluatorē sequanī. i. relictis malis faciāt bona. Facilius. n. sacculus contemnitur, q̄ uoluntas. Et ideo sequiī: Et ueni, sequere me. Sequitur n. dn̄m, qui imitator est eius, & ꝑ uestigia illius gradiī. Sequiī; Cū audisset āt adolescēs uerba hæc, abiit tristis. Hęc est tristitia q̄ ducit ad mortē. Causaq; tristitiæ redditī; Erat. n. habēs multas possessiones. i. spinas & tribulos q̄ sementē dn̄icam suffocauerūt. Chry. Non ēt similiter detinenī qui pauca habēt, & qui multis abūdant, qm̄ abiecto diuitiarū maiorē, accendit flammā, & uiolētior fit cupido. Aug. in epistola ad Paulū & Thesariā; Nescio āt quomodo cū superflua terrena diligun tur, arctius adepta quā cōcupita constringūt. nā un̄ iuuenis iste tristis discessit, nisi, qui magnas habeat diuitias? Aliud est. n. nolle incorporare q̄ desunt, aliud iā incorporata diuellere. Illa. n. uelut extranea repudiātur, ista uelut membra præcidūtur. Secundum historiā autem iste adolescens laudabilis quidem est, quia nō occidit, nō adulteratus est; uituperabilis autem, quia contristatus est in uerbis Christi uocantibus eum ad perfectionē. Adolescēs quippe erat secundum animam, & propterea relinquens Christum abiit. Conditio adolescētis.

Iesus autem dixit discipulis suis; Amen dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnū cælorum

lorum. Et iterum dico uobis. Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur ualde, dicentes. Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis. Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt.

Glo. Occasione huius auari, de quo ꝑdictũ est, habuit sermonem dñs de auaro. vñ dr: Iesus ãt dixit di. suis. Amen di. &c. Chry. Quod quidẽ dixit nõ pecunijs q̃dẽ detrahens: sed eis q̃ detinentur ab ipsis. Et discipulos pauperes existẽtes nõ uerecundari ob inopiam. Hila. Habere.n. diuitias criminis nõ est, sed modus in habẽdo retinẽdus est. Nã quomodo cõmunicandũ est necessitatibus sanctorũ: si communicandi materia nõ relinquit? Rab. Sed inter pecunias habere & pecunias amare nonnulla distantia est. tutius ãt est, nec habere, nec amare diuitias. Remig. Vñ dñs in Marco exponens huius loci sensum, dixit, difficile est confidentibus in diuitijs intrare in regnum cœlorum. Illi.n in diuitiis confidunt, qui omnem suã spem in diuitijs collocant. Hiero. Quia uero diuitiæ habitæ difficile contemnuntur: non dixit, ꝙ impossibile est diuitem intrare in regnũ cęlorum, sed difficile. ubi difficile ponitur, non impossibilitas prętenditur: sed raritas demonstratur. Hil. Periculosa.n. cura est uelle ditescere, & graue onus innocentia subit incrementis opũ occupata. Rem.n. seculi familiatus Dei nõ sine seculi uitijs assequetur: hinc difficile est diuitem regnum cœlorũ adire. Chry. in ho. Quia uero dixerat difficile diuitem intrare in regnum, procedit ad ostendendum ꝙ est impossibile unde sequitur. Et iterum dico uobis, facilius est camelũ per foramẽ acus trãsire, q̃ diuitem intrare in regnum cœlorum Hier. Secundum hoc nullus diuitum saluus erit. Sed si legamus Esaiam: quomodo cameli Madian & Epha ueniãt ad Hierosolymam cum donis atque muneribus, & qui quondã curui erant, & uitiorum grauitate distorti ingrediãtur portas Hierusalem: uidebimus quomodo & isti cameli quibus diuites comparantur, cum deposuerint grauem sarcinã peccatorum, & totius corporis paruitatem, intrare possunt per angustam & arctã uiã quę ducit ad uitam. Chry. sup. Mat. Gentium etiam animæ assimilatæ sunt tortuosis camelis, in q̃bus erat gibbus idolatrię: quã cognitio Dei erectio est animarum. Acus autem est filius Dei: cuius prima pars subtilis est secundum diuinitatem: alia uero grossior secundum incarnationẽ eius. Tota autem recta est, & nullam habet deflexionem per cuius uulnus passionis gẽtes ingressæ sunt in uitam ęternã hac acu cõsuta est immortalitatis tunica, ipsa est acus quæ spiritui cõsuit carnem. hæc acus iudaicum populum iunxit & Gẽtiũ, hæc acus amicitiam Angelorum & hominũ copulauit. Facilius est ergo Gentiles trãsire per foramen acus; q̃ diuites Iudæos intrare in regnum cœlorum. Si.n. gentes cũ tanto labore diuelluntur ab irrationabilibus idolorum culturis, quanto magis Iudæi diuelluntur à rationalibus Dei culturis. Glo. Aliter dicitur. Quia Hierosolymis quædam porta erat, quæ foramẽ acus dicebatur, per quam camelus nisi deposito onere, & flexis genibus transire non poterat, ꝑ quod significat diuites non posse transire uiã arctã, quę ducit ad uitam, nisi sordibus peccatorũ & diuitijs depositis, saltẽ non amando. Greg. 35. mor. Vel nomine diuitijs quẽlibet elacũ, cameli appellatione propriã condescensionẽ significat. Camelus ãt ꝑ foramẽ acus trãsit; cũ redẽptor noster usq; ad susceptionẽ mortis ꝑ angustias passionis intrauit, q̃ passio uelut acus extitit, q̃a dolore corpus pupugit. Facilius ãt camelus foramen acus q̃ diues regnũ cœlorũ ingreditur: q̃a nisi ipse prius per passionem suã formam nobis humilitatis ostenderet, nequaquam se ad humilitatem ipsius superba nostra rigiditas inclinaret. Chry. in ho. Discipuli autẽ inopes existentes turbantur pro salute aliorum dolentes, & doctorum iã uiscera assumentes. unde sequitur. Audientes autem discipuli, mirabantur dicentes. Quis ergo poterit saluus esse? Aug. de q. euan. Cum autem pauci sint diuites in comparatione multitudinis pauperum intelligendum est, ꝙ omnes qui diuitias cupiunt in diuitũ numero habere discipuli animaduerterunt. Chrysost. in hom. Dei autem

Allegorica expositio.

Camelũ alij funẽ nauticũ interpretantur.

opus

opus hoc esse consequenter ostendit, quoniam multa opus est gratia, ut homo in diuitijs dirigatur. vnde sequitur. Aspiciens autem Iesus dixit eis. Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autē omnia possibilia sunt. Per hoc quod dicit. Aspiciens, significat Euangelista ꝙ mansueto oculo timidam eorum mentē mitigauit. Remi. Non aūt hoc sic intelligendum est, ꝙ possibile sit apud Deum ꝙ diues cupidus auarus & superbus intret in regnum cœlorum, sed ut cōuertatur & sic intret. Chry. in ho. Neq; etiam hoc ideo dicitur vt resupinus iaceas, & sicut ab impossibilibus abstineas, sed magnitudinem iustitiæ considerans, insilias Deum rogans.

Tunc respondēs Petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus oīa, et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Iesus aūt dixit illis. Amen dico vobis, ꝙ vos qui secuti estis me in regeneratione cū sederit filius hoīs in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim trib. Israel. Et oīs qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomē meū, cētuplū accipiet, et vitam æternā possidebit. Multi autē erunt primi nouissimi, et nouissimi primi.

Orig. Audierat Petrus verbum Dñi dicentis. Si uis perfectus esse, vade & vende oīa quę habes. Deinde considerauit adolescentem cum tristitia abeuntem, & difficultatem diuitum ingrediēdi in regnum cœlorum, ideo quasi qui non facilē rē cōsummauerat fiducialiter quęsiuit. Etsi. n. minima cum fratre reliquit, sed non minima æstimata sunt apud Deum considerantem, qm̄ ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt, ut ēt si multas habuissent possessiones oia reliqssent. Et puto ꝙ magis Petrus confidens de affectu suo, quàm de ipsa quantitate rerū relictarum fiducialiter interrogauit. vñ dr̄. Tunc respōdens Petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus oīa. Chrys. in ho. Qualia oīa ò beatæ Petrę? arundinē, rethe, nauigiū. Oīa quidem hæc dicis, non pp munificētiā, sed vt per interrogationem hanc inopem inducat plebem, quia [illegible] dominus dixerat. Si uis perfectus esse &c. ne dicat aliquis inopum. Quid igitur? si nō habuero: non possum esse perfectus? Interrogat Petrus vt tu inops discas, quoniam in nullo hic diminutus es. Qui enim claues regni cœlorum acceperat, pro his quæ ibi sunt iam confidit, & pro orbe terrarū uniuersa interrogat. Intuere autē & qūo respondet diligenter sicut Christus inquisiuit, etenim Christus duo à diuite expetijt, dare pauperib. quæ habebat, & sequi se pp hoc ipse addit. Et secuti sumus te. Orige. Potest dicit secundum oīa quæ pater reuelauit Petro esse filiū sui secuti, sumus te iustitiam, sanctificationē, & huiusmodi. Propter hoc quasi victor athleta interrogat quæ sint præmia certaminis. Hiero. Quia ergo non sufficit tantum relinquere, iungit quod perfectū est. Et secuti sumus te. fecimus quidē qđ iussisti, quid ergo nobis dabis præmij; & hoc est quod dr̄. Quid ergo erit nobis? Sequitur. Ie. autem di. il. Amen dic vo. ꝙ vos qui secuti estis me &c. Hiero. Non dixit. Qui reliquistis oīa hoc. n. & Socrates Philosophus fecit, & multi alij diuitias contempserunt. Sed qui secuti estis me, quod propriè Apostolorum est atque credentium. Hila. Secuti sunt quidem discipuli Christum in regeneratione, i. in lauacro baptismi, in fidei sanctificatione, hæc. n. illa regeneratio est quam Apostoli, sunt secuti, quam lex indulgere non potuit. Hier. Vel aliter dēt cōstrui. Vos qui secuti estis me sedebitis in regeneratione. i. quādo mortui ex corruptione resurgent incorruptis, sedebitis & vos in solijs iudicantium condemnantes 12. tribus Israel, quia vobis credētibus illi credere noluerunt. Aug. 20. de ci. Dei. Sic. n. caro vestra regenerabitur per incorruptionem, quemadmodū anima nostra regenerabitur per fidem. Chry. sup. Mat. Futurum. n. erat ut in die iudicij responderēt Iudæi. Domine non te cognouimus filium Dei in corpore constituti, quis hominum videre poterat thesaurum in terra absconditum; solem nube cęlatum? Responderunt ergo discipuli. Et nos homines fuimus rustici & obscuri in plebe, vos sacerdotes & scribe, sed in nobis bona voluntas facta est, quasi lucerna rusticitatis nostrę, in vobis aūt malitia facta est quasi caligo scientiæ vestræ. Chrys. in ho. Propter autem hoc non dixit. Et gentes & orbem

Notanda sententia.

bem terrarũ, sed tribus Israel, quia in eisdem erant educati, & legibus & cõsuetudinibus Apostoli & Iudęi. Cũ ergo dixerint iudæi, qm̃ pp hoc non potuimus credere Christo, quia lex prohibuit, discipuli in medium inducentur, quem eandem susceperunt legẽ. Sed dicet aliquis. Quid magnum promisit eis; si id qđ Niniuitę habent & regina austri hoc & ipsi habebũt? Maxima quidẽ alia pmia ante & post eis promittit; sed & hic occulte insinuat aliquid plus illis De illis.n. simpliciter dixit, φ surgent & condẽnabunt generationem hanc. de his ãt. Cũ sederit filius hominis: sedebitis & vos. Manifestũ est ergo φ cõregnabunt, & communicabunt in gloria illa. honorem n. & gloriam ineffabilẽ significauit per trhonos. Qualiter aũt hæc promissio cõpleta est, nũquid.n. & Iudas sedebit? nequaquam. Lex.n. a dño posita est per Hieremiã Prophetam. Loquar sup gentem & regnum vt ædificem & plantẽ illud. sed si fecerit malũ in cõspectu meo: pœnitebo & ego de bonis quę locutus sum, vt facerem eis. q. d. Si indignos se ipsos promissione faciant non adhuc faciam qđ promisi. Indignum autẽ seipsum principatu Iudas ostendit, & pp hoc tunc loquens discipulis non simpliciter eis promisit, neque.n. dixit. Vos sedebitis, sed adiunxit. Qui secuti estis me. vt & hinc Iudã excludat, & eos qui postea futuri erant attraheret. non.n. ad illos solos dictum est, neq; ad Iudam iam indignum effectum. Hila. Sequela ergo Christi Apostolos super 12. thronos iudicandis 12. tribubus Israel in 12. Patriarcharum gloriam copulauit. Aug. 20. de ci. Dei. Ex hoc.n. loco discimus cũ suis discipulis iudicaturum Iesum. vnde & alibi Iudæis dicit. Ideo iudices vestri erũt; nec qm̃ super 12. sedes sessuros esse ait 12. solos homines cum ipso iudicaturos putare debemus. Duo denario quippe numero vniuersa quædã significata est iudicãtium multitudo; pp duas partes numeri septenarij quo significatur plerũq; vniuersitas, quæ duæ partes. i. tres & quatuor altera per alteram multiplicatæ 12. faciunt, alioquin qm̃ in locũ Iudæ traditoris Apostolũ Matthiã legimus ordinatum. Apostolos Paulus qui plus illis

Iudas excluditur.

oĩbus laborauit, vbi ad iudicãdũ sedeat nõ habebit, qui profecto cum alijs sanctis ad numerũ Iudicum se pertinere demonstrat cum dicit. Nescitis quia Angelos iudicabimus. Aug. in lib. de pœnitentia. In hoc ergo numero iudicantium oẽs intelliguntur qui pp Euangelium sua oĩa dimiserunt, & secuti sunt dñm. Gre. 10. mora. Quisquis.n. stimulo diuini amoris excitatus hic possessa reliquerit, illic proculdubio culmen iudiciariæ potestatis obtinebit, vt simul tunc iudex cũ iudice veniat, qui nunc consideratione iudicij sese spontanea paupertate castigat. Aug. 20. de ci. Dei. De ipsis quoq; iudicandis in hoc numero duodenario similis causa est; non.n. quia dictum est. Iudicantes 12. trib. Israel trib. Leui quæ 13. est, ab eis iudicãda nõ erit, aut solũ illum populum, nõ ẽt gẽtes cæteras iudicabunt. Chry. sup. Mat. Vel p hoc qđ dicit. In regeneratione, præmittit Christus tempus Christianitatis futurum post ascẽsionẽ suam, quia. s. homines regenerantur per baptismum, & illud est tempus, quando Christus sedet in sede maiestatis suæ. Et uide quia nõ de tempore futuri iudicij dicit, sed de vocatione gentiũ vniuersarum, non.n. dixit. Cum venerit filius hominis sedens super sedem maiestatis suę, sed in regeneratione cum sederit in sede maiestatis suæ. Quod ex tunc fuit ex quo Gentes credere cœperunt in Christum, secundũ illud psalmi. Regnabit dñs super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam. Et ex tunc Apostoli sederunt super 12. thronos, idest in omnibus Christianis: omnis.n. Christianus qui suscepit verbum Petri, thronus fit Petri, & sic de alijs Apostolis, sedent ergo Apostoli in his thronis, idest in 12. Partes distinctis secundum differentias animarum & diuersitas cordium, quas solus Deus cognoscit. Sicut enim Iudæorum populus in 12. tribus fuit diuisus, sic & vniuersus populus Christianus diuiditur in 12. tribus, vt quædam animæ sint de tribu Rubem, & sic de alijs propter diuersas virtutes. Non n. omnes gene[illegible] in omnibus æqualiter sunt, sed vnus præcedit in ista, alius in illa. Et sic Apostoli iudicabunt 12. tribus Israel, id est omnes iudæos, per hoc quòd verbũ

Ratio expositio.

Aposto-

Apostolorum est à gentibus receptú. Omnes autem Christiani sunt quidem 12. sedes Apostolorum, sed vna sedes Christi. Christi .n. omnes virtutes sunt quasi vna sedes, quia in omni virtute æqualiter ipse solus perfectus est, vnusquisq; etiam Apostolorum in aliquo bono speciali sit perfectior, vt Petrus in fide, & ideo Petrus requiescit in fide, Ioannes in innocentia, & sic de alijs, & quòd de retributione Apostolis in hoc mundo dáda Christus loquatur, demonstrat quod sequitur. Et om. qui reli. po. uel fra. Si enim in hoc seculo centuplum recipiunt, sine dubio & Apostolorum ét in hoc seculo merces futura promittebatur. Chry. in hom. Vel discipulis promittit futura, quia excelsiores erát iá & nihil pręsentium quærebant, alijs autem quæ sunt hic repromittit. Orig. Vel aliter. Si quis reliquerit omnia & secutus fuerit Christum, quæ promissa sunt Petro & ipse recipiet. Si autem non omnia reliquit, sed quædam quæ specialiter referuntur hic multiplicia recipiet, & vitam possidebit æternam. Hiero. Ex occasione autem huius sententiæ quędam introducút mille annos post resurrectionem dicétes. Túc nobis centuplum omnium rerú quas dimisimus, & vitam æternam esse reddendam, q si in cęteris digna sit promissio: in vxoribus appareat turpitudo, vt qui vná pro domino dimiserit, centum recipiat in futuro. Sensus igitur iste est. Qui carnalia pro Saluatore dimiserit, spiritualia recipiet, quæ cóparatione & merito sui quasi paruo numero centenarius numerus comparetur. Orig. Sed in hoc seculo quia pro fratribus carnalibus multos inueniet fratres secundum fidem, sic & parentes omnes episcopos & presbyteros & filios omnes ætatem filiorum habentes. Sút autem & Angeli fratres & sorores omnes, quæ exhibuerunt se Christo uirgines castas tá istæ quæ nunc habentur in terris, quàm illæ quæ iam uiuunt in cœlis. Agros autem & domos multiplices intellige in requiæ paradisi & ciuitate Dei, super hæc autem omnia possidebuut uitam æternam. Aug. 20. de ci. Dei. Hoc etiá quod hic dicitur. Centuplum accipiet, exponens quodammodo Apostolus ait: quasi nihil habentes & omnia possidentes. Centum enim pro ipsa uniuersitate promittit aliquando. Hiero. Quod autem dicit. Et omnis qui reli. fra. congruit illi sententiæ qua dixerat. Veni separare hominem à patre suo. Qui enim propter fidem Christi ad prædicationem Euangelij omnes affectus contempserit atque diuitias & seculi uoluptates, illi centuplum accipiét, & uitam ęternam possidebunt. Chry. in ho. Cum auté dicit. Qui reli uxorem, nó hoc ait ut simpliciter nuptiæ diuellantur, sed ut omnibus preferamus fidei pietatem. Videtur autem mihi & persecutionis tépus occultè insinuare, quia enim multi futuri erát, filios ad impietatem trahentes, cum hoc acciderit, neque pro patribus, neq; pro uiris habeantur. Raban. Verum quia multi uirtutum studia nó eadem, qua incipiunt intentione pietatis consummant, sed uel tepescunt, uel ad scelera labuntur, sequitur: Multi autem erunt pri. &c. Orig. Per hoc exhortatur eos qui nuper accedút ad uerbum diuinum, ut festinent ad perfectú ascendere præ multis, qui uidentur senuisse in fide. Potest etiam hic sensus destruere eos qui gloriantur eo quòd Christianis parentibus sunt enutriti in ipsa Christianitate, neq; pusillanimes fiant q Christianitatis dogmata nouissimè receperunt. Habet etiá alium intellectum, ut sint primi Israelitę, qui facti sunt nouissimi, propter infidelitatem, Gentes autem nouissimæ, primi. Cautè autem dicit, Multi, non enim omnes primi, erunt nouissimi, nec omnes nouissimi, primi. Adhuc auté multi hominum qui natura nouissimi sunt, efficiuntur per uitam angelicam quibusdá Angelis superiores, & quidam Angeli q fuerunt primi sunt nouissimi propter culpam. Remi. Potest etiam specialiter referri ad tristitiam diuitis, qui primus uidebatur legis pręcepta implendo: sed quia terrenam substantiam prętulit Deo, nouissimus factus est. Facti uero Apostoli nouissimi uidebantur, sed relinquendo omnia per humilitatis gratiam, facti sunt primi. Sunt etiam plurimi qui post studia bonorum operum a bonis operibus deficiunt, & cum fuerint primi, fiunt nouissimi.

Error refúditur.

CAPVT XX.

SIMILE est regnum cælorũ homini patrifamilias, q exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione ãt facta cũ operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis, Ite & vos in vineam meam, & quod iustũ fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterũ autẽ exijt circa sextam & nonam horam, & fecit similiter. Circa undecimam vero exijt, & inuenit alios stantes & dixit illis, Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei, quia nemo nos conduxit. Dixit illis, Ite & vos in vineam meam. Cùm sero autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios & redde illis mercedem suam, incipiens à nouissimis vsq; ad primos. Cũ venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes ãt & primi arbitrati sunt q plus essent accepturi. Acceperũt ãt & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrẽfamilias, dicentes; Hi nouissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus põdus diei & æstus. At ille respondens uni eorũ dixit, Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle qđ tuum est, & vade. Volo ãt huic nouissimo dare sicut & tibi. * Aut. *An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.*

Remig. Quia dixerat dominus. Multi erũt primi nouissimi, & nouissimi primi. vt hanc sententiam confirmare, subiũxit similitudinem, dicens: Simile est reg. cœlo. &c. Chry. sup Mat. Homo paterfamilias Christ⁹ est, cui cęli & terra, quasi vna est domus: familia ẽt cœlestium & terrestrium & inferiorum creaturarum: vinea ãt eius iustitia est, in qua diuersæ species iustitiarum positæ sunt, quasi vites, puta mansuetudo, castitas, patientia, cęterǽq; uirtutes, quæ oẽs generaliter iustitia appellãtur: homines aũt, vineæ cultores ponuntur vnde dr̃, Qui exijt pri. &c. Deus. n. iustitiam suam dedit in sensib. nostris, nõ pp suam vtilitatem, sed pp nostram. Scitote ergo quia mercenarij sumus conducti. Sicut ergo nemo ideo conducit mercenarium, vt hoc solũm faciat qđ manducat, sic & nos non iõ uocati sumus a Christo, vt hæc solũ operemur quæ ad nostrũ pertinent vsum, sed ad gloriam Dei. Et sicut mercenarius prius aspicit opus suum, deinde quotidianum cibum, sic & nos primùm debemus aspicere, quæ ad gloriam Dei pertinet, deinde quæ ad nostram vtilitatem. Et sicut mercenarius totam diẽ circa dñi opus impendit, vnam ãt horam circa suum cibum: sic & nos oẽ tp̃s vitæ nostræ debemus impẽdere circa gloriam Dei, modicã ãt partem circa vsus nostros terrenos. Et sicut mercenarius ea die qua opus non fecerit, erubescit intrare in domum & petere panem: quo tu non cõfunderis intrare in Ecclesiã, & stare ante cõspectum Dei, qñ nihil boni in conspectu Dei gessisti? Greg. in ho. Vel paterfamilias, idest conditor noster hẽt vineam vniuersam. s. Ecclesiam, quæ ab Abel iusto, vsq; ad vltimum electum qui in fine mundi nascitur⁹ est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Ad erudiendam aũt dñs plebem suam, quasi ad excolendam vineam suã nullo tp̃e destitit operarios mittere: quia & prius per patres, & postmodũ per legisdoctores, deinde per prophetas, ad extremũ verò per Apostolos quasi per operarios in vineæ cultũ laborauit, quanuis in quolibet modulo vel mẽsura quisquis eum fide recta bonę actionis extitit, huius vineę operarius fuit. Orige. Totum autem hoc seculum præsens, vnum diem dicere possumus, magnum quidem quantum ad nos, modicum autem quãtum ad Dei vitam. Greg. in ho. Mane autem mundi fuit ętas ab Adã vsq; ad Noe. Et ideo dicitur: Qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam, & modum cõductionis subiungit, dicens, Conuen. autem facta, &c. Orige. Salutis autem arbitror nomen esse denarium. Remi. Denarius enim dicitur qui antiquitus pro decem nummis computabatur, & figurã regis habet. Rectè ergo per denarium designatur obseruati decalogi præmium, pulchrè ergo dicit, Conuentione facta, &c. Quia vnusquisq; in agro sanctę Ecclesiæ pro-

Vineæ Tropologica expositio.

Aetates mundi.

pro spe futurę remunerationis laborat. Greg. Tertia verò hora à Noe fuit vsque ad Abraham, de qua dicitur. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios in foro stãtes otiosos. Orig. Forum ãt est, quicqd est extra vineã, i. ex extra Ecclesiam Christi. Chry. sup. Mat. In hoc enim mundo vẽdendo & emendo viuunt homines, & inuicem sibi fraudem facientes vitam suam sustẽtant. Gre. Qui ãt sibi viuit, qui carnis suę voluptatibus pascitur, rectè otiosus arguitur, quia fructum diuini operis sectatur. Chry. sup. Mat. Vel otiosi sunt peccatores, illi. n. mortui dicuntur: otiosus ãt est qui opus Dei non operatur. Vis ergo non esse otiosus? non aliena tollas, & de tuis des, & operatus es in vinea domini, misericordiæ vitam colẽs. Sequitur, Et dixit illis, Ite & vos in vineam meam. Nota ꝙ solis primis conuenit specialiter dare denarium, alios ãt sub in certo pacto conduxit, dicens, Quod iu. fue. da uo. Sciẽs. n. dñs quia præuaricaturus sperat Adam, & oẽs postmodum in diluuio erãt perituri, certum fecit pactum ad eum: ne qñ dicat ideo se neglexisse iustitiã, quia nesciebat quæ præmia fuerat recepturus. Istis ãt non fecit pactum, quia tantum paratus est retribuere, quãtum mercenarij recipere nõ sperabant. Orige. Vel quia per operarios tertiæ horæ non inuitauit ad totum opus: quicquid autem potuerũt operari, suo arbitrio reseruauit. Poterant enim æquale opus facere in vinea eis qui ex mãne suus operati, quicunque in tempore breui volebant operantẽ virtutem ad opus extendere, quæ ante non fuerat operata. Gre. Sexta quoque hora est ab Abraham vsq; ad Moysen. Nona est à Moyse vsq; ad aduẽtum domini. vnde sequitur: Iterum autẽ exijt, &c. Chry. sup. Mat. Ideo autẽ coniunxit sextam & nonam, quia in sexta & nona generationem vocauit Iudæorũ, & frequentauit cum hominib. disponere testamenta quasi diffinitio salutis omni tẽ-
Allegorica expositio. pore iam appropinquãte. Gre. Vndecima verò hora est ab aduentu domini vsq; ad finem mundi. Operator ergo mane, hora tertia, sexta & nona antiquis ille & Hebraicus populus designatur, qui in electis suis ab ipso mũdi exordio dum recta fide Deum studuit colere, quasi non destitit in vineæ cultura laborare, ad vndecimã verò gentiles vocantur. vnde sequitur. Circa vndecimam verò exijt, &c. Qui n. transacto tam longo mundi tempore pro vita sua laborare neglexerant, quasi tota die otiosi stabãt, sed animaduerte quid inquisiti respõdeant. Sequitur enim: Dicũt ei, quia nemo nos conduxit. Nullus quippe ad eos Patriarcha, nullus propheta ad eos venerat, & quid est dicere. Nemo nos conduxit, nisi vitæ nobis nemo uiam prędicauit? Chry. sup. Mat. Quæ est enim conductio nostra & conductionis merces? ꝓmissio uitæ æternæ: Gentes enim solæ neque Deum sciebant, neque Dei promissa. Hila. Hi igitur mittuntur ad vineam. vnde sequitur, Dixit eis, Ite & vos, &c. Raba. Postquam autem operis diurni ratio reddita est ad remunerationis tẽpus opportunum, dicit; Cũ autem sero factum esset, hoc est, cùm dies totius mũdi ad vesperam consummationis inclinata esset. Chry. sup Mat. Considera quia sero, non alio manẽ mercedem reddit, ergo adhuc stãte seculo isto iudicium est futurum & vnicuiq; merces sua reddenda: & hoc propter duas rationes. Prima est, q̃a ipsa beatitudo futura est merces iustitiæ ideo non in illo seculo fit iudicium, sed ante illud. Deinde, ante aduentum diei illius remittitur iudicium, ne uideãt peccatores diei illius beatitudinem Sequitur: Dicit dominus ꝓcu. suo, id est Filius Spiritui sancto. Gloss. Vel si volueris dici pater filio, qui. s. pater operatur per filium; & filius per Spiritum sanctum, non propter aliquem differentiam substantiæ aut dignitatis. Orige. Vel dicit dñs procuratori suo, idest alicui Angelorum, qui super mercedes retribuendas est positus, siue alicui ex multis procuratorib. secundum ꝙ scriptum est: Sub curatoribus & tutorib. esse hærede in tempore quo paruulus est. Remigius. Vel dñs Iesus Christus ipse est paterfamilias, & vineę ꝓcurator; sicut & ipse est ostiũ & ostiarius. ipse enim est venturus ad iudicium, ut vnicuique reddatur secundum quòd gessit. Vocat ergo operarios, & reddit illis mercedem, quando omnes congregabuntur in iudicio, vt vnusquisque

accipiat

accipiat secũdum opera sua. Orig. Primi autem operarij testimonium habẽtes, per fidem nõ acceperunt Dei promissionem, pro nobis aliquid melius prospiciente pa tersfamilias, vt non sine nobis perficiãtur. Et qui misericordiam consecuti sumus, primi mercedem speramus accipere, qui sumus Christi; post nos autẽ qui ante nos operati sunt, & ideo dicitur: Voca operarios, & redde illis mercedem, &c. Chrys. sup. Mat. Semper enim libentius aliquid damus illis quibus gratis donamus, quia ꝓ solo nostro hono e donamus. Ergo omnibus sanctis Deus reddẽs mercedem, iustus ostẽdit, Gẽtibus aũt dans, misericors, dicente Apostolo, Gentes ãt super misericordiã honorare Deũ, & ideo dicitur: Incipiens a nouissimis vsq; ad primos. Aut certe ut ostendat Deus inæstimabilem misericordiam suã, primum nouissimis & in dignioribus reddit mercedem, postea primis nimia.n. misericordia ordinem non aspexit. Aug. de spiritu & litera. Vel ideo velut priores reperiunt minores, quia minus dilati sunt. Sequitur. Cũ venissent aũt &c. Greg. Eundem denariũ accipiunt qui laborauerunt ad vndecimam (quem expectauerunt toto desiderio) & qui laborauerunt ad primam, quia æqualẽ vitæ æternę retributionem sortiti sunt cũ his qui ab. initio mundi vocati fuerant, hi qui in fine mundi ad Deum venerunt. Chrys. sup. Mat. nõ aũt iniuste, nam & qui in prima parte seculi natus est, & non amplius vixit quàm statutũ tp̃s uitæ suæ, & quid illi nocuit si post illius exitum mundus stetit? & qui circa finẽ nascũtur nõ minus uiuẽt q̃ dies qui numerati sunt eis, & quid illis prodest ad compendium laboris, si cito mundus finitur cum pensum vitæ suæ compleant ante mundum? Deinde nõ est in homine qñ nascatur prius aut postea, sed potestatis diuinę. Nec ille quidem sibi priorem dẽt locum defendere; q prius natus est, nec ille cõtemptibilior dẽt esse, qui postea. Sequitur; Et acci. mur. aduer. pa. fa. Si ãt uerum est quod diximus, quia primi & posteriores tp̃s suum vixerũt, & nõ amplius neq; minus. & unicuiq; mors sua est cõsummatio ipsius, quid est qđ dicũt portauimus põdus diei & æstus: quia

Denarius beatitudinis.

scilicet magna est nobis virtus ad faciendã iustitiã, cognoscere propè esse finẽ mũdi: Vnde & Christus nos armans dicebat: Appropinquauit regnum cœlorum. Illis ãt infirmatio erat, scire mundi spacia esse lõginqua, quanuis ergo non per oẽ seculũ vixerint, tñ totius seculi grauamina pertulisse videntur, aut pondus totius diei, dicit onerosa legis mandata; æstũ autẽ, vrẽtem erroris tentationem, quam conflabãt spiritus maligni in eos, ad ęmulationem gentium eos irritãtes; à quibus oĩb. Gentiles liberi extiterunt Christo credentes, & per compendium gratiæ ad plenũ saluari Gre. Vel põdus diei & æstus ferre, est per longioris vitæ tempora carnis suę calore fatigari. Sed potest quæ qũo murmurate dicti sunt, qui ad regnũ vocantur cœlorum? etenim regnũ nullus qui murmurat accipit, nullus qui accipit murmurare potest. Chry. in ho. Nõ ãt oportet ea quæ in parabolis sunt secundum totum quod dr̃ inuestigare, sed intentionem pp quam cõposita est intelligere, & nihil vltra scrutari. Non ergo inducit hoc, vt ostẽdat aliquos esse inuidia morsos: sed ut ostendat, hos tanto potitos esse honore, quod & inuidiã alijs poterat generare. Greg. Vel qa antiqui patres vsq; ad aduentum dñi, quãtũlibet iustè vixerant, ducti ad regnũ non sunt: eorũ hic ipsum murmurasse est. Nos autem qui ad vndecimã venimus, post laborem non murmuramus quia post mediatoris aduentum in hoc mundo venientes, ad regnũ ducimur mox vt de corpore eximus. Hic. Vel omnis retro vocatio Gẽtilib. inuidet. & Euangelij torquet gratia. Hil. Et secundum insolentiam populi iam sub Moyse contumacis hoc murmur operantium est. Sequitur: At ille respondens vni eorum dixit: Amice, nõ facio tibi iniuriam. Remi. Per hunc vnũ possunt intelligi omnes qui ex Iudæis crediderũt, quos amicos propter fidẽ nominat. Chr. sup. Mat. Non autem dolebant quasi defraudati de mercede sua, sed quia illi amplius quàm merebantur acceperant. Sic enim dolent inuidi, quãdo alteri aliquid additur, quasi eis subtrahatur, ex quo patet quòd ex tanta gloria nascit̃ inuidia. Ideo enim dolet esse secũdus, qa desiderat

Accesse prior; & ideo inuidiæ mecum remouet dicens, Nonne ex denario côuenisti mecum? Hier. Denarius figuram regis hēt; recepisti ergo mercedē, quam tibi ꝓmiseram: hoc est imaginem & similitudinem meam quid quæris amplius? & non tā ipse plus accipere, quam aliū nihil accipere desideras. Tolle qđ tuū est, & uade. Rem. Idest, recipe mercedē tuā, & uade in gloriā. Volo aūt & huic nouissimo. i. Gētili populo dare secundū meritū, sicut & tibi. Ori. Forsitan aūt Adæ dicit. Amice, nō facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecū? tolle qđ tuum est, & uade. Tuum est salus, qđ est denarius: uolo aūt & huic nouissimo dare sicut & tibi. nō incredibiliter pôt quis arbitrari hunc nouissimū esse Apostolū Paulū, qui una ora operatus est; & similiter oēs qui ante eū fuerūt. Aug. de sa. vir. Quia uero ipsa vita ęterna pariter erit oībus sanctis ęqualis, denarius omnibus est attributus, qui est oium merces, quia uero in ipsa vita æterna distincte fulgebunt lumina meritorū, multę mãsiones sunt apud patrē: ac in denario quidē impari non viuet alius alio prolixius in multis aūt mãsionibus honorat alius loco clarius. Greg. Et quia ipsa regni ꝑceptio eius est bonitas uoluntatis, rectè subiungitur: aut nō licet mihi qđ volo facere? Soluta.n. est quæstio hoīs cōtra bonitatem Dei murmurare. Conquerendū quippe esset, nō si dat quod nō dēt, sed si dona daret quod deberet: unde apertè subditur, An oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum? Remi. Per oculū enim vult intentionē intelligi. Iudæi nãq; nequā habuerunt oculū. i. intentionē malā, quia de salute Gentiū dolebāt: ad quid aūt sensus huius parabolæ tendat, manifestat cū subditur: Sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi: eo. s. ꝙ Iudæi de capite uertantur in caudā, & nos de cauda mutamur in caput. Chry. sup. Matth. Aut ideo primos dicit nouissimos, & nouissimos primos, nō ut nouissimi digniores sint quàm primi, sed ut coæquentur, & nulla sit inter eos differentia, temporis causa. Quòd aūt dicit; Multi sunt uo pa. uero electi: Nō ad superiores sanctos pertinet, sed ad Gentes, qm̄ ex ipsis Gētibus qui multi vocati sunt, pauci sunt eligēdi. Greg. Ad fidē.n. plures ueniunt, & ad cœleste regnū pauci ꝑducuntur. Plerique.n. Deum uocibus sequūtur, morib⁹ fugiūt. Ex hoc ergo duo pensare debemus. Primum est, vt de se quisq; minimè ꝑsumat; quia etsi iam ad fidē uocatus est, verū ad regnū eligēdus sit, nescit. Secūdum uerò est, vt vnusquisq; proximū suū quē iacere in uitijs cōspicit, desperare nō audeat, quia diuinæ misericordiæ diuitias ignorat. uel aliter: Mane nostrū, pueritia est, hora tertia, adolescentia intelligi pôt. quia quasi iā Sol in altū ꝓficit, dum calor ętatis crescit. Sexta aūt, iuuentus est, quia uelut in centro Sol figitur, dū in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autem, senectus intelligitur, in qua velut Sol ab alto axe ascēdit; quia ætas à calore iuuentutis deficit. Vndecima uero est ea ætas, q̄ decrepita vel veterana vocatur. Chryso. in ho. Quòd aūt nō oēs simul conduxit, sed alios mane, alios hora tertia, & sic de aliis, ex dña mētis eorū processit. Tunc.n. eos uocauit, qn̄ erāt obedituri; nā & latronē uocauit, qū obediturus erat Si autem dicāt, quia nemo nos cōduxit, sicut dictū est. Nō oportet omnia scrutari quæ in parabolis sunt. Item hoc nō dicit dominus, sed operarij, ꝙ ipse enim omnes, quantū ad se pertinet à prima ætate uocet, significatur, cum dicitur. Exiit primo mane operarios cōducere. Greg. Qui ergo vsq; ad vltimam ætatē Deo viuere neglexerunt, vsq; ad horā undecimā ociosi steterunt: & tamē tales paterfamilias uocat. & plerunq; ante remunerātur, quia prius ad regnum de corpore exeūt, quàm hi qui modo in pueritia uocati esse videbātur. Orige. Non autem dicetur. Quid hic statis tota die ociosi, his qui spiritu incipiētes carne cōsumuntur, si postea regredi uolunt, vt iterum spiritu uiuāt, qđ non dicimus dissuadentes ne ad domum paternā reuertātur lasciui filij, qui uiuendo luxuriose euangelicæ doctrinæ substātiā cōsumpserunt. Sed qm̄ non similes sunt eis qui peccauerunt in iuuētute sua, dum nō adhuc didicissent quæ fidei erant. Chrys. in ho. Quòd autem dicit. Erūt primi no. & nouis. primi: eos occulte insinuat qui à principio

Anagogica expositio. *Aetates hominis.*

cipio clauerunt, & postea uirtutem coutẽpserũt: & rursus eos qui à malitia reducti sunt, & multos sup excesserũt. Cõposita est ergo hæc parabola, ut eos auidiores faceret, qui in ultima senectute cõuertuntur: & ne existimarẽt se minus aliquid habituros.

Et ascẽdẽs Iesus Hierosolymã assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis. Ecce ascẽdimus Hierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis, et cõdemnabũt eũ morte & tradent eum gentib. ad illudendum, et flagellãdũ, et crucifigẽdũ, et tertia die resurget.

Chry. in ho. Dñs à Galilæa veniẽs non repẽte Hiero. ascendit, sed prius miracula fecit, pharisæos cõfutauit, et discipulos de pfectione & remuneratione instruxit, nũc iã ascensurus Hierusalẽ rursus eis de passione loquitur, vnde dicitur: Et ascen. Iesus &c. Ori. in 12. adhuc erat & Iudas, adhuc .n. forsitã dignus erat cũ alijs seorsũ audire q̃ passurus erat magister. Chry. su. Mat. Omnis autem salus hominum in Christi morte posita est: nec est aliquid propter quod magis Deo gratias agere debeamus quã propter mortẽ ipsius. Ideo duodecim Apostolis in secreto mortis suæ annuntiauit mysteriũ, q̃a semp preciosior thesaurus in meliorib. vasis includitur. Si ãt alij audissent passionẽ Christi futurã, viri forsitan turbarentur pp infirmitatẽ fidei, & mulieres pp mollitiẽ suæ naturæ, ex qua in tali negocio ad lachrymas excitantur. Chry. in ho. Dictũ est quidem & ad multos, tamen occultè, sicut ibi: Soluite templum hoc: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Discipulis autem manifestè exposuit, dicens: Ecce ascendimus Hierosolymam. Chry. sup. Mat. Quòd dicit, Ecce, constantiæ, sermo est vt memoriam præsentiæ huiusmodi in cordibus recondant. Dicit autem: Ascendimus, ac si d. Videte quia volũtariè vado ad mortẽ. Cũ ergo videritis me in cruce pendentem, ne æstimetis me hominem esse tantum. nam etsi posse mori hominis est, velle tamen mori hominibus non est. Orig. Hoc igitur considerantes scire debemus, quoniam frequẽter etiam cognoscentes, quoniam & tentationes aliquas subituri sumus nos ipsos offerre debemus. sed supra dictum

Mors Christi sanctissima.

est: Si quis vos persecutus fuerit in vna ciuitate, fugite in aliam: sapientes in Christo est, vt cognoscat quale tẽpus exigit declinationem, quale autẽ obuiationem periculorũ. Hie. Crebro autem de passione sua discipulis dixerat, sed quia multis in medio disputationis poterat labi de memoria quod audierant: iturus Hierosolymam, & secum dicturus Apostolos, ad tẽtationem eos parat: ne cum venerit persecutio, & crucis ignominia, scandalizentur. Chry. sup. Mat. Tribulatio enim cum superuenerit expectantibus nobis, leuior inuenitur quàm esset futura, si repentina uenissent. Chry. in ho. Prædicit etiam eis vt discant, quoniam præsciẽs ad passionem, venit & volens. sed à principio quidẽ mortem prædixit eis solam, quando autẽ exercitati sunt, adducit alia, scilicet quoniam tradent eum gentibus. Rab. Tradidit .n. Iudas dominum Iudæis, & ipsi tradiderunt eum gentib. idest Pilato, & potestati Romanorum. Ideo aũt dominus in mũdo noluit prosperari, sed grauia pati: ut ostenderet nobis qui per delectationẽ cecidimus, cũ qua amaritudine redire debeamus, vnde sequitur: Ad illu. & fla. & crucifigendũ. Aug. 18. de ci. Dei: Passione ostẽdit quid sustinere pro veritate, resurrectione quid sperare in Trinitate debeamus. vnde dicit: Et tertia di. re. Chry. in ho. Quæ quidẽ huius gratia dixit, vt cum tristia viderint resurrectionem expectarent. vnde subdit: Et tertia die resurget. Aug. 4. de ciui. Dei. Vna enim mors, scilicet Saluatoris, secundum corpus, duabus mortibus nostris saluti fuit. s. animæ & corporis. & vna eius resurrectio, duas nobis resurrectiões pstitit. Hæc autem ratio simplici ad duplum; oritur quidem à ternario numero. unũ quippe & duo, tria sunt. Orig. Hic aũt non referũtur discipuli dixisse ut fecisse aliquid cũ audissent tristia hæc Christo futura, recordantes quæ dominus dixit ad Petrum; ne audiant talia, uel peiora. & nunc quidem qui diuinas literas scire se arbitrãtur scribæ, cõdemnãt Iesum morte, & in linguis suis flagellant & crucifigunt eum per hoc q̃ tollere uolunt doctrinam ipsius. Ille autem paululum deficiens, surgit apparens his qui acceperunt posse uidere.

Tropologica expositio.

Tunc

Tunc accessit ad eũ mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterã tuã, et vnus ad sinistrã in regno tuo. *Respondens autẽ Iesus, dixit. Nescitis qd petatis. Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum? Dicũt ei, possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis, sedere autẽ ad dexteram meam** *vel ad sinistrã, nõ est meũ dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo.*

* & sinistram.

Hiero. Quia post omnia dixerat dñs. Et tertia die resurget, putauit mulier post resurrectioné eũ regnaturũ, & auiditate fœminea pͥsentia cupit: immemor futurorũ. unde dicitur: Tũc accessit ad eũ &c. Chr. su. Mat. Hęc mater filiorũ Zebedæi, est Salome, cuius apud alterũ euangelista ponit nomen, uere pacificã: q̃ uere filios genuit pacis. Magna laus mulieris ex hoc loco colligit q̃a nõ solũ filij reliquerunt patrem; sed ipsa reliquerat uirum suũ, & secuta fuerant Christum. quia ille sine ista uiuere poterat, ista autem sine Christo salua esse non poterat nisi fortè quis dicat: quia infra tempus uocationis Apostolorũ & passionis Christi mortuꝰ est Zebedæus, & sic illa sexu fragilis, ætate defecta, Christi uestigia sequebatur, quia fides nunquã senescit, & religio fatigationem nõ sentit. Audacem autem fecerat eam ad petendũ naturæ affectus. unde dicitur. Adorans & pe. ali. ab eo, idest reuerẽtia exhibita petit, ut quod petierit sibi detur. Sequitur: Qui dixit ei, quid uis? Non interrogat quasi nesciens, sed ut illa exponente manifestũ faceret irrationabilem esse petitioné. unde subditur, Ait illi: Dic ut sedeant hi duo filij. Aug. de con. euang. Quod autem hoc per matrem dictũ esse Matthęus expressit, Marcus ipsos filios Zebedæi perhibet dixisse, cum illa eorum uoluntatem attulisset ad dominum: unde magis ipsos quã illã dixisse quod dictum est, Marcus breuiter intimauit. Chry. in ho. Videbant. n. se ipsos honoratos præ alijs, & audierant, q̃ super duodecim thronos sedebitis, unde primatum ipsius cathedræ petebant accipere, & q̃ quidé plus aljis honoris apud Christum habebant, nouerant: timebant uero Petrum sibi præferri. unde & alius Euangelista dicit, q̃ quia propè erãt Hierusalẽ, putabãt q̃ regnũ Dei esset ĩ ianuis, idest aliquid sensibile. Vnde manifestũ est q̃ nihil spirituale petebãt, nec intelligẽtiã superioris regni habebãt Orig. Sicut. n. in regno mũdiali in honore esse uidenĩ qui sedens cũ rege, nõ fuit mirũ si mulier muliebri simplicitate uel imperitiã, talia se debere petere æstimauit: & ipsi fratres adhuc imperfecti, & nihil altius cogitãtes de regno Christi, talia arbitrati sunt de his q̃ sedebunt cum Iesu. Chryso. super. Matth. Vel aliter: Non dicimus quòd recte peteret hæc mulier, sed hoc dicimus, quia nõ terrena sed cœlestia filijs suis optabat. nõ enim sentit sicut cęteræ matres quæ corpora natorum suorum amant, animas autem contemnunt, desiderant illos ualere in seculo isto, & non curant, quid sint passuri in illo, ut ostendant quia corporum sunt parentes, nõ animarum. Aestimo autem quòd hi fratres cum audissent dominum de passione ac resurrectione sua prophetantem, cœperunt dicere intra se, cũ essent fideles. Ecce rex cœlestis descendet de regna Tartarea, ut regem mortis destruat. Cum autem uictoria fuerit consummata, quid aliud restat, nisi ut regni gloria subsequatur? Orige. Destructo enim peccato quod regnabat in corporib. mortalibus hominũ, & omni principatu malignarum uirtutum eminentiam Christi in hominibus Christum recipit; quod est ipsum sedere in sede gloriæ suæ. quòd autem omnia Deus facit ad dexteram & sinistram, hoc est, ut iam nullum malum sit ante eum, & qui quidem pręcellunt præ cæteris appropinquantibus Christo, sunt à dextris eius. qui autem inferiores sunt, à sinistris sunt eius. Dexteram autem Christi, uide si potes intelligere inuisibilem creaturam. sinistram autem, uisibilem & corporalem. Appropinquantium enim Christo quidam dexteram sortiuntur, ut intelligibilia, alij sinistram, ut sensibilia. Chryso. super Matth. Qui autem seipsum donauit hominibus, quomodo regni sui societatem non donabit? Petentis negligentia reprehenditur, ubi de dantis misericordia non dubitatur. Si nos rogamus magistrum, forsitan cæterorum fratrũ corda cõcutimus. Etsi enim uinci

Maria Salome.

Doctrina salubris.

V a à car-

à carne nõ possunt quasi iã spirituales, tñ percuti possunt, quasi adhuc carnales. ergo submittam⁹ matrẽ nr̃am; vt suo nomine deprecet̃ pro nobis. Si.n. reprehẽsibilis inuenta fuerit, facilè merebit̃ veniã: ipse .n. sexus excusat errorẽ. Sĩ aũt nõ fuerit importuna, facilius impetrabit mater, pro filijs suis rogans. Ipse.n. dñs, qui maternos animos filiorũ miseratione impleuit, facilius audiet maternũ affectum. Tunc dominus occultorum cognitor nõ ad uerba intercedentis mulieris respondit, sed ad consilia suggerentium filiorum. Bonũ q̃dem erat eorum desiderium, sed incõsiderata petitio: ideo etsi impetrare non debebant, simplicitas tamen petitionis eorum confundi non merebatur: quia de amore domini talis petitio nascebatur, ꝓpterea solam ignorantiam in eis dominus reprehendit. vnde sequitur: Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Hiero. Nec mirum si ista arguatur imperitiæ, cũ & Petro dicatur: Nesciens quid diceret. Chry. super Matth. Nam frequenter dominus patitur discipulos suos aliquid non rectè, aut dicere, aut agere, aut cogitare, vt ex illorum culpa occasionem inueniat exponendi regulam pietatis, sciens quia error eorum nõ nocet præsente magistro, & non solum in præsenti, sed etiam in futuro doctrina eius ædificat. Chry. in hom. Hoc autem dicit, ostendens quòd vel nihil spirituale petebãt: vel si nouissent quę petebant, non ausi fuisset tantum quid petere, quod superexcedit superiores virtutes. Hilar. Nesciunt etiam quid petant, quia nihil de gloria Apostolorum ambigendum erat. Iudicaturos enim eos sermo superior exposuit. Chry. super Matth. Vel nescitis quid petatis, quasi dicat, Ego vos vocaui ad patrem dexteram de sinistra, & vos vestro consilio, curritis ad sinistram. ideo forsitan & per mulierem res agebatur. Contulit enim se diabolus ad consueta arma mulierum; ut sicut Adam per mulierem spoliauit, ita & istos separaret per matrem: sed iam non poterat per mulierẽ perditio introire in sanctos, ex quo de muliere salus cunctorum processit. Vel ideo dixit: Nescitis quid petatis. Non enim solum debemus cogitare qualem gloriã con

Respõsio dñi.

Cautio spũalis.

sequamur, sed quõ euadamus ruinã peccati. quia & in seculari bello, qui semp de ꝓdia victoriæ cogitat, difficile vincit, ideo petẽdũ erat, Da nobis auxiliũ gratiæ tuæ, vt omne malũ vincamus. Rab. Nesciebãt ẽt quid peterent, quia sedẽ gloriæ à dño, quã nõdũ merebantur, inquirũt. Delectabat eos culmẽ honoris; sed prius habebãt exercere viã laboris. vnde subdit. Po. bibere ca. &c. Hie. Calicẽ in scripturis diuinis passionẽ intelligimus: vt in psal. Calicẽ salutaris accipiã: statimq; infert quis iste sit calix, Preciosa in cõspectu dñi mors sanctorum eius. Chry. super. Mat. Sciebat aũt dominus, quia passionem ipsius poterant imitari: sed idèo interrogat, vt omnes audiamus quia nemo põt cũ Christo regnare, nisi passionem Christi fuerit imitatus. Res.n. preciosa, non nisi precioso precio comparatur. Passionẽ aũt domini dicimus non solum persecutionem Gentilium, sed omnem violẽtiam, quam patimur contra peccata certantes. Chr. in ho. Dicit ergo. Potestis bibere &c. Ac si dicat: Vos mihi de honore & coronis loquimini, ego autẽ de agonibus vobis & sudoribus. nõ enim hoc est præmiorum tempus. Ex modo aũt interrogationis eos attrahit; non.n. dixit, Potestis sanguinẽ vestrum effundere: sed potestis bibere calicẽ. Deinde addit. Quẽ ego bibiturus sum. Remi. Vt ex communione ad ipsum auidiores fiant. At illi qui iam martyrij libertatem constantiamq; retinebant, bibituros se pollicentur. vnde sequitur: Di. ei. Possumus. Chry. su. Mat. Vel dicunt hoc non tã ex fiducia suæ fortitudinis, quàm ex ignorantia. Inexpertis enim leuis videtur esse tentatio passionis & mortis. Chry. in ho. Vel hoc ex desiderio promittunt. Neque.n. hoc dixissent, nisi expectassent audire quod petebãt. Dominus autem eis prophetat magna bona, .i. martyrio dignos efficiendo. Sequitur, Ait il. Calicem qui me. bibetis. Orig. Nõ ita respondit Christus: Calicem meum bibere potestis: sed ad futuram eorum perfectionem respiciens, dixit: Calicem quidem meum bibetis. Hie. Quæritur autem quomodo calicẽ martyrij, filij Zebedęi, Iacobus videlicet, & Ioannes, biberint, cũ scriptura narret Iacobum tantum Apostolum

tum ab Herode capite truncatum; Ioãnes aũt propria morte uitã finierit? Sed si legim' in ecclesiastica historia ꝙ ipse Ioãnes pp martyrio sit missus in feruentis oleo dolũ, & relegatus in Pathmos insulã sit: uidebimus martyrio animũ nõ defuisse, & bibisse Ioãnẽ calicẽ cõfessionis, quẽ & tres pueri in camino ignis biberũt, licet ꝑsecutor nõ fuderit sanguinẽ. Hil. Dñs ergo collaudans eorũ fidẽ, ait, martyrio q-dẽ eos secũ cõpati posse, sed læuę eius ac dextrę assidere alijs à Deo patre fuisse dispositũ, vnde sequitur: Sede. ãt &c. Et quidẽ quãtũ arbitramur, ita honor iste alijs est reseruatus, ꝙ tñ nec Apostoli ab eo erunt alieni, q in 12. patriarcharũ sede cõfidẽtes, Israelẽ iudicabũt, & quãtũ sentire ex ipsis Euãgelijs licet, in regno cęlorum Moyses & Elias assidebũt, quib. comitantib. cũ glorię suæ habitu, ĩ mõte apparuit. Hier. Sed mihi hoc nequaquã uidet, sed ideo sedentium in regno cęlorũ uocabula non dicuntur, ne paucis nominatis cętęri putarentur exclusi. regnum. n. cęlorum non est tantum dãtis, sed accipientis. Nõ . n. est personarũ acceptio apud Deũ: sed quicunq; talem se præbuerit, vt regno cœlorum dignus fiat, hic accipiet quod non personæ, sed vitæ paratum est. Si itaq; tales estis qui consequamini regnum cœlorum. quod pater meus victoribus præparauit, vos quoq; accipietis illud. Ideo tamẽ non dixit: Neq; non sedebitis, ne duos cõfunderet: neque sedebitis, ne cæteros irritaret. Chry. in hom Vel aliter: Videtur inuius omnibus esse locus ille, non solum hominibus, sed etiam Angelis. sic. n. præcipuum vnigeniti ponit id Paulus, dicẽs: Ad quem autem Angelorum dixit vnquã, Sede à dextris meis? Dominus ergo nõ quasi existentibus quibusdam qui assessuri sũt, sed condescendens interrogantium suspicioni respondit: hæc. n. vnum solum quærebant præ alijs stare apud ipsum. Sed dominus respondet: Moriemini quidem propter me, non tamen hoc sufficit, vos facere primũ ordinẽ obtinere. Si. n. aliqs alius venerit cũ martyrio ampliorẽ virtutẽ possidẽs: nõ quia vos amo, illũ expellã, & vobis dabo primatũ: Propter hoc ãt vt nõ infirmus esse ostendat nõ dixit simpliciter.

Martyrium apostolorum.

Non est meũ dare, sed nõ est meũ vobis dare, sed quib. paratũ est, his. s. q ab operib. possunt fieri clari. Remi Vel aliter: Non est meũ dare vobis, idest superbis talibus, quales uos estis: sed humilibus corde, quibus paratũ est à patre meo. Aug. 1. de Tri. Vel aliter: Secundum formam serui discipulis dominus respõdet. Sedere autem ad dexteram &c. Quod autem paratum est à patre eius, & ab ipso filio est paratũ, quia & ipse & pater vnum sunt.

Et audientes decem, indignati sunt de duob' fratribus. Iesus ãt vocauit eos ad se, et ait Scitis quia principes Gentiũ dominantur eorũ, & qui maiores sunt, potestatẽ exercent in eos. Non erit inter vos. Sed quicũq; uolueris inter uos maior fieri, sit uester minister. Et quicunq; uolueris inter uos primus esse, erit uester seruus. sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare et dare animã suam in redemptionẽ pro multis.*

* qui.

Chry. in ho. Donec Christi sentẽtia incerta erat non tristabantur alij discipuli, sed tunc tristati sunt quando eos increpauit. vnde dicitur: Et audientes, &c. Hier. Non ad mulierem audaciam referunt postulantes, sed ad filios, ꝙ ignorantes mensuram suã, non modica cupiditate exarserunt. Chry. in hom. Intellexerunt. n. quia hæc petitio discipulorum fuit, quãdo eos dominus increpauit. Quãdo autem eos à domino præhonoratos viderunt in transfiguratione, & si secundũ mentem uolebãt in medium offerre non audebant venerantes doctorem. Chry. super Matt. Sicut autem duo carnaliter petierũt, ita & 10. carnaliter contristati sunt. nam uelle quidem esse super omnes, vituperabile est. sustinere autem alium super se, minus est gloriosum. Hieron. Humilis autem magister & mitis nec cupiditatis duos arguit postulãtes, nec 10. reliquos indignationis increpat & liuoris. unde sequitur: Iesus autem vocauit eos ad se. Chry. in ho. Quia enim turbati erant, vocatione eos consolatur, de propinquo eis loquendo. etenim duo à societate 10. seipsos separantes proprius stabant, seorsum domino loquentes. non tamen sicut prius pueros in medium ducens, eos consolatur, sed à contrario informuit, dicens. Scitis quia Principes gentium dominantur eorum. Origenes. Idest. Non

Imperfectio apostolorũ.

contenti tantum regere suos subditos, sed violẽter eis dominari nitunť, inter uos aũt qui estis mei, non erunt hæc, qm̃ sicut oĩa carnalia in necessitate sunt posita, spiritualia ãt in volũtate: sic & q principes sũt spirituales, principatus eorũ in dilectione subditorũ debet esse positus, nõ in timore corporali. Chr. in ho. Ostẽdit ãt in hoc, ꝙ Gentilium est primatus cupere: & sic Gẽtium comparatione, eorum animã æstuãtem conuertit. Chry. super Matth. Et corpus quidem desiderare bonum, bonũ est: quia nostræ volũtatis est, & nostra est merces: primatum autem honoris, cõcupiscere, vanitas est. hoc enim cõsequi iudiciũ Dei est: propter quod ex primatu honoris nescimus si mercedem iustitiæ meremur. Neque enim Apostolus laudem habebit apud Deum, quia Apostolus fuit, sed si opus Apostolatus sui bene impleuit. nec Apostolus pro merito suo antecedenti honoratus est, vt esset Apostolus, sed ad hoc ministerium aptus est iudicatur secundũ motum animę suæ. Primatus etiam fugiẽtem se desiderat, & desiderantem se horret. conuersatio ergo melior desideranda est, non dignior gradus. Volens ergo dominus & duorũ fratrum Zebedæi, & aliorum indignationem extinguere, introducit differentiam inter principes mundiales & ecclesiasticos ostendens quia primatus in Christo, nec ab aliquo appetendus est non habente, nec alteri inuidendus est habenti. quia principes mũdi ideò sunt vt dominẽtur minoribus suis, & eos seruituti subijciant & expolient, & vsq; ad mortem eis vtantur ad suam vtilitatẽ & gloriam. Principes autẽ ecclesiæ fiunt, vt seruiãt minoribus suis, & ministrent eis quæcunq; acceperunt à Christo ut suas vtillitates negligant, & illorum procurent, & mori non recusent pro salute inferiorum. Primatum ergo ecclesię concupiscere, neque iustum est, neque vtile. Nullus sapiẽs vult vitio se subiicere seruituti & periculo tali, vt det rationem pro omni ecclesia; nisi forte qui nõ timet Dei iudicium, abutens primatu suo ecclesiastico seculariter, ita vt conuertat illum in secularem. Hier. Denique sui proponit exemplum, ut si dicta paruipenderent, erubescerent ad opera. Vnde subdit: Sicut filius hominis &c. Orige. Nam & si Angeli & Martha ministrauerunt ei, tamen non ideo uenit ut ministretur, sed ut ministret, & tanto creuit ministrans, ut impleretur quod sequitur: Et daret animã suam in redemptionem pro multis, scilicet qui crediderunt in eũ. daret inquam in mortẽ. Sed quoniam solus erat inter mortuos liber, & fortior omni potestate mortis, omnes sequi se uolentes liberauit a morte. Ecclesiarum ergo principes imitari debẽt Christum accessibilem, & mulieribus loquẽtem, & pueris manus imponẽtem, & discipulis pedes lauantem, ut ipsi similiter faciãt fratribus. Nos autem tales sumus, ut etiã principũ mũdi excedere uideamur superbiam, uel non intelligentes, & contemnentes mandatũ Christi, & quærimus sicut reges acies præcedentes, & terribiles nos & accessu difficiles (maxime pauperibus) exhibemus, nullã affabilitatẽ habẽtes, uel habere ad nos permittentes. Chry. in ho. Quãtocunq; ergo tu humilitatis fueris, nõ poteris tantũ descendere quantum dñs tuus.

Distinctio carnalium & spiritualium

Exemplũ prælatorũ.

Et egrediẽtibus illis ab Hierico, secuta est eũ turba multa. Et ecce duo cæci sedẽtes secus viã, audierunt quia Iesus transiret: et clamauerunt, dicentes: Dñe miserere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabãt, dicentes: Domine, miserere nostri, fili Dauid. Et stetit Iesus, & uocauit eos, & ait: Quid vultis ut faciam uobis? Dicunt illi. Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autẽ eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum.

Chry. super Matth. Sicut testimonium studiosi agricolæ, est messis fœcunda: ita assidui doctoris est documẽtum, ecclesia plena. unde & hic dicitur: Et egredientibus, &c. Neminem labor itineris impediuit: quia amor spiritualis fatigationẽ non sentit. Neminem passionũ suarum recordatio retraxit: quia ingrediebãtur in possessionem regni cœlestis. Vere enim non habet super terram quod amet, qui bonũ cœleste in ueritate gustauerit. oportune autem oblati sunt ante faciem Christi duo cæci: ut apertis oculis quasi testes uirtutis, ascenderent cum eo in Hierusalem. unde sequitur: Et ecce duo cæci: Hi curren-

Aurea sententia.

turretium strepitum audiebant, & personas non uidebant; nihil solutum habentes de toto corpore, nisi vocem. Et ideo quia pedibus eum sequi non poterant, voce sequebantur. vnde dicitur. Audierunt quia Iesus &c. Aug. de con. euan. Hoc autē factum Marcus cōmemorat, sed de vno cęco factum. Quę ita soluitur quęstio, nam duorum cęcorū, quos Matthęus interposuit, vnum fuisse in illa ciuitate famosissimum ex hoc satis apparet, quòd & nomē eius, & patris eius Marcus cōmemorauit. Bartimeus.n. Timei filius, ex aliqua magna fœlicitate deiectus, notissime fuit; q non solum cœcus, uerum etiam mēdicus sedebat. Hinc est ergo ꝙ ipsum solum uoluit cōmemorari Marcus, cuius illuminatio tā claram famam huic miraculo cōparauit, quàm erat illius nota calamitas. Lucas uero quanuis omnino eodē modo factum, tamē in alio cœco intelligēdus est, par cōmemorare miraculum. Ille quippe hoc factū dicit, cū appropinquaret. Hierico; alij, cū egrederet ab Hierico. Sequit: Turba āt increp. &c. Chry. sup. Mat. Videbāt.n. sordidas uestes, & nō cōsiderabant cōscientiæ claritatē. Ecce fatua sapientia hominū; existimabāt enim iniuriam pati magnos, si à pauperib. honorent. Quis.n. pauper ausus est diuitē publice salutare? Ori. Vel silētiū nō causa honoris exiguat, sed ꝙ acerbe a cœcis audiebāt quod negabāt, scilicet dominū esse Dauid filium. Orig. Vel q crediderāt increpabāt eos, ut non appellarent eum contemptibili nomine filium Dauid, sed potius dicerent, Fili Dei, miserere nostri. Hil. Inuitabātur autem magis uetiti, quàm compescebantur. fides enim quando uetatur, magis accēditur; & ideo in periculis secura est, & in securitate periclitatur. unde sequitur: At illi magis clamabant, dicentes: Miserere nostri fili Dauid. Primo enim clamabāt, q a cęci erant. Secundo magis clamabant, q a uetabantur ad lumen accedere. Chry. in ho. Christus autem permittebat eos uetari, ut plus eorum desiderium appareret. Hinc autē disce, quoniam si abiecti fuerimus cum studio accedentes ad Deum; per nosipsos assequemur qđ petimus. Sequitur: Et stetit Iesus &c. Hier. Ideo autem stetit Iesus; quia cœci quo pergerēt, ignorabant. Multæ foueæ erāt in Hierico, multæ rupes, & prærupta in profundum uergētia, idcirco dominus stat, ut uenire possint. Orig. Vel. Iesus non pertransit, sed stat, ut stante eo nō transfluat beneficiū, sed quasi de fonte stante misericordia defluat usque ad eos. Hier. Vocari autem iubet, ne turbæ prohibeant, & interrogat quid uelint, ut ex responsione eorum manifesta debilitas appareat, & uirtus ex remedio cognoscatur. Chry. sup. Mat. Vel interrogabat propter fidem, ut dum cœci Christum filium Dei confitentur, cōfundentur uidentes, qui eum tantum hominē putāt. Dominū quidē Christū uocauerāt, & uerū dixerāt. Sed dicētes filium Dauid dissipabāt qđ bene confessi sunt. nā abusiue & homines dñi dicūtur; uere āt nemo dominus, nisi Deus. Cū ergo dicunt: Domine fili Dauid; abusiue Christū secundū hominē honorāt. Si āt solummodo dominum dicerēt, deitatē confiterent, ideo interrogat. Quid uultis? Tunc illi iā nō dixerūt. Domine fili Dauid; sed tātum, domine Sequitur.n. dicunt illi, Domine, ut aperiantur oculi nostri. Filius.n. Dauid cæcos illuminare non pōt; filius Dei pōt. Quandiu ergo dixerunt. Domine fili Dauid, suspēsa est sanitas. Mox aūt ut dixerūt dñe, infusa est sanitas. Sequitur.n. Misertus aūt eorum Iesus &c. Tetigit āt ut homo carnaliter, sanauit ut Deus Hie. Præstat.n artifex, quod natura non dederat, aut certe qđ debilitas tulerat, misericordia donat. Chry. in ho. Hi āt, sicut ante dationē fuerunt perseuerantes, ita & post donationē non fuerunt ingrati Chry. sup. Mat. Bonū .n. munus obtulerunt Christo sanati. Sequitur.n. Et secuti sunt eū. Hoc.n. Deus à te requirit secundum prophetam, solicitum te ambulare cum domino Deo tuo. Hie Hi ergo in Hierico cōtracti sedebāt, nec clamare, tantum nouerant, postea sequūtur Iesum, nō tam pedibus quàm uirtutibꝰ. Rab. Hierico autē quæ interpretatur luna, defectum nostræ mutabilitatis significat. Orig. Mysticè autem Hierico intelligitur mundus, in quē Christus descendit. Qui autem sunt in Hierico, exire nesciunt de sapiētia mūdi, nisi uiderint, non solum

Christus filius Dauid.

Allegorica expositio.

solũ Iesum exeuntẽ de Hierico, sed & discipulos eius. Hæc ergo videntes secutæ sunt eũ turbæ multæ, mũdũ & mundana oĩa contemnẽtes, vt Christo duce ascendant in Hierusalẽ celestẽ. Duos cęcos possumus dicere Iudã & Israel, q ante Christi aduentũ cęci fuerũt, quia nõ uidebant verbũ verũ, quod erat in lege & prophetis: tñ sedentes secus uiã legis & prophetarũ, & secũdũ carnẽ tantũ intelligẽtes, clamabant tantũ ad eũ qui factus est ex semine Dauid secũdũ carnẽ. Hic. Vel duos cœcos plerĩq; pharisæos & Sadducæos intelligũt. vel aliter. Duo cęci sedẽtes iuxta viã significat de vtroq; populo quosdã iã cohærentes p fidẽ dispensationi tẽporali, secũdũ quã Christus via est, & desiderãtes illuminari. i. aliquid de uerbi æternitate intelligere: quod transeunte Iesu impetrare cupiebant. i. per meritum fidei, qua creditur filius Dei & natus homo, & passus propter nos: per hãc. n. dispensationẽ quasi transit Iesus, quia actio temporalis est. Oportebãt ãt vt tñ clamarent, donec resistentis sibi turbæ strepitum vincerent, id est tam perseuerando animũ intenderent orando, atq; pulsando, quousq; consuetudinẽ desyderiorũ carnaliũ, quæ tanq̃ turba obstrepit cognitioni, lucem veritatis ęternæ videre conanti: uel ipsam hoiem carnalium turbã studia spiritualia impedientem, fortissima intentione superarẽt. Aug. de ver. do. Bonos n. Christianos uolẽtes facere præcepta Dei, Christiani mali & tepidi prohibent: clamant tñ illi nõ deficientes. cum. n. quisq; Christianus cęperit bene viuente, mundumq; contemnere in ipsa sui nouitate patitur reprehẽsores, frigidos Christianos: sed perseuerauerint, ipsi iam obsequenter qui antè prohibebant. Aug. de quæst. euan. Itaq; audiens Iesus quia pulsati aperietur, stans eos tangit, & illuminat: quia. n. fides incarnationis temporalis ad ęterna intelligenda nos præparat, transeunte Iesu admoniti sunt, vt illuminarentur, & ab eo stante illuminati sunt: temporalia. n. transeunt, æterna stant. Chry. sup Mat. Quidam interpretãtur duos cœcos Gentiles, vnus ex Cham, alius ex Iaphet; qui secus uiam sedebant, idest iuxta veritatem conuersabantur, sed veritatẽ inuenire nõ poterãt: vel secũdũ rationẽ verbi consistentes, quia notitiã verbi nõdũ acceperãt. Rab. Agnita ãt fama nois Christi, participes eius fieri q̃rebãt; contra dicebãt multi, primo Iudæi vt in Actib. legimus: deinde & Gentiles psecutione instabant; nec tamẽ eos qui erant ad vitam præordinati, salute priuare valebant. Chryso. super Matth. Cõsequenter autem gentium oculos mentis tetigit Iesus; dans eis gratiam Spiritus sancti, quæ illuminantę secutę sunt eum, operibus bonis. Orig. Et nos ergo sedentes iuxta scripturarũ viã, & intelligẽtes in quibus cœci sumus; si ex affectũ petierimus, tãget oculos animarũ nostrarũ, & recedet à sensibus nostris tenebra ignorãtię: vt eũ videamus & sequamur, q dedit nobis posse videre, p nihil aliud, nisi vt eũ sequamur.

CAPVT XXI.

ET cũ appropinquassent Hierosolymis, & uenissent Bethphage ad montẽ Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicẽs eis: Ite in castellũ qđ cõtra uos est, et statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, soluite et adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit; dicite quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem; Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerũt sicut p̃cepit illis Iesus. Et adduxerũt asinam & pullũ; & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in uia. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant dicẽtes. Hosanna filio Dauid; benedictus qui uenit in nomine domini. Hosanna in excelsis.

Remi. Narrauit superius Euãgelista dominũ egressum à Galilęa & cępisse ascendere Hierosolymã. Postquã ergo narrauit quid in uia gesserit, in incepta intentione perseuerans, dicit; Et cũ appropinquassẽt Hiero. &c. Bethphage uiculus fuit sacer-

do-

dotū, situs in latere mōtis Oliueti, distans uno miliario à Hierusalē; Sacerdotes.n. qui p certos dies in templo deseruiebāt, cōpleto officio uicis suæ, illuc diuertebant ad manēdū, similiter & illi qui accipiebat officium, illuc diuertebāt, q̄a pceptū fuit in lege, vt nullus diebus sabbatorū plus quàm mille passus incederet. Ori. Vnde & interpretatur Bethphage, domus maxillarū q̄m maxilla propria erat pars sacerdotū in lege. Sequit: Tūc Iesus, &c. Chry. sup. Mat. Nō dixit discipulis, dicatis: dn̄s tuus his opus hēt vel dn̄s vester, vt intelligāt quia ipse sit solus dn̄s, nō solum aīalium, sed oīum hoīum, nā & peccatores cōditione quidē, sui sunt, volūtate āt sua, diaboli. Chr. in ho. Neq; paruū.n. existimes, qđ factū est, quis.n. suasit dn̄is iumentorū, nō velle cōtradicere volētes silere & cōcedere? & in hoc discipulos erudit, q̄m poterat & Iudæos prohibere, sed noluit; sed & docet ut quodcunq; petitū fuerit, darēt: si.n. qui ignorabāt Christū, ita cōcesserunt, multò magis discipulos cōuenit oībus dare, q̄ aūt dr̄, Et cōfestim dimittet eos. Chry. sup. Mat. Intelligendū est, q̄ aīal postquā ingressum est in Hierusalē, ad dn̄m suū remissum est à Christo. Glo. Vel dn̄s iumētorum cōfestim dimittit eos in dn̄i seruitio mancipandos. Adhibetur aūt huic facto prophetæ testimonium, ut appareat dn̄m omnia quæ de ipso scripta erant impleuisse, sed inuidia cęcatos Scribas & Pharisæos ea q̄ ipsi legebant, intelligere noluisse, & ideo sequit. Hoc autem totū fa. est &c. per prophetā scilicet Zachariā. Chry. sup. Mat. Sciens enim propheta malitiam Iudęorum, quia cōtradicturi erant Christo ascendenti in templum, præmonuit vt per hoc signum cognoscerent regem suum, dicens: Dicite filiæ Sion &c. Rab. Filia Siō historialiter dicitur Hierusalem ciuitas, quę sita est in monte Sion: mysticè autem est ecclesia fidelium, pertinens ad supernam Hierusalem. Chrys. sup. Mat. Ecce, ostendentis uerbū, idest, carnali aspectu, sed spirituali intellectu opera virtutum eius aspicite. Ante tempora quidē multi dicebant. Ecce, vt ostenderent quia ille de quo loquebatur, antequam nasceretur iam erat rex tuus. Cū ergo uideritis eum, nolite dicere: Nō habemus regem nisi Cæsarem. Venit tibi, si intellexeris, vt saluet te; si nō intellexeris, venit contra te. Mansuetus. Nō vt propter potentiam timeretur, sed ut pp mānsuetudinem amaretur: vnde nō sedet in curru aureo preciosa purpura fulgēs, nec ascēdit super feruidū equū, discordię amatorem & litis, sed super asinā, trāquillitatis & pacis amicā. vnde sequitur: Sedens super asinam, &c. Aug. de concor. euan. In hoc autem testimonio prophetico, aliquanto diuersa est Euangelistarum locutio, hoc.n. Matthæus sic adhibet, vt asinam dicat commemorasse prophetā, non autem ita se habet uel quod Ioannes interponit, vel codices ecclesiasticæ interpretationis 70. Cuius rei causa mihi uidetur, q̄ Matthæus Hebræa lingua perhibetur Euangelium conscripsisse. Manifestū est autem interpretationem illam, q̄ dicitur 70. in nonnullis aliter se habere quā inueniunt in hebræo, qui eā linguam nouerūt, & qui interpretati sunt singuli eosdem libros hebræos. Huius autē distātiæ causa si q̄ratur, nihil probabilius ęstimo quā eos 70. eo spiritu interpretatos, quo & illa quæ interpretabant dicta fuerant, quod ex ipsa eorū mirabili quæ prædicatur cōsensione firmatum est, ergo & ipsi, nonnulla in eloquio uariando, & uolūtati Dei, cuius verba erant, non credēdo, nihil aliud demōstrare voluerūt, quàm hoc ipsum quod in euangelistarum concordia quadam diuersitate narratur, qua nobis ostenditur non esse mendaciū, si quisquā ita diuerso modo aliq̄d narret, vt ab ei9 volūtate cui cōsentiendū est, nō recedat, quod noscert, in moribus vtile est pp cauēda mendacia, & ipsi fidei, ne putemus quasi cōsecratis sonis ita muniri ueritatē tanquā Deus nobis quēadmodum ipsam rē, sic verba quæ pp illū sunt dicēda, cōmēdet, cū potius ita res sermonibus pferat, ut istos omnino quærere nō deberemus, si rē sine his nosse possemus, sicut illā nouit Deus, & in eo Angeli eius. Sequit; Eū aūt discipuli &c. Cæteri āt Euāgelistæ de asina tacēt. Nō deberet āt pmouere lectorē, nec sic Matthę9 de pullo tacuisset, sicut illi de asina tacuerūt; quanto minus mo-

Concordantia euangeliorum.

moueri oportet quia vnus ita commemorauit asinã, de qua cęteri tacuerunt, vt tñ pullum non taceret de quo illi dixerunt? vbi.n. vtrunq; potest intelligi factum, nulla repugnantia est, nec si aliud commemoraret. quanto minus vbi vnus vnum, alius vtrunque? Sequitur: Et imposuerunt super eos &c. Hier. Sed videtur ꝙ super vtrũq; animal in paruo itineris spatio dñs sedere nequiuerit; ergo cum historia ãt impossibilitatem habeat, aut turpitudinem; ad altiora transmittitur, i. ad mysticum sensum. Remig. Licet potuerit fieri vt super vtrunq; animal dñs sederit. Chrys. in ho. Mihi autem vr̃ ꝙ non propter mysterium solum super asinam sedit, sed & mensurã nobis sapientiæ tribuens demonstrat, scilicet ꝙ non super equos ferri necesse est, sed sufficit asino vti, & eo quod necessitatis est esse contentum. Interrogans ãt Iudæos, quis rex super asinam delatus intrauit Hierosolymam? sed non vtiq; alium habent dicere, nisi istum solum. Hier. Turbæ ergo quæ egressæ fuerant de Hierico, & secutæ Saluatorem supposuerunt vestimenta sua, & strauerunt viam ramis arborum, & ideo sequitur: Pl. au. tur. & c. pedibus asini, nec vbi offendat in lapidem, nec calcet spinam, nec labatur in foueã. Sequitur. Alij ãt cęde. ra. de arb. & ster. in via. de arboribus. s. fructiferis, quib. mõs Olíueti consitus est. Cumq; opere cuncta fecissent vocis quoq; tribuũt testimonium. vnde sequitur. Turbæ ãt quæ præce. & seque. cla. di. Hosanna fi. Da. Quid ãt significet Hosanna, nec perstringam breuiter. In Psal. centesimo 17 qui manifestè de aduentu saluatoris scriptus est, inter cætera hoc quoq; legimus; O dñe, saluũ me fac; ò domine, bene prosperare. Benedictus q venturus es, in nomine domini. Pro eo qđ in 70. habetur interpretib. O domine saluum me fac, in Hebræo legimus Anna adonay osi anna. Qđ manifestius est interpretatus Symmachus, dicens; Obsecro domine saluum me fac. Nemo ergo putet ex duobus verbis, græco scilicet & hebræo sermonem esse compositum, sed totũ hebraicum est. Remig. Et est compositus ex integro & corrupto. Osi enim latine dicitur salua siue saluifica; Anna verò apud

Interpretatio varia super hosanna.

illos interiectio est obsecrantis, nam sicut apud illos ab obsecrante dicitur, anna; sic apud latinos a dolente dr̃, heu. Hier. Significauit.n. ꝙ aduentus Christi solus mũdi sit. vnde sequitur: Benedictus qui venit in nomine domini. Saluatore quoq; idipsum in Euangelio comprobante: Ego, inquit, veni in nomine patris mei. Remig. Quia scilicet in omnibus bonis operibus nõ suam, sed patris gloriã quæsiuit. Gl. Et sensus; Benedictus id est gloriosus sit, Qui venit. i. incarnatus est, In nomine dñi, id est patris, eũ glorificando. Iterũ repetunt; Hosanna, i. salua obsecro; & determinant vbi se vellent saluari, In altissimis, idest in cęlestib. non in terrenis. Hier. Vel per hoc ꝙ iungitur Hosanna, id est salus in excelsis, perspicue ostenditur ꝙ aduentus Christi non tantum hominis, totius mundi sit, terrena iungẽs cęlestibus. Orig. Vel humanam quidem Christi dispensationem laudant in eo ꝙ dicebant, Hosanna filio Dauid, benedictus q venit in nomine domini. Restitutionem aũt eius in sancta, in eo quod dicebãt, Hosanna in excelsis. Chrysu. Mat. Hosanua etiam quidam interpretantur gloriam; alij vero redemptionem. Nam & gloria illi debetur, & redemptio illi conuenit, qui omnes redemit. Hilar. Ludationis enim verba redemptionis in eo exprimunt potestatem; filium autem Dauid nuncupant, in quo agnoscerent æterni regni hæreditatem. Chryso. Nunquam autem dominus sibi adhibuit ministeria iumentorum, nec ramorum uirẽtia circa se ornamenta constituit; nisi modo qñ Hierusalem, ut pateretur, ascendit. Excitauit enim videntes vt facerent quod prius volebant; ergo potestas eis data est, non mutata voluntas. Hier. Mysticè autẽ appropinquat dominus Hierosolymis, egrediens de Hierico, turbis inde eductis quãplurimis, q a magnus magnis ditatus mentibus salute credentium rediens, ingredi cupit vrbem pacis & locum visionis Dei. Et venit Betphage, idest ad domũ maxillarũ, & confessionis portabat typũ & erat situs in mõte Oliueti, vbi est lumẽ scientię laborum & dolorum requies. Per castellũ enim quod contra Apostolos erat mundus iste designatur. contra Apostolos

erat,

erat, mundus iste designatur: contra Apostolos enim erat, nec lumen doctrinarum volebat accipere. Rem. Dominus ergo de monte Oliueti discipulos ad castellum misit: quia de primatiua Ecclesia prędicatores in mundū direxit. Duos quippe misit, pp duos ordines prædicatorum, quos manifestat Apostolus, dicens: Qui operatus est Petro in Apostolatū circūcisionis operatus est, & mihi inter Gentes. siue q̄a duo sunt præcepta charitatis, siue propter duo testamenta, siue pp literā & spiritū. Hier. Siue pp theoricam & practicā, idest sciam & opera. Asina āt ista, quæ subiugalis fuit & edomita, & iugū leges traxerat, synagoga intelligitur. Pullus asinę lasciuus & liber Gentium populus. Iudæa enim secundum Deum, mater est gentiū. Rab. Vnde Matthæus solus q̄ Iudæis Euāgelium scripsit, asinā domino refert adductam, vt eidem ēt genti Hebrææ si pœniteat non desperandā monstret esse salutē. Chry. sup. Mat. Propter quasdam āt similitudines, animalibus assimilati sunt homines, Dei filiū nō cognoscētes. Est enim animal immundum & prę cæteris penè iumentis magis irrationabile, & stultum, & infirmum, & ignobilem, & oneriferū. Sic fuerunt homines ante Christi aduentum, passionibus diuersis immundi, irrationabiles, verbi ratione carentes, stulti pp Dei contemptum, infirmi secundum animam. ignobiles, quia obliti generationis cęlestis, facti fuerant serui passionum, & dæmonum oneriferi, quia sufferebant sarcinā erroris a dæmonibus vel pharisæis impositam. Ligata āt erat asina. i. diaboli erroris vinculo impedita, vt non haberet libertatem eundi quod vellet, nā antequā peccemus, liberum habemus arbitrium sequi voluntatem diaboli, an non. Quòd si semel peccātes obligauerimus nos operibus eius, iā nostra virtute euadere non possumus, sed sicut nauis fracto gubernaculo, illuc ducit ubi tēpestas noluerit, sic & homo diuinæ gratię auxilio perdito p peccatū nō q̄d vult agit, sed q̄d diabolus vult. Et nisi Deus valida manu misericordię suę soluerit eum, vsque ad mortem in peccatorum suorū vinculis permanebit; & ideo dicit discipulis. Soluite, s. per do-

Allegorica expositio.

ctrinā vestrā, & per miracula vestra: quia oēs Iudæi & Gentes per Apostolos sunt liberati. Et adducite mihi, i. ad gloriā meā illos conuertite. Orig. Vnde & ascendens in cœlum iussit discipulis suis ut soluerēt peccatores, dans eis Spiritum sanctū. Absoluti āt & proficienti, & nutriti verbi diuinitate, digni habentur remitti in locū ex quo erant assumpti, nō iam ad opera priora, sed ut præiudicarent eis filium Dei, & hoc est quod significat, dicens; Et confe. di. eos. Hil. Vel per asinam & pullum, duplex vocatio ex gentibus ostenditur. Erāt enim Samaritani sub quadā obseruantiæ consuetudine seruientes & feroces, qui s. significantur per asinā erant ēt indomitæ gentes & feroces, quæ. s. signātur per pullum. Igitur duo mittuntur vt soluant ligatos erroris vinculis, per Philippum. n. Samaria credit. per Petrum Cornelius Christo tanquam primitiæ gentium adductus est. Remi. Sicut āt tunc dictum est Apostolis, Si quis vobis aliquid dixerit, dicite q̄a dn̄s his opus hēt, sic nunc prædicatoribus est præceptum, ut si aliquid aduersitatis obstiterit, a prædicādo non cessarent. Hie. Vestis autem apostolica, quæ iumento superponitur, vel doctrina virtutum, vel discretio scripturarum intelligi pōt, siue ecclesiasticorum dogmatum varietates, quibus nisi anima instructa fuerit, & ornata, sessorem habere dn̄i non meretur. Rem. Dominus āt super asellum sedēs, Hierosolymam tendit, quia præsidēs sanctę Ecclesię vel animæ fideli, & eam in hoc seculo regit, & post hanc vitā ad visionem cœlestis pātriæ introducit. Apostoli autē & cæteri doctores vestimenta posuerunt super asinam quia gloriam quam acceperūt à Christo, Gentibus dederunt. Turba aūt vestimenta sternebat in via, quia credētes ex circūcisione gloriā, quam habebant ex lege, contēnebant. Ramos āt de arboribus præcidebant; quia ex prophetis acceperūt exempla de Christo quasi de arborib. virētibus. Vel turba quæ vestimēta strauit in via, significant martyres, qui vestimenta sua, id est corpora quæ tegumenta sunt animarum, pro Christo ad martyriū tradiderunt. Vel significantur illi qui corpora sua per abstinentiam domant. Illi autem.

rem ramos arborum pręcidũt,qui dicta & exempla sanctorum patrum quærunt ad suam vel filiorum salutem. Hic. Quòd āt ait, Turbæ āt.quę præcedebant & quæ se quebantur, vtrunq; populum ostendit, & qui ante Euangelium, & qui post Euange liũ, dño crediderunt, consona Iesum con fessionis voce laudarunt Chrys sup. Mat. Et illi quidē prophetantes de Christo uen turo clamauerunt: hi āt laudantes clamāt de aduentu Christi iam adimpleto.

Et cũ intrasset Hierosolymã, commota est uniuersa ciuitas, dicēs. Quis est hic? populi āt dicebāt. Hic est Iesus propheta à Nazaret Galilææ. Et intrauit Iesus in templũ Dei: & eijciebat oēs vēdentes & ementes in templo, & mensas num mulariorũ, et cathedras vendentium columbas euertit, & dixit eis. Scriptum est, domus mea domus orationis vocabitur; vos āt fecistis illã speluncam latronũ. Et accesserunt ad eum cęci, & claudi in templo, et sanauit eos. Vidētes āt principes sacerdotũ, & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in tēplo, et dicentes Hosanna filio Dauid; indignati sunt, & dixerunt ei; Audis quid isti dicunt? Iesus āt dixit eis, Vtique: Nunquam legistis, quia ex ore infantiũ & lactentium perfecisti laudem?

Hie. Introeunte Iesu cum turba, tota Hierosolymorum ciuitas commouetur, mirans frequentiam, nesciens veritatem. unde dicitur: Et cum intra. Hierosol. &c. Quis est hic. Chry. sup. Mat. Merito autē commouebantur uidentes rem mirabilē: homo laudabatur quasi Deus, sed Deus laudabatur in homine. Puto āt ꝙ nec ipsi qui laudabant, sciebant quid laudabant, sed spiritus subito ingressus in eos ueritatis uerba fundebat. Orige. Sed qñ intrauit Iesus Hierosolymam ueterani admiran tes uirtutes cœlestes, dicēbant. Quis est iste rex glorię? Hie. Alijs autem uel ambigentibus uel interrogãtibus, nisi plebecula confitetur. unde sequitur. Populi autē di. Hic est Iesus &c. A minorib⁹ incipiũt, ut ad maiora perueniant. prophetam.n. dicunt quem Moyses sui similem dixerat esse uēturum. A Nazareth autē Galilææ quia ibi educatus fuerat: ut flos cãpi nutriretur in flore uirtutum. Raba. Notandum autem quòd hic introitus eius in Hierusalē fuit ante quinq; dies paschę. Narrat enim Ioannes ꝙ ante sex dies paschę uenerit in Bethaniam, & in crastinum asino sedens uenerit in Hierusalem, ubi notãda est concordia non solum in rebus, sed etiã in temporibus ueteris & noui testa. Decima.n. die mēsis primi agnus qui in pascha immolaretur, domũ introduci iussus est, quia & dominus decima die eiusdem mēsis, hoc est ante quinq; dies paschę ciuitatem in qua paterentur erat ingressurus. Sequitur, Et in te. in tem. Chry. su. Mat. Hoc erat propriũ boni filij: ut ad domum curreret patris, ut illi honorem redderet: & tu imitator Christi factus, cum ingressus fueris in aliquam ciuitatem, primò ad Ecclesiam curas hoc ēt erat boni medici, ut ingressus ad infirmã ciuitatem saluandã, primò ad originem passionis intenderet. Nã sicut de templo oē bonũ egreditur, ita de templo oē malum procedit, si.n. sacerdotiũ integrũ fuerit, tota Ecclesia floret, si āt corruptũ fuerit, tota fides marcida est: sicut.n. cum uideris arborem pallentibus folijs intelligis quia uitium hēt in radice, sic cum uideris populum indisciplinatum sine dubio cognosce, quia sacerdotium eius nõ est sanum. Sequitur, Et eicie. ho. uen. &c. Sciendũ quidem est ꝙ iuxta man data legis in uenerabili toto orbe templo dñi, & dē cunctis penè regionibus Iudæorum illuc populo confluēte, innumerabiles immolabantur hostiæ, maximè festis diebus, taurorum, arietum, hircorũ: pauperibus, ne absq; sacrificio esset pullos columbarum, & turtures offerentibus. Accidebat autē, ut qui de longè uenerant uictimas non haberēt, excogitauerunt igitur sacerdotes quõ prædam de populo facerēt, & omnia animalia quib. opus erat ad sacrificia, uendebant, & ut uenderent nõ habentibus, & ut ipsi rursus empta susciperent, hanc ergo stropham, i. fraudem se in diuersa uertentem, crebro uenientium inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solũ hostias non habebãt, sed nec unde emerēt. posuerũt itaq; nũmularios qui mutuã sub cautione darent pecuniã, sed quia erat lege pceptum, ut nemo usuras acciperet, & pdesse non poterat pecunia fęnerata, q̃ cõmodi nihil haberet, & interdũ perderet sortem, excogitauerunt, & aliam

Concordia legis & Euangelij.

ſiam technen, id eſt artē, ut pro nummularijs collybiſtas facerent, huius uerbi proprietatem latina lingua nō exprimit. Collybiſtæ ſunt apud illos, quæ nos appellamus tragemata uel uilia munuſcula, uerbi gratia frixi ciceris, uuarumq; paſſarū, & poma diuerſi generis. Igitur quia uſuras accipere non poterant collybiſtę pro uſuris accipiebant uarias ſpecies: ut quæ in nūmo nō licebāt, in his rebus exigerēt quę nūmis coemuntur, quaſi non hoc ipſum Ezechiel prędicauerit, dicens, Vſurā & ſuperabundantiam nō accipietis. Iſtiuſmodi dominus cernens in domo patris negociationē ſeu latrociniū ardore ſpiritus conciatus tantā hominum multitudinem eiecit de templo. Orig. In quo nō debent uēdere & emere, ſed orationibus tātum uacare, qui congregātur quaſi in domo orationis. unde ſequitur, Et dicit eis, Scriptū eſt, ſcilicet in Eſaia, Domus mea do ora. uoca. Augu. in regula. Nemo ergo in oratorio aliquid agat, niſi ad quod factū eſt, unde & nomen accepit. Sequitur, Vos autē fe. &c. Latro. n. eſt, & tēplū Dei in latronum conuertit ſpeluncam, qui lucra de religione ſectatur. Mihi autē inter omnia ſigna quę fecit dominus, hoc uidetur eſſe mirabilius, & unus homo in illo tēpore cōtēptibilis in tantū, ut poſtea crucifigeret, ſcribis & phariſæis contra ſe ſæuientibus & uidētibus lucra ſua deſtrui, potuerit ad unius flagelli uerbera tanquam eiicere multitudinē, Igneū. n. quiddā atque ſydereū radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maieſtas lucebat in facie. Augu. de cō. Euāg. Manifeſtū āt eſt hoc non ſemel, ſed iterū a dn̄o eſſe factū: ſed primū cōmemoratū eſt à Ioāne, hoc āt ultimū à cęteris tribus. Chry. in ho. In quo maior eſt accuſatio Iudæorū: qm̄ cū bis hoc idē feciſſet, morabant tamē in ſua dementia. Orig. Myſticè autem templum Dei, eſt Eccleſia Chriſti. Sunt autem multi in ea, non (ſicut decet) uiuentes ſpiritualiter, ſed ſecundū carnē militant: qui domū orationis de lapidibus uiuis conſtructam faciunt ſpeluncam eſſe latronū actibus ſuis. Si āt oportet tres ſpecies eiectas à templo cautius exponere, poſſumus dicere, Quicūq; in populo Chriſtiano ad nihil aliud uacant, niſi circa emptiones & uenditiones, rarius āt in orationibus permanēt, uel in alijs actibus rectis: ipſi ſunt uendentes & ementes in tēplo Dei. Diaconi, qui nō bene tractant Eccleſiarū pecunias, & diuites fiunt de rebus pauperū: ipſi ſunt nummularij pecuniarū menſas habētes, quas Chriſtus euertit, ꝙ āt menſis eccleſiaſticarū pecuniarū Diaconi præſint, docemur in Act. Apoſt. Epiſcopi āt qui tradunt Eccleſias quibus nō oportet, ipſi ſunt qui uēdunt columbas. i. gratiam Spiritus ſancti, quorū Cathedras Chriſtus euertit. Hilar. Iuxta ſimplicem. n. intelligētiam colūbæ nō erāt in cathedris, ſed in caueis, niſi forte colūbarum inſtitutores, ſedebant in cathedris, quod abſurdum eſt, quia in cathedris magiſtrorū magis dignitas indicatur quæ ad nihilum redigitur cum mixta fuerit lucris. Obſerua ēt propter auaritia ſacerdotū altaria Dei nummulariorum mēſas appellari. Quod autē de eccleſijs diximus, unuſquiſq; de ſe intelligat. dicit. n. Apoſt. Vos eſtis tēplū Dei, non ſit ergo in domo pectoris ueſtri negociatio, non domorū cupiditas, ne ingrediat Ieſus iratus & rigidus, & nō aliter mundet tēplū ſuū, niſi flagello adhibito, ut de ſpelūca latronū domū faciat orationis, Orig. Vel in ſecūdo aduentu eijciet uel euertet quos inueniet in tēplo Dei indignos. Chryſ. ſup. Mat. Ideo ēt nūmulariorū menſas euertit: qđ ſignificat ꝙ in tēplo Dei non dēnt eſſe nūmi niſi ſpirituales, qui Dei habent imaginē, nō qui portent imaginē terrenā. Cathedras uēdentiū colūbas euertit loquens ipſo facto, quid faciūt in tēplo multæ colūbæ uenales, ex quo una colūba gratuita deſcēdit in tēplo corporis mei: Quòd aūt turbæ uerbis clamauerūt, dn̄s factis oſtēditur, uñ ſequit, Et acce. ad eū &c. Orig. In tēplo. n. Dei. i. in Eccleſia, non ſunt oēs uidētes, neq; recte ambulātes: ſed qui ex eis intelligunt, quia nullius eſt opus niſi Chriſti, ſanent, accedentes ad uerbū Dei ſanantur. Remi. Quod āt in tēplo ſanātur ſignificat ꝙ hoīes nō niſi in Eccleſia ſanari poſſunt, cui data eſt poteſtas ligādi atq; ſoluendi. Hie. Niſi āt menſas nummulariorū ſubuertiſſet, cathedraſq; columbas uendentiū: cœci & claudi lucem priſtinā,

Collybiſtæ quid

Doctrina moralis.

&

& concitũ gradũ in tẽplo non meruissent recipere Chry. in ho. Principes autem sacerdotũ neq; ita persuadebunt, sed ex reliquis miraculis & ex pconiis puerorum eum extollentibus indignabãtur, vnde sequitur, Vi. ãt prin. sa. Hie. Cum enim manum nõ audeant in eum iniicere sacerdotes, tñ opera calumniãtur, & testimoniũ populi atq; puerorũ, qui clamabant Hosanna filio Dauid, benedictus qui venit in noĩe dñi; ꝙ uidelicet hoc nõ dr̃ nisi soli filio Dei. Videant ergo epi, & quilibet sancti hoĩes, cũ quanto periculo dici sibi ista patiantur, si vero dño cui hoc diceba tur, quia nõ dum solida erat credentium fides pro crimine impingitur. Chry. sup. Mat. Sicut aũt columna si modicum obliquata fuerit, accepto pondere amplius vadit in latus, sic & cor hoĩs cum puersum fuerit si alicuius uiri iusti opera uideat uel audiat nõ confirmatur, sed magis ad inuidia cõcitatur. Hoc modo sacerdotes concitati sunt cõtra Christum, dicentes, Audis quid isti dicunt? Hie. Sed Christi respõsio moderata fuit. Nõ dixit (qđ scribę audire cupiebant) bene faciunt pueri, vt mihi testimoniũ perhibeant, nec rursum, errant, pueri sunt, debetis ætati ignoscere, sed profert exemplum de 8. psal. ut tacente dño testimonium scripturarũ puerorum dicta firmarent. vnde sequitur, Iesus aũt dixit eis, Vtiq;. Nunquam legistis &c. Chry. sup. Mat. Tanquã si dicat: Esto mea culpa est, quia isti clamant; nunquid mea culpa est, quia tot milia annorũ hoc futurum propheta prædixit. Infantes aũt & lactentes nec intelligere aliquem, nec laudare possunt. Dicunt ergo infantes, nõ ætate, sed simplicitate cordis; lactẽtes autem, quoniam quasi lactis suauitate, ita mirabilium delectatione excitati clamabant. Lac. n. dicitur opus miraculorum, quia miracula nullum laborem vidẽtibus ponunt, sed videntes admiratione delectant & ad fidem molliter inuitant. Panis ãt est doctrina perfectæ iustitiæ, quam accipere nõ possunt nisi exercitati sensus circa res spirituales. Chry. in ho. Hoc autem & typus Gentiũ erat, & Apostolis nõ parua consolatio. vt enim non augustarẽtur qualiter idiotæ existẽtes possent prędicare, præuenientes pueri eorum eiecerunt timorem: quoniam. s. dabit eis sermonẽ qui hos fecit laudem cantare. Hoc etiam miraculũ significat ꝙ Christus conditor erat naturę, quia pueri significatiua loquebantur & prophetis consona, uiri aũt insipientia & insania plena.

*Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit * Mane aũt reuertens in ciuitatem esuriit. Et uidens fici arborem unam secus uiam, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi, Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea. Et uidentes discipuli mirati sunt, dicentes, Quomodo cõtinuò aruit? Respondens autẽ Iesus ait eis. Amen dico uobis si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, nõ solũ de ficulnea facietis sed & si monti huic dixeritis, * tolle & iactate in mare fiet. Et omnia quæcunq; petieritis in oratione credẽtes, accipietis.*

*Et docebat eos de regno Dei

*Tollere & iactare

Chrys. super Mat. Malũ hominẽ melius locũ dãdo põt aliquis uincere, quam rñdendo. quia malitia nõ instruit sermonibus, sed excitat: & ideo dñs recedendo cõpescere studuit, quos rñdendo non cõpescuit: uñ dr̃, Et relictis &c. Hie. Hinc ãt intelligẽdũ est ꝙ dñs tantæ fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus sit, ut in urbe maxima nullũ hospitẽ, nullam inuenerit mãsionẽ, sed in uico paruulo, apud Lazarũ, sororesq; eius habitaret: eorũ quippe uiculus Bethania est. uñ sequit, ibiq; mãsit. Chry. sup. Mat Vt. s. ibi maneret corporaliter ubi spiritualiter repausabat, nam sanctorũ uirorũ est, ꝙ non gaudent ubi epulæ largę sunt, sed ubi sanctitas floret. Hie. Discussis ãt noctis tenebris, cũ in ciuitatẽ reuerteret dominus, esuriit. unde sequitur, Mane ãt reuer. in ciui. esu. ueritatem. s. humanæ carnis ostendens. Chry. sup. Matth. Quando enim concessit carni quod proprium erat pati, tunc demõstrat eius passionem. Raba. Nota autẽ maiorem studiosi operatoris affectum, dũ dicitur mane reuertisse in ciuitatem ut prędicaret, & ut aliquos Deo patri acquireret. Hiero. Dominus autem passurus in populis & baiulaturus scandalũ crucis, uoluit discipulorum animos signi anticipatione firmare. unde sequitur, Et ui. fici arborẽ &c. Chry. in hom. Non pp hoc ueniebat quia

quia esuriebat, sed propter discipulos, qa enim vbique benefaciebat, nullum auté puniebat, oportebat & punituris eius virtutis demonstrationé tribuere. Noluit át in hominibus hoc ostédere, sed in planta. Hil Et in hoc quidem bonitatis dominicæ argumentum reperimus. Nã vbi afferre voluit procurateę per se salutis exéplũ virtutis suę potestaté in humanis corporibus exercuit, spem futurorum, & animæ salutem curis præsentium ægritudinũ cõmendans, nunc verò vbi in contumaces formã seueritatis cõstituebat, futuri spé damno arboris indicauit. vnde sequitur, Et ait illi: Nũquã ex te fruc. nasca. in sempi. Hier. Vel in seculũ, vtrũque. n. vno modo græcus sermo significat. Chr. in ho. Suspicionis autem discipulorum erat existimare pp hoc eam esse maledictam, quia nõ habebat fructum, cur igitur maledicta est? discipulorum gratia, vt discant qm̃ poterat necare eos qui crucifixerũt eum, vnde sequitur, Et arefacta est cóti. ficul. Ideo át non in alia planta, sed in omnium humidissima miraculũ hoc fecit, vt & hinc maius hoc miraculum appareat. Cum át in plantis vel in brutis fit aliquid tale; non queras qualiter iustè siccata est ficus, si tempus non erat? hoc. n. quærere, est vltimæ dementiæ, quia. s. in talibus non inuenitur culpa & pœna, sed miraculum inspice, & admirare miraculi factorem. vnde sequitur, Et viden. discipuli, &c. Glos. Nõ facit creator iniuriam possidenti, sed creatura suo arbitrio ad utilitaté aliorũ mutatur. Chry. in ho. Et vt discas qm̃ pp eos hoc factum est, scilicet ut ad confitendum eos erigat, audi quid deinceps dicat. Sequitur. n. Respon. autem Iesus ait illis, Amen dico, &c. Hier. Latrant contra vos gentilium canes, asserentes Apostolos nõ habuisse fidé, quia montes transferre non potuerunt. Quibus respondemus multa facta esse signa a domino, quæ scripta non sunt, igitur & hæc credimus fecisse Apostolos, sed ideo scripta non esse, ne fidelibus contradicendi maior daretur occasio alioquin interrogemus eos, vtrum credát his signis quę scripta narrãtur, an non? & cum incredulos viderimus, consequenter probabimus nec maiorib⁹ eos credituros

Mysterium arboris.

fuisse, qui minorib. nõ crediderũt. Chry. in hom. Hoc aũt qđ dñs dicit orationem ascribit & fidei, vnde iterũ dicit, Et oia quæcunq; petie. &c. Orig. Discipuli enim Christi nihil eorum quæ non oportet, petũt, & quasi credétes magistro nihil aliud petunt nisi magna & cęlestia. Hila. Quotiescunq; át petétes non exaudimur, ideo fit, quia vel contra auxilium nostræ salutis p etimus, vel quia eorum pro quib. petimus, peruersitas ut non impetremus obsistit, uel in futurũ petitionis nostræ differtur effectus, vt desideria crescant & perfectius capiant gaudia quæ requirunt. Aug. de quæ. euan. Considerandum át miratos esse discipulos de hoc ꝙ arbor arderat, & eis dominum respondisse, qđ dictũ est de fide; non ipso secundo die, quo maledixit arbori, sed tertio die Marcus dicit. Ipso quippe die secundo commemorauit Marcus de templo eiectos vendentes, qđ primo die factũ prætermiserat; ipso ergo secundo die dicit facta vespera egressum de ciuitate: & cum mane transirent vidisse discipulos mane factã ficum aridã. Matthæus át sic loquitur tanquam secũdo die hoc totũ sit factũ; vnde intelligitur ꝙ cũ Matthæus dixisset arefacta est, continuò ficulnea, prætermissis cęteris ad secundũ diem pertinentibus adiunxit statim. Et videntes discipuli admirati sunt, ita tñ ꝙ alio die videris dñs ficulneam, & alio die discipuli admirati sunt, intelligitur. n. nõ tunc aruisse, qñ viderunt arefactam, sed cõtinuò qñ maledicta est; non enim arescentem, sed penitus arefactam viderunt, ac si eã continuo in verbo domini aruisse intellexerunt. Orig. Mysticè autem relinquens dominus principes & scribas, factus est extra Hierusalem terrenam, quæ ideo cecidit. Venit autem in Bethaniam ad domum obedientię, id est Ecclesiam, vbi cũ requieuisset post principium constituendi Ecclesiam, reuertitur in ciuitaté quã paulo ante reliquerat, & reuertens esurijt. Chry. sup. Mat. Si autem quasi homo esurisset cibum carnalem, nunquam mane esurisset, qui aliorum esurit salutem. Hie. Arboré autéquam vidit in via, intelligimus synagogam, quę iuxta vitã erat, qa legem habebat, nõ tamen credebat in viã

id est

id est in Christum. Hila. Quæ ficus arbori cóparatur, quia credentes primi ex Israel Apostoli crasso modo, cæteros resurrectionis gloria & tpe anteibunt. Chry. su. Mat. Ficus ét propter multitudinem granorum sub uno cortice, est quasi congregatio multorum fidelium. Nihil át inuenit in ea nisi folia tantū, i. traditiones pharisaicas, iactationem legis absq; fructib. veritatis: Orig. Et qm̄ arbor illa erat figuraliter animam habens, quasi audienti dicit, Nunquã ex te fructus nascatur in sempiternum, ideo infructuosa est synagoga Iudæorum: & hoc erit vsq; ad consummationem seculi, donec intrauerit Gentium multitudo, & aruit ficulnea adhuc peregrinante, in hac vita Christo, & videntes discipuli oculis spiritualibus mysterium fidei siccare, mirati sunt: sed & discipuli Christi fideles & non hæsitantes, relinquétes eam, siccã faciunt cū vitalis virtus trãsierit ab eis ad gentes, sed & a singulis qui adducuntur ad fidem, tollitur mons ille satanas & mittitur in mare. i. in abyssum.

Allegorica expositio. Chry. sup. Mat. Vel in mare. i. in istū mundum vbi sunt aquæ salsę, id est populi iniqui. Rab. Exclusionem. n. suam ab electis amplius sæuiédo vindicat in reprobis. Augu. de quæ. euan. Vel hoc sibi seruus Dei dicere dét de monte superbiæ vt eam a se repellat, vel quia per eos Euangeliū prędicatū est, ipse dñs qui mós appellatus est a Iudæis, in Gentes tanquã in mare iacit. Ori. Omni ét qui obedit verbo Dei Bethania est, & requiescit Chrus in eo, malos q dé & peccatores relinquit, qñ auté fuerit apud iustos, fit & apud alios post illos, & cum illis, non. n. dr ꝙ relinquens Bethaniam venit in ciuitatem. Esurit át semper dñs in iustis, volens manducare fructū Spūs sancti in eis, qui sunt Charitas, Gaudium, & Pax. Erat át secus viam hæc ficus, quæ folia tantū habuit sine fructu. Chry. su. Mat. Id est iuxta mundum. Si. n. homo iuxta mundū vixerit, non potest in se fructum iustitiæ tenere. Orig. Si autem venerit dominus in tentationibus fructum requirens, & inuentus fuerit aliquis nihil iustitiæ habens, nisi professioné tantummodo fidei, quod est folia sine fructus mox exsiccatur, hoc ipsum etiam ꝙ videtur fidelis amittens, sed & vnusquisque discipulorum ficum arescere facit, manifestum faciens eum esse vacuum a Christo, sicut Petrus dixit ad Simonem: Cor tuum non est rectum coram Deo. Melius est enim vt falacem ficum quæ viuere æstimatur, nõ autem fructificat, siccari verbis discipulorū Christi & fieri manifestam, quàm vt furetur per figmentum innocentium corda. Est autem & in vno quoque infideli mós secundum mẽsuram infidelitatis suæ, qui verbis discipulorum Christi tollitur.

Et cum venisset in téplum, accesserunt ad eū docentem, principes sacerdotū et seniores populi dicentes, In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatē. Respōdens Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum sermonē, quē si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. Baptismo Ioannes unde erat? é cęlo, an ex hominis. At illi cogitabant inter se, dicentes, Si dixerimus è cœlo, dicet nobis, quare ergo nõ credidistis illi. Si át dixerimus ex hominib. timemus turbam. Omnis. n. habebant Ioannem sicut prophetam. Et respondentes Iesu, dixerūt, Nescimus. Ait illis & ipse, Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.* *habẽt.

Chry. Quia viderant sacerdotes Christū cum magna gloria introeuntem in téplū inuidia torquebantur. Itaq; non sufferentes in pectore suæ inuidiæ stimulantis ardoré, prorumpunt in vocem. unde sequitur, Et cum ve. in templum, &c. Chry. in ho. Quia enim signis detrahere non habebant, ex his quæ inhibebantur in téplo védere, efferunt reprehensionem. ac si dicerent: Nunquid magistralem suscepisti thronum? Sacerdos consecratus es, qm̄ tãtam demonstrasti potestatem? Chrys. super Mat. Per hoc autem ꝙ subdunt, Et qs de. tibi hanc potestatem? Ostendunt multa esse personas, quæ dant hominibus potestatem, siue corporalem, siue etiam spiritualé, quasi dicerent, De sacerdotali familia genitus non es, Senatus tibi hoc non cócessit, Cæsar non donauit. Si autem credidissent quia omnis potestas ex Deo est, nunquã interrogassent, quis tibi dedit hãc potestatem? Omnis. n. homo secundum se æstimat alterum, fornicarius neminem ęstimat castum, castus non facilè de fornicario suspiciatur, sic qui nó est a Deo sacer- Omnis potestas à Deo.

cer-

cerdos, nullius sacerdotiú putat ex Deo. Hie. Vel his uerbis eádē, quā supra calumniā struūt, quādo dixerūt, In Beelzebub principe demoniorū eijcit dęmonia. Quādo.n.dicūt, in qua potestate hęc facis? dubitāt de Dei potestate & subintelligi uolūt diaboli esse quod faciat. Addētes quoque. Quis tibi dedit hāc potestatē? manifestissime Dei filiū negāt, quē durāt nō suis, sed alienis uiribus signa facere. Poterat āt dūs aperte responsione tantorum calumniam confutare, sed prudenter interrogauit, ut suo ipsi uel silentio, uel scīa cōdemnarentur. unde sequitur, respondens Iesus dixit eis, Interrogabo, &c. Chry. super Mat. Non quidem ut respondētes audiāt, sed ut impediti non interrogent, quia ipse pręceperat; Nolite sanctum dare canibus. Deinde ēt si dixisset, nihil proficeret, quia non potest sentire quę lucis sunt tenebrosa uoluptas. Interrogantem enim oportet dicere, tentantem autē rōtionali percussione confundere, non autem ei uirtutem mysterii publicare. Dominus ergo simplici interrogationi laqueum ponit in sua interrogatione, & quia eū uitare non poterant, subdit, Quem si dixeritis mihi, &c. Est āt iterrogatio talis; Baptismus Io. unde erat, è cœlo, an ex hominibus? Aug. super Io. Accepit quidem Ioānes, ut baptizare posset, ab eo quē postmodum baptizauit: baptismus autem quem accepit, baptismus Ioannis hic dicitur. solus tales donum accepit. nullus ante ipsum iustorū, nullus post ipsum accepit baptismum, qui baptismus diceretur ipsius. Venit enim Ioannes baptizare in aqua pœnitentię, uiam domino pręparando, non autem interius mundando: quod purus homo non potest. Hie. Ipsi āt sacerdotes quid in sua malitia pertractauerint, ostenditur: cum subditur. At illi cogitabant inter se. Si.n. respondissent baptisma Ioānis esse de cælo, cōsequens erat responsio: quare ergo non estis baptizati à Ioanne? Si āt dicere uoluissent humana deceptione compositum, & nihil habere diuinum: seditionē populi formidabant. Omnes.n. congregatę multitudines Ioannis receperant baptisma, & sic habebant eū ut prophetam. Rñdit itaq; impiissima fictio, & humilitatis uerbo, quo nescire se diceret, uersa est ad insidias cooperiendas. unde sequitur, Et rñdentes Iesu, dixerunt, nescimus. Im eo q̄ nescire se rñderant, mentiti sunt. cōsequens ergo erat iuxta respōsionē eorū dñm quoq; dicere; Nec ego scio, sed mentiri veritas nō pōt. Sequitur n. Ait illis & ipse; Nec ego dico, &c. Ex quo ostēdit & illos scire, sed respondisse nolle; & se nosse, & ideo non dicere, quia illi q̄d sciant, taceant. Orig. Sed dicet aliquis cōtra hoc; quia ridiculū erat interrogare in qua potestate hęc faceret Iesus: nec n. poterat fieri vt responderet, qui in potestate diaboli faceret, sed necipse respōderet quod erat verū, q̄m in potestate propria facit: Si quis āt dicat, q̄m interrogabant principes vt illum terrerēt: vt puta si facit aliquis quod nobis nō placet in nostris, dicimus ei; quis te iussit hoc facere? eum terrentes ut recedat ab actu; sed quid est q̄ & Christus ita respondit? Dicite mihi vos hoc & ego vobis dicā in qua potestatę hæc facio: forte ergo sic intelligitur hic locus. Generaliter quidē sunt duæ potestates diuersæ: vna ex parte Dei, altera ex parte diaboli. Specialiter āt sunt plures. Non.n. vna potestas oibus p̄phetis facientib. signa cooperabatur; sed alia istis, alia illis, & ad res forsitan inferiores inferior, ad res autem eminentiores eminentior. Principes autem sacerdotū videbant Iesum multa p̄digia facientē; & ideo potestatis sibi cooperantis speciem & proprietatem volebant audire à Christo. Alij quidem qui signa fecerunt in primis quidē in ista potestate fecerunt; proficientes āt in alia potestate maiori, tñ Saluator vniuersa fecit in vna potestate, quā accepit à patre. Quoniam āt non erant digni talia audire mysteria, propterea non dat eis rñsum, sed è contra interrogat. Raba. Ob duas enim causas scientia veritatis est occultanda quærentibus; cū scilicet is qui quærit aut minus capax est ad intelligendum; aut odio vel contemptu veritatis indignus est cui debeat aperiri quod quærit. Duæ diuersæ potestates.

*Quid autē nobis uidetur? Homo quidē habebat duos filios, & accedēs ad primū dixit Fili, uade hodie operari in * uineam meam. Ille autem respondens, ait; Nolo. Postea autem pœniten* * Vinea mea.

*tia motus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait; Eo domine. Et non iuit. Qui ex duobus fecit uoluntatem patris? Dicunt ei; Primus. Dicit illis Iesus, Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in * regno Dei. Venit enim ad uos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei. Vos autem uidentes, nec pænitentiam habuistis postea, ut * crederitis ei.*

*Regnũ

* &

Hier. Post præmissam infert dñs parabolã, qua & illos impietatis arguat, & ad gẽtes regnũ Dei doceat trãsferendum; dicẽs. Quid aũt vobis vr. Chrys. super Mat. Quos reos ꝑponit in causa, ipsos & iudices petit: vt a nullo mereãtur solui, q̃ seipsos cõdẽnãt. Magna est fiducia iustitiæ, vbi aduersario ipsius causa cõmittitur. In parabolis ergo figurat ꝑsonas eorũ, vt nõ intelligãt quõ ipsi aduersus se sniam dicerent. sequitur.n. Homo quidã, &c. Quis ille nisi Deus, qui oẽs hoĩes creauit? qui cũ sit natura dñs, tñ vult magis diligi quasi pr̃, quam timeri vt dñs. Maior filius Gentiũ populus erat, minor uero populus Iudæorũ: qm̃ gentes quidẽ erant ex tẽpore Noe. Sequitur, Et ac.ad primũ dixit: Fili, &c. Hodie.i. tpe seculi huius, locutus est aũt nõ in facie, vt homo, sed in corde ut Deus, sensib. ingerẽs intellectũ. Operari ãt in vinea, est iustitia facere: nescio aũt si totã quis hoĩum sufficiat operari. Hier. Primõ ergo dr̃ Gentiliũ populo ꝑ naturalis legis notitiã: Vade, & operare in vineam meã, hoc est, quod tibi nõ uis fieri, alteri ne feceris. qui superbas respõdit; vnde sequitur, Ille ãt respõdẽs, ait: Nolo. Chry. sup. Mat. Gentes.n. à principio relinquentes Deũ & iustitiã eius, & trãseuntes ad idola & peccata, in cogitationibus suis respõdere vñr: Nolum⁹ facere Dei iustitiã. Hier Postea verò in aduentu Saluatoris, Gentiũ populus acta pœnitẽtia operatus est in vinea Dei, & sermonis cõtumaciã labore correxit; & hoc est qđ dr̃, Postea pœnitẽtia motus, abijt. Sequitur, Accedẽs aũt ad alterum dixit similiter. At ille respon. ait, Eo dñe. Secundus.n. filius, populus Iudæorũ est, qui respõdit Moysi Oĩa q̃cunq; dixerit nobis dñs, faciem⁹. Chry. sup. Mat. Sed postea auersi, mentiti sunt Deo secundũ illud. Filij alieni mẽtiti sunt mihi; & hoc est, qđ dr̃, Et non iuit. Interrogat ergò dñs cõsequenter, Quis ex duobus fecit volũtatẽ patris? Dicunt ei, Primus. Vide quõ aduersus se protulerũt sententiã, dicentes, Priorem filium uoluntatem patris fecisse, idest populum Gẽtiũ, quia melius est nõ ꝑmittere Deo iustitiã & facere, quam ꝑmittere & mẽtiri. Ori. Vnde potest considerari dñm esse locutũ in parabola ista ad eos, qui modicũ aut nihil promittunt, operib⁹ autem ostẽdũt; & cõtra eos qui magna promittunt, nihil aũt secundum promissionẽ suam agunt. Hier. Secundum est aũt in ueris exemplaribus non haberi nouissimum, sed primũ, vt proprio iudicio cõdemnent. Si autem nouissimum voluerimus legere, ut quidã habẽt, manifesta est interpretatio, vt dicamus intelligere quidẽ iudæos veritatem, sed tergiuersari & nolle dicere quid sentiũt; sicut & baptismum Ioãnis sciẽtes esse de cœlo, dicere noluerunt. Chry. super Mat. Eorum aũt iudicium dñs abundãter confirmat. Vnde sequit: Dixit illis Iesus; Amẽ dico vobis, q̃a publicani & meretrices ꝑcedent uos in regno Dei. ac si dicat, Nõ solum populus Gentiũ melior est uobis, sed etiã publicani & meretrices. Rab. Potest aũt regnum Dei euãgelium uel ecclesia præsens intelligi, in quo Gentes Iudæos præcedunt, quia citius credere uoluerunt. Orig. Per hoc aũt non excluditur quin Iudæi aliquando intrant in regnum Dei, sed cum plenitudo Gẽtium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. Chr. sup. Mat. Puto ãt q̃ ex ꝑsona omnium uirorũ peccatorum publicani ponũtur, & ex ꝑsona omnium mulierũ peccatricum meretrices; quia auaritia ꝑcipuè in uiris abundat, fornicatio aũt in mulieribus. Mulier enim in quiete sedet inclusa; fornicatio autem maximè ex otio nascitur; uir aũt quoniam in actibus rerum diuersarũ est assiduè, in auaritiæ peccatum facilè incurrit, in fornicationem autem nõ facilè, nisi multum sit lasciuus: nã occupatio virilium sollicitudinum, uoluptatem plerũq; excludit; vnde propriũ est hoc adolescẽtium nihil agentium. Cõsequenter exponit causam eius quod dixerat, dicẽs; venit

enim

enim Ioannes ad vos in via iustitiæ, & nō credidistis ei. Rab. Viam iustitiæ Ioannes prędicans venit, quia Christū, qui cōsummatio legis est, digito monstrauit. Chry. sup. Mat. Vel venit in via iustitiæ sic manifestè, vt conuersatio eius venerabilis peccatorum corda cōcuteret. vnde sequitur: Publicani autē & meretrices crediderunt ei. Considera quomodo cōuersatio bona prædicatoris, prædicationi præstet virtutem. vt etiā indomita domet corda, sequitur: Vos autem videntes nec pœnitentiā habuistis postea vt crederitis eis. ac si diceret: Illi fecerunt, quod maius est credēdo. Illi autem neq; pœnitētiā fecerunt quod minus est. In hac autem expositione, quā secundum multorū expositionē tractauimus, aliquid mihi videt esse contrariū. Si n. duo filij, Iudæi & Gentes intelligendi sunt, postq̄ sacerdotes interrogati responderūt priorē filiū patris voluntatē fecisse, cōcludēs Christus parabolā, sic debuit dicere. Amē dico vobis, quia Gentes præcedēt vos in regnū Dei. Nūc āt dicit, quia publicani & meretrices præcedēt vos in regnū Dei, qđ magis populariū hominum ostēdit cōditionē, q̄ Gentiū, nisi forte intelligamus, vt prius dictū est: Intātū Gentiū populus magis placet Deo quā vos, vt & publicani & meretrices sint acceptabiliores Deo quā vos. Hier. Vn aliq, putāt nō Gentium & Iudæorum esse parabolam, sed simpliciter peccatorum & iustorum, eo q̄ illi quidē per mala opera Deo seruire negauerāt, postea pœnitētiæ baptismum acceperint à Ioāne: Pharisæi autem qui iustitiam præferebant, & legem Dei se facere iactabant, Ioānes contempto baptismate, eius præcepta non fecerunt. Chry. sup. Matth. Hoc autem ideo introducit, quia sacerdotes nō discendi causā, sed tētādi interrogauerāt: In qua potestate hoc facis? Multi autem ex populis crediderāt: & ideo introducit parabolam duorum filiorum, ostendens eis per eam, quia meliores sunt populares qui à principio secularem profitentur vitam, quàm sacerdotes, quia à principio profitentur Deo seruire, quia populares quidem aliquādo cōpuncti conuertuntur ad Deum, sacerdotes autem impœnitibiles constituti, nunquam desinūt peccare in Deū. Priori enim filius populus est. Nō enim populus est propter sacerdotes, sed sacerdotes ꝓpter populū.

*Aliā parabolam audite: Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam, & sepē circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim & locauit eā agricolis, et peregre profectus est. Cum āt tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eis, aliū ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime autē misit ad vos filium suum, dicens, verebuntur * illū meum, Agricolæ āt videntes filium, dixerunt inter se: Hic est hæres, venite, occidamus eū, & habebimus hæreditatem eius: Et apprehensum eū eiecerūt extra vineā, & occiderūt. Cū ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiūt illi: Malos male perdet, et vineā suā locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructū temporibus suis. Dicit illis Iesus; Nunquam legistis in scripturis, Lapidē reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti * fructum eius. Et qui ceciderit super lapidem istū, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum.*

* forte.

* fructus

Chry. in ho. Post priorem parabolam, aliam ponit, vt ostendat eorum accusationem esse maiorem, et venia indignam. vnde dicitur: Aliam parabolā au. Homo erat &c. Orige. Homo paterfamilias Deus est, qui dicitur homo in quibusdam parabolis, sicut si pater cum paruulo filio suo loquatur infantilia, vt descēdat ad verba filij sui, & instruat eum. Chry. sup. Mat. Homo autem dicitur nomine, nō natura; similitudine, non veritate: præsciens enim filius, quia propter appellationem humani hominis quasi homo purus fuerit blasphemandus, etiam Deum patrē inuisibilem hominem appellauit, quia angelorū & hominum natura dominus est, beneuolentia pater. Hie. Plantauit autem vineā, de qua Esaias loquitur: Vinea domini Sabaoth, domus Israel est. Sequitur: Et sepē circundedit ei, vel murum vrbis vel angelorū auxilia. Chry. super Matth. Vel per sepem intellige custodiam patrum iustorum

Doctrina moralis.

rum, qui tanquam mutus facti sunt populo Israel. Ori. Vel custodia Dei fuit sepes ipsius, torcular autem locus libationum: de quo sequitur: Et fodit in ea torcular. Hiero. Altare scilicet, aut torcularia illa quorum titulo tres psalmi prænotantur, octauus, octogesimus, octogesimus terti⁹ & martyres Hil. Vel prophetas quasi quędã torcularia aptauit, in quos multi modo quædam vbertas Spiritus sancti feruētis influeret. Chry. super. Mat. Vel torcular est uerbum Dei, quod cruciat hominē contradicente carnis natura. Sequitur: Et ædificauit turrim. Hiero. Id est templũ de quo dicitur per Micheam. Et tu turris nebulosa filiæ Sion. Hil. Vel in turre eminētiã legis extruxit, quæ & in cœlũ ex solo egressu proueheret, & ex qua speculari Christi posset aduētu. Sequit: Et locauit eã agricolis. Chry. super Mat. Quãdo, scilicet per legē constituti sunt sacerdotes & leuitæ, & procurationē regēdi populi susceperūt. Sicut ãt colonus, quãuis de suo munere obtulerit dño, nõ sic eũ placat, sicut si de uinea eius reddit⁹ ei obtulerit: sic & sacerdos nõ tantũ pp suã iustitiam placet Deo, quomodo si populũ Dei in sanctitate docuerit qm ipsius iustitia una est, populi autē multiplex. Sequitur: Et peręgrè profectus. Hier. Non loci mutatione, nec enim Deus alicubi abesse potest quo complentur omnia, sed abire uidetur a uinea, ut uinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat. Chry. in ho. Vel peregrè profectus est, cum lõganimitatem habuit, non semper eorum peccatis pęnas inducens. Orig. Vel quia dominus qui fuerat cum illis in nube dici, & in columna ignis pernoctem, nequaquam postea similiter apparuit illis. In Esaia ergo Iudaicus populus uinea nominatur, & cõminatio patris familias contra uineam fit. In Euangelio autē uineam non culpatur, sed eius coloni. Sed forte in Euãgelio uinea est regnum Dei, idest doctrina quæ scripturis inserta est sententiæ: uita autem irreprehēsibilis hominum, est uineæ fructus. Litera autem scripturæ est uineæ sepes circũposita ut non uideantur ab his qui foris sunt fructus qui sunt in absconso: profunditas autem eloquiorum Dei, est uineæ torcu-

Allegorica expositio.

lar, in quod qui proferũt de eloquijs Dei infundunt studia sua quasi fructus. Turris autem ædificata, est uerbum de ipso Deo, & de dispensationibus Christi. hãc uineã tradidit colonis, idest populo ante nos, tã sacerdotibus quàm laicis. Et peregrè profectus est ad suam profectionem, dans occasionem colonis: Appropinquat autem tempus fructuum, et secũdum unũquemque, & generaliter populo uniuerso. Primum n. uitæ tempus est secundum infantiam, & tunc nihil uinea ostendit, nisi tantum habens in se uitalem uirtutē: cum autē cœperit posse loqui, tempus est generationis. Quantũ ãt proficit anima pueri, & tantũ uinea, idest uerbũ Dei, & post profectũ, uinea operaĩ fructũ maturũ charitatis & gaudij & pacis et huiusmodi. Sed et populo q acceperunt legē per Moysen tēpus fructũ appropinquat aliquãdo. uñ sequit: Cũ ãt tem. fruc. appro. &c. Raba. Vn tēpus fructuũ posuit non prouentuũ: nullus enim est fructus populi contumacis. Chrys. in ho. Seruos dicit prophetas, qui offerunt quasi sacerdotes domini populi fructus, & obedientiæ ostensionē per opera. Hi autem non solum malitia potiti in non dando fructum, sed etiã in indignando ad eos q uenerũt, & sanguine manus impleuerunt. unde sequitur. Et agri. app. ser. eius, &c. Hiero. Ceciderunt quidem, ut Hieremiam, occiderũt Esaiam, lapidauerunt, ut Nabot, & Zachariam, quē interfecerunt inter tēplum & altare. Chry. super Mat. Per singulos autem gradus malitiæ Dei misericordia addebatur, & per singulos gradus diuinæ misericordiæ malitiæ iudæorũ crescebant, & sic cõtra Dei clementiam, malignitas humana certebãt. unde sequitur. Iterũ mi. alios seruos, &c. Hil. Missi autē plures prioribus, illud tēpus designat, quo post singulorũ prophetarũ prædicationem, plurimus simul numerus prophetantium emissus est. Raban. Vel primi serui qui missi sunt, ipse legifer Moyses intelligit. & Aarõ primus sacerdos Dei, quos cæsos flagello linguæ, uacuos remiserunt: alios autē seruos, prophetarũ chorus intellige. Hil. In filio autem ad ultimum misso, dñi nostri aduentus significatur. Sequitur n. No. autē mi. ad eos

fi. suum

ſi ſuũ Chry.in ho. Quare āt nõ confeſtim miſit? vt ex his q̃ ad alios fecerant, ſeipſos accuſarēt, & fauorē dimittētes, verecundarent pp filiũ aduenientē. vñ ſequitur: Vereb. for. fi. meũ Chry. Hũc āt miſit non quaſi ad obnoxios pœnæ ſententiā baiulantem, ſed pœnitentiæ ueniā: miſit eos confundere, non punire. Hiero. Quod autem dicit, Vereb. for. fi. meum, non de ignorantia uenit. Quid enim neſciat paterfamilias, qui hoc loco Deus intelligetur? ſed ſemper ambigere Deus dicitur, vt libera volũtas homini reſeruetur. Chry. in ho. Vel hoc dicit annuncians quid fieri debebat, quoniam oportebat eos verecũdari: per hoc enim vult oſtēdere peccatum eorum magnũ, & omni excuſatione priuatum. Origenes. Vel illud quod ait: Verebuntur forte filium meũ: videtur impletum illis Iudæis qui intelligentes Chriſtũ crediderunt in eum. Hoc autem quod ſequitur: Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres, venite occidamus eum, in illis impletum eſt qui uidentes Chriſtum, & cognoſcentes filium Dei, nihilominus crucifixerunt eum. Hic re. Interrogamus Arium & Eunomium. Ecce, pater dicitur ignorare. quicquid p patre reſponderint, hoc intelligant de filio, qui ſe dicit ignorare cõſummationis diem. Chry. ſuper Matth. Dicunt autem quidā, quia poſt incarnationem dictus eſt Chriſtus filius ex baptiſmo, ſicut cęteri ſancti, quos ex hoc loco conuincit dominus, vbi dicitur: Mittam filium meum. Quando ergo adhuc cogitabat ad tranſmittendum filium poſt prophetas, iā filius erat. deinde ſi eo modo dicitur filius ſicut omnes ſancti ad quos factum eſt uerbũ Dei; debuit & prophetas dicere filios ſicut & Chriſtum; aut & Chriſtum ſeruũ dicere, ſicut & cæteros prophetas. Hiero. Per hoc autem quod dicũt. Hic eſt hæres; manifeſte dominus probat Iudæorum principes, non per ignorantiam, ſed per inuidiā Dei filium crucifixiſſe. Intellexerũt enim eum eſſe illum, cui pater per prophetam dicit: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuā. Hæreditas quippe filio ſancta eccleſia data eſt; quam non moriēs pater illi reliq̃t, ſed ipſe ſua morte mirabiliter

Arrius & Eunomius cõdemnantur.

acquiſiuit. Chryſo. ſuper Matth. Tamen poſtquam introiuit in templum, & vidētes animalia, quæ ad ſacrificium pertinebant, foras eiecit: tunc præcipuè cogitauerunt eum occidere. vnde dicunt, venite, occidamus eum. Dicebant enim intra ſe: Neceſſe eſt, ut populus per illũ dimittat cõſuetudinem hoſtiarum, quæ ad noſtrũ pertinent lucrum, & acquieſcat offerre ſacrificium iuſtitię, quod ad gloriam pertineat Dei: & ſic iā nõ erit populus iſte poſſeſſio noſtra, ſed Dei. Si autē occiderimus eũ, dũ nõ eſt, qui iuſtitiæ fructum à populo quærat, ſemp durabit cõſuetudo offerendarũ hoſtiarum; & ſic populus iſte erit noſtra poſſeſſio. et hoc eſt qđ ſequitur: Et noſtra erit hæreditas. hæc eſt cognitio cõmunis omniũ ſacerdotũ carnaliũ, qui nõ ſunt ſoliciti quomodo uiuat ſine peccato, ſed aſpiciũt quid in eccleſia offerrat; & hoc ęſtimāt ſacerdotij ſui lucrum. Rabanus. Vel hæreditatem occiſo eo præripere moliebantur Iudæi, cum fidem quę per eum eſt, extinguere, & ſuam magis, quæ ex lege eſt iuſtitiam præferre, ac Gētibus imbuendis conabantur inferre. Sequitur: Et apprehenſum eum eiecerunt extra uineam, & occiderunt. Hilar. Chriſtus enim extra Hieruſalem tanquam extra uineam in ſentētiam damnationis abiectus eſt. Origenes. Vel quod dicit, eiecerunt extra uineam; tale mihi uidetur; Quantum ad ſe, alienum eum eſſe iudicauerunt à uinea et colonis. Sequitur: Cum ergo uene. domi. uineę, quid faciet agricolis illis? Hierony. Interrogat quidem eos dominus, non quòd ignoret quid reſponſuri ſint, ſed ut propria reſponſione damnentur. Sequitur: Aiunt illi, Malos malè perdet &c. Chry. ſuper Matth. Quod autem uerum reſponderunt, nõ eſt illorum, qui iuſte iudicauerũt, ſed ipſius cauſę: ueritas enim ipſis uiolentiam fecit. Origenes. Sicut enim Caiphas, ſic & iſti non ex ſe prophetauerunt cõtra ſe, quoniam tollenda ab eis erant eloquia Dei, & danda Gentibus, fructum in tempore daturis; uel dominus, quem occiderunt, ſtatim uenit reſurgens à mortuis; & malos quidem colonos malè perdidit; alijs autem colonis, ideſt Apoſtolos uineam ſuā cõſi

Interrogatio domini.

gnauit, ideſt eis q ex Iudaico populo crediderunt, Aug.de con.euan. Marcus auté hoc ab ipſis non reſponſum eſſe cõmemorat, ſed dominum conſequenter locutũ, poſt interrogationem ſuã ipſum ſibi quodammodo reſpõdiſſe. Sed facilè poteſt intelligi, vel illorum vocem ita ſubiectam, vt non interponeretur: illi reſponderunt: ſed tamen intelligeretur. aut ideo reſponſionem illam domino potius attributam, quia cum verum dixerunt, etiam de illis hoc ipſe reſpõdit qui veritas eſt. Chry.in ho. Vel nõ eſt cõtradictionis, etenim vtraque facta ſunt: qa ſcilicet, & ipſi primo hoc reſponderunt, & poſtea dñs intrauit. Aug.de con.euan. Sed illud magis mouet q Lucas nõ ſolũ eos hoc reſpõdiſſe nõ dicit, verũ ẽt contrariã retuliſſe reſpõſioné. Ita.n narat: Quo audito, ſcilicet hac ſententia ex ore dñi ꝓlata, dixerũt: Abſit. Reſtat ergo vt intelligamus in plebe, quę audiebat, quoſdã reſpõdiſſe quod Matthæus commemorat, quoſdam vero illud quod Lucas dicit, ideſt abſit. Nec moueat q Matthæus principes ſacerdotum & ſeniores populi dixit acceſſiſſe ad dominum, et ſic ſine interpoſitione alicuius pſonę ſermo cõtexitur, vſque ad hoc quod de locata agricolis vinea cõmemoratur. Poteſt enim putari omnia hæc cum principibus ſacerdotum locutum fuiſſe, ſed Matthęus breuitatis cauſa tacuit, quod Lucas nõ tacuit, parabolam ſcilicet iſtam non ad eos ſolos dictã, qui de poteſtate interrogauerant, ſed ad plebem, in qua erant qui dicerẽt, perdet illos, & vineam ſuã dabit alijs; quæ vox recte etiam ipſius domini fuiſſe intelligitur, ſiue propter veritatem, ſiue propter membrorum eius cum ſuo capite vnitatem. Erant etiam qui talia reſpondẽtibus dicerent: Abſit. quia intelligebant contra ſeipſos parabolã eſſe dictã. Chry. ſuper Matth. Vel aliter: Lucas quidem ſecundum reſponſionem eorum narrauit, Matthæus ſecũdum reſpõſionem cordis. Nam vere viſibiliter quidem in facie contradixerunt, dicentes: Abſit. In conſcientia autem ſuſceperunt, dicẽtes. Malos malè perdet. Sicut cum homo deprehenſus fuerit in malo: verbis quidem excuſat, intus autem eius conſcientia recognoſcit.

Concordia euangeliorũ.

Chry. in home. Vel aliter: Dominus propter hoc eis parabolam propoſuit, vt ipſi non intelligentes contra ſe ſententiã proferrent: ſicut & ad Dauid factum eſt per Nathan. ruſus autem intelligentes quæ dicta ſunt contra ſe eſſe, dixerunt: Abſit. Raban. Moraliter autem cuique vinea locatur colenda, cum baptiſmi myſterium datur, quod operando exerceat. Mittitur ſeruus unus, alter, & tertius: cũ lex, pſalmus, prophetia legitur; ad quorum monita bene operetur. Sed miſſus cædit̃ & eijcit̃, cũ ſermo contemnitur, uel quod peius eſt, blaſphemat̃. Hæredẽ quantũ ad ſe occidit, q filiũ Dei cõculcauerit, & ſpiritui gratiæ contumeliã fecerit. Perdito malo cultore uinea alij dat̃, cũ donũ gratię qđ ſuperbus ſpreuerit, humilis accipit. Chry. ſup. Mat. Deinde quaſi nõ acquieſcẽtibus illis, teſtimoniũ ſcripturæ inducit. Sequit̃.n. dicit illis Ieſus, Nunquam legiſtis in ſcripturis. Lapidem quem reprobauerũt, ideſt ſi parabolam meam nõ intelligitis, uel iſtam ſcripturam cognoſcatis. Hiero. Varijs autem parabolis res eædem contexuntur. quos enim ſupra operarios et agricolas appellarat, nunc ædificatores, ideſt cementarios uocat. Chry. in ho. Lapidem autem, Chriſtum uocat. Aedificatores autem doctores Iudæorum, qui Chriſtum reprobauerunt, dicentes: Hic nõ eſt à Deo. Raban. Sed illis nolentibus ideo lapis caput anguli firmauit, qa de utroque populo quotquot ipſe uoluit, ſua fide cõiũxit. unde ſequitur. Hic factus eſt in caput anguli. Hilari. Eſt enim caput anguli factus: quia eſt inter legem & Gentes iateris utriuſque cõiunctio. Chry. in ho. Deinde ut diſcant, quoniam nihil eorum quæ fiebant, Deo cõtrarium erat, ſubdit; à domino factum eſt. Origen. Ideſt, iſte lapis, donum eſt donatum à Deo ædificio uniuerſo; & admirabile caput in oculis noſtris, qui poſſumus eum uidere oculis mentis. Chry. ſuper Matth. Quaſi diceret: Quare nõ intelligitis in cuiꝰ ædificij angulo ponendus eſt ille lapis, non in ueſtro, quando reprobatus eſt, ſed in alio? Si autem aliud ædificium eſt futurum, ergo ueſtra ædificatio eſt contemnenda. vnde ſubdit: Ideo dico uobis &c. Origenes. Regnum

Dei

Dei dicit mysteria regni Dei, id est diuinas scripturas, quas tradidit dñs. Primo q̄ dē populo illi priori, cui credita sūt eloq̄a Dei; Secūdo āt Gentib. faciētib. fructum. Nemini.n. datur verbū Dei nisi faciēti fructum de eo; & nemini in quo peccatū regnat, daī regnū Dei. Qūo ergo illis datū est, à quo & ablatū est? Sed considera qūo daī, intelligitur gratis datum Quibus ergo locauit non omnino quasi electis & fidelibus dedit: quibus autem donauit, cū iudicio electionis donauit. Chrys. super Mat. Lapis autem dicitur Christus, non solum propter firmitatē, sed etiam quia est inimicorum magna confractio. vnde seq̄tur: Et qui ceciderit super lapidem illum &c. Hier Qui peccator est, & tamen in illum credit, cadit quidem super lapidem & confringitur, sed non omnino conteritur, reseruatur enim per patientiam ad salutem. Super quem vero ille ceciderit, hic est cui lapis ille irruerit, & qui; Christum penitus negauerit, sic conteret eum, ut nec testa quidem remaneat, ī qua hauriatur aquæ pusillum. Chry. sup. Mat. Aliud est enim cōfringi, & aliud comminui. De eo enim quod confringitur, aliquid remanet, quod autem comminuitur, quasi in puluerem conuertitur. Quod autem cadit ad lapidem, non frangitur secundum quòd est lapidis virtus, sed in quantū fortiter cadit, aut propter pondus suum, aut propter altitudinem casus. sic & Christianus peccans, non tantum perit quantum potest perdere Christus, sed quantū ipse se perdit per opera sua, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinē dignitatis. Infideles autem pereūt tātum, quantum potest eos perdere Christus.

Christ° lapis est.

Chry. in ho. Vel hic duas perditiones eorum ostendit, vnam ab eo, q̄ offenderūt, & scādalizati sunt, quam designat, dicēs. Qui ceciderit super lapidem &c. aliam à captiuitate eis superuentura, quam manifestat, dicens. Super quem uerò ceciderit, &c. Augu. de quæst. Euange. Vel de his dicit qui cadent super eum, qui illum modo contemnūt uel iniurijs afficiunt. Ideo nondum penitus intereunt, sed tamen cōfringuntur, ut non recti ambulent. super quos cadet, dum ueniat desuper in iudicio cū pœna perditionis. Ideo dixit. Conteret eos; ut sint impij tanquā puluis, quē proijcit uentus à facie terræ.

Et cum audissent principes sacerdotū et pharisæi parabolas eius cognouerunt q̄ de ipsis diceret. Et quærentes eū tenere, timuerunt turbas quoniam sicut prophetam eum habebant.

Hier. Quamuis duro corde Iudæi propter incredulitatē essent, tamen intelligebant contra se omnes domini sententias dirigi. unde dicitur. Et cū audissent principes &c. Chry. sup. Mat. Hæc est autem differentia bonorum hominum & malorum. Bonus enim comprehensus in peccato gemit, quia peccauit: malus autem fremit, non quia peccauit, sed quia comprehensus est in peccato, & non solum penitentiam non agit, sed magis aduersus corripientem irascitur. vnde & isti comprehensi magis ad malitiam sunt excitati. Sequitur enim: Et quærentes tenere eum, timuerūt turbas. quoniam sicut prophetam eum habebant. Orige. Sapiunt quidem aliquid de eo quod verū est, prophetam eum æstimantes, non autē magnitudinem eius intelligunt, secundum quòd rat filius Dei. Turbas autem sic sapientes de eo, & paratas pro eo pugnare timent principes. neque enim ad eorum sciētiam pertingere possunt nihil dignum sentientes de eo. Deinde sciendum est, quoniam uolentiū Iesum tenere differentia est. Aliter enim principes & pharisæi quærebāt eum tenere. aliter sponsa quæ dicit. Tenui eum, nec dimittam, adhuc cum tentura melius. sicut dicit. Ascendam ī palmā, & tenebo altitudinem eius. Omnes enim non rectè sapientes de diuinitate, tenere volunt Iesum, & perdere eum. Et alia quidem uerba præter verbum Christi possibile est comprehendere & tenere. Verbum autem ueritatis nemo potest comprehendere, idest intelligere, neque tenere, idest conuincere, nec separare à sensu credētium, neq; mortificare, idest destruere. Chry. super. Mat Omnis etiam homo malus quantū ad uoluntatem suam & manus mittit in Deum, & occidit eū. Qui enim p̄cepta Dei cōculcat, qui murmurat cōtra Deum, & turbato uultu aspicit cęlū, nonne si fieri potuisset manus mitteret in

Iesus qūo tenetur.

Tropologica expositio.

Deum & occideret eũ, vt iam liceat peccaret? Rab. Sed tamen ꝙ timent mittere manum in Iesum propter turbam, quotidie in ecclesia geritur: cum quilibet solo nomine frater, fidei & pacis vnitatẽ quã non diligit, propter bonos cohabitantes vel erubescit impugnare, vel timet.

CAPVT XXII.

ET respõdẽs Iesus dixit iterũ in parabolis eis, dicẽs. Simile factũ est regnũ cęlorũ homini regi q fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, et nolebãt uenire. Iterũ misit alios seruos, dicens. Dicite inuitatis, ecce prãdiũ meũ paraui, tauri mei et altilia occisa sunt, et oĩa parata, uenite ad nuptias. Illi ãt neglexerũt et abierũt, alius in uillã suã, alius uero ad negociationẽ suã. Reliq uero tenuerũt seruos eius, et cõtumelijs affectos occiderunt. Rex ãt cum audisset iratus est & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidem paratę sũt sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarũ, et quoscunque inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui eius ĩ uias, cõgregauerũt oẽs quos inuenerunt, malos et bonos & impletę sunt nuptiæ, discumbentiũ: Intrauit autẽ rex ut uideret discumbentes, et uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali. Et ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens uestẽ nuptiale? At ille obmutuit. Tũc dixit rex ministris. Ligatis manibus et pedib. eius mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dẽtiũ. Multi.n. sunt uocati, pauci uerò electi.

Chry. in ho. Quia dixerat; Dabitur gẽti facienti fructus eius; hic ostendit cui gẽti. vnde dicitur. Et respondens Iesus dixit &c. Glo. Dicit ãt, Respõdẽs .i. obuians prauæ cogitationi eorũ de morte sua. Au. de con. euan. Parabolã ãt istã solus Mat. narrat. simile quidẽ etiã Lucas commemorat, sed non est hoc; sicut ipse ordo indicat. Grego. in hom. Hic de nuptias, præsens ecclesia; illic per cœnam, æternũ & vltimum conuiuium designatur, quia & in hanc nõnulli exituri intrant, ad illud quisquis semel intrauerit vlterius nõ exibit. At si quis forte contendat hanc eandẽ esse lectionẽ: intelligi forsitan põt, quia de profecto eo qui cũ nuptiali veste nõ intrauerat qđ Lucas tacuit. Mat. dixit, ꝙ verò p illũ cęna, p hunc ãt prandiũ dr, nequaquã obsistit, quiã cum ad horã nonã apud antiquos prandium fieret quotidie, ipsum quoq; prandium cęna vocabatur.

Concordia euã.

Orig. Regnum ãt cęlorum simile est secundum eum quidem qui regnat, homini regi, secundum eum autẽ qui conregnat, filio regis, secundum ea vero quæ sunt in regno, regis seruis & inuitatis ad nuptias, inter quos est & exercitus regis. Additum est ãt homini regi, vt hoibus quasi homo loquatur, & dispensat hoies nõ capientes dispensari à Deo. Sed tũc cessabit regnum cœlorum esse simile homini, cũ cessante zelo & contẽtione & cęteris passionibus & peccatis, cessauerimus secũdũ hoiem ambulare, & videbimus eum sicuti est. Nunc.n. videmus eum nõ sicuti est, sed sicut per nostram dispensationem factus fuerit nobis. Grego. in ho. Tunc autẽ Deus pater Deo filio nuptias fecit, quando hunc in vtero virginis humanę naturę coniunxit. Sed quia ex duabus personis fieri solet nuptiarũ coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, vt personã redemptoris nostri ex duabus psonis credamus esse unitã. Ex duabus quippe, atq; in duabus hunc naturis existere dicimus, sed ex duabus personis credere compositum, vt nephas vitamus. Securius ergo dici põt, quia in hoc res pater regi filio nuptias fecit, ꝙ ei per incarnationis mysterium sanctam ecclesiã sociauit. Vterus ãt genitricis virginis, huius sponsi thalamus fuit. Chry. sup. Mat. Vel aliter. Cum resurrectio fuerit facta sanctorum tunc suscipiet hoiem vita, quæ est Christus, mortalitatẽ ei⁹ sua mortalitate absorbẽs. Nũc.n. quasi arras futuri cõiugij Spiritũ sanctũ accipimus, tunc aũt ipsum Christum plenius in nobis habebimus. Orig. Vel cõiunctionẽ spõsi ad sponsam .i. Christi ad animã, verbi susceptionẽ intellige. partus autẽ, opera bona. Hil. Merito autem à patre iã sunt hæ nuptiæ factæ, quia æternitatis huius societas, & noui corporis despõsata con-

Nuptiæ allegorica.

coniunctio, habetur iam perfecta in Christo. Sequitur: Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & noluerunt venire. Chry. sup. Mat. Ergo quando misit seruos suos, iã inuitatis prius erant. Inuitati sunt enim homines à tpe Abrahæ, cui Christi incarnatio promittebatur. Hier. Misit aũt seruum suum. nec dubium qui Moysen, per quem legem inuitatis dedit. Si auté seruos legerimus, vt pleraq; habent exéplaria, ad prophetas referendum est, quia inuitati per eos uenire contempserunt. Sequitur. Iterũ misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis. Serui qui secũdo missi sunt, melius est vt prophetæ intelligent quam Apostoli, ita tñ si seruus supra fuerit scriptus, sin ãt seruos ibidem leges, hic serui secundi sunt intelligendi. Chry. sup. Mat. Quos misit cum eis dixit: In viam Gentiũ ne abieritis, sed potius ite oues perditas domus Israel. Origen. Vel qui primo mittuntur serui vocare inuitatos ad nuptias, habentur prophetæ conuertentes ex populo per suas prophetias ad lætitiam & restitutionem ecclesię ad Christum.

Qui ãt noluerunt venire in primis inuitati, sunt qui noluerunt audire verba prophetarum: Iterum alij transmissi, alia cõgergatio prophetarũ est. Hil. Vel serui primo missi qui inuitatos vocarent Apostoli sunt: qui ãt admonentur vt ueniat inuitati antea, populus Israel est; in gloriam. n. ęternitatis per legem est aduocatus, Apostolorũ ergo erat proprium commonefacere eos quos inuitauerãt prophetæ. Qui uero iterum cũ præceptorum cõditione mittunt Apostolici viri, sunt successores eorũ. Greg. Sed quia hi qui prius inuitati, sunt ad nuptiarum cõuiuiũ venire noluerunt, in secunda inuitatione iam dicitur: Ecce prãdium meum paraui. Hie. Prandiũ paratum & tauri & altilia occisa, uel per metaphoram opes regię describũtur, ut ex carnalibus intelligantur spiritualia; uel certe dogmatũ magnitudo & doctrina Dei lege plenissima sentiri põt. Chry. su Mat. Cum ergo dñs Apostolis dixit. Eũtes prædicate dicẽtes; quia appropinquauit regnum cęlorũ: homo significauit qđ hic dicitur. Prandiũ meũ paraui, i. ex lege & prophetis scripturarũ mensas ornaui. vnde sequitur. Tauri mei &c. Greg. in ho. Per tauros ãt patres veteris testamẽti figurantur, qui ex permissione legis inimicos suos virtutis corporeæ cornu feriebãt. Altilia uero saginata dicimus ab eo. n. quod est alere altilia: quasi altilia, uel quasi alita vocam*. Per altilia ergo patres noui testaméti figurãtur, qui dum gratiã pinguedinis internę dulcedinis percipiunt a terrenis desiderijs sublimia contemplationis suæ penna subleuantur. Dicit ergo: Tauri mei & altilia occisa sunt, ac si dicat: Patrum prædecẽtium mortes aspicite, & remedia uitæ uestræ cogitate. Chr. su. Mat. Vel aliter: Ideo dicit, Et saginata & tauros, nõ quia & tauri nõ fuerint saginati, sed quia nõ oẽs saginati fuerunt tauri: ergo saginata, tantũmodo dicit prophetas, qui fuerunt Spiritu sancto repleti: tauros ãt, qui prophetæ fuerũt, & sacerdotes, sicut Hieremias, & Ezechiel. ut. n. tauri duces sũt gregis, & ita sacerdotes principes sunt populi. Hil. Vel aliter. Tauri gloriosa martyrum species est, qui confessioni Dei tanquã hostia electa sunt immolati. Saginata uero sunt homines, spirituales tanquã cœlesti pane ad euolandũ aues pastæ, cęteros accepti cibi ubertate expleturæ. Gre. Notandũ uero ꝙ in priore inuitatione nil de tauris & altilib. dicitur in secunda ãt iã tauri & altilia mactata memorantur oĩpotens Deus cum uerba eius audire nolumus, ãdiungit exempla, ut oẽ qđ impossibile credimus, tanto nobis ad sperandũ fiat facilius, quanto per hoc trãsisse & alios audimus. Orig. Vel quia prandium qđ paratur, est eloquium Dei, fortia queq; eloquiorum Dei, tauri intelligãtur, suauia uero & delectabilia eorũ, sunt saginata. Si quis n. proferat quędam dicta modica & non firma, & non magnã uirtuté rationis habentia, uidentur macra esse quæ proferuntur. Saginata ãt sunt, cũ ad vnam quanq; propositionẽ exempla multa rationis probatione, repleta inducunt, puta, si aliquis de castitate sermonem loquitur, recte intelligitur turtur. Sed cum ipsum sanctitatis sermonẽ cũ rationis probatione de scripturis repletum protulerit, ita ut delectet & cõfirmet animũ audientis protulit eũ saginatũ. Chry. su. Mat. Qđ autem

Patres ueteres testamẽti figurãtur.

Tropologica uerborum.

auté dicitur, Et omnia parata sunt, intelligitur quia quicquid quęritur ad salutem, iam adimpletum est in scripturis. Qui.n. ignorans est, inuenit ibi quod discat. Qui contumax est, inuenit ibi quod timeat. Qui laborat, inuenit ibi promissa, quibus excitetur ad opus. Glo. Vel omnia parata sunt, introitus regni paratus est per fidem meæ incarnationis, q. ante fuerat clausus. Chry. sup. Mat. Vel omnia parata dicit, q̃ pertinét ad mysterium dominicæ passionis, & nostræ redemptionis. Dicit aūt Venite ad nuptias, non pedibus, sed fide & morib. Sequitur: Illi āt neglexerunt. Quare āt neglexerint manifestat, cum subditur. Et abierunt, alius in villam suam &c. Chry. in ho. Quamuis autem videantur rationabiles occasiones esse; sed hinc discimus etiam si necessaria sunt quæ detinent omnib. tñ prę ponere spiritualia oportet. Mihi autem vr̃ q̃ his occasionibus vsi, negligentiæ velamina proponebāt. Hil. Ambitione enim seculi tanquam villa, homines occupantur; plures vero pp pecuniæ cupiditaté negociationé detinentur. Chr. su. Mat. Vel aliter. Cum labore manuū nostrarum aliquid facimus, puta exercentes agrum vel vineam, aut opus ligni vel ferri, villam colere videmur. Cū āt non labore manuum nostrarum alia lucra seq̃mur totum hoc negociatio appellatur. O miserrimus mūdus, & miseri qui eum sequūtur. Semper mundialia opera homines exclusérunt a vita. Gre. Qui ergo intétus labori terreno, vel mundi actionibus deditus, mysterium incarnationis dominicę pensare, & secundum illud viuere dissimulat; qua ad uillam vel negociū pergés, venire ad regias nuptias recusat, & plerūque (quod est grauius) nónulli vocati gratiam non solum respuunt, sed etiam persequuntur. vnde subditur. Reliqui vero tenuerunt &c. Chry. sup. Mat. Vel per occupationem villę, populares Iudæorū significat, quos mundi delectatio separauit a Christo Per occupationem vero negociationis, sacerdotes cæterosq; ministros templi significauit; quos lucri obtentu venientes ad ministeriū legis & tépli, auaritia separauit a fide; quib. non dicit q̃ malignati sunt, sed neglexerunt: qui.n. odio aut inuidia crucifixerunt Christū, illi malignāti sunt; qui āt negocijs impediti non crediderunt, illi neglexisse dicuntur non malignati. De sua tñ morte dn̄s tacet, quia in priori parabola dixerat, sed ostendit mortem discipulorum suorum, quos post ascésum ipsius occiderunt Iudæi, Stephanum lapidantes, & Iacobū Alphæi occidentes, pp quæ Hierusalé destructa est a Romanis. Et notandū q̃ ira in Deo non proprie, sed translatiue dr̃. Tunc.n. irasci dicitur, qsi vlciscitur. vnde & hic dicitur; Rex aūt cum au. iratus est Hie. Quando inuitabat ad nuptias, & agebat opera clementię, hominis nomen appositum est, nunc autem quando ad ultionem venit, homo siletur, & rex tantum dicitur Orig. Dicāt autem qui peccant in Deum legis & prophetarū & totius creationis, vtrum ille qui & homo dicitur, & iratus proponitur, ipse est pater Christi, q̃ si dixerint hunc ipsum esse, cogendi sunt confiteri, qm̃ multa in eo secūdum passibilem hominū naturā esse dicuntur: non quia ipse passibilis est, sed quia morem gerit passibilis naturę humanum. Et secundum hanc consequentiā suscipere conuenit & iram Dei, & pœnitentiam, & cętera huiusmodi in prophetis. Sequitur: Et missis exer. &c. Hier. Per hos exercitus, Romanos intelligimus sub duce Vespasiano & Tito, qui occisis Iudææ populis præuaricatricem incenderunt ciuitatem. Chry. su. Mat Romanus autem exercitus, dicit exercitus Dei; quia dn̄i est terra, & plenitudo eius, nec etiā venissent Romani Hierusalé nisi eos dn̄s excitasset. Ori. Vel Angelorum agmina, sunt exercitus regis nostri. missus ergo exercitib. extinxisse homicidas dr̃, quia in hominibus oē iudicium per Angelos exercetur. Homicidas ergo perdit, quia persequentes interimit. Ciuitaté eorum igni succédit, q̃a illorū nō solum animæ, sed caro quoque in qua habitauerāt æterna gehennæ flamma cruciātur. Ori. Vel ciuitas impiorum est secundum vnumquodque dogma congregatio eorū, qui conueniunt in sapiētia principū huius seculi; quam succédit rex & exterminat, quasi ex malis ædificationibus consistentem. Gregor. Sed is qui inuitantem se cōtemni conspicit, filij sui nu-

Excusationes variæ.

Allegorica expositio.

ptias vacuas non habebit, quemque enim sermo Dei inuenturus est vbi requiescat. vnde subditur. Tunc ait seruis suis. Orig. Id est Apostolis aut Angelis, qui præpositi erant in vocatione Gentiū. Nuptiæ quidem paratæ sunt. Remig. Id est omne sacramentum humanæ dispensationis iam peractū atq; completū est. Sed q inuitati erant, i. Iudæi, non fuerūt digni; quia Dei iustitiā ignorantes & suam statuere volētes, indignos se indicauerūt æternæ vitæ. Reprobato ergo Iudaico populo, ab has nuptias Gentilis populus est susceptus. vñ sequit: Ite ergo ad exitus viarū &c. Hier. Gētiliū. n. populus nō erat in vijs, sed in exitibus viarum. Remi. Qui sunt errores Gentiliū? Chry. sup. Mat. Vel viæ sunt oēs professiones huius mundi, ut puta philosophię, militiæ, & huiusmodi. Dicit ergo; Ite ad exitus viarū, vt cuiuslibet cōditionis hoīes vocēt ad fidē: Adhuc sicut castitas via est quæ ducit ad Deū, sic fornicatio via est q̄ ducit ad diabolū, & sic de alijs uirtutibus & vitijs. Iubet ergo vt cuiuscunq; conuersationis vel conditionis homines inuitent ad fidē. Hil. Per viam ēt tp̄s seculi intelligēdū est, atq; ideo ad exitus uiarū iubentur ire, quia oīb. retroacta donanē. Greg. Vel aliter. In scripura sacra vias, actiones accipimus: exitus uiarū, intelligimus defectus actionū, quia illi plerunq; facile ad Deū veniunt, quos in terrenis actionib. ꝓspera nulla comitanē. Ori. Vel aliter. Puto hāc primā vocationē fuisse ad nuptias aliquarū ingenuarū animarum. Principaliter. n. Deus vult venire ad epulationē diuini eloquij eos, qui ad intelligendū sunt ingeniosiores: & qm̄ huiusmodi sunt, volunt ad istam vocationē venire, transmittuntur alij serui prouocātes eos, & promittentes ꝙ si venerint, percipient prādiū paratū a rege: Sicut. n. in corporalib. alia est quæ nubit sponsa, alij inuitatores, alij qui inuitātur ad nuptias; sic Deus scit diuersos ordines animarum, earūq; virtutes & causas ob quas hi quidē in constitutione sponsę accipiūtur, alij in ordine seruorum vocātiū, alij in numero inuitatorum ad nuptias. Sed qui principaliter quidē fuerāt inuitati, primos inuitores quasi pauperes sensu neglexerunt, & abierunt sua sequentes: in quibus magis sunt delectati, q̄ in his quæ rex per seruos suos promittebat. sed hi leuiores sunt his qui seruis transmissis iniuriantur, & interficiunt, qui. s. præparatione contentiosorū verborū ausi sunt tenuisse seruos missos, qui non sunt præparati ad soluendas quæstiones eorum versutas, & contumelijs afficiuntur vel interficiuntur ab eis. Sequitur; Et egressi serui eius in vias &c. Orige. Egredientes serui siue de Iudæa & Hierusalem Apostoli Christi, siue ab interioribus Angeli sancti, & venientes ad vias diuersas diuersorum morum congregauerunt quoscunq; inuenerunt. Et non curāt vtrum aliquando ante vocationem mali fuerint, aut boni. bonos autem intelligere hic simpliciter conuenit humiliores & rectiores ex eis qui veniebant ad cultū Dei quibus conueniebat quod Apostolus ait. Cū Gentes quæ legē non habent ea quæ legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex. Hie. Inter ipsos. n. Gentiles infinita est diuersitas, cum alios sciamus esse ꝓcliuiores ad vitia, alios ad honestatem morum virtutibus deditos. Grego. Vel hoc dicit, quia in hac Ecclesia nec mali sine bonis, nec boni sine malis esse possunt: bonus autem nō fuit, qui malos tolerare recusauit. Sequitur. Et impletæ sunt nup. dis. &c. Orig. Nuptię, scilicet Christi & ecclesię sunt impletæ, dū restituti Deo qui ab Apostolis sunt inuenti recubuerunt ad epulandum in nuptijs, sed quoniam bonos & malos oportuit quidē vocari, non autem vt mali permanerent mali, sed vt deponerent uestimenta contraria nuptijs, & inducerēt nuptialia indumenta. s. viscera misericordiæ benignittatis &c. Ideo rex egreditur vt uideat discūbentes, priusquā apponatur eis prandium, ut retineat habentes nuptialia vestimenta, & delectet, condemnetque contrarios. vnde sequitur. Intrauit āt rex vt videret discumbentes. Chry. sup. Mat. Non quia alicubi ipse nō est, sed vbi vult per iudicium aspicere, ibi dicitur pręsens, vbi autem non vult, absens videtur. Dies autem aspectionis, est dies iudicij quādo visitaturus est christianos, qui super mensam scripturarum recumbunt. Origenes. Ingredies autem inuenit quendā qui

Conditiones Gentilium.

nō mutauerat proprios mores. vnde sequitur. Et vidit ibi hoīem non ue. &c. Singulariter dixit, quia vnius sunt generis omnes qui seruant malitiam post fidē quam habuerāt ante fidē. Greg. Quid autem debemus intelligere p nuptialē vestem, nisi charitatē? quia hāc in se dominus habuit, dum ad sociandæ sibi ecclesiæ nuptias ueniret. Intrat ergo ad nuptias, sed sine ueste nuptiali, qui in ecclesia fidē habēt, sed charitatē non hēt. Aug. con Fau. Vel sine ueste nuptiali nuptias adit, qui quærit ibi gloriā, non sponsi, sed suā. Hila. Vel uestis nuptialis est gratia Spiritus sancti, & candor habitus cœlestis, qui bonæ interrogationis cōfessione susceptus, vsq; in cętum regni cœlorum immaculatus & integre est reseruandus. Hier. Vel uestis nuptialis pcepta sunt dñi, & opera q̄ complētur ex lege & euangelio, nouique hominis efficiunt vestimentum, quod qui in die iudicij inuentus fuerit sub nomine christiano non habere, statim corripitur. vnde sequitur, Et ait illi; Amice, quomodo &c. Amicum uocat, quia est inuitatus ad nuptias quasi sit amicus per fidem. Arguit autem imprudentiæ, q̄ veste sordida munditias polluerit nuptiales. Orig. Et qm̄ qui peccat & nō induit dominum Iesum Christum non habet excusationem aliquā, ideo sequitur, At ille obmutuit. Hier. In tēpore.n. illo non erit locus imprudentiæ, nec negandi facultas; cum omnes Angeli & mundus ipse testes sint peccatorum. Greg. Non aūt solū reiectus est à nuptijs qui iniuriā nuptijs fecit, sed adhuc à ministris regis super vincula constitutis ligatus, incessione qua non est vsus ad bonū, & apprehensoria uirtute qua nullū opus ad bonum impleuit, condemnatus est in loco ab omni lumine alieno, qui uocātur tenebræ exteriores. vnde sequit; Tūc rex dixit ministris Ligatis mani. & pedi mitti. in tene. exterio. Grego. Ligantur tunc pedes & manus per districtionem snīæ, qui modo à prauis operibus ligari noluerunt per meliorationem vitæ. vel tunc ligat pœna, quos modo à bonis operibus ligauit culpa. Aug. 11. de trinitate. Prauarum uero atque distortarum uoluntatū implicatio, uinculū est quo alligatur qui hoc agit, vt proijciat in tenebras exteriores. Greg. Interiores āt tenebras, dicimus cœcitatem cordis exteriores vero tenebras, æternā noctę dānationis. Chry. sup. Mat. Vel per hoc designatur differētia tormētorum in peccatorib. Sunt.n. primæ tenebrę exteriores, interiores āt minores & nouissima loci. Sequitur; ibi erit fletus, & stridor dentium. Hieron. In fletu oculorū & stridore dentiū, per methaphoram mēbrorum corporalium magnitudo ostenditur tormētorum. Manus quoq; ligatas & pedes, fletum oculorū & stridorem dentium, ad cōprobandam resurrectionis intellige veritatem. Greg. Vt illic dentes strideant, qui de edacitate gaudebant, illic oculi defleant, qui hic per illicitas concupiscētias versabātur, quatenus singula mēbra supplicio subiaceant; quæ hic singulis quibuscūq; vitijs subiecta seruiebāt. Hię. Et quia in cōuiuio nuptiali non initium, sed finis quæritur: subditur, Multi.n. sunt vo. &c. Hil. In inuitante.n. sine exceptione publicę bonitatis, humanitas est, in inuitatis vero vel uocatis, de iudicio, meritorū pbitatis electio est. Gre. Nōnulli.n. bona nec incipiūt, nōnulli uero in bonis q̄ inceperunt minime persistunt. Tanto ergo sibi vnusquisq; solicitè metuat, quanto ignorat quæ restant. Chr. sup. Mat. Vel aliter: Quotiens Deus tentat ecclesiā suā ingreditur ad eā vt videat discumbentes: & si inuenerit aliquem non habentem vestem nuptialē, interrogat eum vt, quid factus es christianus, si hæc opera negligebas? Talem ergo Christus tradit ministris suis, id est aliquibus magistris seductionis, & ligant manus eius, idest opera, & pedes, idest motus animę, & mittūt eum in tenebras, id est in errores, uel Gentium vel Iudęorū, vel hæresim: propinquiores .n. sunt tenebrę Gentilium, quia ueritatem spernūt quam non audierunt, sed exteriores Iudæorum qui audierūt, sed nō crediderunt, sed magis exteriores hæreticorum, qui audierunt, & didicerunt.

Moraliter intelligēdū.

tenebræ interiores & exteriores quę.

Tropologica expositio.

Tunc abeuntes pharisęi, cōsilium inierūt, vt caperēt eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicētes; Magister scimus qa uerax es, et viā Dei ī ueritate doces, et nō est tibi cura de aliquo. Nō enim respicis psonā hominum

minũ. Dic ergo nobis qd tibi uidet̃? Licet cẽsum dari Cæsari? an nõ? Cognita ãt Iesus nequitia eorũ, ait; Quid me tentatis hypocritæ? Ostẽdite mihi numisma census. At illi obtulerũt ei denariũ. Et ait illis Iesus Cuius est imago hæc, et superscriptio? Dicũt ei; Cæsaris. Tũc ait illis Reddite ergo q̃ sunt Cæsaris Cæsari, & q̃ sunt Dei, Deo Et audientes mirati sunt, et relicto eo abierunt.

Chry. su. Mat. Sicut si aliquis claudere voluerit aquæ currentis meatum, si exclusa fuerit per aliquam violentiam aliunde sibi semitam quærit; sic Iudęorum malignitas ex vna parte confusa, aliũ sibi aditum adinuenit, vnde dicitur. Tunc abeũ. pharisęi &c. Abierunt inquã ad Herodianos. Quale consilium, tales & consiliatores, & ideo sequitur. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes, Magister. scimus quia verax es, & viã Dei &c. Glo. Tanquam ignotis, vt facilius deciperent & per eos illum caperent, cum timẽtes turbam hoc per se non præsumerent facere. Hie. Nuper quidẽ sub Cæsare Augu. Iudæa subiecta Romanis quãdo in toto orbe est celebrata descriptio, stipẽdiaria facta fuerat. Et erat in populo magna seditio dicentibus alijs pro securitate & quiete, quia Romani pro omnibus militarent, debere tributa ꝑsolui. Pharisæis vero, qui sibi applaudebant in iustitia, econtrario nitentibus non debere populũ Dei (qui decimas solueret & primitias daret, & cætera quæ in lege scripta sunt) humanis legibus subiacere. Cæsar ãt Augustus Herodẽ filiũ Antipatris alienigenã & proselytũ, regem Iudæis cõstituerat, qui tributis preesset, & Romano pareret imperio. Mittunt igitur pharisæi discipulos suos cũ Herodianis, idest, militibus Herodis, seu quos illudentes pharisęi) quia Romanis tributa soluebant) Herodianos vocabãt: & non diuino cultui deditos. Chry. in ho. Propter hoc autẽ suos discipulos & Herodis milites simul mittunt vt quodcunque dixerit, reprehendatur, cupiebant. n. magis aduersum Herodianos eũ aliquid dicere. quia. n. eũ detinere timebant, pp turbas, voluerũt ei periculũ immittere, ex hoc ꝙ esset publicis tributis obnoxius. Chry. sup. Mat. Hęc est ãt hypocritarũ prima simulatio, quia laudant quos ꝑdere volũt. Et ideo in laudẽ prorumpũt dicentes Magister, scimus quia verax es. Magistrũ eum vocãt, vt quasi honoratus & laudatus mysteriũ sui cordis simpliciter eis aperiat, tãquã volẽs eos habere discipulos. Glo. Tripliciter ãt cõtingit aliquẽ veritatẽ nõ docere. Primo ex parte ipsius docentis, quia veritatẽ vel non nouit, vel nõ amat, & cõtra hoc dicũt. Scimus quia verax es. Secũdo ex parte cuius timore postposito quidã veritatẽ de Deo quã nouerũt, non purẽ annunciãt, & cõtra hoc dicũt. Et viã Dei in veritate doces. Tertio ex parte proximi, ex cuius timore vel amore aliquis veritatẽ tacet, & ad hoc excludẽdũ dicũt, Et nõ est tibi cura de aliquo, s. hoīe, non. n. respicis personam hoīum. Chry. in ho. Hoc de Herode & Cęsare occulte insinuabãt. Hie. Blãda quidẽ & fraudulẽta interrogatio illuc prouocat rñdentem, vt magis Deum quàm Cęsarẽ timeat. unde dicunt, Dic ergo nobis quid tibi &c. Vt si dicat non debere tributa solui, statim audientes Herodiani, seditionis rerũ contra Romanum principem eum teneãt. Chry. in ho. Quia enim sciebant ꝙ quidam hãc discordiam meditantes occisi erant, uolebant & ipsum per sermones hos in talem suspicionem immittere. Sequitur: Cognita autem Iesus &c. Chriso. super Matth. Nõ secundum sermones eorum pacificos blande respõdit, sed secundum conscientiam eorum crudelem aspera dixit: quia Deus uoluntatibus respondet, nõ uerbis. Hiero. Prima ergo uirtus est respondentis, interrogantium mẽtes cognoscere, & nõ discipulos, sed tẽtatores uocare, hypocrita ergo uocatur qui aliud est, & aliud simulat. Chry. super Matth. Dicit ergo eis, hypocritę, & cõsiderantes eum humanorum cordium cognitorem, quod facere cogitabant perficere non auderent. Vide ergo quod pharisęi blandiebantur ut perderent: sed Iesus eos cõfundebat ut saluaret, quia utilior est homini Deus iratus, quàm homo propitius Hierony. Sapientia enim semper sapienter egit, ut suis potissimum tentatores sermonibus cõfutentur. Et ideo sequitur. Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium, hoc genus nummi est quod pro decem

Hypocritę notantur.

Responsionis modus.

cem nūmis cōmutabatur: & habebat imaginē Cæsaris. vnde sequitur. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & supscriptio? Qui putāt interrogationē Saluatoris ignorantiā esse & nō dispēsationē discāt ex p̄senti loco ꝙ vtiq; poterat scire Iesus, cuius imago esset in numino. Sequit: Dicunt ei, Cæsaris. Cæsarē nō putemus Augustū, sed Tyberiū priuignū eum significari, sub quo & passus est dñs. Oēs āt reges Romani à primo Caio Cæsare, pui imperiū arripuerat: Cæsares appellātur. Sequit. Reddite ergo q̄ sunt Cæsaris, Cæsari. i. nūmum, tributum, & pecuniam. Hil. Si.n. nihil ꝙ Cæsaris est, penes nos resederit: conditione reddendi ei quæ sua sunt, non tenebimur. Porrò āt si rebus illius incumbamus: si iure potestatis suæ vtimur, extra querelam iniuriæ est, reddere Cæsari quod est. Chryso. Tu āt cum audieris; Redde quæ sunt Cæsaris Cæsari, illa scito eum dicere solùm, quæ in nullos pietati nocēt; quia si aliquid tale fuerit, non adhuc Cæsaris est sed diaboli tributum. Deinde vt nō dicāt; qm̄ hominibus non subijcis, subdit; Et q̄ sunt Dei, Deo. Hiero Id est decimas, primitias, oblationes, & victimas: sicut & ipse dñs reddidit Cæsari tributa pro se & Petro; & Deo reddidit quæ Dei sunt, patris faciens voluntatem. Hilā. Deo etiam quæ eius sunt, reddere nos oportet, idest corpus, & animam, & volūtatem. Numisma .n. Cæsaris in auro est, in quo est eius imago depicta. Dei autem Numisma homo est, in quo est Dei imago figurata, ideo, diuitias vestras date Cæsari, Deo autem innocentiæ vestræ conscientiam seruate. Orige. Ex hoc loco discimus Saluatoris exemplo vt non his quæ à multis dicuntur, & propterea gloriosa videntur, occasione pietatis attendamus, sed quæ conuenienter secundum ordinem rationis dicūtur. Possumus autem & moraliter intelligere locum istum, quoniam debemus corpori quædam dare quasi tributū Cæsari, id est necessaria. Quæcunque autem sunt conuenientia animarum naturæ, idest ea quæ ducunt ad virtutem, debemus Deo offerre. qui ergo supra modū docēt legem Dei, & de rebus debitis corpori nihil curare præcipiunt, sunt pharisæi, qui reddere Cæsari tributū vetabant; prohibentes .s. nubere, & abstinere à cibis quos Deus creauit. qui vero supra modum æstimant oportere corporibus indulgere, ipsi sunt Herodiani. Saluator āt noster vult, vt nec uirtus minoretur, dum supra modum carni seruimus; nec carnis natura grauetur, dum abundātius virtutibus adhæremus. Vel princeps mūdi. i. diabolus, dicitur Cæsar. non. n. possumus reddere Deo q̄ Dei sunt, nisi prius reddiderimus principi quæ sunt sua. i. nisi deposuerimus malitiā vniuersam. Hoc ēt discamus ex loco p̄senti, quod cōtrà tentantes nec omnino tacere, debemus, nec simpliciter respondere, sed circunspectè; vt p̄cidamus occasionē q̄rētiū in nobis occasionē, & doceamus irreprehensibiliter, q̄ possunt saluare volentes saluari. Hiero Qui autem credere debuerant ad tantam sapientiam, mirati sunt quòd calliditas eorum insidiandi nō inuenisset locum. vnde sequitur. Et audiētes mirati sunt, & relicto eo abierunt. Infidelitatem pariter cum admiratione reportantes.

In illa die accesserunt ad eū Sadducæi, q dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerūt eū dicētes; Magister, Moyses dixit. Si quis mortuus fuerit, nō habēs filiū, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semē fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus uxore ducta defunctus est, & non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus et tertius, usque ad septimum. Nouissime autem omnium et mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septē uxor? Omnes enim habuerant eum. Respondens autē Iesus, ait illis. Erratis nescientes scripturas, neque uirtutem Dei. In resurrectione enim neq; nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cælo. De resurrectione autem mortuorum nō legistis quod dictū est à Deo dicēte uobis, ego sum Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum sed uiuentium. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius.* *sunt.

Chry. in ho. Confutatis pharisæorū discipulis cum Herodianis, Sadducæi se immittunt, cum tamen ex cōfusione priorū eos oporteret effici pigriores; sed præsumptio, inuerecundum quid est, & pertinax, & impossibilia tentans. propter hoc & Euange-

Euãgelista stupens corũ dementiã hoc ipsum significat, dicẽs: In illa die &c. Chry. sup. Mat. Qñ recedebant pharisæi accedebant Sadducæi, forte tali consilio, qa decertabãt quis eum ante deprehẽdere posset, vel si rõne eum non possent superare, saltem per ipsam frequentiam subuerterent sensum eius. Hier. Duæ hęreses erant in Iudęis, vna Phariseorum, & altera Sadducæorũ. pharisæi traditionum & obseruationum iustitiam præferebant, vnde & diuisi vocabantur a populo: Sadducæi ãt, qui interpretantur iusti & ipsi vendicabãt sibi qđ non erãt priorib. & corporis & aiæ resurrectionẽ credentibus cõntentibusq; & Angelos & spiritũ sequẽtes, iuxta act[9] Apostolorum, oĩa denegabãt. vnde & hic dr: Qui dicuntur resurrectionem nõ esse. Ori. Non solum ãt carnis resurrectionem negabant, sed ẽt animæ immortalitatem tollebant. Chry. sup. Mat. Videns. n. diabolus, quia iustitiam Dei omnino extinguere non potuit, introduxit hæresim Sadducæorum, qui dicerent non esse resurrectionem mortuorum, quæ res oẽ propositum faciendæ iustitiæ frangit, quis. n. cõtentus erit aduersus seipsum quotidie luctamina exercere, nisi ad spẽ resurrectionis aspiceret. Gre. ca. 4. Mora Sunt autem nõnullis considerantes ꝙ spiritus a carne soluitur, ꝙ caro in putredinem uertitur, ꝙ putredo in puluerem reducitur; ꝙ puluis in elemẽta soluitur vt nequaquam ab humanis oculis uideatur, resurrectionem fieri posse desperãt; & dũ arida ossa inspiciũt, hęc vestiri carnibus, rursumq; ad vitam virescere posse fieri diffidũt. Aug. in Enc. Non autem perit Deo terrena materies, de qua mortaliũ creatur caro, sed in quẽ libet puluerẽ cinerẽve soluatur, in quoslibet halitus aurasque diffugiat, in quam cunque aliorum corporum substantiã vel in ipsa elementa uertatur in quorumcunque animalium, aut etiam hominũ cibũ cedat, carnemque mutetur, animæ illi humanæ in puncto temporis redditur, quæ eam primitus vt homo fieret, viueret, & cresceret, animauit. Chryso. sup. Mat. Ad defensionem autem sui erroris, inuenisse se argutissimam rationẽ Sadducæi putabant. vnde sequitur. Et interro. eum dicẽ. Magister &c. Chry. in ho. Quia enim immitigabile malũ mos erat apud Iudæos, qui omnia pro præsenti vita faciebant; in legẽ deduxit, Moyses defuncti sine filiis vxorem fratri dari oportere, vt defuncto nasceretur ex fratre, & non excideret nomen eius, quod erat quædam mortis mitigatio. Non autem alius quàm frater vel propinquus iubebatur accipere vxorẽ defuncti, qm̃ nõ ita putaretur qui ex tali cõiunctione erat nasciturus esse filius eius q obijt; & iterum extraneus nõ ita haberet necessitatem statuere domũ eius q obierat, sicut frater, cui ẽt ex cognatione hoc facere iustum erat. Sequitur: Erant ãt &c. Hie. Qui resurrectionem corporum non credebant & animam putabant interire cum corporib. rectè istiusmodi fingunt, fabulam, quæ deliramenti arguat eos, qui resurrectionem asserãt mortuorum. Turpitudinem ergo fabulæ opponunt, vt resurrectiones denegent veritatem. vnde cõcludũt in resurrectione ergo cui[9] erit ꝰ potest ãt fieri, vt uerè in gente eorum hoc aliquando accederit. Aug. de quæ. euan. Per hos ãt 7. fratres misticè intelliguntur homines impij, qui fructum iustitiæ non potuerunt afferre in terra per oẽs septem mundi ætates, quibus ista terra consistit. Postea. n & ipsa terra transiet, per quam oẽs illi, quasi septem steriliter transierũt. sequitur. Rñdẽs autem Iesus, ait illis. Erratis nescientes scri. &c. Chry. sup. Mat. Sapienter primum arguit stultitiam eorum, quia non legebant. Secundo ignorantiam quia non cognoscebant Deum. Ex diligẽtia enim lectionis, nascitur scientia Dei, ignorantia autem, negligentiæ filia est. Hiero. Propterea ergo errant, quia scripturas nesciũt: & quia scripturas nesciũt, consequẽter ignorant virtutem Dei. Origen. Duas autem res dicit eos nescire, vnã quidem scripturas alteram autem virtutem Dei, per quam resurrectio fit & noua uita in ea. Vel dominus arguens Sadducæos nescire virtutem Dei, se eos non cognoscere arguebat. Ipse enim erat virtus Dei, & non cognoscebant eum, quasi nescientes scripturas, quæ loquuntur de eo. Propterea nec resurrectionem credebãt, quam facturus fuerat ipse. Quęritur autẽ, cum

Duę hæreses Iudæorũ.

Fides resurrectionis.

cum Saluator dicat. Erratis nesciētes scripturas: An dicat, ꝙ in quibusdam scripturis positum est, quod sequitur; In resurrectione neq; nubent & c. qđ in veteri testamento non legitur scriptum. Nos āt dicimus, quia scriptum est, non in ipsis sermonib. manifestè ista dicentibus, sed in mysterio iudicantib. secundum intellectum moralem. Nam cum sit lex vmbra futurorum bonorum, dicens quodlibet de viris & vxoribus, de spiritualibus nuptijs principaliter dicit. Sed nec hoc inuenio alicubi scripturam dicētē, sanctos post exitum fore sicut Angelos Dei, nisi fortè quis & hoc moraliter intelligat, secundum illud quod dr̄: Tu āt ibis ad patres tuos. Itē, appositus est ad populum suum. Dicet autē aliquis: Ideo eos increpabat, quia non legebant cęteras scripturas, quæ sunt extra legem & ideo errabant. Alius autē dicit ꝙ nesciebant Mosaycæ legis scripturas ex eo ꝙ diuinum sensum earum non scrutabantur. Chry. sup. Mat. Vel quod dicit, In resurrectione neque nubent neq; nubētur &c. retulit ad hoc qđ dixerat. Nescitis virtutē Dei. quod āt dixit: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: ad illud qđ dixerat Nescitis scripturas. Et quidem calumniatoribus primū oportet in aliqua quæstione auctoritatem scripturę proferre, deinde rationē exponere; interrogantibus āt per ignorantiam prius rationem exponamus, post auctoritatē confirmemus, qm̄ calumniatores conuincere oportet, interrogatores autē docere, ideo his interrogantibus per ignorantiā, prius rationem exposuit; dicens. In resurrectione. Hier. In hoc āt quod dicit, Neque nubent neque nubentur: Latina cōsuetudo, Græco idiomati non respondet. Nubere enim apud latinos, propriè dicuntur mulieres, sed nos simpliciter dictū intelligamus ꝙ nubere de viris, & nubi de mulieribus dictum sit. Chry. sup. Mat. In hoc quidē seculo quia morimur, ideo nascimur: quia nascimur, ideo vxores ducimus vt quod moriendo minuitur, nascendo suppleat. Ibi autem moriendi necessitas tollitur, vnde & nascēdi causa soluta est. Hil. Et quidē sufficerat aduersus Sadducæos opinionē illecebra corporeæ recidisse, & officiis cessantib. inania hæc corporū gaudia sustulisse, sed adiecit: sed sūt sicut Angeli Dei in cœlo. Chryso. in ho. Per quod ad interrogatū conuenienter respondet, quia enim hæc erat eis causa affirmandi resurrectionem non esse, quia credebāt eādem fore resurgentium conditionē. Hanc causam remouit, ostēdens eos alterius cōditionis futuros. Chrys. su. Mat. Notandū verò ꝙ cum de ieiunijs & eleemosynis cæterisq; virtutibus spiritualib. locutus fuit, nunquam Angelorum similitudinē introduxit, nisi cū de absolutione à coitu loqueretur, qm̄ sicut oēs actus carnales, opera sunt animalium, pręcipuè tn̄ actus libidinis, sic oēs uirtutes sunt res Angelicæ, præcipuè tn̄ castitas, per quā vincitur natura virtutib. Hier. Qđ ergo infertur: Sed sunt sicut Angeli Dei in cęlo. spiritalis cōuersatio repromittitur. Dion. Tunc enim qn̄ incorruptibiles & immortales erim⁹, visibili quidem ipsius Dei apparitione in castissimis contemplationibus adimplebimur, intelligibilis autem luminis datione participabimus in impassibili & in immateriali mēte, secundū imitationem supercœlestium mentiū, propter quod dicitur, ꝙ erimus Angelis æquales. Hila. Eandem aūt calumniam quam Sadducæi afferunt de cōiugio, afferre plures solent; in quam formā muliebris sexus resurgat. Sed qualis in scripturis auctoritas est de Angelis opinando, talem in resurrectione spei nostræ sensum oportet esse de fœminis. Augu. 22. de ciuita. Dei. Sed mihi melius videntur sapere, qui vtrūque sexum resurrecturum esse non dubitatur. Non enim libido ibi erit, quæ cōfusionis causa est. Nā priusquam peccassent, nudi erant, natura autem seruabitur, quæ tunc quidem & à concubitu, & a partu immunis erit, erunt tamen membra fœminea non accommodata vsui veteri, sed decori nouo, quo nō allicitur aspicientis concupiscentia, q̄ nulla erit, sed Dei laudetur sapiētia, atq; clemētia, qui & quod nō erat fecit, & liberauit à corruptione quod fecit. Hier. Nemo enim dicit de lapide & arbore, & his rebus quæ non habent mēbra genitalia, ꝙ nō nubēt neque nubentur, sed de his qui cum possunt nubere, tamē aliqua ratione

Modus informādi.

Libidinis detestatio.

non

non nubunt. Raba. Hæc át q̄ dicta sunt de resurrectionis cōditionib. propositæ red didit quæstioni: de ipsa verò resurrectione contra eorū infidelitaté conuenienter loquit. Chry. in ho. Et quia illi interrogã do Moysen p̄miserant, p Moysen eos cō futat vnde subdit. De resurrectione auté mortuorū &c. Hie. Ad cóprobandã resur rectionis veritaté multis alijs exéplis manifestiorib. vti potuit, ex quibus est illud. Resuscitabunt mortui, & resurgét q̄ i mo numétis sunt. Et i alio loco. Multi dormiē tiū de terræ puluere resurgent. Quęrit ergo quid sibi voluerit dn̄s hoc proferre testimoniū quod videt ambigū, vel non satis ad resurrectonis ptinens veritatem, & quasi hoc prolato probauerit qd̄ volebat statim intulerit. Non est Deus mortuorū, sed viuētiū. Suprà diximus át Sadducęos nec Angelū nec spiritū, nec resurrectioné corporū cōfitétes: & animarū quoq; interitū pdicasse. Hi quinq; tantū libros Moysi recipiebát, prophetarū vaticinia respuétes. Stultum autem erat inde proferre testimonia, cuius auctoritatem nō sequebã tur. Porrò ad æternitatem animarum pro bãdã dē Moyse ponit exéplum. Ego sum Deus Abrahã, statimq; infert. Nō est De⁹ mortuorum, sed viuentium: ut cū probauerit aias permanere post morté (neq;. n. poterat fieri ut eorū esset Deus, q nequaquam subsisterét) cōuenieter introduceretur q corporū resurrectio, quæ cum animabus bona malaq; gesserát. Chry in ho. Sed qualiter alibi ait: vt viuorum & mortuorū dominetur? sed hoc nō est simile ei quod hodie dicitur. Mortuorū. n. ibi dicitur esse dominus eorū. s. qui victuri sunt, nō autem eorū qui semel disperauerunt, & vltra non resurgent. Hie. Considerãdū etiam q sermo hic ad Moysen iam factus fuerat, sanctis patriarchis iã pridé quiescé tibus; erát ergo, quorum Deus erat. nihil . n. habere poterát, si nō erát. quia i natura rei est, vt esse id necesse, sit cuius sit alterum; atque ita habere Deū, viuétium est, cum Deus æternitatis sit, & non sit eorū quæ mortua sunt, habere id quod ęternū est, & quomodo esse illi futuri semp negabuntur, quorum se esse profiteatur æternitas? Orig. Deus etiã est qui dicit. Ego sum

Assertio resurrectionis.

qui sum. Sic ergo impossibile est ut dicatur eorum Deus esse qui non sunt. Et vide quia non dixit. Ego sum Deus Abraham, Isaac & Iacob: sed. Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. In alio autem loco sic dixit. Deus Hebręorū misit me ad te. Qui enim perfectissimè sunt circa Deū, quãtū ad comparationem cęterorum hominum, totum habent Deum in se proptere a, nō communiter, sed singulariter dicitur eorum Deus. vt puta si dicamus: Ager ille, illorum est; ostēdimus q vnusquisque eorum non habet eum in toto. Si autem dicimus q ager ille illius est, demonstramus quia totū agrū possidet ille. Vbi dicitur. Deus Hebræorum, impefectio demō stratur eorū, quia vnusquisque eorū aliquid modicum de Deo habebat. Dicit autem Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob: quia singuli eorum totū habebant Deum. non autem ad modicam laudé respicit patriarcharum q uiuebant. Augu. con. Fau. Opportune itaque eadem uoce nunc conuincuntur Manichæi, qua túc cō uicti sūt Sadducæi: nã & ipsã resurrectionem alio quidem modo, sed tamé ipsi negant. Aug. super Ioannem: Ideo auté specialiter Deus Abrahã, Deus Isaac, & De⁹ Iacob dicit; quia in istis tribus omnes modi generationis filiorum Dei vocãtur. Generat enim Deus multoties de bono pdicatore bonum filium, & de malo malū; quod significatur per Abraham, qui de libera vxore fidelem filiū habuit, & de ancilla infidelem genuit. Aliquãdo verò generat per bonum predicatorem, bonū & malum filium quod significatur in Isaac, qui de libera unum bonū, & alterū malū generauit. Aliquando generat bonos per bonū & malū prædicatoré, quod significat per Iacob, qui bonos filios genuit & de liberis, & de ancillis. Chry sup. Mat. Et uide quomodo sit infirmior cōgressio Iudæorum contra Christum. Prima fuit cū terrore, dicendo. In qua potestate hæc facis? contra quam necessaria fuit constantia cordis. Secunda fuit cum dolo; contra quam necessaria fuit acuta sapientia. Hæc auté fuit cum præsumptione ignara, quæ præcedentibus facilior est. Hominé enim pu tantem se aliquid scire, cum ne

Tres modi generationū.

sciat, uiro scienti facile est conuincere. Sic & operatio inimici in primis grauis est, sed si qs forti animo sustinuerit, inueniet eũ infirmiorem, sequitur. Et audiẽtes turbæ mirabantur &c. Remi. Non quidẽ Sadducæi, sed turbæ miratur. Hoc etiam quotidie agitur in Ecclesia, cum enim diuina inspiratione aduersarij Ecclesiæ superantur, turbæ fidelium lætantur.

Pharisæi autẽ audientes quòd silentiũ imposuisset Sadducæis, conuenerũt in unum, & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tẽtãs, eũ: Magister, quod est mãdatum magnũ in lege? At illi Iesus. Diliges dominum Deũ tuũ ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et in tota mẽte sua. Hoc est maximum & primum mandatũ Secundum autẽ simile est huic: Diliges proximũ tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetæ.

Hier. Quòd suprà pharisæi in ostensione denarij fuerãt cõfutati, & aduersę partis viderant factionem subrutam: debuerãt ex hoc moueri, ne vltra molirẽtur insidias, sed maleuolentia & liuor nutrit impudẽtiam. vnde dicitur: pharisæi autẽ au. ꝙ &c. Orig. Silentium autem Sadducæis imposuit Iesus, volens ostendere; quoniã mendacij vocẽ obmutescere facit claritas ueritatis. Sicut enim proprium iusti est tacere, cũ sit tẽpus tacẽdi, & loqui, cũ sit tẽpus loquẽdi, non tñ obmutescere; sic propriũ est oium, qui mẽdacij sunt doctores, obmutescere quidẽ quãtũ ad rẽ, non at tacere. Hic Pharisęi ergo & Sadducęi qui inter se cõtrarij sunt, ad tentandũ Iesum pari mente cõsentiũt. Chr. su. Mat. Vel cõuenerunt in vnum pharisæi ut multitudine uincerent, quem rationibus superare non poterãt; à veritate se nudos professi sunt, qui in multitudine se armauerunt. Dicebant enim apud se: Vnus loquatur ꝓ omnibus, & omnes loquamur per vnũ, vt si quidẽ vicerit, omnes videamur uicisse. si autem conuictus fuerit, uel solus videat cõfusus, & ideo sequitur: Et interrogauit eum unus &c. Orig. Omnem ergo qui nõ discendi, sed tentãdi causa interrogat aliquem doctorum, æstimare debemus illi⁹ pharisæi fratrem, secundum illud, Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Aug. de con. Euan. Non moueat ãt ꝙ Mat. hic dicit tentatũ fuisse, à quo dñs se sus interrogatus est: Marcus ãt hoc tacet, & in fine ita concludit, ꝙ ei dñs sapienter respõdẽti dixerit: Nõ lõgẽ es à regno Dei Fieri.n. põt ut quãuis tentans accesserit, dñi tñ respõsione correctus sit. Aut certẽ ipsam tentationẽ, de qua loquitur Iacob, nõ accipiam⁹ malã, tanquã decipere volẽtis inimicum, sed causa potius tanquã experiri amplius uolentis ignotũ. neque frustra scriptũ est, Qui facile credit, leuis est corde, quid autem interroget, subdit. Magister, quod est mandatum in le. &c. Ori. Tentans dicebat: Magister, quoniã non in quantũ discipulus Christi perferebat hãc vocẽ. Si quis ergo nõ discit aliquid à uerbo, nec tradit se ei ex toto animo suo, dicit ãt ei magister, frater pharisęi est Christum tentantis. Cũm ergo ante Saluatoris aduentũ legeretur lex: forsitã quærebatur quod est mandatũ magnũ in ea. Neque.n. interrogasset hoc pharisæus, nisi diu apud illos de hoc quęsitum fuisset, & non inuẽtũ, donec ueniens Iesus hoc doceret. Chr. sup. Matt. De magno tamen mãdato interrogat, qui nec minimũ obseruabat, ille debet interrogare de maiore iustitia, q iã minorẽ compleuit. Hier. Vel non de mãdatis interrogat, sed quod sit primum mãdatum magnumque, ut cùm omnia quæ Deus mãdauerit magna sint, quicquid ille respondeat occasionem habeat calũniãdi Chry. sup. Mat. Dominus autem sic ei respondit, ut interrogationis eius fictam conscientiam statim primo responso percuteret. unde sequitur: Ait illi Iesus, Diliges dñum Deũ tuũ &c. Diliges, inquit nõ timore, qa diligere magis est quàm timere. timere enim seruorũ est, diligere filiorum. Timor sub necessitate est, dilectio in libertate. Qui in timore seruit Deo, pęnam quidem euadit, mercedẽ uero iustitiæ nõ habet, quia inuitus fecit bonũ, propter timorẽ. Nõ uult ergo Deus ut timeatur seruiliter ab hominib⁹ quasi domin⁹ sed ut diligatur, quasi pater: qui adoptionis spiritũ donauit hominibus. Diligere autẽ Deũ ex toto corde, est ut cor tuum nõ sit inclinatum ad alicuius rei dilectionem magis quàm Dei. Diligere autem Deum in tota anima, est certissimum animum

Timor minuit mentũ.

Expositio præcepti caritatis.

mum

mum bẽe in veritate, & firmum esse in fide. Alius est.n. amor cordis, & alius est amor aïæ. Amor cordis quodãmodo carnalis est, vt ẽt carnaliter diligamus Deũ, quod facere nõ possumus, nisi recedamus ab amore carnalium rerum. Cordis ergo amor sentĩt in corde, amor vero aię non sentitur, sed intelligitur, quia in iudicio animæ cõsistit. Qui.n.credit apud Deum esse oẽ bonum, & nihil boni esse extra ipsum: hic diligit Deum in tota aia. Tota verò mẽte diligere Deũ, est vt oẽs sensus Deo vacent. Cuius.n.intellectus Deo ministrat, cuius sapientia circa Deũ est, cuius cogitatio ea q̃ Dei sunt, tractat, cuius memoria quæ bona sunt recordatur: tota mente diligit Deum. Aug. de doct. Christiana. Vel aliter: Deũ ex toto corde diligere præciperis, vt oẽs cogitationes tuas: Ex tota aïa, vt oẽm vitam tuam; Ex tota mente tua, vt oẽm intellectum tuũ, in illum cõferas, à quo habes ea, q̃ cõfers. Nullã ergo vitæ nostræ partẽ reliquit, quę vacare debeat, & quasi locũ dare, vt alia re velit frui. Sed quicquid aliud diligendum venerit in aïum, illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. Tũc.n. ex optimus homo, cũ tota vita sua pergit in incõmutabile bonũ. Glo. Vel ex toto corde, idest intellectu: Anima.i.voluntate: Mente, idest memoria, vt nihil ei contrarium velis, sentias, vt recorderis. Orig. Vel aliter: Ex toto corde.i. secundum totam recordationẽ, & operationem, & cogitationem: Ex tota aïa.i. vt parati sint eam ponere pro pietate Dei: In tota mente, nihil aliud.s. proferentes, nisi q̃ Dei sunt. Et vide si potes, cor quidẽ accipere ꝓ intellectu, quo intelligibiliter speculantur, mentem aũt ad proferendas res. Mente enim proferimus singulas res, & per unũquodque quod significatur, quasi mente nostra inambulamus atque proferimus. Si autẽ tentanti pharisęo dominus non respõdisset, æstimare possemus non esse vnũ mandatum maius altero. Sed dominus respondens subdit, hoc est maximum & primũ mandatum. vbi discimus sententiam de mandatis, quod est magnum, & sunt inferiora vsque ad minima. Respondet autẽ dominus nõ solum quod est magnum mã-datum, sed etiam primum, nõ pro ordine scripturæ, sed pro dignitate virtutis. Hi autem soli huius mãdati in se suscipiunt magnitudinem & primatum, qui non solum diligunt dominum Deum suum, sed etiã illa tria susceperint, scilicet ex toto corde &c. Docuit autem quòd non solũ est magnum & primum, sed etiã quod esset secundum simile priori. vnde sequitur: Secundũ autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Si autem qui diligit iniquitatem, odit animam suam, manifestum est, ꝙ non diligit proximum sicut seipsum, cum nec seipsum diligat. Aug. 1. de doctr. Christia. Manifestum est autem hominum proximum esse deputandum, quia erga neminem operandum est malum Iam verò si uel cui præbendũ, vel à quo præbendum est nobis officium misericordiæ rectè proximus dicitur; manifestum est hoc præcepto, quo tenemur diligere proximum, etiam sanctos Angelos contineri, a quibus nobis tanta misericordiæ impenduntur officia, quãta nobis in scripturis animaduertere facile est, ex quo & ipse dominus noster, proximum se nobis dici uoluit, quoniam seipsum dominus Iesus Christus significat opitulatum esse semiuiuo iacenti in uia. August. 8 de Trin. Qui autem amat homines, aut quia iusti sunt, aut vt iusti sint amare dẽt; sic enim & seipsum amare dẽt, aut quia iustus est, aut iustus sit; sic enim diligit proximũ, sicut seipsum sine vllo periculo. August. 1. de doctr. Chri. Si autem teipsum non propter te debes diligere, sed propter illum ubi dilectionis tuæ rectissimus finis est, non succenseat aliquis homo, si & ipsum propter Deum diligis. Quisquis ergo rectè proximum diligit, hoc cum eo dẽt agere, vt ẽt ipse toto corde diligat Deũ. Chry. super Matt. Qui autem hominem amat, simile est sicut qui Deũ amat, quia imago Dei est homo, in quo Deus diligitur, sicut rex in sua imagine honoratur. Et propter hoc dr̃ hoc mandatum simile esse primo. Orig. Vel aliter: Quod mandatum sequẽs primo est simile; significat idem esse officij & meriti in vtroque: neq; enim aut Dei sine Christo, aut Christi sine Deo potest utilis esse dilectio ad salu-

Angeli diligendi.

tem. Sequitur: In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetę. Aug. de quęst. Euange. Pendet dixit. i. illuc refertur vbi habet finé. Rab. Ad duo. n. hæc pcepta ptinet totus decalogus. Præcepta quidé primæ tabulæ ad dilectioné Dei pcepta secūdę ad dilectioné proximi. Ori. Vel qa qui oia impleuit q̃ scripta sūt de Dei dilectione & pximi, dignus est magnas gratias à Deo pcipere, vt intelligat oém legem & prophetas. Aug. 7. de Trini. Cum autem sint duo præcepta in quibus pendet lex & prophetæ, dilectio Dei & proximi, nō immerito scriptura plerūq; pro vtroq; vnum ponit: siue dilectioné Dei, sicut est illud; Scimus enim quoniam diligétibus Deum omnia cooperantur in bonū. siue dilectionem proximi, sicut est illud Omnis lex in vno sermone impletur; Diliges proximū tuum sicut teipsum. sed hoc ideo, quia q proximum diligit consequens est ut Deū diligat. Ex vna eademq; charitate Deum proximumque diligimus, sed Deum propter Deum, nos autem & proximum propter Deum. Aug. 1. de doct. Christ. Sed tamé quoniam excellentior & supra nostrā naturam est diuina substantia, præceptū quo diligimus Deum, à proximi dilectione distinctum est, quód si te totum intelligas, idest animā & corpus, & proximum tuum, idest animam & corpus, nullū diligendarum rerum genus in his duob. præceptis prætermissum est. Cum enim præcurrat dilectio Dei, sequitur dilectio proximi, eiusque dilectionis modus præscriptus sit, vt eum sicut teipsum diligas simul & tui abs te dilectio prætermissa non est.

Duo p̃cepta decalogi.

Congregatis autē pharisæis interrogauit eos Iesus, dicens. Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eū dñm, dicens. Dixit dñs domino meo sede à dextris meis, Donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū, Si ergo Dauid vocat eū dominū, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Chry. in ho. Iudæi æstimantes Christū esse hominem purum, cum tétabant, nec eum tentassent, si filium Dei credidissent. Volens ergo Christus ostédere q̃ agnoscebat fallaciā cordis eorū: & qa Deus erat, nec manifestè voluit vincere veritaté, ne occasioné blasphemiæ inuenientes Iudæi amplius insanirent, nec omnino tacere, quia ad hoc venerat vt veritaté annunciaret; ideo talé interrogationé eis pposuit; ut ipsa interrogatio eis ostéderet quis esset vnde dr: Cógregatis āt pharisæis interrogauit eos Iesus &c. Chr. in ho. Discipulos quidé primū interrogauit quid alij dicerent de Christo, & tunc qd ipsi dicerent, hos āt nō ita. Profecto. n. seductoré eū dixissent, & malū; & existimabāt āt quoniā Christus purus homo erat, & ideo dixerūt eū esse filiū Dauid. & hoc est qd subditur: Dicūt ei, Dauid. Ipse āt hoc reprehendens, inducit prophetam dominationem eius & proprietaté filiationis, & cohonorationem, quæ est ad patré testantem. unde subditur: Ait illis, Quomodo ergo Dauid &c. Hiero. Testimonium hoc de 109 ps. sumptum est. Dominus ergo filius Dauid vocatur, non secundum id q̃ de eo natus est, sed iuxta id q̃ natus ex patre semper fuit, præueniens ipsum carnis suæ patrem. uocat autem eum dominum suum, nó errore incerto, nec propria voluntate; sed Spiritu sancto Remi. Quod autem dicit. Sede a dextris meis, nō intelligendum est q̃ deus corporeus sit, vt dexteram uel sinistram habeat, sed a dextris dei sedere, est in honore & æqualitate paternæ dignitatis manere Chry. sup. Mat. Puto autem hanc interrogationem non solum contra pharisæos sed etiam contra hæreticos posuit, nam secūdū carnem vere filius erat Dauid, dñs autem secūdum diuinitatem. Chry. in ho. Nó autem in hoc stat, sed ut timeāt subdit, donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum, ut saltē ita eos inducat. Orig. Deus etiam non ad perditioné solum ponit scabellū pedum Christi inimicos ipsius, sed & ad eorū salutē. Remi. Donec autem pro infinito ponitur. ut sit sensus: Sed semper, & inimici tui in sempiternum subiicientur pedibus tuis. Glo. Quód autē à patre inimici subiiciūtur filio, non infirmitatem filij, sed unitatem naturæ significat, ná & filius subijcit inimicos patri, quia patré clarificat super terram. Et ex hac auctoritate concludit.

Testimoniū diuinitatis Christi.

Si

Si ergo Dauid uocat eum dñm, quõ filius eius est? Hier. Interrogatio hæc nobis proficit vsq; hodie cõtra Iudæos. Et hi.n.qui cõfitentur Christũ esse venturum; hoiem simplicem & sanctũ virum asserunt de genere Dauid. Interrogemus ergo eos docti a dño, si simplex homo est, & tñ filius Dauid, quõ Dauid uocat eum dñm suum? Iudæi aũt ad diluendam interrogationis veritatem, friuola multa cõfingunt, vernaculũ Abrahæ asserentes, cuius filius fuerit Damascus Eliezer: & ex ipsius psona scriptũ psalmum, ꝙ post sedem quinq; regnum dñs deus, dño suo Abrahã dixerit: Sede ad dexterã meam, donec ponam &c. Quos interrogemus quõ dixerit Abrahæ ea q̃ sequũtur, & respõdere cogamus quõ Abrahã ante Luciferũ genitus sit, & quõ sacerdos fuerit scđm ordinem Melchisedech, ꝓ quo Melchisedech obtulerit panẽ & uinum, & à quo decimas prædæ acceperit. Chry. in ho. Hoc tñ imposuit finem ipsorũ disputationibus quasi magnũ & sufficiens ꝑcludere eorũ ora. vnde seq. tur: Et nemo poterat respõdere ei verbũ. Neq; ausus &c. Siluerunt.n. ex tũc nõ volentes, sed nõ habẽdo aliquid dicere. Ori. Si aũt interrogatio eorũ fuisset ex uoluntate discẽdi, nunquã eis talia ꝓposuisset, ut amplius nõ essent ausi eũ interrogare. Rab. Ex hoc aũt intelligimus uenena inuidiæ superari posse, sed difficile quiescere.

Iudæorum correptio.

CAPVT XXIII.

TVnc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.

Chry. sup. Mat. Postquã dñs sacerdotũ responsione prostrauit, & incorrigibilem eorum conditionẽ ostendit: sicut clerici, si malè fecerint, inemendabiles sunt, laici verò delinquentes facilè emẽdantur: tũc cõuertit sermones ad Apostolos & ad populũ, vnde dicitur. Tunc locutus est Iesus ad turbas &c. Infructuosum nãq; est verbum in quo sic alter cõfunditur, vt alter nõ erudiatur. Orig. Sunt aũt meliores discipuli Christi reliquis turbis, & inuenies in ecclesiis quosdã affectuosius accedẽtes ad verbum Dei esse discipulos Christi, cæteros autem populum esse ipsius. Et interdum quædã discipulis solis dicit, quædam verò turbis, alia uerò turbis simul atq; discipulis, sicut sunt hæc. vnde sequitur. Dicẽs super cathedra Moysi &c. Qui legem Moysi profitẽtur & interpretari se gloriãtur, hi sedẽt super cathedram Moysi. Qui ergo non recedunt à litera legis, scribæ dicuntur. Qui autem maius aliquid profitẽtes, diuidũt seipsos quasi meliores à multis, pharisæi dicuntur, qđ interpretantur diuisi. Qui aũt Moysen secũdum spiritualem uirtutem intelligunt & exponunt, sedent quidẽ super cathedrã Moysi, sed nõ sunt scribę & pharisęi, sed his meliores dilecti Christi discipuli. Post aduentum aũt Christi sedent super cathedram ecclesiæ, quæ est cathedra Christi. Chry. sup. Mat. Videndum est tamẽ quõ quis super cathedram sedeat, quia nõ cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram. nõ locus sanctificat hoiem, sed homo locũ. Ideoq; malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. Chry. in ho. Ne aũt aliquis dicat, qm̃ ꝓpter hoc desidior factus sum ad agẽdum, quia malus est doctor: hãc destruit occasionem cũ subdit. Omnia ergo quæcunq; &c. Nõ.n. sua dicunt, sed quæ Dei sunt, quæ per Moysen Deus in legem deduxit. Et intuere quãto circa Moysen utitur honore, eam iterum quæ ad vetus est testamentum, concordia ostendens. Orig. Si aũt scribæ & pharisæi sedentes super cathedram Moysi, sunt Iudæorum doctores, secundum literã docẽtes legis mandata, quomodo iubet nos dominus secundum omnia quæ dicunt illi facere; cũ Apostoli in actibus uetent fideles uiuere secundum literã legis. Sed illi docent secundum literã, legem spũaliter nõ intelligentes. Quæcunq; ergo dicũt nobis ex lege, intelligẽtes sensum legis facimus & seruamus, nequaquã facientes secun-

Quæ sit cathedra Moysi.

 dum

dum operà eorũ. Non.n. ficut lex docet, faciunt: nec intelligunt velamẽ esse super literã legis. Vel cum oĩa audieris non oĩa intelligas præcepta legis, puta multa quæ de escis sunt, & q̃ de hostiis & similia, sed ea q̃ corrigũt mores. Sed quare nõ de lege gr̃æ hoc mãdauit, sed de doctrina Moysi? quia.s. nondũ erat tẽpus præcepta nouę legis ante tẽpus passionis manifestare. Mihi aũt vr̃ ꝙ & aliquid aliud prædispensans hoc dicit, quia.n. accusaturus erat scribas & pharisæos in sequentibus sermonibus, ne videretur apud stultos ex hoc eorum principatũ cupere, uel ꝑꝑ inimicitiã hoc facere, primũ à se hanc suspicionẽ remouet, & tũc eos incępit reprehẽdere, vt turbæ non in eadẽ vitia incidant: & ideo ne existimẽt ꝙ quia debent eos audire, ideo eos debeãt in operibus imitari. Subditur enim. Secundũ verò opera eorum nolite facere. Quid est autem doctore illo miserabilius, cuius vitã discipuli cũ non sequuntur, saluantur, cum imitantur, perduntur? Chry. sup. Mat. Sicut aũt aurũ de terra eligitur, & terra relinquitur, sic & auditores doctrinã accipiãt, & mores relinquãt. Frequenter.n. de hoĩe malo, bona doctrina ꝓcedit, sicut aũt & sacerdotes melius iudicant ꝑꝑ bonos, malos docere, quàm ꝑꝑ malos, bonos negligere. sic & subditi, ꝑꝑ bonos sacerdotes ẽt malos honorent, ne ꝑꝑ malos boni ẽt contemnantur, melius est enim malis iniusta præstare, quàm bonis iusta subtrahere. Chry. in ho. Considera verò vnde incipit eos reprehendere. Nam sequitur: Dicunt enim & non faciunt. Maximè enim accusatione dignus est, qui doctrinæ auctoritatem habens legem transgreditur. Primo quidem, quia prępuaricatur qui alios corrigere dẽt: deinde, quia peccans maiore pœna dignus est propter honorem: tertio, quia plus corrũpit velut in ordine doctores peccãs. Rursus autem & aliam eorum reprehensionẽ ponit, qm̃ graues sunt sibi subiectis. unde sequitur Alligant.n. onera grauia &c. In quo duplicem eorum malitiã ostẽdit, vnã quidẽ in hoc, ꝙ sine venia expetũt à subiectis summã diligentiam vitæ, aliam verò in hoc ꝙ sibiipsis multam cõcedunt licentiã. Oportet autem bonum principem

Mali possunt esse bona doctrina.

econtrario se habere. In his.n. quę secũdũ seipsum sunt, grauẽ iudicem esse, in subiectis autem mansuetum. Intẽde aũt qualiter & eorum reprehensionem aggrauat. Non enim dixit: Non possunt, sed nolunt. neq; dixit: Portare, sed digito mouere, id neq; propè fieri, neq; tangere. Chry. sup. Mat. Et quidem quantum ad pharisæos & scribas de quibus loquitur: onera grauia & importabilia dicit legis mãdata, quib. Petrus in actibus dicit: Vt quid vultis imponere iugũ super ceruices discipulorum quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus? Onera enim legis quibusdam rationibus fabulosis commendantes auditoribus, quasi vincula super humeros cordis eorum alligabãt, vt velut rationis vinculo constricti non reiicerent ea à se. Ipsi aũt nec ex modica parte ea implebant, i. ut nõ dicant plano opere, sed nec modico tactu, idest digito. Gl Vel alligant onera, idest undecunque traditiones colligunt, quæ cõsciẽtiã nõ leuant, sed grauant. Hie. Humeri autẽ & digitus, & onera, & vincula, quibus alligant onera, spiritualiter sunt intelligenda. Hic ẽt generaliter dominus aduersus oẽs magistros loquitur, qui grãdia iubent & minora nõ faciũt. Chry. sup. Mat. Tales aũt sunt qui graue põdus venientibus ad pœnitentiã imponunt, & sic dum pœna præsens fugitur, contẽnitur pœna futura. Si.n. fascem super humeros adolescẽtis, quem non potest baiulare, posueris: necesse habet, ut aut fascẽ reiiciat, aut sub pondere confringatur: sic & homini, cui graue pondus pœnitẽtiæ imponis, necesse est, ut aut pœnitẽtiam reiiciat aut suscipiens dũ sufferre non potest, scãdalizatus amplius peccet. Deinde & si erramus modicã pęnitentiã imponentes, nõ ne melius est, propter misericordiam reddere rationem, quàm propter crudelitatem? vbi paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus, vt quid sacerdos eius austerus? Vis apparere sanctus? circa tuã uitam esto austerus, circa aliorum benignus: audiant te homines parua mandantẽ & grauia faciẽtem. Talis est autem sacerdos qui sibi indulges & alios exigit: quemadmodũ malus descriptor tributi in ciuitate, qui si

Onus legis.

rele-

releuāt & onerat tribuentes.

Omnia uerò opera sua faciūt ut uideātur ab hominibus. Dilatās enim phylacteria sua, et magnificās fimbrias. Amātes primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, et salutationes in foro, & uocari ab hoībus rabbi. Vos ātnolite uocari rabbi. Vnus est.n.magister uester, omnes ā nos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram, unus est.n.pater uester qui in cœlis est. Nec uocemini magistri, quia magister uester, unus est Christus. Qui maior est uestrū, erit minister uester. Qui āt se exaltauerit, humiliabit̄, & q se humiliauerit, exaltabit̄.

Chry. in ho. Supra dominus arguerat scribas & pharisæos crudelitatis & negligentiæ, consequenter āt arguit eos inanis gloriæ, quę fecit eos à Deo recedere. unde dicit: Omnia āt opera &c. Chry. in ho. In omni re nascit̄ quod ipsam exterminat, sicut ex ligno uermis, & ex uestimento tinea. uū sacerdotū ministerium qui positi sunt ad ędificationē sanctitatis, corrūpere diabolus nitit̄, ut hoc ipsum bonum dum propter homines fit, fiat malū. Tolle hoc uitiū de clero, & sine labore oīa resecabis: ex hoc.n. fit ut difficile clerici peccātes pœnitentiā agant. Vult āt dominus in hoc ostendere causam pp quam non poterāt credere Christo, hoc est quia omnia faciunt, ut uideantur ab hominibus. impossibile enim est, ut credat Christo cœlestia prædicanti, qui gloriam hominum concupiscit terrenam: legi.n. aliquem sic interpretantem hunc locum, super cathedra, idest in honore & gradu quo fuerat Moyses, cōstituti sunt scribæ & pharisæi indignè, qui prophetantes de Christo uēturo prædicabant alijs, ipsi autem non recipiebant præsentem: propter hoc hortatur populum audire legē, quam pręnunciabant. i. credere in Christum prædicatū à lege, & non imitari scribas & pharisæos incredulos & reddit causam quare pręnunciabant ex lege Christum uenturū, & non credebāt in eum, quia. s. omnia opera sua faciunt, ut ab hominibus uideantur, id est quia non prædicabant Christum uenturum desiderio aduentus eius, sed ut doctores legis esse ab hominibus uiderentur. Orige. Ad hoc autem opera sua faciunt, ut ab hominibus videātur, visibilē

Pharisæorum error.

suscipientes circūcisionem, & inuisibiliter corporalia fermenta auferentes de domibus suis: & similiter his similia agentes. Christi vero discipuli legem in occultum implent, quasi in occulto cōstituti Iudei, ut Apostolus dicit Chry. in ho. Vide autem hic quòd cum quadā intentione eos incusat. Nō enim simpliciter ait quòd faciant opera sua, ut uideantur ab hominibus, sed addidit omnia. Deinde demonstrat ꝙ neq; in magnis uane gloriabātur, sed in quibusdam uilibus rebus. unde subditur: Dilatant.n. phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Hiero. Dominus.n. cū dedisset mādata legis per Moysem, ad extremū intulit, ligabis ea in manu tua & erūt semp ante oculos tuos, & est sensus, Præcepta mea sint in manu tua, ut opere cōpleātur, sint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis. Hoc pharisæi male interpretātes, scribebant in mēbranis decalogū Moysi, id est decē legis uerba cōplicātes ea & ligātes in fronte, & quasi coronā capitis faciētes, ut semp ante oculos mouerent̄. Iusserat quoq; aliud Moyses, ut in quatuor angulis palliorū hyacinthinas fimbrias facerēt ad Israelis populū discernēdū, ut quō in corporibus circūcisio signū Iudaicæ Gentis daret. ita uestis haberet aliquam differentiam. Superstitiosi uerò magistri captātes auram popularē, atque ex mulierculis captantes lucra, faciebant grādes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, ut uidelicet ambulantes & sedentes interdum pungerentur, & quasi hac commonitione retraherentur ad ministeria seruitutis Dei. Pictatiola ergo illa decalogi phylacteria uocabāt, id est conseruatoria, eo ꝙ quicūque habuissent ea quasi ob custodiam et munimentū sui haberent. Non intelligentibus pharisæis ꝙ hæc in corde portanda sunt non in corpore, alioquin & armaria & arcę hēnt libros, & notitiam Dei non hēnt. Chry. Illorum autē exemplo, & nunc multi aliqua nomina Hebraica Angelorū confingūt & scribunt, & alligant, quæ non intelligentibus metuenda uidentur. quidā uerò aliquam partē Euangelij scriptam circa collum portant. Sed nōne quotidie Euangelium in Ecclesia legitur, & auditur

Peruersio scripturarū.

ab omnibus? Cui ergo in aurib⁹ posita Euangelia nihil prosunt, quomodo eû possunt circa collû suspensa saluare? Deinde vbi est virtus Euangelij, in figuris literarum, an in intellectu sensuum? Si in figuris, bene circa collû suspendis, si in intellectu, ergo melius in corde posita prosunt, quã circa collû suspẽsa. Alij vero sic exponunt hûc locû, qa dilatabant verba sua de proprijs obseruãtijs, quasi phylacteria, idest cõseruato ia salutis, ea populo assiduè prædicantes. Fimbrias ãt uestimentorum magnificatas dicit superemimentias eorundẽ mandatorû. Hier. Cû ãt superfluè phylacteria dilatẽt, & magnas faciãt fimbrias, gloriã captãtes ab hoibus cõsequẽter arguûtur in reliquis. vñ sequitur: Amant.n. primos accu. in cœ. &c. Rabanus. Notãdû q̃ nõ salutari in foro, non primo sedere vel discûbere vetat eos, quibus hoc officij ordine cõpetit, sed eos q̃ hęc siue habita siue non habita, indebitè amant à fidelibus, quasi improbos docet esse cauẽdos. Chry. Non.n. vituperat eos, qui in primo loco recumbunt, sed eos qui amãt primos discubitus, ad voluntatẽ vituperationẽ referẽs, nõ ad factû. Sine causa.n. loco se humiliat, q̃ corde se præfert Aliquis.n. iactator audiens laudabile esse in vltimo loco discûbere, discumbit post oẽs, & nõ solû iactãtiã cordis non dimittit, sed adhuc aliam iactantiã humilitatis acquirit, vt qui vult videri iustus, & humilis videaẽ. Multi.n. superbi corpore quidẽ in nouissimo recûbentes, cordis ãt elatione videntur sibi in capite recûbere, & multi sunt humiles in capite recûbentes, & cõsciẽtia se in vltimo esse existimant. Chry in ho. Intende autem vbi in eis vana gloriã dominabant, in synagogis, in quas intrabant alios directuri. In cœnis hoc pati qualitercunque tolerabile erat, quamuis doctorem in admirationem esse oporteat, nõ in ecclesia solum, sed ubiq;. Si autẽ diligere talia est incusatio, quàm malû est studere, vt his aliquis potiatur? Chry. sup. Matth. Primas ẽt salutationes amant non solum in tempore, vt eos primum salutemus, sed etiam in voce, vt clamãtes dicam⁹, Aue rabbi, & in corpore, vt flexis captibus eis incuruemur, & in loco, ut in publico salutentur. vnde dicit; Et salutationes in foro Rab. Quamuis in hoc culpa nõ careat si ijdem in foro litibus interesse q̃ in cathedra Moysi magistri synagogę cupiût appellari, & vocari ab hominibus rabbi. Chry. sup. Mat. Id est vocari volunt & non esse, nomen appetunt, & officium negligût. Orig. In Ecclesia etiã Christi inueniuntur mensarum suscipientes primatum vt diacones fiant, consequẽter autem primas cathedras eorum qui dicuntur presbyteri, pręcipere ambiunt: quidam autem machinantur vt episcopi vocẽtur ab hoibus, hoc est rabbi. Christi autem discipulus diligit quidem in spiritalibus cœnis recubitus primos, ut meliora spiritalium ciborum mãducet. Diligit etiam, cû Apostolis sedentibus super duodecim thronos, primas cathedras actibus bonis dignum se præbere festinans cathedris huius. Sic autem & salutationes diligit, quæ fiunt in mundinis cœlestibus, id est cœlestibus primitiuorum cõgregationibus Vocari aût rabbi neq; ab hominib. neq; ab aliquo alio diligit iustus, quia vnus est magister oium. vñ subdit Vos aût nolite uocari rabbi. Chry. in ho. Vel aliter. Præmissorum, de quibus pharisæos incusauerat, alia quidẽ sicut parua & vilia prætermisit, quasi discipulis de his instrui nõ indigentibus, sed qđ erat oium malorum causa, i. thronum appetere magistralem, hoc in mediû ducit ad discipulos instruendum. vñ subdit. Vos ãt nolite uocari. &c. Chry. sup. Mat. q.d. Nolite uocari, ne quod Deo debetur, uobis p̃sumatis. Nolite & alio vocare rabbi, ne diuinû honorem hoibus deferatis. Vnus est.n. magister oium, qui omnes hoies naturaliter docet. Si.n. homo hominẽ erudiret, omnes homines discerent qui habent doctores. Nunc aût quia nõ homo docet, sed Deus, multi quidẽ docentur, pauci autẽ discunt. Nõ.n. homo intellectum præstat homini docendo, sed à Deo præstitum per admonitionẽ exercet. Hil. Et ut meminerint discipuli se filios unius parẽtis, & p̃ nouæ natiuitatis generationem terreni ortus excessisse primordia, subdit: Omnes autẽ uos fratres estis. Hierony. contra Heluid. Omnes autẽ homines affectu fratres dici possunt

Margin notes: Signa superbiæ. — Arrogãtia malorum.

possunt, quod in duo diuidit: in speciale, & cõmune. In speciale, quia oẽs Christiani fratres vocãtur. Porrò in cõe, quia oẽs homines ex vno patre nati, pari inter nos germanitate cõiungimur. Sequit. Et patrẽ nol. vo. &c. Chry. sup. Mat. In mundo. n. quanuis homo hominẽ generet, tñ unus est pater qui oẽs creauit. Nõ. n. initiũ uitę habemus ex parentib. sed trãsitũ uitæ per eos accipimus. Ori. Sed quis nõ uocat patrẽ in terris? qui per omnẽ actũ secundum Deũ impletũ dicit; Pater noster qui es in cęlis. Gl. Quia uerò apparebat quis esset omniũ pater, in hoc qđ dixerat; Qui es in cœlis, vult exponere quis sit omniũ magister. Vnde pceptũ de magistro iterũ repetit, dicens; Ne uocemini magistri; q. a magister uester vnus est Christus. Chrys. in ho. Nõ tñ dũ dř Christus magister, excluditur pater, sicut neq; ex hoc ꝙ Deus pater noster dř hominũ pater, excludit Christus. Hie. Quærit ãt quare aduersum hoc pceptũ Apostolus doctorẽ gẽtiũ esse dixerit? aut qũo in monasterijs vulgat sermo ne se inuicem patres vocant? Quod sic soluitur. Aliud est esse natura patrẽ, uel magistrum, aliud indulgẽtia. Nos, si hominẽ patrem uocamus, honorẽ ętati deferimus, nõ auctorem nostræ ostendimus uitæ. Magister. n. dicitur ex cõsortio veri magistri; & ne ĩfinita replicẽ, quomodo unus per naturam Deus, & vnus filius non præiudicat cœteris, ne per adoptionẽ dij uocẽtur & filij; ita & vnus pater & magister nõ p iudicat alijs, ut abusiuè uocẽtur & patres & magistri. Chry. in ho. Non solum autẽ dominus primatus cupere phibet, sed ad contrarium auditorem inducit. vnde subdit: Qui maior est verum &c. Orige. Vel aliter: Et si ministrat quis verba diuina, sciens quia Christus in eo fructificat, nequaquam se magistrum, sed ministrum pfitetur. vnde sequitur: Qui maior est vestrum &c. Quoniam & ipse Christus cum esset uerè magister, ministrum se esse professus est, dicens: Ego sum in medio uestrũ quasi qui ministrat: bene autẽ post omnia, quibus uanæ gloriæ uetauit concupiscentiam addidit, dicens. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur, & q. se humiliauerit exaltabitur. Rem. Quod sic intelligitur,

Quęstio euãgelica.

Omnis q. se de suis meritis extollit, apud Deum humiliabitur, & qui se de beneficijs humiliat, apud Deum exaltabitur.

Væ autem uobis scribæ et pharisæi hipocritę qui clauditis regnum cęlorũ ante homines: Vos enim nõ intratis nec introeuntes sinitis intrare.

Orig. Christus quasi uerè filius Dei illius qui legem dedit, secũdum similitudinẽ benedictionum quæ sunt in lege, dixit & ipse beatitudines eorũ qui saluãtur: secundum similitudinem aũt maledictionũ positarũ in lege, ponit uæ, aduersus pecca tores, dicens: Væ uobis scribæ & pharisæi hypochritæ. qui fatẽtur bonitatis esse aduersus peccatores ista pronunciare intelligant quia simile est propositum Dei ĩ maledictionib. legis, siue ãt illa maledictio, siue illud uæ nõ ex pronunciante cõtingit peccãti, sed ex peccatis, quib. dignũ se præbet ad susceptionẽ istorũ, q̃ Deus disciplinæ causa pronũciauit, ut cõuertantur homines ad bonũ. sicut pater increpans filiũ, profert uerba maledictionis, nec tñ uult illũ dignũ fieri maledictionib illis, sed magis ab eis diuertere Huius aũt uę causam subdit: Qui clau. reg. cœlo &c. Hęc duo pcepta naturaliter inseparabilia sunt, qm̃ hoc ipsum sufficit ad expulsionẽ, ꝙ alios nõ pmittit ĩtrare. Chr. su. Mat. Regnũ cęlorũ, dicuntur, scripturæ, quia in illis insertũ est regnũ cęlorũ; ianua est intellectus earum. Vel regnum cęlorum est beatitudo cœlestis: ianua autem est Christus per quẽ introitur in eam. Clauiculari autem sunt sacerdotes, quibus creditum est uerbũ docendi & interpretandi scripturas. Clauis autem est uerbum scientiæ scripturarum; per quam aperitur hominibus ianua ueritatis. Apertio aũt eius est interpretatio uera: Vide autẽ quia nõ dixit, Væ uobis, qui aperitis; sed q. clauditis. ergo nõ sũt scripturæ clausæ, licet sit obscuræ: Ori. Pharisæi ergo & scribæ nec intrabant, nec eũ volebant audire qui dixit. Si quis per me introierit, saluabitur. Et nec intrantes. i. eos qui credere poterant, propterea quæ à lege & prophetis ante fuerãt declarata de christo introire sinebãt: cũ omni terrore ianuã claudẽtes adhuc derogbbant doctrinæ eius, & subuertebãt omnẽ propheticam scripturam de eo, & blasphemabãt

omne

omne opus ipsius, quasi falsum & à diabolo factum. Sed & oēs qui mala cōuersatione sua dant exēplū peccandi in populo, & qui faciūt iniuriā scandalizantes pusillos, claudere videnē ante hoīes regnū cœlorū. Et hoc peccatū inuenitur q̄dē in popularib. maxime āt in doctorib. qui docēt quod decet secūdū institiā Euāgelij hoīes: nō āt faciunt quod docent. Bene autē uiuentes & bene docentes, aperiunt hominibus regnum cœlorum, & dum ipsi intrāt, alios prouocant introire. Sed & multi nō permittunt intrare in regnum cęlorum, intrare volentes; quādo & sine ratione excommunicant quosdam propter aliquem zelum, qui meliores sunt quā ipsi. & ipsi quidem non permittunt eos introire. Illi autem qui sobrij sunt mente, patiētia sua tyrrannidem eorum vincentes, quāuis vetiti, tamen intrant & hęreditant regnum. Sed & qui cum multa temeritate seipsos dederunt ad professionem docendi priusquam discerent: & Iudaicas fabulas imitātes, detrahunt eis qui ea quæ sursum sunt in scripturis requirunt, claudunt quātum ad se ante homines regnum cœlorum.

Vę vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, q comeditis domos uiduarum, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium.

Chry. in hom. De reliquo dominus de gula eos reprehēdit; & quod deterius est, quoniam nō à diuitibus, sed à viduis accipiebant vnde ventrem implerent; & illorum inopiam conterebāt, quàm reuelare oportebat. unde dī. Vę vo. scr & pha. &c. Glo. Idest, qui vestra superstitione nihil intenditis, nisi vt prædam de subiecta plebe faciatis. Chry. super Mat. Sexus autem mulierū incautus est; quia non omnia quę uidet, aut audit, cum ratione considerat. Mollis etiam est, quia facile flectitur vel de malo ad bonū, uel de bono ad malum. Virilis autē sexus & cautior & durior est ꝓpterea simulatores sanctitatis circa mulieres maximè negociantur. Quia nec intelligere eorū simulationes possunt; & facilè ad eorum dilectionem inclinantur religionis causa. ꝓcipuè tamē circa uiduas negociantur, primo quidem quia mulier non facile decipitur habens consiliarium virum, deinde quia nō facilè de facultatibus suis aliquid dant, cū sint in pōtestate uiri. propterea ergo dominus dum Iudaicos sacerdotes confundit, Christianos monet, ne viduis mulierib. amplius commorentur quā cæteris: quia etsi voluntas mala non sit, tamen suspicio mala est. Chry. in ho. Deinde & huius rapinæ modus erat grauior. Additur enim orationes longas orantes. Quicunque enim malum facit dignus est pœna, sed qui à religione causā accipit nequitiæ, grauiori est obnoxius pęnę. vnde sequitur: Propter hoc am. acci. iudi. Chry. super. Mat. Primum quidem, ꝓ eo quòd estis iniqui: alterum, ꝓ eo quòd figmētum acciptis sanctitatis auaritiam enim vestram religionis colore depingitis, & quasi prę̄stātis diabolo arma Dei ut ametur iniquitas, dum pietas æstimatur. Hila. Vel quia hinc procedat regni cœlestis obseruatio, ut in obeundis uiduarum domibus retineaē ambitio: ideo accipiēt amplius iudiciū, q̄a pęna ꝓprij peccati & reatū alienæ ignorātię debebūt. Glo. Vel q̄a seruꝰ sciēs & faciēs, vapulabit multis. Viduæ deuitandæ religiosis.

Væ uobis scribæ et pharisæi hypocritæ, q circuitis mare & aridā, ut faciatis vnum proselytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos.

Chry. in hom. Post præmissa rursus eos dominus aliter incusat, & q̄a inefficaces sunt ad multorum salutem, cum multo labore indigeant, ut ad salutem vnū cōuertanē, & quia non solum desides sunt circa eos quos cōuertunt; sed eorum etiam destructores dum eos corrumpunt prauæ uitæ exēplis. vnde dicit. Væ. vo. scri. & pha. hypo. Hila. Maris autem & terræ peragratione significat in totius orbis finibus eos esse Christi Euangelio obtrectaturos, & legis iugo contra iustificationes fidei aliquos subdituros. Proselyti enim sunt ex gentibus in synagogam recepti, quorū futurorum raritas in vno iudicatur. Neque .n. post Christi prædicationem doctrinæ eorū fides relicta est, sed quisquis acquisitus fuerit ad fidem Iudęorum, filius fit gehennæ. Orige. Quicunque enim post saluatorem iudaizāt, docentur imitari affectum eorum, qui dixerunt illo tempore: Crucifige eum. vnde sequitur. Et cum fuerit &c. Hilar. Ideo autem pœnæ duplica- Proselyti qui dicantur.

tæ erit filius, qui neque fit remissioné pec catorum Gentilium cósecutus & societatem eorum qui Christi persecuti sunt, sit secutus. Hie. Vel aliter: Scribę & pharisæi totum lustrantes orbem id studij habebãt de Gentib. facere proselytum, idest aduenam incircumcisum miscere populo Dei. Chry. sup. Mat. Non ãt propter misericordiam volentes eum saluare, quem docebant: sed aut propter auaritiam, vt additis in synagoga Iudęis sacrificiorum adderetur oblatio, aut propter vanam gloriã. Qui. n. seipsum mergit in gurgite peccatorum, qũo alterum a peccatis velit eripere? Nunquid magis misericors potest alteri aliquis esse, quàm sibi? Ex ipsis ergo actibus ostenditur, qui propter Deum aliquem vult cõuertere, aut propter vanitatem. Gre. 21. Mora. Quia verò hypocritæ quanuis peruersa semper operentur, loqui tñ recta non desinunt. Bene loquendo quidem in fide, vel conuersatione, filios pariũt, sed eos bene viuendo nutrire non possunt; quanto .n. se libentius terrenis actibus inserunt, tanto negligentius eos quos generant, agere terrenã permittunt. Et quia obduratis cordibus viuunt ipso ẽt quos generat, nulla pietate debiti amoris agnoscunt. vnde & hic de hypocritis dicitur. Et cum fuc. factus &c. Aug. con. Fau. Hoc autem non quia circuncidebatur dixit, sed quia eorum mores imitatur: a quibus imitandis suos cohibuerat, dicens; Super cathedram Moysi &c. In quibus verbis vtrunq; dẽt aduerti, & quantus honor delatus sit doctrinę Moysi, in cuius cathedra ẽt mali sedentes, bona docere cogebãtur, & inde fieret proselytus filius gehennæ, non quidem verba legis audiẽdo, sed eorum sectã sectãdo. Propterea autẽ duplo q̃ illi, q a hoc negligebat implere, qđ propria voluntate susceperat, non ex Iudæis natus, sed sponte Iudęus factus. Hie. Vel quia ante, dum esset Gentilis, simpliciter errabat, & erat semel fili⁹ gehennæ. Videns magistrorum vitias & intelligens destruere eos opere, qđ verbo docebant, reuertitur ad vomitum suum; & Gentilis factus, quasi præuaricator, maiori pęna dignus erat. Chrys. sup. Mat. Vel quia fortè sub cultura idolorum constitutus, vel pp homines iustitiam seruabat: factus autem Iudęus malorum magistrorũ prouocatus exempto, fiebat, peior magistris. Chry. in ho. Cum. n. virtuosus fuerit magister, discipulus imitatur, cum ãt fuerit malus, superexcedit. Filius ãt vocatur gehẽnæ, qũo filius perditionis, & filius huius seculi. Vnusquisque. n. cuius opera facit, huius filius appellatur. Ori. Ex ãt loco discimus, qm̃ & eorum qui in gehennã futuri sunt, erit differentia tormentorum, quando alter est simpliciter filius gehennæ, alter uero dupliciter. Sed & hoc videre oportet: & si generaliter est fieri aliquẽ filium gehennæ, vt puta Iudæum, aut Gentilẽ: aut ẽt specialiter, vt per singulas species peccatorum fiat quis filius gehennę, ut iustus quidem secundum numerum iustitiarum suarum augeatur in gloria, peccator autẽ secũdum numerum peccatorum suorum multiplicetur in gehenna. Fili⁹ gehennæ quis dicatur.

Væ vobis duces cæci qui dicitis, quicunque iurauerit per templum nihil est, qui ãt iurauerit in auro tẽpli, debitor est. Stulti et cæci, quid enim maius est, aurum, an templum, qđ sanctificat aurũ? Et quicunque iurauerit in altari, nihil est, qui ãt iurauerit in dono qđ est super illud dẽt. Cæci, ꝙ enim maius est donum, an altare qđ sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari iurat in eo, & in omnib. quæ super illud sunt. Et quicunque iurauerit in templo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cælo, iurat in throono Dei, & in eo qui sedet sup ipsũ.

Hier. Sicut in phylacterijs & fimbrijs dilatatis opinio sanctitatis captabat gloriam, & per occasionem gloriæ quærebãt lucra: sic alia traditionis fraude inuenta impietatis arguit transgressores. Si quis n. in contẽtione, seu in aliquo iurgio vel iurgio vel in causæ ambiguo iurasset in templo, & postea conuinctus esset mendacij, nõ tenebatur criminis reus. Et hoc est qđ dicit. Vę vo. du. cæ. qui di. Quicunq; &c. dicat: Nihil dẽt. Sin ãt iurasset in auro & pecuniã quæ in templo sacerdotibus offerebatur, statim id in quo iurabat cogebãt exoluere. vnde sequit. Qui ãt iura. in au. templi &c. Chry. sup. Mat. Templum quidem ad gloriam Dei pertinet, & ad hominum spiritualem salutem. Aurum autem tẽpli etsi ad gloriã Dei pertineat, tñ magis

ad delectationem hominum & ad vtilitatem sacerdotũ offertur. pharisæi ergo aurũ, quo ipsi delectabãtur, & dona quibus ipsi pascebantur, sanctiora dicebant esse, quàm ipsum templum: vt homines promptiores facerent ad offerenda dona, quàm ad preces fundendas in templo. vñ conuenienter reprehendit eos dñs, dicens. Stulti ꝯci, quid.n. &c Multi ãt nunc Christiani sic incipientes intelligũt. Ecce.n. si aliqua causa fuerit, modicum vř facere qui iurat per Deũ Qui ãt iurat per Euangeliũ, maius aliquid fecisse videtur. Quibus similiter dicendum est. Stulti & cæci. Nam scripturæ pp Deũ scriptæ sunt, non Deus pp scripturas. Maior ergo est Deus qui sanctificat Euangelium, quàm Euangeliũ, qđ sanctificatur ab eo. Hier. Rursus si quis iurasset in altari, periurij reum nemo retinebat: si ãt iurasset in dono vel in oblationibus, hoc est in hostia, vel in victimis, in similia, & cæteris quæ offeruntur Deo super altare, hoc studiosissimè repetebant. Totum ãt faciebant nõ ob Dei timorem, sed ob diuitiarum cupiditatem. vnde sequitur. Et quicũq; iura. in altari, nihil est &c. Arguit.n. eos dominus & stultitiæ & fraudulentiæ: ꝙ multo maius sit altare, q̃ hostiæ quæ sanctificantur ab altari. vnde sequitur: Cœci, quid.n. maius est, donum an altare quod sanctificat donum. Glo. Et ne fortè in tantam insaniam prorumperent, vt dicerent aurum sanctius esse templo, & donum altari: eos alia ratione conuincit, quia videlicet iuramento quod fit per templum & altare, continetur iuramentũ quod fit per aurũ vel per donum. Et hoc est quod subdit. Qui ergo iu. in al. iurat in eo. &c. Orig. Similiter qm̃ Iudæi consuetudinem habebant per cœlum iurare, ad reprehensionem eorũ subdit. Qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei &c. Nõ ergo sicut arbitrantur, euadunt periculum in eo ꝙ nõ per Deum iurant, sed per thronum Dei, scilicet cœlũ. Glos. Qui.n. per subiectam creaturam iurat: & p diuinitatẽ præsidentem creaturæ iurat. Orig. Est ãt iuramentũ confirmatio verbi de quo iuratur. Iuramentũ ergo intelligendum est testimoniũ scripturarũ quod profertur ad confirmationem uerbi quod loquimur, vt sit quidem templum Dei, scripturã diuinã; aurum ãt sensus in ea. Sicut aũt aurũ qđ fuerit extra templum, nõ est significatur; si omnis sensus qui fuerit extra diuinam scripturam, quãuis admirabilis uideatur, non est sanctus. Non ergo debemus ad cõfirmandam doctrinam nostros intellectus assumere, nisi ostenderimus eos esse sanctos ex eo ꝙ in scripturis continetur diuinis. Altare ãt est hominis cor, quod principale habetur in homine. Vota ãt & dona quæ ponũtur super altare, est oẽ quod superponit cordi, ut orare, psallere, eleemosynas facere, ieiunare. Sanctum ergo facit oẽ uotum hominis cor eius ex quo uotum ei offertur. Ideo non potest honorabilius esse uotũ quàm cor hominis, ex quod transmittitur uotũ. Si ergo consciẽtia hominis non pugnat, fiduciam hẽt ad Deum; non propter dona, sed quia (ut ita dicam) altare cordis sui bene construxit. Tertium est ut dicamus ꝙ super tẽplum, id est super omnem scripturam, & super altare, i. super oẽ cor, est intelllectus quidam, qui dicitur cœlum: thronus ipsius dicitur Dei, in quo uidere est facie reuelata cum uenerit, quod perfectum est faciẽ veritatis. Hil. Adueniente ẽt Christo inutilem docet esse fiduciam legis, quia nõ in lege Christus, sed lex sanctificatur in Christo; in quo ueluti sedes thronusq; sit positus, atq; ita stulti cæciq; sunt qui sanctificante ptermisso, sanctificata ueneratur. Aug. de quæst. euan. Templum etiam & altare ipsum Christũ intelligimus, aurũ & donũ, laudes, & sacrificia precum, q̃ in eo & per eum offerimus. Non enim ille per hoc; sed istã per illum sanctificãtur.

Cupiditas sacerdotum notat.

Allegorica expositio.

Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudiciũ, & misericordiam, & fidem Hæc oportuit facere, et illa non omittere. Duces, cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.

Chry. in ho. Supra dominus dixerat, ꝙ ligabant grauiora onera, & alijs imponebãt; quæ ipsi nec tangere uolebãt. Hic aũt rursus ostendit ꝙ in paruis quærentes digentiam, magna contemnebant. unde dicitur. Vę uo. scri. & pha. hy. qui &c. Hiero. Pharisæi enim, quia pręceperat dominus

nus propter alimoniam sacerdotũ & leuitarum, quorũ pars erat dominus, omniũ rerum offerri in tẽplo decimas, ut intellectus mystico dimittamus, hoc unum habebant studij: ut quæ uilia fuerant cũ portarentur, cætera quæ erant maiora parui pendebant. unde sequitur. Et reliqui. quę grauio. sunt &c. Ex hoc capitulo arguit eos auaritię: ꝙ studiose etiã uilium olerũ decimas exigant, & iudicium in disceptatione negotiorum, misericordiamque in pauperes, & fidem in Deum, quæ magna sunt, prętermittant Chry super Mat. Vel quia sacerdotes auaritia pleni, si quis decimas alicuius rei minimæ nõ obtulisset, corripiebant eũ, quasi magnum crimẽ fecisset. Si quis autẽ alterum lædebat aut in Deum peccabat, non curabant eum corripere; de lucro ãt suo soliciti, & de gloria Dei ac salute hominũ neglig ẽtes. Seruare.n.iustitiã, & facere misericordiã & habere fidẽ ꝑꝑ suã gloriã Deus mandauit, decimas aũt offerre ꝑꝑ utilitatẽ sacerdotũ, ut sacerdotes quidẽ populo in spiritualibus obsequant, populi aũt in carnalibus sacerdotibus subministrent. sic & modo fit, quia oẽs de honore suo sunt soliciti, de honore ãt Dei nulli. Portiones ẽt suas uigilãter defendũt, sed circa obsequiũ ecclesiæ curã impẽdere nõ attendũt. Si populus decimas nõ obtulerit, murmurant oẽs, si peccantem populũ uiderint, nemo murmurat cõtra eos. Sed quia scribarũ, et pharisæorũ, ad quos loquebaẽ, quidã populares erãt, nõ est incongruũ ut aliã expositionẽ faciamus ꝑꝑ eos qui decimas dabãt. Nã qui accipit decimas, rectẽ decimare dicit, & qui dat. Scribæ ergo & pharisæi minimarũ quidẽ rerũ decimas offerebãt, ostẽdendæ religionis gratia. In iudicijs ãt erant iniusti, in fratribus sine misericordia, in ueritate increduli. Orig. Sed quoniã contingens erat sut audientes quidam dominum ista loquentem contemnerent minimarum rerum decimationẽ, sapientes addidit, & hæc oportuit facere; hoc est iudicium, misericordiã, & fidem; & illa nõ omittere, id est decimationem mentæ, anethi & cymini. Remi. Ostendit quippe dñs his uerbis, q̃m omnia præcepta legis, tã maxima quã minima, sũt implenda. Redarguuntur ãt qui eleemosynas de fructib. terræ faciũt, putãtes se minime posse peccare, quib. nihil ꝓsunt eleemosynæ, nisi a peccatis studeãt cessare. Hila. Et q a minoris periculi esset decimatio nẽ oleris, q̃ beneuolentiæ officium preterire, irridet eos cõsequẽter dñs, dicẽs. Duce cęci &c. Hier. Camelũ puto esse magnitudinẽ pceptorũ, iudiciũ, misericordiã, & fidẽ. Culicẽ decimationẽ mẽtæ, anethi, & cymini, & reliquorũ olerũ uiliũ. Hæc aũt pcepta Dei quæ magna sunt deuoramus, atq; negligimus, & operationẽ religionis in paruis quæ lucrũ hñt, cũ diligentia demonstramus. Orig. Vel excollantes culicẽ.i. expellentes a se minima delicta quę culices nominauit. Camelum ãt glutiunt .i. cõmittẽtes maxima delicta, quæ nominat camelos, animalia uidelicet tortuosa & grãdia. Scribæ ãt moraliter sunt, q amplius nihil æstimant positum in scripturis, q̃ simplex sermo demonstrat. Pharisæi ãt sunt oẽs qui iustificãt semetipsos, & diuidunt se a cæteris, dicẽtes. Noli mihi appropinquare, q̃m mundus sum. Mẽta aũt, & anethum, & cyminum ciborum condi turæ sunt, nõ principales cibi. Sic in conuersatione nostra q̃dã sunt necessaria ad iustificationẽ, ut iudiciũ, misericordia, & fides. Alia sunt ẽt quasi condientia actus nostros, & suauiores eos facientia, ut abstinentia, risus ieiuniũ, flexio genuum, et huiusmodi. Quõ ãt nõ ęstimani cœci qui nõ uidẽt? q̃m nihil prodest cautum esse dispensatorem in rebus minimis, cum principalia negliguntur. Hos ergo sermo pręsens cõfundit, nõ quidam leuia prohibẽs obseruari, sed principalia præcipiens cautius custodire. Grego. Mora. Vel aliter: Culex susurrando uulnerat: camelus ãt sponte se ad suscipiẽda onera inclinat. Liquauerunt ergo culicẽ Iudæi, qui seditiosum latronẽ dimitti petierunt. Camelum uerõ glutierũt, quia eum qui ad suscipiẽda nostrę mortalitatis onera sponte desceẽderat, extinguere clamando conati sunt.

Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ; qd mũdatis qd de foris est calicis et paropsidis, intus ãt pleni estis rapina & immũditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat & id quod de foris est, mũdũ.

Hier.

Ritus nefarij arguũtur.

Moralis expo.

Hier. Diuersis uerbis eodem sensu quo suprà arguit pharisæos simulationis, & mendacij, ꝙ aliud ostendant hominib. foris, aliud domi agãt. unde dicitur: Væ vo. scri. & pha. hypo. &c. Non hoc dicit ꝙ in calice & paroplide eorum superstitio moraretur, sed ꝙ foris hominibus ostenderét sanctitatem, quod manifestum est ex eo qđ addidit dicens. Intus autem ple. estis ra. & immun. Chry. sup. Mat. Vel hoc dicit, quia Iudæi quoties ingressuri erant in templum, aut sacrificia oblaturi, aut per dies festos seipsos & uestiméta sua & utésilia lauant: & a peccatis nemo seipsum purgabat, cũ Deu neq; corporis munditiam laudet, neq; sordes códemnet. Pone tñ ꝙ Deus odit sordes corporum & uasorum, quæ necesse est, vt ipso vsu sordidentur, quanto magis sordes conscientiæ horret; quam si volumus, semper mundã seruamus? Hil. Arguit ergo eos qui iactantiã multis studii sequétes, vtilitatis perfectæ ministeriũ derelinquũt. Calicis nãq; vsus interior, est qui si obsorduerit, quid proficiet lotus exterior? atque ideo interioris consciétiæ nitor est obtinendus, ut ea quæ corporis sunt forinsecus abluãtur. & ideo subdit: Pharisæe cœce, munda prius &c. Chrys. sup. Mat. Non autem hoc dicit de sésibili calice aut parop side, sed de intelligibili, qui si nunquam tetigerit aquã mundus pót esse apud Deum. Si ãt peccauerit & tota aqua pelagi & fluminũ se lauerit, sordidus est & miser ante Deũ. Chry. in ho. Attéde ãt quòd ubi de decimis loquebatur, cóuenićter dixit, Hæc oportuit facere, & illa nó omittere. Decima. n. eleemosyna quædã est. Quid; aũt nocet eleemosynã dare? nó tñ hoc dixit sicut legalé obseruationé inducés. Hic ãt ubi de purgationibus & immunditijs disputat, non ad hoc addit, sed ostédit ꝙ de necessitate ad interiorem munditiã exterior sequit, qđ quidam extra calicis & paropsidis corpus uocans, quod ãt est intus aĩam. Orige. Hic sermo nó instruit ut festinemus esse iusti, non apparere. Qui. n. studet ut appareat iustus, quæ a foris sunt mundat, & quæ uidétur, curat; cor ãt & conscientia negligit. Qui ãt studet ea quæ intus sunt. i. cogitationes mundare, consequens est ut etiam ea quæ a foris sunt, faciat munda. Sed oẽs falsi dogmatis professores calices sunt a foris, quasi mũdati pp speciem religionis quã simulant: ab intus ãt pleni rapina & simulatione, dum rapiunt homines ad errorem. Calix ẽt est uas ad potum, paropsis ad cibum. Omnis ergo sermo per quem potamur spiritualiter, uel oĩs narratio p quã nutrimur, uasa sunt pot⁹ & cibi. Qui ergo student compositum proferre sermonem, magis q̃ salutari sensu repletum: calix eius a foris mundatus est, ab intus ãt sordib. uanitatis impletus. Sed & litteræ legis & prophetarũ calices spiritualis potus & paropsides necessariũ escarũ sunt. Scribæ q dẽ & pharisæi studét sensum exterioré mundũ demonstrare: discipuli aũt Christi sensũ spiritualé mũdare festinant.

Sordes duplices.

Decima est eleemosyna.

Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qa similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorũ & omni spurcitia: Sic & vos a foris quidem apparetis hominibus iusti; intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.* *Paretis.

Orig. Sicut habetur superius, intus pleni rapina & intéperãtia, similiter hic pleni sunt hypocrisi & iniquitate, qui cóparantur ossibus mortuorum & immũditię uniuersæ. ubi dicit; Væ uo. scri. & pha. &c. Chry. sup. Mat. Meritò quidem iustorum corpora tépla dicũtur, quia anima in corpore Christi dominatur, sicut Deus in téplo, uel qa ipse Deus in corporibus habitat iustis. Corpora auté, peccatorũ sepulchra dicũtur mortuorũ, quia anima mortua est in corpore peccatoris: nec. n. uiuẽs putãda est, quæ nihil uiuũt aut spirituale agit in corpore. Hie. Sepulchra ãt forinsecus lęuigata sũt calce, & ornata marmoribus in auro coloribusq; distinctis, int⁹ autem plena sunt ossibus mortuorum. unde dicitur. Quę ap. ho. spe. int. au. pl. sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic ãt & peruersi magistri qui alia docét, & alia faciunt, mũditiam habitu uestis & uerborum humilitatem demonstrant, intus aũt pleni sunt omni spurcitia & auaritia, & libidine & hoc manifestè exprimit inferens; Sic & uos à foris quidé apparetis &c. Ori. Oĩs. n. iustitia simulata, mortua est q̃ propter Deum nó fit: magis autem neque

iustitia est, sicut mortuus homo non est homo. Et sicut Mimi, qui personas suscipiunt aliorũ, & nõ sunt ipsi quos simulãt. Tãta ergo sunt ossa in eis & immũditiæ, quanta bona simulant ex malo affectu. Videtur ãt a foris iusti coram hominib. non eis quos scriptura appellat Deos, sed corã eis qui sicut homines moriũtur. Greg. 26. Mora. Ante districtum uerò iudicem excusationẽ, ideo de ignorantia habere non possunt, quia dum ante oculos hominum oẽm modum sanctitatis ostendunt, ipsi sibi sunt testimonio, quia bene uiuere non ignorant. Chry. sup. Mat. Dic autẽ hypocrita, si bonũ esse malum, ut quid non uis apparere quod uis esse? Nam qđ turpe est apparere; turpius est esse. quod aut formosum est apparere, formosius est esse Ergo aut esto quod appares; aut appare qđ es.

Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: qui ædificatis sepulchra prophetarum, et ornatis monumenta iustorum, et dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarũ. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum qui prophetas occiderunt.

Hier. Prudẽtissimo syllogismo arguit eos esse filios homicidarum, dum ipsi opinionẽ bonitatis & gloriæ in populo ædificant sepulchra prophetarũ, quos maiores eorum interfecerunt. Et hoc est quod dicit Væ uo. scri & pha. hypo. &c. Orige. Nõ satis rationabiliter cõminari dicitur aduersus eos qui ædificant sepulchra prophetarum; quantum. n. ad hoc laudabile aliquid faciebant, quõ ergo digni erant suscipere uæ? Chry. in ho. Non ergo eos incusat, qm̃ sepulchra ædificant, sed intentioni eorum detrahit cũ qua edificabant; qm̃ non pp honorem eorũ qui occisi fuerant, sed sicut pompã sibi statuentes in occisionibus illorum & formidantes ne fortè tpe procedente sepulchris destructis tabescat tantę audaciæ memoria. Chr. sup. Mat. Vel quia dicebant apud se: Si bene fecerimus pauperibus, non multi uident, & pro tpe uident. Nonne ergo melius ædificia facimus quæ oẽs aspiciunt, nõ solum in hoc tempore, sed ẽt in posterum? O insipiens homo, quid tibi prodest post mortẽ ista memoria: si ubi es, torqueris, & ubi es, laudaris? Dum autem Iudæos castigat dominus, Christianos docet. Nam si ad illos solos dixisset, hęc dicta fuissent tãtũ, nõ ẽt scripta; nunc ãt & dicta sunt propter illos: & scripta propter istos. Si ergo iuxta alia bona fecerit homo ædificia sancta additamentum est bonis operibus; si ãt sine alijs bonis operibus, passio est glorię secularis: Non. n. gaudent martyres quando ex illis pecunijs honorantur, in quibus pauperes plorant. Semper ẽt Iudæi preteritorum sanctorũ cultores fuerunt, & præsentium contemptores, magis autem & persecutores. Non enim sustinentes increpationes prophetarum suorum, persequebantur eos & occidebant; postea uero nascentes filij intelligebant culpas patrũ suorum, & ideo quasi de morte innocentium prophetarũ dolẽtes ædificabãt memorias eorum. Et ipsi tñ similiter persequebãtur, & interficiebant suos prophetas, increpantes eos propter peccata sua. & ideo subditur. Et dicitis, Si fuissemus in diebus patrũ nostrorum, non essemus socij eorũ in sanguine prophetarum. Hier. Hoc ãt & si sermone non dicant, opere loquuntur, ex eo ꝙ ambitiose & magnificè ædificant memorias occisorum. Chrys. su. Mat. Qualia ergo cogitabant in corde, talia loquebantur & factis. Naturalem ãt consuetudinẽ omnium malorum hominũ hic Christus exponit, quia alter alterius culpã cito intelligit, suam ãt difficilè. Homo. n. in causa alterius tranquillum hẽt cor, in sua vero turbatum. In causa ergo alterius de facili possumus oẽs iusti iudices esse. Ille aũt uerè iustus & sapiens est qui sibijpsi iudex fieri potest. Sequitur: Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorũ q̃ prophetas occiderant. Chry. in hom. Qualis autem est incusatio filium esse homicidæ, eum qui nõ communicat mẽti patris? patet quòd nulla. unde manifestum est ꝙ propter hoc dicit, quia occultè insinuat malitię similitudinem. Chryso sup. Mat. Testimonia enim sunt de filijs mores parentũ: si. n. pater fuerit bonus & mater mala, aut è conuerso; filij interdũ patrem sequũtur, interdum matrem. Si autem ambo fuerint ęquales, fit quidem aliquando ut de bonis parẽtibus mali exeãt filij, aut

Bene actæ uita æterna memoria.

Cõparatio gratiæ & naturæ.

ecóuerſo, ſed raro. Sic.n.hoc eſt, ſicut cũ extra regulã naturæ naſcitur homo, aut ſex digitos habens, aut oculos non habẽs. Orige. Sed & in propheticis dictis narratio ſecundum hiſtoriam eſt corpus, ſpiritualis ſenſus autẽ eſt anima; ſepulchra ipſę litterę ſcripturarum & libri. Qui ergo ſolam hiſtoriam attendunt, co pora prophetarum colunt in literis poſita, quaſi in quibuſdam ſepulchris, & dicuntur phariſæi, ideſt præciſi quaſi animam prophetarum præcidentes a corpore.

Et vos implete menſuram patrum veſtrorũ. Serpentes, genimina viperarum quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo dico vobis, ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapientes & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequimini de ciuitate in ciuitatem; vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, a ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ; quem occidiſtis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam.

Chry ſu. Mat. Quia dixerat cõtra phariſæos & ſcribas ꝙ filij eſſent eorum qui occiderunt prophetas, nunc manifeſtat ꝙ in malitia eis ſimiles erãt, & ꝙ fictio erat hoc quod dicebant, ꝙ non cõicaſſent operibus eorum ſi fuiſſent in tẽpe illo. Et ideo dicit: Et vos implete mẽſuram pa. veſtro. Non quidem hoc dicit, quaſi iniungens, ſed quaſi prædicens quod futurum erat. Chry. ſu. Mat. Prophetizat.n. illis futurũ eſſe, ſicut patres eorum interfecerunt prophetas, & ſic ipſi interficerent Chriſtũ & Apoſtolos, & cæteros ſanctos, vt puta ſi contra aliquem litiges aduerſarium, dicis illi, fac mihi quod es facturus, nõ iubes vt faciat, ſed oſtendis te intelligere qđ cogitat facere. Et quidem quantum ad veritatem, exceſſerunt menſuram patrum ſuorum. Illi.n. homines occiderunt, iſti Deũ crucifixerunt. Sed quia voluntate ſua deſcendit in mortem, non imputat illis ſuæ mortis peccatum, imputat aũt illis mortem Apoſtolorum, cæterorumq; ſanctorum. Et ideo dicit: Implete, & non ſuperimplete. Nam benigni & iuſti iudicis eſt ſuas iniurias cõtemnere, & aliorum iniurias vindicare. Orige. Implent ẽt menſurã paternę iniquitatis, per hoc ipſum ꝙ nõ cõ credunt in Chriſtũ. Cauſa ãt incredulitatis fuit, qm̃ ſemper animum ſuuum dederunt circa hiſtorias corporales, nihil ſpirituale in eis volentes intelligere. Hil. Quia ergo menſuram paternæ voluntatis impleuerunt, ideo & ſerpentes & viperina generatio ſunt vnde ſequitur: Serpentes genimina viperarum, quõ fugietis a iudicio gehennæ? Hier. Hoc ipſum & Ioan. Bap. dixerat: Sicut ergo de viperis, inquit, naſcuntur viperæ, ſic de homicidis patribus vos nati eſtis homicidæ. Chry. ſu. Mat. Genimina ãt viperarũ dicuntur, qm̃ talis eſt viperarum natura, vt filij rumpant vterum matris & ſic procedunt. ſic & Iudæi ſemper parentes condemnant, reprehẽdẽtes eorũ facta. Dicit ãt: Quõ fugietis a iudicio gehennæ? Nũquid ſepulchra ſanctorum ædificantes? Sed primus gradus pietatis eſt, ſanctitatẽ diligere, deinde ſanctos: ſine cauſa.n iuſtos honorat, qui iuſtitiam ſpernit. Non poſſunt ſancti amici eſſe illorum, quib. Deus eſt inimicus an forſitã nomen vacuum vos liberabit, quia videmini eſſe in populo Dei? puto autem ꝙ melius eſt inimicus apertus, q̃ amicus falſus: ſic & apud Deum odibilior eſt qui ſeruũ Dei ſe dicit, & mandata diaboli facit. Apud Deum quidem qui hominem occidere diſponit, antequam occidat, homicida habetur. Voluntas.n. eſt quæ aut remuneratur pro bono, aut condemnaẽ pro malo: opera aũt, teſtimonia ſunt voluntatis. Non ergo quærit Deus opera propter ſe, ut ſciat quõ iudicet: ſed propter alios, vt oẽs intelligant quia iuſtus eſt Deus. Prouidet ãt Deus occaſioni peccandi malis, nõ vt peccare faciat, ſed vt peccatorem oſtẽdat, & bonis præbet occaſionem, per quã oſtendant propoſitum voluntatis ſuæ. Sic ergo & ſcribis & phariſæis dedit occaſionem oſtendendi voluntatem ſuam. vnde concludit: Ideo ecce mitto ad vos prophetas, & ſapientes & ſcribas: Hilarius. Ideſt Apoſtolos, qui de futurorum reuelatione prophetæ ſunt, de Chriſti agnitione ſapientes, de legis intelligentia ſcribæ. Hieronymus. Vel obſerua iuxta Apoſtolum ſcribentem ad Corintiuaria dona eſſe diſcipulorum Chriſti alios prophetas, qui ventura

Variá dona gratiarum.

ventura pdicat, alios sapientes, qui nouerit qñ dent proferre sermonē, alios scribas in lege doctissimos: ex quib. lapidatus est Stephanus, Paulus occisus, Petrus crucifixus, flagellati in actib. Apostolorū discipuli, & psecuti sunt eos de ciuitate in ciuitaté, expellētes de Iudæa ut ad Gentiū populos transmigrarét. Orig. Vel scribæ qui mittūtur à Christo sunt secūdū Euāgeliū quos & spiritus viuificat, & literā nō occidit, sicut litera legis quā sequétes in vanas superstitiones incurrūt. Simplex āt Euāgeliū narratio sufficit ad salutē. Scribæ autē legis scribas noui testamenti adhuc per detractionem flagellāt in synagogis suis, sed & hæretici qui sunt spirituales pharisæi, linguis suis Christianos flagellant & psequuntur de ciuitate in ciuitatem, interdū corporaliter, aliquando autem spiritualiter volentes eos expellere, quasi de propria ciuitate legis, & prophetarū, & Euangelij in aliud Euangeliū. Chry. sup. Mat. Deinde vt ostendat qm̄ non impunè hoc faciūt ineffabilem eis ex his timorem incutit. unde subditur: Vt veniat super uos &c. Raban. Idest omnis debita vltio pro effuso sanguine iustorum. Hiero. De Abel quidem nulla est ambiguitas quin is sit, quem Cain frater occiderit. Iustus autem non solum ex dñi nunc sñia, sed ex Genesis testimonio comprobatur, vbi accepta eius à Deo narrantur munera. Quærimus aūt, quis fuerit iste Zacharias filius Barachiæ, quia multos legimus Zacharias, & ne libera nobis tribueretur erroris facultas, additum est; Qué occidistis inter templum & altare. Alij Zachariam filium Barachiæ dicunt qui in duodecim prophetis undecimus est, patrique in eo nomen cōsentit, sed ubi occisus sit inter templū & altare scriptura nō loquitur, maximè cū temporibus eius vix ruinæ templi fuerint. Alij Zachariam patrem Ioānis intelligi volunt. Orig. Venit. n. ad nos traditio talis, quasi sit aliquis locus in templo, ubi uirginibus quidem licet adorare Deum, ex parte āt earum thorum virilem non pmittebantur in eo consistere. Maria autē post quam genuit Saluatorem, ingrediēs adorandū, stetit in illo uirginum loco. prohibentibus aūt eis qui nouerant eam iam filiū genuisse, Zacharias dixit, qm̄ digna est uirginum loco cū adhuc sit virgo. ergo quasi manifestissime aduersus legē agētē occiderūt quasi cū inter tēplū & altare viri generationis illius. Et sic verū est verbū Christi qđ dixit ad pñtes quē occidistis. Hie. Hoc tñ qa de scripturis nō hēt auctoritaté, eadē facilitate cōtēnitur qua probatur. Alij istū volunt esse Zachariā, qui occisus sit à Ioas rege Iudæ inter téplū & altare, id est in atrio tépli. Sed obseruandum qđ ille Zacharia non fuit filius Barachiæ, sed Ioiadæ sacerdotis. Sed Barachias in lingua nostra benedicens Deum dr, & sacerdotis Ioiadæ iustitia Hebręo noīe demōstratur. In Euangelio verò quo vtūtur Nazarei, pro filio Barachiæ, filium Ioiadæ scriptum reperimus. Rem. Quærendum est autem quomodo vsq; ad sanguinem Zachariæ dixerit, cum plurimorum sanctorum sanguis postea fuit effusus? Soluitur autem sic, Abel pastor ouium in cāpo fuit occisus. Zacharias fuit sacerdos, & in atrio templi interfectus. Ideo ergo dominus hos duos commemorat, quoniam per hos omnes sancti martyres designantur, laicalis scilicet, & sacerdotalis ordinis. Chry. in ho. Abel etiam commemorauit, ostendens qm̄ ex inuidia essent Christum & discipulos eius occisuri. Zacharię āt mentionem fecit, quoniam duplex præsumptio fuit in eius occisione. non. n. solū in sanctum hominem facta est, sed & in loco sancto. Orig. Zacharias etiam interpretatur memoria Dei. Omnis ergo qui memoriam Dei disperdere festinat, in eis quos scandalizat, Zachariæ sanguinē vt effundere filij Barachiæ, Per benedictionem. n. Dei memores sumus Dei, Ab impijs ēt memoria interficitur Dei, quando & tēplum Dei, a lasciuis corrumpitur, & altare eius per negligentiam orationū sordidarum sordidatur. Abel autē luctus interpretatur Qui ergo non recipit quod scriptū est: Beati qui lugēt sanguinē effundit Abel, hoc est, ueritatē luctus salutaris. Effundunt ēt aliqui veritatē scripturarū: quasi sanguinē earum, quia oīs scriptura nisi secūdū veritatē intelligatur, mortua est. Chr. in ho. Et ut in omnem excusationē illis adimeret, ne dicerét qm̄ ad gētes

eos misisti, pp hoc scádalizati sumus ꝑdixerat ꝗ ad eos essent mittẽdi discipuli, & ideo de ultione eorũ subdit: Amẽ dico uobis, uenient hęc oĩa sup generationẽ istã. Gl. Nõ hos tm̃ ꝑsentes dicit, sed omnẽ generationẽ ꝓcedentẽ & futurã; quia omnes vna ciuitas sunt, & vnum corpus diaboli. Hie. Regula ãt scripturarũ est, duas generationes bonorũ & malorũ nosse. De gñatione bonorum dr̃. Generatio iustorum benedicet: de malis verò in pręsenti loco gñatio uiperarum. Ergo & isti quia similiæ sicut Cain, & Ioas cõtra Apostolos gesserũt, de vna gñatione esse referunt. Chr. in ho. Vel aliter; quia gehennæ pœna quã eis comminatus fuerat, tardabat. Comminatur etiam eis pręsentia mala cum dicit; Veniẽt hæc omnia super gñationem istã. Chry. super Matth. Sicut. n. omnia bona quæ in singulis generationibus à constitutione mundi omnes sancti merebantur, illis nouissimis sunt donata, qui receperũt Christum, sic omnia mala, quæ in singulis generationibus à constitutione mundi pati meruerunt omnes iniqui, si per nouissimos Iudæos venerunt, quia Christum repulerunt. Aut ita, sicut omnis iustitia præcedentium sanctorum, imò omnium sanctorum, tantum mereri nõ potuit, quãtũ gratiæ datũ est hominibus in Christo, sic omniũ peccata impiorũ tantũ malum mereri non potuerunt, quãtũ uenit super Iudæos, vt corporalia paterentur, qualia passi sunt a Romanis, & sic postmodũ oẽs generationes eorũ vsq; in finẽ seculi proijcerent à Deo, & ludibriũ fierent gentib. vniuersis. Quid. n. pɇius põt fieri ꝙ filium eum misericordia & humilitate uenientẽ non suscipere, sed tali modo interficere? Vel ita oĩs gens, uel ciuitas non statim cũ peccauerit punit eam Deus, sed expectat per multas generationes, quando autem placuerit Deo perdere ciuitatẽ illam aut gentem, vt omnium generationum pręcedentium peccata reddere illis, quoniam quæ omnes merebamur, hęc sola passa; sic & generatio Iudæorum pro patribus suis est punita. Verè aũt non pro illis, sed pro se condemnati sunt. Chry. in ho. Qui. n. multos iã peccantes uidit, & incorrectus permansit: eadem rursus vel grauiora faciens, maiori est pœnæ obnoxius.

Impietas iudæorum.

Hierusalẽ, Hierusalẽ, quæ occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt. Quoties uolui congregare filios tuos quẽadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico. n. uobis non me uidebitis amodo donec dicatis; Benedictus qui uenit in nomine domini.

Chry. in ho. Post prędicta, ad ciuitatẽ conuertit dominus sermonem, ex hoc erudire volens auditores. vnde dicit: Hierusalẽ, Hierusalem. Hęc autem duplicatio miserentis est, & valde diligentis. Hie. Hierusalem autem nõ saxa & ædificia ciuitatis, sed habitatores uocat, quã patris plangit affectu. Chry. sup. Mat. Præuidẽs ruinã ciuitatis illius, & plagam quæ à Romanis superuentura erat, recordabatur quidẽ sanguinis sanctorũ suorũ, qui effusus erat ab illis & postmodũ effundendus. vnde addit: Quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Missum ad te Esaiã occidisti, & seruũ meũ Hieremiã lapidasti, Ezechielem tractum per lapides excerebrasti, quõ saluaberis, quæ ad te medicũ non uenire permittis? & non dixit. Occidisti aut lapidasti sed occidis & lapidas, id est quasi hoc proprium & naturalem consuetudinẽ habes, vt occidas & lapides Sanctos. Eadẽ. n. fecit Apostolis quæ fecerat aliquando prophetis. Chry. in ho. Deinde cũ uocasset eã, & abominabiles eius occisiones dixisset, quam se excusando dixit, subdens: Quoties volui congregare filios tuos? quasi dicat, neq; prædictis occisionibus me à tua beneuolẽtia auertisti, sed uolui te mihi adiungere, non semel aut bis, sed multoties. Magnitudinem autẽ amoris sub similitudine gallinæ ostendit. Au. de quæ. Euan. Hoc. n. genus animãtis, magnũ affectũ in filios hẽt, ita ut eorũ infirmitate affecta, infirmetur & ipsa. Et quod difficile in cęteris animantibus inuenies, alis suis filios protegens contra miluũ pugnat, sic & mater nostra Dei sapientia ꝑ carnis susceptionẽ infirmata quodammodo secundum illud Apostoli: Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, protegit infirmitatem nostram, & resistit diabolo, ne nos rapiat. Origenes. Filios autem Hierusalem dicit, secundum quod dicimus

Gallinæ natura.

dicimus semper ciuiū successores præcedentium filios. Dicit aūt: Quoties uolui, cum sit manifestum semel cū docuisse in corpore Iudæos? Semper.n. Christus præsens fuit & in Moyse, & in ꝓphetis & in Angelis ministrantibus saluti humanæ ꝑ singulas generationes. Si quis autem non fuerit congregatus ab eo, iudicabit̄ quasi noluerit congregari. Raba. Cessent igitur hęretici Christo principiū ex uirgine dare, omittant alium legis & prophetarum Deū prædicare. Aug. in Ench. Vbi est autem illa omnipotentia, qua in cœlo & in terra oīa quęcunque uoluit fecit: si colligere filios Hierusalem uoluit & nō fecit? An non potius illa quidem filios tuos ab ipso colligi noluit, sed ea quoque nolēte, filios eius collegit ipse, quos uoluit? Chr. in ho. Deinde comminatur pœnam quā semper formidauerūt. s. ciuitatis & tēpli euersionē, dicens; Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Chry. sup. Mat. Sicut.n. corpus, anima recedēte, prius quidē frigescit, deinde putrescit & soluit̄ sic & templū nostrum Dei spiritu recedente, prius seditionibus & indisciplinatione replebitur, deinde ueniet ad ruinam. Orig. Semp ēt eis qui uoluerūt congregari sub alis eius, cōminantur Christus: Ecce relinquet̄ uobis domus uestra deserta, id est anima & corpus. Sed & si quis ex uobis noluerit cōgregari sub alis Christi ex tēpore illo ex quo cōgregationem refugit actu magis quā corpore, non uidebit pulchritudinē uerbi, donec pęnitens à proposito malo dicat, benedict⁹ qui uenit in nomine dn̄i. Tūc.n. verbū Dei, benedictum uenit sup cor hoīs, qn̄ fuerit quis cōuersus ad Deū. vn̄ sequit̄: Dico.n. uobis, nōn me uidebitis ammodo donec dicatis, Benedict⁹ q uenit in noīe dn̄i. Hier. q.d. Nisi pœnitētiā egeritis & cōfessi fueritis ipsum esse me, de quo ꝓphetę cecinerūt filiū oīpotentis patris, faciē meā nō uidebitis. Habēt ergo Iudęi statutū sibi tēpus pœnitētiæ. Cōfiteant̄ benedictū qui uenit in nomine dn̄i, & Christi ora conspicient. Chr. in ho. Vel aliter: Per hoc occulto secundum aduentum significauit, quoniā tunc omnino eum adorabūt. Quod autē dicit ammodo, ad tēpus crucis refertur.

CAPVT XXIIII.

*ET egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt * discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur.* * ad eū

Orig. Postquā omnia quæ super Hierusalem uentura erant Christus prædixit, exiit de templo qui cōseruauerat templū ne caderet donec fuit in eo. vnde dicitur. Et egres. Iesus de temp. ibat. Sed & unusquisq; cum sit templum Dei propter spiritum Dei inhabitātem in se, ipse sit causa suæ desertionis, vt egrediatur ab eo Christus. Sequitur: Et accesserunt ad eum discipuli &c. Dignum est uidere quō ostendunt ei structuras templi, quasi nunquam viderit templum. Ad quod respondendū est ꝙ cum Christus prophetizasset superius ruinam templi futuram, audientes discipuli mirati sunt talē ac tātam tēpli structuram ad nihilum redigendā, propterea ostendunt ei, vt flecterent eum ad misericordiam loci illius, ne faceret quod fuerat cōminatus. Sed & cum sit humanæ naturæ admirabilis constructio facta, uidelicet templum Dei, discipuli cæteriq; sancti ēt modo miranda opera Dei erga figmentū humanum confitentes, ante conspectum Christi intercedunt, ne deserat genus humanum propter peccata ipsorum. Sequitur; Ipse autem respōdens, dixit eis; Videtis hæc omnia? Amen dico uobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui nō destruatur. Raba. Iuxta historiam manifestus est sensus, quia 42. anno post passionē domini, sub Vespasiano & Tito Romanis principibus ciuitas euersa est cum tēplo. Remi. Diuinitus autem procuratum est, ut reuelata iam luce gratiæ templum cum suis ceremonijs tolleret, ne fortè aliquis paruulus in fide dum uideret omnia illa quæ à domino fuerant instituta & à prophetis sanctificata adhuc permanere, paulatim recedēdo à synceritate fidei ad carnalem iudaismum transiret. Chry. in ho. Sed qualiter uerum est, quòd non mansit

Quęstio euāgelica.

lapis super lapidem? Vel.n.desolationem eius ostendens oĩmodam hoc dixit, uel secũdum illũ locũ ubi erat:sunt.n. eius partes usq; ad fundamenta destructæ. Cũ his & illud dicam, qm̃ ex his quæ facta sunt, & de reliquis oportet credere ꝙ peribunt perfectè. Hier Mysticè autem recedente dño de tẽplo, omnia legis ædificia & compositio mandatorum ita destructa est, ut nihil à Iudęis possit impleri, et capite sublato, uniuersa inter se membra compugnẽt. Orig Omnis ẽt homo qui suscipiens in se uerbũ Dei tẽplum est, si post peccatum adhuc seruat ex parte uestigia fidei & religionis, tẽplũ est ex parte destructũ & ex parte cõsistens. Qui ãt postquã peccauerit curã sui non habet, paulatim minuit donec ad plenũ recedat à Deo uiuẽte, & sic nõ relinquet̃ lapis super lapidem mandatorum Dei, qui non destruatur.

Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes; Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduẽtus tui, & consummationis seculi? Et respondẽs Iesus dixit eis; Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes, ego sum Christus & multos seducent.

Remig. Perseuerans dominus in itinere, peruenerit ad montem Oliueti, & quibusdam discipulis in uia ostendentibus & laudantibus ædificationem templi, ipse palàm prędixerat oĩa esse destruenda, idcirco cum peruenisset ad montem Oliueti accesserunt ad eum interrogantes. unde dr̃: Sedente ãt eo super montem Oliueti. Chry. Propter hoc ãt secreto accesserunt, quia de magnis erant interrogaturi. Etenim cupiebant discere diẽ aduentus eius, quia uehementer desiderabant gloriam eius uidere. Hie. Et interrogabãt tria. Primo, quo tempore Hierusalem destruẽda sit, dicentes; Dic nobis qñ hæc erunt? Secundo, quo tempore Christus uẽturus sit, unde dicunt: Et quod signũ aduentus tui. Tertio, quo tempore consummatio seculi sit futura. unde dicunt. Et cõsummationis seculi. Chry. Lucas ãt ait unam esse interrogationem quę est de Hierosolyma, quasi æstimantibus discipulis tunc futurũ esse Christi aduentum & finẽ mundi, quãdo Hierosolyma destrueretur. Marcus ãt ait nõ omnes de consumatione Hierosolymæ, sed Petrum, Iacobum, Ioãnem, & Andream, quasi liberius & securius Christo loquentes Orig. Puto autem montem Oliueti mysterium esse ecclesiæ, quæ ex gentibus est. Rem. Mõs ãt Oliueti nõ hẽt infructuosas arbores, sed Oliueta quibus lumen nutritur ad fugandas tenebras, & quibus fessis requies, infirmis salus præstatur. Sedẽs ãt dñs supra montem Oliueti contra tẽplum, de ruina ipsius & excidio Iudaicæ gẽtis disputat, ut ẽt ipso situ corporis monstret, quia quietus manens in ecclesia impiorum superbiam cõdemnat. Origen. Agricola.n. residens in monte Oliueti, uerbum Dei est in ecclesia cõfirmatũ, Christus.s. qui semper oleastri ramos inserit in bonã oliuam patrũ. Qui ãt habẽt fiduciã ante Christũ, discere uolũt signũ aduentus Christi, & cõsummationis seculi. Est ãt duplex aduentus uerbi in anima. Primus qdem, stulta p̃dicatio de Christo, qñ prædicamus Christũ natũ & crucifixum. Secundus ãt aduentus est uiris pfectis, de quibus dicitur: Sapientiam loquimur inter perfectos. et huic secundo aduentu adiungitur consummatio seculi in uiro perfecto, cui mundus crucifixus est. Hila. Et quia tria à discipulis quæsita sunt, distinctis & temporibus & intelligẽtiæ significationibus separantur. Rñdetur ergo primo de ciuitatis occasu, & qñ confirmatur ueritate doctrinæ, ne quis fallax ignorantibus possit obrepere. unde sequitur: Et rñdens Iesus, dixit eis: Videte ne quis uos seducat. Multi.n. uenient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus. Chry. Neque enim de Hierosolymę destructione, neque de secunda aduentu respõdit statim, sed de malis, quibus statim obuiãdum erat. Hiero. Vnus autem eorũ de quibus loquitur, fuit Simon magus, quem in actibus apostolorum legimus, qui se magnam dicebat esse uirtutem, hic quoque inter cætera in suis uoluminibus scripta dimittens: Ego sum sermo Dei, ego omnipotens, ego omnia Dei. Sed & Ioannes apostolus in epistola sua loquitur: Audistis quia Antichristus uenturus est: nunc autem Antichristi multi sunt. Ego reor omnes hæresiarchas Antichristos

Tertia interrogatio discipulorũ.

Aduentus duplex.

christos esse, & sub nomine Christi ea docere quæ cótraria sunt Christo. nec mirú si aliquos ab his uideamus seduci, cũ dominus dixerit. Et multos seducent. Orig. Multi aũt sunt q̃ seducunt, quia larga est porta q̃ ducit ad perditioné, & multi sũt qui intrant per eã. Hoc ãt solũ sufficit ad cognoscédũ seductioné Antichristorum, qui dicũt. Ego sum Christus, qđ nunquã legit Christus dixisse. Sufficiebãt.n. ad credendum q̃ ipse est Christus opera Dei, & sermo quẽ docebat, & uirtus ipsius. Oĩs ét sermo qui profitetur expositionem scripturarum secundum fidem earum, & nó habet ueritatem, Antichristus est. Veritas enim Christus est, & simulata ueritas Antichristus. Sed & omnes uirtutes inuenimus esse Christũ, & omnes simulata uirtutes Antichristum: quoniam omnes species boni quascunque habet Christus in se in ueritate ad ædificationem hominũ, omnes eas hẽt diabolus in specie ad seductiones sanctorum. Opus ergo est nobis Deo auxiliatore, ne quis nos seducat uel sermo uel uirtus. Malum.n. inuenire aliquem secundum mores uitæ erranté; multo ãt peius arbitror esse, non secũdum uerissimam regulam scripturarum sentire.

Audituri.n. estis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed nondum statim est finis. Consurget.n. gens in gentem, & regnum in regnum. & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum.

Augu. ad Esichium: Interrogantibus discipulis ea dñs rñdit, quę iam ex illo tempore fuerant secutura. siue de excitatione Hierusalé, uñ orta est ipsius interrogationis occasio: siue de aduentu suo per ecclesiam, in qua usque ad finem venire non cessat: in suis.n. ueniens agnoscitur, dum eius quotidie membra nascuntur: siue de ipso fine, in quo apparebit viuos iudicaturus & mortuos. Cũ itaq; signa dicat quæ ad ista tria pertinent, quod eorum trium signorum ad aliquid horum referendum sit, diligenter considerandum est: ne fortè q̃ pertinet ad unum, referédum putemus ad alterum. Chry. Hic autem loquitur de prælijs quæ Hierosolymis erant futura, cum dicit. Audituri.n. estis prælia & opiniones præliorum. Orig. Qui audit ipsas voces quæ fiunt in pręlijs audit prælia: qui aũt de pręlijs longè gestis audit, opiniones vel rumores audit præliorũ. Chry. in ho. Quia veró per hoc turbari ét discipuli poterant, ideo subdit: Videte ne turbemini. Deinde q̃ a æstimabant post illud bellum quo Hierusalem destrueretur, statim finem mũdi esse venturum: eos in vera opione stabilit, dicens: Oportet.n hæc fieri, sed nódũ statim est finis. Hier. Id est, non putemus diem instare iudicij, sed in tempus aliud reseruari: cuius signum per spicue in consequentibus ponitur. Cõsurget.n. gens in gentem, & regnũ &c. Rab. Vel admonentur apostoli ne his aduenientibus terreantur, ut Hierosolymã Iudæãque deserant: quia non statim finis, sed in quadragesimum annũ desolatio prouinciæ, vltimumq; vrbis & templi sequetur excidiũ de quibus subditur: Cõsurget.n. gens in gentem, & regnum. Constat ãt hic acerbissimos dolores, quibus omnis uastata est ꝓuincia ad literã cõtigisse. Chryſ. in ho. Deinde vt ostendat qm & ipse pręliabitur contra Iudæos non solũ bella pręnunciat, sed & plagas diuinitus illatas. vnde subdit. Et erunt pestilentiæ, & fames, & terręmotus per loca. Rab. Notandum quòd in hoc quod dicit: Consurget gens in gentem, ostenditur perturbatio hominũ. Erunt pestilẽtiæ, ecce inæqualitas corporũ: erit fames, ecce sterilitas terræ. terręmotus per loca, ecce respectus irę desuper Chryſ. in ho. Et non simpliciter hæc fient secũdũ cõsuetudiné antea in hoĩbus existentem, sed ex ira quę erit desuper. Et propter hoc non simpliciter dixit ea esse ventura, neq; repente sed cũ quadã significatione: unde subdit. Hæc ãt omnia sunt initia dolorũ. i. Iudaicorũ malorũ. Orig. Vel aliter; Sicut ægrotant corpora ante morté, sic necesse est ante corruptionem mũdi, vt quasi languens terra frequentius terręmotibus cõquassetur. Aer enim vim mortiferam concipiens pestilens fiat, & vitalis virtus terrę deficiens, suffocet fructu. Consequens autem est vt propter inopiam ciborum, in auaritiam & bella homines excitentur: sed quia insurrectiones & lites interdum fiunt propter auaritiam

Signa finis mundi.

ritiam, interdum aūt pp concupiscentias principatus & gloriam uanam, adhuc profundiorē dabit aliquis causam eorum, q̄ ante finem mundi sunt euentura. Sicut.n. aduentus Christi in pluribus gentibus diuina uirtute fecit pacem, sic cōsequens est vt pp abundantiam iniquitatis refriguerit charitas multorū, & ideo dereliquerit illos Deus & Christus eius, iterū fieri prælia dum non prohibentur à sanctitate operationes seminatrices bellorū. sed aduersariæ uirtutes, dū non uetantur à sanctis, & à Christo absq; prohibitione operabūtur in cordibus hoīum, vt excitent gentē aduersus gentem, & regnum aduersus regnū. Si aūt (sicut quibusdā placet) & fames, & pestilentiæ ab angelis satanæ fiūt, hi etiā tunc inualescent ab aduersis uirtutibus, qū non fuerint sales terræ & lux mūdi Christi discipuli, destruētes quæ ex dæmonum malitia seminantur. Et aliquādo quidem in Israel fames & pestilentiæ fiebant propter peccata, quas orationes sanctorum soluebant. Bene autem per loca, non.n. insimul uult Deus perdere humanum genus, sed indicās per partes, dat pœnitētiæ locum. Si autem incipientibus huiusmodi malis non fuerit facta correptio, proficient ad prius, vnde sequitur. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum generaliū. s. in uniuerso mundo, & eorum qui secuturi sunt aduersus impios, vt in doloribus acutissimis crucientur. Hie. Mysticè autem vr̄ regnum contra regnum consurgere, & pestilentia eorum, quorū sermo serpit ut cancer, & fames audiendi uerbū Dei, & commotio vniuersæ terræ, & à uera fide separatio in hæreticis magis intelligi, qui contra se inuicem dimicantes, Tropologia. ecclesiæ victoriam faciunt. Orige. Oportet autem hæc fieri antequam videamus perfectionem sapientiæ, quæ est in Christo, sed non statim erit finis quem quærimus: pacificus enim finis longè est ab hominibus istis. Hieron. Quod autem dixit. Hæc omnia initia sunt dolorum, melius transfertur parturitionum: vt quasi conceptus quidam aduentus Antichristi, non partus intelligatur.

Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in uniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consumatio.

Rab. Quo merito Hierosolymis ac ꝓuinciæ Iudæorum uniuersæ tot irrogāda fuerint aduersa, dn̄s manifestat, subdens: Tūc tradēt uos &c. Chr. in ho. Vel aliter. Quia discipuli audientes ea q̄ de Hierosolyma ꝑdicebant, sic dispositi erāt, vt extra turbationē essent, quasi de alia pœna audientes, sibi verò ꝓspera superuētura sperabant, q̄ aduenire ualde desiderabāt; pp hoc eis grauia ꝓnunciat, in solicitudinē eos statuēs, & prius quidē iusserat eos vigilare cōtra deceptiones seductorū, nūc āt tyrānorū uiolētiā eis ꝑdicit, dicēs. Tunc tra. uos in tri. & oc. vos. Oportunè.n. eorū mala interposuit mitigationē habentia à cōib⁹ malis, nec solū ita eos cōsolatus est, sed ostēdendo tribulationis cām, adiungēs qđ pp nomen eius hæc essent passuri. vnde sequit̄. Et eri. odi. om. ho. pro. no. meū. Orig. Sed quō ēt in vltimis partibus terræ commorantib⁹ gentibus odio hr̄ populus Christi? nisi fortè & hic aliquis dicat pp exaggerationē positum oībus pro multis. sed & hoc q̄ dicit. Tunc tradent vos, hēt quæstionē. Nā & priusquam hæc fierent, traditi sunt christiani in tribulatione. Sed aliquis rn̄debit: quia tūc maximè tradent̄ christiani in tribulationes quemadmodū unquā. Amāt.n. qui in calamitatib⁹ sunt, causas earū discutientes inuenire aliquid qđ loquantur. Cōsequens ergo est, vt quasi derelinquentib. hoībus deorum culturā pp multitudinē christianorum dicāt fieri bella, fames, & pestilentias, sed & terræmotus causam dicerent christianos, pp quod & persecutiones passa sunt ecclesiæ. Chry. in ho. Postquam autem iā duplex prælium posuit. s. quod est a seductorib. & quod est ab inimicis, cōsequenter tertium prælium ponit, quod est à falsis fratribus. vnde subdit. Et tunc scandalizabuntur &c. Vide aūt & Paulum hæc plorantem

rātē & dicētē: Foris pugnæ, intus timores. Et alibi: Pericula i falsis fratrib. De quib. alibi dicit: Tales sunt pseudoapostoli, ope rarij subdoli. vñ & hic subditur. Et multi. pseudoprophetæ &c Rem. Imminente.n. captiuitate Hierusalē, multi insurrexerūt Christianos se esse dicentes, & multos seduxerunt: quos Paulus nominat falsos fratres, Ioānes vero Antichristos. Hil. Vt Nicola⁹ vnus ex septē diaconib. fuit qui multos mētita veritate puertit. Chry. in ho. Deinde qđ his difficilius est ostēdit, quia tales pseudoprophetæ nullā mitigationē à charitate accipient. vnde sequit: Et qm̄ abūdauit &c. Rem. Id est uera dilectio erga Deū & proximū. Nā quāto magis ab vnoquoq; iniquitas suscipit, tāto magis ī corde ipsius ardor charitatis extinguitur. Hie. Cōsiderādū āt ꝙ nō negauit omniū minuēdam esse charitatem, sed multorū. Nam in Apostolis & eorum similibus permansura est charitas, de qua Paulus dicit; Quis nos separabit à charitate Christi? ꝓpter quod & hic subditur; Qui autem perseue. vsq; in fin. hic sal. erit. Rem. Vsque in finē dicit, vsq; ad terminū vitæ suæ. Qui .n. vsq; ad terminum vitæ suæ in cōfessione nominis Christi perseuerauerit, & in charitate, saluus fact⁹ est. Chry. in ho. Deinde ne dicerent; qualiter ergo inter tot mala viuemus? quod plus est promittit; ꝙ non solum viuerent, sed etiam ubique docerent. vnde subditur; Et præd. hoc euan. reg. in uni. orbe Rem. Quia enim nouerat dominus corda discipulorū cōtristanda esse de excidio Hierusalē, & perditione suę gentis, hoc sōlatio cōsolatur eos, ꝙ multo plures credituri erāt de Gētibus, quam de Iudæis perirent. Chry. in ho. Quod autem & ante captionē Hierosolymę ubiq; prædicatum est Euāgelium, audi quod ait Paulus, In omnem terram exiuit sonus eorum. Et uidens eū à Hierusalē ad Hispaniam currentem. Si autem unus tantā portionē accepit, excogita reliqui quāta operati sunt. Vnde & quibusdā scribēs de Euangelio dicit, ꝙ fructificat & crescit in omni creatura q̃ sub cœlo est. Hoc aūt est maximū signum virtutis Christi, ꝙ in 30 annis vel parum amplius Euangelij sermo fines orbis terrarū impleuit. quamuis autē Euangeliū ubiq; ꝓdicatū fuerit, nō tñ omnes crediderunt, ꝓp quod subdit; In testi. om. gen. i. in causatione his qui non crediderint. Qui .n. crediderunt testabuntur aduersus eos qui nō crediderunt, & cōdēnabunt eos. Conuenienter āt postq̄ ꝓdicatū est Euāgeliū p orbē terrarum, tūc Hierosolyma perijt, vnde sequitur; Et tunc ue. cōsummatio, id est finis Hierosolymorum. Qui enim viderunt Christi virtutem ubique refulgentē, & in breui tēpore orbem terrarum supergressam, quam ueniam habere debuerunt in ingratitudine permanētes? Remi. Potest autē & totus locus iste referri ad cōsummationē seculi. Tunc.n. plurimi scandalizabuntur recedentes a fide, uidētes multitudinem & diuitias malorū & miracula Antichristi, & cōsocios persequentur, & Antichristus mittet pseudoprophetas q. seducēt multos, & abūdabit iniquitas, quoniam numer⁹ malorum augebitur, & refrigescet charitas, quoniā numerus bonorum minuetur. Hiero. Signum etiam dominici aduētus est in toto orbe Euangelium prædicari, ut nullus sit excusabilis. Orig. Quod autem dicitur; Eritis odio oībus hominibus ꝓp nomen meum, sic saluare quis poterit, quia nunc quidem in unum consenserunt omnes gētes aduersus Christianos. Cum autem cōtigerint quæ Christus prædixit, tunc fient persecutiones iam non ex parte sicut ante, sed generaliter ubiq; aduersus populū Dei. Aug. ad Esi. Sed qui putāt hoc quod dicit; Prædicabitur Euangelium regni in uniuerso orbe, per ipsos Apostolos factū esse, non ita esse certis documentis probatū est. Sūt enim in Aphrica barbaræ innumerabiles gentes, in quibus nondū prædicatū esse Euangelium ex his qui ducūtur inde captiui addiscere in promptu est. Neque tñ ullo modo recte dici potest, illos ad promissionem Dei non pertinere. Non enim Romanos solum, sed omnes gentes dominus semini Abrahæ iurādo promisit In quibus ergo gentibus nondū est Ecclesia? oportet quod sit, non ut omnes qui ibi fuerint credāt. quomodo .n. & illud implebitur, Eritis odio omnibus gentib. propter nomen meum; nisi in omnibus gentibus sint & q. oderint, & quos oderint? Nō

est ignotur ab Apostolis pdicatio ista completa, quādo adhuc sunt gētes, in quib. nō dū cępit impleri, q ăt dixit Apostolus: In omnē terrā exiuit sonus eorū, quāuis locutio sit ꝑteriti tēporis, verbis tñ qđ futurū erat dixit, nō quod iā factū atq; cōpletū, sicut & ipse propheta quo vsus est teste fructificare & crescere dixit Euangelium in vniuerso mūdo, vt ita significaret, vsq; quo crescendo esset vēturū. Si ergo latet qñ Euāgeliū vniuersus orbis implebit, ꝑculdubio latet qñ finis erit, ante quippe nō erit. Ori. Cū ergo oīs gēs audiuerit Euangelij pdicationē, tūc erit seculi finis. & hoc est qđ sequit: & tūc erit cōsummatio. Multæ n. non solū barbarorū, sed etiā nostrarū Gentium nōdum audierūt christianitatis verbum. Glo. vtrunque autem dictorum tueri potest, si tamē diuerso modo diffusio prædicationis Euangelij intelligatur. Si. n. intelligatur quantum ad fructū prędicationis, qui est ut in singulis gētibus fundetur Ecclesia credentiū in Christum, vt Aug. exponit, est signum q oportet præcedere ante finē mundi, nō tamen ꝑcessit ante destructionē Hierosolymæ. Si autem intelligatur quantum ad famā prædicationis, sic ante finē Hierosolymæ fuit completū, discipulis Christi per quatuor mundi partes dispersis. Vnde Hiero. dicit, non puto aliquā remansisse gentem, quæ Christi nomen ignoret, & quāquam nō habuerit prædicatorem, tamen ex vicinis gentibus opinionem fidei non potest ignorare. Orig. Moraliter ăt qui visurus est secundum verbū Dei aducsum gloriosum illum in animam suam, necesse est vt secundum mensurā profectus sui insidias à contrarijs operationibus patiatur quasi magnus athleta, & Christus in eo ab omnibus odiatur non tantum à gentibus secundum carnē quantum a gentibus spiritualium nequitiarum: sed & in quæstionibus pauci erunt veritatem plenius attingentes, plures ăt scandalizabuntur & cadent ab ea proditores & accusatores alterutrū pp dissensionem dogmatum veritatis, quæ causa fiet vt odiant se inuicē. Multi etiam erunt non sane tradentes de futuris sermonē, & qūo nō oportet interpretantes prophetas (quos pseudoprophetas dicit) seducentes multos, & feruentē dilectionem quæ prius fuerat in simplicitate fidei refrigescere facient, sed qui potuerit manere in Apostolicæ traditionis proposito, ipse saluabitur, & sic prædicatū Euangelium in aīas omnium erit in testimonium omnibus gentibus, id est oībus cogitationibus incredulis animarum.

Cū ergo uideritis abominationē desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, stantem in locō sancto (qui legit intelligat.) Tūc qui in Iudæa sunt fugiat ad montes & qui in tecto, non descēdāt tollere aliquid de domo sua, & q in agro, nō reuertatur tollere tunicam suam. Væ ăt prægnātibus & nutrientibus in illis diebus. Orate aūt ut non fiat fuga uestra hyemē uel sabbato. Erit enim tūc tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.

Chr. in ho. Quia supra occultē insinuauit Hierosolymæ finē, cōsequēter idē manifeste ostēdit, ꝓphetiā inducens q destructionē Iudęorū credere facit. unde dicit: Cū ergo vide. abo. desolationis &c. Hier. Hoc ăt qđ dictū est: Qui legit intelligat, ponit vt ad intelligentiā mysticā prouocemur. Legimus autem in Daniele hoc modo: Et in dimidio hebdomadis auferetur sacrificiū & libamina, & in tēplo desolationū abominatio erit vsq; ad cōsummationē tēporis, & cōsumatio dabit sup solitudinem. Aug. ad Esic. Lucas quidem vt ostendere tunc factam fuisse abominationem desolationis quę à Daniele prædicta est qñ expugnata est Hierusalem: eodem loco hæc dñi uerba commemorat. Cū videritis circundari ab exercitu Hierusalē, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Chry. in hom. Vnde abominationem desolationis uī mihi exercitum dicere: quo. s. desolata est ciuitas sancta Hierusalem. Hiero. Aut potest intelligi de imagine Cæsaris, quam Pilatus posuit in templo, aut de Adriani equestri statua, quæ in ipso sancta sanctorum loco stetit vsque in præsentem diem. Abominatio enim secundum ueterem scripturam, idolum nuncupat: & idcirco additur desolationis, quod in desolato templo, atque deserto idolum positum sit. Chrysost. in hom.

Vel

Vel quia ille qui desolauit ciuitatē & tēplū, statuā intus posuit. Vt āt discant, qm̄ viuentib. quibusdā eorū, hæc āt pp hoc dicit: Cū uideritis ergo &c. Ex quo admirare Christi virtutē, et discipulorū fortitudinē, qui in talib tēporibus prędicabāt, in quibus omnia iudaica impugnabant. Apostoli autem ex Iudęis existentes, leges introduxerūt nouas aduersus Romanos tūc dominātes: infinita milia Iudæorum ceperunt Romani, duodecim viros non superauerūt nudos & inermes. Quia vero multoties contigerat in grauibus prælijs Iudæos restauratos fuisse, sicut tēporibus Senacherib & Antiochi: ne aliquis suspicet, tale aliquid futurum, suis fugiendum esse præcepit, cū subdit: Tūc qui in Iudęa &c. Remi. Hæc enim omnia imminente desolatione Hierusalem constat fuisse impleta. Appropinquante nanq; Romano exercitu, omnes Christiani qui in prouincia erant, sicut historia ecclesiastica refert, diuino miraculo moniti, longius recesserunt. transeuntes Iordanem venerunt in Pellā ciuitatem, & ibi sub tutela Agrippæ regis cuius mentio in actibus Apostolorum fit, aliquanto tempore manserunt: ipse autē Agrippa cum parte Iudęorū quæ sibi obtemperabat Romano subditur erat imperio. Chry. in ho. Deinde ostendens ineuitabilia mala futura esse Iudæis, & infinitā calamitatem, subdit: Et qui in tecto est, non descendat &c. Eligibilius enim erat nudo corpore saluari quàm intrare domum vt tollere vestimentū. & occidi; propter quod & de eo q̄ est ī agro subdit: Et qui in agro est &c. Si enim qui in ciuitate sunt fugiunt, multo magis qui foris sunt, non oportet ad ciuitatem refugere. Et q̄dem pecunias cōtemnere facile est, & prouidere sibi in uestimentis non difficile, q̄ autem à natura sunt qualiter aliquis fugiet? Qualiter enim pregnans fiet leuis ad fugam? aut lactans poterit eum quem peperit deserere? propter quod subdit: Vę autem preg. &c. His quidem quia pigriores sunt, & q̄a facile fugere non possunt, onere conceptionis grauatæ, his autem quia detinentur vinculo cōpassionis filiorū & nō possunt simul saluare eos quos lactant. Ori. Vel qm̄ non erit tūc tēpus miserendi, neq; sup pregnantes, neq; sup lactātes, neque sup infantes earū, & quasi ad Iudęos loquēs, qui arbitrabātur in sabbato nō oportere ambulare uiam amplius q̄ est sabbati iter, subdit: Orate āt ūt non fiat fuga. &c. Hiero. Quia scilicet in altero duritia frigoris prohibet ad solitudines pergere, & in montibus desertis latitare; in altero autem transgressio legis est, si fugere voluerint: aut mors imminens, si remanserint. Chry. in ho. Vide autem quoniam aduersus Iudæos est hic sermo, non enim Apostoli sabbatum erant obseruaturi, neque ibi māsuri, cum Vespasianus hoc egit plures enim eorum iam præmortui erant. Si autem aliquis remanserat, in aliis partibus orbis terrarum, tunc conuersabatur, propter quid autem orādum esse dixerit, subdit: Erit enim tunc tri. magna &c. Aug. ad Esic. Apud Lucā sic legitur: Erit autem pressura magna super terrā & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Nam & Iosephus, qui Iudaicam scripsit historiam talia mala dicit illi populo tunc accidisse, vt vix credibilia videantur. vn̄de non immerito dictum est, talem tribulationē nec fuisse à creaturæ initio, nec futurā, sed & si tempore Antichristi talis aut maior forsitan erit, intelligendū est de illo populo dictum, q̄ eis talis amplius futura nō erit. Si enim Antichristum illi primitus & pręcipuè recepturi sunt, facturus est tunc idē populus tribulationem potius quàm passurus. Chryso. in ho. Interrogo autem Iudæos. unde tam intolebrabilis ira diuitus venit super eos omnibus quæ ante factæ sunt difficilior? Nam manifestum est quoniam propter crucis manifestationē, sed adhuc ostendit ipsos grauiori pœna fuisse dignos, in hoc quod dicitur: Et nisi breuiati fuissent dies illi &c. Ac si dicat: Si amplius durasset prelium Romanorū aduersus ciuitatē, uniuersi perissent Iudæi. Omnem enim carnem Iudaicam dicit, & qui foris & qui intus erant, non enim solū eos qui in Iudæa erāt, impugnabāt Romani, sed & eos qui vbique dispersi erant, persequebantur. Aug. ad Esic. Quidam autem conuenienter mihi intellexisse uidentur mala ipsa significata nomine dierum sicut

sunt

Notula pulchra

sunt dicti dies mali, in alijs scripturæ diuinæ locis. Neque enim dies ipsi mali sunt, sed ea quæ fiũt in eis. Ipsa enim dicta sunt breuiati, vt Deo tolerantiam donãte minus sentiremur, ac si quæ magna essent fierent breuia. Chr. in ho. Ne vero Iudæi dicerent quoniam propter prædicationẽ & discipulos Christi hæc mala euenerunt, ostendit ꝙ nisi illi essent, radicitus perijssent. vnde subdit. Sed propter ele. bre. di. il. Aug. ad Esich. Non. n. debemus ambigere qñ euersa est Hierusalem, fuisse in illo populo electos Dei, qui ex circumcisione crediderant, siue fuerant credituri electi ante constitutionem mũdi: propter quos breuiarentur dies illi, vt tolerabilia mala fierent. Non ãt desunt qui existimant ita breuiores dies illos futuros, ꝙ cursu solis breuiter, sicut fuit longior dies orante Iesu Naue. Hier. Nec recordantur illius scripti. Ordinatione pseuerat dies, sed iuxta temporum qualitatẽ, id est abbreuiatos nõ mensura, sed numero, ne temporũ mora concutiatur credentium fides. Aug. ad Esic. Non tamen putemus hebdomadas Danielis, vel propter dierũ breuiationes fuisse turbatas, vel illo iam tpe non fuisse completas, sed in fine temporum esse cõplendas. Apertissimè. n. Lucas testatur Danielis prophetiam tunc esse completã, qũ euersa est Hierusalem. Chry. in ho. Intẽde ãt Spiritus sancti dispensationem, qm̃ nihil horum scripsit Ioannes, vt non videretur, ex ipsa eorum quæ facta sunt historia scribere: etenim post captionẽ Hierusalem vixit multo tẽpore. Sed qui antè mortui sunt & nihil horum viderunt, ipsi scribunt ut undique fulgeat prænunciationis virtus. Hil. Vel aliter: totum indicium aduentus futuri dominus ponit, dicens: Cũ ergo. vi. abo. &c. De antichristi. n. temporib. hic locutus est propheta. Abominatio ex eo dicta, est ꝙ aduersus Deum veniens honorem Dei sibi vendicet. desolationis autem abominatio, quia bellis & cędibus terram desolaturus sit, atque ob id a Iudæis susceptus, loco sanctificationis instituitur, ut vbi sanctorum precibus Deus inuocabatur, illuc ab infidelibus receptus Dei honore venerabilis sit: & quia prim⁹ iste Iudæorum error erit, vt qui veritatẽ respuerunt, suscipiant falsitatem, Iudæam deseri monet, & transfugere in mõtes, ne admixtione plebi illius antichristo crediturę vis aut contagi afferatur. Quòd autem ait: Et qui in tecto sunt &c. sic intelligitur: Tectum est domus fastigium & habitationis totius excelsa pfectio. Qui igitur in consumatione domus suę, i. in cordis sui perfectione constiterit, regeneratione spiritus noui celsus non descendere in humiliora rerum secularium cupiditate debebit. Et qui in agro erit &c. s. positus in operatione præcepti, non ad curas pristinas reuertatur, ob quas veterum exinde peccaminum, quibus antea contegebatur, erit tunicã relaturus. Aug. ad Esic. In tribulationib. n. cauendum est, ne quisquam deuictus ad carnalem uitam de spirituali sublimitate descẽdat; aut qui profecerat in anteriora se extendens, deficiẽdo in posteriora respiciat. Hil. Quo ãt dr̃: Væ prægnã. & nu. in il. die, non de fœtarũ onere dñm admonuisse credẽdum est, sed animarum peccatis repletarum ostẽdisse grauitatem, ꝙ neq; in tecto positę, neque in agro manentes repositæ iræ tempestatem uitare possint, illis quoq; væ erit qui nutriuntur. Infirmitatem. n. animarum, q̃ ad cognitionẽ Dei tanquam lacte educantur, in his ostendit; & iccirco væ ipsis erit, quia ad fugiendum antichristum graues, & ad sustinẽdũ imperitæ, nec peccata effugierunt, nec cibum veri panis acceperunt. Augu de ver. do. Vel prægnans est qui res alienas concupiscit: nutriens est, qui iã rapuit quod concupiuerat: istis. n. væ erit in die iudicij. quod ãt dominus dixit. Orate ãt &c. Aug. de quę. euã. Idest ne in lætitia vel tristitia rerum temporalium quis inueniatur in die illo. Hila. Vel ne in peccatorum frigore, aut in ocio bonorum operũ reperiamur: quia grauis uexatio incumbet, nisi ꝙ causa electorum Dei diebus illis sit breuitas offerẽda, vt uim malorum coartatum tempus exuperet. Orig. Mysticè autem in loco sancto omnium scripturarum, tam veteris testamẽti; quàm noui Antichristus, qui est falsum verbum stetit frequenter, qui autem hoc vident, ex Iudæa literæ, fugient ad sublimes ueritatis montes. Et si quis inuentus fuerit ascẽdisse

se suprà tectum uerbi, & stare super fastigium eius: non descendat inde, occasione ut auferat aliquid de domo sua. Et si fuerit in agro, in quo absconditus est thesaurus, & reuersus fuerit retro, incurret in seductionem uerbi mẽdacis, & maxime spoliauerat se uestimentum uetus. i. ueterem hominem, & iterum conuersus fuerit tollere ipsum: tunc ãt aĩa in utero habens, q. necdũ fructificauit ex uerbo, incurrit in uæ: proijcit. n. conceptum, & euacuatur a spe quæ est in actib. ueritatis. similiter ãt si uideatur formatum & fructificatũ uerbũ, non ãt fuerit enutritum sufficienter. Orent ãt qui fugiunt in montes, ne fuga eorum fiat hyeme, uel sabbato. quoniã in tranquillitate aĩæ constitutæ, possunt impetrare uiã salutis; & in sabbato, qñ homo bona opera nõ facit, fuga uera nõ fiat. Nemo. n. in periculo falsi dogmatis facilè superatur, nisi quia nudus fuerit ab operibus bonis. Quæ est autem maior tribulatio q̃ uidere fratres nostros seduci, & ꝙ aliquis uideat seipsum moueri & conturbari? Dies ãt intelligũtur pręcepta & dogmata ueritatis: oẽs autem intellectu à sciẽtia falsi noĩs uenienets, additamenta sunt dierũ, quæ Deus abbreuiat per quos uult.

*Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgent. n. Pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) et electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut. n. fulgur exit ab oriente, & * paret vsque in occidentẽ, ita erit & aduentus filij hominis. Vbicũque fuerit corpus, illic cõgregabuntur & aqlæ.*

*Apparet.

Chry. in ho. Cum complesset dominus ea quæ de Hierosolymis sunt, ad suũ de cætero peruenit aduentum, & dicit eius signa, non illis utilia solum, sed & nobis, & his qui post nos erunt omnibus. unde dicit: Tunc si quis uo. dixerit &c. Sicut autẽ cum suprà dixit Euãgelista. In diebus illis Ioannes Baptista, non tempus quod immediate est cõsequens exposuit, cùm 30. anni in medio essent: ita & hic cum dicit, Tunc tamẽ medium tempus prętermisit, quod futurum erat a captione Hierosolymæ, usque ad initia consummationis mũdi: dans autem eis signa sui secundi aduẽtus, de loco eos certificat, & de seductoribus. non enim sicut in priori aduentu in Bethleem apparuit, & in paruulo angulo orbis terrarũ, & nullo sciente a principio, ita & tunc erit, sed manifestè ueniet, ita & non indigeat ꝙ aliquis eius aduentum annũciet, propter quod dicit. Si quis uobis dixerit. Ecce hic est Christus, aut illic, non credatis. Hier. In quo ostendit, ꝙ secundus aduentus non in humilitate ut primus, sed in gloria demonstrandus est. Stultum est itaque eum in paruo loco uel in abscondito quærere, qui totius mundi lumen est. Hil. Et tamen quia in magna uexatione positi erunt homines, pseudoprophetę tãquam pręsentẽ in Christo opem sint iudicaturi, multis in locis Christũ esse, atq; haberi mẽtientur, ut in Antichristi famulatum depræssos uexatosq; deducant. & ideo subdit. Surgẽt. n. pseudochristi & pseudoprophetæ. Chr. in ho. Hic de Antichristo loquitur & de quibusdã eius ministris, quos pseudochristos & pseudoprophetas appellat, quales & tẽpore Apostolorum multi fuerunt, sed ante secundũ aduentum Christi erunt multo prioribus amariores. unde subdit. Et da. si. ma. & prod. Aug. in lib. 83. quæstionum. Admonet autẽ hic dñs, ut intelligamus quædam miracula etiã sceleratos homines facere, qualia sancti facere non possunt. nec tñ iõ potioris loci apud Deũ arbitrãdi sunt. Nõ enim acceptiores erant Deo quàm populus Israel Magi Aegyptiorũ, quia nõ poterat ille populus facere qđ illi faciebant, qñ Moyses in uirtute Dei maiora potuerit. Sed ideo nõ oĩbus sanctis ista attribuũtur, ne pniciosissimo errore decipiant̃ infirmi, existimantes in talibus factis maiora dona quàm in operibus iustitiæ, quibꝰ uita æterna comparatur. Cum ergo talia faciunt Magi, qualia nõnunquam faciunt sancti, diuerso fine & diuerso iure fiũt. Illi enim faciunt quærentes gloriam suam: illi quærentes gloriam Dei; & illi faciunt per quædam potestatibus concessa in ordine suo, quasi priuata cõmercia uel beneficia; illi autem publica administratione iussu eius cui cũcta creatura subiecta est. Aliter enim cogitur possessor equũ dare

Interpretatio futuri iudicij.

Miracula quomodo fiunt à malis.

militi,

militi, aliter tradit emptor, vel cuilibet donat aut cómodat. Et quéadmodú plerúq; mali milites, quos imperialis disciplina condemnat, signis Imperatoris sui nonnullos possessores territant, & ab eis aliquid quod publicè non iubetur, extorquent: ita nonunnquam mali Christiani, vel schismatici, vel hæretici; per nomen Christi, vel per uerbâ sacraméta Christiana exigût aliquid a potestatibus, cum aût malis iubentibus volûtate cedût, ad seducendos homines cedunt, quorum errore lætantur. Quapropter aliter faciunt miracula, Magi aliter boni Christiani, aliter mali Christiani. Magi per priuatos contractus; boni Christiani, per publicam iustitiam; mali Christiani per signa publicę iustitiæ: nec hoc ét oportet mirari, quia oïa quæ visibiliter fiunt, ét per inferiores potestates aeris huius nô absurdâ fieri posse creduntur. Aug. 3. de Tri. Nec ideo tantû putandum est trâsgressoribus Angelis ad nutum seruire hâc visibilium rerum materiam, sed Deo potius, à quo eis potestas datur; nec sanè creatores illi, mali Angeli dicendi sunt: sed pro subtilitate sua semina rerum istarum nobis occultiora nouerunt, & ea per congruas tentationes electorû latenter spargunt; atq; ita & gignendarum rerum & accelerandorum incrementorum, præbent occasiones. Nam & multi homines nouerunt ex quib. herbis, aut carnibus, aut succis, aut humorib. ita obrutis vel cômixtis quæ animalia nasci soleant: sed hæc ab hominibus tanto difficilius fiunt, quanto desunt sensuum subtilitates & corporum mobilitates in membris terrenis & pigris. Greg. 15. Mora. Cû ergo Antichristus coram carnalium oculis mirâda prodigia fecerit, post se tunc homines trahet, quia qui bonis præsentibus delectantur, potestati illius se absque retractione subijcient. vnde sequitur: Ita ut in errorê &c. Orig. Exagerratorius sermo est, dicent: Si possibile est, non.n. pronunciauit, neque dixit, ut in errorê mittâtur electi; sed ostendere uult qm̄ frequenter ualde persuasorij sunt sermones hæreticorû & commouere potentes ét eos qui sapientes agunt. Greg. 33. Mora Vel quia electorû cor, & trepida cogitatione concutitur; & tamen eorû constantia nô mouetur, una sententia dominus vtrûq; complexus est. quasi enim iam errare est in cogitatione titubare; sed si fieri potest, subiungitur: quia fieri non potest, ut in errorem electi capiantur. Orige. Vel non ideo hoc dicit, ꝗ electio diuina frustretur, sed qui humano iudicio electi uidebantur, illi in errorem mittentur. Greg. in ho. Minus autem iacula feriunt quæ præuidentur, & propter hoc subditur: Ecce prędixi vobis. Dominus.n. noster perituri mundi ꝑcurrentia mala denunciat, ut eo minus ꝑturbêt uenientia, quo fuerit præscitâ: ꝓp quod consequenter concludit, Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto &c. Hila. Nâ pseudoprophetæ, de quib. supra dixerat, nunc in desertis Christum esse dicent, ut homines errore deprauent, nunc in penetralibus asserent eum esse: ut homines dominantes Antichristi potestate côcludât; sed dñs se nec loco occultâdum, nec a singulis seorsum côtuendum esse profitetur, sed ubiq; & in conspectu omnium presentem se futurû esse denunciat. unde sequitur; Sicut.n. fulgur &c. Chry. in ho. Sicut enim supra prædixit qualiter Antichrist⁹ uéturus est, ita & per hoc ostêdit qualiter ipse sit venturus. Sicut.n. fulgur non indiget annunciante aut præconæ, sed instanti momento temporis môstratur secundû uniuersum orbem terrarum, ét his qui in thalamis sedent, ita & aduentus Christi simul apparebit ubiq; propter gloriæ fulgorem, consequenter ât dicitur & aliud signum sui aduentus, cuam subdit. Vbicunque fue. corpus &c. per aquilas multitudinem angelorum martyrum, & sanctorû oïum designans. Hie. De exemplo.n. naturali quotidie cernim⁹, Christi instruimur sacramento. Aquilæ enim & uultores, ét trans maria dicuntur sentire cadauera, & ad escam huiuscemodi congregari. Si ergo irrationabiles uolucres, naturali sensu tantis terrarum spatijs separatæ, paruum cadauer sentiant ubi iaceat, quâto magis oïs multitudo credêtium debet ad Christum festinare, cuius fulgur exijt ab oriente, & patet usq; ad occidêtem? Possumus autem per corpus, id est, Ioathan, quod significantius latine dicitur cadauer, ab eo

quòd

ꝙ per mortem cadat passionē Christi intelligere. Hil. Vnde vt nec loci in quo uéturus esset, essemus ignari, dicit; Vbicũq; fuerit corpus, ibi cõgregabuntur & aquilæ. Sanctos de volatu spiritualis corporis aquilas nominauit, quorum congreganti bus Angelis conuentum futurum in loco passionis ostendis; & dignè illic claritatis aduentus expectabitur, vbi nos gloriam æternitatis, passione corporeę humilitatis operatus est. Orig. Et uide quia non dixit: Vbicunq; fuerit corpus, ibi congregabuntur vultures, aut corui, sed aquilæ. Volens ostendere magnificos & regales omnes, qui in passione dñi crediderũt. Hier. Aquilæ.n. appellãtur, quibus iuuentus renouata est, ut aquilæ, & qui assumunt pẽnas, vt ad Christi ueniant passionẽ. Greg. 14. Mor. Põt ẽt intelligi: ubicun. fue. cor. &c. ac si dicat, quia cœlesti sedi incarnatus præsideo, electorũ aĩas cũ carne soluero, ad cęlestia subleuabo. Hier Vel aliter, qđ hic de pseudoprophetis dr̃ intelligi potest. Multi.n. tpe captiuitatis Iudaicę principes extitere, qui Christos se esse dicerẽt. in tm̃ ut obsidẽtibus Romanis, tres intus fuerint factiones; sed melius de cõsumma tione mundi dr̃, vt expositum est. Potest aũt & tertio de hæreticorum contra ecclesiã pugna intelligi, & de huiusmodi Antichristis, qui sub opinione falsæ scientiæ contra Christum dimicant. Orig. Generaliter.n. vnus est Antichristus, species aũt eius multæ, tanquam si dicamus: Mendacium nihil differt a mendacio. Sicut autẽ veri Christi fuerunt sancti prophetæ, sic intellige secundum unumquenque pseudochristũ, multos eius falsos prophetas. qui Antichristi alicuius falsos sermones prędicãt quasi veros, quorum dicet aliqs, Ecce hic est Christus, ecce illic, quasi non extra scripturam foras aspiciendũ est. Ex lege.n. & prophetis, & Apostolis proferũt quæ videntur defendere mendacium. Vel per hoc quod dicit. Ecce hic est Christus, ecce illic: ostendunt non Christum, sed aliquẽ fictũ eiusdem nominis, ut puta secundum Marchionis doctrinã, aut Valentini & Basilidis. Hier. Si quis ergo promiserit vobis ꝙ in deserto Gẽtiliũ & philosopho rum dogmate Christus moretur, aut hæreticorum penetralibus, qui Dei pollicẽtur archana, nolite credere, sed ꝙ ab oriente vsq; in occidẽtem fides catholica in ecclesiis fulget. Aug. de quæst. euan. Oriẽtis & occidẽtis nomine, totum orbem voluit significare, per quem futura erat ecclesia. Secundum aũt illum sensum, quo dixit. Ammodo uidebitis filium hominis uenientem in nubibus, conuenienter etiam nũc fulgur nominauit: qđ maximè solet emicare de nubibus. Cõstituta ergo auctoritate ecclesię per orbem terrarum clara atq; manifesta, cõuenienter discipulos admonet, atq; omnes fideles ne schismaticis atque hęreticis credãt. vnũquodq; schisma, aut vnaquæq; hęresis, locum suum hẽt in orbe terrarũ, aliquam tenens partem, aut obscuris atq; occultis conuenticulis curiositatẽ hominũ decipit, quo pertinet quod ait. Siquis uobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic, quod significat terrarũ partes aut prouinciarum, aut in penetralib⁹, aut in deserto, quod significat occulta & obscura conuenticula hæreticorũ. Hiero. Vel per hoc quod dicit, In deserto & in penetralibus. ostenditur quod persecutionis & angustiarum tẽpora semper pseudoprophetæ decipiendi inueniunt locum. Orig. Vel quando secretas & non vulgatas scripturas proferunt ad confirmationem mendacij sui, videntur dicere: Ecce in solitudine uerbum est ueritatis. Quoties autem canonicas proferũt scripturas, in quib. omnis Christianus consentit, videntur dicere; Ecce in domibus est uerbum ueritatis. Sed nos exire non debemus a prima ecclesiastica traditione, vel eis sermones, qui sunt omnino extra scripturam ostendere volens, dixit; Si dixerint vobis, Ecce in solitudine est; nolite exire de regula fidei. Eos autẽ qui simulant diuinas scripturas ostendere volens, dixit; Si dixerint uobis, Ecce in penetralib. est, nolite credere: veritas.n. similis est fulguri egredienti ab oriente, & apparenti vsque ad occidẽtẽ. vel hoc dicit, qm̃ veritatis fulgur ex omni scripturarum loco defenditur. Exit ergo veritatis fulgur ab oriẽte, id est, ab initiis Christi: & apparet usq; ad passionẽ ipsius, in qua est occasus eius; vel à primo initio creaturæ mundi, usq; ad nouissimã Apostolorum

Veritas similis fulguri.

ecóuerso, sed raro. Sic.n. hoc est, sicut cũ extra regulã naturæ nascitur homo, aut sex digitos habens, aut oculos non habẽs. Orige. Sed & in propheticis dictis narratio secundum historiam est corpus, spiritualis sensus autẽ est anima; sepulchra ipsę litterę scripturarum & libri. Qui ergo solam historiam attendunt, corpora prophetarum colunt in literis posita, quasi in quibusdam sepulchris, & dicuntur pharisæi, idest præcisi quasi animam prophetarum præcidentes a corpore.

Et vos implete mensuram patrum vestrorũ. Serpentes, genimina viperarum quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo dico vobis, ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequimini de ciuitate in ciuitatem; vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti vsque ad sanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ; quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam.

Chry. su. Mat. Quia dixerat cõtra pharisæos & scribas ꝙ filij essent eorum qui occiderunt prophetas, nunc manifestat ꝙ in malitia eis similes erãt, & ꝙ fictio erat hoc quod dicebant, ꝙ non cõicassent operibus eorum si fuissent in tpe illo. Et ideo dicit: Et vos implete mẽsuram pa. vestro. Non quidem hoc dicit, quasi iniungens, sed quasi prædicens quod futurum erat. Chry. su. Mat. Prophetizat.n. illis futurũ esse, sicut patres eorum interfecerunt prophetas, & sic ipsi interficerent Christũ & Apostolos, & cæteros sanctos, vt puta si contra aliquem litiges aduersarium, dicis illi, fac mihi quod es facturus, nõ iubes vt faciat, sed ostendis te intelligere qđ cogitat facere. Et quidem quantum ad veritatem, excesserunt mensuram patrum suorum. Illi.n. homines occiderunt, isti Deũ crucifixerunt. Sed quia voluntate sua descendit in mortem, non imputat illis suæ mortis peccatum, imputat aũt illis mortem Apostolorum, cæterorumq; sanctorum. Et ideo dicit: Implete, & non superimplete. Nam benigni & iusti iudicis est suas iniurias cõtemnere, & aliorum iniurias vindicare. Orige. Implent ẽt mensurã paternę iniquitatis, per hoc ipsum ꝙ nõ crẽdunt in Christũ. Causa ãt incredulitatis fuit, qm̃ semper animum suum dederunt circa historias corporales, nihil spirituale in eis volentes intelligere. Hil. Quia ergo mensuram paternæ voluntatis implebunt, ideo & serpentes & viperina generatio sunt vnde sequitur: Serpentes genimina viperarum, quõ fugietis a iudicio gehennæ? Hier. Hoc ipsum & Ioan. Bap. dixerat: Sicut ergo de viperis, inquit, nascuntur viperæ, sic de homicidis patribus vos nati estis homicidæ. Chry. su. Mat. Genimina ãt viperarũ dicuntur, qm̃ talis est viperarum natura, vt filij rumpant ventrum matris & sic procedunt. sic & Iudæi semper parentes condemnant, reprehẽdẽtes eorũ facta. Dicit ãt: Quõ fugietis a iudicio gehennæ? Nũquid sepulchra sanctorum ædificantes? Sed primus gradus pietatis est, sanctitatẽ diligere, deinde sanctos: sine causa.n iustos honorat, qui iustitiam spernit. Non possunt sancti amici esse illorum, quib. Deus est inimicus an forsitã nomen vacuum vos liberabit, quia videmini esse in populo Dei? puto autem ꝙ melius est inimicus apertus, q̃ amicus falsus: sic & apud Deum odibilior est qui seruũ Dei se dicit, & mandata diaboli facit. Apud Deum quidem qui hominem occidere disponit, antequam occidat, homicida habetur. Voluntas.n. est quæ aut remuneratur pro bono, aut condemnaẽ pro malo: opera aũt, testimonia sunt voluntatis. Non ergo quærit Deus opera propter se, ut sciat quõ iudicet: sed propter alios, vt oẽs intelligant quia iustus est Deus. Prouidet ãt Deus occasioni peccandi malis, nõ vt peccare faciat, sed vt peccatorem ostẽdat, & bonis præbet occasionem, per quã ostendant propositum voluntatis suæ. Sic ergo & scribis & pharisæis dedit occasionem ostendendi voluntatem suam. vnde concludit: Ideo ecce mitto ad vos prophetas, & sapientes & scribas: Hilarius. Idest Apostolos, qui de futurorum reuelatione prophetæ sunt, de Christi agnitione sapientes, de legis intelligentia scribæ. Hieronymus. Vel obserua iuxta Apostolum scribentem ad Corin. uaria dona esse discipulorum Christi alios prophetas, qui ventura

Varia dona gratiarum.

ventura pdicat, alios sapientes, qui nouerũt qñ dent proferre sermonẽ: al' os scribas in lege doctissimos: ex quib. lapidatus est Stephanus, Paulus occisus, Petrus crucifixus, flagellati in actib. Apostolorũ discipuli, & psecuti sunt eos de ciuitate in ciuitaté, expellẽtes de Iudæa ut ad Gentiũ populos transmigrarẽt. Orig. Vel scribæ qui mittũtur à Christo sunt secũdũ Euãgeliũ quos & spiritus uiuificat, & literã nõ occidit, sicut litera legis quã sequẽtes in vanas superstitiones incurrũt. Simplex ãt Euãgeliũ narratio sufficit ad salutẽ. Scribæ autẽ legis scribas noui testamenti adhuc per de traditionem flagellãt in synagogis suis, sed & hæretici qui sunt spirituales pharisæi, linguis suis Christianos flagellant & psequuntur de ciuitate in ciuitatem, interdũ corporaliter, aliquando autem spiritualiter volentes eos expellere, quasi de propria ciuitate legis, & prophetarũ, & Euangelij in aliud Euangeliũ. Chry. sup. Mat. Deinde vt ostendat qm̃ non impunè hoc faciũt ineffabilem eis ex his timorem incutit. unde subditur: Vt veniat super uos &c. Raban. Idest omnis debita vltio ꝓ effuso sanguine iustorum. Hiero. De Abel quidem nulla est ambiguitas quin is sit, quem Cain frater occiderit. Iustus autem non solum ex dñi nunc sñia, sed ex Genesis testimonio comprobatur, vbi accepta eius à Deo narrantur munera. Quærimus aũt, quis fuerit iste Zacharias filius Barachiæ, quia multos legimus Zacharias, & ne libera nobis tribueretur erroris facultas, additum est; Quẽ occidistis inter templum & altare. Alij Zachariam filium Barachiæ dicunt qui in duodecim prophetis undecimus est, patrique in eo nomen cõsentit, sed ubi occisus sit inter templũ & altare scriptura nõ loquitur, maximè cũ temporibus eius vix ruinæ templi fuerint. Alij Zachariam patrem Ioãnis intelligi volunt. Orig. Venit. n. ad nos traditio talis, quasi sit aliquis locus in templo, ubi uirginibus quidem licet adorare Deum, ex parte ãt earum thorum virilem non pmittebantur in eo consistere. Maria autẽ post quam genuit Saluatorem, ingrediẽs adorandũ, stetit in illo uirginum loco. prohibentibus aũt eis qui nouerant eam iam filiũ genuisse, Zacharias dixit, qm̃ digna est uirginum loco cũ adhuc sit virgo. ergo quasi manifestissime aduersus legẽ agẽtẽ occiderũt quasi cũ inter tẽplũ & altare viri generationis illius. Et sic verũ est verbũ Christi qđ dixit ad psentes quẽ occidistis. Hic Hoc tñ q̃a de scripturis nõ hẽt auctoritatẽ, eadẽ facilitate cõtẽnitur qua probatur. Alij istũ volunt esse Zachariã, qui occisus sit à Ioas rege Iudæ inter tẽplũ & altare, id est in atrio tẽpli. Sed obseruandum ꝙ ille Zacharia non fuit filius Barachiæ, sed Ioiadæ sacerdotis. Sed Barachias in lingua nostra benedicens Deum dr̃, & sacerdotis Ioiadæ iustitia Hebrço noĩe demõstratur. In Euangelio verò quo vtũtur Nazarei, pro filio Barachiæ, filium Ioiadæ scriptum reperimus. Rem. Quærendum est autem quomodo vsq; ad sanguinem Zachariæ dixerit, cum plurimorum sanctorum sanguis postea fuit effusus? Soluitur autem sic, Abel pastor ouium in cãpo fuit occisus. Zacharias fuit sacerdos, & in atrio templi interfectus. Ideo ergo dominus hos duos commemorat, quoniam per hos omnes sancti martyres designantur, laicalis scilicet, & sacerdotalis ordinis. Chry. in ho. Abel etiam commemorauit, ostendens qm̃ ex inuidia essent Christum & discipulos eius occisuri. Zachariç ãt mentionem fecit, quoniam duplex præsumptio fuit in eius occisione. non. n. solũ in sanctum hominem facta est, sed & in loco sancto. Orig. Zacharias etiam interpretatur memoria Dei. Omnis ergo qui memoriam Dei disperdere festinat, in eis quos scandalizat, Zachariæ sanguinẽ vĩ effundere filij Barachiæ, Per benedictionem. n. Dei memores sumus Dei, Ab impijs ẽt memoria interficitur Dei, quando & tẽplum Dei, a lasciuis corrumpitur, & altare eius per negligentiam orationũ sordidarum sordidatur. Abel autẽ luctus interpretatur Qui ergo non recipit quod scriptũ est: Beati qui lugẽt: sanguinẽ effundit Abel, hoc est, ueritatẽ luctus salutaris: Effundunt ẽt aliqui veritatẽ scripturarũ: quasi sanguinẽ earum, quia oĩs scriptura nisi secũdũ veritatẽ intelligatur, mortua est. Chr. in ho. Et ut in omnem excusationẽ illis adimeret, ne dicerẽt qm̃ ad gẽtes

eos misisti, pp hoc scádalizati sumus pdixerat φ ad eos essent mittédi discipuli, & ideo de ultione eorũ subdit: Amé dico uobis, uenient hęc oia sup generationé istá. Gl. Nõ hos tm̃ psentes dicit, sed omné generationé pcedenté & futurã; quia omnes vna ciuitas sunt, & vnum corpus diaboli. Hie. Regula ãt scripturarũ est, duas generationes bonorũ & malorũ nosse. De gñatione bonorum dr. Generatio iustorum benedicet: de malis verò in pręsenti loco gñatio uiperarum. Ergo & isti quia similia sicut Cain, & Ioas cõtra Apostolos gesserũt, de vna gñatione esse referunt. Chr. in ho. Vel aliter; quia gehennæ pœna quã eis comminatus fuerat, tardabat. Comminatur etiam eis pręsentia mala cum dicit; Veniét hæc omnia super gñationem istã. Chry. super Matth. Sicut. n. omnia bona quæ in singulis generationibus à constitutione mundi omnes sancti merebantur, illis nouissimis sunt donata, qui receperũt Christum, sic omnia mala, quæ in singulis generationibus à constitutione mundi pati meruerunt omnes iniqui, si per nouissimos Iudæos venerunt, quia Christum repulerunt. Aut ita, sicut omnis iustitia præcedentium sanctorum, imò omnium sanctorum, tantum mereri nõ potuit quãtũ gratiæ datũ est hominibus in Christo, sic omniũ peccata impiorũ tantũ malum mereri non potuerunt, quãtũ uenit super Iudæos, vt corporalia paterentur, qualia passi sunt a Romanis, & sic postmodũ oẽs generationes eorũ vsq; in finẽ seculi proijcerent à Deo, & ludibriũ fierent gentib. vniuersis. Quid. n. peius põt fieri φ̃ filium cum misericordia & humilitate venienté non suscipere, sed tali modo interficere? Vel ita oís gens, uel ciuitas non statim cũ peccauerit punit eam Deus, sed expectat per multas generationes, quando autem placuerit Deo perdere ciuitaté illam aut gentem, vt omnium generationum pręcedentium peccata reddere illis, quoniam quæ omnes merebamur, hęc sola passa; sic & generatio Iudæorum pro patribus suis vsq punita. Verè aũt non pro illis, sed pro se condemnati sunt. Chry. in ho. Qui. n. multotiã peccantes uidit, & incorrectus permansit: eadem rursus vel grauiora faciens, maiori est pœnæ obnoxius.

Impieta iudæorum.

Hierusalé, Hierusalé, quæ occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt. Quoties uolui congregare filios tuos quẽadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico. n. uobis non me uidebitis ammodo donec dicatis; Benedictus qui uenit in nomine domini.

Chry. in ho. Post prędicta, ad ciuitaté conuertit dominus sermonem, ex hoc erudire volens auditores. vnde dicit: Hierusalé, Hierusalem. Hęc autem duplicatio mẽ serentis est, & valde diligentis. Hie. Hierusalem autem nõ saxa & ædificia ciuitatis, sed habitatores uocat, quã patris plangit affectu. Chry. sup. Mat. Præuidés ruinã ciuitatis illius, & plagam quæ à Romanis superuẽtura erat, recordabatur quidẽ sanguinis sanctorũ suorũ, qui effusus erat ab illis & postmodũ effundendus. vnde addit: Quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Missum ad te Esaiã occidisti, & seruũ meũ Hieremiã lapidasti, Ezechielem tractum per lapides excerebrasti, quõo saluaberis, quæ ad te medicũ non uenire permittis? & non dixit. Occidisti aut lapidasti sed occidis & lapidas, id est quasi hoc propriam & naturalem consuetudiné habes, vt occidas & lapides Sanctos. Eadé. n. fecit Apostolis quæ fecerat aliquando prophetis. Chry. in ho. Deinde cũ vocasset eã, & abominabiles eius occisiones dixisset, quam se excusando dixit, subdens: Quoties volui congregare filios tuos? quasi dicat, neq; prædictis occisionibus me à tua beneuolẽtia auertisti, sed uolui te mihi adiungere, non semel aut bis, sed multoties. Magnitudinem autẽ amoris sub similitudine gallinæ ostendit. Au. de quæ. Euan. Hoc. n genus animãtis, magnũ affectũ in filios hẽt, ita ut eorũ infirmitate affecta, infirmetur & ipsa. Et quod difficile in cęteris animantibus inuenies, alis suis filios protegens contra miluũ pugnat, sic & mater nostra Dei sapientia p carnis susceptioné infirmata quodammodo secundum illud Apostoli: Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, protegit infirmitatem nostram, & resistit diabolo, ne nos rapiat. Origenes. Filios autem Hierusalem dicit, secundum quod dicimus

Gallinę natura.

dicimus semper eiuš successores precedentium filios. Dicit aût: Quoties uolui, cum sit manifestam semel cû docuisse in corpore Iudæos Semper.n Christus præsens fuit & in Moyses, & in ꝓphetis & in Angelis ministrantibus saluti humanæ ꝑ singulas generationes. Si quis autem non fuerit congregatus ab eo, iudicabit quasi noluerit congregari. Raba. Cessent igitur heretici Christo principiû ex uirgine dare, omittant alium legis & prophetarum Deû prædicare. Aug. in Ench. Vbi est autem illa omnipotentia, qua in cœlo & in terra oîa quęcunque uoluit fecit: si colligere filios Hierusalem noluit & nô fecit? An non potius illa quidem filios tuos ab ipso colligi noluit, sed ea quoque nolête, filios eius collegit ipse, quos uoluit? Chr. in ho. Deinde comminatur pœnam quã semper formidauerût. s. ciuitatis & têpli euersionê, dicens; Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Chry. sup. Mat. Sicut. n. corpus, anima recedête, prius quidê frigescit, deinde putrescit & soluit sic & templû nostrum Dei spiritu recedente, prius seditionibus & indisciplinatione replebitur, deinde ueniet ad ruinam. Orig. Semp êt eis qui uoluerût congregari sub alis eius, cômmantur Christus: Ecce relinquet uobis domus uestra deserta, id est anima & corpus. Sed & si quis ex uobis noluerit côgregari sub alis Christi ex têpore illo ex quo côgregationem re fugit actu magis quã corpore, non uidebit pulchritudinê uerbi, donec pęnitens à proposito malo dicat, benedict⁹ qui uenit in nomine dñi. Tûc. n. verbû Dei, benedictum uenit sup cor hoîs, qñ fuerit quis côuersus ad Deû. uñ sequit: Dico. n. uobis, nôn me uidebitis ammodo donec dicatis, Benedict⁹ q uenit in noîe dñi. Hier. q. d. Nisi pœnitêtiã egeritis & côfessi fueritis ipsum esse me, de quo ꝓphetę cecinerût filiû oîpotentis patris, faciê meã nô uidebitis. Habêt ergo Iudei statutû sibi têpus pœnitêtiæ; Côfiteanẽ benedictû qui uenit in nomine dñi, & Christi ora conspicient. Chr. in ho. Vel aliter: Per hoc occulto secundum aduentum significauit, quoniã tunc omnino eum adorabût. Quod autê dicit ammodo, ad têpus crucis refertur.

CAPVT XXIIII.

ET egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt * ad eû *discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur.*

Orig. Postquã omnia quæ super Hierusalem uentura erant Christus prædixit, exiit de templo qui côseruauerat templû ne caderet donec fuit in eo. vnde dicitur. Et egres. Iesus de temp ibat. Sed & unusquisq; cum sit templum Dei propter spiritum Dei inhabitãtem in se, ipse fit causa suæ desertionis, vt egrediatur ab eo Christus. Sequitur: Et accesserunt ad eum discipuli &c. Dignum est uidere qño ostendunt ei structuras templi, quasi nunquam uiderit templum. Ad quod respondendû est ꝙ cum Christus prophetizasset superius ruinam templi futuram, audientes discipuli mirati sunt talê an tãtam têpli structuram ad nihilum redigendã, propterea ostendunt ei, vt flecterent eum ad misericordiam loci illius, ne faceret quod fuerat côminatus. Sed & cum sit humanæ naturæ admirabilis constructio facta, uidelicet templum Dei, discipuli cæteriq; sancti êt modo miranda opera Dei erga figmentû humanum confitentes, ante conspectum Christi intercedunt, ne deserat genus humanum propter peccata ipsorum. Sequitur; Ipse autem respôdens, dixit eis; Videtis hæc omnia? Amen dico uobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui nô destruatur. Raba. Iuxta historiam manifestus est sensus, quia 42. anno post passionê domini, sub Vespasiano & Tito Romanis principibus ciuitas euersa est cum têplo. Remi. Diuinitus autem procuratum est, ut reuelata iam luce gratiæ templum cum suis ceremonijs tolleret, ne fortè aliquis paruulus in fide dum uideret omnia illa quæ à domino fuerant instituta & à prophetis sanctificata adhuc permanere, paulatim recedêdo à synceritate fidei ad carnalem iudaismum transiret. Chry. in ho. Sed qualiter uerum est, quòd non mansit

Quęstio euãgelica.

lapis super lapidem? Vel.n.desolationem eius ostendens oīmodam hoc dixit, uel se cũdum illũ locũ ubi erat:sunt.n. eius partes usq; ad fundamenta destructæ. Cũ his & illud dicam, qm̃ ex his quæ facta sunt, & de reliquis oportet credere q̄ peribunt perfectè. Hier Mysticè autem recedente dño de tēplo, omnia legis ædificia & compositio mandatorum ita destructa est, ut nihil à Iudæis possit impleri, et capite sublato, uniuersa inter se membra compugnẽt. Orig Omnis ẽt homo qui suscipiens in se uerbũ Dei tēplum est, si post peccatum adhuc seruat ex parte uestigia fidei & religionis, tēplũ est ex parte destructũ & ex parte cõsistens. Qui āt postquã peccauerit curã sui non habet, paulatim minuit donec ad plenũ recedat à Deo uiuẽte, & sic nõ relinquet lapis super lapidem mandatorum Dei, qui non destruatur.

Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes; Dic nobis quando hæc erunt? & quod signum aduẽtus tui, & consummationis seculi? Et respondẽs Iesus dixit eis; Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes, ego sum Christus & multos seducent.

Remig. Perseuerans dominus in itinere, peruenerit ad montem Oliueti, & quibusdam discipulis in uia ostendentibus & laudantibus ædificationem templi, ipse palàm prædixerat oĩa esse destruenda, idcirco cum peruenisset ad montem Oliueti accesserunt ad eum interrogantes. unde dr̃: Sedente āt eo super montem Oliueti. Chry. Propter hoc āt secreto accesserunt, quia de magnis erant interrogaturi. Etenim cupiebant discere diẽ aduentus eius, quia uehementer desiderabant gloriam eius uidere. Hie. Et interrogabāt tria. Primo, quo tempore Hierusalem destruẽda sit, dicentes; Dic nobis qñ hæc erunt? Secundo, quo tempore Christus uẽturus sit, unde dicunt: Et quod signũ aduentus tui. Tertio, quo tempore consummatio seculi sit futura. unde dicunt. Et cõsummationis seculi. Chry. Lucas āt ait unam esse interrogationem quę est de Hierosolyma, quasi æstimantibus discipulis tunc futurũ esse Christi aduentum & finẽ mundi, quãdo Hierosolyma destrueretur. Marcus āt

Tertio interrogatio discipulorũ.

ait nõ omnes de cõsummatione Hierosolymæ, sed Petrum, Iacobum, Ioãnem, & Andream, quasi liberius & securius Christo loquentes Orig. Puto autem montem Oliueti mysterium esse ecclesiæ, quæ ex gentibus est. Rem. Mõs āt Oliueti nõ hẽt infructuosas arbores, sed Oliueta quibus lumen nutritur ad fugandas tenebras, & quibus fessis requies, infirmis salus præstatur. Sedẽs āt dñs supra montem Oliueti contra tēplum, de ruina ipsius & excidio Iudaicæ gẽtis disputat, ut ẽt ipso situ corporis monstret, quia quietus manens in ecclesia impiorum superbiam cõdemnat. Origen Agricola.n. residens in monte Oliueti, uerbum Dei est in ecclesia cõfirmatũ, Christus.s. qui semper oleastri ramos inserit in bonã oliuam patrũ. Qui āt habẽt fiduciã ante Christũ, discere uolũt signũ aduentus Christi, & cõsummationis seculi. Est āt duplex aduentus uerbi in anima. Primus qdem, stulta p̄dicatio de Christo, qñ prædicamus Christũ natũ & crucifixum. Secundus āt aduentus est uiris p̄fectis, de quibus dicitur: Sapientiam loquimur inter perfectos. et huic secundo aduentu adiungitur consummatio seculi in uiro perfecto, cui mundus crucifixus est. Hila. Et quia tria à discipulis quæsita sunt, distinctis & temporibus & intelligẽtiæ significationibus separantur. Rñdetur ergo primo de ciuitatis occasu, & qñ confirmatur ueritate doctrinæ, ne quis fallax ignorantibus possit obrepere. unde sequitur: Et rñdens Iesus, dixit eis: Videte ne quis uos seducat. Multi.n. uenient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus. Chry. Neque enim de Hierosolymę destructione, neque de secunda aduentu respõdit statim, sed de malis, quibus statim obuiãdum erat. Hiero. Vnus autem eorũ de quibus loquitur, fuit Simon magus, quem in actibus apostolorum legimus, qui se magnam dicebat esse uirtutem, hic quoque inter cætera in suis uoluminibus scripta dimittens: Ego sum sermo Dei, ego omnipotens, ego omnia Dei. Sed & Ioannes apostolus in epistola sua loquitur: Audistis quia Antichristus uenturus est: nunc autem Antichristi multi sunt. Ego reor omnes hæresiarchas Antichristos

Aduentus duplex.

chistos

christos esse, & sub nomine Christi ea docere quæ cõtraria sunt Christo. nec mirũ si aliquos ab his uideamus seduci, cũ dominus dixerit. Et multos seducent. Orig. Multi aũt sunt q seducunt, quia larga est porta q̃ ducit ad perditionẽ, & multi sũt qui intrant per eã. Hoc ãt solũ sufficit ad cognoscẽdũ seductionẽ Antichristorum, qui dicũt. Ego sum Christus, qđ nunquã legit Christus dixisse. Sufficiebãt.n.ad credendum q̃ ipse est Christus opera Dei, & sermo quẽ docebat, & uirtus ipsius. Oĩs ẽt sermo qui profitetur expositionem scripturarum secundum fidem earum, & nõ habet ueritatem, Antichristus est. Veritas enim Christus est, & simulata ueritas Antichristus. Sed & omnes uirtutes inuenimus esse Christũ, & omnes simulata uirtutes Antichristum: quoniam omnes species boni quascunque habet Christus in se in ueritate ad ædificationem hominũ, omnes eas hẽt diabolus in specie ad seductiones sanctorum. Opus ergo est nobis Deo auxiliatore, ne quis nos seducat uel sermo uel uirtus. Malum.n. inuenire aliquem secundum mores uitæ errantẽ; multo ãt peius arbitror esse, non secũdum uerissimam regulam scripturarum sentire.

Audituri.n.estis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed nondum statim est finis. Consurget.n. gens in gentem, & regnum in regnum. & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum.

Augu. ad Esichium: Interrogantibus discipulis ea dñs rñdit, quę iam ex illo tempore fuerant secutura. siue de excitatione Hierusalẽ, uñ orta est ipsius interrogationis occasio: siue de aduentu suo per ecclesiam, in qua usque ad finem uenire non cessat: in suis.n. ueniens agnoscitur, dum eius quotidie membra nascuntur: siue de ipso fine, in quo apparebit uiuos iudicaturus & mortuos. Cũ itaq; signa dicat quæ ad ista tria pertinent, quod eorum trium signorum ad aliquid horum referendum sit, diligenter considerandum est: ne fortè q̃ pertinet ad unum, referẽdum putemus ad alterum. Chry. Hic autem loquitur de prælijs quæ Hierosolymis erant futura, cum dicit. Audituri.n.estis prælia & opiniones præliorum. Orig. Qui audit ipsas voces quæ fiunt in pręlijs audit prælia: qui aũt de pręlijs longè gestis audit, opiniones vel rumores audit præliorũ. Chrys. in ho. Quia verò per hoc turbari ẽt discipuli poterant, ideo subdit: Videte ne turbemini. Deinde q̃ æstimabant post illud bellum quo Hierusalem destrueretur, statim finem mũdi esse venturum: eos in vera opione stabilit, dicens: Oportet.n hæc fieri, sed nõdũ statim est finis. Hier. Id est, non putemus diem instare iudicij, sed in tempus aliud reseruari: cuius signum perspicue in consequentibus ponitur. Cõsurget.n.gens in gentem, & regnũ &c. Rab. Vel admonentur apostoli ne his aduenientibus terreantur, ut Hierosolymã Iudæã que deserant: quia non statim finis, sed in quadragesimum annũ desolatio prouinciæ, vltimumq; vrbis & templi sequetur excidiũ de quibus subditur: Cõsurget.n. gens in gentem, & regnum. Constat ãt hic acerbissimos dolores, quibus omnis uastata est p̃uincia ad literã cõtigisse. Chrys. in ho. Deinde vt ostendat qm̃ & ipse prę liabitur contra Iudæos non solũ bella prę nunciat, sed & plagas diuinitus illatas. vnde subdit. Et erunt pestilentiæ, & fames, & terręmotus per loca. Rab. Notandum quòd in hoc quod dicit: Consurget gens in gentem, ostenditur perturbatio hominũ. Erunt pestilẽtiæ, ecce inæqualitas corporũ: erit fames, ecce sterilitas terræ. terręmotus per loca, ecce respectus irę desuper Chrys. in ho. Et non simpliciter hæc fient secũdũ cõsuetudinẽ antea in hoĩbus existentem, sed ex ira quę erit desuper. Et propter hoc non simpliciter dixit ea esse ventura, neq; repente sed cũ quadã significatione: unde subdit. Hæc ãt omnia sunt initia dolorũ.i. Iudaicorũ malorũ. Orig. Vel aliter; Sicut ægrotant corpora ante mortẽ, sic necesse est ante corruptionem mũdi, vt quasi languens terra frequentius terręmotibus cõquassetur Aer enim vim mortiferam concipiens pestilens fiat, & vitalis virtus terrę deficiens, suffocet fructu. Consequens autem est vt propter inopiam ciborum, in auaritiam & bella homines excitentur: sed quia insurrectiones & lites interdum fiunt propter aua- Signa finis mundi.

tatē & dicētē: Foris pugnæ, intus timores. Et alibi: Pericula i falsis fratrib. De quib. alibi dicit: Tales sunt pseudoapostoli, operarij subdoli. vñ & hic subditur. Et multi. pseudoprophetæ &c Rem. Imminente. n. captiuitate Hierusalē, multi insurrexerūt Christianos se esse dicentes, & multos seduxerunt: quos Paulus nominat falsos fratres, Ioānes vero Antichristos. Hil. Vt Nicola⁹ vnus ex septē diaconib. fuit qui multos mētita veritate puertit. Chry. in ho. Deinde qđ his difficilius est ostēdit, quia tales pseudoprophetæ nullā mitigationē à charitate accipient. vnde sequit: Et qm̄ abūdauit &c. Rem. Id est uera dilectio erga Deū & proximū. Nā quāto magis ab vnoquoq; iniquitas suscipit, tāto magis i corde ipsius ardor charitatis extinguitur. Hie. Cōsiderādū āt ꝙ nō negauit omniū minuēdam esse charitatem, sed multorū. Nam in Apostolis & eorum similibus permansura est charitas, de qua Paulus dicit; Quis nos separabit à charitate Christi? ꝓpter quod & hic subditur; Qui autem perseue. vsq; in fin. hic sal. erit. Rem. Vsque in finē dicit, vsq; ad terminū vitæ suæ. Qui .n. vsq; ad terminum vitæ suæ in cōfessione nominis Christi perseuerauerit, & in charitate, saluus fact⁹ est. Chry. in ho. Deinde ne dicerent; qualiter ergo inter tot mala viuemus? quod plus est promittit; ꝙ non solum viuerent, sed etiam ubique docerent. vnde subditur; Et præd. hoc euan. reg. in uni. orbe Rem. Quia enim nouerat dominus corda discipulorū cōtristanda esse de excidio Hierusalē, & perditione suę gentis, hoc solatio cōsolatur eos, ꝙ multo plures credituri erāt de Gētibus, quam de Iudæis perirent. Chry. in ho. Quòd autem & ante captionē Hierosolymę ubiq; prædicatum est Euāgelium, audi quod ait Paulus, In omnem terram exiuit sonus eorum. Et uidens eū à Hierusalē ad Hispaniam currentem. Si autem unus tantā portionē accepit, excogita reliqui quāta operati sunt. Vnde & quibusdā scribēs de Euangelio dicit, ꝙ fructificat & crescit in omni creatura q̄ sub cœlo est. Hoc aūt est maximū signum virtutis Christi, ꝙ in 30 annis vel parum amplius Euangelij sermo fines orbis terrarū impleuit. quamuis autē Euangeliū ubiq; ꝓdicatū fuerit, nō tñ omnes crediderunt, ꝑ quod subdit; In testim. gen. i. in causationē his qui non crediderint. Qui. n. crediderunt testabuntur aduersus eos qui nō crediderunt, & cōdēnabunt eos. Conuenienter āt postq̄ ꝓdicatū est Euāgeliū p orbē terrarum, tūc Hierosolyma perijt, vnde sequitur; Et tunc ue. cōsummatio, id est finis Hierosolymorum. Qui enim viderunt Christi virtutem ubique refulgentē, & in breui tēpore orbem terrarum supergressam, quam ueniam habere debuerunt in ingratitudine permanētes? Remi. Potest autē & totus locus iste referri ad cōsummationē seculi. Tunc. n. plurimi scandalizabuntur recedentes a fide, uidētes multitudinem & diuitias malorū & miracula Antichristi, & cōsocios persequentur, & Antichristus mittet pseudoprophetas q seducēt multos, & abūdabit iniquitas, quoniam numer⁹ malorum augebitur, & refrigescet charitas, quoniā numerus bonorum minuetur. Hiero. Signum etiam dominici aduētus est in toto orbe Euangelium prædicari, ut nullus sit excusabilis. Orig. Quod autem dicitur; Eritis odio oībus hominibus ꝑ nomen meum, sic saluare quis poterit, quia nunc quidem in unum consenserunt omnes gētes aduersus Christianos. Cum autem cōtigerint quæ Christus prædixit, tunc fient persecutiones iam non ex parte sicut ante, sed generaliter ubiq; aduersus populū Dei. Aug. ad Esi. Sed qui putāt hoc quod dicit; Prædicabitur Euangelium regni in uniuerso orbe, per ipsos Apostolos factū esse, non ita esse certis documentis probatū est. Sūt enim in Aphrica barbaræ innumerabiles gentes, in quibus nondū prædicatū esse Euangelium ex his qui ducūtur inde captiui addiscere in promptu est. Neque tñ ullo modo recte dici potest, illos ad promissionem Dei non pertinere. Non enim Romanos solum, sed omnes gentes dominus semini Abrahæ iurādo promisit In quibus ergo gentibus nondū est Ecclesia? oportet quod sit, non ut omnes qui ibi fuerint credāt. quomodo .n. & illud implebitur, Eritis odio omnibus gentib. propter nomen meum; nisi in omnibus gentibus sint & q oderint, & quos oderint? Nō

est signum ab Apostolis pdicatio ista completa, quādo adhuc sunt gētes, in quib. nō dū cępit impleri, q̄ āt dixit Apostolus: In omnē terrā exiuit sonus eorū, quāuis locutio sit pteriti tēporis, verbis tū qđ futurū erat dixit, nō quod iā factū atq; cōpletū, sicut & ipse propheta quo vsus est teste fructificare & crescere dixit Euangelium in vniuerso mūdo, vt ita significaret, vsq; quo crescendo esset vēturū. Si ergo latet qn̄ Euāgeliū vniuersus orbis implebit, p̄culdubio latet qn̄ finis erit, ante quippe nō erit. Ori. Cū ergo ois gēs audiuerit Euangelij pdicationē, tūc erit seculi finis, & hoc est qđ sequit: & tūc erit cōsummatio. Multæ n. non solū barbarorū, sed etiā nostrarū Gentium nōdum audierūt christianitatis verbum. Glo. vtrunque autem dictorum tueri potest, si tamē diuerso modo diffusio prædicationis Euangelij intelligatur. Si n. intelligatur quantum ad fructū prędicationis, qui est ut in singulis gētibus fundetur Ecclesia credentiū in Christum, vt Aug. exponit, est signum q̄ oportet præcedere ante finē mundi, nō tamen pcessit ante destructionē Hierosolymæ. Si autem intelligatur quantum ad famā prædicationis, sic ante finē Hierosolymæ fuit completū, discipulis Christi per quatuor mundi partes dispersis. Vnde Hiero. dicit, non puto aliquā remansisse gentem, quæ Christi nomen ignoret, & quāquam nō habuerit prædicatorem, tamen ex vicinis gentibus opinionem fidei non potest ignorare. Orig. Moraliter āt qui visurus est secundum verbū Dei aduēsum gloriosum illum in animam suam, necesse est vt secundum mensurā profectus sui insidias à contrarijs operationibus patiatur quasi magnus athleta, & Christus in eo ab omnibus odiatur non tantum à gentibus secundum carnē quantum a gentibus spiritualium nequitiarum: sed & in quæstionibus pauci erunt veritatem plenius attingentes, plures āt scandalizabuntur & cadent ab ea proditores & accusatores alterutrū pp dissensionem dogmatum veritatis, qua causa fiet vt odiant se inuicē. Multi etiam erunt non sane tradentes de futuris sermonē, & qūo nō oportet interpretantes prophetas (quos pseudoprophetas dicit) seducentes multos, & ferūentē dilectionem quæ prius fuerat in simplicitate fidei refrigescere facient; sed qui potuerit manere in Apostolicæ traditionis proposito, ipse saluabitur, & sic prædicatū Euangelium in aīas omnium erit in testimonium omnibus gentibus, id est oībus cogitationibus incredulis animarum.

Cū ergo uideritis abominationē desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, stantem in locū sancto (qui legit intelligat.) Tūc qui in Iudæa sunt fugiāt ad montes & qui in tecto, non descēdāt tollere aliquid de domo sua, & q in agro, nō reuertatur tollere tunicam suam. Væ āt pręgnātibus & nutrientibus in illis diebus. Orate aūt ut nō fiat fuga uestra hyemē uel sabbato. Erit enim tuc tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.

Chr. in ho. Quia supra occultè insinuauit Hierosolymæ finē, cōsequēter idē manifestę ostēdit, pphetiā inducens q̄ destructionē Iudęorū credere facit. unde dicit: Cū ergo vide. abo. desolationis &c. Hier. Hoc āt qđ dictū est: Qui legit intelligat, ponit vt ad intelligentiā mysticā prouocemur. Legimus autem in Daniele hoc modo: Et in dimidio hebdomadis auferetur sacrificiū & libamina, & in tēplo desolationū abominatio erit vsq; ad cōsummationē tēporis, & cōsumatio dabit sup solitudinem. Aug. ad Esic. Lucas quidem vt ostenderet tunc factam fuisse abominationem desolationis quę à Daniele prædicta est qn̄ expugnata est Hierusalem: eodem loco hæc dñi uerba commemorat. Cū videritis circundari ab exercitu Hierusalē, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Chry. in hom. Vnde abominationem desolationis uī mihi exercitum dicere: quo. s. desolata est ciuitas sancta Hierusalem. Hiero. Aut potest intelligi de imagine Cæsaris; quam Pilatus posuit in templo, aut de Adriani equestri statua, quæ in ipso sancta sanctorum loco stetit vsque in præsentem diem. Abominatio enim secundum ueterem scripturam, idolum nuncupat: & idcirco additur desolationis, quod in desolato templo, atque deserto idolum positum sit. Chrysost. in hom.

Vel

Vel quia ille qui desolauit ciuitatẽ & tẽplũ, statuã intus posuit. Vt ãt discant, qm̃ viuentib. quibusdã eorũ, hæc ãt pp hoc dicit: Cũ uideritis ergo &c. Ex quo admirare Christi virtutẽ, et discipulorũ fortitudinẽ, qui in talib tẽporibus prędicabãt, in quibus omnia iudaica impugnabant. Apostoli autem ex Iudęis existentes, leges introduxerũt nouas aduersus Romanos tũc dominãtes: infinita milia Iuęorum cepe runt Romani, duodecim viros non superauerũt nudos & inermes. Quia vero multoties contigerat in grauibus prælijs Iudæos restauratos fuisse, sicut tẽporibus Senacherib & Antiochi: ne aliquis suspicet, tale aliquid futurum, suis fugiendum esse præcepit, cũ subdit: Tũc qui in Iudęa &c. Remi. Hæc enim omnia imminente desolatione Hierusalem constat fuisse impleta. Appropinquante nanq; Romano exercitu, omnes Christiani qui in prouincia erant, sicut historia ecclesiastica refert, diuino miraculo moniti, longius recesserunt. transeuntes Iordanem venerunt in Pellã ciuitatem, & ibi sub tutela Agrippæ regis cuius mentio in actibus Apostolorum fit, aliquanto tempore manserunt: ipse autẽ Agrippa cum parte Iudęorũ quæ sibi obtemperabat Romano subditur erat imperio. Chry. in ho. Deinde ostendens ineuitabilia mala futura esse Iudæis, & infinitã calamitatem, subdit: Et qui in tecto est, non descendat &c. Eligibilius enim erat nudo corpore saluari quàm intrare domum vt tollere vestimentũ, & occidi; propter quod & de eo q est ĩ agro subdit: Et qui in agro est &c. Si enim qui in ciuitate sunt fugiunt, multo magis qui foris sunt, non oportet ad ciuitatem refugere. Et q dem pecunias cõtemnere facile est, & prouidere sibi in uestimentis non difficile, q̃ autem à natura sunt qualiter aliquis fugiet? Qualiter enim pregnans fiet leuis ad fugam? aut lactans poterit eum quem peperit deserere? propter quod subdit: Vę autem preg. &c. His quidem quia pigriores sunt, & q a facile fugere non possunt, onere conceptionis grauatæ, his autem quia detinentur vinculo cõpassionis filiorũ & nõ possunt simul saluare eos quos lactant. Ori. Vel qm̃ non erit tũc tẽpus miserendi, neq; sup pregnantes, neq; sup lactãtes, neque sup infantes earũ, & quasi ad Iudęos, loquẽs, qui arbitrabãtur in sabbato nõ oportere ambulare uiam amplius q̃ est sabbati iter, subdit: Orate ãt ũt non fiat fuga, &c. Hiero. Quia scilicet in altero duritia frigoris prohibet ad solitudines pergere, & in montibus desertis latitare; in altero autem transgressio legis est, si fugere voluerint: aut mors imminens, si remanserint. Chry. in ho. Vide autem quoniam aduersus Iudæos est hic sermo, non enim Apostoli sabbatum erant obseruaturi, neque ibi mãsuri, cum Vespasianus hoc egit plures enim eorum iam præmortui erant. Si autem aliquis remanserat, in aliis partibus orbis terrarum, tunc conuersabatur, propter quid autem orãdum esse dixerit, subdit: Erit enim tunc tri. magna &c. Aug. ad Esic. Apud Lucã sic legitur: Erit autem pressura magna super terrã & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Nam & Iosephus, qui Iudaicam scripsit historiam talia mala dicit illi populo tunc accidisse, vt vix credibilia videantur. vnde non immerito dictum est, talem tribulationẽ nec fuisse à creaturæ initio, nec futurã, sed & si tempore Antichristi talis aut maior forsitan erit, intelligendũ est de illo populo dictum, q eis talis amplius futura nõ erit. Si enim Antichristum illi primitus & pręcipuè recepturi sunt, facturus est tunc idẽ populus tribulationem potius quàm passurus. Chryso. in ho. Interrogo autem Iudæos. unde tam intolebrabilis ira diuitus venit super eos omnibus quæ ante factæ sunt difficilior? Nam manifestum est quoniam propter crucis manifestationẽ, sed adhuc ostendit ipsos grauiori pœna fuisse dignos, in hoc quod dicitur: Et nisi breuiati fuissent dies illi &c. Ac si dicat: Si amplius durasset prelium Romanorũ aduersus ciuitatẽ, uniuersi perissent Iudæi. Omnem enim carnem Iudaicam dicit, & qui foris & qui intus erant, non enim solũ eos qui in Iudæa erãt, impugnabãt Romani, sed & eos qui vbique dispersi erant, persequebantur. Aug. ad Esic. Quidam autem conuenienter mihi intellexisse uidentur mala ipsa significata nomia dierum sicut

Notula pulchra sunt dicti dies mali, in alijs scripturæ diuinæ locis. Neque enim dies ipsi mali sunt, sed ea quæ fiūt in eis. Ipsa enim dicta sunt breuiati, vt Deo tolerantiam donāte minus sentirentur, ac si quæ magna essent fierent breuia. Chr. in ho. Ne vero Iudæi dicerent quoniam propter prædicationē & discipulos Christi hæc mala euenerunt, ostendit ꝙ nisi illi essent, radicitus perijssent. vnde subdit. Sed propter ele. bre. di. il. Aug. ad Esich Non. n. debemus ambigere qn̄ euersa est Hierusalem, fuisse in illo populo electos Dei, qui ex circumcisione crediderant, siue fuerant credituri electi ante constitutionem mūdi: propter quos breuiarentur dies illi, vt tolerabilia mala fierent. Non āt desunt qui existimant ita breuiores dies illos futuros, ꝙ cursu solis breuiter, sicut fuit longior dies orante Iesu Naue. Hier. Nec recordantur illius scripti. Ordinatione pseuerat dies, sed iuxta temporum qualitatē, id est abbreuiatos nō mensura, sed numero, ne temporū mora concutiatur credentium fides. Aug. ad Esic. Non tamen putemus hebdomadas Danielis, vel propter dierū breuiationes fuisse turbatas, vel illo iam tpe non fuisse completas, sed in fine temporum esse cōplendas. Apertissimè. n. Lucas testatur Danielis prophetiam tunc esse completā, qū euersa est. Hierusalem. Chry. in ho. Intēde āt Spiritus sancti dispensationem, qm̄ nihil horum scripsit Ioannes, vt non videretur, ex ipsa eorum quæ facta sunt historia scribere: etenim post captionē Hierusalem vixit multo tēpore. Sed qui antè mortui sunt & nihil horum viderunt, ipsi scribunt ut undique fulgeat prænunciationis virtus. Hil. Vel aliter: totum indicium ad uentus futuri dominus ponit, dicens: Cū ergo. vi. abo. &c. De antichristi. n. temporib. hic locutus est propheta. Abominatio ex eo dicta, est ꝙ aduersus Deum veniens honorem Dei sibi vendicet. desolationis autem abominatio, quia bellis & cędibus terram desolaturus sit, atque ob id a Iudæis susceptus, loco sanctificationis instituitur, ut vbi sanctorum precibus Deus inuocabatur, illuc ab infidelibus receptus Dei honore venerabilis sit: & quia prim⁹ iste Iudæorum error erit, vt qui veritatē respuerunt, suscipiant falsitatem, Iudæam deseri monet, & transfugere in mōtes, ne admixtione plebi illius antichristo creditur e vis aut contagi afferatur. Quòd autem ait: Et qui in tecto sunt &c. sic intelligitur: Tectum est domus fastigium & habitationis totius excelsa pfectio. Qui igitur in consumatione domus suę, i. in cordis sui perfectione constiterit, regeneratione spiritus noui celsus non descendere in humiliora rerum secularium cupiditate debebit. Et qui in agro erit &c. s. positus in operatione præcepti, non ad curas pristinas reuertatur, ob quas veterum exinde peccaminum, quibus antea contegebatur, erit tunicā relaturus. Aug. ad Esic. In tribulationib. n. cauendum est, ne quisquam deuictus ad carnalem uitam de spirituali sublimitate descēdat; aut qui profecerat in anteriora se extendens, deficiēdo in posteriora respiciat. Hil. Quo āt dr̄: Væ prægnā. & nu. in il. die, non de fœtarū onere dn̄m admonuisse credēdum est, sed animarum peccatis repletarum ostēdisse grauitatem, ꝙ neq; in tecto positę, neque in agro manentes repositæ iræ tempestatem uitare possint, illis quoq; væ erit qui nutrientur. Infirmitatem. n. animarum, q̄ ad cognitionē Dei tanquam lacte educantur, in his ostendit; & iccirco væ ipsis erit, quia ad fugiendum antichristum graues, & ad sustinēdū imperitæ, nec peccata effugierunt, nec cibum veri panis acceperunt. Augu de ver. do. Vel prægnans est qui res alienas concupiscit: nutriens est, qui iā rapuit quod concupiuerat: istis. n. væ erit in die iudicij. quod āt dominus dixit. Orate āt &c. Aug. de quę. euā. Idest ne in lætitia vel tristitia rerum temporalium quis inueniatur in die illo. Hila. Vel ne in peccatorum frigore, aut in ocio bonorum operū reperiamur: quia grauis uexatio incumbet, nisi ꝙ causa electorum Dei diebus illis sit breuitas offerēda, vt uim malorum coartatum tempus exuperet. Orig. Mysticè autem in loco sancto omnium scripturarum, tam veteris testamēti; quàm noui Antichristus, qui est falsum verbum stetit frequenter, qui autem hoc vident, ex Iudæa literæ, fugient ad sublimes ueritatis montes. Et si quis inuentus fuerit ascēdisse

se suprà tectum uerbi, & stare super fastigium eius: non descendat inde, occasione ut auferat aliquid de domo sua. Et si fuerit in agro, in quo absconditus est thesaurus, & reuersus fuerit retro, incurret in seductionem uerbi mēdacis, & maxime spoliauerat se uestimentum uetus, i. ueterem hominem, & iterum conuersus fuerit tollere ipsum: tunc āt aīa in utero habens, q. necdū fructificauit ex uerbo, incurrit in uæ: proijcit.n. conceptum, & euacuatur a spe quæ est in actib. ueritatis. similiter āt si uideatur formatum & fructificatū uerbū, non āt fuerit enutritum sufficienter. Orent āt qui fugiunt in montes, ne fuga eorum fiat hyeme, uel sabbato. quoniā in tranquillitate aīæ constitutæ, possunt impetrare uiā salutis; & in sabbato, qn̄ homo bona opera nō facit, fuga uera nō fiat. Nemo.n. in periculo falsi dogmatis facilè superatur, nisi quia nudus fuerit ab operibus bonis. Quæ est autem maior tribulatio q̄ uidere fratres nostros seduci, & q̄ aliquis uideat seipsum moueri & conturbari? Dies āt intelligūtur pręcepta & dogmata ueritatis: oēs autem intellectu à sciētia falsi noīs uenienets, additamenta sunt dierū, quæ Deus abbreuiat per quos uult.

*Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgent.n. Pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) ēt electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut.n. fulgur exit ab oriente, & * paret vsque in occidentē, ita erit & aduentus filij hominis. Vbicūque fuerit corpus, illic cōgregabuntur & aqlæ.*

* Apparet.

Chry. in ho. Cum complesset dominus ea quæ de Hierosolymis sunt, ad suū. de cætero peruenit aduentum, & dicit eius signa; non illis utilia solum, sed & nobis, & his qui post nos erunt omnibus. unde dicit: Tunc si quis uo. dixerit &c. Sicut autē cum suprà dixit Euāgelista. In diebus illis Ioannes Baptista, non tempus quod immediate est cōsequens exposuit, cùm 30. anni in medio essent: ita & hic cum dicit, Tunc tamē medium tempus pretermisit, quod futurum erat a captione Hierosolymæ, usque ad initia consummationis mūdi: dans autem eis signa sui secundi aduētus, de loco eos certificat, & de seductoribus. non enim sicut in priori aduentu in Bethleem apparuit, & in paruulo angulo orbis terrarū, & nullo sciente a principio, ita & tunc erit, sed manifestè ueniet, ita & non indigeat q̄ aliquis eius aduentum annūciet, propter quod dicit. Si quis uobis dixerit. Ecce hic est Christus, aut illic, non credatis. Hier. In quo ostendit, q̄ secundus aduentus non in humilitate ut primus, sed in gloria demonstrandus est. Stultum est itaque eum in paruo loco uel in abscondito quærere, qui totius mundi lumen est. Hil. Et tamen quia in magna uexatione positi erunt homines, pseudoprophetę tāquam pręsentē in Christo opem sint iudicaturi, multis in locis Christū esse, atq; haberi mētientur, ut in Antichristi famulatum depræssos uexatosq; deducant. & ideo subdit. Surgēt.n. pseudochristi & pseudoprophetæ. Chr. in ho. Hic de Antichristo loquitur & de quibusdā eius ministris, quos pseudochristos & pseudoprophetas appellat, quales & tēpore Apostolorum multi fuerunt, sed ante secundū aduentum Christi erunt multo prioribus amariores. unde subdit. Et da. si. ma. & prod. Aug. in lib. 83. quæstionum. Admonet autē hic dn̄s, ut intelligamus quædam miracula etiā sceleratos homines facere, qualia sancti facere non possunt. nec tn̄ iō potioris loci apud Deū arbitrādi sunt. Nō enim acceptiores erant Deo; quàm populus Israel Magi Aegyptiorū, quia nō poterat ille populus facere qd̄ illi faciebant, qn̄ Moyses in uirtute Dei maiora potuerit. Sed ideo nō oībus sanctis ista attribuū tur, ne pnicio sissimo errore decipiant infirmi, existimantes in talibus factis maiora dona quàm in operibus iustitiæ, quib⁹ uita æterna comparatur. Cum ergo talia faciunt Magi, qualia nōnunquam faciunt sancti, diuerso fine & diuerso iure fiūt. Illi enim faciunt quærentes gloriam suam: illi quærentes gloriam Dei; & illi faciunt per quædam potestatibus concessa in ordine suo, quasi priuata cōmercia uel beneficia; illi autem publica administratione iussu eius cui cūcta creatura subiecta est. Aliter enim cogitur possessor equū dare militi,

Interpretatio futuri iudicij.

Miracula quomodo fiunt à malis.

militi, aliter tradit emptor, vel cuilibet donat aut cõmodat. Et quéadmodũ pleriq; mali milites, quos imperialis disciplina condemnat, signis Imperatoris sui nonnullos possessores territant, & ab eis aliquid quod publicè non iubetur, extorquent: ita nonunnquam mali Christiani, vel schismatici, vel hæretici; per nomen Christi, vel per uerbã sacraméta Christiana exigũt aliquid a potestatibus, cum aũt malis iubentibus volũtate cedũt, ad seducendos homines cedunt, quorum errore lætantur. Quapropter aliter faciunt miracula, Magi aliter boni Christiani, aliter mali Christiani. Magi per priuatos contractus; boni Christiani, per publicam iustitiam; mali Christiani per signa publicę iustitiæ: nec hoc ẽt oportet mirari, quia oĩa quæ visibiliter fiunt, ẽt per inferiores potestates aeris huius nõ absurdã fieri posse creduntur. Aug. 3. de Tri. Nec ideo tantũ putandum est trãsgressoribus Angelis ad nutum seruire hãc visibilium rerum materiam, sed Deo potius, à quo eis potestas datur; nec sanè creatores illi, mali Angeli dicendi sunt: sed pro subtilitate sua semina rerum istarum nobis occultiora nouerunt, & ea per congruas tentationes electorũ latenter spargunt; atq; ita & gignendarum rerum & accelerandorum incrementorum, præbent occasiones. Nam & multi homines nouerunt ex quib. herbis, aut carnibus, aut succis, aut humorib. ita obrutis vel cõmixtis quæ animalia nasci soleant: sed hæc ab hominibus tanto difficilius fiunt, quanto desunt sensuum subtilitates & corporum mobilitates in membris terrenis & pigris. Greg. 15. Mora. Cũ ergo Antichristus coram carnalium oculis mirãda prodigia fecerit, post se tunc homines trahet, quia qui bonis præsentibus delectantur, potestati illius se absque retractione subijcient. vnde sequitur: Ita ut in errorẽ &c. Orig. Exagerratorius sermo est, dicent: Si possibile est, non. n. pronunciauit, neque dixit, ut in errorẽ mittãtur electi; sed ostendere uult qm̃ frequenter ualde persuasorij sunt sermones hæreticorũ & commouere potentes ẽt eos qui sapientes agunt. Greg. 33. Mora. Vel quia electorũ cor, & trepida cogitatione concutitur; & tamen eorũ constantia nõ mouetur, una sententia dominus vtrũq; complexus est. quasi enim iam errare est in cogitatione titubare; sed si fieri potest, subiungitur: quia fieri non potest, ut in errorem electi capiantur. Orige. Vel non ideo hoc dicit, ꝙ electio diuina frustretur, sed qui humano iudicio electi uidebantur, illi in errorem mittentur. Greg. in ho. Minus autem iacula feriunt quæ præuidenť, & propter hoc subditur: Ecce prędixi vobis. Dominus. n. noster perituri mundi ꝑcurrentia mala denunciat, ut eo minus ꝑturbẽt uenientia, quo fuerit præscitã: ꝓpquod consequenter concludit, Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto &c. Hila. Nã pseudoprophetæ, de quib. supra dixerat, nunc in desertis Christum esse dicent, ut homines errore deprauent, nunc in penetralibus asserent eum esse: ut homines dominantes Antichristi potestate cõcludãt, sed dñs se nec loco occultãdum, nec a singulis seorsum cõtuendum esse profitetur, sed ubiq; & in conspectu omnium pręsentem se futurũ esse denunciat. unde sequitur; Sicut. n. fulgur &c. Chry. in ho. Sicut enim supra prædixit qualiter Antichrist⁹ uẽturus est, ita & per hoc ostẽdit qualiter ipse sit venturus. Sicut. n. fulgur non indiget annunciante aut præconæ, sed instanti momento temporis mõstratur secundũ uniuersum orbem terrarum, ẽt his qui in thalamis sedent, ita & aduentus Christi simul apparebit ubiq; propter gloriæ fulgorem, consequenter ãt dicitur & aliud signum sui aduentus, cuam subdit. Vbicunque fue. corpus &c. per aquilas multitudinem angelorum martyrum, & sanctorũ oium designans. Hie. De exemplo. n. naturali quotidie cernim⁹, Christi instruimur sacramento. Aquilæ enim & uultores, ẽt trans maria dicuntur sentire cadauera, & ad escam huiuscemodi congregari. Si ergo irrationabiles uolucres, naturali sensu tantis terrarum spatijs separatæ, paruum cadauer sentiant ubi iaceat, quãto magis oĩs multitudo credẽtium debet ad Christum festinare, cuius fulgur exijt ab oriente, & patet usq; ad occidẽtem? Possumus autem per corpus, id est, Ioathan, quod significantius latine dicitur cadauer; ab eo

quòd

ꝙ per mortem cadat passionē Christi intelligere. Hil. Vnde vt nec loci in quo uēturus esset, essemus ignari, dicit; Vbicūq; fuerit corpus, ibi cōgregabuntur & aquilæ. Sanctos de volatu spiritualis corporis aquilas nominauit, quorum congreganti bus Angelis conuentum futurum in loco passionis ostendis; & dignè illic claritatis aduentus expectabitur, vbi nos gloriam æternitatis, passione corporeę humilitatis operatus est. Orig. Et uide quia non dixit: Vbicunq; fuerit corpus, ibi congregabuntur vultures, aut corui, sed aquilæ. Volens ostendere magnificos & regales omnes, qui in passione dñi crediderūt. Hier. Aquilæ.n. appellātur, quibus iuuentus renouata est, ut aquilæ, & qui assiumunt pēnas, vt ad Christi ueniant passionē. Greg. 14. Mor. Pōt ēt intelligi: ubicun. fuc. cor. &c. ac si dicat, quia cœlesti sedi incarnatus præsideo, electorū aīas cū carne soluero, ad cęlestia subleuabo. Hier Vel aliter, qđ hic de pseudoprophetis dr̄ intelligi potest. Multi.n. tpe captiuitatis Iudaicę principes extitere, qui Christos se esse dicerēt. in tm̄ ut obsidētibus Romanis, tres intus fuerint factiones; sed melius de cōsumma tione mundi dr̄, vt expositum est. Potest aūt & tertio de hæreticorum contra ecclesiā pugna intelligi, & de illiusmodi Antichristis, qui sub opinione falsæ scientiæ contra Christum dimicant. Orig. Generaliter.n. vnus est Antichristus, species aūt eius multæ, tanquam si dicamus: Mendacium nihil differt a mendacio. Sicut autē veri Christi fuerunt sancti p ophetæ, sic intellige secundum unumquenque pseudochristū, multos eius falsos prophetas. qui Antichristi alicuius falsos sermones prędicāt quasi veros, quorum dicet aliqs, Ecce hic est Christus, ecce illic, quasi non extra scripturam foras aspiciendū est. Ex lege.n. & prophetis, & Apostolis proferūt quæ videntur defendere mendacium. Vel per hoc quod dicit. Ecce hic est Christus, ecce illic: ostendunt non Christum, sed aliquē fictū eiusdem nominis, ut puta secundum Marchionis doctrinā, aut Valentini & Basilidis. Hier. Si quis ergo promiserit vobis ꝙ in deserto Gētiliū & philosopho rum dogmate Christus moretur, aut hære ticorum penetralibus, qui Dei pollicētur archana, nolite credere, sed ꝙ ab oriente vsq; in occidētem fides catholica in ecclesiis fulget. Aug. de quæst. euan. Oriētis & occidētis nomine, totum orbem voluit significare, per quem futura erat ecclesia. Secundum aūt illum sensum, quo dixit. Ammodo uidebitis filium hominis ueniētem in nubibus, conuenienter etiam nūc fulgur nominauit: qđ maximè solet emicare de nubibus. Cōstituta ergo auctoritate ecclesię per orbem terrarum clara atq; manifesta, cōuenienter discipulos admonet, atq; omnes fideles ne schismaticis atque hereticis credāt. vnūquodq; schisma, aut vnaquæq; hęresis, locum suum hēt in orbe terrarū, aliquam tenens partem, aut obscuris atq; occultis conuenticulis curiositatē hominū decipit, quo pertinet quod ait. Siquis uobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic, quod significat terrarū partes aut prouinciarum, aut in penetralibus, aut in deserto, quod significat occulta & obscura conuenticula hæreticorū. Hiero. Vel per hoc quod dicit, In deserto & in penetralibus. ostenditur quod persecutionis & angustiarum tēpora semper pseudoprophetæ decipiendi inueniunt locum. Orig. Vel quando secretas & non vulgatas scripturas proferunt ad confirmationem mendacij sui, videntur dicere: Ecce in solitudine uerbum est ueritatis. Quoties autem canonicas proferūt scripturas, in quib. omnis Christianus consentit, videntur dicere; Ecce in domibus est uerbum ueritatis. Sed nos exire non debemus a prima ecclesiastica traditione, vel eis sermones, qui sunt omnino extra scripturam ostendere volens, dixit; Si dixerint vobis, Ecce in solitudine est; nolite exire de regula fidei. Eos autē qui simulant diuinas scripturas ostendere volens, dixit; Si dixerint uobis, Ecce in penetralib. est, nolite credere: veritas.n. similis est fulguri egredienti ab oriente, & apparenti vsque ad occidētē. vel hoc dicit, qm̄ veritatis fulgur ex omni scripturarum loco defenditur. Exit ergo veritatis fulgur ab oriēte, id est, ab initiis Christi: & apparet usq; ad passionē ipsius, in qua est occasus eius; vel à primo initio creaturæ mundi, usq; ad nouissimā Apostolorum

Veritas similis fulguri.

stolorũ scripturã. uel oriens quidẽ est lex occidens autẽ finis legis & prophetiæ Ioãnis, sola aũt ecclesia neque subtrahit huius fulguris verbum & sensum, neque addit, quasi prophetiam aliquid aliud: vel hoc dicit, quod non debemus attendere eis q̃ dicunt. Ecce hic Christus, non autẽ ostendunt eum in ecclesia, in qua totus est aduentus filij hominis, dicentis. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cõsummationem seculi. Hier. Pronocamur autem ad passionem Christi, vt vbicunq; in scripturis legitur, congregemur, vt per illam venire possumus ad verbum Dei.

Statim aũt post tribulationem dierum illorũ sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suũ, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cęlorũ cõmouebuntur, & tunc apparebit signum filij hominis in cęlo. Et tunc plangẽt omnes trib. terræ.

Gloss. Postquam dominus præmunivit fideles contra seditionẽ Antichristi & ministrorum eius, ostẽdens se manifestè esse venturum, nunc ordinem & modũ sui aduentus demonstrat, dicens: Statim autem post tri. die. il. sol obscur. Chry. in ho. Tribulationẽ dicit dierũ Antichristi & pseudo prophetarum. Tribulatio. n tunc erit magna, tot existentibus deceptoribus; sed non extenditur per temporis longitudinẽ. Si enim Iudaicũ bellum propter electos decurtatũ est multomagis ꝓpter eos hæc tribulatio abbreuiabitur, & pp hoc non simpliciter dixit; Post tribulationem, sed addit, statim; ipse. n. cõfestim aderit. Hil. Gloriam autem aduentus sui indicat obscuritate solis, defectione lunæ, & casu stellarum. nam sequitur: Et lu non da. lu. suum. & stel. ca. de cœlo. Orig. Dicet aũt aliquis, sicut in magnis ignibus succẽdi in incipientibus, tenebrę ex fumo plurimo videntur extolli; sic in consummatione mundi ab igne qui succendendus est, obscurabuntur ẽt luminaria magna: marcescẽte stellarum lumine reliquũ earum corpus cum exaltari non valeat, sicut primũ cum a lumine ipso portatum extollebat, cadet de cœlo. His accidentibꝰ consequẽs est cœlorũ rationabiles virtutes patientes stuporẽ & commotionem aliquã pati & conturbari; remotas. s. a primis functionibus suis. vnde sequitur. Et uir. cœ. con. & tunc ap. si. fi. ho. in cœ. quo. s. cęlestia factã sunt. i. uirtus quam operatus est filius suspensus in ligno, & in cœlo apparebit maximè signum illius, ut homines de oĩbus tribubus quæ prius non crediderunt Christianitatem annunciari, tunc recognoscẽtes per signũ illud manifestatum plangẽt, & lamentabuntur pp ignorantiam suam atq; peccata unde sequitur. Et tunc plan. om. tri. terræ. Alius aũt aliter arbitrabit, q̃m sicut lucernę paulatim deficit lumen, sic cœlestium luminum deficiente nutrimẽto sol obscurabitur & luna, & stellarũ lumen deficiet; & quod remãserit in eis, quasi terrenũ cadet de cęlo. Sed qũo põt dici de sole, q̃m obscurabitur lumen eius cum Esaias propheta profectum aliquem solis in cõsummatione fore declaret? simi liter & de luna Esaias refert, q̃m erit sicut sol. de stellis aũt quidã dicere tentant, aut oẽs aut plures earũ maiores esse tota terra Qũo ergo cadent de cœlo cum magnitudini eorum non sufficiat terra? Hic Nõ ergo diminutione luminis huius mundi accident, alioquin solẽ legimus septuplũ habiturum luminis, sed comparatione veræ lucis oĩa visui apparebunt tenebrosa. Rab. Nihil tñ prohibet intelligi veraciter tunc solem & lunam cum cęteris syderibus ad tp̃s suo lumine priuari, sicut de sole factũ constat tempore dominicę passionis. vnde Iohel dicit: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequã veniat dies dñi magnus & manifestus. Cętera p octo die iudicij, & clarescente futurę glori æ vita; cum fuerit cœlum nouum & terra noua, tunc fiet quod Esaias propheta dicit; Erit lux lunæ, sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter. Quòd ãt de stellis dictũ est, Et stel. ca de cœlo, in Marco ita scriptum est: Et stellę cęli erunt decidentes. i. suo lumine carentes. Hier. Per uirtutes autem cęlorum, angelorum multitudines intelligimus. Chrys. in ho. Quĩ ualde decenter commouebuntur uel concutientur uidentes tantam transmutatiõnem fieri, & conseruos suos puniri, & orbem terrarum terribili assistentem iudicio. Orige. Sicut autem in dispensatione crucis, sole deficiente, tenebræ factæ sũt super terram, sic & signo filij hominis apparente Apparitio crucis.

parente in cœlo, deficient lumina solis, lunæ, & stellarum, quasi consumpta ex multa virtute signi illius. vnde sequitur, & túc ap sig. fi. ho. in cęlo. Signum autem crucis hic intelligamus, vt videant iuxta Zachariam & Ioannem Iudęi quem compunxerant, & signum victoriæ. Chryſ. in ho. Si ạt sol quidem obtenebratur, crux nō appareret: nisi multo solaribus radijs luculétior esset. Ne autem discipuli verecundétur, & doleant: eam signum nominat cū quadam claritate. Apparebit ât signū crucis, vt Iudæorum inuerecundiam confutet. adueniet n. Christus in iudicio nō vulnera solum; sed mortem exprobratissimā ostendens. vnde sequitur. Et tunc plangét se oés tribus terrę. Visa. n. cruce considerabūt q̄ mortuo eo nihil profecerūt: & qm̄ crucifixerunt eum, quem adorari oportebat. Hie. Recte ât dicit tribus terrę. Hi. n. plangent qui municipatū non habét in cęlis, sed scripti sunt in terra. Ori. Moraliter ât dicet aliquis obscurandum solem esse diabolum, qui in consummatione est arguendus cum sit tenebræ, simulat ât se solem. Luna autem quæ videtur homini illuminari sole, est omnis ecclesia malignātium; quæ frequenter lumen se habere & dare promittit: tunc autem redarguta cū reprobatis dogmatibus suis claritaté suā mittet: sed & quicunque siue in dogmatibus, siue in virtutibus falsis hominib. quidem veritatem promittebant, mendacijs autem seducebant, hi conuenienter dicéti sunt stellæ cadentes de cœlo, vt ita dicam, suo, vbi erant in altitudine constitutæ, extollentes se aduersus scientiam Dei. Ad commédationem autem sermonis huius vtemur exemplo, Prouerbiorū; dicéte: Lumen iustorum semper inextinguibile est, lumé auté impiorum extinguetur: tūc claritas Dei apparebit in omni q̄ portauit imaginem cœlestis; & cœlestes lętabuntur, terreni autem plangent. Vel ecclesia est sol, luna & stellæ, cui dictū est. Speciosa vt luna, electa vt sol. Aug. ad Esich. Tunc enim sol obscurabitur & luna non dabit lumen suum, quia ecclesia non apparebit impijs, tunc persecutoribus vltra modum sæuientib. Tunc stellæ cadent de cœlo, & virtutes cęlorum cōmouebūtur: qm̄ multi qui gratia Dei fulgere videbantur, persequentib. cedent & cadent: & quidem fideles fortissimi turbabūtur. hoc ât post tribulationem dierum illorum dicit esse futurum, non quia transacta tota illa persecutione accidant ista, sed quia præcedet tribulatio, vt sequatur quorundam defectio, & quia per omnes dies illos ita fiet. propterea post tribulationem dierum illorum, sed tamen in eisdem diebus fiet.

Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cęli, cum virtute multa & maiestate.

Chry. in ho. Quia crucem audiuerant, ne rursus existimarent aliquid turpe esse futurum, subiungit. Et vi. fi. ho. &c. Aug. ad Esic. Cuius quidem proprior sensus est & cum hoc quisq; audierit vel legerit, ipsum esse aduentum accipiat, qū venturus est ad viuos & mortuos iudicandos in corpore suo, in quo sedet ad dexteram patris in quo ēt mortuus est & resurrexit, & ascédit in cœlum, & sicut in actibus apostolorum legitur: Nubes suscepit eum ab oculis eorum. & quia illic dictum est ab angelis. Sic veniet quō vidistis eum eunté in cœlum, merito credendum est non solum in eodem corpore, verum ēt in nube venturus. Orig. Videbunt ergo oculis corporalibus, fi. ho. specie humana habentem, ve. in nu. cœli. i. supernis. Sicut. n. cum trās formatus est, vox venit de nube, sic cum veniet iterum in speciem transformatus gloriosam, & non super unam nubé, sed super multas, quæ erunt vehiculū eius. Et si quidé ut ne terrā calcaret filius Dei Hierosolymā ascendens, diligentes eum strauerunt uestimenta sua in uia; neq; asellū qui portabat eum uolentes terrā calcare. quid mirum si pater & Deus oīum nubes sternat cœlestes sub corpore filij descendétis ad opus cōsummationis? Dicet ât aliquis, qm̄ sicut in creatione hominis accepit Deus limum de terra & finxit hoiem, sic ut appareat gloria Christi, accipiés dn̄s de cœlo & de cęlesti corpore, corporauit primum quidem in trāsfiguratione in nubem lucidam, in consummatione in nubes lucidas; propter qđ nubes cœli dicuntur, secundum quod & limus terræ est dictus. & decet patrem talia miranda dare filio suo, qui se humiliauit. Et propterea

exaltauit

exaltauit illũ.nõ solũ secũdũ spiritũ, sed & secũdũ corpus, vt sup talib. nubib. veniret, & fortitan sup nubib. rationalib. ne irrationabile esset vehiculũ filij hoĩnis glorificati. Et primũ quidẽ venit Iesus cũ virtute ex qua faciebat signa & prodigia in populo. Oĩs autẽ illa virtus cõparatione illius virtutis multæ, cum qua in fine venturus est, modica erat: virtus.n. erat exinanientis seipsum: consequẽs est etiam vt ad maiorem gloriam reformetur quàm fuit trãsformatus in mõte: tunc enim propter tres tantummodo trãsformatus est: in consummatione autem mundi totius apparebit in gloria multa, vt videant eũ omnes in gloria. Aug. ad Elic. Sed quoniam scripturę scrutãdæ sunt nec earum superficie debemus esse contenti, diligenter sunt inspiciẽda sequẽtia, post pauca.n. sequitur, Cũ videritis hæc omnia fieri, scitote quia propè est iam in ianuis. tunc enim scimus propè esse, cum non aliqua videmus esse præmissorum, sed hæc omnia, in quib. & hoc est, quòd videbitur filius hominis veniens: & mittet Angelos suos de quatuor partibus mundi, idest de toto orbe terrarum: congregat electos suos, quæ tota hora nouissima facit veniẽs in suis membris, tanquam in nubibus, uel in tota ipsa ecclesia tanquam in nube magna, sicut nũc uenire non cessat: sed ideo cum potestate magna & maiestate; q̃a maior potestas & maiestas illius apparebit sanctis, quibus magnam virtutem dabit, ne tanta persecutione vincantur. Orige. Vel cum magna virtute venit quotidie ad animã hominis credentis nubibus propheticis, in scripturis prophetarum & Apostolorum, qui verbũ Dei super humanam naturam in intellectibus suis declarat: sic etiam eis qui intelligũt dicimus apparere gloriam multam, quæ quidem uidetur in secundo verbi aduẽtu, quod est perfectorum, & sic fortasse omnia quæ à tribus Euangelistis dicta sũt de Christi aduentu diligẽtius inter se collata & bene discussa inuenientur ad hoc ptinere, quòd quotidie venit in corpore suo, quod est ecclesia, de quo aduentũ suo alibi dixit. Ammodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & uenientem in nubibus cęli, exceptis locis

Videnda interiora scripturæ.

ubi ab eo ille aduentus ultimus in seipso promittitur.

Et mittet Angelos suos cum tuba et voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor uẽtis, a summis cælorum vsque ad termino. eorũ.

Orig. Quia de planctu mentionẽ fecerat, qui ad hoc erit, vt sponte cõtra se sententiã proferant & seipsos condẽnent; ne putes ꝙ in isto plãctũ mala eorũ terminẽtur, subdit. Et mit. an. su. &c. Remi. Hæc ãt tuba nõ re uera corporea est intelligẽda; sed archangelica uox, q̃ adeò magna erit, vt ad clamorẽ illius oẽs mortui de terræ puluere resurgãt. Chry. Sonus ãt tubæ ptinet ad resurrectionẽ, ad gaudiũ, ad repræsentandũ stuporẽ qui tũc erit, ad dolorẽ illorũ qui relinquẽt, & in nubib. nõ rapiẽtur. Orige. Scriptum est autem in Numeris, ꝙ ex quatuor ventis congregabunt sacerdotes tubicinantes eos qui sunt ex castris Israel, secundum quorum cõparationem de Angelis Christi consequenter dicitur: Et congr. elec. &c. Remigi. Id est, à quatuor climatibus mundi, idest oriente, occidente, aquilone, & austro. Ori. Et simpliciores quidem opinantur eos tantum, qui tunc inuenti fuerint in corpore aggregandos, sed melius est dicere congregandos non solum ab Angelis Christi esse omnes, non solum ab aduẽtu Christi, & usq; ad cõsummationem vocatos atq; electos sed & omnes qui à constitutione fuerint mundi, qui viderũt, sicut Abrahã Christi diem, & exultauerunt in illam: Quoniam autem nõ tantum illos qui in corpore fuerint comprehensi dicit cõgregandos Christi electos, sed etiam illos qui de corporibus sunt egressi, manifestat sermo, dicens cõgregatos electos, non solum a quatuor uentis, sed etiam subdens, A summis cœ. vsque ad term. eorum. Quod nemini sup terram existent arbitror conuenire. Vel cęli sunt scripturę diuinę, aut auctores earum, in quibus habitat Deus. Summa autem scripturarum, sunt initia illarum: termini autem consumationes earum. Congregantur ergo sancti à summis cęlorum, idest ab eis qui viuũt in initijs scripturarum vsque ad eos qui viuũt in consummationibus earum. Cõgregabuntur enim tuba & voce magna, vt qui audierit & aduerte-

uerterint, parent se ad viam perfectionis, quæ ducit ad filium Dei. Rem. Vel aliter: Ne fortè aliquis putaret ꝙ solummodo à quattuor partibus mūdi, & nō a mediterraneis regionibus, & locis, ideo addit: A summis cęlorum &c. Per summum enim cœli, medium orbis intelligitur, quia medio orbis summum cœli præsidet. Per terminos autem cœlorum, fines terræ significat, ubi longè distantibus circulis cęli terræ insidere uidentur. Chry. Quòd autem per angelos dominus electos vocat, ad electorum honorem pertinet: nam & Paulus dicit ꝙ rapiētur in nubibus; quia eos quidem qui resurrexerunt congregabunt angeli, congregatos autem recipient nubes.

Ab arbore āt fici discite parabolam; cū iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis qa prope est æstas. Ita et vos, cū videritis hæc oīa, scitote qa prope est ī ianuis. Amē dico vobis, qa nō præteribit generatio hæc, donec oīa fiāt. Cęlū & terra trāsibūt, verba aūt mea nō pręteribūt.

Chr. in ho. Quia dixerat ꝙ statim post tribulationem dierum illorum, quæ prædicta sunt contingerent, ipsi autem quærere poterant: Post quantum tempus? Ideo exponit, exemplum ponens de ficu, dicēs: Ab arbo autē fici &c. Hiero. q. d. Sicut qñ teneri fuerint in arbore ficus cauliculi, & gemma erumpit in florem, cortexq; folia parturit, intelligitis æstatis aduentū, & Fauonij ac Veris introitum. Ita cum omnia quæ scripta sunt videritis, nolite putare iam adesse consummationem mūdi, sed quasi præuia, & præcursores quosdam venire, vt ostēdant ꝙ propè sit, & in ianuis: unde sequitur. Ita & vos cum ui. hæc oīa, scitote &c. Chr. in ho. Per quod ostēdit, ꝙ nō multum erit temporis medium, sed statim aduentus Christi accurret. Per hoc āt & aliud quoddā prænunciat. s. æstatem spiritualem, & tranquillitatem iustis post hyemem esse futuram, peccatoribus autē econtrario hyemem post ęstatem. Orig. Sicut. n. ficus in tempore quidem hyemis uitalē uirtutē hēt in se abscōditā, postmodum autem cum uirtus ipsa uitalis prodire cęperit, ad manifestationem prætereūte hyeme, & ipsa valitudine, eius ramus efficiē tener & folia producit; sic & mundus, & unusquisq; eorum qui saluanē ante Christi aduentum, quasi in hyeme in se absconsam habent uitalē uirtutē: Christo āt inspirante fiunt teneri & non duri cordis rami, & quæ abscondita erāt in eis progrediūtur in folia & manifestos fructꝰ ostendunt: talibus āt prope est ęstas, & aduentus gloriæ uerbi Dei. Chry in ho. Propter hoc ēt istud posuit, ut credere faciat hunc sermonem omnino ita esse uēturū: ubicunq; . n. quod omnino euenturum est dicit, naturales necessitates in exemplum inducit. Au. ad Esi. Quòd āt de signis euālicis, & propheticis, quæ fieri cernimus, ꝓpinquum domini aduētum sperare debemus, q s negat? quotidie quippe magis magisq; fit proximus; sed quanto interuallo propinquat, de hoc dictum est: Non est uestrū scire tempora uel momenta. Vel qñ dixit Apo. Nunc proprior est nostra salus, quàm cū credidimus, & ecce tot anni trāsierunt, nec tñ quod dixit falsum est, quāto magis nunc dicēdum est appropinquare dñi aduentum, qñ tantus factus est ad finem accessus? Hil. Mysticè autem synagoga ficus arbori comparatur: ramus igitur ficus, Antichristus esse intelligitur, diaboli filius, peccati portio, legis assertor; qui cum uirescere cęperit, & fondescere, quadam peccatorum exultātium uiriditate, tūc proxima est æstas, i. dies iudicij sentietur. Rem. Vel cum hæc ficus rursum germinabit. i. cū synagoga uerbum sanctæ ꝑdicationis accipiet, prædicantibus Enoch & Elia, intelligere debemus, quia prope est dies consummationis. Aug. de q. euan. Vel per arborē fici intellige genus humanū, propter pruritum carnis. Cum iam ramus eius tener fuerit. i. cum filij hominū per fidem Christi ad spirituales fructus ꝓfecerint; & in eis honor adoptionis filiorū Dei emicuerit. Hil Vt āt fides certa esset futurorum, subiūxit: Amen dico uo. &c. Amen āt dicendo professionem ueritatis adiūxit. Rem. Et simplices quidem ad destructionē Hierusalem referūt uerba, & de illa generatione ęstimant dicta, q̄ passionem Christi aspexit, ꝙ non esset transitura priusquam fieret destructio ciuitatis illius. Nescio āt si uerbū à uerbo exponere possint ab eo qđ ait: Non relinqueē hic lapis super lapidē, usq; ad illud quod ait

Prope est in ianuis; forsitan.n.in quibusdã potuerunt, in alijs aũt non potuerunt omnino. Chry.in ho. Hæc ergo omnia de fine Hierosolymorũ dicta sunt, & quæ de pseudoprophetis, & pseudochristi, & alia omnia quæ diximus vsque ad Christi aduentũ futura. Quòd autem dixit generatio hęc, non de ea quę tunc erat, dixit, sed de ea quę est fidelium, cõsueuit.n.scriptura generationem non solum à tpe designare, sed a loco, cultu, & cõuersatione: sicut cum dicitur: Hæc est generatio quærẽtiũ dñm. Ex hoc ãt ostendit ꝙ Hierusalẽ peribit, & amplior pars Iudæorum destruet, generationem autem fidelium nulla superabit tentatio. Ori. Generatio tñ ecclesiæ transibit, aliquando tñ totum hoc seculũ vt hæreditet futurũ: tamen donec hęc omnia fiant, nõ transibit. Cum ãt omnia hæc facta fuerint, transibit nõ solum terra, sed: ẽt cœlum. vnde sequitur. Cœlũ & terra.i. non solum homine: quorum vita terrena est, & propterea terra dicuntur, sed etiam illi quorũ conuersatio est in cœlis, & ideo cœlum vocantur: transibunt autem ad futura, vt veniant ad meliora. Verba ãt quæ à Saluatore sunt dicta nõ transibunt, quoniam quæ sua propria sunt, operantur & semper operabũtur, perfecti autem & qui non recipiunt, ut iam meliores efficiãtur, transeuntes, quod sunt, ad illud quod non sunt: & hoc est quod subditur verba autẽ mea nõ præteribunt. Et forte quidem verba Moysi & prophetarum transeunt: quoniam quæ prophetizabãtur ab illis impleta sunt, verba autem Christi semper sunt plena & quotidie implẽtur, & adhuc sunt implẽda in sanctis. Aut forte neq; Moysi verba, aut prophetarũ dicere debemus impleta omnino, propriè.n.& illa verba filij Dei sunt, & semper implentur. Hier. Vel hic per generationem omne hominum significat genus, aut specialiter Iudęorum. Deinde magis eos ad fidem præmissorum inducit, cum subdit: Cęlum & ter. transi. ver. ãt &c. Ac si dicat. Facilius est fixa, & immobilia destrui, quàm sermonũ meorum aliquid decidere. Hila. Cœlum.n. & terra ex conditione suæ creationis nihil habent in se necessitatis vt non sint, verba ãt Christi ex æternitate deducta, id in se continent virtutis vt maneant. Hie. Cęlum ãt & terra transibunt in mutatione, non abolitione sui, alioquin quõ Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, si cęlũ, in quo ista sunt terraq; nõ fuerint? Raba. Cœlum tñ quod transibit, non sydereum, sed aereum intelligere debemus quod prius diluuio perijt. Chry. in hom. Elementa autem mũdi in medium adducit, ostendẽs, quoniam præciosior cęlo & terra est ecclesia, simul etiam, & hinc conditorem se hominum ostendit.

De die autẽ illo & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi pater solus. Sicut autẽ in diebus Noe, ita erit aduentus filij hominis. Sicut.n. erant in dieb. ante diluuiũ comedentes et bibentes, nubẽtes & nuptui tradentes, vsq; ad eũ diẽ quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerũt donec venit diluuium, & tulit oẽs ita erit et aduentus filij hoĩs. Tunc duo erunt in agro; vnus assũmetur, & alter relinquetur. Duæ molẽtes in mola vna assũmetur, et altera relinquetur. Duo in lecto vnus assũmetur, & alter relinquetur.* * vno:

Chry. in ho. Cũ dixisset dominus omnia quæ præcedũt Christi aduentũ & ad ipsas ianuas narrationem duxisset: diẽ tacere voluit vnde dicit: De die autẽ il. &c. Hie. In quibusdã autem latinis codicibus additum est: Neque filius, cũ in græcis, & maximè Adamantij & Pierei exẽplarib. hoc non habeatur ascriptum, sed quia in nonnullis legitur, disserendum videtur. Remig. Marcus etiam Euangelista nõ solum dicit Angelos nescire, sed ẽt filium. Hie. In quo gaudẽt Arrius & Eunomius. Dicunt.n. Non potest æqualis esse qui nouit & qui ignorat. Contra quos breuiter ista dicenda sunt, cum omnia tempora fecerit Iesus, hoc est verbum Dei, omnia.n. per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. In omnibus aũt temporibus cũ dies iudicij sit, qua cõsequentiã põt eius ignorare partẽ, cuius totum nouerit? hoc quoque dicendum est Quid est magis notitia patris, an notitia iudicij? si maius nouit, quomodo ignorat quod minus est? Hilar. Nunquid etiã Deus Pater cognitionem illius Dei Filio denegauit, cum dictũ ab eo sit. Omnia mihi tradita sunt a patre meo? ergo non omnia sunt tradita, si est aliquid quod negatur. Hiero. Igitur quia probauimus.

uimus nō ignorare filium Dei cōsumma
tionis diē, causa reddenda est cur ignora-
re dicatur. Post resurrectionē quidem in-
terrogatus ab Apostolis, de hac die mani
festius respōdit. Nō est vestrū scire tēpora
& momēta, quæ pater posuit in sua pote-
state. In quo ostēdit ꝙ ipse sciat, sed non
expediat nosse Apostolis, vt semper incer
ti de aduentu iudicis sic quotidie viuant,
quasi die illa iudicandi sint. Aug. 1. de tri.
Quòd ergo dicit: Nescit, intelligendū est
nesciētes facit. i. ꝙ non ita sciebat, vt tūc
discipulis indicaret, sicut dictū est ad Abra
hā. Nunc cognoui qm̄ times Deū. i. nunc
feci, vt cognosceres, quia & ipse sibi in il
la tentatione innotuit. Aug. de verbo do.
Quòd aūt dixit patrē scire, ideo dixit, q̄a
in patre & filius scit, quid. n. est in die qđ
nō in uerbo factū sit, ꝑ qđ factus est dies?
Aug. in lib. 83. quæst. Bene autem accipi-
tur quod dictū est, solum patrem scire, se-
cundū prædictum modū sciendi, quia fa-
cit filiū scire, filius autem nescire dr̄, quia
nō facit hoīes scire. Orig. Vel aliter. Do-
nec ecclesia quæ est corpus Christi nescit
diē illū & horā, tandiu nec ipse filius dicit̄
diē illū & horam scire. Dr̄ autem scire se-
cundū propriam significationem, sicut est
in consuetudine scripturarū Apostolus. n.
saluatorem dicit nescientem peccatum,
quia non peccauit, præparat aūt filius sciē
tiā diei illius & horā cohæredibus suę ꝓ-
missionis, vt oēs simul sciant. i. re ipsa ex-
periantur in illa hora & die quæ præpara
uit Deus diligentib. se. Basi Legi quoq; in
cuiusdā libro, filiū hunc nō vnigenitum,
sed adoptiuum debere intelligi, nō. n. vni
genito filio angelos ꝓposuisset, sic. n. ait.
Neq; Angeli cœlorum, neq; filius. Aug.
ad Esic. Sic ergo euangeliū dicit, De die
illa & hora nemo scit. Tu autem dicis.
Ego autem dico, neque mensem, neq; an
num aduentus ipsius scire posse, ita. n. hoc
videtur sonare tanquā nō possit sciri quo
anno vēturus sit, sed possit sciri qua heb-
domada annorū, vel qua decade, tanquā
dici possit atq; diffiniri inter illos septem
annos, aut decē, aut centū, vel quodlibet,
seu maioris numeri, seu minoris: si āt hoc
te nō cōprehendisse præsumis, hoc sentis
quod ego. Chry. in ho. Vt autē addiscas,
ꝙ non ignorantiæ suæ est, ꝙ de die & ho-
ra iudicij tacet. aliud signum inducit eū
subdit, Sicut āt fuit in diebus Noe, ita fiet
aduentus filij hominis. Hoc āt dixit, ostē-
dens ꝙ repente uenit & inopinate, & plu
ribus lasciuiētibus: hoc. n. & Paulus dicit.
Cum dixerint pax & securitas, tunc repē-
tinus eis superueniet interitus. vnde & hic
subditur. Sicut. n. erant in die. il. ante dil.
come. & bibēres. Rab. Non igitur hic iux-
ta Martionis & Manichæi errorem cōiu-
gia uel alimenta damnantur, cum in his,
successionis, in illis naturæ sint posita sub
sidia, sed immoderatus licitorum usus
arguitur. Hier. Quæritur āt quō supra di-
ctum est, Surget gens contra gentem, &
regnum contra regnū, & erunt pestilen-
tiæ, & fames, & terræmotus, & nunc ea fu
tura memorētur, quæ pacis indicia sunt?
sed æstimandum ꝙ post pugnans &c. qui
bus vastatur genus humanum, breuis sub
secutura pax sit, quę quieta omnia repro
mittit, vt fides credentium comprobetur.
Chry. in ho. Vel lasciuia erit & pax his,
qui insensibiliter dispositi sunt, propter
hoc non dixit Apost. Cū fuerit pax, sed cū
dixerint pax & securitas, insensibilitatē
eorum ostendens, sicut illorum qui fuerūt
in diebus Noe: qm̄ mali lasciuiebant non
āt iusti, sed in tribulatione & tristitia per
transibant. Hinc āt ostendit qm̄ cum Anti
christus uenerit, indecentes uoluptates as-
sumentur apud eos qui iniqui erunt, &
de propria desperabunt salute, & ideo
exemplum ponit huic rei conueniens.
Cum. n. arca fabricaretur, præiacebat qui
dē in medio futura prædicens mala Mali
āt credentes ac si nullū fuisset futurū ma-
lum lasciuiebāt, & quia futura apud mul
tos creduntur, ex præteritis credibilia fa-
cit quæ prædicit. Deinde aliud signum po
nit per quod ostendit, & ꝙ inopinabiliter
dies ille ueniet, & quod diem illum non
ignorat dicens. Tunc duo erunt in agro,
unus assū. & alter relinquetur. Ex quibus
verbis ostenditur ꝙ assumentur, & relin-
quentur & serui & dn̄i, & qui in ocio, &
labore. Hil. Vel duos in agro, duos popu-
los fideliū, & infideliū in seculo, tāquā in
uitæ huius opere dies domini deprehen-
det, separabuntur tn̄ relicto alio, & alio

assumpto in quo fidelium & infideliū destructio docetur. Dei enim ira ingrauescēte, sancti in promptuario recōdentur: per fidi vero ad cœlestis ignis materiam relinquētur, de molētibus etiam par ratio est. vnde sequitur: Duæ erunt molentes, &c. Mola n. opus legis est, sed quia pars Iudęorum, vt per Apostolos creditur, ita p Eliā est creditura, iustificāda p fidē, ideo vna per eandē fidē boni operis apprehēdetur, alia vero infructuosa legis opere relinquetur molēs in cassum, & nō factura cęlestis cibi panē. Hier. Vel duo in agro pariter inuenitur eundem habētes laborē, & quasi parē sementē, sed fructus laboris nō æquè recipientes. In duabus ēt quæ pariter molunt, vel synagogā intelligere debemus, vel ecclesiā, q̄ simul molere videantur in lege, & de eisdem scripturis sanctis farinā terere præceptorum Dei, vel cæteras hæreses, quæ aut de utroq; testamento, aut altero vīr molere farina doctrinarū suarū. Sequitur Duo. in le. vnus assu. & vnus relinq. Hila. Duo autem in lecto sunt eandem passionis dn̄icæ requiem prædicantes, circa quam hæreticorum & catholicorum eadem confessio est, sed quia unitatem diuinitatis patris & filij catholicorum fides prædicabit, & hæreticorum falsitas impugnabit, fidē cōfessionis vtriusq; diuini arbitrarij iudicium comprobabit, vnum assumendo, & alium relinquendo. Rem. Vel his verbis tres ordines ecclesiæ demonstrantur, per duos in agro, ordo p̄dicatorū, quibus cōmissus est ager ecclesiæ, per duos in mola, ordo coniugatorū, quæ dum per diuersas curas nunc ad hæc, nunc ad illa flectuntur, quasi molas in circuitu trahunt: per duos in lecto, ordo cōtinentiū, quorum requies noīe lecti designatur. In his aūt ordinibus sunt boni & mali, iusti & iniusti, & ideo ex eis quidā relinquentur, & quidā assumentur. Orig. Vel aliter, Corpus quidē quasi infirmum in lecto est carnalium passionū, aīa autē molit in graui mola mundi: vel corporis sensus in agro mundi operantur.

Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote q̄m si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suā. Ideoq; & vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus est.

Hila. Perspicuè ostendit dominus quia supra dixit: De die autem illa nemo nouit nisi pater solus, quia scilicet non expediebat Apostolis scire, vt pēdulæ expectationis incerti, semper credant eum esse uēturum, quem ignorant, quando uenturus sit, & ideo quasi ex superioribus concludens, dicit: Vigi. er. quia nescitis &c. Et nō dixit: Quia nescimus, sed nescitis, scilicet vt ostendat se diem iudicij non ignorare. Chry in ho. Vult autem eos semper in sollicitudine esse, propter hoc dicit, Vigilate. Greg. Vigilat qui ad aspectum ueri luminis oculos apertos tenet. Vigilat, qui seruat operando quod credit. Vigilat, qui à se torporis & negligentiæ tenebras repellit. Orig. Dicit autem qui simplicior est, quoniam de secundo aduentu in quo uenturus fuerat, hunc dicebat sermonē, alius autem, quòd intelligibilem & futurum in sensum discipulorum uerbi dicebat aduentum, quia nōdum erat in sensu eorum, quemadmodū erat futuras. Aug. ad Esi. Non solum autem illis dixit uigilate, quibus tunc audientibus loquebatur, sed etiam illis qui fuerūt post illos annos, & ad nosipsos, & qui erunt post nos usq; ad nouissimum eius aduētū, quia ad omnes pertinet, quodammodo, tūc enim unicuique veniet dies ille, cum venerit eius dies vt talis hinc exeat, qualis iudicādus est illa die, ac per hoc uigilare debet oīs christianus, ne imparatum eum inueniat domini aduētus. Imparatū n. inuenit ille dies, quem imparatū inuenerit suæ uitæ ultima dies. Orig. Vani autē sunt omnes, siue qui cōsummationē mūdi scire se profitentur quando erit, siue qui vitæ p̄priē finē scire se gloriātur, quē nemo cognoscere pōt nisi Spiritu sancto illuminatus. Hie. Præmisso autē patrisfamilias exēplo cur reticeat cōsummationis diē, manifestius docet cū subdit. Illud au. sci. q̄m si sci. paterfamilias &c. Orig. Paterfamilias domus, est sensus hominis, domus autem eius est anima: fur autem diabolus. est autem omnis sermo contrarius qui non per naturalem introitum, intrat ad animam negligentis, sed quasi, qui foderit

Vigilia spiritalis.

derit domum, primum destruens quędam naturalis ædificia animæ, id est naturales intellectus, & per ipsam dirutionem ingressus spoliat animã. Aliquoties inuenit quis furem in ipsa perfossione, & cõprehendens eum percussorem sermonẽ immittens interficit ipsum. Non ãt in die fur uenit, qñ illuminata est à sole iustitiæ anima hominis studiosi, sed in nocte, id est in tempore adhuc malitiæ permanentis: in qua cũ fuerit aliquis possibile est, & si nõ habuerit virtutem solis, ꝙ tñ illustretur ex aliquo splendore verbi, quod est lucerna, adhuc quidem manens in malitia, sed tñ habens propositum meliorũ, & vigilãtium, ne perfodiatur hoc eius propositum vel in tempore tentationũ, vel in quaruncunq; calamitatũ maximè fur solet venire, volens perfodere animæ domum. Gre. Vel nesciente patrefamilias fur domum perfodit, quia dum à sui custodia spiritus dormierit, improuisa mors veniens carnis nostræ habitaculum irrumpit, & eum quem dominum domus dormientem inuenerit necat: quia dum ventura damna spiritus minime præuidet, hunc mors ad supplicium nescientem rapit. furi autem resisteret si vigilaret, quia aduentum iudicis qui occultè animas rapit præcauens ei pœnitendo occurreret, ne impęnitens periret Horam vero vltimam idcirco dominus voluit esse incognitam, vt semper possit esse suspecta, vt dum illam præuidere minime possumus, ad illam sine intermissione pręparemur; propter quod sequitur: Ideoque esto. para quia nescitis &c. Chr. in ho Hinc videtur confundere eos, q nõ tantũ studiũ faciunt animæ suæ, quãtũ student circa pecunias qui furem expectant.

Qui putas est fidelis seruus & prudens quę constituit dominus super familiam suã, ut det illis cibum in tempore. Beatus ille seruus quem cũ uenerit dñs eius, inuenerit sic facientẽ. Amen dico uobis quoniam super oĩa bona sua constitues eum. Si autem dixeris malus seruus ille in corde suo, morã fa it dominus meus venire, et ceperit percutere cõseruos suos, mãducet autẽ, et bibat cum ebriosis; ueniet dominus serui illius in die, non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eũ; partemque eius ponet cũ hypochritis, illic erit fletus, stridor dentium.

Hil. Quãuis dñs suprà in cõmuni nos ad indefensam vigilãtiã cautã fuerit adhortat°, specialẽ tñ populi principib. i. episcopis in expectatione aduentuq; suo solicitudinẽ mãdat. Hunc. n. seruũ fidelẽ atque prudẽtẽ ꝑpositũ familiæ significat, cõmoda, atq; vtilitates populi sibi cõmissi curãtẽ. vnde dicit: Quis putat est fide. ser. &c. Chr in ho. Quod ãt dicit; Quis putas, nõ est ignorantis, inuenitur. n. & pater interrogando loquens. vt cum dicit: Adam vbi es? Remig. Nec. n. signat hæc interrogatio impossibilitatem perficiẽdæ virtutis, sed difficultatem. Glo Rarus. n. est fidelis seruus domino propter dominum seruiẽs, oues Christi non ad lucrum, sed pro amore Christi pascens: prudens qui subditorum capacitatem vitam, & mores discutiat, quem constituat dominus, qui scilicet sit vocatus à Deo, & non se iniecerit. Chry. in homel. Duo autem expetit ab huiusmodi seruo, scilicet prudentiam, & fidem fidelem enim eum dicit, quoniam nihil quod domini sui est, sibi proprium fecit, nihil etiam de rebus sui domini vanè, & inaniter consumpsit. Prudẽtem autem eũ vocat, quoniã cognouit id ad quod oportet dispensare quæ data sunt. Origen. Vel qui in fide proficit, & si nondum in ea perfectus est, communiter fidelis vocatur. & qui naturalem habet mentis velocitatem, dicitur prudens. Si quis autem consideret inueniet fideles multos, & studium fidei exercentes, nõ autem, & prudentes; quoniam quæ stulta sunt mundi elegit Deus. Et iterum videbit alios veloces quidem esse, & prudentes, modicę autem fidei. Conuenire autem in vnum fidelem atque prudentem rarissimum est. Vt autem in tempore det cibum, necessariam habet quis prudentiam: vt autem nõ adimat cibos indigentium, opus est fides. qm & secundum simplicem intellectum opus habemus, vt fideles simus ad dispensandũ ecclesiæ redditus, & non deuoremus quę sunt viduarũ; vt memores simus pauperũ & ne occasionem accipientes ex eo quod scriptum est: Dominus constituit his qui Euangeliũ prædicant de Euangelio viuere, amplius quæramus quàm cibũ simplicem, & necessaria vestimẽta, & ut nec amplius

Quis seruus fidelis.

plius teneamus nobis quam his qui necessitatem patiuntur. Prudentes ut prudenter intelligamus indigentiũ cãs, pp quas sunt indigentes, & uniuscuiusque dignitatem qũo educatus est, & quãtum necessarium habet. Multa.n.sapientia opus est ei qui bene uult dispensare ecclesiasticos redditus. Sit ẽt fidelis seruus & prudens vt non effundat rationabilem & spiritualẽ cibum quibus nõ oportet, volens ostẽdere se esse prudentem illis.s. qui magis necessarium habent verbũ quod mores eorum ædificet, & uitã cõponat, q̃ quod illuminet sciæ lucem: aut vt ne eis qui possunt acutius audire, pigeat exponere altiora: ne exponẽtes uilia cõtemnantur ab his qui naturaliter sunt ingeniosi, aut per exercitationem secularis sapiẽtiæ acuti. Chry. in ho. Adaptatur ẽt & ad principes seculares hęc parabola; unumquenque.n. his quę hẽt ad cõem utilitatem uti oportet, non ad nocumentum conseruorũ, neque ad perditionẽ sui ipsius, siue habeat sapientiam, siue principatum, siue aliud quodcunq;. Rab. Dominus autẽ Christus est, familia autẽ supra quam cõstituti, est ecclesia catholica. Difficile est ergo inuenire in uno & ut prudẽs sit fidelis, non ãt impossibile: nec.n. beatificaret eũ qui non põt esse, cũ subdit. Beatus ille seruus quẽ cũ uenerit dñs eius, inuenerit sic facientẽ. Hila. Id est pręcepto dñi sui obedientem, ut doctrinæ oportunitate verbũ vitę ęternitatis cibũ alẽdæ familiæ dispenset. Remig. Notandũ ãt ꝙ sicut magna distantia est meritorũ inter bonos prędicatores & bonos auditores, ita magna distãtia est p̃miorum. Bonos n. auditores si uigilantes inuenerit, faciet discũbere, ut Lucas dicit: Bonos ãt prędicatores super omnia bona sua cõstituet. uñ sequit: Amẽ dico uo. qm̃ super oĩa bona sua constituet eum. Orig. Vt.s. conregnet cum Christo, cui omnia sua tradidit pater, sicut boni patris filius super omnem patris substantiam cõstitutus, participat huiusmodi dignitatem & gloriã fidelibus & prudentibus dispẽsatoribus suis, ut sint & ipsi super omnẽ creaturam. Rab. Nõ ut soli, sed ut præ cęteris æterna præmia habeãt, tum pro sua uita, tum pro gregis custodia. Hilar. Vel super omnia bona constituetur, id est in Dei gloria collocabitur, quia nihil est ultra quod melius sit. Chry. Deinde non solum ab honore qui imminet bonis, sed a pœna quã minatur malis erudit auditorem cũ subdit: Si autem dixe. malus &c. Aug. ad Esic. Ex moribus huius serui apparet animus eius, quos mores, licet breuiter bonus magister curauit exprimere, id est superbiã, cũ dicit: Et cæ. per. con. suos: atq; luxuriam cũ dicit: Mãducet ãt &c: ne qđ dicebat, Moram facit dñs meus, desiderio sui dñi dicere crederet. Qũo.n. ardebat ille q. dixit: Sitiuit anima mea ad Deũ uiuũ, qñ ueniã. Dicẽdo.n. qñ veniam, moras se perpeti molestẽ ferebat: quia ẽt qđ tẽpore, accelerat, desiderio tardũ uidetur. Orig. Peccat ãt in Deũ quicunq; episcopus qui nõ quasi cõseruos ministrat, sed quasi dñs, & frdquẽter vt amarus dominus p uim dominat, & nõ esurientes suscipit, sed epulatur cum ebriosis, & semper somniat, ꝙ post multũ tẽporis uenturus est dñs. Rab. Typicẽ etiam potest intelligi conseruos percutere conscientias infirmorum, uerbo uel exemplo uitiare. Hie. Quòd autẽ dicit: Veniet dominus ser. illi. &c. Ad hoc dicit, ut sciat quãdo nõ putatur dominus tunc eum esse uẽturum, & uigilantiæ ac solicitudinis dispensatores admonet. Porrò quod dicit. Diuitem cũ, non est intelligẽdum ꝙ gladio eum dissecet, sed a sanctorum consortio eum separet. Orige. Vel diuidet eum, quando spiritus eius, id est spiritualem donum reuertetur ad Deum qui dedit eum. Anima ãt cum corpore suo uadet in gehennam. Iustus autem non diuiditur, sed anima eius uadit cũ spiritu, id est spirituali dono ad regna cœlestia. Qui ãt diuiduntur, nõ habent postmodum in se partem spiritualis doni quę erat à Deo, sed relinquetur pars quæ est ipsorum, idest anima quę cũ corpore punietur. unde sequitus: Et partem eius ponet cũ hypocritis. Hie. Cum his uidelicet qui erãt in agro & qui molebant, & nihilominus derelicti sunt. Sępẽ.n. diximus hypocritã aliud esse & aliud ostendere, sicut & in agro & in mola idẽ facere uidebantur, sed exitus diuersæ volũtatis apparuit. Rab. Vel cum hypocritis suscipit

partem

partem suam, scilicet duplicē gehēnæ pœnam, id est ignis & frigoris. vnde sequit: Ibi erit fletus & stridor dentium: ad ignē enim pertinet fletus oculorū, ad frigus stridor dentium. Orig. Vel fletus erit eis qui malè in hoc mundo ridentes fuerūt, & his qui requierunt irrationabiliter erit dentium stridor, nolentes enim dolores materialiter sufferre, compulsi tormentis dētibus strident. illi, scilicet qui mãducauerūt acerbitatem malitię. Ex his autem cognoscere est quoniā nō solū qui fideles sunt & prudētes cōstituit dominus super familiam suam, sed etiam malos: & ꝙ non soluat eos de hoc ꝙ cōstituti sunt à domino super familiam eius, sed illud vt dent in tempore cibos, & vt abstineant a speculationibus & comessationibus Au. ad Esic. Hoc autē seruo malo remoto qui proculdubio domini sui odit aduētum, cōstituamus ante oculos tres seruos bonos aduētū domini sui desiderantes. Si vnus eorum citius, alter tardius dominū suum dicitur esse vēturum, tertius de hac re suam ignorātiam cōfitetur, videmus tamē quia magis Euangelio cōsonet. vnde dici vigilemus & oremus, quia citius venturus est dominus. Alter dicit, vigilemus q̄a breuis & incerta est vita ista, quāuis tardius venturus dñs: Tertius dicit vigilemus, quia breuis & incerta est ista vita & nescimus tempus quando venturus est dominus. Quid autē aliud hic dicit quàm ꝙ cum audimus Euāgelium dicere. Vigilate, quia nescitis qua hora venturus sit dominus, omnes quidē præ desiderio regni Dei hoc volūt esse verum quod putat primus, deinde si factum fuerit, gaudebit cū illo secūdus & tertius: si autem factum non fuerit, metuendum est ne inter ipsas moras perturbentur qui crediderant quod dixerat primus, & incipiant domini aduētum non tardum putare, sed nullum. Qui autem credit quod dicit secundus tardius dominum esse venturum, si falsum fuerit nulli turbabūtur in fide sed inopinato gaudio perfruentur. Qui autem quid horum verum sit ignorate se confitetur, illud optat, hoc tolerat, in nullo eorum errat, quia nil eorum aut affirmat, aut negat.

Casus pulcher

CAPVT XXV:

TVNC simile erit regnum cælorū decē virginibus, quæ accipiētes lāpades suas, exierūt obuiā spōso et sponsæ. Quinq; āt ex eis erāt fatuę, et quinq; prudētes. Sed quinq; fatuæ, acceptis lāpadib. nō sumpserunt oleū secū. Prudētes verò acceperūt oleū in vasis suis cū lāpadibus. Morā autē faciente sponso, dormitauerūt omnes ac dormierūt. Media āt nocte clamor factus est, ecce spōsus venit, exite obuiā ei. Tūc surrexerūt omnes virgines illæ, et ornauerūt lampades suas. Fatuæ autē sapientibus dixerunt; Date nobis de oleo vestro, q̄a lāpades nostræ extinguūtur. Respōderunt prudentes, dicētes. Ne fortè nō sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendētes, et emite vobis. Dum autē irent emere, venit spōsus, & quæ paratæ erāt, intrauerūt cū eo ad nuptias & clausa est ianua. Nouissime verò veniūt et reliquæ virgines dicentes. Dñe, domine, aperi nobis. At ille respondēs ait. Amē dico vobis, nescio vos. Vigilate itaq; quia nescitis diē neq; horā.

Chry. In superiori parabola dominus pœnam ostendit eius qui percutiebat, & inebriebatur, & bona domini sui disperge bat. In hac autem parabola punitionē inducit etiam ei qui vtilitatem nō affert, neque copiosè hæc q̄bus indiget sibi præparat: habebat. n. fatuæ virgines oleum, sed nō cōpiosè. vnde dicitur. Tūc simile erit regnum cę de vir. Hil. Ideo autem dicit. Tūc q̄a de magno die domini, de quo suprà agebatur, omnis hic sermo est. Chry. Regnum autem cœlorum præsentis tēporis ecclesia dicitur, sicut, & ibi, Mittet filius hominis Angelos suos, & colligēt de regno eius oīa scandala. Hic Similitudinē autem decem virginum fatuarū atq; prudentium quidā simpliciter interpręttātur in virginibus, quarum aliæ iuxta Apostolum, & corpore & mēte sunt virgines, alię virginitatē tantum corporum reseruātes, vel cætera opera non habent, vel parentū custodia reseruante nihilominus mēte nupserūt. Sed nihil videtur ex superioribus esse alius sensus qui dicit, & nō ad uirginalia corpora, sed ad oē hominum genus hanc comparationem pertinere. Greg, in hom In quinque enim corporis sensibus

vnusq;sq; subsistit geminatus: geminatus ãt quinarius denariũ pficit. Et quia ex vtroq; sexu fideliũ multitudo colligit, sancta ecclesia decẽ virginib. similis denũciatur, vbi mali cũ bonis, reprobi cũ electis admixti sũt, recte simile virginib. pruden tib. & fatuis perhibetur. Chry. in ho. Ideo ãt ponit parabolã hãc in virginũ persona, vt ostẽdat ꝙ licet virginitas magnũ quid sit, tñ si ab operib. misericordiæ sit deserta, cũ adulteris foras eijcietur. Ori. Vel sẽ sus oĩum qui receperunt verbum Dei virgines sunt. Tale enim est verbũ Dei, vt de sua munditia accõmodet, omnibus qui p suã doctrinam recesserunt ab idolorũ cul tura, accesserũt autẽ per Christũ ad Dei culturam. vnde sequitur: Quę acci. lãp. su. exier. &c. Acciprũt enim lãpades suas, id est organa sua naturalia, & egrediũtur de mundo & errorib. & ueniũt obuiam saluatori, qui semper paratus est venire, vt ingrediatur simul cũ dignis ad beatam spõ sam ecclesiam. Hila. Vel spõsus atque spõ sa dominus noster est in corpre Deus nanque spiritui caro sponsa est. lampãdes aũt quas acceperunt, animatum splendentiũ lumen est, quæ sacramento baptismis splẽ duerunt. Aug. de verb. do. Vel lampades quæ manibus gestantur, opera sunt: dictũ est enim. Luceant opera vestra coram hominibus. Greg. Qui autem rectè credunt, & iustè viuunt, assimilãtur quinque prudentibus, qui autem profitẽtur quidem fidem Iesu, nõ autem præparant se bonis operibus ad salutem, reliquis quinque virginibus fatuis. vnde subditur: Quinq; aũt ex eis erant fatuæ & quinque prudentes. Hier. Sunt enim quinque sensus qui festinant ad cęlestia, & superna desiderant. De uisu autem & auditu & tactu specialiter dictũ est. Quod uidimus, quod audiuimus, quod oculis nostris perspeximus, & manus nostrę palpauerũt. De gustu: Gustate & uidete quoniã suauis est dñs. De odoratu: In odorẽ unguentorũ tuorum currimus. Alij autem sunt quinque sensus terrenis fœcibus inhiantes. Aug. de uerb. do. Vel per quinq; uirgines significatur quinque partita continentia à carnis illecebris: continendus est enim animi appetitus à uolũtate oculorum, aurium, olfaciẽ

Sensus quinq; spiritales.

di, gustãdi & tãgẽdi. Sed quia ista cõtinentia partim corã Deo fit, vt illi placeat in interiori gaudio cõsciẽtiæ: partim corã hominib. tãtũ, ut gloria humana capiatur, quinq; dicũtur sapientes, & quinq; stultę; utræq; tñ uirgines, quia utraq; cõtinẽtia est, quanuis diuerso fomite gaudeat. Ori. Sicut ãt sequunt seipsas inuicẽ uirtutes, & qui unã habuerit, oẽs habeat, sic & sensus oẽs alterutrũ se subsequunt, ꝓpterea necesse est, ut aut omnes quinque sensus sint prudentes, ut omnes fatui. Hila. Vel absolute in quinq; ue prudentibus & quinq; fatuis, fidelium atque infidelium est cõstituta diuisio. Greg. Notãdum uerò est ꝙ omnes lampades habent, sed non omnes oleum habent. Sequitur enim: Sed quinque fatuæ acce. lam. & c. Hila. Oleum, boni operis fructꝰ est; uasa, humana sunt corpora, intra quorum uiscera thesaurus bonæ conscientiæ recondendus est. Hiero. Oleum ergo habent uirgines, quæ iuxta fidẽ operib. adornantur; non habent oleũ quę uidẽtur simili quidem fide confiteri, sed uirtutum opera negligunt. August. de uerb. d. Vel per oleum ipsam lætitiam significari arbitror, secundũ illud; Vnxit te Deus tuus oleo exultationis. Qui ergo nõ ꝓpterea gaudet, quia Deo intrinsecus placet, nõ habet oleum secũ; gaudium enim non habet dum continenter uiuũt, nisi in laudibus hominũ. Prudẽtes uerò acce. oleum cum lampadibus, idest lætitiam bonorum operum. In uasis, id est in corde atque conscientia posuerũt, sicut & Apostolus monet. Probet, inquit, seipsum homo & tũc gloriam habebit in seipso, & non in altero. Chry. in ho. Vel oleum hic uocat charitatem & eleemosynam, & quodcunque circa indigentes auxilium. Lampades autem uocat uirginitatis charisma, propter hoc ꝙ stultas eas uocat, quoniam maiorem sustinentes laborem, propter minorem omnia perdiderunt: maiori enim labore uincitur carnis libido, quam pecuniarum. Orig. Vel oleum est uerbum doctrinæ, quo uasa animarũ implentur. Nihil enim sic cõfortat, sicut moralis sermo, qui oleum luminis appellatur. Prudentes ergo acceperunt huiusmodi oleũ, quod satis sit eis, etiam tardante exitu, & morãte

Lampades quid mystice signent.

uerbo

uerbo uenire ad cōsummationem eorū. Fatuę aūt acceperunt lampades, in primis quidem accensas, sed tantum oleum non acceperunt, vt eis sufficeret vsq; ad finem negligentes circa susceptionem doctrinę, quę cōfortat fidem. & bonorum actuum lumen illuminat. vnde sequitur: Morā au tē fa. spon. &c. Aug. de ver. do. Ex vtroq; .n. genere hominum moriuntur hoc inter uallo temporis, donec sub aduētu domini fiat resurrectio mortuorū. Greg. Dormire etenim mori est. Ante somnū verò dormitare, est ante mortē à salute languescere: quia per pōdus ægritudinis, peruenīt ad somnum mortis. Hier. Vel dormitauerunt, idest mortuæ sunt. Cōsequenter au tē dicit. Dormierūt, quia postea suscitādę sunt. Per hoc āt ꝙ dicit: Moram autem faci. spon ostēdit ꝙ nō parū temporis inter priorē & secundū dñi aduentum prętergreditur. Orig. Vel spōso tardante, & non cito ueniēte uerbo ad cōsummationē uitæ, patiuntur aliquid sensus dormitātes, & quasi in nocte mūdi agētes, & dormierunt, ut puta remissius agētes à sensu illo uitali, non tñ lampades perdiderunt, neq; disperauerunt de conseruatione olei illæ prudētes, uñ sequitur. Media autem nocte clamor factus est &c. Hiero. Traditio Iudæorum est, Christum media nocte uēturum in similitudinem Aegyptij, quando pascha celebratū est, & exterminator uenit, & dominus super tabernacula trāsijt, & sanguine agni postes nostrarū frontiū consecratæ sunt. unde reor & traditionē Apostolicam permāsisse, ut die uigiliarū paschæ ante noctis dimidium populū dimittere nō liceat, expectantes Christi aduentum: postquam illud tempus trāsierit, securitate præsumpta festum cuncti agāt diem. unde Psal. dicebat, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Aug. de uer. do. Vel media nocte, idest nullo sciente, aut sperante. Hiero. Subito ergo quasi in tempesta nocte, & securis omnibus, quando grauissimo sopor est, per Angelorum clamorem, & turbas præcedentiū fortitudinum Christi resonabit aduentus, quod significatur, cū dicitur. Ecce spon. uenit, exite obuiam ei. Hila. Tuba enim excitāte sponso tātum obuiā proceditur. Erunt

Mediæ noctis interpretatio.

enim iā ambo unum, idest caro & Deus, quia in gloriam spiritualē humilitas carnis trāsformata erat. Aug. de uer. do. Vel quod dicit spōso tantum obuiam uenire uirgines, sic intelligendum puto, ut ex ipsis uirginibus constet ea quæ dicitur spōsa, tanquam si omnibus Christianis in ecclesia concurrentibus filij ad matrem currere dicantur, cùm ex ipsis filijs congregatis constet ea quæ dicitur mater. Nunc. n. desponsata est ecclesia, & uirgo est ad nuptias perducenda, illo tempore quo uniuersa mortalitate in ea prętereunte, immortali cōiunctione habeatur. Orig. Vel media nocte, idest in altitudine remissionis, factus est clamor, oēs suscitare uolentium, sicut existimo Angelorū, qui sunt administratorij spiritus, intus clamātes in sensibus omniū dormientiū. Ecce spon. ue. exite obuiā ei, & suggestionē quidem hāc oēs audierūt, & surrexerūt, non autē oēs decenter imposuerunt lāpadibus suis ornatū. vñ sequit. Tunc surre. omnes &c. Ornātur āt lāpades sensuum euangelicis usibus atq; rectis. Qui autē malè utuntur sensibus, ornamentum nullum habent in sensibus. Grego. Vel tunc quidem omnes uirgines surgunt, quia & electi & reprobi à somno suę mortis excitātur. Lampades ornant, quia sua secū opera numerāt, pro quibus æternè recipere beatitudinem expectant. Augu. de uer. do. Aptauerunt. n. lampades suas, idest rationes reddendas operum suorum. Hil. Vel lampadarum assumptio animarū est reditus in corpora, earūq; lux est conscientia boni operis elucens, quæ uasculis corporum continetur. Orig. Sed lāpades fatuarum uirginū extinguuntur, quia earum opera, quæ clara hominibus foris apparuerant, inaduētu iudicis intus obscurātur. vnde sequitur: Fatuę autē sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo &c. Quid est aūt ꝙ tunc à prudentibus, oleū petunt, nisi ꝙ in aduentu iudicis cū se intus uacuas inuenerint, testimoniū foris quærunt? ac si à sua fiducia deceptæ proximis dicāt. Quia nos quasi sine opere repelli conspicitis, dicite de nostris operibus quod uidistis. Aug. de uer. do. De consuetudine. n. id semper inquirit, unde gaudere animus solet. Itaq; hoium q corda

non

De^e cordis inspector. nõ vident, testimoniũ nolũt habere apud Deum, qui cordis inspector est, sed quorũ facta aliena laude fulciuntur eadẽ subtracta deficiũt, vnde & earũ lampades extinguũtur, vel virgines quæ lãpades suas quę runtur extingui, ostẽdunt eas ex parte lucere: & tñ non habent lumen indeficiens, nec opera perpetua. Si quis igit hẽt animũ virginalẽ & amator est pudicitiæ, nõ dẽt mediocriter esse contentus his quę cito exarescunt, & orto caumate arescunt: sed perfectas uirtutes sequatur, vt lumen habeat sempiternum. Chr. in ho. Vel aliter: Non solum ex uirgines stultæ erant, qm̃ hinc recesserunt misericordia carẽtes, sed quia æstimabant ibi se accepturas ubi importunè quæsierunt. Quanuis ãt illis uirginibus prudentibus nihil misericordius sit, quæ ppt misericordiam maximè fuerũt approbatæ, non tñ stultæ uirgines sua petitione potitæ sunt. Sequitur: Responderũt prudẽtes, dicentes: Ne fortè &c. Hinc ãt discimus ꝙ nullus nostrũ adire poterit, nisi operib. cum quibus inuenti erimus. Hie. Non. n. hoc virgines prudẽtes de auaritia, sed de timore respondent. vñ quisq; pro suis operibus mercedem accipiet, neque possunt in die iudicij aliorum virtutes, aliorum uitia subleuare. Dant autem prudentes consilium, ut non debeant sine oleo lampadarum, sponso occurrere. Et hoc est quod sequitur, Ite potius ad uẽdẽ. & emite vobis. Hil. Vendẽtes hi sunt qui misericordia fidelium indigentes, reddũt ex se petita commercia indigentiæ, sua satietate boni operis nostri conscientiã venũdantes. Hæc est enim indefessi luminis copiosa materia, quæ misericordiæ fructibus emenda est & recondenda. Chrys. in ho. Vides ergo quanta nobis sit a pauperibus negociatio pauperes autẽ nõ sunt ibi, sed hic, ideoque hic oleũ cõgregare oportet, ut illic utile sit, cum tẽpus nos nocet. Hier. Vẽditur etiam hoc oleum & multo emitur precio, ac difficili labore cõqueritur qđ nõ solũ in eleemosynis, sed in cunctis uirtutib. & cõsilijs intelligitur magistrorum. Orig. Vel aliter: Etsi fatuæ erant, tñ hoc intelligebant, quoniam cum lumine debebãt obuiam ire sponso, omnes lãpades sensuũ habentes illuminatas, videbant autem & illud, quoniam ex eo ꝙ minus habebãt oleum rationabile, iã propinquantibus tenebris lãpades earum fuerãt obscurãdę. Sed sapiẽtes trãsmittũt fatuas ad olei venditores, videntes qm̃ non tãtũ oleum, id est uerbum doctrinæ congregauerãt, ut sufficeret ipsis ad uitã, & illos docerẽt. unde dicũt. Ite potius ad uenden. i. ad doctores: & emitte uobis. i. ab eis accipite, & ꝑciũ est perseuerantia & amor discendi, & diligentia, & labor cupientium discere. Aug. de uer. do. Vel non sunt putãdæ dedisse consilium, sed crimen earũ ex obliquo cõmemorasse. Vendunt. n. adulatores oleũ, qui siue falsa, siue ignorata laudãdo, animas in errores mittũt; & eis vana gaudia, tanquã fatuis consiliando aliq̃ de his mercedẽ commodi temporalis accipiunt. Dr̃ ergo: Ite ad uẽden & emi. uo. i. uidebamus nũc qđ uos adiuuẽt, qui vobis laudes uendere cõsueuerunt. Dicũt aũt: Ne for. non suf. no. & uo. quia alieno testimonio nõ iuuatur quisquã apud Deũ, cui secreta cordis apparent, & uix quisq; sibi sufficit, cui testimoniũ ꝑhibeat cõsciẽtia sua. Casus pulcher. Hie. Verũ quia iã emendi tp̃s excesserat, & adueniẽte iudicij die locus nõ erat pęnitẽtię nõ noua patrare opera, sed pterritorũ rõnẽ cogunt exoluere unde sequit. Cũ ãt irent eme. ue. spon. &c. Hil. Nuptiæ ãt immortalitatis assumptio est, & inter corruptionẽ atq; ĩcorruptionẽ ex noua societate cõiũctio. Chry. in ho. Per hoc aũt qđ dicit: Dũ irent emere, ostendit quia & si misericordes efficiamur post mortẽ, nihil hinc lucrabimur ad effugiẽdum, sicut nec diuiti profuit ꝙ factus est misericors, & solicitus circa eos qui sibi attinebant. Ori. Vel dicit: Dũ irent emere, est. n. inuenire quosdã qui qñ debuerũt neglexerunt aliquid utile discere, in ipso ãt exitu vitæ suæ, dum disponunt discere, cõprehendũtur a morte. Aug. de uer. do. Vel aliter. Eũtib. illis emere, i. inclinãtibus se in ea quæ foris sunt, & solitis gaudere quærentibus qa gaudia interna, nõ nouerãt, uenit iste qui iudicãt. Et q̃ paratæ erãt, i. quib. corã Deo conscientia testimoniũ prohibebat. Intra cũ eo ad nup. i. ubi munda aĩa, puro ac perfecto Dei uerbo fœcũda copulatur. Hier. Post iudicij autem diem bonorum

operum

operum & iustitiæ occasio non relinquit, vñ sequitur: Et clausa est ianua. Augu. de ver. do. Receptis.n. illis qui sunt in angelica vitā commutati, clauditur aditus ad regna cœlorum, non.n post iudicium patet precū ac meritorum locus. Hil. Et tñ cum iā pœnitentiæ nullum est tēps, fatuæ occurrunt, aperiri sibi aditū rogant. vñ sequit: Nouis.āt veniūt &c. Hie. Egregia in dño appellatione confessio iudicium fidei est. Sed quid prodest voce inuocare quē operibus neges? Gre Dolore āt repulsionis cōpulsæ appellationem ingeminant damnationis, inuocando patrē, cuius in vita sua misericordiam contempserunt. Augu. de ver. do. Non autem dictū est ꝙ emerunt oleum, & ideo intelligendæ sunt nullo iā remanente de alienis laudibus gaudio, in angustijs & magnis afflictionibus redire ad implorationē Dei, sed magna eius est seueritas post iudiciū, cuius ante iudiciū, ineffabilis misericordia ꝓrogata est. Propter qđ sequitur: At ille rñdens ait: Amen di.vo. nescio vos. Ex illa, s. regula, quia nō hēt ars Dei.i. eius sapientia vt intrent in gaudium eius, qui non coram Deo, sed vt placerent hominib. conati sunt aliquid secundum precepta eius operari. Hier. Nouit.n. dñs eos qui sunt eius, & qui ignorat ignorabitur, & licet virgines sint uel corporis puritate, vel uere fidei confessione: tñ quia oleū non hēnt, ignorant a sponso. Ex hoc āt quod infert: Vigilate itaq; quia nescitis diem neq; horam, intelligit uniuersa quæ dicta sunt esse præmissa, vt qa ignoramus iudicij diem solicitè nobis lumen bonorum operum preparemus. Aug. de uer. do. Non āt solum illius futuri temporis quo uenturus est sponsus, sed suę qſque dormitionis diem & horā nescit: ad quam quisquis paratus est, ēt paratus inuenitur cū illa vox sonuerit, qua oēs euigilaturi sunt. Aug. ad Elic. Non defuerūt āt qui docere uoluerunt has quinque, & quinq; uirgines ad hunc eius aduentum, qui nūc fit per ecclesiā, pertinere: sed hæc non sunt temerè pollicenda, ne aliquid occurrat quod ualide contradicat.

Sicut.n. homo peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinq; talēta, alij āt duo, alij verò vnū, vnicuiq; secundum propriā virtutem, et profectus est statim. Abijt āt qui quinque talenta acceperat: & operatus est in eis, & lucratus est alia quinq. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui āt vnū acceperat, abiens, fodit in terra, & abscōdit pecuniam dñi sui. Post multū vero tēporis venit dñs seruorum illorū, & posuit rationem cum eis. Et accedēs qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens, Dñe, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te cōstituā, intra in gaudium domini tui. Accessit āt & qui duo talenta acceperat, & ait, Dñe duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sū. Ait illi dñs eius: Euge serue bone & fidelis, qa super pauca fuisti fidelis super multa te constituā, intra in gaudiū dñi tui. Accedēs āt et qui vnum talētū acceperat ait; Dñe scio quia homo durus es. metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti & timens abijt, & abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes qđ tuum est. Respondens āt dñs eius, dixit ei. Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi. Oportuit ergo te committere pecuniam meam nūmularijs, & veniens ego recepissem vtiq; qđ meū est cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui hēt decem talenta. Oī.n. habenti dabitur, & abundabit: ei āt qui non hēt, & qđ videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem serenum eijcite in tenebras exteriores illic erit fletus & stridor dentium.

Glo. In precedenti parabola demōstrata est eorum cōdemnatio, qui oleum sibi sufficienter non præparauerant, siue per oleū nitor operum, siue gaudium cōsciencia, siue eleemosyna quæ est per pecuniā intelligatur. Hęc autem parabola inducitur cōtra eos qui non solum pecunijs, sed nec verbo, nec alio modo prodesse proximis uolunt, sed omnia occultant. unde dicit: Sicut.n. homo &c. Gre. Homo autem iste, qui peregrè proficiscitur, redēptor noster est, qui in ea carne quā assumpserat, abijt in cœlum. Carnis.n. locus proprius terra est, quæ quasi ad peregrinandū ducitur, cum per redemptorem nostrum in cęlo collocatur. Orig. Secundum.n. diuinitatis suæ naturam non peregrinatur, sed secundum dispēsationem corporis quod suscepit.

sccepit. Qui.n. dicit discipulis suis; Ecce ego vobiscũ sum vsq; ad cõsummationẽ seculi, vnigenitus Dei est, qui nõ est corporeo habitu circunclusus, hoc autẽ dicẽtes nõ soluimus Iesum, sed unicuiq; substantiæ proprietatem eius saluamus. Possumus & talia dicere, ꝙ peregrinatur dñs ꝑ fidem ambulantibus, & nõ per speciẽ: si ãt peregrinantes à corpore cũ dño fuerimus, tunc & ipse erit nobiscum. Simul ẽt considera, ꝙ non vr̃ redditio sermonis ita cõscripta, sicut homo peregrinans, ita ego aut filius hoĩs. qm̃ ipse est qui in parabola proponitur peregrinãs quasi homo, nõ sicut filius Dei. Hier. Vocatis ãt Apostolis doctrinã eis euangeliorũ tradidit, nõ quasi pro largitate & parcitate alteri plus & alteri minus tribuens, sed pro accipientiũ uiribus: qũo & Apostolus eos qui solidũ cibum capere non poterant, lacte potasse se dicit. vnde sequitur; Et uni dedit quinque talenta, alii autem &c. Chry. In quinque, & duobus, & uno talento, diuersas gratias intelligimus, q̃ unicuique traditæ sunt. Orig. Si qñ n. uideris eorũ qui acceperunt à Christo dispensationẽ eloquiorũ Dei, alios quidẽ hr̃et amplius, alios ãt minus: & vt ita dicam neq; in dimidio intelligentes rerũ negotia cõparatione meliorũ, alios ãt adhuc minus hr̃e: uidebit is differentias eorũ, qui eloquia domini susceperunt à Christo: qm̃ alia fuit uirtus eorũ, quibus data sunt quinq; talenta, alia quibus duo, alia quibus unũ. & alter alterius nõ capiebat mensuram: & qui accepit talentum vnum, accepit quidẽ datum nõ contemptibile. Multum est n. & unũ talentũ talis dñi: tamen tres sunt proprij serui, sicut tria sunt genera eorũ qui fructum faciunt: & quinq; quidem accepit talenta, qui omnia sensibilia scripturarũ põt adducere ad sensus diuiniores: duo autem, qui est corporalẽ doctrinam edoctus; duo. n. videtur carnalis numerus esse. sed adhuc minus potenti vnum talentum paterfamilias dedit. Gregor. Vel aliter; Quinque talenti, dona quinque sensuum idest exteriorum sciẽtia exprimitur, duobus verò intellectus & operatio designatur: vnius autem talenti nomine intellectus tantum designatur. Sequitur: Et profectus est statim. Glo. Non locũ mutans, sed liberam eis operandi potestatem permittens, & suo arbitrio relinquens. Sequitur: Abiit autem qui quin. ta. ac. &c. Hier. Acceptis. n. terrenis sensibus, cœlestium sibi notitiam duplicauit, ex creaturis intelligens, creatorẽ, ex corporalibus incorporalia, ex breuibus sempiterna. Greg. Sunt etiã nonnulli, qui, & si interna ac mystica penetrare nesciunt, pro intentione tamen supernæ patriæ docent recta, q̃ possunt de ipsis exterioribus quos acceperunt. dũq; se a carnis petulantia, à terrenarũ rerum ambitu, atq; à uisibilium uoluptate custodiunt, ab his ẽt alios admonendo compescunt. Orig. Vel qui hñt sensus exercitatos cõuersati salutariter, & ad maiorem scientiam seipsos erigẽtes, & studiosè docente lucrati sunt alia quinque. quia nemo facilè additamentum accipit uirtutis alterius, nisi eius quã hẽt, & quanta ipse scit, tanta alterum docet, & non amplius. Hila. Vel seruus ille, qui quinque talenta accepit, populus ex lège credentiũ est: qua profectus meritum ipsius rectè impleta euangelicæ fidei operatione duplicauit. Sequitur: Similiter, & qui duo acceperat lucratus est alia duo. Greg. Sunt. n. nõnulli qui dum intelligendo, & operando aliis prædicant, quasi duplicatũ de negotio lucrũ reportant, quia dũ utriq; sexui prædicatio impenditur, quasi accepta talẽta geminantur. Orig. Vel lucrati sunt alia duo, idest corporalẽ æditionem, & aliam paulo sublimiorem. Hila. Vel ille seruus, cui duo talenta cõmissa sunt, Gentiũ populus est, fide atq; confessione, & filii iustificatus, & patris, dominũ nostrũ Iesum Christũ Deum atque hominem ex spiritu, & carne cõfessus est. Hic ergo huic sunt duo talenta cõmissa. Sed ut populus Iudæorũ omnẽ secramentum quod in quinque talẽtis, idest in lege cognouerat, idipsum fide Euangelii duplicauit; ita iste incremento duorum talentorum intellectũ atq; operationem promeruit. Sequitur. Qui autẽ vnum acce. abiens, &c. Greg. Talentum quippe in terra abscondere, est acceptum ingenium in terrenis actibus implicare. Orig. Vel aliter: Si quãdo uideris aliquẽ, qui virtutem habet docendi, & animabus profi-

Tria genera fructificantium.

proficiendi, & hãc virtutẽ occultat. quanuis habeat quãdã religionẽ cõuersationis nõ dubites dicere talẽ esse qui accepit vnũ talentũ, & abscõdit ipsum i terra. Hil. Vel iste seruus qui unũ talẽtũ accepit, & in terra recõdidit, populus est in lege persistens, qui pp inuidiã saluandarũ gẽtiũ in terra acceptũ talẽtũ abscondit: In terra.n. talentũ abscondere, est nouæ pdicationis gloriã sub obtrectatione corporeæ passionis occultare. Sequitur: Post mul. ve. tẽpo. &c. In ratione ãt ponenda iudicij examen est. Ori. Et obserua in hoc loco, quoniam nõ serui ad dominũ vadunt vt iudicẽtur, sed dominus uenit ad eos, cũ tempus fuerit impletum, de quo dicit. Post multũ uerò temporis, id est postquã dimisit aptos ad negociandũ animarum salutẽ; & ideo forsitan nõ facilè inuenit quis ex eis qui apti fuerit ad huiusmodi opus, ut cito trãseant de hac uita, sicut est manifestũ ex eo ꝙ & Apostoli senuerũt. Ex quib dicit ad Petrum. Cum senueris, extẽdes manum tuam. de Paulo autẽ dictum est ad Philemonem: Nunc aũt ut Paulus senex. Chr. in ho. Vide & dominũ vbiq; non cõfestim expetentem rationem discas eius longanimitatem. Mihi autem uidetur ꝙ resurrectionem occultè insinuans hoc dixit.

Hie. Ideo ergo dicit: Post multum temporis, quia grande tempus est inter ascensionem Saluatoris, & secũdum eius aduẽtũ. Greg. Hæc autem lectio huius Euangelij cõsiderare nos admonet, ne qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernũtur, ab auctore mundi grauius iudicẽtur. Cùm enim augentur dona, rationes etiã crescunt donorum. Tantò ergo humilior quisq; dẽt esse ex munere, quãtò se obligationem esse conspicit in reddẽda ratione. Ori. Fiducia autem fecit eũ qui quinque talenta acceperat audere, ut ad dominum prius accederet. Sequitur enim: Et acce. qui quin tal. &c. Greg. Seruus ergo qui geminata talẽta retulit, laudat à domino, atque ad æternam remunerationẽ perducitur. unde subditur. Ait illi dominus: Euge. Rab. Euge interiectio est lætantis, per quod gaudium suum dominus insinuat, qui bene laborãtem seruum ad gaudiũ æternũ inuitat, de quo Propheta ait: Letificabis nos in gaudio cum vultu tuo. Chry. in ho. Serue bone, qui de bono loquitur quod est ad proximũ. Et fidelis, q̃a nihil eorũ quæ sunt dñi sibi appropriauit. Hie. Dicit ãt, Sup pauca fuisti fidelis, quia oĩa q̃ in pſenti habemus, licet magna uideantur & plurima, tñ cõparatione futurorũ parua & pauca sunt. Gre. Sed tunc fidelis seruus supra multa cõstituitur, quãdo deuicta ois corruptionis molestia, de ęternis gaudijs in illa cęlesti sede gloriat: Tunc ẽt ad domini sui gaudiũ perfectè intromittitur, quando in æterna illa patria assumptus atque Angelorum cętibus admixtus, sic interius gaudet de munere, ut nõ sit quod exterius doleat iam de corruptione. Hier. Quid autem potest maius dari fideli seruo, quàm esse cũ domino & uidere gaudiũ domini sui? Chry. in ho. Per hoc.n. verbum omnẽ beatitudinem ostendit. Aug. 1. de Tri. Hoc enim erit plenum gaudium nostrũ, quo amplius non est frui Deo Trinitate, ad cuius imaginẽ facti sumus. Hie. Vtrique autem seruo & qui de quinque talentis decem fecerat, & qui de duobus quatuor, idẽ patrisfamilias sermo blanditur. Vtrunq; etiã simili recipit gaudio nõ considerans lucri magnitudinem, sed studij voluntatem. vnde sequitur: Accessit autem & qui duo talen. acce. Orig. Quod autem dicit, uel in eo qui quinq; talenta acceperat, vel in isto qui duo, accedens, intellige accessum transitum de hoc mũdo ad illũ: & vide quoniam eadẽ dicta sunt ambobus, ne forte & qui minorẽ habuit virtutem, & totã illã quã habuit, secũdũ ꝙ oportebat exercuit, nihil minus habiturus sit apud Deum, quàm ille qui fuerit in maiori uirtute. Hoc em̃ solum quæritur, ut q̃cquid habuerit homo ex Deo, toto eo utatur ad gloriã Dei. Gre Seruus autem qui operari de talẽto noluit, ad dominum cũ verbis excusationis redit. vnde subditur. Acce. aũt &c. Hier. Vere.n. hoc quod scriptum est. Ad excusandas excusationes in peccatis. etiam huic seruo cõtigit, vt ad pigritiã, & negligẽtiã, superbiæ quoque crimen accederet. Qui enim debuit simpliciter inertiã cõfiteri, & orare patrẽfamilias, ecõuerso calumniatur, & dicit se prudenti fecisse consilio: ne dũ lu-

cra pecuniæ q̃reret, ēt forte periclitaret. Ori. Videtur.n.mihi iste seruus fuisse íter credentes quidē nō āt fiducialiter agētes, sed latere volentes, & oīa facientes vt nō cognoscātur quasi Christiani. adhuc vidē tur mihi qui huiusmodi sunt timorē Dei habere, & sapere de eo quasi de aliquo austero, & implacabili. hoc.n. signat cū dicit Dñe, scio quia homo durus es. Intelligimus āt q̄ verè Dñs noster metit ubi nō seminauit: quoniam iustus seminat in spiritu ex quo metet vitam æternam. Metit ēt vbi nō seminat, & congregat vbi non spargit; quia sibi computat esse collata, quę cū que in pauperibus fuerint seminata. Hier. Ex eo etiam q̄ hic seruus ausus est dicere: Metis vbi nō seminasti, intelligimus etiā, & gentilium philosophorum bonā vitam recipere dominum. Greg. Sunt autem plerique intra ecclesiam, quorum ille seruus imaginem tenent, qui melioris vitę vias aggredi metuūt, & tamē iacere in sui corporis ignauia non pertimescunt. Cumque se peccatores considerant, sanctitatis vias arripere trepidant, & remanere in suis iniquitatibus non formidant. Hila. Vel per hunc seruum intelligitur populus. Iudæorum, in lege persistēs, qui dicit: Timui te, tanquam metu veterum præceptorum, ab vsu Euangelicæ libertatis abstineat, dicatque: Ecce quod tuum est; velut in his quæ à domino p̄cepta sunt, fuerit immoratus, cum tamen sciuerit metēdos illic iustitię fruct⁹ ubi lex sata nō sit: & colligēdos ex gētibus q̄ nō ex Abrahæ sint stirpe dispersi. Hier. Sed quod putauerat se pro excusatione dixisse, in culpam propriam vertitur. vnde sequitur: Respondens autem dominus eius, di. ei: Ser ma. Seruus autē malus appellatur, quia calumniā domino fecit: Piger, quia talētum noluit duplicare; vt in altero superbiæ, in altero negligētiæ cōdēnetur. Si, inquit, durum, & crudelem me noueras & aliena sectari; tu scires me mea diligentius quæsiturum, & dares pecuniā meam siue argentum nūmularijs; vtrunq; enim argiliō græcus sermo significat. Eloquia, īquit, dñi, eloquia casta, argētum igne examinatū; pecunia ergo, & argentum, p̄dicatio Euangelij, & sermo diuinus est, qui dari debuit nūmulariis, id est vel cęteris doctorib. qđ fecerūt apostoli, p̄ singulas prouincias p̄sbiteros & episcopos ordinantes; vel cūctis credētib. qui possūt pecuniā duplicare, & cū vsuris reddere; vt quicquid sermone didicerāt, opere explerent. Greg. Sicut ergo periculū doctorū aspicit, si dñicā pecuniā teneant; ita & auditorū, q.a cū vsuris ab eis exigit qđ audierūt, ut s. ex eo qđ audiūt, ēt studeant intelligere nō audita. Orige. Non āt confessus est dominus se esse durum, sicut ille arbitrabatur, cęteris autem eius sermonibus concessit. Sed uerè durus est his qui misericordia Dei abutūtur ad negligentiā suam, non ad conuersionem. Gre. Pigrum vero seruū, qua sententia dominus feriat, audiamus: Tollite itaque ab eo talētū, & date ei qui habet decem talēta. Orig. Potest quidē dominus suæ diuinitatis virtute auferre sufficiētiā ab eo qui pigrius est ea usus, & dare ei qui eam multiplicauit. Grego. Opportunum autem uidebatur vt ei potius qui duo, quàm qui quinque talēta acceperat, daretur. Illi enim dari debuit, qui minus habebat. sed cū p̄ quinq; talenta exteriorū scientia designetur, per duo autem intellect⁹, & operatio; plus habuit qui duo, quàm qui quinque talēta acceperat. quia qui per talēta quinque exteriorum administrationem meruit, ab intellectu æternorū adhuc uacuus fuit. Vnū ergo talentum, quod per intellectū significari diximus, illi dari debuit qui bene exteriora, quæ acceperat, ministrauit; quod quotidie in sancta ecclesia cernimus, ut ēt de interna intelligētia polleant, qui exteriora fideliter administrant. Hier. Vel datur ei qui decem talenta fecerat, vt intelligamus, licet ęquale sit domini gaudium in vtriusque labore, eius scilicet, qui quinque, & q̄ duo duplicauit, tamē maius deberi præmium ei qui plus in domini pecunia laborauit. Gre. Generalis etiam mox sentētia subditur, qua dicit: Omni enim ha da. &c. Quisquis autem charitatē habet, alia ēt dona percipit; quisquis autem charitatē nō habet, etiam dona quæ percepisse videbatur, amittit. Chry. in hom. Qui etiam gratiam sermonis, & doctrinæ ad proficiendū habet, nō utens ea, gratiā perdit: qui autē studium adhibet, amplius

Fictio Christianorū dānabilis.

Notabile dictū.

attrahit

Nota laboris & īdustriæ fructū.

attrahit donū. Hie. Multi ēt cū sint sapiētes naturaliter, & habeāt acumē ingenij, si fuerint negligentes, & desidia bonū naturæ corruperint, ad cōparationē eius qui paululū tardior labore, & industria cōpēsauit, qđ minus habuit, pdunt bonum naturæ, & pmiū quod eis fuerat repromissū, vidēt trāsire ad alios. Pōt ēt sic intelligi: Et qui fidē hēt, & bonā in dño voluntatē, ēt si quid minus, vt homo in opere habuerit, dabitur à bono iudice. Qui āt fidē nō habuerit, ēt cæteras virtutes, quas uidebatur naturaliter possidere, pdet. Et elegāter inquit. Quod vř hēre auferretur ab eo: quicquid. n. sine fide Christi est non ei dēt imputari, qui malè eo abusus est, sed illi qui ēt malo seruo naturę bonum tribuit. Greg. Vel quisquis charitatem non hēt, ēt ea quæ percipi se videbatur, amittit. Hil. Habentibus ēt vsum euangeliorum, & legis honor redditur, nō habēti āt fidē Christi, ēt quod ex lege sibi esse videbatur honoris, auferretur. Chry. in ho. Seruus autē malus nō solum dāno punitur, sed etiā intolerabili pœna, & cū pęna accusabili denunciatione. vnde sequitur; Et inutilē seruum eiicite in tenebras. Orig. Vbi. s. nulla illuminatio est, forsitā nec corporalis, nec est respectio Dei, illic: sed quasi indigni speculatione Dei, qui talia peccauerunt, condēnantur in his quæ exteriores tenebræ appellātur. Legimus ēt aliquem ante nos exponentē de tenebris abyssi, quæ est extra mundū: vt quasi indigni toto mundo in abyssum illā foras eiiciātur, in qua sunt tenebræ, nemine eas illumāte. Greg. Et sic p pœnam in tenebras exteriores cadet, qui per suā culpā sponte in interiores tenebras decidit. Hier. Quid sit aūt fletus, & stridor dētium supra diximus. Chry. in ho. Vide āt quia nō solū qui rapit aliena, aut qui mala operatur, punitur ultima pęna; sed ēt qui bona non facit. Greg. Habēs igitur intellectū, curet oīno ne taceat; hñs rerū affluentiā à misericordia nō torpescat: hñs artē qua regitur, vsum illius cum proximo partiatur: habens loquendi locū apud diuitem pro pauperibus intercedat. Talenti. n. nomine cuilibet reputabitur, quod uel minimum accipiet. Orig. Si aūt displicet tibi, quod dř, si pp quod nō docuit quis iudicat, recordare illud Apostoli: Væ mihi est, si non euangelizauero.

Cū autē uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cū eo, tūc sedebit super sedē maiestatis suæ; & congregabuntur ante eū omnes gētes, & separabit eos abinuicē, sicut pastor segregat oues ab hædis, & statuet qdē oues à dextris suis hædos autē à sinistris. Tūc dicet his q à dextris eius erūt; Venite benedicti patris mei, possidete paratū uobis regnū à constitutione mūdi. Esuriui enim, et dedistis mihi mādu care. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes erā et collegistis me. Nudus, et operuistis me. Infirmus et uisitastis me. In carcere eram, & uenistis ad me. Tunc respōdebūt ei iusti, dicentes; Domine, quādo te uidimus esurientem, et pauimus; sitiētē, et dedimus tibi potum? Quando autem te uidimus hospitem, & colligimus te; aut nudū, & cooperuimus te? Aut quando te uidimus infirmū, aut in carcere, & uenimus ad te? Et respōdens rex, dicet illis; Amē dico uobis, quandiu fecistis unde fratribus his meis minimis, mihi fecistis. Tūc dicet, & his qui à sinistris erunt. Discedite à me maledicti in ignē æternum; qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum. Hospes eram, & non collegistis me. Nudus, & non operuistis me. Infirmus, & in carcere, & non uisitastis me. Tunc respondebunt ei, & ipsi dicentes; Domine, quando te uidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens; Amen dico uobis quandiu nō fecistis unde minoribus his, nec mihi fecistis.

Raba. Post parabolas de fine mundi, iā exequitur dominus modū futuri iudicij. Chry. in ho. Est autem hæc pars delectabilissima, quā continuè in animo uertentes cum studio audiamus & omni cōpunctione nā & ipse Christus terribilis est, & lucidius hūc pertractat sermonē. Idcirco non dicit de cætero: Simile factum est regnū cœlorū, sed reuelatè seipsum ostendit, dicens: Cūm autem ue. fi. ho. &c. Hie. Post biduum quidem pascha facturus, & tradēdus cruci & illudendus ab hominibus, rectè promittit gloriam triūphantis: ut secutura scandala pollicitationis præmio cōpensaret. Et notādum φ qui in maiestate cernendus est, filius hominis sit. Augu. super

Alacritas euāgelij.

per Ioan. In forma.n. humana videbũt eũ impij. videbunt & ad dexteram positi. In iudicio.n. apparebit in forma, quã ex nobis accepit: sed postea futurum est, vt videatur in forma Dei, quam sciunt omnes fideles. Remi. Destruitur aũt his verbis illorũ error, qui dixerunt dominum non in eadem forma serui manere: maiestatem ãt appellat diuinitatem, qua æqualis est Patri & Spiritui sancto. Orig. Vel quia cum gloria huc reuertetur, vt corpus eius sit quale fuit cũ transfiguratus fuit in mõte. Sedes ãt eius, aut quidã perfectiores sãctorum dicuntur: de quibus scriptum est: Quoniam illic sederunt sedes in iudicio: aut quædam uirtutes Angelicæ, de quibus dr. Siue Throni, siue dominationes. Aug. 20. de ciui. Dei. Descendet.n. cũ Angelis quos aduocabit de supernis locis ad faciẽdum iudiciũ. unde dr Et omnes Angeli eius cum eo. Chry. in ho. Oẽs.n. Angeli cũ ipso aderunt testantes & ipsi quãtum administrauerunt missi à dño ad hominũ salutem. Aug. de pœni. Vel Angelorum noĩe significauit homines, qui cũ Christo iudicabũt. Angeli.n. nuncij sunt. Nuncios ãt rectissime accipimus omnes qui salutem cœlestem hominibus nunciauerunt. Sequitur. Congregabuntur &c. Remig. His verbis vera hominis futura demonstratur resurrectio. Aug. 20. de ciui. Dei. Hęc autem congregatio per ministerium angelicum fiet; quibus in Psal dicitur. Congregate illi sanctos eius. Orig. Vel non localiter intelligamus quòd congregabuntur ante eũ oẽs gentes; sed quia iam non erũt dispersæ in dogmatibus falsis & multis de eo. Manifesta.n. fiet diuinitas Christi: ut non solum nullus iustorum sed nec aliquis peccatorum ignoret. Non enim in aliquo loco apparebit filius Dei, & in altero non apparebit, sicut ipse secũdum comparationem fulguris voluit demonstrare. quandiu ergo iniqui nec se cognoscunt, nec Christum, uel iusti per speculum in ænigmate vident; tandiu non sunt segregati boni à malis. Cum autem propter manifestationem filij Dei omnes ad intellectum venerint suum, tunc Saluator segregabit bonos à malis. vnde sequitur. Et separabit eos ab in &c. Quia & peccatores cognoscẽt sua delicta, & iusti manifestè videbunt semina iustitiæ suæ, ad qualem eos perduxerint finem. Oues autẽ dicti sunt, qui saluantur propter mansuetudinem, quam didicerent ab eo qui dicit, Discite à me, quia mitis sum: & propter quod usque ad occisionem parati fuerũt venire imitantes Christum, qui sicut ouis ad occisionem ductus est. Hœdi autem dicuntur mali qui aspera & dura saxa ascẽdunt, & per pręcipitia eorum incedunt. Chr. in ho. Vel hos vocat hędos, illos autem oues: ut horum infructuositatẽ ostẽdat, nullus.n. fit ab hœdis fructus: illorũ autem vtilitatem, multus.n. est ouiũ fructus, & à lana, & à lacte, & fętibus, q̃ pariuntur. Nomine ãt ouis in scripturis diuinis simplicitas, & innocẽtia solet designari. Pulchrè.n. in hoc loco per oues electi designãtur. Hie. Hœdus autem lasciuum est animal & feruens semper ad coitum, & semper pro peccatis offertur in lege. Nec dicit capras quæ possunt habere fœtus, & tõsæ egrediũtur de lauacro. Chry. in ho. Deinde segregat eos ẽt situ. Nam sequitur, Et statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris. Orig. Sancti.n. qui dextera opera operati sunt, acceperũt pro mercede suorum dexterorum dexteram regis, in qua requies & gloria est. Mali vero propter opera sua pessima & sinistra ceciderunt in sinistram, idest in tristitiam tormentorum. Sequitur: Tũc di. rex &c. Venite, ut quicquid minus fuerat eis, cum perfectius uniti fuerint Christo consequãtur. Addit autem: Benedicti patris mei, ut eminentia benedictionis eorum manifestetur, quia prius benedicti sunt à dño qui fecit cœlum & terram. Rab. Vel uocantur benedicti, quibus pro bonis meritis, debetur æterna benedictio. Patris autem sui dicit esse regnũ, quia ad eũ refert potestatẽ regni, à quo ipse rex est genitur. vnde per auctoritatem regiam qua ipse solus exaltabitur in die illa proferet iudicij sñiam. vnde signanter dr: Tunc dicet rex. Chr. in ho. Nota ãt q̃ nõ dixit accipite, sed possidete, siue hęreditate, sicut familiaria bona, sicut paterna, sicut uestra uobis antiquitus debita. ubi dicit: Para. uo. reg. à constitu. mundi. Hieronymus.

Sensus moralis.

mus. Hæc autem iuxta præsci entiam Dei accipienda sunt, apud quem futura iam facta sunt. Augustin. 20. de ciuitate Dei. Excepto autem illo regno, de quo in fine dicturus est. Possi.para. vo. reg.licet longè impari modo: etiam præsens ecclesia dicitur regnum eius, in quo adhuc cũ hoste cõfligitur, donec veniat ad illud peccatissimũ regnũ vbi sine hoste regnabit. Aug. de pœnitẽ. Sed dicet aliquis regnare nolo, sufficit mihi saluũ esse: in quo primũ eos fallit, quia eorũ nec salus est vlla, quorũ iniquitas perseuerat: deinde si est aliqua differẽtia inter regnãtes, & non regnantes, oportet tñ vt in vno regno sint oẽs: ne in hostiũ; aut aliorũ numero deputentur, & cęteris regnantibus ipsi pereãt. Oẽs.n. Romani Romanũ regnum possidẽt, quãuis nõ omnes in eo regnent. Chry. in ho. Pro quibus ergo Sancti cœlestis regni bona accipiãt, manifestat cũ subditur: Esuriui.n.& dedistis mihi mãducare. Remi. Et notandum ꝙ in hoc loco sex opera misericordiæ à dño cõmemorantur; quæ quicunq; implere studuerit, regnũ, à constitutione mundi præparatum electis percipere merebit. Raba. Mysticè ãt qui esurientẽ, & sitientẽ iustitiam pane uerbi reficit, vel potu sapiẽtię refrigerat, & qui errantẽ per hæresim vel per peccatum in domum matris ecclesiæ recipit, & qui infirmũ in fide assumit, veræ dilectionis obseruat iura. Greg. 25. Mor. Hi.autẽ quibus, iudex veniẽs in dexterã cõsistentiũ, dicit: Esuriui &c. sunt qui ex parte electorũ iudicãtur, & regnãt, qui vitæ maculas lachrymis tergũt; qui mala pręcedẽtia factis sequẽtibus redimẽtes quicquid illicitũ aliquando fecerant, ab oculis iudicis eleemosynarũ supductione cooperiunt. Alij verò sunt qui nõ iudicant & regnãt, qui etiam præcepta legis perfectionis virtute transcendunt. Orige. Humilitatis ergo causa laude beneficiorum suorum indignos se proclamant, nõ obliti eorum quę fecerunt. Ipse autem eis ostendit suã compassionem in suis. vnde sequitur: Tũc respondebunt ei iusti &c. Rab. Hoc quidem dicunt non diffidentes de verbi domini, sed stupẽt de tãta sublimatione, & de maiestatis suæ magnitudine. Vel quia videbitur eis paruum esse bonum quod egerant secundum illud Apostoli non sunt condigne passiones huius tẽporis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Sequitur. Et respõdens rex dixit: Amen di. &c. Hiero. Libera quidẽ nobis erat intelligẽtia ꝙ in omni paupere Christus esuriens pasceret, sitiẽs potaretur, & sic de alijs, sed ex hoc qđ sequitur, Quandiu fe. &c. nõ mihi videtur generaliter dixisse de pauperibus, sed de his q pauperes spiritu sunt, ad quos extendẽs manũ dixerat, fratres mei sunt, qui faciunt voluntatẽ patris mei. Chry. Sed si fratres, eius sunt, quare eos minimos vocat? Propter hoc q sunt humiles, quia pauperes, quia abiecti. Non autẽ per hos, monachos solũ intelligit, qui ad mõtes, secesserũt, sed vnumquenq; fidelem, etiã si fuerit secularis, & si fuerit esuriẽs, aut aliud huiusmodi vult misericordiæ procuratione potiri. Fratrẽ.n. baptisma facit & ministeriorũ cõmunicatio. Sequit: Tũc dicet & his, qui a sinistris eius erũt, Discedite &c. Orig. Sicut iustis dixerat. Venite, ita & iniustis dicit, Discedite. Nã propinqui sunt verbo qui seruãt Dei mãdatũ, & vocãtur vt adhuc propinquiores efficiãtur. Longè autẽ ab eo sunt, & si videant ei assistere, qui nõ faciunt mãdata ipsius pp hoc audiunt, Discedite, vt qui modo vel videtur esse ante eũ, postea nec uideatur. Cõsiderandũ est ãt quoniam in sanctis dictũ est, benedicti patris mei, non ãt nunc dicitur, maledicti patris mei. Nã benedictionis quidẽ ministrator est pater, maledictionis ãt vnusquisq; sibi est actor, qui maledictione digna est operatus. Qui ãt recedũt à Iesu, decidunt in ignem ęternum, qui alterius est generis ab hoc igne, quem habemus in usu. Nullus enim ignis inter homines est æternus, sed nec multi temporis. Et considera quoniam regnum quidem non Angelis præparatum dicit, ignem autem æternũ diabolo & Angelis eius, quia quantum ad se homines nõ ad perditionem creauit, peccantes autem cõiungunt se diabolo, ut sicut qui saluãtur, sanctis Angelis, coequant, sic qui pereũt, diaboli angelis coæquantur. Augu. 21. de ci. Dei. Ex hoc autem habet ꝙ idem ignis erit hoĩum supplicio attributus, & dæmonum

Duplex regnantium genus.

nũ. Si aũt erit corporalis tactus noxius, vt eo possint corpora cruciari, quõ in eo erit pęna spirituum malignorum, nisi q a sunt quædam dæmonibus corpora, sicut qui busdã visum est, ex illo aere crasso atque humido? Si aũt aliquis nulla hře dęmones corpora asserat, nõ est de hac re contentiosa disputatione certandũ. Cur.n. non dicamus, quamuis miris, tñ ueris modis, ẽt spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi? Si spiritus hoium etiam ipsi profecto incorporei, & nunc potuerut cõcludit corporalibus membris, & tunc poterunt corporũ suorum uinculis insolubiliter alligari. Adhærebunt ergo dæmones, licet incorporei, corporalibus ignib. cruciãdi, accipiẽtes ex ignibus pęnam, nõ dantes ignibus vitã. Ignis autem ille corporeus erit, & cruciabit huiusmodi corpora cũ spiritib. dæmones aũt spiritus sine corporibus. Orig. Vel forsitan ignis ille talis subtilitatis est, ut inuisibilia cõburat ipse inuisibilis constitutus, secundum q̃ ait Apostolus: Quæ vñr, tẽporalia sunt: q̃ aũt nõ vñr, æterna. Ne aũt mireris audiẽs esse inuisibilem ignem & punientem; & cum uideas interius calorem corporibus accedẽtem, & nõ medio cruciantẽ. Sequitur: Esuriui.n. &c. Scriptum est ad fideles, Vos estis corpus Christi. Sicut ergo aĩa habitans in corpore cùm nõ esuriat quantũ ad suam substantiã spiritualem esurit tñ corporis cibum, quia copulata est corpori suo: sic & Saluator patitur quæ patitur corpus eius ecclesia, cùm sit ipse impassibilis. Et hoc cõsidera, quia loquẽs ad iustos, p singulas species eorũ beneficia dinumerat: ad iniustos aũt pręscindens narrationẽ adunauit vtrunq;, dicens: Infirmus & in carcere &c. Qm misericordia iudicis erat benefacta quidẽ hoium largius pdicare, & ampliare, malefacta autem eorũ trãsitione memorari, & abbreuiare. Chrys. in ho. Intuere autẽ quia non in uno tm̃ uel duobus, sed in omnibus misericordiã deseruerunt: non enim esurientem solũ non cibauerunt, sed neque quod leuius erat infirmum uisitauerunt. Et uide qualiter leuia iniungit. non enim dixit: In carcere eram, & non eripuistis me: infirmus, & nõ curastis me: sed non visitastis, & nõ uenistis ad me. In esuriendo etiam non preciosam petit mẽsam, sed necessarium cibum. Omnia ergo sufficientia sunt ad pęnam. Primo quidem facilitas petitionis, panis enim erat: Secundo miseria eius qui petebat, pauper enim erat: Tertio compassio naturæ, homo enim erat: Quarto desiderium promissionis, regnum enim promisit: Quinto dignitas eius qui accipiebat, Deus enim erat qui per pauperes accipiebat: Sexto superabundantia honoris, quo nã dignatus est ab hominibus accipere: Septimo iustitia dationis, ex suis enim à nobis accipit. Sed contra uniuersa hæc homines per auaritiam excœcantur. Greg. 25. Moral. Isti autem quibus hoc dicitur, sunt mali fideles, qui iudicãtur, & pereũt, alij verò, scilicet infideles, non iudicantur, & pereunt. Nõ enim eorum tunc causa discutitur, qui ad conspectum districti iudicis iam cum damnatione suæ infidelitatis accedunt, professionem uero fidei retinentes, sed professionis opera non habentes, redarguuntur ut pereant. Isti.n. saltem uerba iudicis audiunt, quia eius fidei saltem verba tenuerunt. Illi in damnatione sua æterni iudicis nec verba percipiũt, quia eius reuerentiã nec verbo tenus seruare voluerunt. nã & princeps terrenam rempublicam regens, aliter punit ciuem interius delinquentem, atq; aliter hostem exterius rebellantem, in illo enim iura sua consulit, contra hostem uerò bellum mouet, & de pęna eius quid lex habeat, non requirit. Chrys. in hom. Verbis autem iudicis redarguti, cum mãsuetudine loquitur. Sequitur enim. Tunc respond. ei & ipsi di. Domine &c. Origen. Considera quòd iusti immorantur in unoquoq; uerbo, iniusti autem non ita per singula, sed cursim dicunt. quoniã proprium est iustorum benefacta sua relatà sibi in facie dilligeter & per singula refutare, causa humilitatis, malorum autem hominum est, culpas suas excusationis causa, aut nullas esse ostendere, aut leues & paucas, sed & responsio Christi hoc ipsum signat. vnde sequitur. Tunc respon. il. di. Amen di. uobis. Volẽs enim iustorum benefacta ostendere grandia, peccatorum autem culpas non grãdes, ad iustos quidem dicit. Ex eo quod

Aurea deductio.

Iustorum proprietas.

quod fecistis vni ex minimis meis fratrib. ad iniustos autem nō adiecit fratrib. Reuera.n.fratres eius sunt qui perfecti sunt. Gratius est autem apud Deum opus bonū quod fit in sanctioribus quàm in minus sā ctis, & leuior culpa est negligere minus sā ctos quàm sanctiores. Aug. 20. de ci. Dei. Nūc autem de nouissimo iudicio agitur, quando Christus de cœlo venturus est, viuos, & mortuos iudicaturus, hunc diuini iudicij vltimū hūc diē dicimus, id est nouissimum tēpus, nam per quot dies istud iudicium protendatur, incertū est, se scri pturarum sanctarum more dies poni solet pro tempore. Ideo autem dicimus vltimū iudicium vel nouissimū, quia & nūc iudi cat, & ab humani generis initio iudicauit à ligno vitæ separans primos homines, & Angelis peccantibus non parcens: In illo autem finali iudicio simul & homines & Angeli iudicabuntur. fiet enim virtute diuina, vt cuique opera sua vel bona vel mala cuncta in memoriam reuocētur, & mētis intuitu mira celeritate cernatur, vt accuset, vel excuset scientia conscientiam.

Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti aut in uitam æternam.

Aug. de fide & operibus. Nonnulli seipsos seducunt, dicētes ignem æternum dictum, non ipsam pęnam æternam Hoc prouidens dominus sententiam suam ita conclusit dicens. Et ibunt hi in sup. æter. iusti. autem &c. Orig. Attende quoniam cùm prius dixisset: Venite benedicti, deinde. Discendite maledicti propterea quòd proprium boni Dei est primum recordari benefactata bonorum quā malefacta malorum, hinc prius nominat pęnam malorū, deinde vitā bonorum; ut primum quę timoris sunt, cauitemus mala; postea quę honoris sunt, appetamus bona. Gregor. 15. Mora. Si ergo tanta pœna mulctatur, qui non dedisse conuincitur. qua pęna feriendus est, qui redarguitur abstulisse aliena? Aug. 19. de ci. Dei. Est āt vita æterna summū bonū nostrū, & finis ciuitatis Dei, de quo fine dicit Apostolus. Finē verò vitam æternā Sed rursus quia vita æterna ab his qui familiaritatē nō hēt cū scripturis sanctis potest accipi, ēt in uita malorum propter animę immortalitatem, vel propter

Vitę æternę descriptio.

interminabiles pœnas impiorū: profectò finis ciuitatis huius in quo summū habebitur bonum, vel pax in uita æterna, uel vita æterna in pace dicendus est, vt ab hominibus possit intelligi. Augu. 2 de trini. Quod enim dixit dominus famulo suo Moysi; Ego sum qui sum, hoc cōtemplabimus cùm uiuemus in æternum. Ita.n dñs ait: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerum Deum. Hæc enim nobis contemplatio promittitur actionū omnium finis atque ęterna perfectio gaudiorū, de qua dicit Io. Videbimus eum sicuti est. Hier. Prudēs autem lector intende quòd & supplicia ęterna sunt, & uita perpetua metum deinceps non habeat ruinarum, Greg. 33. Mor. At inquiunt ideo peccantibus minatus est, ut eos à peccatis compesceret, quibus respondemus, si falsa minatus est vt ab iniustitia corrigeret; etiam falsa promiserat, ut ad iustitiam prouocare, & sic dum satagunt Deum perhibere misericordē non uerētur prædicare fallacem. At inquiunt, Sine fine puniri nō debet culpa cū fine, quibus respōdemus, quòd rectè dicerēt, si iudex iustus non corda hominum, sed facta pensaret. Ad districti ergo iudicis iustitiam pertinet, ut nunquam careant supplicio, quorum mens in hac uita nunquā uoluit carere peccato. Aug. 1. de ci. Dei. Nullus etiam legis iustitia attendit, ut tā ta mora temporis quisque puniatur, quan ta mora tēporis, unde puniretur admisit. Nullus enim extitit qui censeret tam cito nocentium finienda tormenta, quam cito factum est homicidium uel adulterium. Qui uerò pro aliquo grādi crimine morte mulctatur nūquid moram, qua occiditur eius supplicium leges existimāt, & nō quòd eum in sempiternum auferant à societate uiuētium? Iam uerò dānum, ignominia, exilium, seruitus: cum plerunque sic insti guntur, ut nullus uenia relaxentur; nonne pro huius uitę modo similia pęnis uidētur æternis? Ideo quippe æterna esse non possunt, quia nec ipsa uitæ quæ his plectitur, porrigitur in ęternum. Sed inquiunt: Quo modo ergo uerū est quod ait Christus, In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis, si temporale peccatum supplicio punitur æternū? nec attendunt non propter æ-

quale tẽporis spatiũ, sed pp vicissitudinẽ mali.i.vt qui mala fecerit, mala patiat, eã dẽ dictã mẽsurã fuisse. Factus est ãt homo malo dignus æterno, q hoc in se peremit bonũ quod esse posset in æternũ. Gre.20. Mor. At inquiunt; Nullus iustus crudelitatibus pascitur, & delinquẽs seruus à iusto dño idcirco cędi pręcipitur, vt à nequitia corrigatur. Iniqui ãt gehẽnæ ignibus traditi, quo fine semper ardebunt? Quibus respondemus, q omnipotens Deus, q a pius est, miserorũ cruciatu nõ pascitur; q a aũt iust⁹ est, ab iniquorũ vltione nõ sedat, & tñ ad aliquid iniqui semp cõcremãtur, vt scilicet iusti tãto in æternũ magis diuinæ gratię debitores se esse cognoscãt, quãto in æternũ mala puniri cõspiciunt, q̃ eius adiutorio vitare potuerũt. Au.21.lib.de ci. Dei: Sed nullũ est, inquiunt, corpus qđ dolere possit, mori nõ possit. Nec esse est autẽ vt viuat dolens, nõ est necesse vt occidat dolor, q a nec corpora ista mortalia omnis dolor occidit. Et vt dolor aliquis possit occidere illa causa est, quoniam sic connexa est anima huic corpori, vt summis doloribus cedat atque discedat. Tũc autem tali corpori anima, & eo connectit modo, vt illud vinculũ nullo dolore vincatur. non ergo tũc nulla, sed sempiterna mors erit; quando nec viuere anima poterit Deum non habendo, nec dolorib. corporis carere moriendo. Inter huiusmodi autem æternitatẽ supplicij, negantes, misericordior fuit Origenes, q & ipsum diabolum, & angelos eius post grauiora pro meritis, & diuturna supplicia ex illis cruciatibus eruendos, & sociãdos sanctis Angelis credidit. Sed illum & propter hoc, & propter alia nonnulla, non immerito reprobauit Ecclesia, quia & hoc q misericors uidebantur amisit faciẽdo ueras misericordias, quibus pęnas luerent, & falsas beatitudines, in quibus securum, & sempiternum boni gaudium non haberent. Lõgè autem aliter aliorum misericordia ab humano erat affectu, qui hominũ illo iudicio dãnatorum misericordias temporales; hominum verò qui vel citius vel tardius liberantur æternã felicitatem putãt. Cur autẽ hoc misericordia ad vniuersam naturam manat humanam, & cũ ad angelicã ventũ fuerit, mox arescit? Gre.32. Mora. At inquiunt: Vbi est q sancti sunt, si p inimicis suis, quos tunc ardere viderint, non orabunt; Orant quidem pro inimicis suis eo tempore quo possunt ad fructuosam pęnitentiam eorum corda conuertere, quomodo autem tunc orabitur pro illis qui iam nullatenus possunt ab iniquitate commutari? Aug.21.de ciui. Dei; Item sunt alij ab æterno supplicio liberationẽ non omnibus hominibus promittẽtes, sed tantummodo Christi baptismum ablutis, qui participes sunt corporis eius quomodolibet dixerint, propter illud quod ait Domin⁹. Si quis manducauerit ex hoc pane, non morietur in æternum. Itẽ sunt qui non omnibus habentibus Christi sacramẽtum, sed solum catholicis, quamuis ma' è viuentibus hoc pollicẽtur, qui non solum sacramento, sed re ipso manducauerunt corpus Christi; in corpore eius quod est ecclesia constituti, etiam si postea in aliquã hæresim vel Gẽtilium idolatriam fuerint lapsi. Sunt autem qui propter id quod scriptum est. Qui perseuerauit vsque in finẽ hic saluus erit; non nisi in catholica ecclesia perseuerantibus hoc promittũt, quòd merito fundamenti, id est fidei per ignem saluentur, quo igne in ultimo iudicio, punientur mali. Sed omnibus his cõtradicit Apostolus, dicens. Manifesta sunt opera carnis quæ sunt immunditia, fornicatio, & his similia, quæ prædico uobis; quoniã qui talia agunt, regnum Dei non pssidebunt. Si quis autem temporalia in corde suo præponit Christo, & si uideatur habere fidẽ Christi, non est tñ in eo fundamentum Christus, cui alia præponuntur, quanto magis si committat illicita, non præposuisse sed postposuisse Christum conuincitur? Comperi etiam quosdam putare eos solum arsuros illius æternitate supplicij, qui pro peccatis dignas eleemosynas facere negligũt; ideo iudicem ipsum noluisse existimant commemorare aliud se esse dicturum, nisi eleemosynas, siue factas, siue non factas. Sed qui digne pro peccatis suis eleemosynas facit, prius eas facere incipit a seipso, indignum est enim vt ipse sibi non faciat, qui facit in proximum, cùm audiat dicentem Deum. Diliges proximum

Error Origen.

proximum tuũ sicut teipsum. Itemq; audiat. Miscere animę tuę placẽs Deo. Hãc eleemosynã, id est vt Deo placeat, nõ faciens animæ suę quomodo dignas pro peccatis suis facere eleemosynas dicẽdus est? Propter hoc ergo eleemosynę faciendæ sunt: ut cum de præteritis peccatis deprecamur, exaudiamur, nõ vt in eis pseuerantes licẽtiam malefaciendi nos per eleemosynas comparare credamus. Ideo autẽ dominus à dextris eleemosynas ab eis factas in sinistris non factas se imputaturum esse prædixit, vt hinc ostenderet quantũ valẽt eleemosynę ad priora delenda, nõ ad ppetua impunè committenda peccata Ori. Vel non vnius tantũ iustitię species remuneratur, sicut existimãt multi. In qualibus cunq; enim causis mãdatum Christi quis fecerit? Christũ cibat, & potat, qui fideliũ iustitiam, & ueritatem mãducat & bibit. Item Christo algenti teximus vestimentũ accipientes sapiẽtiæ texturam: adeo vt p doctrinã aliquos doceamus, & induamus eos viscere misericordiæ. Quando & ppa ramus cor nostrũ diuersis uirtutibus ad receptaculum eius vel illorũ qui sunt ipsius, ipsum peregrinantẽ suscipimus in domũ pectoris nostri. Item cùm fratrẽ infirmũ, siue in fide, siue in bono opere uisitauerimus, aut per doctrinam, aut per increpationẽ, aut per cõsolationẽ, q ipsum Christum uisitamus. Deide omne quod hic est, carcer est Christi, & eorum qui sunt eius qui sunt in hoc mũdo degentes, quasi etiã in carcere naturæ necessitate constricti. Cũ ergo bonum opus in eis fecerimus, visitamus eos in carcere, & Christum in eis.

Christi cib. spiritalis.

CAPVT XXVI.

ET factum est cũ cõsumasses Iesus sermones hos oẽs, dixit discipulis suis; Scitis qa post biduũ pascha fiet, et filius hoĩs tradetur ut crucifigatur.

Hilar. Post sermonem quo venturũ se dñs in reditu claritatis ostẽderat, nunc passurũ esse se admonẽt, ut sacramẽtũ crucis admixtũ esse gloriæ ęterni tatis agnoscerẽt. vnde dr. Et factũ est cùm consummasset. Iesus sermo. hos oẽs. Rab. De consummatione seculi, & de die iudicij. Vel quia ab initio euangelij vsq; ad passionẽ oĩa faciẽdo, & pdicãdo cõpleuerat. Orig. Nõ simpliciter ãt dixit oẽs, sed hos omnes: adhuc enim oportebat eum ẽe alios loqui sermones priusqam traderet. dixit discipulis suis: Scitis quia post biduũ pa. fiet. Rab. Sicut etiam ex Ioannis narratione colligit; ante ex dies paschæ venit Iesus in Bethaniam, inde uenit Hierusalem sedens super asellum; postea gerũtur ea quæ narrantur Hierosolymis gesta. Ex illo ergo die quo uenit in Bethaniam, intelligimus cõsummatum qu atriduum, ut occurret dies ante biduũ paschæ. Hoc autẽ inter pascha, & azyma distat, q pascha ipse solus dies appellatur in quo agnus occidebatur ad uesperam, hoc est 14. luna primi mensis. 15. autem luna quando egressus est populus de Aegypto, succedebat festiuitas azymorum: uerum Euangelistę unum pro altero ponere solent. Hie. Pascha autem quod Hebraicè dicit phase, non à passione, ut plerių; arbitrantur, sed à transitu nominatur, eo q exterminator videns sanguinẽ in forib. Israeliticarũ pertrãsierit, nec percusseret eos, uel ipse dominus prębens auxilium populo suo desuper ambulauerit. Re Siue quia auxiliante domino populus Israeliticus liberatus ab Aegyptiaca seruitute, transiuit ad libertatem. Ori. Nõ autem dixit Post biduum pascha erit, aut veniẽt: ne ostẽderet illud pascha futurum, quod fieri solebat secundum legem: sed pascha fiet, hoc est quale nunquam factum fuerat. Remi. Mysticè enim pascha dicitur, siue quia ea die Christus, transiuit de mundo ad patrem, de corruptione ad incorruptionem, de morte ad uitam. Siue quia salubri trãsitu à dæmoniaca seruitute mũdum redemit. Hier. Post duos etiam dies clarissimi luminis ueteris, & noui testamenti, verũ pro mundo celebratur pascha, transitus ẽt noster, id est pasche, ita celebratur, si terrena dimittentes ad cœlestia festinemus. Orige. Prædicit autem discipulis se tradendum, cùm subdit. Et fi. ho. trade. ut crucifi. Præmuniens eos, ne priusquam audiant, quæ fuerant futura, subito uidẽtes tradi magistrum ad crucem obstupescant;

Differẽtia inter pascha & azima.

sciãt; ideo ãt impersonaliter posuit Tradetur, quia Deus tradidit eũ pp misericordiá circa genus humanum, Iudas propter auaritiá, sacerdotes propter inuidiá, diabolus pp timorem, ne euelleret de manu eius genus humanũ per doctrinã ipsius; nõ aduertẽs quoniá magis fuerat eripiendum genus humanũ per morté ipsius, quã ereptum fuerat per doctrinã & miracula.

Tunc congregati sunt principes sacerdotũ, et seniores populi in atriũ principis sacerdotũ q dicebatur Cayphas, & consiliũ fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autẽ Nõ in die festo, ne fortè tumultus fieret i populo.

Glo. Ostendit Euangelista apparatum, & machinationé dominicæ passionis quá Christus prænũciauerat. unde dicit. Tũc congre. sunt prin. sacer. Rem. Quod auté dicit; Tũc, superiorib⁹ verbis cõiũgitur, id est antequã pascha celebraretur. Orig. Non autem ueri sacerdotes, & seniores, sed illius qui uidebatur populus Dei: uerã aũt erat populus Gomorræ, non intelligẽtes summũ sacerdoté Dei, insidiati sũt ei; & non cognoscẽtes primogenitũ uniuersę creaturæ etiam seniorem omnibus, cõsiliati sunt contra eũ. Chry. in ho. Iniqua uerò negotia tentantes ad principem sacerdotum ueniunt, inde uolentes potestatem accipere, vnde prohibere oportebat. Multi autem erant tunc principes sacerdotum, lex verò vnũ esse volebat, unde manifestũ est, ꝙ Iudaica dissolutio accipiebat principiũm: Moyses enim vnũ principem sacerdotum esse iussit, & eo mortuo alterũ fieri, postea verò annui facti sunt. Eos igitur ait hic principes sacerdotũ, qui de principibus sacerdotũ erant. Rem. Cõdemnantur autem illi, & quia cõgregati sunt, & quia principes sacerdotũ fuerũt. Quo enim plures ad peragẽdum aliquod malum cõueniũt, & quo sublimiores, & nobiliores fuerint: eo deterius habeẽ malum qđ committitur, & eo maior pœna illis præparatur. Ad ostendendam autem domini simplicitaté, & innocentiam addit. Euangelista: Vt Ie. do. tene. & occi. In quo. n. nullam mortis causam inuenire poterãt; cõsiliũ fecerũt ut dolo tenerent, & occiderent. Chry. in ho. Cõsiliati sunt ergo vt tenerẽt eum occultè, & interimerent; formidabant autem populũ, ideoq; expectabant festiuitaté preterire, propter quod sequitur: Di. au. non in die festo. Diabolus enim nolebat in pascha Christũ pati, vt non manifestam eius cõstitueret passionem. Principes autem sacerdotum non ea q̃ Dei sunt timuerunt, ne scilicet peccato in hoc tempore peracto, maior eis inquinatio fieret, sed ubique quę humana sunt cogitabant. unde sequitur: Ne for. tumul. fieret in populo. Ori. Propter diuersa studia populi diligẽtis Christũ, & odiẽtis, credẽtis, & nõ credẽtis. Leo. pa. in ser. de pas. Prouidẽtibus ergo principibus, ne in sancto die tumultus orieẽ; nõ festiuitati, sed facinori stupebãt; seditiones enim turbarum fieri in præcipua solẽnitate metuebant, non ut populus nõ peccaret, sed ne Christus euaderet. Chry. in ho. Sed tamen furore feruẽtes immutati sunt a suo cõsilio: quia. n. traditoré inuenerũt, quia in ipsa festiuitate Christũ occiderunt. Leo pa. in ser. de pas. Diuino aũt intelligimus dispositũ fuisse cõsilio, ut Iudæorum principes qui sęuiẽdi in Christum occasiones sępe quæsierant; non nisi in solẽnitate paschali exercendi furoris sui acciperẽt potestaté. Oportebat enim ut manifesto implerentur effectu, quæ diu figurata fuerãt promissa mysterio, ut ouẽ significatiuam uera remoueret ouis, et uno expleretur sacrificio uariarũ differẽtia uictimarum. Vt ergo umbrę crederẽt corpori, & cessarent imagines sub pñentia ueritatis, hostia in hostiã trãsijt sanguine sanguis aufertur, et legalis festiuitas, dum mutatur, impletur.

Ouis significatiua agni paschalis

Cum aũt esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti prætiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes aũt discipuli eius, indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc? Potuit enim istud uenundari multo, et dari pauperibus. Sciens aũt Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Opus. n. bonũ operata est in me. Nam semper pauperes habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Mittẽs enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendũ me fecit. Amen dico vobis, vbicunq; prædicatũ fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quòd hoc fecit in memoriã eius.

Gloss. Ostenso consilio principum de

Christi occisione, vult exequi Euãgelista cõpletioné eius, ostendés qualiter Iudas habuit cõuentioné cũ Iudæis, vt Christũ traderet, sed prius causam proditionis ꝓmittit. Doluit.n.quia nõ erat uenundatũ unguentum qđ mulier sup caput Christi effudit, vt de precio aliquid tolleret: unũ uoluit hoc dãnũ ꝓditione magistri recõpensate. Dicit ergo: Cũ ãt esset Iesus in Bethania in domo Simonis &c. Hie. Non ꝙ leprosus illo tẽpore pmaneret, sed quia antea leprosus, postea à Saluatore mũdatus est; nomine pristino pmanente, ut uirtus curãtis appareat. Sequitur: Accessit ad eũ mulier ha. alaba unguenti pretiosi. Ra. Est ãt alabastrũ genus marmoris cãdidi, variis colorib⁹ intincti, quod ad uasam unguẽtaria cauere solent, eo ꝙ optimè seruare ea incorrupta dicatur. Hic. Alius autẽ Euangelista pro alabastro unguẽti pretiosi, nardum pisticũ posuit, hoc est uerũ, & absq; dolo. Rab. Pistis.n. Græcè, Latinè dicitur fides, unde pisticũ, id est fideles. Erat.n. illud unguentum fidele, idest purum & nõ adulteratum. Sequitur: Et ef. super caput ipsius recumbentis. Orige. Forsitan quis diceret quatuor fuisse mulieres, de quib. cõscripserunt euãgelistę. Ego autẽ magis consentio tres fuisse, & unã quidẽ de qua scripserunt Matthæus, & Marcus alteram de qua scripsit Lucas, aliã de qua scripsit Ioannes. Hie. Nemo.n. putet eandem esse quę super caput unguentum, & quę sup pedes effudit Illa.n. lachrymis lauit, & crine tersit, & manifestè meretrix appelatur. De hac autem nihil tale scriptum est: nec n. poterat statim capite domini meretrix digna fieri. Amb. super Lucam. Potest ergo non eadem esse ne sibi contraria dixisse Euangelistæ uideantur. Potest etiã quæstio meriti, & tẽporis diuersitate dissolui; ut adhuc illa peccatrix sit, iam ista perfectior. Chry. in ho. Et secundum hoc apud tres euangelistas. s. Matthæum, Marcum, & Lucam, una & eadem esse uidet. Nõ autem absque ratione lepræ Simonis meminit euangelista, sed ut ostendat, unde fiduciam sumẽs hæc mulier accesit ad Christum: quia enim lepra immunda passio esse uidebatur, uidẽs quòd Iesus illum hominem curauerat apud quẽ manebat, cõfidit ꝙ & animæ eius immũditiã facile expurgaret, & alijs mulierib. procuratione corporis ad Christũ accedẽtib sola ipsa honoris gratia ad Christũ accessit, & ꝓ animę curationẽ, cũ nihil in corpore mãximũ haberet. Quapropter maximè aliquis eãdẽ admirari debet. Apud Ioãnẽ ãt nõ est eadẽ mulier, sed altera quædam mirabilis Lazari soror. Orig. Quoniam Mathæus quidẽ, & Marcus in domo Simonis leprosi hoc factum fuisse exponunt: Ioannes autem ꝙ uenit Iesus ubi erat Lazarus & nõ Simon, sed Maria, & Martha ministrabãt. Adhuc secundum Ioannem ante sex dies paschæ uenit in Bethaniam, quando fecerunt ei cœnam Maria & Martha: hic autẽ quando recumbit in domo Simonis, post biduũ pascha erat futurum. Et apud Matthæus, & Marcum discipuli indignantur ex bono proposito, apud Ioannem autem solus Iudas furandi affectu, apud Lucam autem murmurat nemo. Greg. in ho. Vel dicendum ꝙ hãc eandem quã Lucas peccatricem mulierem, Ioannes Mariam nominat. Aug. de con euan. Lucas autẽ quanuis simile factum commemoret ei quod hic dicitur, nomenq; conueniat eius apud quem conuiuabatur dominus (nam & ipsum Simonem dicit) tamen quia non est contra naturam uel morem hoĩum unũ nomen habere duos homines. Potius credibile est fuisse alium illum Simonem nõ leprosum, in cuius domo hæc in Bethania gerebãtur. Nihil igitur aliud arbitror nisi ꝙ nõ quidem aliam fuisse mulierem, quę peccatrix tunc accessit ad pedes Iesu, sed eandem Mariam bis hoc fecisse, semel scilicet, quod Lucas narrauit. Nam hæc Ioãnes Mariam commendans commemorauit, antequã ueniret in Bethaniã. Erat (inquit) lãguens Lazarus in Bethania de castello Marię, & Marthę sororis eius. Maria autem erat quæ unxit dominũ unguẽto, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur, iam itaq; hoc Maria fecerat. Quod autem in Bethania rursus fecit aliud est, qđ ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur à tribus, Ioanne scilicet, Matthęo, & Marco, quòd autem Matthæus & Marcus caput domini unguento illo perfusum dicunt,

Hæc est communis opinio ecclesiæ.

tunt, Ioãnes át pedes, ostéditur nõ esse cõtrariũ, si accipiamus nõ solũ caput, sed & pedes dñi pefudisse mulieré, nisi forte qm̃ Marcus fracto alabastro pfusum caput cõmemorat, tã quisq; calumniosus est vt aliquid in uase fracto neget remanere potuisse, vnde etiã pedes dñi perfunderet. Ille autem qui sic calumniatur, prius accipiat pfusos pedes antequam illud fractum esset vt in integro remaneret, vnde etiã caput perfunderetur ubi fractura illa totum effuderat. Aug. de doc. chri. Neq; vllo modo quisquam fieri crediderit domini pedes ita vnguento præcioso à muliere perfusos, vt luxuriosorum & nequã hominũ solent. In omnibus enim talibus non vsus rerum, sed libido vtẽtis in culpa est. Quisquis enim rebus sic vtitur, vt metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat: aut aliqud signat, aut flagitiosus est. Itaque quod in alijs personi plerunque flagitiũ est, in diuina vel prophetica persona magnum cuiusdam rei signũ est. Odor. n. bonos, fama bona est, quã quisquis bonæ vitæ operibus habuerit: dũ vestigia Christi sequitur, quasi pedes eius pciosissimo odore perfundit. Au. de quæst. euan. Sed hoc videri potest esse contrariũ qp Mattheus & Marcus, postea quam dixerũt pascha post biduum futurum, deinde commemorauerũt qp erat Iesus in Bethania, vbi de vnguẽto illo pretioso dicitur: Ioãnes autem ante sex dies paschæ de vnguento eadem narraturus. Sed qui ita mouentur nõ intelligunt Matthæum & Marcum, illud quod in Bethania de vnguẽto factum erat recapitulando posuisse. Non enim quisquam eorum cũ dixisset post biduum pascha futurum, sic adiũxit vt diceret, Post hæc cum esset Bethaniæ. Chr. in ho. Sed quia discipuli audierant magistrũ dicentem. Misericordiam volo & non sacrificium, apud se cogitabant: Si holocausta non acceptat, multo minus olei huiusmodi vsum, vnde sequitur Videntes aũt discipuli, indignati sunt, dicẽtes: Vt quid pditio hæc? potuit em̃ illud venũdari multo, & dari pauperibus. Hier. Scio quosdã hunc locum calumniari, quare Ioãnes Iudam solum dixerit contristatum eo qp loculos tenuerit, & fur ab initio fuerit, & Mat. scribat oẽs discipulos indignatos: nescientes tropũ, qui vocat synecdoche, qp pro multis vnus, & p vno multi soleant appellari. Nã & Paulus in epistola ad Hebræos dicit: Secti sunt, cũ vnũ tantũmodo, scilicet Esaiã sectũ autumẽt Aug. de con. euã. Potest ẽt intelligi, qp & alij discipuli aut senserunt hoc, aut dixerũt, aut eis Iuda dicẽte psuasum sit, atq; oium volũtatẽ Mat. & Marcus etiam verbis expresserint. Sed Iudas ppterea dixerat, quia fur erat: cęteri vero propter pauperem curã. Ioannes autem de solo illo id cõmemorare uoluit, cuius ex hac occasione furandi cõsuetudinem credidit intimandam. Chry. in ho. discipuli ergo ita existimabãt, sed dominus mẽtem mulieris uidens permittit: multa enim erat eius religio & ineffabile studium, idcirco cõdescendẽs, cõcessit super caput suum vnguentum effundi: Sicut enim pater eius odorem victimæ & fumũ patiebatur, ita & Christus mulierẽ deuotè vngentem, cuius discipuli mẽtẽ nesciebant, quærelam facientes. vnde sequitur: Sciẽs autem Iesus, ait illis Quid molestis huic mul. Rem. Per quod aperte ostendit qp Apostoli aliquid molestè locuti fuerãt aduersus eam: pulchrè autẽ subdit. Opus bo. ope. est. in me. Ac si di. Nõ est perditio vnguenti sicut uos dicitis, sed opus bonũ, id est pietatis & deuotionis obsequium. Chry. in ho. Ideo autem non simpliciter hic dixit, Bonum opus operata est in me; sed prius posuit. Quid molesti estis huic mulieri? erudiẽs nos quodcunque geritur bonum à quocunque, etsi non valde diligenter factum fuerit, suscipere & augere & fouere, & non ex principio omnem diligentiam expetere. Quisquis enim cũ interrogasset antequam fecisset hoc mulier nõ mãdasset hoc fieri: sed post effusum vnguẽtũ non habebat locũ discipulorum increpatio, & ideo ipse vt nõ obtũderet desideriũ mulieris, omnia hæc in cõsolatione mulieris dixit. Sequitur. Nam pau. semper. ha. uo. Rem. Ostendit enim dominus his verbis quasi ex quadam ratione, quoniam non erãt illi culpãdi, qui sibi adhuc in mortali corpore cõuersanti, aliquid de suis facultatibus ministrarent, cum pauperes semper habendi essent in ecclesia, quibus

bus fideles, cũ uellent, benefacere possent; ipse uero breui tempores corporaliter mã surus erat cum eis vnde sequitur: Me autẽ non semper habebitis. Hier. Oritur ãt hic questio, quare dominus post resurrectionẽ dixerit ad discipulos: Ecce ego vobiscum sum usq; ad consummationẽ mũdi, & nunc loquitur, Me ãt non semper habebitis? Sed mihi videtur in hoc loco de præsentia dicere corporali, ꝙ nequaquã cum eis ita futurus sit post resurrectionẽ, qũo nunc in omni conuictu & familiaritate.

Remi. Vel so'uit ita ut intelligatur ꝙ soli Iudæ dictũ sit, sed ideo non dixit habebis, sed habebitis, qa in persona Iudæ omnibus imitatoribus illius dictum est. Ideo ãt dicit: Non semper, cum nec ad tps habeant, quia mali uidentur habere Christũ in præsenti seculo, quando miscent se mẽbris Christi, & accedunt ad mensam eius, sed nõ semper sic habebunt quando solis electis dicturus est. Venite benedicti patris mei. Sequitur: Mit. n. hæc vnguentum &c. Consuetudo erat illius populi ut corpora mortuorum diuersis aromatib. condirentur, quatenus diutius illæsa conseruarentur. Et quia futurũ erat mulier corpus domini mortuum vellet perungere, & tamẽ non posset, quia resurrectione anticiparetur: ideirco diuina prouidentia actũ est, ut uiuũ domini corpus perungeret, hoc est ergo quod dicit, Mit. hęc &c. idest, cum hæc mulier corpus meum viuũ perungit, me moriturum & sepeliendum ostendit. Chr in ho. Quia ergo sepulchrũ & mortem commemorauerat, ut non videatur in tristitiam mittere mulierẽ: rursus eam consolatur per ea, quæ consequũtur: Amen dico vobis, ubicunq; prędicatũ fuerit &c. Rab. Id est, in quocũque loco dilatabitur ecclesia, per totum mundum dicetur, & ꝙ hoc fecit &c. illud & appositum notat, ꝙ sicut Iudas cõtradicens adeptus est perfidiæ infamiam, sic & ista piæ deuotionis gloriam. Hie. Attende notitiam futurorum ꝙ passurus post biduum & moriturus, sciat Euangelium suum in toto orbe celebrandum. Chry. in ho. Ecce autem quod dixit factum est, & ubicunq; terrarum abieris, uidebis hanc mulierem famosam effectam, qđ uirtus prædicẽtis effecit. Et regum quidem multorum & ducũ uictoriæ silentur, & multi qui ciuitates construxerunt, & gentes multas seruituti subegerunt, neq; ex auditu, neq; ex nomine sunt cogniti. qm̃ autem hæc mulier oleũ effudit in domo leprosi cuiusdam 12 viris pręsentibus, hoc oẽs concinunt per orbem terrarum, & tps tantum pertransijt, & memoria eius quod factum est non est tabefacta. Sed quare nihil speciale promisit mulieri, sed sempiternã memoriã? quia ex his quæ dixit intelligi potuit. Si enim opus bonum fecit, manifestũ est, quòd & mercedem dignam suscipiet. Hierony. Mistice autem passurus pro omni mundo moratur in Bethania, in domo obedientię, quæ quondam fuit Simonis leprosi. Tropologia pulchra Simon quoque ipse obediens dicitur, qui iuxta aliam intelligentiam mundus interpretari potest, in cuius domo curata est ecclesia. Origenes. Oleum autem ubique in scripturis, aut opus misericordiæ intelligitur, quo lucerna verbi enutrita clarescit, aut doctrina, cuius auditu verbum fidei, quod est accensum, nutritur. Generaliter ergo omne quo qs ungitur, oleum appellatur. Olei autem aliud est vnguentum, item unguenti aliud est præciosum, sic omnis actus iustus, opus bonũ dicitur: Operis autem boni aliud est quod facimus propter homines, vel secundum homines, aliud quod propter Deum & secundum Deum. Item hoc ipsum quod facimus propter Deum, aliud proficit ad usum hominum, aliud tantum ad gloriã Dei, ut puta aliquis benefacit homini naturali iustitia motus, non propter Deum, quomodo faciebant interdum & Gẽtes, opus illud oleum est uulgare, non magni odoris, & ipsum tamen acceptabile apud Deum, quoniam ut dicit Petrus apud Clementem. Opera bona quæ fiunt ab infidelibus, in hoc seculo eis prosunt, non in alio ad consequendum, vitam æternam. Qui autem propter Deum faciunt, magis illis in illo sæculo proficit, hoc est unguentum boni odoris. Sed aliud fit ad utilitatem hominum, vtputa eleemosynæ & cętera huiusmodi. Hoc qui facit in Christianos, pedes domini ungit, quia ipsi sunt domini pedes

des, quod præcipuè solent facere pœnitentes pro remissione peccatorũ suorum. Qui ãt castitati studet, in ieiunijs & orationibus permanet, & cæteris quæ tãtũ ad gloriam Dei proficiũt, hoc est vnguentũ qđ vngit dñi caput, & hoc est vnguentũ præciosum, ex cuius odore tota replet̃ ecclesia, & hoc est opus proprium non pœnitẽtium sed perfectorum, aut doctrina quæ necessaria est hominibus, hoc est vnguentum quo pedes dñi unguntur. Agnitio aũt fidei quæ ad solum pertinet Deum est vnguentum, quo ungitur caput Christi; quo consepelimur Christo per baptismum in mortem. Hil. Mulier ãt hæc in prefiguratione plebis gentium est, quæ in passione Christi gloriã Deo reddit. Caput.n.eius perunxit, caput ãt Christi Deus est. Nam vnguentum boni operis est fructus, sed discipuli fauore saluandi Israelis, vendi hoc in vsum pauperũ dicunt debuisse. pauperes ãt Iudæos fide indigẽtes, instinctu prophetico nuncupant; quibus dñs ait plurimũ esse tẽporis, quo habere curam pauperum possent. Cæterum nõ nisi ex præcepto suo salutem gẽtib. posse præstari, quæ secum infuso mulieris huius vnguẽto sunt consepultæ. quia regeneratio nõ nisi cum mortuis in baptismi professione reddet̃, & icc irco, ubi prędicabit̃ hoc Euangeliũ, narrabitur opus eius, quia cessante Israel, Euãgelij gloria fide gentium prædicatur.

Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Scarioth, ad principes sacerdotũ, & ait illis. Quid vobis mihi dare, & ego vobis eũ tradã? At illi cõstituerunt ei triginta argẽteos. Et exinde quærebat opportunitatẽ vt eũ traderet.

Glo. Posita occasione proditionis, consequenter de proditione Iudæ agit Euangelista. vnde di. Tunc abijt vnus de duo. &c. Chry in ho. Tunc.i. qñ hoc audiuit, quoniã prędicabitur hoc Euangeliũ vbique, timuit enim: nam uirtutis ineffabilis erat quod dictum est. Aug. de cõcor. euã. Ita.n. sermo dirigitur dicẽte domino. Scitis quia post biduum pascha fi tũc cõgre. sunt principes sacerdo. Tũc abijt unus de &c. Inter illud enim quod dictum est, Ne tumultus fieret in populo, & hoc quod dicitur, Tunc abijt vnus de 12. interpositũ est illud de Bethania, quod recapitulãdo dictum est. Orige. Abijt autem aduersus vnum principẽ sacerdotum, qui factus est sacerdos in æternum ad multos principes sacerdotum, vt venderet precio uolẽtem redimere totum mundum. Rab. Abijt autem dicit, quia non coactus, nõ inuitatus, sed sponte sceleratum inijt cõsiliũ. Chry. in ho. Addit ãt, vnus de 12. ac si diceret, de primo choro eorum qui sublimiter electi sunt, & ad designationẽ eius adiungit; Qui dr̃ Iudas. Rem. Scariotes. Erat.n. alius Iudas. Remi. Schariota nanq; fuit uilla vnde ortus est iste. Leo pa. in ser. de passio. Qui nõ timoris perturbatione Christũ deseruit, sed pecuniæ cupiditate distraxit, amore.n. pecuniæ uilis est oĩs affectio; & anima lucri cupida, ẽt pro exiguo perire nõ metuit: nullũq; est iustitiæ in illo corde vestigium, in quo sibi auaritia facit habitaculũ. Hic pfidus Iudas inebriatus veneno, dum sitit lucrum tam stultè impius fuit, ut & dñm venderet & magistrũ. vnde dixit principib. sacerdotum: Quid uultis mihi dare, & ego vobis eũ tra. Hiero. Infœlix Iudas damnũ qđ ex effusione vnguenti se fecisse credebat, vult magistri precio cõpensare, nec certam tamen postulat summã, ut saltẽ lucrosa uideret̃ proditio, sed quasi uile tradens mancipiũ, in potestate ementium posuit quantum uellent dare. Orig. Hoc ãt faciunt oẽs qui accipiunt aliquid corporalium aut mundialium rerũ, ut tradant & eijciãt ab anima sua Saluatorẽ & uerbũ veritatis, qđ erat in eis. Sequitur: At illi const. ei 30. argen. Tantam mercedem constituentes, quãtos annos Saluator conuersatus fuerat in hoc mundo. Hie. Ioseph aũt, non ut multi putant, iuxta 70. interpretes 30. aureis venditus est, sed iuxta hebraicam veritatẽ 30. argenteis, neque.n. poterat seruus præciocior esse quàm domin⁹. Aug. de con. euã. Quòd ãt dominus 30 argenteis uenditus est, significauit per Iudã Iudæos iniquos, qui persequentes carnalia & temporalia, quæ ad quinq; pertinent sensus corporis Christum habere noluerunt, quia sexta mundi ętate fecerunt sexies quinque eos quali preciũ uẽditi domini accepisse signatum est, & quia eloquium domini argentum est, illi autem ipsam legem etiã carnaliter

Contra auaritiã

Due pulchræ allegoricę

nalitet

naliter intellexerunt, tanq̃ in argẽto impresserãt secularis principatus imaginem, quam amisso dño tenuerunt. Sequitur; Et exin.quæ.op. vt eũ traderet. Orig. Qualẽ aũt opportunitatẽ q̃rebat Iudas, Lucas manifestius explanat dicẽs. Et q̃rebat opportunitatẽ, vt traderet eũ sine turba.i.qñ populus nõ erat circa eũ, sed secretus erat cũ discipulis, qđ & fecit tradens eum post cœnã, cum secretus esset in p̃dio Gethsemani. & inde vsq; nunc opportunitas ista vr̃ his qui uolũt ꝓdere Dei verbum in tẽpore psecutionis, qñ multitudo credentium non est circa verbum veritatis.

Prima aũt die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes; Vbi vis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit; Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei; Magister dicit, Tempus meum propè est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha.

Glo. Prosecutus fuerat euangelista de his quæ erant præambula ad Christi passionem.s.de prænunciatione passionis, de consilio principum, & de tractatu proditionis. nunc aũt tẽpus & seriem passionis incipit prosequi, dicens. Prima autem die azy. Hier. Prima dies azymorum 14. dies mensis primi est, qñ agnus immolatur & luna plenissima est, & fermẽtũ abiicitur. Rem. Et notãdum ꝙ apud Iudæos primo die pascha celebratur, reliqui verò 7. sequentes dies azymorum vocabantur, sed nunc dies azymorum dr̃ pro die paschæ. Chry.in ho. Vel hanc primam diem azymorũ dicit, quia 7. dies azymorum erãt, assueuerunt.n. Iudæi à vespera semper numerare diem. vnde huius die facit mentionem, secundũ quam in vespera pascha erat immolandum, quod 5. feria fuit. Remig. Sed forte dicet aliquis. Si ille typicus agnus figuram huius ueri agni gestabat; quare nõ ea nocte passus est Christus, qñ solebat agnus immolari. Sed sciendũ qa eadẽ nocte mysteria sanguinis & corporis sui discipulis celebrãda tradidit, & sic tẽtus & ligatus à Iudæis & suæ immolationis, id est, passionis sacrauit exordiũ. Sequitur: Acces. ad Ies. dis. di. Vbi uis paremus tibi come. pascha? Inter eos autẽ discipulos qui accesserunt ad Iesum interrogantes, & Iudam fuisse æstimo ꝓditorem. Chry. in ho. Ex hoc autem manifestum est, quoniam non erat ei domus neque tugurium. Ego autẽ æstimo neq; discipulos habuisse. profectò.n. eum illuc rogassent venire. sequitur: At Ie. di. Ite in ciui. ad quẽdam. &c. Aug. de con. Euan. Eũ .s. quem Marcus & Lucas dicunt patremfamilias vel dominũ domus. Quod ergo interposuit Matthæus, Ad quendam, tanquam ex persona sua studio breuitatis illud compendio voluit insinuare; nam neminẽ sic loqui ut dicat, Ite ad quendam, quis nesciat? Ac per hoc cum Matthæus verba domini posuisset dicentis: Ite in ciuitatem, interposuit ipse. Ad quendã, nõ quia ipse dũs hoc dixerit, sed vt ipse nobis insinuaret tãto nomine fuisse quendã in ciuitate ad quem dñi discipuli mittebãtur: vt præpararent pascha. Manifestũ est .n. discipulos à domino nõ ad quemlibet, sed ad quendam hoiem, id est, ad certum aliquem, missos esse. Chry. in ho. Vel dicẽdum ꝙ per hoc ꝙ dicit. Ad quendã: ostendit, ꝙ ad ignotum hominem mittit, monstrans hinc quoniam poterat non pati. Qui.n. menti huius persuasit, vt eos susciperet, quid non vtique operatus esset in his qui eum crucifigebant, si tamẽ uoluisset non pati? ego autem neque hoc admiror solũ quoniam eum suscepit, ignotus existens, sed quoniam suscipiendo Christum multorum odium contempsit. Hila. Vel ideo hominem cum quo pascha celebraturus esset non nominat. non.n. Christiani nominis honor credentibus erat p̃stitus. Rab. Vel nomẽ prætermittit, vt omnibus verum pascha celebrare volentibus Christumq; hospitio suæ mẽtis suscipere danda facultas designetur. Hieronym. In hoc etiam morem veteris testamenti noua scriptura conseruat. Frequenter enim legimus, Dixit ille illi, & in loco illo. & illo, & tñ nomen personarum locorumq; non ponitur. Sequitur: Et dicite ei, Magister dicit tempus meum propè est. Chry. in ho. Hoc autem dixit discipulis passionem commemorãs, ut ex multiplici passionis enunciatione exercitati meditarentur, quod futurum erat, simul autem demonstrãs, ꝙ volens, ad passionem venit. Sequi-

Sequitur, Apud te facio pascha. In quo demonstrat quoniam usque ad ultimū diē non erat contrarius legi. Addidit autem, cum discipulis meis: ut sufficiens fieret ꝑparatio, & ut ille ad quē mittebat nō existimaret eū occultari uelle. Sequitur: Et fec. di. sicut const. il. Ie. & pa. pascha. Ori. Forsitan autem aliquis requiret ex eo, ꝙ Iesus celebrauit more Iudaico pascha, q̄a conuenit & nos imitatores Christi similiter facere, non considerans ꝙ Iesus factus est sub lege, non ut eos qui sub lege erāt, sub lege relinqueret, sed ut ex lege educeret. quanto ergo magis non conuenit illos introire in lege qui prius fuerant extra legē: sed spiritualiter celebrantes quæ in lege corporaliter celebranda mandantur, ut in azymis sinceritatis & ueritatis celebremus pascha secūdū uolūtatē agni, dicentis. Nisi manducaueritis carnē meā, & bibe. san. meum, non ha. ui. in uobis.

Vespere autem facto, discumbebat cū duodecim discipulis suis. Et edētibus illis, dixit. Amē dico uobis: quia unus uestrū me traditurus est. Et contristati ualde, cæperūt singuli dicere. Nū qd ego sum domine? At ipse respondēs, ait. Qui intingit mecū manū in paropside, hic me tradet. Filius quidē hominis uadit sicut scriptū est de illo. Væ autem homini illi, p quem filius hominis tradetur. Bonū erat ei si natus nō fuisset homo ille. respondens autē Iudas qui tradidit eū, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Ait illi. Tu dixisti.

Hie. Quia supra dn̄s de passione sua ꝓdixerat, nūc & de proditore prędicit, dās ei pœnitētię locū, ut cū intelligeret sciri cogitationes suas & occulta cordis consilia, pęniteret eum facti sui. vn̄ dr̄: Vespere aūt fa. dis. cū 12. di. suis. Remi. Cū 12. dicit quia Iudas adhuc erat in numero, qui iā recesserat merito. Hie. Oīa n. sic ait Iudas vt tollatur suspicio proditoris. Remig. Et notādū; quia pulchrè vespere facto discubuisse dicitur. quoniā ad vesperam agnus immolari solebat. Rab. Ideo etiā uespere discubuit cum discipulis, quia in passione Christi, quando verus sol ad occasum properauit, refectio æterna omnibus fidelibus pręparata fuit. Chry. in ho. Designat autem Euangelista quod comedentibus illis, disputat Iesus de traditione Iudæ, ut & à tempore & mensa ostendat malitiā proditoris, & ideo sequitur. Et edentibus illis, dixit, Amē dico uobis quia un⁹ &c. Leo. pa. in ser. de passio. In quo notā sibi esse proditoris sui conscientiā demōstrauit, non aspera ac aperta impium increpatione confundēs, sed leui; & tacita admonitione conueniens: vt facilius corrigeret pœnitendo, quē nulla deformasset abiectio. Orig. Vel dixit generaliter, ut testimonio percussi cordis singulorū qualitas probaretur, & ut Iudæ ostēderet malitiā, qui nec cognitori consiliorum suorū credebat, esto quia in primis putauit latere quasi hominem, qui postquam uidit conscientiam suā positā in uerbis ipsius: quorum primum infidelitatis erat. Secūdum imprudentia, & ut ēt discipulorū ostenderet bonitatem: quia plus credebant uerbis Christi q̄ conscientię suæ. vnde sequitur: Et con. ual. cœp. singul. di Nunquid ego sum domine? Vnusquisque. n. discipulorū sciebat ex his quæ docuerat Iesus, q̄m ad malū vertibilis est humana natura, & in colluctatione aduersus rectores huius mūdi tenebrarū, & pp hāc causam unusquisque eorū timens, interrogauit. unde & de oibus futuris timendū est nobis infirmis. Vidēs āt dn̄s de seipsis timentes discipulos, demonstrauit proditorē iudicio ꝓpheticæ vocis, dicētis: Qui māducat panē mecū, ampliauit aduersum me supplātationē. vn̄ sequitur. At ip. resp. ait. Qui intin. mecū, &c. Hie. O mira dn̄i patiētia, prius dixerat: Vnus uestrū me tradet, perseuerat ꝓditor in malo: manifestius arguit, & tn̄ nomē proprium non designat. Iudas. n. cæteris contristatis & retrahentibus manum, & interdicentibus cibos ori suo, temeritate & impudentia qua proditurus erat, etiam manum cum magistro mittit in paropsidem, ut audacia bonam conscientiā mentiretur. Chry. in ho. Mihi āt uidetur & hoc Christum fecisse, ꝙ s. Iudas cū eo in paropside intingeret, magis eum confundens & in amorem suum attrahens. Raba. Quod autem dicit hic Matthæus in paropside, Marcus dicit in catino. Paropsis enim est uas escarum quadrangulatum à partibus assibus, id est æquis lateribus dictum. Catinum uero uas fictile aptum ad immittendum liquorem

Infirmi de futuris timere debēs

rem

rem, & potuit fieri vt in mensa vas fictile quadrangulatum contineretur. Orig. Hęc est autē propria consuetudo hoīum nimis malorum, vt post salem & panē insidient hominib. maxime nihil inimicitię ab eis habentibus. Si āt & post spiritualē mēsam abundantius videbitis multitudinem malitiæ eius non recordatus, nec in corporalibus bonis, magistri dilectionem: nec in spiritualibus, doctrinā. Tales sunt oēs in ecclesia, qui insidiātur fratribus suis, cum quib. ad eandē mensam corporis Christi frequenter simul fuerunt. Hie. Iudas autē nec primo nec secundo correctus a proditione retrahit pedē, sed patiētia Dñi nutrit impudentiam suā, & ideo pœna prædicitur, vt quem pudor nō uicerat, corrigant denūciata supplicia unde sequitur, Filius quidem hominis &c. Remi. Humanitatis nanque est ire & redire, diuinitatis semper manere & esse, & quia humanitas pati potuit & mori iccirco pulchrè dr̄ filius hominis abire. Aperte ēt dicit, Sicut scriptum est de eo, qm̄ quæcūq; passus est, prius à prophetis prędicta sunt. Chry. in ho. Hoc āt dixit ad consolandū discipulos, ut non existimarent infirmitatis id esse ꝙ passurus erat, & ut ēt corrigeret proditorem, quāuis āt scriptum fuerit passurum esse Christum, nihilominus tū incusatur Iudas. Non.n traditio Iudæ salutē nostrā operata est, sed sapientia Christi, qui aliorum nequitijs ad id quod nobis expediebat utebatur. unde sequitur: Vę āt homini &c. Orig. Non āt dixit; væ homini illi a quo traditur, sed per quem tradetur, ostēdens alterum a quo tradebatur.i.a diabolo, ipsum āt Iudā ministrum esse traditionis, vę āt omnib proditoribus Christi, quicunq;.n. discipulos Christi tradit, ipsū Christum tradit. Rem. Væ ēt erit omnib. qui maligna consciētia, & polluta ad mēsam Christi accedūt, quāuis.n. Christum non tradaut Iudæis crucifigendū, tradunt tamen suis iniquis membris sumendum, & ad maiorem exagerationē subdit. Bonum erat ei &c. Hier. Nō autem ideo putandus est ante fuisse quē nasceretur, quia nulli posset esse bene, nisi ei qui fuerit: sed simpliciter dictum est, multo melius esse nō subsistere quàm male subsistere. Aug. de quæst Euang. Et si quispiam contendit aliquam uitam esse ante istam, non Iudæ tantum, ut non nasceretur, sed nulli expedire cōuincit̄. An diabolo dixit non expedire nasci.s. ad peccatū, an ēt bonū erat illi, ut Christo non nasceretur per uacationē, ne esset apostata. Orig. Iudas aūt post oīum Apostolorū interrogationes & post Christi narrationē de ipso, vix aliqñ & ipse interrogauit uersuto consilio, ut similia cęteris interrogādo celaret ꝓditionis cōsiliū. Nā uera tristitia non sustinere morā. unde sequitur: Respondens āt Iudas q tradidit eū, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Hie. In quo blandientis fingit affectū siue incredulitatis signum. Cæteri.n. qui non erant prodituri, dicūt. Nunquid ego sum domine. Iste qui proditurus erat non dominū, sed magistrū vocat quasi excusationem habeat si dño denegatio saltē magistrū prodiderit. Orig. Vel hoc ipsum quasi subsanans dicit, quia uocabatur magister cum non esset hoc uocabulo dignus. Chr. in ho. Quamuis āt dominus poterat dixisse, argentū es pactus accipere, & adhuc audes interrogare, sed nihil horū dixit mitissimus Iesus, nobis terminos & regulas præfigēs. Sequit̄.n. Et ait illi, tu dixisti. Remi. Qđ sic pōt intelligi. Tu dicis, & uerū dicis, siue tu dixisti, & nō ego, ut adhuc ei locus pęnitētiæ concederet̄, dū non apertius eius peruersitas manifestat̄. Raba. Potuit hoc ēt sic dici a Iuda, & a dño responderi, ut nō oēs aduerterent qđ dictū erat.

Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panē: et benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait. Accipite & comedite, hoc est corpus meum.

Hie. Postquam typicum pascha fuerat impletū, & agni carnes cum Apostolis comederat, ad uerū paschæ transgreditur sacramentum, vt qūo omni præfiguratione eius Melchisedech, summi Dei sacerdos, panē & vinū offerēs fecerat, ipse quoq; in ueritate sui corporis & sanguinis repræsentaret. unde dr̄. Cęnātib. autē illis, Augu. ad Ianuariū. In quo liquido apparet, quando primo receperunt discipuli corpus & sanguinē domini, non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamen propterea calūniandus est ritus uniuersæ ecclesiæ, ꝙ a ieiunis semꝑ accipitur? Placuit.n. Spiritui sancto

sancto vt in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi. Saluator namq; quo vehementius cõmẽdaret misterij huius altitudinẽ; vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ Discipulorum, à quibus ad passionẽ digressurus erat: & ideo nõ præcepit quo deinceps ordine sumeretur, vt Apostolis, per quos ecclesiã dispositurus erat, seruare hunc locũ. Gl. Sub alia tñ specie carnem & sanguinem suum tradidit Christus, & deinceps sumendũ instituit: vt fides haberet meritum, quæ de his est quæ non videntur. Amb. de sac. Et vt nullius horror cruoris sit, & preciũ tñ operetur redemptionis. Aug. sup. Ioan. Commendauit ãt dominus corpus & sanguinẽ suum in eis rebus, quę ad vnum aliquid redigũtur ex multis. Panis namque in vnũ ex multis granis cõficitur; vinum vero in vnum ex multis acinis confluit: ita dñs Iesus Christus nos signauit, & mysteriũ pacis ac vnitatis nostræ in sua mensa consecrauit. Remi. Apte ẽt fructum terrę obtulit, vt per hoc demonstraret, quia ad hoc venerat, vt illam maledictionẽ auferret, quia maledicta est terra propter peccatũ primi hominis. Congruenter etiam iussit offerri quæ de terra nascuntur, & pro quibus homines maximè laborant; ut nõ esset difficultas in acquirendo, & hoies de labore manuum suarum sacrificiũ Deo offerrẽt. Amb. de sac. Ex hoc ãt accipe anteriora esse mysteria Christianorum, quã Iudæorum. Obtulit enim Melchisedech panem & vinum similis per oia filio Dei, cui dr̃: Tu es sacerdos in æternum secũdũ ordinem Melchisedech, de quo & hic dr̃. Accepit Iesus panem Gl. Qđ de pane frumenti intelligi dẽt: grano.n. frumenti se comparauit dominus, dicens; Nisi granũ frumenti cadens in terra. Talis ẽt panis cõpetit sacramento, quia eius vsus est communior: nã alij panes propter eius defectũ

Quod Christ⁹ in azymo consecrauit.

fiunt. Quia vero Christus vsq; ad ultimũ diem demonstrauit se non esse contrariũ legi, vt supra ex verbis. Chrys. Habitum est; in vespera vero, quãdo pascha immolabatur, secundum legis præceptum, azyma comedendum erat, & oẽ fermentatũ abijciendum, manifestum est q̃ panis iste quẽ dominus accepit, vt discipulis traderet azymus fuit. Greg. in registro. Solet ãt nonnullos mouere, q̃ in ecclesia alij offerunt panes azymos, alij fermentatos. Ecclesia nanq; Romana offert azymos panes, propterea q̃ dñs sine vlla cõmixtione susceperit carnem; aliæ vero ecclesiæ offerunt fermentatum pro eo, q̃ verbum patris indutũ est carne, & est verus Deus & verus homo: nam & fermentum comiscetur farinæ, sed tamẽ tam azymum quàm fermẽtatũ dum sumimus, verum corpus domini nostri Saluatoris efficimur. Amb. de sacr. Iste aũt panis ante verba sacramẽtorũ, panis est vsitatus: vbi accesserit cõsecratio, de pane fit caro Christi. Cõsecratio ãt quib. verbis est, & quib. sermonib. nisi domini Iesu? Si n. tanta vis est in eius sermone, ut inciperent esse quæ non erãt, quanto magis operatorius est, ut sint quæ erant, & in aliud commutentur? Si enim operatus est sermo cœlestis in alijs rebus nõ operatur in cœlestibus sacramẽtis? Ergo ex pane corpus fit Christi, & vinum fit sanguis consecratione uerbi cœlestis. Modum requiris? Accipe. Consuetudo est, vt nõ generẽt homo nisi ex uiro & muliere; sed qa noluit dominus, de spiritu sancto, & uirgine natus est Christus. Aug. de uerdo Sicut ergo per Spiritum sanctum uera caro sine coitu creatur, ita & per eundem substantia panis & uini in idẽ corpus Christi, & sanguis cõsecratur: & ideo quia uerbo dñi fit prædicta cõsecratio, subditur: Bene dixit Remi. Per hoc ẽt monstrauit, quia humanã naturam una cum Patre, & Spiritu sancto gratia diuinæ uirtutis impleuit, & æternæ immortalitatis munere ditauit. Sed ut monstraret, qa corpus eius nõ absq; sua uoluntate subiectũ erat passioni, subdit. Ac fregit. Aug. in lib. de senten. Prosperi. Cum enim frãgitur hostia, dum sanguis de calice in hora fideliũ funditur quid aliud quàm dominici corporis immolatio in cruce, eiusq; sanguinis effusio de latere designatur? Dionys. in cele. hierar. In hoc etiam ostenditur q̃ unũ & simplex Dei uerbum per humanationem cõpositum & uisibile ad nos peruenit, & ad se nostrum societatẽ benigne peragẽs, spiritualium bonorum distributorũ nos parti-

participes fecit. unde sequitur. Deditque discipulis suis. Leo pa. in ser. de pas. Nec ab hoc quidē mysterio traditore submoto, ut ostenderetur Iudas nulla iniuria exasperatus, qui impietate uoluntaria erat prescius. Aug. su. Ioan. De uno. n. pane, & Petrus accepit, & Iudas: sed Petrus accepit ad uitam, Iudas ad mortem. Chrys. in ho. Et hoc Ioannes ostendit dicens: Quoniam post hoc intrauit in eū Satanas. Etenim maius peccatum ei factum est, & qm̄ cum tali mente ad mysteria accessit, & qm̄ cum accessisset, nō factus est melior, neq; timore, neq; beneficio, neq; honore: Christus aūt non prohibuit eum quanuis omnia nouerit ut discas qm̄ nihil dereliquit eorū quę in corruptionem cōueniūt. Remi. In hoc ēt facto reliquit exemplum ecclesię, ut neminem à societate sui, neq; a communione corporis & sanguinis domini segreget, nisi pro aliquo manifesto & publico crimine. Hila. Vel sine Iuda pascha accepto calice & fracto pane conficitur; dignus. n. æternorum sacramētorum cōmūnione non fuerat: discessisse āt eum hinc intelligitur, quod cū turbis reuersus ostenditur sequitur. Et ait, accipite & comedite. Aug de ver. do Inuitat dominus seruos, ut preparet eis cibum. i. seipsum. Sed quis audeat manducare dominū suū? & quidem qn̄do manducatur reficit, sed nō deficit. uiuit mādūcatus, quia surrexit occisus; nec quando manducatur, partes de illo facimus & quidem in sacramento sic fit Norunt fideles quemadmodū manducent carnem Christi, unusquisq; partē suam accipit, per partes manducatur in sacramento & integer manet, totus in cęlo, totus in corde tuo. Ideo āt ista dicunt sacramenta, quia in eis aliud uī, & aliud intelligitur: quod uidetur hēt speciē corporalem. quod intelligitur, fructū hēt spiritualem. Aug. sup. Ioan. Carnem autem Christi non edamus tantum in sacramento, quod & multi mali faciūt, sed usq; ad spiritus participationem mādūcemus, ut in domini corpore tāquam mēbra maneamus, ut eius spiritu uegeremur. Ambr. de sacra. Ante. n. q̄ consecretur, panis est: ubi autem uerba Christi accesserint dicentis: Hoc est corpus meum, corpus Christi est.

Et accipiens calicē, gratias egit, & dedit illis, dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis non bibam amodo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam nobiscum nouum in regno patris mei.

Remi. Quia corpus suum sub specie panis dominus discipulis dederat, pulchrè ēt calicem sui sanguinis tradit eisdem. unde dicitur: Et accipiēs calicem &c. In quo demōstrat quantum de nostra salute gratuletur, pro quibus etiam sanguinem suū funderet Chry. in ho. Ideo ēt gr̄a egit, vt nos doceret qualiter oporteret nos hoc mysterium perficere, & etiam monstrauit qm̄ ad passionèm non uenit nolēs. Erudiuit. n. nos quodcunque patimur cū gratiarum actione ferre, & etiā ex hoc bonā spem nobis dedit. Si. n. figura huius sacrificij, s. immolatio agni pascalis, facta est liberatio populi ab Aegyptiaca seruitute, multo magis ueritas liberabit orbem terrarum. Sequitur: Et dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Ne autem hoc audiētes turbarentur, primum ipse sanguinem suū bibit, inducens eos sine turbationem in communionem mysteriorū. Hier. contra Heluí. Sic igitur dominus Iesus fuit conuiuia & conuiuium ipse comedens & q comeditur. Seqtur: Hic est sanguis meus nōui testamenti &c. Chry. in ho. Hoc est annunciationis legis nouæ, hoc. n promittebat uetus testamentum quod continet nouum. Sicut. n. uetus testamentum habuit sanguinem uitulorū & ouium, ita nouū hēt sanguinē & dominicū Remi. Sicut. n. legitur, quia accepit Moyses sanguinem agni & misit in craterē, & intincto fasciculo hysopi aspersit populum, dicens: hic est sanguis testamenti quod mandauit ad uos Deus. Chry. in ho. Sanguinem aūt nominās, & passionem suā pronunciat, dicens: Qui pro multis effundetur. Et rursus dicit mortis causam, cum subdit. In remissionem peccatorū. quasi d sanguis agni in Aegypto effusus est pro salute primogenitorū populis Israelis: hoc āt in remissionem peccatorum uniuersi orbis terrarū. Remi. Et notandū quia non ait, Pro paucis, aut pro oīb. sed p multis: quia nō venerat

Christ^ seipsum primo cōmunicauit & hoc idē notatur.

nerat vnam tantũ gentem redimere, sed multos de oĩbus gentib Chry. in ho. Hoc ãt dicens ostendit ꝙ passio eius mysteriũ ex salutis humanæ, per quod ẽt discipulos consolatur. Et sicut Moyses ait: Hoc erit vobis memorialia sempiternum, ita & ipse dixit, vt Lucas refert, Hoc facite in meã commemorationem. Rem. Nõ solũ ãt panem, sed ẽt vinum offerendum docuit, ut esurientes & sitientes iustitiam, his mysterijs doceret esse recreandos. Gl. Sicut.n. corporalis refectio fit per cibũ & potum ita sub specie cibi & potus nobis spiritualem refectionem dñs præparauit. Conueniens ẽt fuit ad signandum dominicã passionem, ut sub duplici specie hoc sacramẽtum institueretur. In passione.n. sanguinẽ suum effudit, & sic sanguis eius fuit a corpore separat⁹. Oportuit ergo ad dominicam passionẽ representandã seorsum proponi panẽ & vinum quæ sunt corporis & sanguinis sacramenta. Sciendum tñ est, ꝙ sub utraq; specie totus Christus cõtinetur; sub specie quidem panis simul sanguis cum corpore, & sub specie uini simul corpus cum sanguine. Ambr. in epist. ad Corin. Ideo ẽt in duabus speciebus celebratur. ualet.n. ad tuitionem corporis & animæ qđ percipimus. Chryso. ac conci. Calix uero dñi non est aqua sola & vinũ solum, nisi vtrũq; misceatur, quo nec corpus domini põt esse farina sola, aut aqua sola, nisi utrunq; fuerit adunatum. Amb. de sacra. Si ãt Melchisedech panem & vinum obtulit, quid sibi vult aquæ mixtio? Accipe rõnem. Tetigit Moyses petrã; & petra undam maximam fudit. Petra autẽ erat Christus: & unus de militibus lancea tetigit latus Christi, & de latere ei⁹ aqua fluxit, & sanguis: aqua ut mundaret, sanguis ut redimeret. Rem. Sciendum etiã ꝙ ut Ioãnes dicit, Aquæ multę populi sunt. Et quia nos oportet semper manere in Christo, & Christum in nobis. uinũ aquæ mixtum offertur, ut ostendatur, quia caput & mẽbra, id est, Christus & ecclesia unũ sunt corpus; vel ut demonstretur, qa nec Christus passus est absque amore nostrę redẽptionis, nec nos saluari possumus absq; illius passione. Chry. in ho. Quia uero de passione & cruce eis locutus erat, cõ

ſRecte intelligas istud sciẽdũ.

sequẽter eũ qui de resurrectione est sermõnẽ inducit dicens: Dico ãt vobis non bibã amodo de hoc genimine uitis, &c. Regnũ ãt resurrectionẽ suam nominat, ideo aũt hoc de resurrectione dixit, ꝙ.s. cum Apostolis esset bibiturus, ne aliqui existimarent phantasiam esse resurrectionem, & iõ persuadentes hominibus de Christi resurrectione, dixerunt. Simul comedimus & bibim⁹ cũ eo, postquã resurrexit a mortuis. per hoc ergo ostendit ꝙ uidebunt eum resuscitatũ, & cũ ipsis rursus erit. Quod aũt dicit, Nouum, clare intelligendum est noue, idest nouo modo, nõ quasi corpus passibile habẽs & indigens cibo. Non.n post resurrectionem comedit & bibit, quia cibo indigeret, sed ꝓpter resurrectionis certitudinẽ. Quia uero sunt quidã hæretici in sacris mysterijs aqua utentes, nõ vino, demonstrat per hęc verba qm̃ & cũ sacra mysteria tradidit, vinum dedit, quod resuscitatus bibit, ꝓp hoc dicit, Ex hoc genimine uitis. Vitis.n. vinum non aquã generat. Hie. Vel aliter: De carnalib. dominus trãsit ad spiritualia, ꝙ vinea de Aegypto transplantata, populus sit Israel, sacra scriptura testatur. dicit ergo dominus se de hac uinea nequaquã esse bibiturũ, nisi in regno patris. Regnum patris fidẽ puto esse credentiũ: ergo cũ Iudæi regnũ receperint patris, tũc de uino eorum dominus bibet. Attende ãt ꝙ dicat Patris & nõ Dei. Oĩs.n. pater nomen est filij, ac si diceret, cũ crediderint in Deum patrem: & adduxerit eos pater ad filium. Remi. Vel aliter: Non bibã de geni. ui. huius.i. non ultra synagogæ carnalibus, oblationibus delectabor, in quib. illa paschalis agni immolatio præcipuum locũ tenere solebat. Aderit ãt meæ resurrectionis, & dies in quo in regno patris constitutus.i. gloria æternæ immortalitatis sublimatus uobiscum illud bibam nouum, hoc est de saluatione illius populi iã renouati per aquã baptismatis, quasi nouo gaudio lætabor. Aug de quę. euã. Vel aliter; Cum dicit, Bibã illud nouũ, uult intelligi hoc uetus esse? Quia ergo de propagine Adã, qui uetus homo appellaĩ, corpus suscepit, qđ in passione morti traditurus erat, unde etiã per uini sacramentum cõmendauit sangui-

Quidã hæretici loco uini utuntur aqua.

guinem suum. sed quid aliud nouũ vinũ, nisi immortalitaté renouãdorum corporũ intelligere debemus? Quod aũt dicit, Vobiscum bibã, etiam ipsis resurrectioné corporũ ad induendam immortalitatem ꝓmittit: vobiscũ.n. nõ ad idem tempus, sed ad eãdem innouationé esse dictũ accipiendũ est. Nam & nos dicit Apostolus resurrexisse cũ Christo, vt spes rei futuræ iã lætitiam præsentem afferat. Quod aũt de hoc genimine vitis, etiam illud nouũ esse dicit, significat vtiq; eadé corpora resurrectuta secundũ innouationé cęlesté, q̃ nunc secundũ terrenam vetustaté sunt moritura. Hil. Vr̃ aũt ex hoc ꝙ Iudas cũ eo nõ biberit, quia nõ erat bibiturus in regno, cum vniuersos tunc bibentes ex vitis istius fructu bibituros secum postea pollicetur Glo Sed sustinendo aliorum sanctorum sententiam, ꝙ scilicet Iudas sacramẽta receperit à Christo, dicendum est, quod hic dicit, Vobiscum, ad plures eorum non ad omnes referendum esse.

Anagogica expositio.

Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Tunc dicit illis Iesus: Omnes uos scãdalum patiemini in me ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus. Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter, & omnes Discipuli dixerunt.

Orig. Discipulos qui acceperant benedictionis pané, & biberant calicé gr̃arum actionis docebat dñs pro his omnib. hymnum dicere patri. vnde dr̃: Et hymno dicto exierunt in monté oli. vt de alto transirent ad altũ, quia fidelis nõ põt aliquid agere in cõualle. Chry. in hom. Audiant quicunq;, velut porci, simpliciter mãducantes cũ ebrietate surgunt, cum deceret gr̃as agere & in hymnũ mẽsam desinere. Audiant quicunq; vltimã orationé in sacris mysteriis nõ expectãt. Vltima.n. oratio misse illius hymni est signũ. Gratias ergo agit antequã sacra mysteria Discipulis daret, vt & nos gr̃as agamus. Hymnũ dixit postquã dedit, vt & nos hoc ipsũ faciamus. Hier. Iuxta hoc exéplum saluatoris qui pane Christi & calice saturatus, & inebriatus fuerit põt laudare Deum & cõscédere mõté Oliueti: vbi laborũ refectio, doloris solatiũ, & ueri luminis notitia est. Hil. Per hoc ẽt ostenditur, ꝙ hoies cõsummati in uniuersis diuinorũ mysteriorum uirtutibus, gaudio & exultatione cõi, in cęlesté gloriã efferuntur. Ori. Apte ẽt mons misericordiæ est electus, vbi præ nũciaturus fuit scãdalum infirmitatis Discipulorum: iã tunc paratus, vt nõ repelleret Discipulos discedétes, sed vt reciperet reuertétes. vnde sequitur: Tunc dixit illis Iesus: Oẽs uos scã. patie in me in ista nocte. Hier. Prædicit quidé qđ passuri sunt, ut cũ passi fuerint nõ desperẽt saluté, sed agẽtes pęnitẽtiã liberẽtur. Chry. in ho. In quo ẽt docet nos quales ante crucé fuerũt Discipuli, & quales post crucé. Etenim q̃ neq; cũ Christo dũ crucifigebatur stare poterãt, post morté Christi adamante fuerunt fortiores. Fuga.n. Discipulorũ, & timor, demõstratio est mortis Christi, vt cõfundãtur qui hæresi Marchionis ægrotãt. Si n. neq; ligatus est, neq; crucifixus, vnde Petro & reliquis Apostolis incussus est tãtus timor? Hie. Et signãter addidit, in ista nocte: quia quõ qui inebriantur, nocte inebriantur, sic & qui scandalum patiũtur, in nocte & in tenebris sustinent. Hil. Huius ẽt ꝑdicationis fides, auctoritate ꝓphetiæ ueteris continebatur. vnde sequitur: Scriptũ est enim &c. Hie. Hoc aliis verbis in Zacharia propheta scriptũ est, & ex ꝑsona ꝓphetæ ad Deum dr̃: Percut. pastorem, & dispergentur oues. Percutitur aũt pastor bonus, ut ponat aĩam suã pro quib. suis, & de multis gregibus errorum, fiat vnus grex, & vnus pastor. Chry. in hom. Hanc aũt prophetiam inducit, simul quidé suadens eis attendere semper quæ scripta sunt, simul ẽt ostédens q̃m secundum Dei consilium crucifigebatur, & vndique monstrans non alienũ se esse à ueteri testaméto. & a Deo qui in eo ꝓnunciabatur. non aũt ꝑmisit eos in tristibus permanere, sed & læta ꝓnunciat, dicens: Postquam autem resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Non enim confestim post resurrectionem in cęlo eis apparuit, neque in

longam quādam regionē, vt eis appareat vadit, sed in ipsa gente, & in ipsis ferè regionibus, vt & hinc crederēt, qm̄ qui crucifixus est, ipse est qui resurrexit. Propter hoc ēt se in Galilęam abire dicit, ut a timore Iudęorum liberati, crederent ei qđ dicebatur. Orig. Prædicit ēt hoc ait vt qui ad modicum disperguntur scandalū passi post cōgregentur. à resurgente Christo & præcedente eos in Galilæā Gentium. Hil. Sed Petrus in tantum, & affectu & charitate Christi efferebatur, ut & imbecillitatē carnis suę, & fidem verborum dn̄i non contueretur quasi dicta eius efficiēda nō essent: vnde sequitur, Rn̄dens Petrus, ait illi: Et si &c. Chry. in ho. Quid ais ò Petre? Propheta dixit, Dispergentur oues, & Christus confirmauit quod dictum est & tu dicis, Nequaquam. Qn̄ dixit: Vnus ex vobis me tradet, timebas ne tu esses traditor, quamuis nihil tibi tale conscius eras, nunc āt manifestè eo dicente qm̄ oēs scandalizabimini, contradicis, sed quia erutus erat ab anxietate, quam de proditione habuerunt, confidens de reliquo, dicebat. Ego nunquam scandalizabor. Hiero. Nō tn̄ est temeritas, nec mendacium, sed fides est Apostoli Petri, & ardens affectus erga dominum saluatorem. Remi. Quod ergo ille dicit præuidendo, iste denegat amando ubi moraliter instruimur, ut quātum confidimus de ardore fidei, tantū timeamus de carnis fragilitate. Videtur tn̄ accusabilis Petrus, & qm̄ contradixit, & qm̄ alijs seipsum præposuit, & tertio, qm̄ totum sibi attribuit, quasi fortiter esset ꝑseueraturus. Vt hoc igitur in eo sanaret, permisit fieri eius casum, non impellēs eū ad negandum, sed eū sibi deserens, & naturā humanam de fragilitate conuincēs. Ori. Vnde alij discipuli scandalizati sunt in Iesu: Petrus autem non tantum scandalizatur, sed abundantius relinquitur, vt ter denegaret. unde sequitur. Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequā gallus cantet, ter me negabis. Aug. de con. euan. Pōt āt mouere ꝙ tam diuersa nō tantum uerba, sed etiam sententias Euangelistę præmittunt, quibus præmonitus Petrus illam præsumptionem proferret, uel cū domino uel pro domino moriendi, ita ut cogant intelligibiliter cum expressisse præsumptionē sua diuersis locis, sermonis Christi, & ter illi a domino respōsum ꝙ eum esset ante galli cantum ter negaturus, sic ēt post resurrectionē ter illum interrogat, utrum eum amet & mādatum de pascendis ouibus ter præcepit. Quid.n. habēt hæc uerba Matthæi uel sententię simile illis, uel quibus secundum Ioan. uel quibus secundum Lu. Petrus ꝓtulit præsumptionem suam. Marcus autē penè ipsis verbis hoc commemorat, quib. & Matthæ⁹ nisi ꝙ distinctius quemadmodum futurū esset, expressit dictum else a domino: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam bis gallus uocē dederit, ter me es negaturus. unde nonnullis qui parū attendunt Marcus uidetur non cōgruere cæteris, tota.n. negatio Petri trina est. q̄ si post primum galli cantū inciperet, falsum dixisse uiderentur tres euangelistæ, qui dicunt dixisse dominū, ꝙ antequam gallus cantaret eum Petrus esset negaturus. Rursus si totam trinam negationē ante peregisset, quàm cantare gallus inciperet superfluo dixisse Marcus deprehēderetur ex persona domini: Priusquā gallus bis uocem dederit, ter me es negaturus. Sed quia ante primum galli cantum cœpta est illa trina negatio, attenderunt tres euangelistæ non qn̄ eā cōplecturus esset Petrus, sed quāta futura esset, & qn̄ incœptura. i. ante galli cantū, quanquam in aīo eius, & ante primū galli cantum tota posset intelligi qm̄ ante galli cātum tātus timor obsederat mentē, qui eā posset usq; ad tertiā negationem perducere: Multominus igitur mouere dēt, quia trina negatio etiam trinis negantis uocibus ante galli cantum cœpta, & si non ante primū galli cantū peracta est, tanquam si alicui diceretur Antequā gallus cantet ad me scribes epistolā, in qua mihi ter cōuiciaberis, nō vtiq; si eam ante omnem galli cantū scribere inciperet, & post primum galli cantum finiret, ideo dicendum erat falsum fuisse prædictū. Orig. Quæres āt si possibile erat ut nō scandalizaret Petrus, semel saluatore dicente: qm̄ oēs uos scandalum patiemini in me? Ad quos aliquis respōdebit, quoniā necesse erat fieri

Cōcor. euange.

quod

quod pdictũ erat à Iesu. Aliás ãt dicit; qm qui exoratus à Niniuitis, q̃ pdixerat p Ionã nõ fecit, possibile fuit ut repelleret ẽt scãdalũ à Petro deprecãre. Nũc ãt pmissio eius audax in affectu quidẽ própro, nõ sine prudenti facta estei causa, vt nõ solũ scandalizaretur, verumetiam ter denegaret. Postquã autem cũ affirmatione iuramenti pronunciauit, dicet aliquis q̃ non erat possibile vt non denegaret. Si.n.iuramentum erat Christi, amen: mentitus fuisset dicendo. Amen dico tibi, si verũ dixisset Petrus, quia nõ te negabo. vidẽtur autem mihi cæteri Discipuli cogitãtes, qđ primum fuerat dictum: Omnis vos scãdalum patiemini. Ad hoc autẽ quod dictum est Petro: Amen dico tibi &c. promiserũt similiter Petro, quia non erant cõpræhensi in illa prophetia. vnde sequitur. At illi Petrus: Etiã si oportuerit me mori tecum, nõ te negabo. Similiter & omnes Discipuli dixerunt: hic etiã Petrus nescit quid loquatur. Cũ Iesu.n.mori pro omnibus moriente hominum non erat; quoniã omnes fuerant in peccatis, & omnes opus habebant vt pro eis alius moreretur, non ipsi pro aliis. Raba. Sed quia intellexerat Petrus dominum præ timore mortis eum se prædixisse negaturum, ob hoc dicebat, q̃ licet periculum mortis immineret, nullo modo ab eius fide posset auelli, & similiter alij Apostoli per ardorem mentis timuerunt dãnum mortis, sed vna fuit præsumptio humana sine protectione diuina Chry. in ho. Hinc ergo magnum discim' dogma, q̃ non sufficit desiderium hois, nisi diuino aliquis potiatur auxilio.

Tunc uenit Iesus cũ illis in uillam quæ dicitur Gethsemani. Et dixit Dicipulis suis. Sedete hic donec uadã illuc, et orẽ. Et aßũpto Petro, et duobus filiis Zebedæi cæpit contristari, et mæsi' esse. Tũ. ait illis. Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete hic, & uigilate mecum.

Remi. Paulo superius Euangelista dixerat, quia hymno iam dicto exit cum Discipulis in montem Oliueti, & vt ostenderet ad quem locum ipsius mortis diuerterit, consequenter adiunxit. Tunc venit Iesus cum illis &c Rab. Lucas dicit: In montem Oliueti. Ioannes trans torrentem Cedron, quod idẽ est quod Gethsemani, & est locus in quo orauit ad radicem mõtis Oliueti, vbi ortus est; vbi ẽt ecclesia est ædificata. Hier. Gethsemani interpretatur vallis pinguissima; ĩ qua iussit Discipulos sedere paulisper, & expectare redeũtẽ, dũ nec pro cũctis dñs solus oraret. Orig. Nõ .n.conueniebat vt ibi caperetur, vbi cũ discipulis mãducauerat pascha: cõueniebat ãt & priusquã proderetur orare & eligere locũ mundũ ad orationẽ. vñ sequitur: Et dixit Discipulis suis, sedete hic, donec &c. Chry. in ho. Hoc ãt dicit, quia Discipuli indiuisibiliter sequebãtur Christum. Cõsuetudo.n.ei erat sine Discipulis orare. Hoc ãt faciebat erudiẽs nos in orationibus quietẽ nobis cõstituere, & solitudinẽ q̃rere Dama.in li.b.3. Sed cũ oratio sit ascẽsus intellectus ad Deũ, vel petitio decẽtiũ à Deo, qualiter dominus orabat. Neq;.n. ascensione, quæ à Deo est, indigebat intellectus eius, semel secundum personam Deo verbo vnitus; neque n. ea quæ a Deo est petitione, vnus.n. Deus & homo Christus est. Sed formans in seipso quo nostrũ est, docuit nos à Deo patre petere; & ad ipsum extẽdi; sicut.n. passiones sustinuit ut triumphãs, nobis aduersus eas victoriã tribueret; ita orat, nobis uiam faciens ad eam quæ ad Deum est ascensionem, & p nobis omnem iustitiam implens, & reconciliãs nobis patrem suũ, & ut principium ipsum honorans, & monstrans q̃ non est Deo cõtrarius. Remi. Cùm autem Dominus in monte orauit, docuit nos in ratione pro cœlestibus Dominum supplicare. Cùm uerò in uilla orauit, nos instruxit ut in oratione semp humilitatẽ seruare studeamus. Raba. Pulchrè autem appropinquans passioni, in ualle pinguedinis orasse dicitur, ut demostraret q̃ per uallem humilitatis, & pinguedinem charitatis, mortem p nobis susceperit. Moraliter etiam nos instruxit, ut non gestemus cor aridũ à pinguedine charitatis. Raba. Appropinquans etiam morti dominus, in ualle pinguedinis orauit, quia per uallem humilitatis, & pinguedinem charitatis, pro nobis mortem subiit. Rem. Quia vero fidem discipulorum, & cõstantiam deuotę sibi voluntatis acceperat, sed turbandos illos, & dispergẽdos præsciebat, ideo iussit eos in

Gethsemani interpretatio.

loco ſedere. Nam ſedere requieſcẽtis eſt,
laboraturi.n. erant cum negaturi. Quali-
ter aũt progreſſus ſit, manifeſtat, cum ſub
iungit; Et aſſumpto Petro & duobus filijs
Zebedæi, cœpit contriſtari & męſtus eſſe.
Illos uidelicet aſſumpſit, quibus in mõte
claritatem ſuę maieſtatis oſtenderat. Hil.
Alta sẽtẽtia Hilarij.
Sed quia dicit, Cœpit contriſtari, & mœ
ſtus eſſe, hæreticorũ omnis hic ſenſus eſt;
ut opinentur metum mortis in Dei filium
incidiſſe, quia aſſerunt non de æternitate
prolatum, neq; de infinitate paternę ſub-
ſtantię extitiſſe, ſed ex nihilo per eum qui
omnia creauit affectũ, & ideo in eo dolo-
ris anxietas, ideo metus mortis, ut q̃ mor
tem timere potuit, & mori poſſit. qui ue-
rò mori potuit, licet in futurum erit, non
tamen per eum qui ſe genuit ex pręterito
ſi æternus, ꝙ ſi per fidem capaces euange
liorum eſſent, ſcirẽt uerbum in principio
Deum, & hoc in principio apud Deũ, &
eãdem eſſe æternitatem gignẽtis, & geni-
ti. Sed ſi uirtutem illã incorruptæ ſubſtã-
tię, imbecillitatis ſuæ forte aſſumptio car
nis infecerit, ut ſit ad dolorẽ infirma, ad
mortem trepida, iã & corruptioni ſubdi-
ta erit; ac ſi æternitate demutata in metũ
hoc quod in ea eſt, poterit aliquando non
eſſe. Deus ãt ſine mẽſura temporũ ſemper
eſt, & qualis eſt talis ſemp̃ æternus eſt. Mo
ri igit̃ nihil in Deo potuit; nec ex ſe met⁹.
Deo ullus eſt. Hie. Nos ãt, ita dicimus ho-
minẽ paſſibilẽ à Dei filio ſuſceptũ, ut dei-
tas impaſſibis permaneret. Paſſus eſt.n.
Dei filius non putatiuè, ſed uerè oĩa quæ
ſcriptura teſtatur, ſecũdũ illud quod pati
poterat, ſecũdũ.ſ. ſubſtantiã aſſumptam.
Aug. 10. de Tri. Puto ãt nõ alia hic ad ti-
mendũ, quàm paſſionis, & mortis cauſa à
quibuſdã pretẽditur. Interrogo ãt eos qui
hoc ita exiſtimãt, an ratione ſubſiſtat, ut
mori timuerit, qui omnẽ ab Apoſtolis ti-
morem mortis expellens, ad gloriam eos
ſit martyrij adhoratus. quid enim ipſe in
mortis ſacramento doluiſſe exiſtimãdus
eſt, qui pro ſe morientibus uitã rependit?
Deinde quem dolorẽ mortis timeret, po-
teſtatis ſuæ libertate moriturus? Si etiam
paſſio honorificatura eũ erat, quomodo
triſtem eum metus paſſionis effecerat. Hi
la. ſu. Mat. Qui ergo mœſtum dominum
fuiſſe legimus, cauſas mœſtitiæ reperia-
mus. Admonuerat ſuperius omnes ſcãda-
lizandos, Petrum etiam dominus ter ne-
gaturum eſſe reſpõdit; aſſumptisq; eo, &
Iacobo, & Ioanne cœpit triſtis eſſe; ergo
nõ ante triſtis eſt quã aſſumit, ſed oĩs me-
tus illis eſſe cœpit aſſumptis, atq; ita non
de ſe orta eſt, ſed de eis quos aſſumpſerat
mœſtitudo. Hier. Contriſtabatur ergo do
minus nõ timore patiendi; qui ad hoc ve
nerat ut pateretur, & Petrũ temeritatis
arguerat; Sed propter infeliciſſimũ Iudã;
& ſcandalum omnium Apoſtolorũ; & re
iectionem uel reprobationem populi Iu-
dæorum, & euerſionem miſeræ Hieruſa-
lem. Dam. in lib. 3. Vel aliter. Omnia quæ
non ante ad eſſe deducta ſunt à conditore
exiſtendi naturaliter deſideriũ habent &
non exiſtere naturaliter fugiunt, & Deus
igitur uerbũ homo fact⁹ habuit hoc deſi
derium, ꝙ demonſtrauit eſcã & potũ &
ſomnum, quibus.ſ. cõſeruatur uita deſide
rans, & naturaliter in experiẽtia horũ fa-
ctus, & ecõtrario deſiderauit corruptiuo
rũ amotionẽ; uñ & tẽpore paſſionis quã
uolũtariè ſuſtinuit, habuit mortis timorẽ
naturalẽ, & triſtitia; eſt.n. timor natura-
lis anima nolẽte diuidi à corpore, p̃p̃ eam
quæ ex principio à conditore impoſita eſt
naturalẽ familiaritatẽ. Hie. Dñs ergo no-
ſter ut ueritatẽ aſſumpti probaret hoĩs, ve
re quidẽ contriſtatus eſt, ſed ne paſſio in
animo illius dominaret̃, p̃ paſſionẽ cœpit
cõtriſtari; aliud eſt.n. contriſtari, & aliud
incipere cõtriſtari. Rem. Deſtruũtur autẽ
in hoc loco. Manichæi, qui dixerant illũ
phantaſticũ corpus aſſumpſiſſe, nihilomi-
nus & illi q̃ dixerunt eũ uerã animã non
habuiſſe, ſed loco animę diuinitatẽ. Aug.
in lib. 83. quæſt. Habemus.n. euãgeliſtarũ
narrationes, p̃ quas Chriſtũ & natum de
beata Virgine Maria cognouimus, & cõ-
prehenſum à Iudæis, & flagellatũ, & cru
cifixũ atq; interfectũ, & ſepultũ in monu
mẽto; q̃ oĩa facta eſſe, intelligere ſine cor
pore nemo poteſt; nec figuratè accipienda
quiſquam uel dementiſſimus dixerit, cũ
dicta ſint ab eis qui res geſtas ut memine
rãt, narrauerunt. Sicut ergo illa corpus eũ
habuiſſe teſtantur, ſic & eum habuiſſe in-
dicant animam affectiones illæ, quæ non
poſſunt

possunt esse nisi in aia, quas nihilominus eisdé Euágelistis narrãtibus legimus. Et miratus est Iesus, & iratus, & cõtristatus. Aug. 14. de ci. Dei c. 9. Cum ergo in Euãgelio ista referuntur; non falso vtiq; referuntur, verum ille hos motus certissimæ dispensationis gratia, ita cũ voluit suscepit aio humano, vt cũ uoluit factus est homo. Habemus quidẽ, & nos huiusmodi affectus ex humanæ cõditionis infirmitate: nõ aũt ita dñs Iesus, cuius infirmitas fuit ex potestate. Dam. in 3. li. Quapropter naturales nostræ passiones secundũ naturã & supra naturã fuerũt in Christo. Secundũ naturam. n. quia pmittebat carni pati q̃ propria; super naturã aũt, quia non præcedebant in eo voluntaté naturali; nihil enim coactũ in Christo consideratur, sed oĩa uoluntaria. Volens. n. esuriuit, timuit, & cõtristatus est. Et ideo de manifestatio ne tristitiæ subditur Tunc ait illis, tristis est anima mea usq; ad mortem. Amb. super Luc. Tristis autem est, nõ ipse, sed aĩa. Non. n. tristis sapientia, non diuina substãtia, sed aĩa Suscepit. n. aiam meam, suscepit corpus meũ. Hier. Non aũt pp morté, sed vsque ad morté dr̃ contristatus, donec Apostolos sua liberet passione. Dicãt qui irrationabilem Iesum sumpsisse animam suspicantur, quomodo contristetur, & nouerit tempus tristitiæ; quanuis. n. & bruta mœreant animalia, tamen non nouerunt, nec causas, neque tempus, vsque ad quod debeant cõtristari. Orig. Vel aliter: Tristis est anima mea vsque ad mortem, q. d. Tristitia cępta est in me, non semper sed vsque ad tempus mortis: vt cùm mortuus fuero peccato, moriar & uniuersę tristitiæ, cuius principium tãtum fuit in me. Sequitur. Sustinete hic &c. ac si dicat: Cæteros quidem iussit sedere ibi, quasi infirmiores ab agone isto seruans eos securos, vos aũt quasi firmiores adduxit, vt collaboretis mecũ in vigiliis & orationibus: tñ & vos manete hic, vt vnusquisq; in gradu suæ uocationis cõsistat: qm̃ omnis gratia quãuis fuerit magna, habet superioré. Hier. Vel ideo a somno prohibet, cuius tẽpus non erat imminente discrimine, sed à somno infidelitatis, & corpore mentis.

Tristitia Christi.

Et progressus pusillum, procidit in faciem suam orans, & dicens, Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad Discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro. Sic, non potuistis vna hora uigilare mecum? Vigilate, & orate, vt non intretis in tẽtationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundo abijt, & orauit dicens. Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertio eundem sermonem dicens.

Orige. Petrum magis de se cõfidenté, & alios adduxit, vt uideant cadẽtem in faciem, & orãtem, & discãt nõ magna, sed humilia de se sapere, nec veloces esse ad pmittẽdũ, sed soliciti ad orãdum, & ideo dr̃. Et progressus pusillum. Nolebat enim lõgè fieri ab eis, sed iuxta eos cõstitutus, orare, & qui dixerat: Discite à me quia mitis sum & humilis corde: laudabiliter se humiliãs cadit in faciẽ. vnde sequitur: Procidit in faciẽ suam orans, & dicẽs: Pater mi &c. Manifestans autem in oratione sua deuotioné, quasi dilectus, & cõplacẽs dispositionibus patris addidit. Verũtamẽ nõ sicut ego uolo, sed sicut tu. Docens ut nõ oremus fieri nostram uoluntatem, sed Dei. Secundum aũt q͂ cœpit pauere, & tristari, secundum hoc orat calicem passionis trãsire, & nõ sicut ipse vult, sed sicut pater; hoc est, nõ secũdũ substãtiam eius diuinam, & impassibilem, sed secundum naturã humanam & infirmam. Suscipiẽs enim naturã carnis humanę oẽs pprietates impleuit, vt nõ in phantasia habuisse carnem æstimaretur, sed in veritate. Propriũ est aũt hoĩs fidelis, primũ quidẽ nolle pati aliquid doloris, maximè quod ducit vsq; ad mortẽ, quia homo carnalis est; si ãt sic voluerit Deus acquiescere, q͂a fidelis est. Nã sicut multũ cõfidere nõ debemus, ne nostram uirtutem uideamur profiteri: sic diffidere nõ debemus, ne Dei adiutoris nostri impotentiam uideamur pronunciare. Notandum est autem qm̃ Marcus quidem & Lucas hoc ipsum scripserunt: Ioannes autem orãtem Iesum ut trãsiret ab eo calix, nõ introducit, qm̃ hi quidem magis secũdũ humanam naturã eius ex-

ponunt de eo quod secúdum diuinã; Ioannes ãt magis secundũ diuinã. Aliter ãt Iesus uidés qualia erant Iudæi passuri petentes eũ ad morté, dicebat; Pater, si possibile est trãseat à me calix iste. Hier. Vnde signãter dicit: Calix iste, hoc est populi Iudæorũ, qui excusationé ignorãtiæ habere nó possũt, si me occiderint habentes legé & prophetas, qui me uaticinãtur. Ori. Rursus vidés quãta vtilitas totius mundi esset futura per passioné ipsius, dicebat; Sed non sicut ego volo, sed sicut tu, id est si possibile est ut sine passione mea omnia illa bona proueniant, quæ per passionem meam sunt prouentura transeat passio hæc a me, vt & mũdus saluetur, & Iudæi in passione mea non pereãt. Si autem sine perditione quorundam multorum salus non potest introduci, quantum ad iustitiam tuam, non trãseat. Calicem autem hũc qui bibitur, passionis in multis locis nominat scriptura. bibit autem calicem totum, qui patitur pro testimonio quicquid fuerit ei illatum. Effundit autem accipiens, qui denegat, ne aliquid patiatur. Aug. de conseuan. Et ne quis eum putaret patris minuisse potestatem, non dixit: Si facere potes, sed si fieri potest, vel si possibile est, ac si diceretur, si uis. Fieri enim potest quod ille voluerit, vnde & Lucas hoc ipsum planius intimauit, non. n. ait, Si fieri potest, sed si uis. Hil. Vel aliter: Nó ait. Trãseat à me calix iste, hæc. n. esset pro se timétis oratio, quod auté ut à se transeat, rogat; nó ut ipse prætereatur orat, sed ut in alterum illud quod ad se trãsit, accedat. Totus igitur supra eos qui passuri erant metus est, atque ideo pro his orat qui passuri post se erant, dicens; Transeat calix à me, id est quomodo à me bibitur, ita ab his bibatur, sine spei diffidétia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Ideo auté ait, si possibile est, quia carni & sanguini horũ terror est, & difficile est eorũ acerbitate corpora non uinci humana.

Vtilitas passionis Christi.

Quód ãt ait. Nó sicut ego uolo, sed sicut tu. Vellet quidé eos nó pati, ne forte in passione diffidãt si cohæreditatis suæ gloriã; sine passiõis suę difficultate mereanĩ. Nó ergo ut non patianĩ, rogat, dicens: Non ut ego uolo, sed sicut tu, ait; eo quod pater vult ut bibendi calicis in eos ex ipso trãseat fortitudo, quia ex uolũtate patris non tã per Christũ vinci diabolũ, quam et per eius discipulos oportebat. Au. in Enc. Sic igiĩ Christus hominé gerés ostendit priuatã, in quã dã hominis uolũtatem in qua & suã & nostrã figurauit, qui caput nostrũ est, cũ dicit; Trãseat a me. Hæc. n. erat humana uoluntas proprium aliquid & tãquã priuatũ uolés, sed quia rectũ vult esse hominé & ad Deũ dirigi, subdit: Verũtã. nó si. ego uo. sed si. tu. ac si diceret: Vide te in me quia potes aliquid propriũ uelle; & si Deus aliud uelit, cócediĩ hoc humanæ fragilitati, hæc uox capitis, salus est totius corporis. Leo Papa in ser. de pas. Hęc uox oés fideles instruit, omnes confessores accédit, omnes martyres coronauit. Nam quis mũdi odia, quis tentationum turbines, quis posset persecutorum superare terrores, nisi Christus in omnibus & pro omnib. patri diceret, fiat voluntas tua? Discant igitur hanc uocem omnes ecclesię filij; vt cum aduersitas uiolenter alicuius tétationis incumbit, separato timore formidinis, accipiant tolerantiam passionis Orig. Pusillum autem progrediente Iesu ab eis, nec una hora potuerunt uigilare eo absente, propter quod oremus ut nec modicum aliquando Iesu progrediatur. Sequitur. Et ue. ad discipu. suos & inuenit eos dormientes. Chry. in hom. Quia tempus intempestæ noctis erat, & oculi eorum à tristitia erant grauati. Hila. Postquam ergo ad discipulos redit, & dormientes deprehãdit, Petrum arguit, vsi sequiĩ, Et dicit Petro, sic, non potuisti vnã hora uigilare mecum? Petrum ideo præ omnibus ex tribus arguit, quia præ cæteris non se scãdalizandum fuerat gloriatus. Chry. in ho. Sed quia & alij idem dixerunt, omnium etiam infirmitaté arguit, qui enim mori simul cum Christo elegerãt, neq; simul cum eo potuerunt vigilare. Orig. Inueniens ãt eos dormientes suscitat verbo ad audiendum, & præcipit uigilare, dicens; Vigilate & orate, ne intretis in tétationé; ut primum vigilemus, & sic uigilãtes oremus. Vigilat, qui facit opera bona, & qui solicité agit, ne in aliquod tenebrosum dogma incurrat, sic enim uigilantis exaudiĩ oratio. Hier. Impossibile est humanã animã non tentari. Ergo nó ait, Vigi. & ora.

ne

ne tẽtemini, sed ne intre. in tenta. hoc est ne uos tentatio superet. Hil. Cur aũt ne in tentatioẽ venirẽt, admonere eos voluisset orare, ostẽdit, dicens: Spiritus quidem prõptus est, caro aũt infirma. Nõ.n. de se hoc dicit, ad eos.n. hic sermo conuersus est. Hie. Hoc aũt est aduersus temerarios, qui quod crediderint, putãt se posse consequi. Itaq; quantum de ardore mentis cõfidimus, tm̃ de fragilitate carnis timeamus. Orig. Hic cõsiderandũ est utrum sicut oĩum caro infirma est, sic oĩum spiritus promptus est, an oĩum quidẽ caro infirma est, nõ aũt & oĩum hoĩum spiritus promptus est, sed tm̃ sanctorum: infideliũ aũt spiritus segnis est, & caro infirma. Est aũt & alio modo caro infirma eorum solũ quorũ spiritus prõptus est, qui cũ spiritu prompto opera carnis mortificant. Hos ergo uult vigilare & orare, vt nõ intrent in tentationem, qm̃ qui spiritalior est, solicitior debet esse, ne magnum bonum ipsius grauẽ habeat lapsum. Rem. Vel aliter, his uerbis ostendit se uerã carnem ex uirgine sumpsisse, & verã aĩam habuisse. vnde & nũc dicit spiritum suum promptũ esse ad patiendũ, carnẽ verò infirmã, timere dolorẽ passionis. Sequitur: Iterum secundo abiit & orauit, dicens: Pater mi, si nõ põt calix iste transire nisi bibã illum, fiat uolũtas tua. Orig. Aestimo q̃ calix ille passionis, omnino à Iesu fuerat transiturus, sed cum dñia, vt si quidẽ biberet eũ & ab ipso trãsiret, postmodũ & ab uniuerso genere hoĩum. Si autẽ non biberet eum, ab ipso quidem forsitan trãsiret, ab hoĩbus aũt nõ transiret. Hunc ergo calicẽ passionis uolebat quidẽ à se transire, sic vt omnino neq; gustaret amaritudinẽ eius, si tñ possibile esset, quantum ad iustitiã Dei. Si autẽ non poterat fieri, magis volebat ut sumeret eum, & sic trãsiret ab eo & ab vniuerso hoĩum genere, quàm vt cõtra voluntatẽ paternã bibitionẽ eius effugeret. Chrys. in hom. Quòd quidem secundo uel tertio orat, ex affectu, scilicet humanæ infirmitatis quo mortẽ timebat, certificat q̃ verè factus est homo. Secundo enim uel tertio aliquid fieri, ueritatis est maximè demõstratiuum in scripturis. vnde Ioseph dixit Pharaoni. Quod vidisti secundo ad eandem rem pertinens, somnij firmitatis iudicium est. Hiero. Vel aliter: Secundo orat vt si Niniue, idest Gentilitas aliter saluari non potest, nisi aruerit cucurbita, idest Iudæa, fiat uoluntas patris, quæ non est contraria filij uoluntati, dicente ipso per ꝓphetam. Vt facerem uolũtatem tuã Deus meus uolui. Hila. Vel aliter: Passuris discipulis omnem in se corporis nostri infirmitatem assumpsit, cruciq; secum uniuersa quibus infirmamur affixit, & ideo trãsire ab eo calix nõ potest, nisi illum bibat, q a pati, nisi ex eius passione, non possumus. Hier. Christus autem solus orat pro omnibus, sicut & solus patitur pro uniuersis. Sequitur enim: Et ue. it & inue. eos dor. Erant enim oculi eorum grauati. Languescebant enim & opprimebãtur Apostolorum oculi negatione uicina. Orig. Puto enim quòd non tantum corporum oculi, quantum animarum grauati erãt, nondũ enim erat eis spiritus datus. vnde non eos reprehendit; sed uadẽs iterum orauit, docens, vt nõ deficiamus, sed permaneamus in oratione, donec impetremus ea, q̃ postulare iam cœpimus. vnde sequitur. Et relictis illis iterũ abiit, & orauit tertiò eundem sermonem dicens. Hiero. Tertio autem orauit, ut in ore duorum vel triũ testiũ staret omne uerbum. Raba. Vel ideo tribus uicibus dominus orauit, ut nos à peccatis præteritis veniam, & præsentib. malis tutelam, & futuris periculis cautelam, oremus, & ut omnem orationem ad patrẽ & ad filium & ad Spiritum sanctũ dirigamus, & ut integer spiritus noster & anima & corpus seruetur. Aug. de quæst. euan. Non absurdè etiam intelligitur ꝓpter trinam tentationem passionis, ter dominum orasse. Sicut enim tentatio cupiditatis trina est, ita & tentatio timoris trina est. Cupiditati, quæ in curiositate est, opponitur timor mortis. sicut enim in illa cognoscendarũ rerum est auiditas, ita & in illa metus amittendæ talis notitiæ. Cupiditati verò honoris vel laudis opponitur timor ignominiæ & contumeliarum. Cupiditati autem uoluptatis, opponitur timor doloris. Remig. Vel ter orat pro Apostolis, & maximè pro Petro, qui ter erat eum negaturus.

Alta sẽtẽtia Hilarij.

Tunc uenit ad discipulos suos, et dicit illis. Dormite iam & requiescite, ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus. Ecce appropinquauit qui me tradet.

Hil. Post orõnẽ frequẽtẽ, post discursus recursusq; multiplices, metũ demit, securitatẽ reddit, in requiem adhoratur. unde dicitur: Tunc ue. ad discipu. &c. Chry. in ho. Et quidẽ tunc uigilare oportebat, sed hoc dixit, ut ostenderet quõ neque uisum possent ferre futurorũ malorũ, & quoniã eorũ nõ indiget auxilio, quoniã omnino tradi eũ oportebat. Hila. Vel hoc dicit, quia uoluntatem patris de discipulis iam securus expectabat, de qua dixerat: Fiat uolũtas tua, quia. s. trãsiturũ in nos calicẽ bibens infirmitatẽ corporis nostri, & timoris solicitudinẽ, & ipsum dolorẽ mortis absorbuit. Orig. Vel nõ est ille ipse somnus, quẽ iubet nunc discipulos suos, dormire, & ille qui eis superius scribitur contigisse. Illic. n dormientes inuenit, non requiescẽtes, sed grauatos oculos habentes, nunc ãt pręcepit eis, nõ simpliciter dormire, sed cũ requie, ut ordo seruetur, ut primũ quidẽ uigilemus orantes, ut non intremus in tẽtationem, ut postea dormiamus & requiescamus, ut cũ aliquis inuenerit locũ domino, tarbernaculũ Deo Iacob, ascendat supra lectum stratus sui, & det somnum oculis suis. Forsitã autem & anima non potens semper sufferre labores, quasi incarnata, remissiones aliquas sine reprehensione consequetur, quę moraliter dormitiones dicuntur, ut usque ad aliquantum temporis habens remissionem renouata resuscitetur. Hila. Quod autem ad eos reuertens, dormientesq; reperiẽs, primum reuersus obiurgat secundo silet, tertio quiescere iubet. ratio ista est, quòd primum post resurrectionem dispersos eos, & diffidentes ac trepidos reprehendit. Secundo misso spiritu paraclito, grauatis ad contuendam Euangelij libertatẽ oculis, uisitauit: nã aliquandiu legis amore detenti, quodam fidei somno occupati sunt. Tertio uerò, id est claritatis suę reditu securitati eos, quietiq; restituet. Orig. Postquam autem resuscitauit eos à somno, uidens in spiritu appropinquãtem Iudam traditioni, qui nondum uidebatur à discipulis eius, dicit: Ecce appro. ho. &c. Chry. in hom. Per hoc autem quod dicit. Appropinquauit hora, ostendit quoniam diuinę dispositionis erat quod gerebatur, per hoc autẽ quod dicit, in manus peccatorum, demonstrat quoniam illorum nequitiæ hoc opus erat, nõ ꝙ ipse delicto esset obnoxius. Orig. Sed & nunc in manus peccatorũ traditur Iesus, qñ hi qui uidẽtur Iesum credere, habent eum in manibus suis, cum sint peccatores. Sed quotiescunque iustus habens in se Iesum in potestate factus fuerit peccatorum, Iesus est traditus in manus peccatorum. Hie. Post quã ergo tertio orauerat, & Apostolorũ timorem sequente pœnitẽtia impetrauerat corrigendum, securus de passione sua pergit ad psecutores, & ultro se ad interficiendum prębet, unde sequitur. Surgite, eamus: q. d. Non uos inueniãt quasi timẽtes, ultro pergamus ad mortem, ut confidentiam & gaudium passuri uideant. Sequitur. n. Ecce appropinquauit q me tradet. Orig. Nõ dicit appropinquauit mihi; nec. n. ipsi appropinquabat traditor eius q se elõgauerat peccatis suis ab eo. Aug. de con. euan. Videt aũt hic sermo secundum Matth. sibiipsi esse contrarius. Quomodo .n. dixit; Dormite iã, & requiescite, cũ cõnectat; Surgite, eamus? Qua uelut repugnãtia, quidã cõmoti conantur ita pronũciare qđ dictũ est; Dormite iã, & requiescite, tanquã ab exprobrãte, non à permittẽte sit dictum, quod rectè fieret, si esse necesse. Cũ uerò Marcus ita cõmemorauerit, ut cum dixisset. Dormite iã & requiescite, adiungeret; Sufficit, & deinde inferret. Venit hora, Ecce tradetur filius hominis, utique intelligitur post illud quod eis dictum est: Dormite iam & requiescite: siluisse dominum aliquantulum, ut hoc fieret quod promiserat, & nunc intulisse. Ecce appropinquauit hora. Propter quod secundum Marcum positũ est, sufficit, id est quòd iam requiescitis. Cõcor. euange.

Adhuc eo loquẽte, ecce Iudas un⁹ de duodecim uenit, & cum eo turba multa cũ gladijs, & fustibus missi à principibus sacerdotũ et senioribus populi. Qui autem tradidit eũ, dedit illis signũ, dicẽs. Quẽcunque osculatus fuero, ipse est,

tenete eũ. Et confestim accedens ad Iesum dixit: Aue rabbi. Et osculatus ẽ eũ, Dixitq; illi Iesus; Amice ad quid uenisti? Tũc accesserunt ad eũ, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerũt eũ.

Glo. Quia superius dictum est, ꝙ dominus ultro se persecutoribus exhibebat, cõsequenter euãgelista ostendit, quomodo fit a persecutoribus detentus. vnde dicit: Adhuc eo loquente &c. Remi. Vnus vide licet numero, non merito. Hoc ãt dixit ad ostendendum immane facinus illius, qui de Apostolica dignitate factus fuerat proditor. sequitur: Et cum eo tur. mul. cũ gla. & fusti. Vt autem ostẽderet euangelista, inuidentiæ causa illum deprehensum, subiungit: Missi a prin. sa. & se. popu. Orige. Potest dicere aliquis, quoniam ꝓp multitudinem eorum, qui iam crediderant, multi uenerunt aduersus eum timẽtes ne multitudo credentium manibus eorũ tollerent eum. Ego æstimo etiam alterã causam, quoniã q putabant in Belzebub eijcere solere dæmonia, arbitrabantur eũ ex quibusdã maleficij posse effugere de medio volentium eum tenere. Multi ẽt nunc spiritalibus gladijs militant cõtra Iesum varij scilicet, & diuersis de Deo dogmatib. Sequitur: Qui autem tra. eum, de eis sig. dicens. Quemcunque oscu. &c. Dignũ est autem quærere, cum secundum faciẽ notus esset oĩbus habitantibus in Iudæa, quare quasi nõ cognoscentibus effigiem eius, dedit eis signum? Venit autem traditio talis de eo ad nos, quoniam non solũ duæ formæ in eo fuerunt. vna secundum quam eum omnes uidebant, altera secundum quam transfiguratus est coram discipulis in monte, sed etiam vnicuique apparebat secũdum quòd fuerat dignus, sicut & de manna scriptum est, quòd habebat saporem ad omnem usum cõuenientem, & uerbum Dei non similiter cunctis apparet. Propter huiusmodi ergo transfigurationes eius signo indigebant. Chry. in home. Vel ideo signum eis dedit. quia multoties detentus ab ipsis pertransijt nescientibus eis, quod & tunc factum esset, si ipse voluisset, sequitur. Et confestim accedens ad Iesum, dixit. Aue rabbi. Et oscu. est eũ. Rabanus. Suscipit dominus osculum traditoris, nõ quod simulare nos doceat, sed ne proditionem fugere videatur. Origenes. Si autem aliquis quærat: Cur osculo Iudas tradidit Iesum? Secundum quosdã quidem uoluit reuerentiam ad magistrũ seruare, non audens manifestè in eum irruere. Secundum alios autem hoc fecit, timens ne si fortè se manifestum aduersarium præbuisset, ipse ei fieret causa euasionis, cum posset secũdum opinionem eius effugere, & facere se imperium. Ego autẽ puto, qđ omnes proditores veritatis, amare veritatem fingentes, osculi signo vtunt. Omnes etiam hæretici, sicut & Iudas Iesu dicũt, Rabbi. Iesus autem placabilia respondet. vnde sequitur: Dixitque illi Ie. Amice, ad qui uenisti? Dicit autem amice, improperans simulationem, hoc. n. nomine neminem bonorum in scripturis cognoscimus appellatum, ad malũ enim dicitur, Amice quomodo huc intrasti? Amice, nõ facio tibi iniuriam Aug. in sermo. do. de pas. Dicit autẽ: Ad quid uenisti? tãquam si diceret: oscularis & insidiaris, noui quare ueneris, amicum fingis, cum proditor sis. Remigius. Siue, Amice ad quid venisti? hoc fac, subintelligitur. Sequitur: Tunc accesserũt, & ma. iniecerũt Iesum, & tenuerunt eum. Tunc scilicet quando ipse permisit, frequenter enim voluerunt, sed non potuerunt. Raba. Exulta christiane, in commercio inimicorum tuorum vicisti, quod Iudas uẽdidit, & quod Iudæus emit, tu acquisiuisti.

Duplex forma Christi.

Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, extẽdens manum exemit gladiũ suum, et percutiens seruũ principis sacerdotũ, amputauit auriculã eius. Tunc ait illi Iesus. Conuerte gladium tuũ in locum suũ. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribũt. An putas quia nõ possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quã duodecim legiones Angelorũ? Q̃mo ergo implebũtur scripturæ? Quia sic oportet fieri.

Chrysostomus in homel. Sicut Lucas refert, dominus in cœna discipulis dixerat. Qui habet sacculum, tollat similiter & peram, & qui non habet, uendat tunicam suam, & emat gladiũ, & discipuli responderunt. Ecce gladij duo hic. Conueniens autem erat illic gladios esse, propter agnum, scilicet paschalem quem comederant. Audientes quoque quoniam

venirēt persecutores ad Christum capiēdum, a cœna exeuntes, gladios sumpserūt in auxilium aduersus persecutores, quasi ꝓ magistro præliaturi. vnde & hic dr̄: Ecce vnus ex his qui erant cū Iesu extendēs manum, exemit gladium suū. Hic In alio Euangelio scriptum est, ꝙ Petrus hoc fecerit eodē ardore, quo & cætera fecit. vnde sequitur: Et percutiens ser. prin. sacer. ampu. auri. eius: seruus principis sacerdotū Malchus appellatur, auricula quoque quæ amputatur, dextra est. transitoriè dicendū est, ꝙ Malchus, i. rex quondam populus Iudæorum, seruus factus est impietatis & deuorationis sacerdotum, Dexteramq; perdidit auriculam, vt literę veritatē audiat in sinistram. Orig. Nam si vidētur legem audire, modo cum sinistro auditu audiunt vmbram traditionis de lege, non veritatem. Populus autem ex Gentibus significatus per Petrū, per hoc ipsum ꝙ crediderunt in Christum, facti sunt causa vt præcideretur. Iudæorū auditio dextera. Raban. Vel Petrus non tollit audientibus intelligendi sensuum, sed diuino ablato iudicio negligentibus pādit: verum eadē dextera auris in ijs qui ex eodem populo crediderunt, diuina pietate pristino restituta est officio. Hil. Vel aliter: Seruo principis sacerdotū auricula ab Apostolo desecat̄, populo. s. sacerdotio seruienti per Christi discipulū inobediēs auditus exciditur, & ad capacitatē veritatis hoc quod erat non audiens amputatur. Leo Papa in sermo. de passio. Dominus āt zelātis Apostoli pium motum progredi vltra non patit̄. vnde sequitur: Tunc ait illi Iesus: Cōuerte gla. tu. in lo. suum. Contra sacramētum. n. erat redemptionis nostræ, ut qui mori pro omnib. venerat, capi nollet. Dat ergo in se furentibus licentiam sæuiendi, ne dilato gloriosæ crucis triumpho, & dānatio diabolica fieret longior, & captiuitas humana diutunior. Raban. Oportuit ēt ut actor gratiæ fideles patientiam suo exemplo doceret, & potius ad sustinendū fortiter aduersa instrueret, quàm ad vindicandum prouocaret. Chr. in ho. Ad hoc āt discipulo persuaderet comminationē addit, dicēs: Oēs. n. qui acceperint gladiū, gladio peribūt. Aug. contra Fau. Idest oīs ꝙ usus fuerit gladio. Ille āt utitur gladio qui nulla superioritate, aut legitima potestate uel iubente uel concedente in sanguinem alicuius armatur. Nam utique dominus iusserat, vt ferrū discipuli eius ferrent, sed non iusserat ut ferirent. Quid ergo indignum, si Petrus post hoc peccatū fact⁹ est pastor ecclesiæ, sicut Moyses post percussum Aegyptum factus est rector & princeps synagogæ? Vterque. n. non detestabili immanitate, sed emēdabili animositate regulā excessit; vterq; odio improbitatis alienæ; sed ille fraterno, ille dominico (licet adhuc carnali) ī amore peccauit. Hil. Sed non omnibus gladio utentib. mors solet esse per gladium. Nam plures aut febris, aut alius accidens casus, absumit; quia gladio aut iudicij officio, aut resistendi latronibus necessitate sunt vsi. Et si secundum sentētiam eius omnis gladio utēs, gladio perimeretur, rectè ad necem eorum gladius eximebatur, qui eodē utebantur facinus. Hier. Quo ergo gladio peribit quicunq; gladium sumpserit? Illo nē pe qui igneus uertitur ante paradisum, & gladio spiritus qui in Dei describitur armatura. Hil. Recondi ergo gladium præcepit dominus: quia eos non humano, sed oris sui gladio esset peremptus. Remi. Vel aliter: Qui gladio utitur ad occidendum hominem, ipse suę prius malitiæ moritur gladio. Chry. in ho. Non solum āt mitigauit discipulos per cōminationem pœnæ, sed ēt ostendendo, ꝙ voluntariè hoc sustinebat. unde sequitur. An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modus plus quàm duodecim legiones Angelorum? Quia multa humanę infirmitatis ostenderat; non videretur credibilia dicere, si dixisset, ꝙ eos ꝑdere posset. Et ideo dicit: An putas quia non possum? Hie. Quasi diceret: Nō indigeo duodecim Apostolorum auxilio, ēt si oēs me defenderēt; qui possum habere duodecim legiones angelici exercitus. Vna legio apud ueteres sex milibus hominū cōplebatur; de duodecim ergo legionibus 72. milia Angelorum fiunt in quot gentes hominum lingua diuisa est. Orig. Ex hoc autem demōstratur, quoniā secūdū similitudinem legionum militię mundialis, sunt

Auricula amputata, allegoricè designat iudæorum cæcitatem.

&

& angelorũ legiones militiæ cœlestis militãtiũ cõtra legiones dæmonũ. Militia.n. oĩs pp aduersarios itelligit cõstituta. Nõ ãt quasi indigens auxilio angelorũ hoc dicebat, sed secundũ æstimationẽ Petri uolẽtis ei auxiliũ ferre. Magis.n angeli opus habent auxilio vnigeniti filij Dei, q̃ ipse illorũ. Remi. Possumus ẽt intelligere per angelos Romanorũ exercitũ: cũ Tito.n. & Vespasiano omnes linguæ aduersus Iudæam surrexerunt, & impletum est: Quia pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Chry. in ho. Non solum autẽ p hoc timorem Discipulorum euacuat: sed etiam per hoc q̃ scripturas in medium introducit dicens. Quomodo ergo implebũtur scripturæ, quia sic oportet fieri? Hie. Hæc sentẽtia promptũ ad patiẽdũ demonstrat animũ, q̃ frustra ꝓphetæ cecinerint nisi dñs eos uera dixisse passiõe asseuerat.

Motus omniũ gẽtiũ in Iudæos.

In illa hora dixit Iesus turbis; Tanquã ad latronẽ existis cum gladijs, & fustib. cõprehendere me? Quotidie apud uos sedebã, docens, in tẽplo, & non me tenuistis. Hoc autem totũ factum est, ut adimplerẽtur scripturæ prophetarũ. Tũc Discipuli oẽs relicto eo fugerũt. At illi tenentes Iesum, duxerunt eũ ad Caiphã principẽ sacerdotum, ubi scribæ, & seniores conuenerant. Petrus ãt sequebatur eũ à longe usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro sedebat cum ministris ut uideret finem.

Orig. Postquam dixit Petro, Reconde gladium tuũ, quod est patientiæ: postquã ẽt auriculã restituit amputatã, sicut alter dicit Euangelista, quod summæ benignitatis indiciũ fuerat, & diuinæ virtutis, subditur: In illa hora dixit Iesus turbis: ut si præterita beneficia non recordantur, vel præsentia recognoscant. Tanquã ad latronẽ existis cũ gladijs & fustibus cõprehendere me? Remi. Ac si diceret. Latronis officiũ ẽ nocere, & latitare; ergo verò nemini nocui, sed plures sanaui, & synagogis semp docui. Et hoc est quod subditur. Quotidie apud uos sedebãt in tẽplo docens &c. Hier Quasi diceret. Stultũ est cũ gladijs & fustib. quærere, qui vltro se uestris tradat manibus, & in nocte, quasi latitãtẽ p proditorẽ inuestigare, qui quotidie in tẽplo doceat. Chryso. in ho. Ideo autem eum in tẽplo nõ tenuerunt, quia nõ ausi erant pp turbam: pp quod & dñs foras exiuit, vt ex loco & tpe daret eis aptitudinẽ se capiẽdi. Ex hoc ergo docet, q̃m nisi voluntarius permisisset, nequaquam eum capere potuissent. Deinde Euangelista quæstionẽ soluit, propter quid dñs capi voluit, cùm subdit. Hoc autem totũ factum est &c. Hier. Foderunt manus meas & pedes meos. Et alibi: Sicut ouis ad uictimam ductus est. Et in alios loco. Ab iniq̃tatibus populi mei ductus est ad mortem. Remi. Quia.n. omnes prophetæ prædixerunt Christi passionem, ideo non posuit fixum testimonium, sed generaliter dicit impleri vaticinia omnium prophetarum. Chry. in ho. Discipuli autem qui q̃n detẽtus est dñs permanserunt, q̃n hæc locutus est ad turbas fugerunt. vnde sequitur. Tũc Discipuli oẽs relicto eo &c. Sciebant.n. q̃m iam non erat possibile effugere, eo se voluntariè illis tradente. Remig. In hoc tñ facto demõstratur fragilitas Apostolorum; qui.n. de ardore fidei promiserant se mori cum eo, nunc timore fugiunt, immemores suæ promissionis. quod etiam uidemus impleri in his, qui pro amore Dei magna se promittunt facturos, q̃ postmodum non implent, nõ tamen desperare debent, sed cum Apostolis resurgere, & per pœnitentiam resipiscere. Rab. Misticè autem sicut Petrus, qui culpam negationis pœnitẽtię lachrymis abluit, recuperationem eorum ostendit, q̃ in martyrio labũtur, ita cæteri Discipuli fugientes, cautelam fugiendi docent eos, qui se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt. Sequitur, At illi tenentes Iesum duxerunt ad &c. Aug. de con euang. Sed tamen primo ad Annã ductus est socerum Caiphę, sicut Ioãnes dicit. Ductus est autem ligatus, cum adessent in illa turba tribunus & cohors, vt Ioannes commemorat. Hie Refert autem Iosephus istum Cayphan vnius tãtum anni pontificatum pretio redemisse, cum tamẽ Moyses, Deo iubẽte, præceperit, ut pontifices patribus succederent, & generationis in sacerdotibus series texeretur. non ergo mirum est si iniquus pontifex iniqua iudicet. Raban. Conuenit etiam nomen actioni, Caypha idest inuestigator uel sagax ad implendam

Latrones officium & cõditio.

dam

dam suam nequitiã, uel uomẽs ore: quia impudens fuit ad proferendũ mẽdacium, & ad perpetrandum homicidium. Ideo ãt illuc eũ adduxerũt, ut cũ cõsilio oĩa facerent. Vnde sequitur: Vbi Scribæ & Pharisæi & seniores cõuenerant. Ori. Vbi Cayphas est Princeps sacerdotũ, illic cõgregãt scribæ, i. lr̃ati: qui p̃sunt lr̃æ occidẽti: & seniores, nõ in ueritate, sed in uetustate lr̃æ. Sequitur; Petrus ãt sequebatur eũ à lõgè. Nõ n. poterat de ꝓximo eũ sequi, sed de longinquo, nec tamen oĩno recedens ab eo. Chry. in ho. Multus. n. erat feruor Petri: qui cum alios fugientes vidisset, nõ fugit, sed stetit & intrauit. Si ãt & Ioannes intrauit, tamen notus erat principi sacerdotũ. Lõgè ãt sequebatur, quia erat dñm negaturus. Remig. Neq;. n. negare potuisset, si domino proximus adhæsisset. Per hoc etiam significatur, ꝙ Petrus dominũ ad passionem euntem erat secuturus, id est imitaturus. Aug. de con. euan. Signficatur ẽt ecclesiam secuturã quidem, hoc est imitaturam passiones domini, sed longè differenter: ecclesia. n. pro se patitur, at ille pro ecclesia. Sequitur: Et ingressus intro sedebat cum ministris, ut videret finem. Hie. Vel amore discipuli, vel humana curiositate scire cupiebat quid iudicaret de domino pontifex: utrũ eum neci addiceret, an flagellis cæsum dimitteret.

Principes autẽ sacerdotũ, & omne conciliũ quærebant falsum testimoniũ contra Iesum, ut eum morti traderent: & non inuenerunt, cũ multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem uenerunt duo falsi testes, & dixerunt. Hic dixit: Possum destruere tẽplum Dei, & post triduum reædificare illud; & surgẽs princeps sacerdotũ ait illi: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi; Adiuro te ꝑ Deum uiuũ, ut dicas nobis si tu es Christus filius Dei. Dixit illi Iesus. Tu dixisti. Verũtamẽ dico uobis, amodo uidebitis filiũ hominis sedentẽ à dextris uirtutis Dei, & uenientem in nubibus cæli. Tunc princeps sacerdotũ scidit uestimenta sua dicẽs, Blasphemauit. Quid adhuc egem⁹ testib⁹? Ecce nunc audistis blasphemiam: Quid uobis uidẽt? At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes. Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit.

Chry. in ho. Congregatis principibus sacerdotum, & tota pestilentiæ conuenticula, volebant suis insidijs iudicij formã imponere. vnde dicitur: Principes autem sacer. & om. con. quærebãt fal. test. con. Iesum &c. Sed ꝙ fictum erat iudicium, & omnia tumultus & turbationis plena, manifestatur per hoc quod subditur: Et non inuenerũt, cum multi falsi testes accessissent. Orig. Falsa. n. testimonia tunc locum habent, quando cum colore aliquo ꝓferuntur. Sed nec color inueniebatur qui posset contra Iesum adiuuare mendacia, quamuis essent multi, gratiam tribuere uolentes principib. sacerdotũ. qđ maximam laudẽ exhibet Iesu, qui sic oĩa irreprehensibiliter dixit & fecit, ut nullã uerisimilitudinẽ inuenirent in eo reprehensionis & mali & multi astuti. Sequitur. Nouissimè ãt uenerunt duo falsi testes &c. Hie. Q̃uo ãt falsi testes sunt, si ea dicũt q̃ dñm dixisse legimus? Sed falsus testis est, qui nõ eodẽ sensũ dicta intelligit, quo dicuntur; dñs. n. dixerat de templo corporis sui, sed in ipsis uerbis calũniant, ut paucis additis vel mutatis quasi iustam calumniam faciant. Saluator dixerat; Soluite tẽplum hoc, isti cõmutant, & aiunt. Possum destruere tẽplũ Dei. Vos inquit soluite, non ergo: quia illicitum est, ut nobisipsis inferamus manus; deinde illi vertunt, & post triduum reædificare illud, ut proprie de tẽplo Iudaico dixisse uideretur: dominus aũt ut ostẽderet ꝙ de aĩale & spirans tẽplũ dixerat. Et ego in triduo suscitabo illud, aliud est ædificare, aliud suscitare. Chry. in ho. Sed quare non adduxerunt in medium accusationem de solutione sabbati? quia multoties eos super hoc confutauerat. Hieronym. Ira autem præceps & impatiens, non inueniens calumniæ locum, excutit de solio pontificem, ut vesaniam mentis motu corporis demonstraret. vnde sequitur; Et surgens princeps sacerdotum, ait illi. Nihil respondens ad ea quæ illi aduersum te testificantur? Chrysostomus in home. Hoc autem dixit uolens ab eo inexcusabilem responsionem elicere, ut ex ipsa eum capiat. Inutilis autem erat excusatio

cusatio

cusationis responsio, nullo eam exaudiente. Et ideo sequitur: Iesus auté tacebat. Etenim solū figura iudicij ibi erat, in veritate āt latronū erat incursus, sicut in spelunca, & ideo silet. Ori. Ex hoc āt loco discimus cōtemnere calumniantiū & falsorū testiū voces, vt nec responsione dignos eos habeamus, qui nō cōuenientia dicunt aduersus nos, maximè ubi mai⁹ est libere & fortiter silere, q̄ defendere sine vllo ꝓfectu. Hie. Sciebat. n. quasi De⁹, quicquid dixisset torquēdū ad calumniā. Quāto ergo Iesus magis tacebat ad indignos responsione sua, tallos testes et sacerdotes impios tanto magis pōtifex furore superatus eū ad respōdendū prouocat, vt ex qualibet occasione sermonis, locū inueniat accusandi. vñ sequitur: Et princeps sacerdotū ait illi. Adiuro te ꝑ Deū viuū, vt dicas nobis &c. Orig In lege quidē adiurādi vsum aliquoties inuenimus: Aestimo āt qm̄ nō oportet vt vir qui vult secūdū euangeliū viuere, adiuret alterū. Si. n. iurare non licet, nec adiurare, sed & q̄ respicit Iesum imperātem dęmonibus & potestatem dātē discipulis super dęmonia, dicet quod secūdum potestatem datam à Saluatore nō est adiurare dæmonia. Princeps autem sacerdotum peccatū faciebat insidiās Iesu, & ideo imitabatur propriū patrem qui bis dubiè interrogauit Saluatorē, Si tu es Christus filius Dei. vnde quis recte dicere potest, quoniā dubitare de filio Dei vtrū ipse sit Christus, opus diaboli est. Nō decebat autem dominū ad adiurationē principis sacerdotum respondere quasi uim passum, propter quod nec denegauit se filiū Dei esse, nec manifestè cōfessus est. vnde sequitur: Dicit illi Iesus, tu dixisti. Nō. n. erat dignus Christi doctrina, ꝑpterea non eum docet, sed verbum oris eius accipiēs, in redargutionem ipsius cōuertit. Sequit. Verumtamen dico uobis &c. Videtur mihi quoniā firmitatem quādam regalem significat sessio filij hominis, iuxta virtutē ergo Dei, qui solus est uirtus, fundatus est qui accepit omnē potestatē à patre, sicut in cęlo & in terra. Erit aūt quādo hāc fundationem videbūt etiā aduersarij, quod à tēpore dispēsationis incœpit impleri. uiderunt enim eius discipuli eum resurgentem à mortuis, & per hoc viderūt eū fundatū ad dexterā virtutis. Vel quia secūdū longitudinē sempiternā q̄ est apud Deū à cōstitutione mūdi vsque ad finē, est vnus dies. Nihil ergo mirum qđ hic dicit Saluator: Amodo, spatiū in esse breuissimum, vsq; ad finē ostēdens, & nō solū sedētē eū ad dexterā virtutis visuros prophetabat, sed ēt venientē in nubib. cęli, vnde sequit: Et venientē in nubib' celi. Hæ nubes sunt prophetę & Apostoli Christi quib. mādāt pluere cum oportet, & sunt nubes cęli nō transeuntes, quasi portātes imaginem cœlestis, & dignæ sūt vt sint sedes Dei quasi hæredes Dei & cohæredes Christi. Hiero. Pōtificem autem quem de solio sacerdotali furor excusserat, eadem rabies ad scindēdas uestes prouocat. Vnde sequit: Tunc princeps sacerdotū scidit vestimēta sua, dicens: Blasphemauit. Cōsuetudinis enim Iudaicæ est, ꝙ cum aliquid blasphemū, & quasi contra Deum audierunt, scindāt uestimēta sua Chry. in ho. Hoc igitur fecit, vt accusationē redderet grauiorē; & qđ verbis dicebat, factis extolleret. Hier. Per hoc autem ꝙ scidit vestimenta sua, ostendit Iudæos sacerdotalem gloriam perdidisse, & uacuam sedem habere pontificis. Deum enim vestem sibi discindit, ipsum quo tegebatur velamētum legis abrupit. Chry. in ho. Cum ergo scidisset vestimenta sua, non fert sententiam à seipso, sed ab alijs eam exquirit, dicens. Quid vobis videtur? Sicut in confessis peccati & blasphemia manifesta fieri solet, & quasi cogens & violentiam inferens ad sententiā proferendam præuenit auditorem dicēs. Quid adhuc egemus testibus? Ecce &c. Quæ autem fuit illa blasphemia? etenim ante eis congregatis dixerat: Dicit dominus domino meo sede a dextris meis, & interpretatus est eis, & siluerunt, ne de cętero cōtradixerunt, qualiter ergo nūc quod dictum est blasphemiam uocat. Sequitur; At illi respōdentes dixerūt; Reus est mortis. Ipsi accusantes, ipsi discutiētes, ipsi sententiā proferentes. Orig. Quantū putas fuit erroris? ipsam principalē omniū uitā reā mortis pronunciare, & per tantorū resurgentiū testimonia non respicere fontē uitæ, de quo in omnes surgentes uita fluebat.

bat. Chry. in ho. Vt et venationé inuenientes, ita suá demóstrabant ebrietaté, & insania ferebátur. Sequit. Tunc expue. in fa. eius, &c. Hie. Vt cópleret quod dictú est: Dedi maxillá meá alapis, & facié meá nó auerti à cófusione sputorum. Sequit: Alij at pla. in fac. eius dede. dicen. Propheliza &c. Gl. In contumeliá ei hoc dr, qui se prophetam haberi voluit à populis. Hie. Stultum autem erat verberantibus respódere & prophetar ecædétem: cum palam percutiétes insania videretur. Chry in ho. Attende autem q̃ Euangelista cum summa diligentia, ea quæ videntur esse exprobratissima, exponit. nihil occultans aut verecundans, sed gloriam existimás maximá, dominatorem orbis terrarum p̃ nobis talia sustinere. Hoc auté legamus cótinuè, hoc nostræ méti inscribamus, & in his gloriemur. Aug. de q. euan. Quòd autem dictum est. Expuerunt in faciem eius significauit eos qui præsentiam gratiæ eius respuunt. Item tanquam colaphis cú cędût, qui ei honores suos pręferunt. Palmas in faciem eius dant, qui perfidia cęcati eum non venisse affirmant, tanquam pręsentiá eius exterminantes & repellentes.

Opprobrium Christi honor est Christiani.

Petrus uerò sedebat foris in atrio & accessit ad eum una ancilla dicens. Et tu cũ Iesu Galilæo eras? At ille negauit corã omnib. dicens. Nescio quid dicis. Exeunte auté illo ianuam, uidit eũ alia ancilla, et ait his q erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterũ negauit cũ iuramento, quia non noui hominé. Et post pusillũ accesserũt qui stabant, & dixerunt Petro. Vere & tu ex illis es nam & loquela tua manifestũ te facit. Tũc cæpit detestari et iurare, quia nõ nouisset hominẽ. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus uerbi Iesu. quod dixerat illi, prius quã gallus cãtet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare.

Aug. de có. euá. Inter prædictas domini cótumelias trina negatio Petri tacta est, quam nó oés Euangelistæ eodem ordine narrauit. Lucas enim explicat prius tétationem Petri, nunc demum cótumelias dñi. Sed Mat. & Marcus eas primo cómemorát, & deinde Petri tétationé. Sic. n. hic sequit: Petrus vero sedebat foris in atrio. Hie. Foris sedebat ut uideret exitũ rei, & nó appropinquabat Iesu, ne i ministris aliqua suspicio nasceretur. Chry. in ho. Et q̃ qñ detentum magistrú vidit solú, ita asserbuit, ut gladiú euaginauerit, & auriculá absciderit; qñ cótumelias Christi audiuit negator efficitur, & vilis puelę minas nó sustinet. Sequitur enim: Et accessit ad eú vna ancilla, dicens: Et tu cú Iesu Galilæo eras. Rab. Quid sibi vult, quia prima eum prodit ancilla, cum uiri magis eum potuerint recognoscere: nisi q̃ iste sexus peccare in nece domini videretur, & ei⁹ passione redimeretur? Sequitur: At ille negauit coram omnibus, dicés: Nescio quid dicis. Palàm omnib. negauit, quia se manifestare expauit, quod dicebatur se nescire respódit, quia pro Saluatore adhuc mori noluit. Leo pa. in sermo. de pas. Ob hoc auté sicut apparet hæsitare permissus est, vt in ecclesiæ principe remedium pœnitentiæ conderetur, & nemo auderet de sua virtute confidere: quádo mutabilitatis periculum, nec beatus Petrus potuisset euadere. Chry. in ho. Non solum autem semel, sed & secundo, & tertio negat in breui tépore. vnde sequitur: Exeunte auté &c. Aug. de con. euan. Intelligit autem quod postquam exijt foras cú iam semel negasset, gallus cantauit primum, quod Marcus dicit. Chry in ho. Vt ostendat q̃ neque vox galli eum à negatione detinuit, neque in memoriá suæ promissionis reduxit. Aug. de con. euan. Non autem foris ante ianuá iterú negauit, sed cum rediisset ad locú: neque enim iam exierat, & foris eum vidit altera ancilla, sed cum exiret, eum uidit, i. cú surgeret & exiret, animaduertit; & dixit his qui erant ibi, id est, qui simul aderant ad ignem in atrio: Et hic erat cú Iesu Nazareno. Ille autem qui foris exierat, hoc audito regressus est, vt se quasi purgaret negando. Vel quod est credibilius, non audiuit quod de eo dictum fuerat cum foras exiret, & postea quam redijt quod dictum est ei, dixerunt ei ancilla & ille alius quem Lucas commemorat. Sequitur: Et iterum negauit cum iuramento, &c. Hier. Scio quosdam pio affectu erga Apostolorum Petrum locum hunc ita interpretatos; ut dicerent Petrum hominem negasse, non Deú, & esse sensum, Ne scio hominé, quia scio Deum. Hoc quam friuo-

friuolum sit, prudēs lector intelligit. s. n. iste non negant: ergo mentiturus est dñs, qui dixerat Ter me negabis. Raba. In hac autem negatione Petri, dicimus non solū abnegare Christum, qui dicit eum nō esse Christum, sed qui cum sit, negat se esse Christianum. Aug. de con. euan. Nunc iā de tertia negatione inspiciamus. Sequitur enim. Et post pusil. accel. qui sta. & dix. Petro. Vere & tu ex illis es. Lucas aūt dixit: Interuallo facto quasi horæ vnius, & ut eum conuincant consequenter adiungūt: Nam & loquela tua manifestum te facit. Hie. Non quo alterius sermonis esset Petrus, aut gentis, externę, oēs quippe Hebræi erāt & qui arguebāt, & qui arguebantur sed quo unaquæq; prouincia & regio habeat proprietates suas, & vernaculū loquendi sonū uitare nō possit. Remi. Vide āt quam sint noxia prauorū hoīum colloquia, ipsa quippe coegerunt Petrū negare dñm, quem prius cōfessus fuerat esse Dei filium: Sequitur. n. Tunc cœpit detestari &c. Rab. Nota quia primum ait. Nescio, quid dicis. Secundo cum iuramēto negat. Tertio quia cępit detestari & iurare, q̄ non nouit hominem. Perseuerare quippe in peccato dat incrementum scelerum, & qui minima spernit, cadit in maiora. Remi. Spiritualiter āt per hoc q̄ Petrus ante primum galli cantū negauit, illi designantur qui ante Christi resurrectionē non credebāt esse Deum eius morte turbati. Per hoc āt q̄ post galli cantum negauit, illi designantur qui in vtranque domini naturam, & secundum Deum, & secundū hominem, erant. Per primā āt ancillam designatur cupiditas, per secundum carnalis delectatio, per illos qui astabāt, dæmones intelligūtur. Hi. n. trahūtur homines ad Christi negationem. Orige. Vel per primā ancillam, intelligitur synagoga Iudæorū qui frequenter compulerunt denegare fideles: per secundam cōgregatio gentium qui & persecuti sunt Christianos, per tertios stantes in atrio, ministri hæresum diuersarum. Aug. de quæst. euan. Ter ēt Petrus negauit, nam & error hæreticorū de Christo tribus generibus terminatur. Aut. n. de diuinitate, aut de humanitate, aut de utroque, falluntur. Raba. Post tertiam autem negationem, sequitur galli cātus, & hoc est qđ subditur. Et conti. gallus cantauit. Per quem doctor ecclesiæ intelligitur qui somnolentos increpans, ait Euigilate iusti & nolite peccare. Solet autem sacra scriptura sępe meritum causarum per statū temporum designare. vnde Petrus qui media nocte negauit, ad galli cantum pœnituit. unde sequitur: Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat. Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Hie. In alio Euangelio legimus, q̄ negationem Petri, & galli cātum, respexit Saluator Petrum, & intuitu suo eū ad amaras lachrymas prouocauit. non. n. fieri poterat ut in negationis tenebris permaneret, quem lux perspexerat mundi. vnde & hic sequitur; & egressus foras fleuit amare. In atrio. n. Caiphæ sedens non poterat agere pœnitentiam. vnde foras egreditur de impiorū cōcilio, ut pauidę negationis sordes amaris fletibus lauet. Leo pa. Fœlices, ò Apostole sancte, lachrymę tuę, quę ad diluendā culpā negationis, uirtutē sacri habuere baptismatis. Affuit. n. dextera dñi Iesu Christi, q̄ labentem te, priusquā deijcereris, exciperet, & firmitatē stādi in ipso cadendi periculo recepisti, cito itaq; ad soliditatē redijt petra tanquā recipiēs fortitudinem, ut qui tunc in Christi expauerat passione, in suo post supplicio nō timeret, sed constans permaneret.

CAPVT XXVII.

MANE autem facto concilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderūt Pontio Pilato præsidi. Tunc videns Iudas qui eum tradidit, q̄ damnatus esset pęnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus, dicens. Peccaui, tradēs sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quod ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in tēplo, recessit, & abiens, laqueo se suspendit.

Aug. de con. euan. Contexuerat superius. Euangelista narrationē in his quæ cū domino facta sunt, usque ad mane; Sed postea

stea rediit ad narrandam Petri negationé
qua terminata rediit ad mane, ut inde cę
tera cōtexeret. Et hoc est quod dr̃. Mane
aūt facto concilium inierunt omnes princi
pes sacerdotū, & seniores populi aduer-
sus Iesum, ut eum morti traderent. Orig.
Putantes per mortem extinguere eius do
ctrinam, & fidé apud eos qui crediderunt
in eū, quasi in filiū Dei. Talia autem con
tra eum cōciliantes, allegauerunt, Iesum
soluentem a vinculis. vnde sequitur. Et
vinctum adduxerunt eum, & tradiderūt
Pontio Pilato præsidi. Hie. Vide solicitu
dinem sacerdotum, in malum tota nocte
vigilarūt, ut homicidium facerent: & uin
ctum tradiderūt Pilato. Habebant. n. hūc
mortem, ut quem adiudicassent mortali,
ligatum iudici traderent. Raba. Attamen
notandum ꝙ non tunc primū ligauerūt,
sed mox comprehensum in orto, vt Ioan
nes declarat. Chrys. in ho. Ideo autem eū
non occulte interfecerunt, quia uolebant
eius glorię detrahere. Multi. n. eum admi
rabantur, & propter hoc studuerunt pu-
blicè, & coram omnib⁹ eum occidere, &
ideo ad præsidem eum duxerunt. Hiero.
Vidés aūt Iudas dn̄m adiudicatū morti pre
tium retulit sacerdotib. quasi in potestate
sua esset persecutorum mutare sententiā.
vnde sequitur; Tunc uidens Iudas qui tra
didit eum quod damnatus esset, pœniten
tia ductus, retulit triginta argenteos prin
cibus sacerdotum & senioribus populi, di
cens: Peccaui, tradens sanguinem iustum.
Orige. Respondeant mihi qui de naturis
quasdam fabulas introducunt. vnde est
ꝙ Iudas cognoscens peccatum suum, di-
xit. Peccaui, tradens sanguinem iustum;
nisi ex bona plantatione mentis & semi-
natione uirtutis, quæ seminata est in oī ra
tionabili anima; quam nó coluit Iudas &
ideo cecidit in tale peccatum. Si aūt natu-
ræ pereuntis est aliquis hominū, magis hu
ius naturæ fuit Iudas. Et si quidem post re
surrectionem Christi hoc dixisset Iudas:
forsitan erat dicendū, qm̄ cōpulit eum pę
nitere de peccato ipsa uirtus resurrectio-
nis. Nunc aūt uidens eum traditum esse Pi
lato pęnituit, forsitan recordatus quā fre-
quenter Iesus dixerat de sua resurrectio-
ne futura. Forsitā & Sathanas qui ingres-
sus in eū fuerat, præsto fuit ei, donec Iesus
traderetur Pilato. Postquā aūt fecit quod
uoluit, recessit ab eo, quo recedente pœ-
nitentiam capere potuit. Sed qūo uidit Iu
das qm̄ cōdemnatus est? nondum. n. a Pi-
lato fuerat interrogatus forsitan dicet ali
quis, qm̄ consideratione mentis suæ vidit
exitū rei ex eo ꝙ traditum aspexit. Alius
aūt dicet qm̄ qđ scriptum est.* Vidēs Iudas
quia condemnatus est, ad ipsum Iudā re-
fertur, tunc. n. sensit malum suum & intel
lexit se condénatum. Leo. pa. Dicédo tū;

* Aliqua desunt. Damnatio quā Iudas uidit, pōt referri ad Christū & ad ipsum Iudam. Sēsus notatu dignus.

Peccaui, tradés sanguinem iustum, in im
pietatis suæ perfidia perstitit, qui Iesum,
non Dei filiū, sed nostrę tantūmodo cōdi
tionis, hoiem ét inter extrema mortis suæ
pericula credidit, cui⁹ flexisset misericor-
diā, si eius omnipotētiā nō negasset. Chr.
in hom. Vide aūt qm̄ pęnitentiam agit, qn̄
cōpletum est & finem accepit peccatum.
Non. n. permittit diabolus eos qui non vi
gilant uidere malum antequā perficiant.
Sequitur: At illi dixerunt. Qui ad nos? tu
uideris. Remi. Ac si dicant. Quid ad nos p
tinet si iustus est? tu uideris, i. opus tuum
quale sit manifestabitur. Quidam aūt con-
iunctim uoluerūt legere hæc uerba, ut sit
sensus, cuius ęstimationis deputaris apud
nos, qui eum quem tradidisti, iustum con
fiteris? Orig. Recedente aūt ab aliquo dia-
bolo, obseruat iterum tempus, & postquā
cognouerit & ad secundum peccatum in
duxerit, obseruat etiā tertię deceptionis
locum. Sicut ille qui primo vxorem pa-
tris habuit; de hoc malo postea pęnituit.
Sed postea diabolus uoluit ipsam tristitiā
supra modum exaggerare, ut ipsa tristi-
tia abundantior facta absorberet tristan-
tem. Simile aliquid factum est in Iuda.
Postquam pęnituit non seruauit cor suū,
sed suscepit abundantiorem tristitiam a
diabolo sibi submissam, quia uoluit eum
absorbere. vnde seqtur. Et abiēs, laqueo
se suspendit. Si autem locum pœnitentiæ
requisisset, & tempus pœnitentiæ obser-
uasset; forsitan inuenisset eum qui dixit.
Nolo mortem peccatoris. Vel forte æsti-
mauit pręuenire magistrum moriturum,
& occurrere ei cum anima nuda, ut confi
tens, & deprecans misericordiam mererę
tur, nec uidit quia nō cōuenit seruū Dei

seipsum

seipsum expellere de hac uita, sed expectare Dei iudiciũ. Rab. Suspendit autẽ se laqueo, vt se ostenderet cœlo, terræque perosum. Aug. de nouo & ueteri test. Sed occupatis principibus sacerdotum ad necem dñi à mane vsq; ad horam nonam, quõ Iudas eis retulisse pretium sanguinis qđ acceperat ante crucem dñi probatur, & dixisse illis in tẽplo peccaui, ꝙ tradiderim sanguinem iustum, cũ constet omnes principes & seniores ante passionem dñi non fuisse in templo? Quippe cum in cruce posito, insultarent ei. Nec.n. inde põt probari, quia ante passionem dñi relatum est, cũ sint multa q̃ ante facta probantur & nouissima ordinãtur. Sed ne forte post horã nonã factum sit, vt uidens Iudas occisum saluatorem, & ob hoc velum templi scissum, terram tremuisse, saxa scissa, elementa conterrita ipso metu correctus doluerit. Sed post horam nonam occupati erant (ut existimo) seniores & principes sacerdotũ ad celebrationẽ paschæ. Sabbato autem secundum legem nõ licet nummos portare, ac per hoc non est probabile apud me, quo die, imo tempore, laqueo uitam finierit Iudas.

Principes autem sacerdotũ acceptis argenteis, dixerunt. Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. Cõcilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorũ. Propter hoc uocatus est ager ille Acheldemac, hoc est ager sanguinis, usque in hodiernũ diem. Tunc impletũ est qđ dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem. Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quẽ appretiauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut cõstituit mihi domin⁹.

Chry. in ho. Quia principes sacerdotũ nouerant ꝙ occisionem emerant, à propria conscientia condemnati fuerunt, & ad hoc ostendendum subdit Euangelista. Principes autẽ sacerdotum acceptis argẽteis, dixerunt: Nõ licet eos mittere in corbona, quia pretium sanguinis est. Hier. Vere culicem liquantes, & camelum glutientes, si.n. ideo non mittunt pecuniam in corbonã, hoc est in gazophylacium, & dona Dei, quia pretiũ sanguinis est, cur ipse sanguis effunditur? Orige. Videbant autem quoniam circa mortuos magis eã pecuniam conueniebat expendi, quia pretium sanguinis erat, sed quia & inter loca mortuorum sunt differentiæ, usi sunt pretio sanguinis Iesu ad cõparationẽ agri figuli alicuius, ut in eo peregrini sepeliant, non secundum uotum suum in monumẽtis paternis. unde sequitur; Concilio autẽ initio emerũt ex illis agrũ figuli in sepulturam peregrinorum. Aug. in ser. de cœ. do. Prouidẽtia ãt Dei factũ puto, ut pretiũ Saluatoris nõ peccatoribus sumptum præbeat, sed peregrinis requiẽ subministret. ut iã exinde Christus & uiuos sãguinis sui passione redimat & mortuos preciosa passione suscipiat. Pretio ergo dominici sanguinis ager figuli cõparaĩ. Legimus in scripturis ꝙ totius generis humani salus redempta sit sanguine Saluatoris. Ager ergo iste, mũdus hic tot⁹ est. Figulus ãt qui mũdi possit habere dominatũ, ipse est qui uascula corporis nostri fecit de limo. Istius itaq; figuli ager, Christi sanguine empt⁹ est, peregrinis inquã q̃ sine domo, patria, & toto orbe exules iactabanĩ, requies Christi sanguine ꝓuidetur. Istos ãt peregrinos esse dicimus deuotissimos christianos, qui renũciãtes seculo, nihil possidẽtes in mũdo, in Christi sanguine requiescũt. Sepultura.n. Christi nihil aliud est q̃ requies christiani. Cõsepulti.n. sum⁹ (sicut ait Apostolus) cũ illo per baptismum in morte. Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus: & tãquam hospites in hac luce uersamur. Hieronymus. Qui etiam peregrini eramus à lege & prophetis, praua Iudæorum studia suscepimus in salutem. Orige. Vel peregrinos dicimus qui vsque ad finem extranei sunt à Deo. Nam iusti consepulti sunt Christo in monumento nouo quod excisum est in petra. Qui aũt alieni sunt à Deo vsque ad finem, sepulti sunt in agro figuli operantis lutum, qui pretio sanguinis est cõparatus, & ager sanguinis nominatur. vnde sequitur: Propter hoc uocatus est ager ille Acheldemach, hoc est ager sanguinis, vsque in hodiernũ diem. Glo. Quod referendum est ad tempus quo Euangelista hoc scripsit, deinde cõfirmat idem prophetico testimonio, dicens: Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem.

Et acceperunt triginta argẽteos precium appretiati, quem appretiauerũt à filijs Israel, & dederũt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. Hie. Hoc in Hieremia penitus nõ inuenitur, sed in Zacharia (qui penultimus est duodecim prophetarum) quędam similitudo refertur, & quanquam sensus nõ multũ discrepet, tamen ordo & uerba diuersa sunt. Aug. de con. euã. Si quis ergo putat, ideo fidei euãgelistę aliquid derogandum, primo nouerit non omnes codices euãgeliorum habere, q̃ per Hieremiam dictum sit: sed tantũ modo per prophetam. Mihi autẽ hęc non placet defensio, quia & plures codices habent Hieremię nomen, & antiquiores, & nulli fuit causa cur adderetur hoc nomẽ, & mendositas fieret. Cur autẽ tolleretur, fuit vtiq; causa vt hoc audax imperitia faceret, prędicta quæstione turbata. Potuit autẽ fieri vt animo Matthæi Euangelium scribentis, pro Zacharia Hieremias occurreret, ut fieri solet, quod tñ sine vlla dubitatione emẽdaret, sal ẽm ab his admonitus, qui ipso adhuc in carne viuẽte hæc legere potuerũt, nisi cogitarent recordationis suæ, quæ Spiritu sancto regebatur, nõ occurrisse aliud pro alio nomẽ prophetæ nisi quia dñs hoc ita scribi constituit. Cur ãt constituerit, prima causa est, q̃a sic insinuat, ita oẽs prophetas vno spiritu locutos, mirabili inter se consensione constare vt hoc multo amplius sit, q̃ si omniũ verba prophetarũ uno vnius hominis ore demonstrent, & ideo indubitanter accipi debent, quæcunque per eos Spiritus sanctus dixit, & singula esse oium & oia singulorum. Si.n. hodie quisquam volens alicuius verba indicare, dicat nomẽ alterius a quo dicta sunt, qui tñ sit amicissimus illius, cuius verba dicere voluit, & continuo recordatus aliũ pro alio se dixisse, ita se corrigat, vt tñ dicat, benedixi, nihil aliud intuẽs nisi inter ambos esse cõcordiã, quãto magis de ꝓphetis sanctis hoc cõmendandum fuit? Est & alia causa cur hoc nomẽ Hieremiæ in testimonio Zachariæ sit manere permissum vel potius sãcti Spiritus auctoritate præceptũ sit. Est apud Hieremiã q̃ emerit agrũ a filio fratris sui, & dederit argentũ, non quidem sub hoc nomine precij, quod positum est apud Zachariam triginta argenteis. quòd autem prophetiam de triginta argenteis ad hoc interpretatus sit Euangelista, quòd modo de domino completum est, manifestum est, sed ad hoc pertinere etiam illud de agro empto, quod Hieremias dicit, hinc potest mysticè significari, vt non hic Zachariæ nomẽ poneretur qui dixit triginta argenteis, sed Hieremiæ qui dixit de agro empto; vt lecto euangelio, atque inuẽto nomine Hieremiæ, lecto autem Hieremia, & non inuento testimonio de triginta argenteis: inuento tamẽ agro empto, admoneatur lector utrunque conferre, & inde sensum enucleare ꝓphetiæ, quomodo ꝑtineat ad hoc, quod in domino completũ est. Nam illud quod subiecit huic testimonio Matthæus, cum ait: Quem appretiauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrũ figuli, sicut constituit mihi dominus: nec apud Zachariam, nec apud Hieremiã reperitur. Vnde magis ex persona Euangelistæ accipiẽdum est, & mysticè incertum, quia hoc ex domini reuelatione cognouerit: & ad hanc rem, quę de Christi precio facta est huiusmodi pertinere prophetiã. Hier. de optimo genere interpretandi. Absit ergo de pedissequo Christi, q̃ possit argui de falso, cui cura fuit, nõ verba & syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere. Chry. in ho. Legi nuper in quodã hebraico volumini, quod Nazaraæ sectæ mihi Hebræus cõtulit, Hieremię apocryphum, in quo hoc ad verbũ scriptum reperi, sed tñ mihi videtur magis de Zacharia sumptum testimonium Euãgelistarum & Apostolorum more vulgato, quo uerborũ ordine prætermisso, sensus tñ de ueteri testamento protulerunt exemplum.

Iesus autem stetit ante præsidem, et interrogauit eum præses, dicens. Tu es Rex Iudæorũ? Dicit illi Iesus. Tu dicis. Et cum accusaretur à principib. sacerdotũ & seniorib. nihil respondit. Tũc dixit illi Pilatus. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad ullũ verbum, ita ut miraretur præses uehementer.

Aug. de con. euan. Finitis his quæ Matthæus de Iuda ꝓditore interposuit, ad ordinem narrationis reuertitur, dicẽs: Iesus autem stetit ante præsidem. Origen. Iu-

dex

dex totius creaturæ constitutus à patre, ui de quãtum se humiliauit, vt acquiesceret stare ante iudicẽ tunc terræ Iudææ, & interrogatus est interrogationẽ, quã forsitã deridens, aut dubitans Pilatus interrogat: vnde sequitur. Et interrogauit eum pſes, dicens. Tu es rex Iudæorũ? Chry. in ho. Id Pilatus interrogat, qđ aduersarij cõtra ipsum cõtinuè reuoluebant. Quia.n.sciebant Pilatũ nullam curã facientẽ legaliũ, ad publicas accusationes rẽ ducunt. Orig. Vel pronunciatiuè hoc dixit Pilatus. vnde & alibi scripsit in titulo, Rex Iudæorũ. Principi ãt sacerdotũ rñdens, Tu dixisti, obliquè arguit eius dubitationẽ. Pilati vero sniam confirmat pronuntiantis. vnde sequitur: Dicit ei Iesus: Tu dicis. Chry. in ho. Confessus est se esse regẽ, sed cœlestẽ: vt in alio euangelio manifestius legitur. Regnum (inquit) meũ nõ est de hoc mundo; vt neq; Iudæi, neq; Pilatus excusationem habeant, huic accusationi insistẽter. Hil. Vel interroganti põtifici, an ipse esset Iesus Christus dixerat. Tu dixisti, quia sp futurũ Christũ ex lege ipse dixisset, huic uero legis ignaro interrogãti, an ipse esset rex Iudæorum dr, Tu dicis, quia per fidẽ pſentis confessionis salus gẽtium est. Hier. Attende ãt ꝙ Pilato, qui inuitus promebat sniam aliqua ex parte respondit: sacerdotibus aũt & principibus sacerdotum respondere noluit, indignos eos suo sermone iudicans. vnde sequitur; Et cum accu. à princi. sacer. &c. August. de cons. euang. Lucas autẽ ipsa crimina quæ accusantes obiecerunt, aperuit; dicit.n. Cœperunt illum accusare dicentes; Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regẽ esse. Nihil autem interest ad ueritatẽ quo ordine ista retulerint, sicut nihil interest si alius aliud tacet, qđ alius commemorat. Orig. Accusatus aũt Iesus sicut tunc illis nihil respondit, sic nec & modo: non fit.n. eis uerbum Dei, sicut aliquando fuerat ad prophetas: sed neque dignum erat, vt Pilato interroganti responderet, qui non habeat permanens & firmum de Christo iudicium, sed ad cõtraria trahebatur. vnde sequitur, Tũc dixit ei Pilatus; Nõ audis quãta aduer. te dicunt testimonia? Hie. Gentilis quidem est qui cõtemnit Iesum, sed causam refert in populum Iudæorũ. Chry. in ho. Ideo aũt hoc dicebat, quia uolebat eum liberare, dũ se excusando rñderet. Sequitur Et non respõ. ei ad ul. verbum, ita vt mir. præ. vehementer. Quia.n. multas habentes demõstrationes ex ipsis rebus virtutis & mãsuetudinis eius & humilitatis, tñ in ipsum indignabantur, & pverso iudicio agebãtur cõtra ipsum, pp hoc nihil rñdet, & si aliquãdo respõdet, breuia quidem dicit, ne cõtinua taciturnitate priuaciæ opinio de ipso accipiatur. Hie. Vel ideo Iesus nihil respondere voluit, ne crimen diluens dimitteretur à pside, & crucis utilitas differretur. Orig. Miratus est ãt pses cõstantiam eius, forsitã sciens ꝙ idoneus esset pronũciare crimẽ, & tñ uidebat eum in trãquilla, & quieta sapientia, & grauitate nõ turbabili stare, sed & vehemẽter miratur. Dignum.n. uidebatur magno miraculo, vt exhibitus Christus ad criminale iudiciũ, imperturbabilis staret ante mortẽ, q̃ apud omnes homines terribilis æstimatur.

Per diem autem solemnem consueuerat præses populo dimittere unum vinctum quem voluissent. Habebat autem tunc vnum vinctum insignem qui dicebatur Barrabas. Congregatis illis, dixit Pilatus, Quem vultis dimittam uobis, Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat.n. quòd per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali misit ad eum uxor eius, dicens; Nihil tibi & iusto illi. Multa.n. passa sum hodie per visum propter eum. Principes autem sacerdotum & seniores, persuaserunt populo, vt peterent Barrabam, Iesum uero perderent. Respondens autem præses, ait illis; Quem uultis uobis de duobus dimitti? At illi dixerunt; Barrabã. Dicit illis Pilatus; Quid igitur faciã de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes. Crucifigatur. At illis præses; Quid .n. malifecit? At illi magis clamabant dicentes; Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo, dicens; Innocens *ego sum à sanguine iusti huius, uos uideritis. Et respondens uniuersus populus, dixit:* San*guis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barrabam, Iesum autem flagellatũ tradidit eis, vt crucifigeretur.*

Chry. in ho. Quia Christus ad accusatioñe Iudæorũ nihil respõderat ꝑ qđ posset eũ Pilatus ab accusationib. Iudæorum excusatũ habere, aliud machinaẽ ꝑ quod eũ liberare possit. unde dř. Per diẽ ãt solenñe consueuerat pſes populo dimittere vnũ vinctũ, quẽ uoluissent. Orig. Sic. n. quasdam gratias præstãt gentes eis quos subijciunt sibi, donec confirmetur super eos iugum ipsorum, tamen consuetudo hæc aliquando fuit apud Iudæos. Saul enim non interfecit Ionatham: omni populo petente eum ad uitam. Chr. in ho. Per hanc autem consuetudinem Christum eripere tẽtauit, ut neq; vmbram excusationis Iudęi sibi derelinquant, manifestus homicida i comparatione Christi adducitur, de quo sequitur, habebat autem tunc unum vinctum insigné, qui dicebatur Barrabas. Nõ simpliciter dicit latroné; sed isignem, hoc est in malitia diffamatum Hier. Iste Barrabas in Euãgelio quod inscribitur iuxta Hębreos, filius magistri eorum intepretatur, qui propter seditionem & homicidiũ fuerat condemnatus. Offert autem optionem eis. Pilatus dimittendi quem uellent, latronem, an Iesum, non dubitans Iesum potius eligendum. vnde sequitur: Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis? Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus? Chrysostomus i homel. Quasi dicat: Si non vultis sicut innocentem dimittere, saltem sicut condemnatum festiuitati dimittatis. Si enim oportebat in peccatis manifestis existentem dimittere, multo magis in dubijs. Vide autem ordinem conuersum. Petitio pro cõdemnatis solet esse plebis; concessio autẽ principis, nunc autem contrarium gestum est. Princeps enim petit à plebe, & plebs ferocior redditur. Glo. Quare autem Pilatus ad liberationem Christi laborauit manifestat Euangelista, cum subdit: Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. Remigius. Quæ autem inuidia fuerit Ioannes manifestant, qui narrat eos dixisse: Ecce mundus totus post eum uadit, & si dimittimus eum sic, omnes credet in eum. Notandum etiã quia loco ei⁹ quod Matthæus dicit: An Iesum qui dicitur Christus, Marcus dicit, Vultis dimittam uobis regem Iudæorum soli nanque reges Iudæorum ungebantur, & ab ipsa vnctione, Christi vocabantur. Chryso. in home. Deinde subditur aliud quod sufficiens erat omnes à passione reuocare. Sequitur enim: Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius di. Nihil tibi & iusto illi. Cum demonstratione enim quę erat à rebus, & somnus non paruum quid erat. Rabanus. Notandum uero quia tribunal sedes est iudicis, solium Regum, cathedræ magistrorum. In uisionibus autẽ & somnijs gentilis uiri vxor hoc intellexit, quod Iudæi vigilantes nec credere, nec intelligere voluerunt. Hieronymus. Nota etiam quod gentilibus sæpe a Deo somnia reuelãtur. Et quod in Pilato & vxore eius iustum dominum confitentibus gentilis populi testimonium sit. Chrysostomus in homel. Sed cuius gratia non ipse Pilatus somnium videbat? quia illa magis digna erat, uel quia si Pilatus vidisset non æqualiter sibi creditum esset, vel forte neque dixisset; propter hoc dispensatur à Deo quod mulier uidit, vt manifestum omnib. fieret. Et nõ simpliciter uidet, sed & patitur multa. Sequitur. n. Multa enim passa sum ho. per ui. propter eum, ut scilicet a compassione, quæ erat ad uxoré, desidior fieret uir circa occisioné, sed & tps non parum conferebat, etenim eadem nocte uidit. Aug. in sermo. de passi. Sic ergo iudex terretur in cõiuge, & ut crimini Iudæorum non præbeat in iudicio consensum, pertulit in vxoris afflictione iudiciũ, iudicaẽ ipse qui iudicat, & torquetur antequam torqueat. Raba. Vel aliter: Nunc demum diabolus intelligẽs per Christum se spolia sua amissurum, sicut primum per mulierem mortem intulerat, ita per mulierem vult Christum de manibus Iudęorum liberare, ne per eius mortem, mortis amittat imperium. Chry. in home. Nihil autem præmissorum Christi aduersarios mouit, quia eos omnino inuidia excæcauerat, unde ex propria malitia plebẽ corrumpunt, & hoc est quod sequitur. Principes autem sac & seni. &c. Origen. Et est uidere nunc quomodo populus Iudæorũ a senioribus suis & Iudaicę culturę doctoribus suadeẽ, & excitaẽ aduersum Iesum,

vt eum perdant. Sequitur: Respon. autem præses, ait il. Quem vul. &c. Glo. Respondisse autem dr̃ Pilatus hæc, dicés, siue ad ea q̃ uxor nunciauerat, siue ad petitioné populi, qui iuxta consuetudiné aliquem in die festo sibi dimitti petebãt Orig. Turbæ autem quasi feræ, q̃ spatiosam ambulant viã, voluerũt sibi Barrabam habere solutũ. vnde subditur: At illi dixerunt, Barrabã. Ideo gens illa hét seditiones & homicidia & latrocinia secundũ quosdã gentis suæ in rebus q̃ foris hñr: secundum autem oés, intus in aïa. Vbi enim non est Iesus: illic lites & prælia sunt: vbi auté est, ibi sunt oïa bona & pax. Omnes etiam q̃ Iudæis sunt similes vel in dogmate vel in vita, Barrabam sibi solui desiderant. Quicunque enim mala agit, solutus est in corpore eius Barrabas, Christus aũt vinctus. Qui aũt bona agit, Christum hét solutũ, Barrabã vinctum. Voluit aũt Pilatus pudorem tantæ iniquitatis eis incutere. vnde sequitur: Dicit il. Pil. Quid igitur &c. Non solũ autem hoc, sed & mensurã colligere volens impietatis eorũ. Illi autem nec hoc erubescũt ꝙ Pilatus Iesum Christum esse cõfitebantur: nec modũ impietatis seruant. vnde sequitur: Dicunt oés, Crucifigatur. In quo multiplicauerunt impietatis suæ mensurã, nõ solum homicidam postulantes ad vitã, sed ẽt iustum ad morté. & ad morté turpissimã crucis. Rab Prudentes si quidem in ligno crucifixi, clauib. ad lignũ pedibus manibusq; confixi, producta morte necabãtur: & diu viuebant in cruce, non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur: ne dolor citius finiretur. verum Iudæi de morte pessima cogitabant: sed à dño non intelligentibus eis electa erat. Ipsam enim crucé diabolo superato erat tãquã tropheum in frontibus fidelium positurus Hier. Cum autem hoc responderét, nõ statim acquieuit, sed iuxta suggestionem vxoris quæ mandauerat, Nihil tibi & iusto illi: ipse quoq; respondit. vnde sequitur: Ait illis præses. Quid enim mali fecit? Hoc dicendo Pilatus absoluit Iesũ Sequitur: At illi magis clamabãt, dicẽtes: Crucifigatur. Vt impleretur, qđ in psalmo dr̃: Circundederunt me canes multi,

Iudæi in suis reb. dãna patiũtur ob iniustã Christi necem.

cõgregatio malignãtium obsedit me. Et illud Hieremiæ: Facta est mihi hæreditas mea, sicut leo in sylua: dederunt sup me vocem suã. Aug. de con. euan. Sæpius aũt Pilatus cũ Iudæis egit volẽs, vt dimitteretur Iesus. qđ paucissimis verbis testatur Matthæus, cũ subdit: Vidés Pilatus, quia nihil profi. sed magis tumultus fieret: ꝙ nõ diceret, nisi multum ille conatus fuisset, quanuis tacuerit quoties hoc tentauit vt erueret Iesum furori eorũ. Sequitur: Accepta aqua lauit manus corã populo, dicẽs; Innocẽs &c. Remi. Mos. n. erat apud antiquos, vt cũ vellet quis se ostẽdere immunem ab aliquo crimine, accepta aqua lauaret manus suas corã populo. Hier. Pilatus ergo accepit aquã iuxta illud propheticũ. Lauabo inter innocentes manus meas; quodãmodo in hoc cõtestans, & dicens. Ego quidem innocentem volui liberare, sed qm̃ seditio oritur, & rebellionis mihi contra Cęsarem crimẽ impingitur, innocẽs sum à sanguine iusti huius. Iudex ergo qui cogitur contra dominum ferre sententiam, nõ damnat oblatum, sed arguit offerentes, iustum esse pronuncians eum qui crucifigendus est. Sequitur; Vos videritis, quasi dicat, Ego minister legum sum, uox uestra sanguiné fundit. Sequit: Et respon. vni. po. dixit. Sang. &c. Perseuerat vsque in præsentem diem hæc imprecatio super Iudęos, & sanguis domini nõ aufertur ab eis. Chry. in ho. Intuere auté & hic Iudęorum multam insaniam: eorũ enim impietas & perniciosa concupiscentia, nõ permittit eos quæ oportet inspicere; & sibi maledicunt di. Sanguis eius super nos, quid ad filios maledictionem attrahunt di. Et super filios nostros? Sed tamen misericors Deus eorum sententia nõ firmauit, sed ex eis & eorũ filiis suscepit, qui pœnitentiam egerũt. etenim & Paulus ex ipsis fuit, & multa milia eorũ qui in Hierosolymis crediderunt. Leo pa. in sermo. de pass. Excessit ergo Pilati culpam facinus iudæorum, sed nec ipse euasit reatum qui reliquit proprium iudiciũ, & in crimen transiuit alienum. Sequitur enim. Tunc dimi. il. Bar. Iesum autem flagellatum &c. Hier. Sciendum est antẽ Pilatum Romanis legibus ministrasse,

Mos antiquorũ.

quib⁹ sancitũ est, ut qui crucifigitur, prius flagellis verberetur. Traditur igitur Iesus militibus verberãdus, et illud sanctissimũ corpus pectus Dei capax flagellis secuerũt. Aug. in ser. de pal. Ecce dominus aptatur ad uerbera: ecce iam cęditur, rupit sanctam cutem uiolentia flagellorum repetitis ictibus crudelia verbera scapularũ terga conscindunt. Proh dolor iacet extẽsus ante hominem Deus, & suppliciũ patitur rei, in quo nullum peccati uestigium potuit inueniri Hie. Hoc autem factum est, ut (quia scriptum erat, Multa flagella peccatorum) illo flagello nos à uerberibus liberemur. In lauacro etiam manuum Pilati Gentiliũ oĩa opera purgãtur, & ab impietate Iudęorũ nos alieni efficimur. Hil. Hortãtibus ãt sacerdotibus populus. Barrabã elegit, qui interpretatur patris filius, in quo arcanũ futuræ infidelitatis ostenditur, Christo Antichristũ peccati filium præferẽdo. Rab. Barrabas etiã qui seditiones faciebat in turbis, dimissus est populo Iudæorũ, id est Diabolus qui usq; hodie regnat in eis, & iccirco pacẽ habere non possunt.

Tũc milites præsidis suscipiẽtes Iesum in prætorio, cõgregauerũt ad eum uniuersam cohortẽ, & exuẽtes eũ clamydem coccineam circundederunt ei. Et plectentes coronã de spinis posuerunt sup caput eius, & arundinẽ in dextera eius. Et genuflexo ante eũ, illudebãt ei, dicentes. Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperũt arundinem, & percutiebant caput eius.

Augu. de con. euan. Post accusationes Christi cõsequẽs est, ut ipsam dñi passionẽ uideamus, quam Matthæus sic incipit: Tũc milites præsidis suscipiẽtes Iesum in prætorio cõgregauerũt ad eũ vniuersam cohortẽ. Hie. Quia n. rex Iudæorum fuerat appellatus, & hoc ei scribæ & sacerdotes crimẽ obiecerant, q sibi in populo Israel vsurparet imperiũ, illudentes hoc faciũt ut nudatũ pristinis uestibus induant chlamydẽ coccineã pro rufo limbo, quo reges ueteres utebãtur & pro diademate, imponãt ei coronã spineã, pro sceptro regali, dẽt calamũ, & adorent quasi regẽ; & hoc est qđ subditur, Et exuentes eũ, chlamydẽ coccineã &c. Aug. de con. euã. Per hoc aũt intelligitur Marcũ dixisse inductũ pura. Pro regia enim purpura clamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat, & est rubra quædam purpura cocco simillima Potest etiam fieri, vt purpuram etiam Marcus commemorauerit quam clamys habebat, quãuis esset coccinea. Chry. in ho. Quę igitur erit nobis cura de re iquo, si contumelias ab aliquo patiamur, postquã Christus hoc passus est? Etenim quod fiebat in Christum, ultimus terminus cõtumeliæ erat: nec vna particula tantũ, sed uniuersum corpus patiebatur iniurias, caput per coronam arundinem & colaphos facies, quia inspuebatur, genę quia alapis cedebantur, corpus totum per flagella Et quia denudatum est & p circundationẽ clamydis, & per fictam adorationem, manus per arundinem, quam dederunt ei p sceptro, ac si timerent ne aliquid prætermitterent grauissime præsumptionis. Augu. de con. euan. Apparet autem Matthęũ recapitulando ista cõmemorasse, nõ quo tunc factum sit; cum eũ Pilatus crucifigendũ tradidisset Ioãnes. n. antequàm diceret q eũ Pilatus crucifigendũ tradiderit ista cõmemorauit. Hie. Nos ãt omnia hæc intelligamus mysticè. Quomodo. n. Cayphas dixit: Oportet unũ hominẽ mori p omnibus, nesciens quid diceret, sic & illi quodcũq; fecerunt, licet alia mente fecerint, tũ nobis, qui credimus, sacramenta tribuebant. In chlamyde coccinea, opera Gẽtiũ, cruẽta sustentat. In corona spinea maledictũ soluit antiquũ, In calamo uenenata occidit animalia, siue calamũ tenebat in manu ut sacrilegiũ Iudæorũ. Hil. Vel aliter, Susceptis oĩbus corpooris nostri infirmitatibus à dño omnium deinde martyrum, quibus regnũ secũ erat debitũ, sanguine cocci colore pfunditur spinis quoque, id est, cõpungentium quondã peccatis gentiũ coronatur, est enim aculeus in spinis, ex quibus Christo victoriæ corona contexitur. In calamo uero earundem gẽtium infirmitas atque inanitas manu comprehensa firmatur, quin etiã capiti eius illuditur, vt infirmitas gẽtium manu Christi comprehensa etiã in Deum patrem, qui caput eius est conquiescat. Origenes. Vel calamus mysterium fuit, quod priusquam crederemus, confidebamus in

Limbus uestis fascia est eius extremitatem ambiens.

Concor. euang.

virgā arundineā Aegypti, vel cuiuscũq; regni contrarij Deo quē accepit, ut triũphet eum in ligno crucis. Percutiunt autē eum hoc calamo caput Christi Iesu, qm̃ semper regnũ illud uerberat Deũ patrem caput Saluatoris. Remi. Vel aliter. Per chlamydē coccineā, caro dñi designatur, quæ turba dr̃ pp sanguinis effusionē, p spineā coronā, susceptio peccatorũ nostrorũ, q a in similitudinem carnis peccati apparuit. Rab. Calamo igr̃ Christi caput pcutiũr, qui diuinitati eius contradicentes errorē suum authoritate sanctæ scripturæ, quæ calamo scribit, cõfirmare conãtur. Spuũt in faciē eius, qui præsentiam gratiæ illius uerbis execrandis respuunt, & Iesum in carne uenisse denegant. Falso aũt illum adorant qui in eum credunt, sed peruersis actibus despiciunt. August. de con. euan. Quod autem dominum in passione exuerunt vestem propriam, & induerunt fucatam signati sunt heretici, qui eum dicunt uerum corpus non habuisse, sed fictum.

Et postquā illuserunt ei, exuerũt eũ chlamyde & induerunt eũ uestimentis ei', & duxerũt eũ ut crucifigerent. Exeuntes autem, inuenerũt hominem Cyrenæum, nomine Simonē, hũc angariauerunt ut tolleret crucē eius. Et uenerunt in locũ qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere.

Glo. Postquam Euangelista cõmemorauit ea quæ ad illusionē Christi pertinēt, nunc narrare incipit processum crucifixionis ipsius. unde dicitur. Et postquam illuse. ei exue. eum chlamyde. &c. August. de concor euang. Hoc autem in fine factum esse intelligitur, cum iam duceret ad crucifigendum. Postquā s. Pilatus tradidit eũ Iudæis. Hie. Notandum autē qn̄ flagellatur Iesus & cõspuitur, non hēt propria uestimenta, sed ea quæ propter peccata nostra sumpserat. cum autē crucifigitur & illusionis pompam prçterierit, tunc pristinas uestes recipit & proprium assumit ornatum, statimq; elementa turbantur, & creatori dat testimonium creatura. Orig. Et de chlamyde quidē scriptum est, quoniā denuo expoliauerunt eum De corona autē spinea nihil tale euangelistæ scripserunt, ut iā non sint spinç nostrç antiquæ, postquam semel eas à nobis abstulit Iesus sup uenerabile caput suũ. Chry. in ser. de passio. Nõ āt uoluit dñs pati sub tecto, nõ in tēplo Iudaico: ne putares pro illa tantũ plebe oblatũ & ideo extra ciuitatē, foras muros, ut scias sacrificiũ esse cõmune qd̃ totius terrç est oblatio qd̃ cõmunis est purificatio, & hoc insinuatur cũ dicitur. Exeũtes āt inuenerunt hominē. Cyre. nomine Simonē &c. Hie. Ne quis autē putet huic loco euangelistç Ioannis historiā esse contrariam, ille. n. dicit, exeuntem dñm de prçtorio portasse crucem suā: Matthçus autem refert q inuenerunt hominē Cyrençũ, cui imposuerunt crucem Iesu. Sed hic intelligendum est, q egrediens de prçtorio Iesus, ipse portauerit crucem suam, postea obuiam habuerunt Simonem, cui portandam crucem imposuerunt. Orig. Aut egressi quidē angariauerunt Simonē appropinquantes aũt ad locum, in quo eũ fuerant suspensuri, imposuerunt crucem, & ipsi ut ipse eam portaret. Non fortuito autē angariatus est Simon, sed secundum dispositionē Dei ductus est ad hoc, ut euangelica scriptura dignus inueniret & ministerio crucis Christi. Non solum aũt saluatorem conueniebat accipere crucē suā, sed & nos conueniebat eā portare, salutarē nobis angariā adimplentes, nec tñ sic profecisset nobis eā accipere, sicut cũ ipse eam accepit. Hie. mysticè. n. crucē suscipiunt nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam saluatoris. Hila. Indignus. n. Iudeus erat Christi crucem ferre. quia fidei gentiũ erat in reliquum & crucem accipere & compati. Remi. Iste. n. Simon non erat Hierosolymita, sed peregrinus, & aduena. s. Cyrençus. Cyrene. n. ciuitas est Libyç. interpretatur autem Simon, obediens, Cyrençus hçres, Vnde pulchrè per eum designãtur populus Gētium qui peregrinus erat testamentorum Dei, sed credendo factus est ciuis sanctorum, & domesticus, & hçres Dei. Grego. in ho. Vel aliter: per Simonem qui crucē dominicam in angariam portat, designantur abstinentes & arrogantes, quia per abstinētiam quidē carnem affliciunt, sed fructum abstinentiç interius non requirunt. unde idem Simon crucem portat, sed nõ

Cyreneus Simon Gētilis erat.

moritur: quia abstinentes & arrogantes per abstinentiá quidé corpus afficiūt, sed p desyderiū gloriæ mūdo viuūt. Sequit. Et vene. in lo. qui dr Gol. qđ est caluariæ locus. Raba. Golgotha n. Syrū nomé est, & interpretat caluaria. Hie. Audiui quendá exposuisse Caluariæ locū, in quo sepultus est Adá: & ideo sic appellatū, quia ibi antiqui hominis sit cōditū caput Fauorabilis interpretatio, & mulcēs auré populi, nec tamen vera. Extra vrbem etenim, & foris portam, loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum; & caluariæ, idest decollatorum, sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Iesus; vt vbi prius erat area damnatorum, ibi eri gerentur vexilla martyrij. Adam vero sepultum iuxta Ebron & Arbeæ, in Iesu filij Nauæ volumine legimus. Hilar. Locus autem crucis talis est, vt positus in medio terræ sad capessendam Dei cognitionem vniuersis gentibus esset æqualis. Sequitur; Et dede. ei bibe. vinum cum fel mixtum. Aug. de con. euang. Hoc Marcus ita narrat; Et dabant ei bibere myrrhatū vinū. Fel quippe pro amaritudine. Matthæus posuit, myrrhatum. n. vinum amarissimū est, quanquàm fieri possit vt & fel & myrrha vinum amarissimum redderent. Hier. Amara vitis amarum vinum facit, quo potāt dominum Iesum, vt impleatur qđ scriptum est: Dederūt in cibū meum fel. Et Deus loquitur ad Hierusalem; Ego te plantaui vineam veram, quomodo facta es in amaritudine vitis alienæ? Et cum gustasset, noluit bibere. Augu. de con. euan. Quòd autem Marcus ait, Et non accepit; intelligitur non accepit ut biberet. gustauit autem sicut Matthæus testis est. & quod idem Matthæus ait, Noluit bibere, hoc Marcus dixit, Non accepit. tacuit etiam quòd gustauit. Quòd auté cū gustasset noluit bibere, hoc indicat quod gustauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem sed tertia die resurrexit. Hila. Vel ideo oblatum vinum felle admixtum bibere excusauit. non n. æternæ gloriæ incorruptiói peccatorū amaritudo miscet.

Adimplerctur *Postquam auté crucifixerunt eū diuiserūt uestimenta eius, sortem mittentes, ut impleret quod dictum est per prophetam, dicentē, Diuiserunt sibi uestimenta meā & super uestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eū. Et imposuerunt sup caput eius causam ipsius scriptā, Hic est Ie. rex Iudęorū. Tūc crucifixi sunt cū duo latrones: un a dextris; et unu à sinistris.*

Glo. Pręmisso qūo Christus ad locū passionis est ductus; hic euāgelista ipsam passioné prosequit, genus mortis exponés cū dicit; Postquā āt crucifixerūt eū. Au. in li. 83. qstionum: Sapientia quidé Dei hominem ad exemplum, quo recte uiueremus suscepit; pertinet autem ad uitam rectam ea quæ non sunt metuenda, non metuere. Sunt autem homines qui quanuis mortem ipsam non timeant, genus tamen mortis horrescunt; vt ergo nullum mortis genus recte viuenti homini metuendum esset, illius hominis cruce ostendendum fuit. Nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius & formidabilius. Augu. in ser. de pass. Quantum autem ualeat virtus crucis, aduertat sanctitas uestra. Contempsit Adá præceptum, accipiens ex arbore pomum, sed quicquid Adam perdidit, Christus in cruce inuenit; de diluuio aquarum humanum genus archa lignea liberauit: de Aegypto Dei populo recedéte, Moyses mare uirga diuisit, Pharonem prostrauit, & populum Dei redemit. Idem Moyses lignum in aquam misit: & amaram aquam in dulcedinem cómutauit. Ex lignea uirga de spirituali petra salutaris unda profertur, & ut Amalech uinceret, circa uirgam Moyses expansis manibus extenditur, & lex Dei archæ testamenti creditur ligneæ, ut his omnibus ad lignum crucis quasi per gradus quosdā ueniatur. Chryso. in ser. de pass. Ideo & in excelso ligno non sub tecto passus est, ut etiam ipsius aeris natura mundetur; sed & terra simile beneficium sentiebat, decurrentis de latere sanguinis stillatione mundata. Glo. Lignum etiam crucis significare uidetur ecclesiam in quatuor mundi partibus diffusam. Rab. Vel secūdum moralem sensum, Crux per suam latitudinem significat hylaritatem operantis, quia tristitia angustias facit. Latitudo enim crucis est, in trāuerso ligno ubi figuntur manus. Per manus auté operá intelligimus. Per altitudinem

nem ât crucis cui caput adiungitur, significatur expectatio retributionis de sublimi iustitia Dei. Longitudo ât qua totam corpus extenditur, tolerâtiã designat vnde longanimes dicũtur qui tolerant, profundum ât quod terræ infixum est, secretum sacramenti præfigurat. Hil. Sic ergo in ligno vitæ cunctorum salus & uita suspenditur. vnde dicitur: Postquam ât crucifi. eum &c. Aug. de con. euã. Hoc breuiter a Matthæo dictum est. Ioannes autem distinctius explicat quemadmodũ gestũ sit. Milites (inquit) cum crucifixissent eũ, acceperunt uestiméta eius, & fecerũt quatuor partes, vnicuique militi partem: & tunicã. Erat ât tunica incósutilis. Chrys. in ho. Notandum ergo ꝙ non parua hæc abiectio Christi erat. quasi .n. circa dehonoratum & omnium vilissimũ in Christo hoc agebant, in latronibus ât nihil tale operati sunt. Diuidere .n. vestiméta in cõdemnatis valde vilibus & abiectis fit, & nihil aliud habentibus. Hie. Hóc ât quod circa Christum gestum est, in psalmo fuerat prophetatum, & ideo sequitur: Vt adimpleretur quod dictum est per prophetã dicentẽ, Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Sequitur: Et sedentes seruabant eum scilicet milites. Diligentia militum & sacerdotum nobis profuit, ut maior & apertior resurgẽtis uirtus appareat. Sequitur; Et imposue. sup caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus rex Iudæorũ. Non possum ât dignè admirari pro rei magnitudine ꝙ emptis falsis teſtib. & ad seditionem, clamoremq; infelici populo concitato, nullã aliam inuenerũt causam interfectionis eius, nisi ꝙ rex Iudęorũ esset, & illi forsitan illudentes, ridẽtesq; hoc fecerunt. Remi. Diuinitus ât procuratũ fuit, ut talis titulus super caput eius poneret, vt per hoc Iudæi agnoscerent, qm̃ nec ét occidendo facere potuerunt, ut eum regẽ non haberent. Per mortis .n. patibulũ non amisit imperiũ, sed potius corroborauit. Ori. Et princeps quidem sacerdotũ, secundum literam legis, portabat in capite suo sanctificationem dñi scriptam. Verus autem princeps sacerdotum; & rex Iesus in cruce quidem habet scriptum: Hic est rex Iudæorum. Ascendens ât ad patrem pro literis, & pro nomine quo nominatur hẽt ipsum patrem. Rab. Quia enim rex simul & sacerdos est, cum suæ carnis hostiã in altari crucis offerret, regis quoq; dignitatem titulus prętendit, qui non infra, sed supra crucem ponitur; quia licet in cruce pro nobis hominis infirmitate dolebat, super crucẽ tñ regis maiestas fulgebat, quã per crucem non perdidit, sed potius cõfirmauit. Sequitur: Tũc crucifixi sunt cũ eo duo latrones, unus a dextris, & unus a sinistris. Hier. Sicut .n. ꝓ nobis maledictum crucis factus est Christus, sic pro omnium salute inter noxios, quasi noxius, crucifigitur. Leo. pa. in serm. de pas. Duo autem latrones, unus ad dextram & alter ad sinistrã crucifiguntur, vt in ipsa patibuli specie, mõstraretur illa, quæ in iudicio ipsius omnium hominum est fienda discretio. Passio igitur Christi salutis nostræ continet sacramentum, & de instrumento qđ iniquitas Iudæorũ parauit ad pœnã, potentia redemptoris gradum fecit ad gloriam. Hilar. Vel aliter: Duo latrones læuæ ac dextrę affiguntur, omnem humani generis uniuersitatem vocari ad sacramentum passionis dñi ostendentes, sed quia ꝑ diuersitatem fidelium, ac infidelium, fit omnium secundum dextram sinistramq; diuisio, unus ex duobus ad dexteram eius situs, fidei iustificatione saluatur. Remig. Vel per istos duos latrones designantur, oẽs qui arctioris uitæ continentiam apprehendunt, quicunq; enim sola intentione placendi Deo hoc faciunt, designantur per illum qui a dextris Dei crucifixus est, qui uero pro appetitu humanæ laudis, uel aliqua minus digna intentione designant per illum, qui a sinistris crucifixus est.

Prætereuntes autem blasphemabant eũ, mouentes capita sua, & dicẽtes. Vah qui destruis tẽplũ Dei, et in triduo illud reædificas. Salua te metipsum, si filius Dei es, descende de cruce. Similiter et principes sacerdotũ illudentes cũ scribis & seniorib. dicebant. Alios saluos fecit, seipsum non põs saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce & credimus ei. Confidit in Deo, liberet nunc eum si vult. Dixit enim, quia filius Dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei.

Chry.

Chry. in ho. Cũ Christũ denudassent & crucifixissent, vltra procedũt, & in cruce videntes affixum exprobrant ei. unde dr. Prætereuntes aũt blasphemabãt eũ &c. Hie. Blasphemabant quidẽ, quia pretergrediebantur uiã, & in vero itinere scripturarũ ambulare nolebant. Mouebant ãt capita sua, quia iã ante mouerãt pedes, & nõ stabãt supra petrã. Idipsum ãt insultans dicit satu⁹ populus qđ falsi testes cõfixerãt, unde sequitur: Et dicentes, Vah qui destruis templũ Dei, &c. Remi. Vah interiectio est insultantis siue irridentis. Hila. Quid ergo ueniæ erit cum post triduum reædificatũ templum Dei, in corporis resurrectione cernetur? Chry. in home. Vt quasi prioribus signis incipientes detrahere, subiungunt. Salua temetipsum: si filius Dei es descende de cruce. Chry. in serm. de pas. Sed econtrario quia filius Dei est, ideo nõ descendit de cruce. Nam ideo uenit, ut crucifigeretur pro nobis. Sequitur: Similiter & principes sacerdotũ &c. Hie. Etiam nolentes Scribæ & Pharisæi confitentur ꝙ alios saluos fecerit. itaque uestra uos condẽnat sñia, qui. n. alios saluos fecit, vtique si vellet seipsum saluare poterat. Sequitur. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce & credimus ei. Chrysp. in serm. de pas. do. Considera ãt nunc vocem filiorum diaboli, quomodo imitantur vocem paternã. Diabolus. n. dicebat; Mitte te deorsum si filius Dei es, & Iudæi dicũt; Si filius Dei es, descende de cruce. Leo papa. De quo erroris fonte Iudæi taliũ blasphemiarũ venena potestatis? Quis vobis magister tradidit? quę doctrina persuasit, ꝙ illum regem Israel, illum Dei filiũ credere deberetis, qui se aut crucifigi non sineret, aut a cõfixione clauorum liberum corpus excuteret? Nõ hoc vobis legis mysteria, aut prophetarũ ora cecinerũt. Sed illud uere legistis; Faciẽ meam non auerti a confusione sputorum. Et iterum; Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Nunquid legistis, Dominus descendit de cruce? sed legistis, Dominus regnauit a ligno. Raba. Si ãt tunc de cruce surgeret insultantibus cedens, uirtutem nobis patientię non demõstret; sed expectaret paululum, irrisionẽ sustineret, qui de cruce surgere noluit, de sepulchro resurrexit. Hie. Fraudulenta ãt est promissio, cum addunt, Et credimus ei. Quid. n. plus est, de cruce adhuc uiuentem descendere, an de sepulchro mortuũ resurgre? Resurrexit, & non credidistis. ergo ẽt si de cruce descenderet non crederetis. Sed mihi uidetur hoc dęmones immittere; statim. n. ut crucifixus est dñs, senserunt uirtutem crucis, & intellexerunt fractas uires suas esse, & hoc agunt ut de cruce descendat. Sed dñs sciens aduersariorũ insidias permanet in patibulo, ut diabolũ destruat. Sequitur. Confidit in Deo, liberet eum nunc si vult. Chry. in ho. O inquinati valde. Nunquid prophetæ & iusti nõ erãt quia eos nõ erupit a periculis Deus? Si autem illorũ gloriæ non obfuit, ꝙ eis pericula iduxistis, multo magis in isto nõ oportebat vos scãdalizari per ea quę patitur, q a semper per ea quæ dixit, hãc uestrã remouit suspicionẽ. Sequitur, Dixit. n. q a filius Dei sum. Per quod ostendere uolebant eum pati ob seductoris, & erronei causam, & sicut superbum & vanè gloriãtem in his quæ dicebat. Sic ergo non solũ Iudęi & milites de subtus eũ deridebant, sed & desuper latrones cum eo crucifixi. unde sequitur. Idipsum autẽ & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabãt ei. August. de cons. euang. Potest autẽ putari Lucas repugnare ei quod hic dicitur, qui dicit, ꝙ vnus de latronib⁹ blasphemabat eum, quem alter increpabat; nisi intelligamus Matthæum breuiter restringentem hunc locum pluralem numerum pro singulari posuisse, sicut in epistola ad Hebræos legimus pluraliter dictum clauserunt ora leonum; cum solus Daniel significari intelligatur. Quid autem usitatius quàm ut aliquis dicat, En rustici mihi insultant, etiam si unus insultet? Rusticum autem contrarium si Matthæus dixisset ambos latrones conuitiatos domino. Cũ uero dictum est latrones, nec additum est ambo, potuit usitato locutionis modo p pluralem numerum significari. Hier. Vel potest dici quòd primum uterque scilicet blasphemauerit, Deinde Sole fugiente, terra commota, saxisque diruptis: & ingruentibus tenebris unus crediderit,

Iudæi proprio ore condemnabiles.

in Iesum, & priorem negationem sequẽti cõfessione emendauerit. Chr. in ho. Vt enim nõ existimes ex quadã cõuenientia id gestum fuisse neque latronẽ fuisse, qui latro uidebatur a contumelia, ostendit tibi quod et in cruce positus latro erat & inimicus & repẽte trãsmutatus est. Hil Quòd ãt latrones ambo conditionem ei passionis exprobrant, uniuersis ẽt fidelibus scandalum crucis futurũ esse significat. Hier. Vel in duobus latronibus vterq; populus Gentilium, & Iudæorum primo dominũ blasphemauit, postea signorũ multitudine alter exterritus egit pęnitentiam, & vsque hodie Iudæos increpat blasphemantes. Orig. Sed & latro qui saluatus est, potest esse mysterium eorum, qui post multas iniquitates crediderunt in Christum.

A sexta autẽ hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsq; ad horam nonã. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Heli, Heli, Lamasabathani? Hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quidã ãt illic stantes, & audientes dicebant: Eliam vocat iste. Et cõtinuo currens vnus ex eis accepta spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri vero dicebãt, Sine, videamus an veniat Elias liberans eũ. Iesus ãt iterum clamans voce magna, emisit spiritum.

Chrys. in ser. de pas. Non poterat ferre creatura iniuriã creatoris. vnde sol retraxit radios suos, ne uideret impiorum facinora. Et ideo dicitur, A sexta aũt hora tenebræ factæ sunt super &c. Orig. Ab hoc textu quidam calumniantur euãgelicam veritatẽ. Defectio.n. solis à seculo semper fuit in suo tpe facta. Sed defectio solis quæ secundum consuetudinem temporum ita currentium fieri solet, non in alio tẽpore fit, nisi in conuentu solis, & lunæ, quñ luna subitus currens, solis impedit radios occurrẽtis ei. In tempore autem quod passus est Christus manifestum est qm̃ cõuentus non erat lunæ ad solem, quia tps erat paschale, quod consuetudinis est agere, qñ luna plena est. Quidam autem credentiũ volentes defensionem aliquam inducere, contra hoc dixerunt: qm̃ illa defectio solis conuenienter secundum cætera prodigia noua, contra consuetudinem facta est. Dion. in epist. ad Polycar. Inopinabiliter enim soli lunam incidentem uidebamus: non.n. erat cõuentus temporis, & rursus ipsam a noua hora usq; ad vesperam ad diametrum solis supernaturaliter restitutam. Eclypsim et ipsam ex oriente vidimus inchoatam & vsq; ad solarem terminum venientem, postea regredientem, & rursus non ex eodem, & defectum repugnationẽ, sed econtrario scdm diametrũ factam. Chrys. in ho. Tribus etiam horis tenebræ præmanserunt, cum eclypsis in momento transeat: non.n. hẽt moram; vt sciunt illi qui considerauerunt. Origen. Sed aduersus hoc filij huius seculi dicũt. Quo hoc factum mirabile, nemo Græcorum, aut Barbarorum scripsit eorum qui notauerunt, si quid tale aliquid nouũ factum est aliquando? Et Phlegon quidem in Chronicis suis scripsit, ĩ principatu Tyberij Cæsaris factũ, sed non signauit in luna plena. Arbitror ergo, sicut cætera signa quæ facta sunt in passione ipsius s. velum scissum, & terra tremuit, &c. Herusalem tantummodo facta sunt. Aut si latius uoluerit quis extendere ad terram Iudæam, sicut in 3. lib. Regũ dixit Abdias ad Eliã, Viuit Deus tuus, si est gens aut regnũ, ubi non misit Dñs meus quærere te: ostendẽs quoniam satis eum in gentibus quæsierat circa Iudæam. Est autem cõsequens intelligere quasdam tenebrosissimas nubes & magnas cõcurrisse super Hierusalẽ & terrã Iudææ. Et ideo factæ sunt tenebræ profundæ a sexta hora usque ad nonam. Duę enim creaturę in sexta die factæ intelliguntur, ante sextam quidem animalia, in sexta ãt homo: & ideo cõueniebat pro salute hoĩs morientẽ in hora sexta suspẽdi, & a sexta hora pp hoc tenebras fuisse factas super omnem terram vsq; ad nonam. Et sicut Moyse manus extendente in cœlum, factę sunt tenebrę super Aegyptios, seruos Dei tenentes in seruitute, similiter & Christo in sexta hora manus extendente in cruce ad cęlum super populum qui clamauerat, Crucifige eum, factæ sunt tenebræ, & ab omni lumine sunt priuati, in signũ futurarũ tenebrarũ, quæ cõprehensuræ erãt gentẽ Iudæã. Itẽ sub Moyse factæ sunt tenebræ super oẽm terrã Aegypti trib. dieb. omnib. ãt filijs Israel erat lumen.

men. Sub Christo āt factæ sunt tenebræ super oēm Iudeam tribus horis, qm̄ pp peccata sua priuati sunt a lumine Dei patris, a splendore Christi, & ab illuminatione Spiritus sancti. Lumen aūt fuit super oēm reliquam terram, qđ vbiq; illuminat oēm ecclesiam Dei in Christo. Et si vsq; ad horam nonam tenebræ factæ fuerunt super Iudæam, manifestum est qm̄ iterū eis lumē refulsit, quia cum plenitudo gētiū intrauerit, tūc omnis Israel saluus fiet. Chr. in ho. Vel aliter: Hoc admirādum erat, ꝙ in oēm terram tenebræ sunt factæ, qđ nūquam prius contigerat. In Aegypto.n. solum tenebræ factę sunt, quando pascha pficiēdū erat: quæ.n. tunc agebantur, horū typus erāt. Et intuere, ꝙ fiunt tenebræ in media die, qn̄ ubique terrarum dies erat vt oēs qui habitabant terram, hoc miraculum cognoscerent. Hoc āt est signum qđ petentibus promittebat dare, dicens: Generatio praua & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signū Ionæ prophetę, crucem signans & resurectionem. Etenim multo mirabilius in eo qui crucifixus erat hoc fieri, q̄ ambulante eo super terrā. Hoc āt sufficiens erat eos conuertere, non solum magnitudine miraculi, sed quia hoc gestum est postquam oīa locuti fuerant quę uoluerant, & satietatē acceperant contumeliarum. Qualiter aūt non admirati sunt uniuersi, neq; æstimauerūt eum esse Deum? quia.s. hominum genus tūc multa malitia, & desidia detinebatur, & hoc miraculum factum, cōfestim transijt & non nouerāt, quę esset causa eius ꝙ gerebatur. Et propter hoc ipse postea loquitur ut ostēdat se uiuere, & ꝙ ipse hoc miraculū fecit. unde seq̄: Et circa horā nonā clamauit Iesus uoce magna dicēs: Hely, Hely, lamazabatani, hoc est: Deus meus, Deus me⁹, ut qđ dereliquisti me? Hie. Principio uicesimi primi psalmi usus est. Illud uero qđ est in medio versiculi, Respice in me, superfluum est. Legit enim in Hebræo: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Ergo impij sunt q psal. ex psona Dauid, siue Hester, & Mardochæi dictū putant, cū ēt euangelistæ testimonia ex eo sumpta sup Saluatore intelligantur, vt est illud, Diuiserunt sibi uestimenta mea, & foderunt manus meas. Chry. in ho. Ideo āt emisit propheticam vocem, vt vsq; ad vltimam horā testimonium perhibeat ueteri testamento, & ut uideant qm̄ honorat patrē, & nō est Deo contrarius, & ideo Hebraicam uocē emisit, ut eis fieret cognita, & manifesta Ori. Requirēdum est āt, quid est ꝙ a Deo derelictus est Christus. Et quidā quia nō possunt exponere, derelinqui Christū a Deo, dicūt, ꝙ per humilitatem dictum est. Sed manifestè intelligere poteris quid sit qđ dicit, faciēs comparationem gloriæ illius quam habuit apud patrem ad confusionē quam contemnens sustinuit crucem. Hil. Per hæc autem uerba ingenia contendūt hęretica, ꝙ aut defecisse omnino Deum uerbum in aīam corporis uolunt, dū corpus officio animę uiuificat, aut omnino nec fuerit Christus homo natus, qa in eo Dei uerbum modo spiritus habitauerit prophetalis, quasi Iesus Christus animæ solum & corporis homo communis. hoc hēt sui exordiū, quo esse cępit homo, qui nunc a Dei uerbo contracta rursum protectione desertus clamet: Deus meus quare me dereliquisti? Vel certè in anima uerbi natura mutata, paterno Christ⁹ in omnibus usus auxilio; non inops eius, mortique permissus solitudinē suam cōquerat, relinquentēq; se arguat. Sed inter has impias infirmasq; sn̄ias ecclesiæ fides imbuta Apostolicis doctrinis, non patit Iesum Christum ne filius Dei, nō & filius hominis intelligatur. Nā querela derelicti morientis infirmitas est, promissio āt paradisi uiuentis Dei regnum est. Habes in conquerēte ad mortem relictum se esse, quia homo es: habes eum qui moritur profitētem se in paradiso regnare, quia Deus est. Non ergo mireris uerborum humilitatē, & querimonias derelicti: cum formā serui sciens, scandalum uideas. Glos. Dicitur aūt Deus eum deseruisse, in morte, qa potestati persequētium eum exposuit; subtraxit.n. protectionē, sed non soluit unionem. Origenes. Postquam autem uidit super omnem terram Iudęam tenebras, hoc dixit, ostendere uolens. Dereliquisti me pater, id est talibus exinanitum calamitatib. tradidisti, ut populus qui fuerat

apud

apud te honoratus recipiat quę in me au sus est, vt priuetur a lumine tuæ ꝓspectionis, sed & pro salute gentium dereliquisti me. Quid ãt tam bonum fecerunt, qui ex gentibus crediderunt, ut pretioso sanguine super terrã effuso pro eis emerem eos a maligno? Aut quid tale dignum facturi sunt homines, pro quibus patior ista? Forsitã ãt & uidens peccata hominũ pro quibus patiebaꝫ, dixit: Quare me dereliquisti? ut fierẽ quasi qui colligit stipulam in messe, & racemos in uindemia. Nõ ãt æstimes humano more Saluatorẽ ista dixisse propter calamitatem quæ cõprehenderat eum in cruce. Si.n. ita acceperis, nõ audies magnã vocẽ eius qui ostẽdit aliquid esse magnum absconditum. Raba. Vel Saluator hoc dixit, nostros circũferens motus, qui in periculis positi a Deo deserti nos putamus. Humana.n. naturã pp peccatũ a Deo fuerat derelicta, sed quia filius Dei factus est noster aduocatus, quorum susce pit culpam, deplorat miseriã; in quo ostẽdit quantum flere debeãt qui peccant, qñ sic fleuit qui nunquam peccauit. Sequiꝫ: Quidam ãt illic stantes & audientes dicebant, Heliam uocat iste. Hie. Non oẽs, sed quidã, quos arbitror milites fuisse Romanos: non intelligentes Hebraici sermonis proprietatem, sed ex eo ꝙ dixit: Ely, Ely, putant Heliam ab eo inuocatum. Sin autẽ Iudæos qui hoc dixerint intelligere voluerimus, hoc more sibi solito fecisse, vt dñm imbecillitatis infament, qui Heliæ auxiliũ deprecetur. Sequitur: Et continuo currẽs unus ex eis, acceptam spongiã &c. Aug. in ser. de paſ. Sic ergo ꝓpinator fontium potatur aceto, mellis dator cibaꝫ felle, flagellatur remissio, condemnatur venia, illuditur maiestas, ridetur uirtus, profunditur largitor imbrium sputis. Hil. Est autem acetũ, uinum quod per uitiũ, aut incuriæ aut vasis accessit. Vinum ãt est honor immortalitatis aut uirtus: Cum igiꝫ in Adam coacuisset, ipse accepit & potauit ex gentib. In calamo.n. spongia, ut potaret, offertur, i. ex corporib. gentiũ in se ad cõmunionẽ immortalitatis ea quæ in nobis erant uitiata transfudit. Remig. Vel aliter: Iudæi acetum erant degenerantes a uino patriarcharum & prophetarũ habebant fraudulẽta corda, quasi spongiam cauernosis atq; tortuosis latibulis. Per arũdinẽ designaꝫ sacra scriptura q̃ in hoc facto implebaꝫ. sicut.n. lingua Hebræa uel Græca dꝫ loquela, q̃ fit per linguam, sic & arũdo dici posset litera vel scriptura quæ in hoc facto implebaꝫ, quæ fit per arundinem. Ori. Et forsitan quicunq; secundum doctrinã ecclesiasticã sapiunt, uiuunt aũt malè, dãt ei vinum bibere felle mixtum. Qui ãt alienas a ueritate sententias applicãt Christo, quasi eas dicenti, hi spõgiam implentes aceto imponũt calamo scripturæ, & offerunt ori eius. Sequitur: Cæteri uero dicebãt. Sine, videamus aut ueniat Helias liberãs eum. Raba. Quia.n. milites prauè sonũ uocis dominicę intelligebant, ideo inaniter aduentũ Heliæ expectabãt. Deum ergo quem Saluator Hebraico sermone inuocabat, inseparabiliter semper secũ habebat. Aug. in ser. de paſ. Cũ ergo nil iã Christo restaret ex pœnis, mors moratur, quia suũ esse ibi nil sentit. Suspecta est uetustati nouitas. Hunc primũ, hũc solũ uidit hoĩem peccati nesciũ, noxa liberũ, iuris sui legib. nihil debẽtem. Accedit tñ confederata Iudaico mors furori, & desperata uitę inuadit auctorem. unde seqtur: Iesus ãt iterum clamans uoce magna, emisit spũm. Quare ãt displicet, si Christ⁹ de sinu patris ad nostrã seruitutẽ venit, ut nos suæ redderet libertati; nostrã mortem suscepit, ut nos eius morte liberemur, qñ nos despectu mortis mortales in Deos retulit, terrenos cęlestib. æstimauit. Quãtũ enim diuina uirtus operũ contẽplatione lucebat tm̃ pati pro subiectis, ꝓ seruis mori insigne est charitatis immẽsæ. Ergo hæc prima causa est dñicæ passionis, quia sciri voluit quãtum amaret hominẽ Deus, qui plus amari uoluit q̃ timeri. Secunda causa est, ut sententiã mortis quam iustè dederat, istius aboleret. Quia nãque primus homo adiudicante Deo de reatu incurrerat mortem, & eam trãsmisit ad posteros: uenit de cœlo secundus homo peccati nescius, ut mors dãnaretur, quæ rapere iussa reos innocentiæ ipsum inuadere pręsumpsit auctorẽ. Nec mirãdum est, si pro nobis posuit qđ suscepit a nobis, scilicet animam, qui propter nos fecit tanta, & talia largitus

Quid allegoricè designet acetum.

largitus est nobis. Aug. contra Fęlicianũ. Absit.n.a fidelib. ista suspicio, vt sic Christus senserit mortem nostrã, vt quantũ in se est vita, perderet vitã. Nam si hoc ita esset, quo illo triduo potuisse dicimus aliqd viuere, si vitæ fons dr̃ aruisse? Sensit igitur mortem deitas Christi participatione humana, siue humani affectus, quem sponte susceperat, non naturę suę potentiam perdidit, per quam cuncta viuificat. In morte enim nostra sine dubio destitutũ corpus vita aĩam nostrã non perimit, dum discedens aĩa non uim suam perdit, sed qđ uiuificauerat, hoc dimittit, & quãtum in se est alterius mortem facit, ipsa nõ recipit. De Saluatoris nõ aĩa dicemus, q ut nõ dicam pp inhabitantem diuinitatẽ, & propter iustitiã singularẽ, certè propter cõem moriendi sortem corpus illo triduo sic potuit deserere, ut ipsa non posset penitus interire. Credo.n. Dei filium mortuũ esse non secundum pœnã iniustitiæ, quam ex toto non habuit, sed secundum legem naturæ, quam pro humani generis redẽptione suscepit. Dama. Et si tñ mortuus est vt homo, & sancta eius aĩa ab incontaminato diuisa est corpore, sed tñ deitas inseparabilis ab utrisq; permansit, ab aĩa dico, & corpore. Et neq; vna ita hypostasis in duas diuisa est. Corp⁹.n. & aĩa sicut a principio in uerbi hypostasi habuerunt existẽtiam ẽt in morte. Neq; n. aĩa neq; corpus propriã habuerũt hypostasim, pręter hypostasim verbi. Hier. Diuinæ ãt potestatis iudicium est emittere spiritum, & ut ipse quoq; dixerat; Nemo põt tollere animã meam à me, sed ego pono eã, & iterũ sumo eã. Spiritum.n. in hoc loco pro anima intelligamus. Sed ꝙ uitale aut spirituale corpus faciat, seu ꝙ ipsius animæ substantia spiritus sit, iuxta id quod scriptum est, Auferes spiritum eorũ & deficient. Chr. in ho. Propter hoc ãt & uoce magna clamauit, ut ostẽdatur, quoniã secundũ eius potestatẽ id geritur. Per hoc.n. ꝙ moriẽs vocem emisit magnam, apertissime se verum Deum esse ostẽdit, qm̃ hoĩes cũ moriuntur uix tenuem uocem emittere pñt. Aug. de con. euan. Quid autem uoce magna dixerit, Lucas declarauit. dixit.n. Et clamãs Iesus voce magna ait, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Hil. Vel spiritum cum clamore magnæ vocis emisit, dolens non se oĩa peccata portare.

Et ecce velũ tẽpli scissum est in duas partes a summo usq; deorsum. Et terra mota est, et petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatẽ, & apparuerunt multis. Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes. Verè filius Dei erat iste. Erãt autem ibi mulieres multæ à longè, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa ministrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, et Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

Orig. Magna facta sunt ex eo ꝙ magna uoce clamauit Iesus. vnde sequitur: Et ecce velum templi scissum est &c. Augu. de con euang. In quo satis ostendit tunc esse scissum, cum emisit spiritũ. Si ãt non addidisset, Et ecce. & simpliciter dixisset, Et uelũ tẽpli scissum est; incertum esset utrũ ipse, & Marcus hoc recapitulãdo commemorassent. Lucas ãt ordinem tenuisset, q cum dixisset, Sol obscuratus est; continuo subiungendum ęstimauit. Et uelum tẽpli scissum est. An Lucas recapitulasset, quod illi ordine pósuissent. Orige. Duo ãt fuisse vela intelliguntur, unum quod uelat sancta sanctorum, aliud exterius siue tabernaculi siue templi. In passione ergo dñi Saluatoris, uelum qđ erat foris cõscissum est a sursũ usq; deorsum, ut ab initio mũdi usque ad finem cõscisso uelamine mysteria publicentur, quę usq; ad aduentum nomini rationabiliter fuerant occultata. Cum autem uenerit quod perfectum est, tunc auferetur etiam secundum uelũ, ut uideamus etiam quæ interius sunt occultata, s. ueram archam testamenti, & sicut ipsa se hẽt natura uideamus cherubin, & alia. Hila. Vel ideo uelũ templi scinditur, quia exinde populus est diuisus in partes, & veli honor cũ custodia angeli protegẽtis aufertur. Leo pa. in ser. de passione. Est autem ad testimonium uenerandę passiõnis sufficiẽt signũ, elemẽtorũ inordinata turbatio. unde seqtur: Et terra mota est, & petræ &c. Hie. Nulli enim dubium est

quid

quid significet, iuxta literã, magnitudo signorũ, vt crucifixũ dñm suũ, & cęlum, & terra oĩa demõstrarent. Hil. Mouet̃ terra, quia capax huius mortui esse nõ poterat: petræ scissæ sunt, oĩa.n. valida, & fortia penetrans Dei verbũ, & potestas æternæ virtutis irruperat. Et monumenta aperta sunt, erant.n. mortis claustra reserata. Sequitur, Et multa cor. sanc. qui. dor. sur. Illuminãs.n mortis tenebras, & infernorũ obscura collustrãs, mortis spolia detrahebat. Chry. in ho. Ipso quidẽ in cruce manente, eũ irridentes dicebãt: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluũ facere, & qđ in se facere noluit, in seruorũ corporibus cũ multa superbũdãtia demõstrauit. Si.n. quatriduanũ Lazarum exurgere magnum fuit, multo magis eos repẽte qui olim dormierant apparere viuẽtẽs, quod futuræ resurrectionis erat indiciũ. vt autem nõ putaretur esse phantasma quod factũ est, Euãgelista subiũgit. Et exe. de monu. post resur. eius ue. in san. ciu. & appa. mul. Hier. Quomodo autem Lazarus mortu⁹ resurrexit, sic & multa corpora sanctorũ resurrexerunt, vt dominum ostenderẽt resurgentem, & tamẽ cum monumẽta aperta sunt, non ante resurrexerunt, quam resurgeret dominus vt esset primogenitus resurrectionis ex mortuis: sanctam aũt ciuitatem in qua uisi sunt resurgentes, aut Hierusalẽ cęlestẽ intelligamus, aut hanc terrenam quę ante sancta fuerat. sãcta.n. appellatur ciuitas Hierusalem propter tẽplum, & sancta sanctorũ, & ob distinctionem aliarum urbium, in quib. idola colebantur. Quando uero dicitur, Appa. multis, ostenditur nõ generalis fuisse resurrectio, quæ omnibus appareret, sed specialis ad plurimos, vt hi viderẽt qui cernere merebantur. Remi. Quæret autem aliquis quid de illis factũ sit qui resurgente domino resurrexerunt? Credendum quippe est quoniam ideo surrexerũt, vt testes essent dominicè resurrectionis. Quidem autem dixerunt qꝫ iterum mortui sunt, & in cinerem conuersi, sicut & Lazarus, & cæteri quos dominus resuscitauit. Sed illorũ dictis nullo modo est fides accommodãda, quoniam maius illis esset tormentum q̃ resurrexerũt, si iterum mortui essent, quã si non resurgerent. Incunctanter ergo credere debemus, quia qui resurgente dño à mortuis resurrexerunt, ascẽdẽte eo ad cœlos, & ipsi pariter ascẽderũt. Ori. Semp̱ at hæc eadẽ magna quotidie fiũt. velũ.n. tẽpli ad reuelãdũ q̃ intus habẽtur scinditur sanctis. Terra ẽt mouetur. i. oĩa caro nouo verbo, & nouis reb. secundũ nouum testamentũ. Petræ ãt scindũtur, quia mysteriũ fuerunt prophetarum, ut in profundis eorũ posita spiritualia mysteria uideamus. Monumenta autem, dicũtur corpora peccatricũ animarũ, id est mortuarũ Deo, cũ autem p̱ gratiam Dei animæ huiusmodi fuerint suscitatæ, corpora eorũ quæ prius fuerunt monumenta, fiũt corpora sanctorum, & videntur à seipsis exire, & sequũtur eum q̃ resurrexit, & in nouitate uitę ambulant cum eo Et qui digni sunt habere conuersationem in cęlis ingrediuntur in sanctam ciuitatem per singula tempora; & apparent multis videntib. opera bona ipsorum Sequitur; Centurio aũt, & q̃ cũ eo e. cus. Ie. uiso terræmotu & his quę fie. ti. ual. di. ve. filius Dei erat iste. Au. de con. euan. Non est contrarium qꝫ Matth. viso terræmotu dicit admiratum Centurionẽ eos qui cũ eo erant, cum Lucas dicat hoc admiratum, qꝫ emissa magna uoce expirasset. In eo enim qꝫ Matthæus nõ solum dixit: Viso terremotu, sed etiã addidit: His quę fiebant integrum locũ fuisse demonstrauit Lucæ, ut diceret Centurionem ipsam domini mortẽ fuisse miratũ, quia & hoc inter illa est quę tunc mirabiliter facta erant. Hier. Ex hoc considerãdum qꝫ Centurio in ipso scãdalo passionis uere Dei filium confiteatur, & Arrius in ecclesia prædicet creaturam. Raba. Vnde merito per Centurionem fides ecclesię designatur, quæ uero mysteriorum cœlestiũ per mortẽ dñi reserato continuo Iesum & verè iustum hominẽ? & uerè Dei filium synagoga tacẽte cõfirmat. Leo pa. in ser. de pas. Exemplo igitur Cẽturionis cõtremiscat in redemptoris sui supplicio terrena substantia, rumpantur infidelium mentium, petræ & q̃ mortalitatis grauabantur sepulchris, discussa obstaculorum mora prosiliant, appareant nũc quoque in ciuitate sãcta, id est ecclesia Dei futuræ re-

surrectionis

surrectionis indicia, & quod credendū est in corporib. fiat in cordib Sequit: Erant āt ibi mulie.mul.à lon.q̄ &c.Hie.Cōsuetudinis.n Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpā more gētis antiquæ, ut mulieres de substantia sua uictū atq; uestitū pceptoribus ministrarent.hoc quia scādalū facere poterat i gētib. Paulus abiecisse se memorat.Ministrabant āt dño de substantia sua ut meterent illarū carnalia cuius ille metebant spiritualia non quia indigebat cibis dñs creaturarū,sed ut typū ostēderet magistrorū,quia victu atq;vestitu ex Discipulis deberent esse cōtēti. Sed videam⁹ quales comites habuerint. Sequitur.n. Inter quas erat Maria Mag & Ma.Ia.& Ioseph mater,& mr filiorū Zeb.Ori. Apud Marcū autem tertia Salome appellatur. Chr. in ho. Hæ autem mulieres considerabant quæ gerebantur,quæ maximè erāt cōpassibiles,& quæ sequebātur,ministrantes vsque ad pericula affuerāt maximam fortitudinem ostendentes,quia cum discipuli fugerunt,ipsæ affuerunt. Hier.con.Helui. Ecce inquit Heluidius, Iacob⁹ & Ioseph sunt filij Mariæ matris Domini, quos Iudæi appellauerūt fratres Chirsti. Dicit āt Iacobi minoris ad distinctionē Iacobi maioris,qui erat filius Zebedæi. Impiū enim dicit esse Helui.hoc sētire de Maria,vt cū aliæ fœminæ ibi fuerit,matrem eius abesse dicamus,aut alterā esse Mariam nescio quam confingamur:præsertim cū Euāgelium Ioannis testetur eam illic fuisse præsentem.O furor cecus & in proprium exitiū mēs væsana,audi quid Io.euan.dicat: Stabant iuxta crucē Iesu mater eius,& soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Mag. Nulli dubiū est duos fuisse Apostolos Iacobi nūcupatos vocabulo,Iacobum Zebedæi,& Iacobum Alphæi.Iste āt nescio quis minor Iacobus quem Mariæ filiū scriptura commemorat.Si Apostolus est, Alphæi filius erit,si nō est Apostolus, sed tertius,nescio q̄s Iacobus,quomodo putandus est frater dñi,& quomodo tertius ad distinctioné maioris,minor appellabitur,cū maior, & minor nō inter tres, sed inter duos soleant præbere distantiam,& frater dñi Apost. sit, Paulo dicēte. Aliū Apostolor.uidi neminé,nisi Iacobū fratrē dñi.Ne āt hūc Iacobū putes filium Zebedæi,lege actus Apostolorū, iā ab Herode fuerat interēpt⁹. Restat cōclusio vt Maria ista q̄ Iacobi minoris scribitur mater, fuerit vxor Alphæi, & soror Mariæ matris Dñi,quā Mariā Cleophæ Ioan. euā. cōmemorat.Si āt inde tibi alia atq; alia videt̄, ꝙ alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater,& alibi Maria Cleophæ:discas scripturæ consuetudinem eundem hominem diuersis nominibus appellari, sicut Raguel socer Moysi Ietro dicitur. Et similiter dr Maria Cleophæ uxor Alphæi:hæc eadē dicta est Maria mater Iacobi minoris.q̄ si mater esse domini, magis eam ut in omnibus locis matrem alterius uoluisse itelligi.verū & si alia fuerit Maria Cleophæ, & alia Maria Iacobi & Ioseph mater:hoc tamen cōstat non eādem Mariam Iacobi & Ioseph esse quàm matrē domini. Aug. de con.euā. Possumus autem dicere alias mulieres à longè, vt tres euāgelistæ dicūt, & alias iuxta crucem fuisse,ut Ioannes dicit, vbi Matthæus,& Lucas Mariam Magdalenam nominassent inter stantes lōgè, quam scilicet Ioānes nominauit inter stātes iuxta crucem. Quomodo autē hoc intelligitur,nisi quia eo interuallo erant,ut & iuxta dici possent, quia in cōspectu ei⁹ præsto aderant, & longè in comparatione turbæ propinquius circunstantis cū Cēturione & militibus. Possumus etiam intelligere, ꝙ illæ quæ simul aderant cum matre domini,postquā eam Discipulo cōmendauit,abire iam cœperant,vt à densitate turbæ se exuerent,& cætera quæ facta sunt longius intuerentur, vt Euangelistæ qui post mortem domini eas commemorauerunt,& longè stātes cōmemorēt.

Cum autē sero factum esset, uenit quidam homo diues ad Arimathia,nomine Ioseph,q et ipse discipulus erat Iesu.Hic accessit ad Pilatū,et petiit corpus Iesu.Tunc Pilatus iussit reddi corpus,et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in syndone munda,et posuit illud in monumēto suo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit saxū magnum ad ostium monumenti, & abijt. Erāt āt ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedentes contra sepulchrum.

Glo. Postquàm Euangelista retulerat ordinē dominicæ passionis,& mortē,nūc agit

agit de eius sepultura, dicés. Cũ ât sero factũ esset &c Re. Arimathia ât ipsa est & Ramatha ciuitas Helcanæ & Samuelis, q̃ sita est in regione Chananitica iuxta Dio spolim. Iste ât Ioseh secũdũ seculi statum magnæ fuit dignitatis. Sed multo maioris meriti apud Deũ fuisse laudatur: siquidé iustus fuisse describitur. Decebat quippe eũ talé existere qui corpus Dñi sepeliret quatenus per iustitiã meritorũ dignus esset tali officio. Hie. Diues ât referri nõ de iactãtia scriptoris, quo uirũ nobilé atq; ditissimũ referat Iesu fuisse Discipulũ. Sed ut ostendat causam quare à Pilato corpus Christi potuerit impetrare. Sequitur. Hic accessit ad Pila. & pe. corpus Iesu. Pauperes. n. & ignoti non essent ausi ad Pilatum præsidé Romanæ potestatis accedere, & crucifixi corpus impetrare. In alio autem euangelio Ioseph iste Bulites appellatur, .i. consiliarius, & de ipso quidã putãt primum psalmum fuisse cõpositũ. Beatus uir qui nõ abiit in consilio impiorũ, &c. Chr. in ho. Inspice autem huius uiri fortitudinem. in mortis. n periculũ se tradidit inimicitias ad omnes assumens, ꝓpter bene uolentiam Christi, & nõ solum audet corpus Christi petere, sed & sepellire. unde sequit: Et acce. cor. Iesu, & inuol. il. in sy. mũda. Hie. Ex simplici sepultura domini ambitio diuitum cõdemnat, qui nec in tumulis quidem possunt carere diuitiis. Possumus autem iuxta intelligentiã spiritualem, & hoc sentire, ꝙ corpus Domini nõ auro, non gemmis, nõ serico, sed linteamine puro obuoluendum sit, quamquam & hoc significet, ꝙ ille in syndone mũda inuoluit Iesum, qui pura mente eũ susceperit. Remi. Vel aliter: Quia syndon lineus pannus est. linum autem ex terra procreatur, & cum magno labore ad candoré perducitur, designatur, quia corpus illius qđ ex terra. i. ex uirgine sumptum est, per laborem passionis peruenit ad cãdorem immortalitatis. Beda. Hinc etiam ecclesiæ mos obtinuit ut sacrificiũ altaris nõ serico neq; in panno tincto, sed in lino terreno celebretur. Vt à beato Syluestro legimus esse statutũ. Seqt: Et po. illud in mo. suo no. qđ exciderat in petra. Aug. in sermone de Sabbato sancto. Ideo autem Saluator in aliena sepultura ponitur, quia ꝓ aliorum moriebatur salute, ut quid ergo in propria sepultura, qui in se morté propriam non habebat? ut quid illi tumulus in terris, cuius sedes manebat in cœlis? ut quid illi sepultura propria, qui tridui tantum temporis spacio in sepulchro non tã mortuus iacuit, q̃ velut in lectulo cõquieuit? Sepulchrum ât mortis est habitaculũ. Necessarium ergo non erat mortis habitaculum Christo, q̃a uita est, nec opus habebat semper uiués habitaculo defunctorum. Hier. In nouo autem ponitur monuméto, nec post resurrectionem cęteris corporibus remanentibus surrexisse alius fingeretur. Potest aût & nouum sepulchrũ Mariæ virginalem uterum demonstrare. In monumento ât exciso in petra cõditus est, ne si ex multis lapidibus ædificatum fuisset suffossis tumuli fundamentis ablatus furto diceretur. Aug. in ser. de sabba. sancto. Si ét sepulchrum fuisset in terra, dicere poterãt suffoderunt terram & furati sunt eum. Si fuisset lapis paruulus superpositus, dicere poterant, dormientib. nobis tulerũt eum. vnde sequitur: Et aduol. sax. ma. ad osti. monu. & abijt. Hier. Saxũ enim magnũ appositum ostédit, nõ absq; auxilio plurimorum sepulchrum potuisse reserari. Hil. Mysticè ât Ioseph Apostolorum hét speciem, hic in munda syndone corpus inuoluit, & quidem in hoc eodem linteo reperimus de cœlo ad Petrum vniuersorum animantium genera submissa. ex quo intelligitur sub lintei illius nomine consepeliri Christo ecclesiam. Dñi ergo corpus infertur in vacuam & nouam requiem lapis excisi, quia per Apostolorum doctrinam impetus duritiæ Gentilis quodã doctrinæ opere excisum Christus infertur, rude. s. ac nouum, & nullo antea ingressu timore Dei peruium, & quia nil præter eum oporteat in pectora nostra penetrare, lapis ostio aduoluitur, ut q̃a nullus antea in nos diuinę cognitionis auctor fuerat illatus nullus absq; eo postea inferatur. Orige. Non autem fortuitu scriptũ est, quoniam inuoluit corpus in syndone mũda, & posuit in monumento nouo, & quod aduoluit lapidem magnum: quoniã omnia quæ sunt circa corpus Iesu, mũda

EE sunt,

sunt, & noua, & oĩa magna ualde. Rem. Postquam autem corpus dñi sepultũ, est cæteris ad propria remeantibus, solç mulieres quç eum arctius amauerunt ꝑseuerauerunt, et diligẽti cura notauerunt locũ in quo corpus domini poneretᷣ, quatenus congruo tẽpore munus suæ deuotionis ei offerrẽt, & ideo sequitur: Erãt autem ibi Ma. Mag. &c. Ori. Mater ante filiorũ Zebedei nõ scribitᷣ sedere contra sepulchrũ, forsitã enim usq; ad crucẽ peruenire potuit. Istæ ãt quasi maiores in charitate ne que his quæ postea gesta sunt defuerunt. Hie. Vel cœteris relinquentibus dominũ mulieres in officio perseuerãt, expectãtes quod promiserat Iesus. Et ideo meruerũt primç videre resurrectionẽ, quia qui per seuerauerit usque in finẽ hic saluus erit. Remi. Quod usq; hodie sanctç mulieres, .i. humiles animæ sanctorũ in hoc seculo faciũt, & pia curiositate attẽdunt quẽadmodum passio Christi completa sit.

Altera autem die quæ est post parasceuen conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicentes. Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc uiuens, post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium, ne forte ueniant discipuli eius, & furentur eũ, & dicant plebi, surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis *custodiam, ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulcrum signantes lapidem cum custodibus.*

Hier. in ho. Non suffecerat principibus sacerdotum crucifixisse dominũ saluatorem, nisi sepulchrum custodirent, & quan tũ in illis est, manus imponerent resurgen ti. uñ dicitᷣ. Altera autẽ die, quç est post parasceuen, &c. Rab. Parasceue dicitur prçparatio: hoc nomine vocatur sexta sabbati, in qua præparabãt necessaria sabbato, ut de mãna dictũ est: Sexta die colligetis duplũ, qa enim sexta die factus est homo, in septima die requieuit Deus, ideo sexto die Iesus pro homine moritur, & in sabbato quieuit in sepulchro. Hie. Principes autem sacerdotum licet immensum facinus in nece domini perpetrauerint, tamen nõ sufficit eis, nisi etiam post mortẽ eius conceptæ nequitiæ virus exerceant, famam eius lacerantes, & quem innocentem sciebant, seductorem uocãt. unde dicũt; Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit &c. Sicut ãt Caiphas ignorãs ante prophetauerat, dicens expedit vnum hominem mori pro populo, et nõ tota gẽs pereat, sic & modo: Seductor enim erat Christus, nõ à ueritate in errorẽ mittens, sed à falsitate in ueritatem, à vitijs ad uirtutes, a morte ad uitã ducens, Rem. Ex hoc autem dicunt eum dixisse ꝙ post tres dies resurgã, quia dixerat: Sicut fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in uentre ceti &c. Sed uidendum quomodo post tres dies resurrexerit. Nõnulli uoluerunt tres horas tenebrarum unam intelligi noctem, et lucẽ quæ secuta est tenebras diẽ, sed hi uim figuratç locutionis ignorauerunt. Figuratè.n. sexta feria qua passus est, cõprehendit noctẽ ꝑcedẽtem. Sequitur ãt nos sabbati cũ suo die: nox uero dominici diei cõprehendit suũ diem, ac per hoc uerũ est ꝙ post triduum resurrexit. Aug. in ser. de pas. Ideo aũt post tres dies resurrexit, ut in passione filij totius trinitatis mõstraret assensus. Triduum enim legitur in figura, qa trinitas quæ in principio fecerat hominẽ, ipsa in fine hominẽ per Christi reparat passionẽ. sequitur Iube ergo custodiri sepulchrũ usq; in tertiũ diẽ. Rab. Discipuli.n. Christi fures spiritualiter erãt, quia ab ingratis Iudçis scripta noui & ueteris testamẽti ablata in usum ecclesiç conferebãt & saluatorem qui eis ꝓmissus fuerat illis nocte dormientibus, hoc est, in fidelitate torpentibus, abstulerũt, gẽtibus credendũ tradẽtes. Hi. Metus furãdi corporis & sepulcri custodia, atque obsignatio, stultitiæ, atq; infidelitatis testimoniũ est, ꝙ signare sepulcrũ eius uoluerunt, cuius ꝑcepto cõspexissent de sepulcro mortuũ suscitatũ. Rab. In hoc aũt quòd dicunt. Et erit nouissimus error peior priore, ingnoranter uerum dicunt. Peior.n. fuit cõtẽptus pœnitentiæ in Iudæis, quàm error ignorantiæ. Chry. in ho. Vide ẽt qualiter nolẽtes concertant ad demonstrandam ueritatẽ, irrefragabilis enim demonstratio resurrectionis facta est per ea quç prætenderunt: quia enim custoditum est sepulcrũ, nulla fraus facta est. Si autem fraus facta nõ est, manifestè & irrefragabi

liter

Nota significatum.

Quomodo post triduũ iacuerit in sepulcro uide

liter dñs surrexit. Quid át Pilatus respondeat subiungitur. At illis. Pilatus, habetis custodiá. Ite custodite sicut scitis. Raba. q. d. Sufficiat uobis ꝙ cōsensi in nece innocē tis, de cætero uester error uobiscū permaneat; Sequitur: Illi autē ab euntes munierūt sepulchrū, signantes lapidē cū custodibus. Chry. in ho. Nō āt ꝑmittit Pilatus solos milites sigillare, si. n. soli milites sigillassent, possent dicere, qm̄ milites permiserūt ꝙ discipuli corpus dñi furarentur, & ita resurrectionis infringere fidem, nunc hoc dicere non pn̄t, cum ipsemet sepulchrum sigillassent.

CAPVT XXVIII.

VESPERE autem sabbati q̄ lucescit in prima sabbati, uenit Maria Magdalenę et altera Maria uidere sepulchrū. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus. n. dñi descēdit de cœlo, et accedēs reuoluit lapidē, et sedebat sup eū. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, et uestimētū eius sicut nix. Præ timore āt eius exterriti sunt custodes, et facti sūt uelut mortui. Respondens āt Angelus dixit mulieribus. Noli te timere uos. Scio. n. ꝙ Iesum, qui crucifixus est quæritis, non est hic; surrexit. n. sicut dixi. Venite & uidete locū ubi positus erat dñs. Et cito euntes dicite discipulis eius, quia surrexit, & ecce præcedet uos in Galilæā. Ibi eum uidebitis ecce prædixit uobis.

Augu. in ser. de resu. Post illusiones & uerbera, post aceti & fellis pocula mixta, post supplicia crucis & uulnera, & postremo post ipsam mortem & inferos, surrexit de suo funere caro noua, redit ab occiduo latēs uita & in morte salus reseruata resurgit, pulchrior reditura post funus. Aug. de con. euan. De hora uero qua mulieres uenerunt ad monumentum, nō cōtemnenda exoritur quæstio. Cum. n. Matthæus hic dicat: uespere āt sabbati &c. q d est ꝙ dicit Marcus, Et ualde mane una sabbatorum uenit Maria Magd. & altera Maria uidere sepulchrū? Apertè quippe prima noctis, quod est uespere, ipsam noctem uoluit significare Matthæus, cuius noctis fine uenerunt ad monumentum, ergo qm̄ sabbato impediebantur ut non ante facerent, ab eo tempore nōminauit noctē ex quo eis licere cepit, ut facerent qđ cunq; uellēt tēpore eiusdē noctis. Sic itaq; dictū est; uespere āt sab. ac si diceret, nocte sabbati. i. nocte, q̄ sequitur diē sabba. quod ipsa uerba eius satis indicant. Si. n. ait: Quæ lucescit in prima sabbati, qđ fieri nō pōt nisi tātummō primā noctis particulā. i. solū initiū noctis intellexerimus dicto uespere significatū. Neq;. n. ipsum initiū noctis lucescit in prima sabbati, sed ipsa nox q̄ in luce incipit terminari, & usitatus modus loquēdi est diuinæ scripturę, à parte totum significare. Vespere ergo, noctem significauit, cuius extremū est diluculū, diluculo. n. uenerūt ad monumentū. Rab. Vel aliter. Quod dictū est, quia mulieres uespere sabbati quæ lucescit in prima sabbati uenerunt uidere sepulchrum, ita intelligendū, quia uespere quidē uenire cœperint, sed lucescente mane in prima sabbati ad sepulchrū peruenerūt, id est uespere aromata parauerunt quibus corpus dñi ungere desiderabant, sed aromata uespere ꝑparata, mane ad sepulchrū detulerunt. Quod Matthæus quidē breuitatis cā obscurius posuit, sed Euangelistæ alij quo ordine factū sit euidentius ostendūt. Sepulto nanq; sexta feria dño, reuersæ à monumento mulieres ꝑparauerunt aromata & unguenta quàdiu operari licebat, & sabbato quidē siluerunt secundum legis mandatum, sicut Lucas aperte designat. Cū āt transisset sabbatū, uesperaq; adueniēte tēpus operandi redisset, promptę ad deuotionē emerūt quæ minus ꝑparauerant aromata, sicut Marcus cōmemorat. ut uenientes ungerēt Iesum, & ualde mane ueniunt ad monumētū. Hie. Vel aliter, ꝙ diuersa tēpora istarum mulierū in Euangelijs describunt, nō mēdacij signū est. ut ipsi obiiciūt, sed sedulę uisitationis officii, dū crebro abeūt & redeūt & nō patiunt à sepulchro dñi diu abesse uel longius. Remi. Sciēdū āt q a Matthæus mystice loquēs studuit nobis insinuare, illa sacratissima nox quātā dignitatē ex honore deuictæ mortis & dñicæ resurectionis accepit, iō dixit uespere āt sab. &c. Cū consuetus ordo tpm̄ hēat, ut uespere nō lucescāt i diē, iđ potius obtenebrescāt i noctē

super petrā fundamenta fidei super quam Christus erat ecclesiā fundaturus. Vel per lapidem monumenti pōt designari mors quia omnes pręmebātur, per hoc ergo ꝙ Angelus super lapidem sedit, significatur ꝙ Christus mortem sua uirtute subiecit. Bed. in ho. Et recte stans apparuit Angelus qui aduentum dñi in mundo prędicebat, ut stando designaret quia dñs ad debellandum mundi principem ueniret, prę co autem resurrectionis sedisse memoratur, ut sedendo significaret eum superato mortis auctore sedem regni iam conscen disse perpetui: sedebat āt super lapidem reuolutū quo ostium monumēti claudebatur, ut claustra inferorū ipsum sua virtute deiecisse doceret. Au. de con. euang. Potest etiam mouere quomodo secundū Matthęum Angelus super lapidem sedebat reuolutum à monumento, cum Marcus dicat mulieres intro euntes in monumentū uidisse iuuenē sedētē in dextris: nisi intelligamus aut Matthęū tacuisse de Angelo, quē intrātes uiderūt, Marcū āt de illo quē uiderunt sedentē super lapidē, ut duos uiderint & à duobus sigillatim audierint, q̄ dixerūt Angeli de Iesu. aut certè ꝙ dicit, Intrātes in monumentū, in aliqua septa macerię debemus accipere, qua cōmunitū locū tunc fuisse credibile. i. in aliquo spacio ante petrā, in qua excisa locus factus fuerat sepulturæ ut ipsum uiderint. in eodē spacio, sedentē a dextris, quē dicit Matthæus sedentem super lapidem. Sequitur: Erat at aspe. &c. Seue. Vultus claritas à uestiū candore separatur, & facies fulguri, niui uestis Angeli cōparatur: quia fulgur de cęlo, nix de terra. vnde propheta: Laudate dominum de terra, ignis grando nix &c. In facie ergo Angeli claritas cœlestis seruaī naturæ, in ueste significatur gratia cōionis humanę, & sic tēperatur species Angeli colloquentis, ut carnales, oculi & uestiū ferant placitam claritatem, & ex fulgure vultus nūcium sui tremerent, & reuerterentur auctoris. Idē in alio ser. Quid āt facit indumētū ubi tegēdi necessitas nō habeī? sed Angelus nostrū habitum, nostram formā in resurrectione præfigurat, ubi homo ipsa corporis sui claritate uestitur. Hier. In candido et vestitus

Seuerianus.

Angelus significat gloriam triumphantis. Greg. in ho. de pas. Vel aliter in fulgore terror timoris est, in niue āt blandimētum cādoris, quia vero omnipotens Deus & terribilis est peccatoribus, & blanditis iustis, recte testis resurrectionis eius Angelus, & in fulgure vultus, & in candore habitus demonstratur, ut de ipsa sua specie terreret reprobos, & mulceret pios. vnde sequitur Præ āt &c. Rab. Timoris anxietate sunt exterriti, quia amoris fiduciā nō habebant, & facti sunt uelut mortui, qui resurrectionis ueritatem credere noluerunt. Seue. in ser. paschę. Custodiebāt .n. crudelitatis studio, non pietatis obsequio: stare. n. nō pōt quem conscientia destituit impellit reatus. Hinc est ꝙ Angelus percellit impios, pius alloquitur, & solatur. Sequitur; Respondens āt angel. &c. Hie. Custodes quidem timore perterriti ad instar mortuorum stupefacti iacent, & Angelus tū nō illos, sed mulieres cōsolaī, dicēs, Nolite tim. uos, quasi dicat. Illi timeant in q̄bus ꝑmanet incredulitas, cæterū, uos, q̄a Iesum quæritis crucifixū audite ꝙ surrexit, & ꝓmissa ꝑfecerit, vn̄ seq̄tur: Scio. n. ꝙ Iesum q̄ crucifixus est, quęritis. Seueri. Adhuc. n. crucifixū & mortuū requiebāt, quarū fidē sæua passionis procella turbauerat, & tētationis ita eas pondus incuruauerat, vt cœli dūm quærerēt in sepulchro. Nō est hic. Raba. Per præsentiam carnis qui tamē, nusquam deest per præsentiam maiestatis. Sequitur; Surrexit .n. sicut dixit. Chr. in ho. q. d. Et si mihi nō creditis, illius memento te uerborum, deinde & alia sequitur demonstratio, cum subditur; Venite & uidete locum ubi positus erat dñs. Hiero. Vt si meis uerbis non creditis, uacuo credatis sepulchro. Seue. Angelus ergo prædicit nomen crucem dicit, loquitur passionem, sed mox resurrectionem, mox dominum cōfitetur, & Angelus post tanta supplicia, post sepulchrū agnoscit dominum suum. Cur homo aut minoratum Deū in carne iudicat, aut in passione existimat defecisse uirtutem? Dicit autem crucifixum, & ostendit locum vbi positus erat dominus, ne alter & non idem resurrexisse crederetur ex mortuis. Et si dominus in eadem redit carne &

Cur timuerūt custodes.

 suæ

ſuę reſurrectionis facit indicia, quare homo in alia putat ſe carne rediturum? aut carnem forte ſeruus dedignatur ſuã, cum noſtram dñs non mutauit. Rab. Non autẽ ſolis verbis hoc gaudium magnum conceſſum eſt occulto corde tenere, ſed ſimiliter amantib. debetis illud pandere. vnde ſequitur: Et cito euntes &c. Seue. q. d. Reuertere ad uirum mulier iã ſanata, & ſua de fidem, quę perfidiam ante ſuaſiſti. Refert homini reſurrectionis indiciũ: cui ante conſilium ruinæ dediſti, ſequitur. Et ecce præcedet vos &c. Chr. in ho. Hoc ãt dicit, eripiens eos à periculis ne timor fidẽ impediret. Hie. Myſtica ãt præcedet vos in Galilęam, hoc eſt in uolutabrũ Gentiliũ vbi ante error erat & lubricũ, & firmo ac ſtabili pede veſtigiũ non tenebat. Sequitur: ibi eum videbitis: ecce prædixi vobis. Be. in ho. Bene ãt dñs Galilęa vr̃ a diſcipulis, qui iã de morte ad vitã, iã de corruptione ad incorruptionẽ tranſierat. Galilæa quippe transmigratio interpretatur, fęlices fęminę q. triumphum reſurrectionis mũdo annunciare meruerunt, fęliciores aĩę, quę in die iudicij pculſis pauore rep̃bis, gaudiũ beatę reſurrectionis itrare meruerit.

Et exierut cito de monumẽto cũ timore et gaudio magno currentes nunciare diſcipulis eius. Et ecce Ieſu occurrit illis dicens. Auete. Illæ autem acceſſerunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Ieſus. Nolite timere, ite, nunciate fratribus meis. vt eãt in Galilæã, ibi me videbunt.

Hila. Mulierib. per Angelũ adhortatis, cõfeſtim dñs occurrit vt nunciare expectãtib. diſcipulis reſurrectionẽ nõ Angeli potius q̃ Chriſti ore loquerentur. vñ ſequit: Et exierunt cito de munumẽto cũ timore & gaudio magno. Aug. de con. euã. Egreſſę ãt dicuntur a monumento, hoc eſt ab illo loco; vbi erat orti ſpaciũ ante lapidem effoſum. Hier. Duplex ãt mentes mulierũ tenebat affectus, timoris, & gaudij: & alter de miraculi magnitudine, alter ex deſiderio reſurgentis, & tamen uterq; fœmineũ cõcitabat gradum, vnde ſequitur. Currentes nunciare diſcipulis eius. Pergebãt. n. ad Apoſtolos, ut per illos fidei ſeminarium ſpargeretur. Quę autem ſic quærebant q̃ ita currebant, merebatur obuiã habere dñm reſurgẽtem. vnde ſequitur: Et ecce Ieſus occurrit illis, dicẽs. Auete. Raban. Per hoc oſtendit ſe omnibus iter uirtutum inchoantibus, ut ad ſalutẽ perpetuam peruenire queant adiuuando occurrere. Hier. Primę mulieres merentur audire Auete, ut maledictum Euæ mulieris in mulieribus ſolueretur. Seuer. In iuſtis uero fœminis eccleſię figuram manere euidenter oſtenditur, quia diſcipulos ſuos Chriſtus de reſurrectione arguit trepidantes. Occurrens ãt iſtis non poteſtate terret, ſed pręuenit charitatis ardore. Chriſtus enim in eccleſia ſe ſalutat, quam ſuum recipit in corpus. Auguſtin. de conſ. euang. Colligimus & Angelorum allocutionem bis numero eas habuiſſe venientes ad monumentum. ſ. cum uiderant unũ Angelũ, de quo narrat Matthæus & Marcus, & cũ poſtea uiderũt duos, ut narrant Lucas & Ioãnes. Et ſimiliter ipſius dñi bis ſemel ſcilicet illic, qñ Maria hortulanum putauit, & nunc iterum cum eis occurrit in uia, ut eas ipſa repetitione firmaret, atque à timore recrearet. Seue. Sed ibi Mariæ nec tangẽdi datur facultas, hic nõ ſolũ tãgendi, ſed tenẽdi copia tota cõcediī, vñ ſequitur. Illæ ãt acceſſerũt & tenuerũt pedes eius, & adorauerũt eũ. Raba. Superius quidẽ dictũ eſt, qa clauſo monumẽto ſurrexit, ut immortale iã factũ doceret eſſe corpus, q̃ in monumento clauſum fuerat mortuũ. Tenẽdos ãt mulieribus nunc prębuit pedes, vt intimaret veram ſe carnem habere, quę a mortalibus tangi poſſet. Seue. iſti quidem tenẽt pedes Chriſti, qui in eccleſiæ typo euãgelicæ prædicationis tenent, & merentur excurſum, ac ſic fide aſtringũt ſui veſtigia Saluatoris, ut totius deitatis perueniant ad honorem. Illa autem merito audit: Noli me tangere quæ interis deflet dominum, & in ſepulcro quærit mortuum, vt in cęlis eum neſciat, regnare cum patre. Quod ergo eandem Maria nunc in fidei uirtute conſtituta tangit Chriſtum, ac tenet toto ſanctitatis affectu, tunc imbecillitate carnis & fœminea infirmitate deiecta dubitat & tactum ſui nõ meretur auctoris nõ facit quæſtionem ſiquidem illud de figura eſt hoc de ſexu illud eſt de diuina gratia hoc de humana Cõſenſus euãgelicus.

mana naturâ:qa nosipsi cum diuina scimus, Deo viuim⁹:cū humana sapimus cçcamur ex nobis. Tenuerunt āt pedes eius: vt scirent in capite Xp̄i virū esse, se āt esse in pedib. Christi, & datū sibi virū sequi, nō prçire ipsum Qđ āt dixerat angelus, dicit & dn̄s: vt quas firmauerat angelus, Xp̄s redderet firmiores. Sequit: Tunc ait illis Iesus nolite timere. Hie. Et in ueteri & in nouo testō hoc semp obseruandum est, ꝙ quādo aliqua angustior apparuerit visio: primum timor pellatur, vt sic meré placata possint quæ dicuntur audiri. Hilar. In contrarium autem ordo causç principalis est redditus, vt quia à sexu muliebri cœpta mors esset, ipsi primum resurrectionis glorię & visus & nūcius redderetur. vnde dn̄s subdit. Ite, nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Seue. Vocat fratres, quos corporis sui fecit esse germanos: uocat f̄res, quos benignus hæres sibi prçstit coheredes: uocat f̄res, quos patris sui adoptauit in filios. Augu. de con. euan. Quòd autē dominus nō vbi primū se mōstraturus erat, sed in Galilæa ubi postea uisus est, se videndū mādauit, & per angelum, & ꝑ seipsum: quęuis fidelem facit intentum ad quærendum in quo mysterio dictū intelligitur. Galilæa nāq; interpretatur uel transmigratio uel reuelatio. Prius itaq; secūdū transmigrationis significationem quid aliud occurrit intelligendum, nisi quia Christi gratia de populo Israel, trāsmigratura erat ad Gétes, quibus Apostoli prædicantes euangelium nullo modo crederent, nisi eis ipse dn̄s viā in cordibus hominu m præpararet? & hoc intelligitur: Præcedet uos i Galilæā. Quòd autē subditur. Ibi eum uidebitis, sic intelligitur. i. ibi mēbra eius inuenietis. ibi uiuum corpus eius in his qui uos susceperunt, agnoscetis. Secundum autē ꝙ Galilæa interpretatur reuelatio, non iā in forma serui intelligendum æst, sed in illa, in qua çqualis est patri. Illa erit reuelatio tanquam uera Galilæa, cum similes ei erimus, & videbimus eum sicuti e[s]t. Ipsa etiam erit beatior trāsmigratio ex isto seculo in illam æternitatem.

Allegoria cum anagoge.

Quæ cum abyssent, ecce quidam de custodib. uenerunt in ciuitatē, et nunciauerūt principib. sacerdotū oīa quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus, cōsilio accepto pecuniā copiosam dederunt militibus, dicentes. Dicite, qa Discipuli eius de nocte uenerunt, & furati sunt eū nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos nos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erāt edocti. Et diuulgatum est uerbum istud apud Iudæos, usque in hodiernum diem.

Chr. in ho. Sygnorū q̄ circa Christum apparuerunt; quædam fuerūt orbi terrarū cōmunia, puta tenebrę, quędā ꝓpria militib. custodiētib. sicut mira angeli apparitio, & terremotus, q̄ ꝑ p milites facta sunt ut stupefierēt, ut ab ipsis fiat testimonium ueritatis. ueritas n. à cōtrarijs diuulgata, magis refulget, ꝙ & cōtigit, vñ dr̄. Quç cū abiis. s. mulieres. Ecce quidā de custodibus uene. in ciuitatē &c. Rab Symplex q̄dē animi qualitas, & indocta hominū rusticitas, sepe ueritatem rei vt est, sine fraude manifestat: at contra uersuta malignitas, falsitatem uerisimilib. uerbis pro uero commendare decertat. Hier. Principes ergo sacerdotū qui debuerāt cōuerti ad pœnitentiam, & Iesum quærere resurgenté, perseuerant in malitia, & pecuniam, quç ad usus templi data fuerat uertūt in redēptionem mendacii, sicut & ante xxx. argēteos Iudç dederunt ꝓditori vnde sequitur. Et cogregati cum senioribus, consilio accepto pecuniā copiosam dede. &c. Seue. Non enim cōtenti sunt interfecisse magistrum, imo etiā quomodo Discipulos ꝑdere possint moliūtur, & Discipulorum crimen esse faciunt, virtutē magistri. Planè amiserunt milites, perdiderunt Iudæi, sed Discipuli magistrū suum nō furto, sed fide virtute, non fraude sanctitate, non crimine, uiuum non mortuum, sustulerunt. Chrysosto. in homel. Qualiter enim furarentur Discipuli homines pauperes & idiotæ. & neq; apparere audētes? Si. n. adhuc Christū uiuum uidentes fugerūt, qualiter mortuo eo nō timuissent tot militum multitudinē? Nunquid ostiū sepulchri poterant euertere? lapis enim imminebat magnus, multis īdigēs manibus. Nunquid etiā non erat sigillum super impositū? Propter quid autē non furati sunt prima nocte, quando nullus sepulchro affuit.

Signorū Christi rō.

Ratio obstinationis Iudaico

fuit? Sabbato.n.petierunt à Pilato custodiã. Quid ãt sibi volunt hæc sudaria, q̃ Petrus uidit iacentia? Si.n.vellent furari, nõ esset nudũ corpus furati, non solú ne iniuriarentur, sed ne ẽt in exuẽdo tardarẽt: & tribuerent militib. se detinendi facultatẽ, maxime q̃a myrrha erat corpori & vestimẽtis affixa, ita glutinosa vt nõ facile esset, à corpore auellere uestimenta. Quare nõ ꝑsualibilia sunt q̃ de furto dicta sunt. Vñ per q̃ resurrectionẽ obumbrare conantur, ꝑ hæc eã faciũt clarere. Dicentes.n.q̃ Discipuli furati sunt, confitentur non esse corpus in sepulchro, furtũ.ãt ostendit esse mendax custodia militũ, & discipulorum pauor. Rem. Sed si custodes dormierunt, qũo furtũ viderũt? & si non uiderũt, qũo testes fuerunt; & ideo quod uoluerũt facere, non potuerunt. Glo. Ne autem timore principis à mendacio reuocarentur, timentes ꝑꝑ negligentiam puniri subdunt, Et si hoc auditum fuerit à præside, nos sua debimus ei, & securos vos faciemus. Chr. in ho. Vide omnes corruptos. Pilatus.n. ipse persuasus est, plebs Iudaica cõmota est, milites corrupti sunt. vnde sequit̃: At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Si pecunia apud Discipulum tantã habuit virtutẽ, vt eum faceret magistri ꝓditorem: nõ mireris, si pecunia milites superantur. Hil. Emitur ergo resurrectionis silentium, & mẽdacium furti, argẽto: q̃a honore.s. seculi, q̃ in peccunia est & cupiditate, Christi gloria denegatur. Rab. Sicut autem sanguinis reatus, quem sibi & posteris suis ipsi imprecabantur, grauis peccatorum sarcina illos premit; ita emptio mendacij, per quod resurrectionis denegant ueritatem, reatu eos cõstringit perpetuo. vnde sequitur. Et diuulgatũ est uerbũ istud apud Iudæos vsq; ĩ hodiernũ diẽ. Seue Apud Iudæos quidem diuulgatum est, nõ apud Christianos. Quod.n. in Iudęa. Iudęus obscurabat auro, fide toto claruit in mundo. Hie. Omnes autẽ q̃ stipe templi & his quæ conferuntur ad u-

Moralis expositio.

sus ecclesiæ abutuntur in aliis rebus quib. suam expleant uoluntatem, similes sunt scribarum, & sacerdotum redimentium mendacium & Saluatoris sanguinem.

Vndecim ãt discipuli abierunt in Galilęam in Montẽ ubi cõstituerat illis Iesus. Et uidẽtes eũ adorauerũt, quidã ãt dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens. Data est mihi õis potestas in cęlo, et in terra. Euntes ergo docete oẽs gẽtes, baptizãtes eos in nomine Patris, et filij, et Spiritus sancti, docẽtes eos seruare oĩa q̃cunq; mandaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum omnib. diebus, vsq; ad consummationẽ seculi.

Beda. in ho. Postquam dñicam resurrectionem ab angelo nũciatam beatus Matthæus asseruit, uisionem dñi etiam à Discipulis impletam refert, dicẽs: Vndecim autem Discipuli abierunt in Galilęam, in montem ubi constituerat illis Iesus. nam pergens dominus ad passionem, ait Discipulis. Postquam resurrexero, præcedã vos in Galilæam. Angelus quoq; mulieribus ait: Dicite Discipulis eius quia præcedet uos in Galilæã. Quapropter iussioni magistri obedientia Discipulorum obsequitur recte autẽ vndecim Discipuli ad adorandum pergũt; iam.n. unus perierat, qui dominum, ad magistrum suũ tradiderãt. Hiero. Post resurrectionem ergo Iesus in Galilęæ monte conspicitur, ibiq; adoratur; licet quidam dubitent, & dubitatio eorum nostrarum auget fidẽ. Sequitur: Et videntes eum adorauerunt, quidam autẽ dubitauerunt. Remig. Hoc autem Lucas euangelista plenius manifestat. Refert.n. quia cum dominus resurgens à mortuis ipse apparuisset Discipulis, ipsi conturbati & exterriti, existimabant se spiritum uidere. Rab. In monte quidem apparuit eis dominus, ut significaret quoniam corpus quod de communi generis humani terra nascendo susceperat, resurgendo iam super terrena omnia subleuauerat, & vt admoneret fideles si illic celsitudinem resurrectionis eius cupiunt uidere, hic ab infimis uoluptatibus ab superna studeãt desideria transire. Iesus autem Discipulos in Galilæam præcedit, quia Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientiũ. Sequuntur ãt hi qui sunt Christi, & suo ordine ad uitam de morte transmigrant in sua specie diuinitatem contemplantes & huic congruit quod Galilæa reuelatio interpretatur. Augu. de con. euange. Sed considerandum est quomodo corporaliter in Galilæa dominus uideri potuerit

Anagogicus sensus.

quia

quia enim non ipso die, quo resurrexit visus est, manifestum est. Nam in Hierusalē visus est eo die in initio noctis, vt Lucas & Ioannes apertissime consonant, neq; ẽt in sequẽtib. octo diebus, post quos dicit Ioānes Discipulis apparuisse dñm: vbi primo vidit eum Thomas qui eū nō viderat die resurrectionis eius, nisi quis dicat nō illos vndecim qui iam tunc Apostoli vocabantur, sed Discipulorū vndecim illic fuisse ex multo numero Discipulorū. Sed occurrit aliud ꝙ obsistit: Ioannes.n.qñ cõmemorauit nō in monte ab vndecim, sed ad mare Tyberiadis à septē piscantibus visum esse dñm. Hoc iam tertio (inquit) manifestauit se Iesus Discipulis suis: quod intelligendū est ad numerum dierum retulisse: non ad numerum manifestationum. Si aũt acceperimus intra illos octo dies antequā eum Thomas vidisset ab vndecim Discipulis quibusq; dñm visum, non erit ad mare Tyberiadis tertio manifestatum esse, sed quarto. Ac per hoc cogimur intelligere post omnia factum esse, ꝙ cum in monte Galilææ Discipuli vndecim viderunt. Inuenimus itaq; apud quatuor Euāgelistas decies commemoratum dñm visum ab hominib. esse post resurrectionē.

Catalogus apparitionum.

Semel ad monumētum à mulieribus. Iterum eisdem egredientibus à monumento in itinere. Tertio Petro. Quarto duobus euntibus in castellum. Quinto pluribus in Hierusalem, vbi non erat Thomas. Sexto vbi vidit eum Thomas. Septimo ad mare Tyberiadis. Octauo in Monte Galilææ secundum Matthæum. Nono qđ dicit Marcus, nouissime recumbentibus, quia iam non erant in terra cum illo conuiuaturi. Decimo in ipso die non iam in terra, sed eleuatum in nube, cum in cęlum ascenderet, ꝙ Marcus & Lucas cõmemorant. sed non oīa scripta sunt, sicut Ioānes fatetur: crebra.n.erat eius cū illis conuersatio per dies 40. priusquā ascendisset in cœlū. Remi. Videntes ergo Discipuli dñm cognouerunt, & iccirco demissis in terrā vultibus adorabant: & ideo prius & clemens magister vt oēm dubietatē auferret à cordibus eorum accedens ad eos corroborauit in fide. vñ sequitur. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens. Data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terrā. Hier. Illi ãt potestas data est q paulo ante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui postea resurrexit. Rab. Non enim hoc de coæterna patri diuinitate, sed de assumpta loquit̃ humanitate secundū quā minoratus est paulominus ab angelis. Seue. Filius quippe Dei virginis filio, Deus homini, diuinitas carni cõtulit, ꝙ semper ipse cū patre possedit. Hier. In cœlo ãt & in terra potestas data est, vt qui ante regnabat in cœlo, per fidē credentiū regnet in terris. Remig. Qđ ergo psalmista de resurgente dño dicit: Constituisti eū super opera manuū tuarū, hoc nunc dñs dicit: Data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terra. Et hic sciendū quia antequā dominus surrexisset à mortuis, nō erant angeli se subiectos homini. Christo. Volens ergo Christus ẽt hominibus notum fieri ꝙ data esset sibi oīs potestas in cœlo & in terra, p̄dicatores misit, qui verbū vitæ cunctis nationibus prædicarẽt. Vnde sequitur. Euntes ergo docete oẽs gentes. Beda. in homel. Qui enim ante passionem suam dixerat, In viam Gentiū ne abieritis: surgens à mortuis dicit, Ite docete oẽs gẽtes. Quapropter cõfundantur Iudęi qui dicunt. Christū tantummodo ad suam salutem esse vẽturum. Erubescãt & Donatistæ, qui localiter Christum concludere cupientes dixerunt tantūmodo in Aphrica esse, non in aliis regionib. Hier. Primum ergo docent omnes gẽtes, deinde doctas intingunt in aqua. non.n. potest fieri, vt corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante oīa fidei susceperit veritatem, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti: vt quorū est vna diuinitas, sit vna largitio, nomemq; Trinitatis vnus Deus. Seue. Omnes ergo gẽtes potestas vna eadẽq; recreat ad salutem, quas creauit ad vitā. Dydi. in lib de Spiritu sancto. Licet autem quis possit existere mẽtis alienæ qui ita baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus prætermittat, videlicet contrarius Christo legislatori. tamen sine perfectione baptizabit: imò penitus à peccatis liberare nō poterit, quos à se existimauerit baptizatos. Ex his aũt colligit̃ q̃ indiuisa sit substãtia. Trinitatis, & Patrē uerè filij esse patrē, & filium

Vide quomodo Christus reuocauit prius p̄hibitū.

filium verè Patris Filiū, & Spiritum sanctum verè patris & Dei filij esse spiritum, & insup sapientiæ & ueritatis.i.filij Dei. Hæc est ergo salus credentium & dispensatio ecclesiasticæ disciplinæ in hac Trinitate perficitur. Hil. Qui.n. in hoc sacramēto salutis humanę non continentur? plena sunt omnia, vt à pleno & perfecto prolata. Habet.n. naturę suę nomen in patre, sed pater tantum est. Non enim humano modo habet aliunde quod pater est. Ipse ingenitus æternus, habens in se semper ut semper sit soli filio notus Filius autem est progenies ingeniti, una ex vno, verus uero, viuus à viuo, perfectus à perfecto: uirtutis uirtus, sapientiæ sapiētia, gloriæ gloria: imago inuisibilis Dei; forma partis ingeniti: Spiritus āt sanctus non pōt à confessione patris & filij separari, & quidem vbiq; nō deest hoc expectationis nostræ solatium Hic in donorum operationibus futuræ spei pignus est, hic mētium lumē, hic splendor animorum est. Hęc igitur licet mutare non possint hæretici, afferunt tamē humana commenta; vt Sabellius patrem ex quo tēdat in filium, idq; nominibus potius cōtētēdum putat esse quàm rebus, cum ipsum filiū proponat & patrem, vt Ebiō omne initiū ex Maria cōtendēs, nō ex Deo hominē, sed ex homine Deū proferat, ut Arriani, qui ex nihilo atq; ex tempore forma & sapientiam & virtutē Dei producunt. Quid autem mirū est, vt de Spiritu sancto diuersa sentiant, q in filio largitore eius tā temerarii sunt auctores? Hier. Consideratur āt hic ordo præcipuus; Iussit Apostolos ut primum docerent uniuersas gentes, deinde fidei tingerēt sacramēto, & post fidem ac baptisma quæ esset obseruāda pręciperent. unde sequitur; Docentes eos seruare omnia quæ cunque mandaui uobis. Raba. Quia sicut corpus sine spiritu mortuū est, ita & fides

Ordo uerborū hystoricus.

sine operib. mortua est. Chry. in ho. Quia vero eis magna iniūxerat, erigens eorum sensus dicit. Et ecce ego uo. sum omnibus di. vsque ad cons. sec q.d. ne dicatis difficile esse iniustum negocium. ego sum uobiscum qui omnia facio leuia. Non autē cū illis solum dixit se futurum esse, sed & cū omnibus qui post illo crepunt: non enim vsque ad cōsum. seculi Apostoli mansuri erant, sed sicut uni corpori fidelibus loquitur. Rab Ex hoc autem intelligitur quòd vsque ad finem seculi nō sunt defuturi in mundo, qui diuina mansione & inhabitatione sunt digni Chry. Rememorat autē eis & consummationem, ut eos magis attrahat, & ne pręsentia solum inspiciant, sed & futura bona & sine fine manētia. q. d. Tristitia quam sustinebitis simul cū pṗsenti vita consumetur & totum seculum in consummationem deueniet: bonā autē quib. potiemini, sunt in æternum permāsura. Beda. in ho. Quæritur autē quare hic dicat: Ecce ego uo. sum, cum alibi dixisse legatur. Vado ad eum qui me misit, sed alia sunt quę humanitati ascribūtur, & alia quæ diuinitati. Ibit ad patrem per humanitatem, manet autem cum discipulis in forma qua est patri ęqualis. Quod autē dicit: Vsque ad cons. sec. finitū pro infinito ponitur: nam qui in præsenti seculo manet cum electis, eos protegendo: ipse post finem cum eis manebit, eos remunerādo. Hier. Qui ergo vsque ad consummationē secu. cum discipulis se esse promittit, & illos ostendit semper esse uicturos, & se nūquam à credentibus recessurum. Leo pa. in ser. de pas. Qui enim ascendit in cęlos, nō deserit adoptatos, & ipse deorsum cōfortat ad patientiam, qui sursum inuitat ad gloriā. Cuius gloriæ participes nos faciat ipse Christus rex Gloriæ, q est Deus benedictus in secula. Amen.

Quęstio pulchra.

INCIPIVNT CAPITA EVANGELII MATTHAEI PER ORDINEM.

1 NAtiuitas dñi nostri Iesu Christi.
2 Magorum munera. Occultatio Iesu. Infantes interficiuntur.
3 Regressus Iesus ex Aegyto in Nazareth à Ioãne in Iordane baptizatur.
4 Iesus in deserto, tẽtatus à diabolo, vicit: Petrum & Andream, Iacobũ, & Ioannem piscatores conuocat, & circuiẽs varios lãguores hoĩum curat.
5 De beatitudine, & cęteris mandatis.
6 Orationem docet: & inter cætera mãdata, non esse cogitandum de victu. & vestitu prædicit.
7 Non esse præpropere iudicandum, de margaritis ante porcos nõ mittẽdis, petendum, quęrẽdum, & pulsandũ, à pseudoprophetis cauẽdũ, quia non omnes qui dicũt mihi domine dñe, intrabunt in regnum cœli. de domo ędificata supra petram vel arenam.
8 Leprosum mundat. Puerum Cẽturionis, paralyticũ curat. Socrum Petri à febrib. liberat. De plurimis curatis, & vt mortui mortuos suos sepeliant cuidam dicit, nauigãs tempestatem sedat, & in terra Gerazenorum dæmonia eijcit.
9 Paralyticus curatus lectum suũ baiulat. Matthæũ conuocat. Dicit pharisæis, nõ esse opus medico validis. Parabolam panni & scissurę, & vtriũ & vini, ponit. Mulierem à profluuio liberat, & filiam principis cuiusdam mortuam suscitat: Cęcis oculos aperit. Surdũ & mutũ dęmoniũ eijcit.
10 Duodecim Apostolos præmittit cum omni doctrina. Ac dicit, quòd non venerit pacem mittere super terrã, sed gladium.
11 Testimonium dicit Iesus de Ioanne, atque increpat ciuitate quæ credere noluerunt. Confessio domini ad patrem. Et iugum domini leue est.
12 Discipuli spicas vellunt, manum aridam habẽtem sanat. Hominem à dęmonio cęcum & mutum liberat: Et in principe dæmoniorum facere opinantes destruit. Ionæ & Niniuit. signum pharisęis tradidit: Matrem & fratres spernit.
13 De nauicula turbis parabolas exponit. Prophetam in patria sua sine honore esse dicit.
14 De Ioannis capite in disco. De quinq; panib. & duob. piscibus in quinque milia viros. De Iesu supra mare ambulante. Petrum mergentẽ releuat.
15 Quòd ea magis quæ de corde exeunt coinquinant hominem. Filiam mulieris Syrophenissæ a dæmone liberat, & multos alios sanat. De septem panibus in quatuor milia viros.
16 De signo Ionæ prophetæ. A fermẽto pharis. cauendum. Christum Dei viui filium esse Petrus cõfitetur, quem que post paululum dure increpat.
17 In monte trãsfiguratur Christus. Puerum lunaticum curat. De statere in ore piscis.
18 Humilitatẽ docet sicut pueri. Et nec minimum fidelium scandalizandũ, quorum Angelis faciẽ patris semper vident. Corripiendos fratres, & sæpius indulgendum. Similitudo de illo qui cõseruum suum propter 100. denar. suffocat.
19 Vxorem non debere dimitti. De Eunuchis. Infantes non esse arcendos à benedictione. Difficile. diuitem intrare in regnum cœlorum.
20 De primis nouissimos futuris parabolam operariorum in vinea conductorum. De petitione filiorũ Zebed. De primis accubitibus cęnæ. De du. cœcorum secus viam curatione.
21 De asino & pullo eius. De ficu aresa. Interrogatus in qua ptãte hęc faceret, interrogat de Ioãnis baptismate subiungens parabolam 2. filiorum in vineam missorum, parabolã de vi-

neæ

INDEX EVANGELIORVM
quæ dominicis, ac alijs festis diebus leguntur iuxta consuetudinem ecclesiæ Romanę.

PROPRIVM SANCTORVM.

FINIS TVBVLAE.

REVERENDO
IN CHRISTO PATRI
DO. HANIBALDO BASILICAE
DVODECIM APOSTOLORVM VENERABILI
Presbytero Cardinali.

Frater Thomas de Aquino, Ordinis Fratrum Prædicatorum se totum.

REmm opifex Deus solo suæ bonitatis intuitu cũcta in esse producens naturalẽ boni amorẽ, omnibus indidit creaturis: vt dũ vnaquæq; res bonũ sibi conueniens naturaliter amat, & apperit, quadã conuersione mirabili in suũ recurrere demonstretur auctorẽ, sed in hoc pfertur cęteris rationalis natura, q ipsum vniuersalem bonitatis fontem per sapientiam intueri potest, & per charitatis amorem suauiter degustare: unde fit ut sapientiæ bonum, quo ad ipsum fontem bonitats accedimus, oĩb. humanis bonis secundum rectæ rationis iudicium præferatur. Hęc est enim quæ fastidium nescit, ita ut qui eã edit, adhuc esuriat, & qui eã bibit, sitire non cesset. Hæc est quæ intantum peccato repugnat, vt qui secundum ipsam operantur, nõ peccent. Hęc est quę indeficiẽtem fructum suis ministris largitur. ut qui eã elucidant, vitam possideant sempiternã; Præcellit itaq; uoluptates dulcedine, securitate sedes & regna, utilitateque diuitias vniuersas. Huiusmodi igitur delectatus munerib. euangelicæ sapientiæ a seculis in mysterio absconditæ, quam in lucẽ produxit Dei sapiẽtia incarnata, ministerium expositionis adhibui, sacrorum doctorum sententias cõpilando: ad qđ me induxit primitus fęlicis recordationis Vrbani Papæ Quarti mãdatũ. Verũ q a eodem summo Pontifice ex hac uita subtracto, tria euãgelia Marci, Lucæ, & Ioãnis exponenda restabãt, ne opus quod obedientia inceperat, negligẽtia imperfectum relinqueret; cum multo labore diligẽs adhibui studium, ut quatuor Euangeliorum expositionem cõplerem; eadem in omnib. forma seruata in ponendis sanctorum auctoritatibus, & eorum nominibus præscribẽdis. Et ut magis integra & cõtinua pdicta sanctorum expositio redderetur, quasdã expositiones doctorum græcorum in latinum feci transferri; ex quibus plura expositionibus latinorũ doctorum interserui, auctorum nominibus prænotatis. Verum quia cõgruit, vt de laborum fructib. oblationes sacerdotibus offerant; expositionis euangelicæ opus, laboris mei fructũ Apostolorũ presbytero censui offerendũ; in quo vestra suscipiat auctoritas debitum; ut scientis industria iudicij censurã exerceat, & antiqua dilectio amoris affectum in offerentis munere comprehẽdat. Glos.

Laus Euangelij.

PROOEMIVM.

VOcationem gentium, & causam salutis earum Esaias propheta manifesto pnunciat oraculo dicẽs: Deus me⁹ factus est fortitudo mea. et dixit. Parũ est, vt sis mihi seruus ad suscitãdas trib. Iacob, & fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucẽ gẽtium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ. Hier. super Esaiam. In quib. verbis ostenditur Christum appellari seruum, inquantum est formatus ex vtero. Nam ante verba ista præmittitur. Hæc dicit dominus, formans me ex vtero seruum sibi. Fuerat siquidem volũtas patris,

Allegoria pulchra. *tris, vt pessimi vinitores missum susciperent filiū. vnde de ipsis Christus ad discipulos loquitur: in via gentium ne abieritis, sed ite magis ad oues perditas domus Israel, quia igitur Israel non est reductus ad Deum, propterea Dei filius loquitur Iudæis nō credentib. dicēs: Deus meus factus est fortitudo mea; qui & cōsolatus est me super abiectione populi mei. Et dixit mihi: Parum est si seruias mihi ad suscitandas tribus Iacob, quæ suo vitio corruerunt, & ad feces siue reliquas Israel, conuertendas. Pro illis.n.dedit te in lucem gentium omnium, vt illumines vniuersum mundum; & salutem meam per quā homines salui fiunt vsque ad extrema terræ facias peruenire. Glo. Ex præmissis igitur verbis duo possumus colligere: quorum primum est diuina virtus, quæ fuit in Christo, ex qua efficax fuit ad gentium illuminationem, quia dicitur: Deus meus factus est fortitudo mea. Deus igitur erat in Christo mundum reconcilians sibi, vt Apostolus ad Corinthios dicit, vnde & Euangeliū per quod credentes saluantur, virtus Dei est in salutem oī credenti; vt diem Apostolus ad Romanos dicit. Secundum āt est illuminatio gentium et salus mundi ex dispositione patris per Christū cōpleta, quia dicitur; Dedi te in lucem gentiū. vnde post resurrectionem suam dñs, vt dispositionem patris impleret, ad prædicandum discipulos misit dicens. Docete oēs gentes, quorum quidam ad prædicandum Iudæis, quidam ad prædicandum Gentib. ministerium acceperūt. Quia vero Euangelium oportuit non solum prædicari pp præsentes, sed ēt scribi propter futuros; eadem distinctio est in scriptoribus Euāgelij obseruata. Nam Matthæus Iudæis Euangelium hebraico sermone scripsit. Marcus āt primus Euāgelium scripsit in Gētib. Euse. in eccle. Histo. Cū*

Primitius fertur Romanorū *enim Romanæ vrbi clarū verbi Dei lumē fuisset exortum, sermo veritatis & lucis, quæ per Petrum prædicabatur, vniuersorum mētes placido illustrauit auditu, ita vt quotidie audientibus eum nulla vnquam satietas fieret. vnde neque eis auditio sola sufficiebat, sed Marcum discipulum eius omnib. precibus exorant, vt ea quæ ille verbo prædicabat, ad perpetuam eorū commonitionem habendam scripturæ traderet, quo domi, forisq; in huiusmodi meditationibus verbi permanerent, nec prius ab obsecrando destiterunt: quam quæ orauerant impetrarent. et hæc fuit causa scribendi Euangeliū secundū Marcū. Petrus vero, vt per Spiritū sanctum religiose se cōperit furto spoliatum, delectatus est, fidē eorū per hoc, deuotionemq; considerans, factum confirmauit, et in perpetuū legendam scripturā ecclesiis tradidit. Hier. sup. Marcum. Principiū āt, quia à perfectionis ætatis Christi prædicatione inchoat, nec laborat in natiuitate infantuli, qui loquitur de perfectione filij Dei Chry. Cōpendiosam āt ac breuē narrationem facit, in quo magistrum imitatus est, scilicet Petrū breuitati studentē. Aug. de con. euan. Vnde Matthæus qui regiā Christi personam narrandam susceperat, habuit Marcum sibi tanquam comitē, & ab breuiatorem adiunctum, qui sua vestigia quodammodo sequeretur. Regum n. est non esse sine comitum obsequio Sacerdos autem qm̄ in sancta sanctorū solus intrabat, propterea Lucas, cuius circa sacerdotium Christi erat intentio, non habuit tanquam socium obsequentem, qui suam narrationem quodammodo breuiaret. Bed. Notandū est ēt q. Euan. sancti diuersum narrationis suæ primordium singuli diuersum statuere terminū. Matthæus namq; a natiuitate dominica exordium sumens, ad tempus vsq; dominicæ resurrectionis seriē suæ narrationis perduxit. Marcus ab initio euan. prædicationis incipiēs peruenit vsq; ad tēpus ascensionis domini, & prædicationis discipulorum eius cunctis gentibus per orbem. Lucas autem a natiuitate præcursoris inchoans euā. terminauit ascensione dominica. Ioānes ab æternitate verbi Dei principium sumēs, vsq; ad tempus dominicæ resurrectionis euangelizando pertingit. Amb. sup. Luc. Quia igitur Marcus à potentiæ cœperit expressione diuinæ, recte sub leonis imagine figuratur. Remig. sup. Mar. per leonem etiam signatur Marcus, quia sicut Leo terribilem vocem in deserto emittit, sic Marcus a voce in deserto incipit, dicens: Vox clamantis in deserto. Aug. de con. euan. Quanuis & de figura aliter dici posset. Marcus enim qui neque stirpem regiam, vt Matthæus ob hoc per leonem signatus, neque sacerdotalem, vt Lucas signatus per vitulum, vel cognationem, vel consecrationem narrare voluit, & tamen in eis versatus ostenditur, quæ homo Christus operatus est, per hominis figuram in illis quatuor animalibus signatus videtur. Theo. Vel Euāgeliū secundum Marcū cum aquila innuit, a prophetia enim Ioannis incæpit. Prophetia enim acutè quæ a longe sunt speculatur, vt aquila.*

SAN-

IESV CHRISTI EVAN. SECVNDVM MARCVM.

CAPVT PRIMVM.

INITIVM Euangelij Iesu Christi filij Dei.

Hiero. In prologo: Marcus Euangelista sacerdotium in Israel agens, secūdum carnem leuita ad dominum conuersus, Euangelium in Italia scripsit, ostēdens in eo quid & generi suo deberet Christus. Nam initium Euāgelium in voce prophetica exclamationis instituēs, ordinem Leuiticę electionis ostendit, prædicans Ioannē Zachariæ filium in voce Angeli emissum, dicens Initium euang. Iesu Christi filij Dei. Hier Euangelium græcè dicitur, latinè bona annūciatio prædicatur, quod propriè ad regnum Dei & remissionē pertinet peccatorum; est.n. Euangelium, per quod venit redēptio fidelium & beatitudo sanctorū. Quatuor āt Euangelia vnū sunt, & vnū quatuor. In hebræo Iesus, in græco Sother, in latino Saluator dicit. Christus āt græcè, Messias hebraicè, latinè vnctus .i. rex et sacerdos dicit. Beda. Conferendū āt est hoc Euangelij principio Matthæi, quo ait. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahā. Hic āt dicitur, filij Dei. Ex utroq;.n. unus dñs Iesu Christus, Dei & hominis filius est intelligēdus. Et aptè primus Euangelista filiū hominis eum, secūdus filiū Dei nominat, vt à minoribus ad maiora paulatim sensus noster assurgeret, ac per fidē & sacramēta humanitatis assumptæ ad agnitionē diuinæ æternitatis ascenderet. Aptè etiam qui humana erat generationem descripturus à filio hominis cœpit Dauid.s. siue Abrahā. Aptè ēt is qui librum suum ab initio euāgelicæ prædicationis inchoabat filium Dei magis appellare uoluit Iesum Christum, quia humanæ erat naturæ de progenie Patriarcharum ueritatem carnis susci-

Collatio Marci atq; Ioannis.

pere. Et diuinę fuit potentię Euangelium mūdo prędicare. Hil. super Luc. Non autē solo nomine cōtestatus est Christum filiū Dei, sed etiā proprietate. Nos filij Dei sumus, sed nō talis hic filius, hic.n. uerus & pprius est filius origine, non adoptione; veritate, non nuncupatione, natiuitate, non creatione.

Sicut scriptū est in Esaia ppheta. Ecce mitto Angelū meū ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, Vox clamantis in deserto: Parate viam domini, rectas facite semitas eius.

Beda. Scripturus Euāgeliū Marcus, cōgruè primo ponit testimonia pphetarū, ut eo cūctis sine scrupulo dubietatis suscipienda quę scriberet intimaret, quo hęc à prophetis antea pdicta esse demōstraret. Simulq; uno eodemq; Euāgelij sui principio, & Iudæos q legē ac prophetas susceperāt ad suscipiēdā Euāgelij gratiam, ac sacramenta quæ ipsorum pphetæ prędixerāt, instituit. Et Gētiles q per Euangelij præconia ad dñm venerāt, ad auctoritatē quoq; legis & prophetarū, suscipiēdā uenerādamq; puocat. ubi dicit. Sicut scriptū est in Esaia ppheta. Ecce &c. Hie. de optimo genere interpretandi. Hoc āt non scribitur in Esaia, sed in Malachia in nouissimo 12. prophetarū. Chry. Potest aūt dici, q falsitas est scriptoris. Vel aliter dicetur, q duas pphetias in diuersis locis dictas duobus prophetis in unū cōgregans, posuit. In Esaia n. propheta post Ezechię describit historiā. Vox clamātis in deserto. In Malachia uero. Ecce mitto ange. meum. Secūdus igit Euāgelista duas prophetias posuit, ut ab Esaia dictas, & ad unā lectionē hic referēs, tacens uerò à quo dicatur Ecce ego mit. ang Aug. de q. euā. Sciēs.n. oia ad auctorē referēda, dicta hæc ad Esaiā reuocauit, q sensum istū prior intimauerat. Deniq; post uerba Malachiæ statim subiecit, dicēs. Vox clam. in deserto,

vt iungeret uerba utriusque prophetę ad unum sensum pertinentia sub pastoris pro phetę persona. Beda. Vel aliter intelligendum est, quia etsi non hæc uerba inueniũtur in Esaia, sensus tñ eorum inuenitur in multis alijs locis, & manifestius in hoc qđ subiunxit: Vox clamantis in deserto. Nã ꝗ dixit Malachias mittẽdum Angelũ ante faciẽ dñi qui præpararet uiã eius, hoc est, quod dixit Esaia, vocem clamantis in deserto audiendam, quę diceret: Parate uiã domini. In utraq; autem sentẽtia similiter paranda uia domini prędicatur. Potuit autem fieri, ut animo Marci Euangelium conscribentis pro Malachia Esaias occurrerit, ut fieri solet, quod tamẽ sine ulla dubitatione emẽdaret · saltẽ ab alijs admonitus, qui ipso adhuc in carne viuẽte legere potuerunt: nisi cogitaret recordationi suæ quę Sancto spiritu regebatur, nõ frustra occurrisse aliud pro alio nomen prophetæ. Sic.n. insinuatur quęcunq; per prophetas Spiritus sanct⁹ dixit, & singula esse omniũ, & oĩa singulorũ. Hie. Per Malachiam ergo, patris uox sonat ad filiũ, qui est facies patris uñ agnitus est. Beda. Angelus ãt uocatur Ioãnes, nõ naturę societate, iuxta hęresim Origenis, sed officij dignitate. Angelus.n. gręcè, latinè nuncius dicitur, quo nomine rectè appellari potuit homo ille, q fuit missus à Deo, vt testimoniũ phiberet de lumine, & uenientẽ in carne dominũ mũdo nũciaret, cũ constet oẽs qui sacerdotio fungũtur ob euangelizandi officium Angelos posse uocari, dicẽte ꝓpheta Malachia: Labia sacerdotis custodiũt scientiã, & legẽ requirũt ex ore eius, quia Angelus est dñi exercituũ. Theoph. Pręcursor igitur Christi Angelus dicitur, ꝓp uitã angelicam & reuerentiã excelsam. Quòd ãt dicitur: Ante faciẽ tuam, hoc significat. q.d. iuxta te est nuncius tuus vnde ostenditur ꝓpinquitas pręcursoris ad Christum. Etenim iuxta reges ambulant qui ꝓpinqui sunt magis. Sequitur: Qui præparabit viam tuã ante te. Per baptismum.n. præparauit animas Iudæorum, ut Christum susciperent. Hiero. Vel uia domini qua ad homines ingreditur, pęnitentia est, p quã Deus ad nos descendit, & nos ad illum ascendimus. Hinc autem initium prædicationis Ioannis fuit: Pœnitentiam agite. Beda. Sicut aũt Ioannes Angelus potuit uocari, ꝓ eo quòd faciem domini euãgelizando pręuenit; ita rectè appellari & Vox potuit, quia uerbũ Dei sonando præibat. vnde sequitur: Vox cla. &c. Constat enim quòd unigenitus filius uerbum patris uocatur, & ex ipsa nostra locutione cognoscim⁹, q a prius uox sonat, ut uerbum postmodum possit audiri. Hiero. Dicitur autem uox clamantis, quia clamor ad surdos, & lõge positos, siue cũ indignatione fieri solet, quæ Iudaico certum est populo euenisse, dum lõge est à peccatorib⁹ salus, et aures suas obturauerunt sicut aspides surdæ, & indignationẽ & irã & tribulationẽ à Christo audire meruerũt. Chry. Per hoc ãt qđ dicitur, In deserto, manifestè ostẽdit prophetia nõ Hierusalem diuina fieri dogmata, sed in deserto, qđ implebatur ad literam Ioãne Baptista in deserto Iordanis, uerbi Dei apparitionem salutiferã prædicante. Ostẽdit etiã sermo propheticus præter desertũ qđ à Moyse ostẽsum fuit, ubi semitas faciebat, aliud esse desertũ in quo serpentem esse salutem Christi significabat. Hie. Vel in deserto fit uox & clamor, quia deserti erãt à spiritu Dei, sicut domus uacans & scopata; deserti ẽt à propheta rege atq; sacerdote. Beda. Quid ãt clamaret, aperitur, cũ subditur. Parate uiã do. rec. fa. se. eius. Omnis.n. qui fidẽ rectã & opera bona prædicat, quid aliud ꝗ ueniẽti dño ad corda audientiũ uiam parat, ut hæc. s. corda uis gratiæ penetret, & lumen ueritatis illustret? Rectas autem semitas facit, dum mundas in animo cogitationes per sermonem prædicationis format. Hieronymus. Vel aliter: Parate uiam domini, hoc est pœnitentiam agite & prædicate: rectas facite semitas eius, ut uia regia incedentes proximus nostros ut nosmetipsos diligamus. Qui enim semetipsum diligit, & non diligit proximum, ad dexteram declinat. Nam multi bene agũt et nõ bene corrigunt, ut fuit Heli; & qui semetipsum odiens, proximum diligit, ad sinistram diuertit. Multi enim corrigunt, sed non bene agunt; ut fuerunt scribæ & pharisæi. Semitas autem post uiam sequuntur: quia

Ioãnes angelus.

Allegoria pulchra.

mandata

mandata moralia post pœnitétiam explanantur. Theophil. Vel via est nouum testamentum, semitæ vero vetus, quasi attritum. Ad viam enim necesse erat præparari, scilicet ad nouũ testamentũ. Veteris autem testamenti rectas semitas fieri oportebat.

Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismũ pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eũ omnis Iudææ regio, & Hierosolymitæ uniuersi, & baptizabant ab illo in Iordanis flumine cõfitẽtes peccata sua. Et erat Ioannes uestitus pilis camelorũ, & zona pellicea circa lũbos eius, & locustas et mel syluestre edebat, & prædicabat, dicens: Veniet fortior me post me, cuius non sum dignus procũbens soluere corrigiã calcimẽtorũ eius. Ego baptizo uos aqua, ille uero baptizabit uos Spiritu S.

Hie. Secundũ pmissam Esaię prophetiã via dñi à Ioãne paratur; p fidẽ, baptismũ, & pęnitentiã: rectæ semitæ fiunt p austera indicia vestis cilicinæ, & zonæ pelliceę, & cibi locustini, & mellis syluestris, & humilimæ vocis. vñ dr̃ Fuit Ioãnes in deserto. Ioannes. n & Iesus q̃runt qđ i deserto amissum est. vbi vicit diabolus, ibi vincit. vbi cecidit homo, ibi exurgit. Ioannes aũt gratia Dei interpretatur: à gratia autem narratio incipit. Sequitur enim, baptizãs. Per baptismum enim gratia datur, qua peccata gratis dimittuntur. Quod autem consummatur per sponsum, initiatur per paranimphum. Vnde cathechumeni hoc est instructi, incipiunt per sacerdotem, chrismantur per episcopum, & ad hoc designandum subditur; Et prędicans baptismum pœnitentiæ &c. Beda. Liquet quia Ioannes baptismum pœnitentię non solũ prædicauit, verumetiam quibusdã dedit; sed baptismum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio enim peccatorum in solo baptismo Christi nobis tribuitur. Dr̃ ergo, p̃dicans baptismum pęnitentiæ in remissioné peccatorũ, qm̃ baptismũ quod peccata solueret, quia dare non poterat, p̃dicabat, vñ sicut incarnatũ verbũ pr̃is p̃currebat verbo p̃dicationis, ita baptismũ pœnitentiæ quo peccata soluuntur præcurreret suo baptismate quo peccata solui non possunt. Theo. Vel aliter, baptismus Ioannis etsi non haberet peccatorum remissionem, tamé homines

Mysterium deserti.

ad pęnitentiam inducebat. Suum ergo baptismum pœnitentię prædicabat, sed hæc prædicatio pęnitétię ducebat in remissionem peccatorum: quasi qui pęnitens Christũ reciperét, in remissioné reciperét peccatorum. Hier. Per Iaonnem autem sicut p amicum spõsi, inducitur sponsa ad Christum, sicut p puerũ Rebecca ad Isaac. vnde sequitur: Et egrediebatur ad illum omnis &c. Confessio enim & pulchritudo in conspectu eius, scilicet spõsi. Desilit enim sponsa de camelo cum humiliat se. Nunc ecclesia viso viro Isaac .i. Iesu Christo. Iordanis autem descensio aliena inderpretat, vbi peccata abluũtur. Nos enim olim alienati à Deo per superbiã, per baptismi symbolũ humiliati, erigimur in alta. Beda Exemplum autem sumitur confitendi peccata ac meliorem vitã promittendi eis qui baptisma desiderant, p hoc quod subditur? Cõfitentes peccata sua. Chry. Quia vero Ioannes pęnitentiam prędicabat, pęnitétię signa gerebat in vestitu & cibo. vnde sequitur; Et erat Ioannes uestitus pilis cameli Beda. Pilis (inquit) vestitus nõ lana: aliud austeræ vestis indicium est, aliud luxuriæ est mollioris, zona autem pellicea qua accinctus fuit, ut Helias, mortificationis indicium est. Porrò qđ sequit̃. Et locustas et mel syluestre edebat, habitatori solitudinis congruũ est, ut nõ delicias ciborum, sed necessitaté humanę carnis expleret. Hie. Vestis aũt Ioannis & cib & potus totã austeram vitam prædicãtiũ significat, & futuras gentes ad gratiã Dei, quæ est Ioãnes, intus & foris esse cõiungendas. Pilis. n. cameli diuites gentium significantur, & zona pellicea pauperes mũdo mortui, & locustis errantibus, sapientes huius mũdi; quæ stipulas Iudæis aridas relinquẽtes fumẽta mystica cruribus trahũt, & in calore fidei saltus in altum dant; & melle syluestri fideles inspirati de inculta sylua sanguinãtur. Theo. Vel aliter; Vestis de pilis camelorum doloris erat ostẽsiuum, in uuente Ioanne q pęnitétem dolore oportet Dolorem. n. saccus significat; zona uero pellicea, mortificationé Iudaici significat populi. Esca et Ioannis nõ solum abstinétiã notat, sed etiam est indicatiuum intelligibilis escæ, qua tũc populus uescebatur,

Tropologica expositio.

cur,nõ quid altũ intelligens,sed tñ in alta saliens,iterumq; se deprimens. Talis.n.est locusta in altũ saliés & iterum cadens.Sic igit melle quidé vescebãtur populus, qđ erat ex apib.natũ.s.ex ꝓphetis, nõ tñ cultũ,sed syluestre.Habebãt.n.scripturas Hebręi,sicut mel quoddã,sed nõ bene intelligebãt.Grego.31.mor. Vel ipsa ciborum specie designauit dñm, qué ꝑuenit,q̃a infructosæ gẽtilitatis dulcedinem sumpsit, mel syluestre edit.Quia uero Iudæorũ plebem in suo corpore in partem cõuertit,in cibo locustas accepit,quæ subito saltus dãtes protinus ad terram cadũt.Saltus enim Iudæi dabant,cum pręcepta domini se implere promitterent.Sed ad terram cadebãt cũ per praua opera hoc se audisse denegarent.Habebãt ergo saltũ per uocem,& casum per actionem .Beda. Põt etiã habitus & victus Ioannis,qualitaté interrę cõuersationis ei⁹ exprimere.Namque austerioribus vtebatur induméntis,quia vitam peccantium nõ blãdimentis fouit,sed uigore asperæ inuectionis increpauit;zonã pelliceam habebat circa lũbos, quia carné suã crucifixit cum vitijs & cõcupiscentiis.Locustas & mel syluestre edebat, quia dulce quiddam sapiebat turbis prædicatio eius, existimante populo ne ipse esset Christus, sed potius finem sortita est intelligẽtibus eius auditoribus, quia non ipse Christus, sed pręcursor & propheta esset Christi.In

Iudæi per locustas designati.

melle etenim dulcedo, in locustis est alacer uolatus.vnde sequit̃.Et prædicabat,dicens. Venit fortior me post me. Glo.Hoc dicebat ad remouendam turbæ opinioné, quæ eũ Christũ esse credebat,fortioré aũt Christum esse prænunciat qui remissurus erat peccata,quod ipse facere nõ valebat. Hie. Quis ét fortior est gratia qua abluuntur peccata,quã Ioãnes significat, ille qui septies & septuagies dimittit peccata. Gratia quidé prior est, sed semel dimittit peccata per baptismum, misericordia uero ad miseros ab Adã vsq; ad Christũ per 77.generationes,& vsq; ad centũ 44.milia peruenit.Chry.Ne ãt æstimaretur hoc secundũ cõparationem sui ad Christũ dicere,subiũgit. Cuius non sum dignus &c. Nõ est ãt idé soluere corrigia calciamétorũ eius,quod hic Marcus dicit, ꝙ calceamẽta portare,qđ dicit Mat.Et q̃dem narrationis ordiné ꝓsequẽtes Euãgelistæ,nec in aliquo fallentes,dicunt vtrunq; Ioãné dixisse secũdũ alterũ sensum, cõmentantes uero circa hoc differenter exposuerũt unũquodq;.Corrigiã.n.uocat ligamẽ calceamẽtorũ.ad excellẽtiã igitur potestatis Christi & diuinitatis magnitudinem extollẽdã hoc dicit,ac si diceret,neq; i ministri ordine deputari sufficiés sum . Magnũ .n.est in his q̃ sunt corporis Christi quasi procumbendo inferius attendere,& imaginem supernorum inferius uidere & soluere unũquodque inexplicabiliũ, q̃ sunt circa mysterium incarnationis.Hier. Calceamẽtum enim in extrema parte corporis est.Infine enim ad iustitiam est Saluator incarnatus.vnde per prophetam dr.In Idumeam extendam calceamẽtum meũ. Greg in ho.Calceamenta etiam ex mortuis animalibus fiunt. Incarnatus ergo dominus ueniés quasi calceatus apparuit, q̃ in diuinitate sua morticina nostræ corruptionis assumpsit.Vel aliter. Mos apud ueteres fuit,vt si quis eã quæ sibi cõpeteret accipere vxorem nollet ille ei calceamentum solueret,qui ad hanc sponsus iure ꝓpinquitatis ueniret.recte ergo se indignũ esse ad soluendam corrigiam calceamẽti eius denũciat,ac si aperte dicat, Ego redẽptoris uestigia denudare non valeo, quia sponsi nomẽ mihi immeritus nõ usurpo. Theo.Intelligitur vero etiam sic:Omnes qui veniebant,& à Ioãne baptizabantur, per pęnitentiã soluebantur & à ligamine peccatorum,in Christum credẽdo: Igitur omnium aliorũ Ioãnes sic soluebat corrigiam,id est uinculum peccatorũ. Iesu uero non ualuit corrigiam soluere, quia nõ inuenit in eo peccatum. Beda.Sic ergo Ioannes dominum non adhuc manifeste dominum aut Dei filium,sed tantum virum se fortiorem prædicat . Non enim rudes adhuc auditores tanti capiebant archana sacramenti,ꝙ filius Dei æternus homine assumpto ex virgine denuo natus esset in mundum, sed paulatim per agnitionem glorificatę humilitatis introducendi erant ad finem diuinæ æternitatis, quibus tamen latentes Deum hunc esse verum declarans,subdit: Ego baptizo uos

in aqua, ille uero baptizabit uos in Spiritu sancto. Cui.n.dubium est nullum posse alium gratiam Spiritus sancti, nisi Deum dare? Hie. Quid.n.interest inter aquā & Spiritum sanctum, qui ferebatur super aquas? aqua, mysterium est hoīs: Spiritus uero mysterium Dei est. Beda. Baptizamur āt à dño in Spiritu sancto, nō solum cum in die baptismatis fonte vitæ in remissionem peccatorum abluimur, verum et quotidie per gratiam eiusdem spiritus ad agenda quæ Deo placent accendimur.

Et factū est in dieb. illis. uenit Iesus à Nazaret Galilææ, et baptizatus est à Ioāne in Iordane. Et statim ascēdēs de aqua, uidit cœlos apertos, et Spiritum sanctum tāquā columbā descēdētē, et manētē in ipso. Et uox facta est de cœlis; Tu es filius meus dilectus, in te complacui.

Hier. Marcus Euangelista sicut ceruus ad fontes aquarum desiderans, saltus in planis & arduis dat; & veluit apis melliflua flores summatim degustat. vñ à Nazaret veniētē Iesum enarrauit, dicens: Et factum est in diebus illis &c. Chry. Alterum si quidem baptisma ordinans ad Ioānis venit baptisma, quod respectu sui baptismi incompletum erat; à iudaico vero baptismate alienum tanquā in amborum medio existens, vt per baptismi naturam ostendat, quia nō in peccati remissionē baptizatur, aut quasi indigens Spiritus sancti acceptione; his.n. ambobus baptisma Ioannis carebat. Baptizatus est āt vt notus oībus fieret, & in eum crederēt, & ad implēdū oēm iustitiā, quæ est obseruatio mandatorum; mandatum siquidem erat hoībus, baptismū subire prophetę. Beda. Baptizatus est, & vt baptismate suo Ioannis baptisma cōprobaret, & vt Iordanis aquam sanctificans per descensionem columbæ Spiritus sancti in lauacro credentium mōstraret aduentum. vñ sequit; Et statim ascendens de aqua vidit apertos cęlos, & Spiritum sanctum tanquam columbam descendentem & manentem in ipso. Aperiuntur autem cœli non reseratione elementorum, sed spiritualibus oculis; quibus Ezechiel in principio voluminis sui eos apertos esse commemorat. hoc aūt ꝙ apertos cœlos post baptisma vidit, nostri vtique gratia factum est; quibus per lauacrum regenerātionis ianuā panditur regni cœlestis. Chry. Vel vt de cęlis hoībus sāctificatio tribuatur, ac terrena cœlestib. coniungantur. Spiritus āt sanctus sup eū descendisse dr̄ non tanquā tunc primū ad eum accesserit, non.n. ab eo vnquā fuerat derelictus: sed vt ostenderet Christū qui a Ioanne prædicabatur, tanquā digito quodā fidei oībus demōstratum. Beda. Quod et in baptismum descendere visus est Spiritus sanctus, signum erat conferendæ nobis in baptismo gratiæ spiritualis. Hiero. Hæc est autem vnctio Christi secundum carnem, scilicet Spiritus sanctus, de qua dicitur: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Beda. Bene autem in specie columbæ descendit Spiritus sanctus, quod multum simplex est animal, atq; à malitia fellis alienum ut figuratè nobis insinuaret, quia simplicia corda quærit, nec habitare dignatur in mētibus impijs. Hie. In specie etiam columbæ Spiritus sanctus descendit, quia in cantico de ecclesia canitur; Sponsa mea, amica mea, dilecta mea, columba mea. Spōsa in patriachis, amica in prophetis, proxima in Ioseph, & mea dilecta ī Io. Baptista, columba in Christo & Apostolis. quibus dr̄, Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colūbæ. Beda. Sedit āt columba super caput Iesu; ne quis putaret vocē patris ad Ioannem factam, non ad dñm. Bene āt addidit manentem in ipso. hoc .n. est Christo speciale, vt implens eum semel Spiritus sanctus nunquam recedat. Nam fidelibus eius ad signa uirtutum, & miracula faciēda, aliqñ gratia spiritus cōfertur, aliqñ tollitur; quibus tñ ad operationem pietatis & iustitiæ ad amorē Dei & proximi conseruandum nunquam gratia spiritus abest. Ipsum autem qui baptizandus cum alijs ad Ioannem venit, uerum esse filium Dei in Spiritu sancto baptizare volentem uox patris docuit. vnde sequitur; Et vox facta est de cœlis, Tu es filius meus dilectus, in te complacui. Non autem per hoc ipse filius quod nesciebat docetur, sed nobis quid credere debeamus, ostenditur. Aug. de con. euange. Vnde Matthæus ait, dictum esse; filius meus dilectus; quia ostēdere voluit ad id

Cur Christ' baptizari voluit

Nota pulcherrimū ecclesiæ progressum.

valere quod dictū est, Hic est filius meus: vt illis potius qui audiebūt iudicaretur ꝙ ipse filius esset Dei. Si sūt quæris; quid horum in illa voce sonuerit, quodlibet accipiēdū, dūmodo intelligas eos qui nō eādē locutionē retulerunt, eādē retulisse sententiā. Quòd āt Deus in filio sibi placuisse videatur, admonemur ex eo qđ dictū est; in te cōplacui. Beda. Nos quoq; vox eadē docuit ꝑ aquā ablutionis, & spiritū sanctificationis Dei posse filios effici mysteriū ēt Trinitatis in baptismate demōstratur, filius baptizatur, spiritus descendit in specie colūbæ, patris vox filio testimoniū ꝑhibētis audit. Hie. Moraliter, & nos de volubilitate mūdi, odore florū, mūditiæ tracti cū adolescentib. post spōsum currim⁹, & baptismi sacramēto de duob. fontib. dilectionis Dei & proximi gratia remissionis abluimur, & ascendentes spe cœlestia secreta mundi cordis oculis intuemur. Dehinc Spiritum sanctum spiritu cōtrito, & humiliato cum simplici corde descendentem ad mansuetos, & cum charitate nunquam cadente manentem suscipimus. Et vox dñi de cœlis ad nos à Deo dilectos dirigitur. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. & nunc in nobis cōplacet pater cū filio & Spiritu sancto, scilicet quando efficimur vnus spiritus cum Deo.

Expositio moralis.

Et statim spiritus expulit eum in desertū. Et erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctib. & tentabatur à satana. Eratq; cū bestijs, & angeli ministrabant illi.

Chry. Quia Christus omnia ad doctrinam nostrā operabatur & sustinebat, incępit post baptismū ab hæremi habitatione & pugnauit cōtra diabolū, ut vnusquisq; baptizatorum tentationes maiores patiēter sustineat post baptismū, nec turbetur tanquā præter spem hoc cōtingente, sed omnia sustinēs maneat triumphator. Etsi .n. Deus permittat tētationes fieri multis alijs modis, ob hoc ēt permittit, vt cognoscas, ꝙ homo tentatus in maiori honore constituitur: non.n. accedit diabolos, nisi vbi aliquem in maiori honore viderit cōstitutū, & ideo dicitur: Et statim expoulit eū spiritus in desertū. Propter hoc āt non ostēdit eū simpliciter eūtē in desertū, sed expulsū, vt hoc intelligas fieri iuxta diuinę dispositionis verbū, ꝑ qđ ēt innuit ne hō seipsū in tētationē ingerat, sed aliūde in tētationē quasi expulsos, victores existere. Beda. Verū ne cui veniret in dubiū à quo eū spiritu expulsum diceret in desertū occultè Lucas primo posuit ꝙ Iesus plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane, ac deinde intulit, & agebat à spiritu in desertū, ne quid cōtra eū valuisse spiritus putaret immundus, q plenus Spiritu sancto, quo volebat digrediens, quę volebat agebat. Chry. Expulit autem eum spiritus in desertum; quia.n. diabolum ad tentandū ꝓuocare proponebat, nō solum fame, sed etiam loco occasionem dedit. Tunc.n. maxime diabolus se ingerit, cū videt aliquos solitarios permānentes. Beda. Secedit ēt in deserto, ut nos doceat relictis mundi illecebris & societate prauorum, diuinis ꝑ omnia seruire mādatis. Tentatur solus à diabolo, vt nobis insinuet, quia omnes q volunt pie uiuere in Christo persecutiones patiūtur. vnde sequitur: Et erat in deserto 40. diebus, & 40. noctibus, & tētabatur à satana. Tentatur autem 40 dieb. & 40. noctibus, vt indicet quia quandiu hic viuentes domino seruimus, siue prospera blandiātur, quod ad dies pertinet, seu aduersa fiant, quod noctis figuræ cōgruit, toto tempore aduersarius assit, qui iter nostrum tentando impedire nō cessat. 40.n. dies & noctes totum huius seculi tempus insinuāt; quia quadripartitus est mund⁹, in quo dño famulamur. decem uero sunt præcepta, per quorum obseruantiā contra hostem certamus, decem autē quater ducta. 40. fiunt. Sequitur: Eratq; cum bestiis. Chry. Hoc autem dicit vt ostendat quale erat desertum. Inuium.n. erat hominib⁹, & bestijs plenum. Sequitur: Et angeli ministrabant ei. Post tentationem.n. & victoriam contra diabolum, operatus est hominum salutē. Et sicut Apostolus dicit, angeli in ministerium mittūtur propter eos q hæreditatem capiunt salutis. Notandumque est quod vincenti tentationē assistūt Angeli ministrantes. Beda. considerandū etiam quod Christus inter bestias commoratur vt homo, sed ministerio utit angelico ut Deus. Et nos cum in heremo sanctæ cōuersationis bestiales hominum mores

Exēplū Christi.

ges

res impolluta mente toleramus, ministeriũ Angelorũ meremur, à quibus corpore absoluti ad æternã beatitudinem trasferemur. Hie. Vel tũc bestiæ pacatæ nobiscũ sunt, sicut in archa aĩalia mũda cũ imũdis, cũ caro non cócupiscit aduersus spiritũ: Post hoc angeli ministri mittunt nobis ut respõsa, & solatia cordib. vigilãtib. dẽt.

Postquã autem traditus est Ioannes, uenit Iesus in Galilæã, prædicãs Euangeliũ regni Dei, dicens. Quoniã impletũ est tẽp⁹, et appropinquauit regnũ Dei. Pœnitemini & credite Euãgelio.

Chry. Marcus Euãgelista Matthæum in ordine sequitur, & ideo postquã dixit angelos ministrare, subiungit Postquã autẽ traditus est Ioãnes, uenit Iesus &c. Post tẽtationes, & angelos ministrãtes recedit in Galilæã, instruẽs nos non resistere violentijs malignorum. Theo. Et vt ostendat nobis ꝙ in persecutionibus decet recedere & nõ expectare, cum vero inciderim⁹ decet sustinere. Chry. Recessit ẽt vt ad doctrinas & sanationes seipsum conseruaret priusquam pateretur, hisq; omnib. adimpletis fieret obediens vsque ad mortem. Beda. Ioanne tradito recte incipit dñs ꝓdicare. unde sequitur: Prædicans Euangelium regni Dei. Desinente.n. lege, consequenter oritur Euangelium. Hie. Cessante umbra, adest ueritas; Ioannes in carcere, lex in Iudæa. Iesus in Galilæa, Paulus in Gentibus prædicans Euangelium regni. Regno.n. terreno succedit paupertas, paupertati christianorum regnum tribuitur sempiternum. Honor ãt terrenus spumæ, aquæ, uel fumo, seu somno comparatur. Beda. Nemo autem putet traditionẽ Ioannis in carcerem statim post tentationẽ 40. dierum & ieiunium domini factã. Quisquis.n. Euangelium Ioannis legerit inueniet dñm aute traditionem Ioannis multa docuisse, & multa miracula fecisse habes.n. in Euangelio ipsius, Hoc fecit initium signorum Iesus, & postea, Nec dum .n. missus erat Ioannes carcerẽ. Fertur aũt quia cum legisset Ioannes Matthæi Marci & Lucæ uolumina, probauerit quidem textum historiæ, & uera eos dixisse firmauerit, sed unius tantũ anni in quo & passus est post carcerem Ioãnis historiam texuisse. Prætermisso itaq; anno, cui⁹ acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis antequã clauderetur Ioannes in carcere gesta narrauit. cum ergo dixisset Marcus, Quia uenit Iesus in Galilæam ꝓdicãs Euangeliũ regni: subiungit dicẽs, Qm̃ impletum est tẽpus, &c. Chry. Siquidẽ cóple to tempore, qñ.s.n. uenit plenitudo tẽporis, misitq; Deus filiũ suũ, conueniens fuit humanum genus ultimã consequi Dei dispensationẽ. Et ideo dicit, ꝙ appropinquauit regnũ Dei. Regnum ãt Dei idẽ est secũdũ substantiã cũ regno cœlorũ, quãuis differt rõne. Regnũ.n. Dei intelligitur quo Deus regnat: hoc uero est in regione uiuẽtiũ, qñ facie ad faciẽ Deũ uidentes in bonis promissis existent. Siue amorem quis uelit suscipere illam regionem, siue aliquam aliam confirmationem eorum qui imaginem induũt supernorũ, quæ per cœlos intelliguntur. Satis.n. apparens est ꝙ regnum Dei, neque loco neq; tempore concluditur. Theo. Vel cópletũ esse dicit dominus tẽpus legis, quasi diceret. usque ad tempus præsens operabatur lex, amodo operabitur regnũ Dei, quod est secũdum Euangeliũ conuersatiuo, quæ conuenienter assimilatur regno cœlorũ. Cũ.n uides aliquem carne indutum secundũ Euangeliũ uiuere, nũquid nõ dices qm̃ ille hẽt regnum cœlorũ? quod non est esca & potus, sed iustitia & pax & gaudiũ in spiritu sancto. Sequitur; Pœnitemini Hie. Pœnitentiam.n. agit q uult æterno bono, s. regno Dei adhærere. Qui.n. desiderabat nucleũ, frangit nucẽ. Amaritudinem radicis dulcedo pomi compensat. Periculum maris, spes lucri delectat. Dolorem medicinæ, spes salutis mitigat. Præconia autem Christi illi narrare dignẽ possunt, qui ad palmam indulgentiæ meruerunt peruenire. & ideo postquã dixit, Pœnitemini; subiunxit; Et credite Euãgelio. Nam nisi credideris, non intelligetis. pœnitemini igitur & credite, id est renunciate operibus mortuis. Quid.n. prodest credere sine bonis operibus? non tñ bonorum operũ meritum adducit ad fidem, sed fides incipit, ut bona opera consequantur.

Dei habere baptismũ hic loquitur.

Euangelii Ioannis ratio

Et præteriens secus mare Galilææ, uidit Simone & Andream fratrem eius mittentes retia in mare (Erant enim piscatores. Et dixit eis Ie-

sus; Venite post me, & faciã uos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus secuti eum. Et progressus inde pusillum uidit Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem eius, & ipsos in naui componentes retia, & statim uocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenarijs, secuti sunt eum.

Glo. Posita ꝑdicatione Christi ad turbas, agit Euangelista de uocatione discipulorũ, quos fecit suæ ꝑdicationis ministros, vnde sequitur. Et ꝑteriẽs secus mare Galileç &c. Theo. Sicut Ioan euangelista refert ꝑcursoris erant discipuli, Petrus & Andræas, videntes vero ꝙ Ioannes de Iesu testimonium dederat, adiuncti sunt ei, post hæc dolentes quia Ioannes traditus erat, ad artẽ propriam sunt reuersi, vnde sequitur, Mittentes retia in mare. Erãt.n. piscatores. Vide ãt eos de laboribus propriis enutritos, & nõ ex iniquitate. Tales .n. digni erãt Christi primi discipuli fieri. vñ subditur; Et dixit eis Iesus; Venite post me, nunc scd͂o illos vocat. Est.n. hæc scd͂a vocatio respectu illius quæ legitur in Ioãne. Ad quid ãt uocentur, ostendit cũ subditur; Faciam uos fieri piscatores hoĩum. Rem. Quia ꝑ rete sanctæ ꝑdicationis. pisces .i. hoĩes, de profundo pelagi .i. infidelitatis ad lucẽ fidei traxerunt. Admirãda aũt est ista piscatio. Pisces .n. cũ capiuntur mox moriuntur, hoĩes cũ capti sunt verbo ꝑdicationis, potius viuificãtur. Be. Piscatores ãt & illiterati mittuntur ad ꝑdicandũ, ut fides credẽtium in uirtute Dei, non in eloquentia, atque in doctrina esse putaretur. Sequitur; Et protinus relictis retibꝰ secuti sunt eum. Theo. Nõ.n. oportet interuallũ facere, sed statim seq̃ dñm. Post hos vero piscatur Iacobũ & Ioannẽ, quia & illi pauperes existẽtes, tñ senectutem nutriebant paternam. vnde sequitur; Et progressus inde pusillũ, ui. Iaco. Zebedçi. Reliquerunt autem patrem quia in sequela Christi eos erat impediturus. Sic & tu cũ à parẽtibus impedieris, relinque eos & acccede ad Deum. Ostenditur aũt ꝙ Zebedæus nõ credidit. Mater uero apostolorũ credidit, quæ secuta est Christũ mortuo Zebedæo. Bed. Quæri aũt põt quõ binos uocauerit de nauiculis piscatores? Primo Petrum & Andræã, deinde ꝑgressus paululũ alios duos filios Zebedæi, cũ Lucas dicat Iacobum & Ioãnẽ uocatos fuisse ad adiuuãdũ Petrũ & Andræã, & Christũ Petro tñ dixisse: Noli timere, ex hoc iã hoĩes eris capiẽs, simul tñ subductis ad terrã nauibus eos fuisse secutos. Vñ intelligẽdũ est hoc primo esse factũ qđ Lucas insinuat & postmodũ ad capturã piscium eos ex more remeasse, vt postea fieret qđ Marcus hic narrat. Tunc .n. secuti sunt dñm, nõ subductis ad terrã nauibus tanquã cura redeũdi, sed tãquã uocantem ac iubentẽ ut sequerentur. Hie. Mysticè aũt hac quadriga piscatorũ uehimur ad æthera vt Elias. His quatuor angulis construitur prima ecclesia, his quatuor lr̃is hebraicis tetagrammatõ nomẽ dñi agnoscitur à nobis, quibus simili exẽplo ꝑcipitur, ut audiamus uocẽ dñi uocãtis, & obliuiscamur pupillũ uitiorum, & domum paternæ cõuersationis, quæ est stultitia Deo, & rete aranearum, in quo nos uelut culices penè lapsos tenebat aer, qui pẽdet in nihili, nauẽ pristinæ cõuersationis abominantes, Pellibus. n. mortuis tegitur Adã, qui est genitor noster scd͂m carnẽ, & nunc deposito uetere hoĩe cum actibus suis nouum sequentes hoĩem pellibus tegimur Salomonis, quibꝰ spõsam gloriatur se esse formosam factã. Simõ ãt obediens, Andræas virilis, Iacobus supplãtans, Ioãnes gratia in latino sonant. Quibus quatuor noĩbus in imaginẽ Dei cõuertimur, obedientia, ut audiamus, virilitate ut pugnemus, supplãtatione vt perseueremus gratia vt cõseruemur. Quæ quatuor virtutes cardinales dñr, ꝑ prudentiã n. obedimus, ꝑ iustitiam viriliter agimus, ꝑ temperantiam serpentem calcamus, per fortitudinẽ gratiã Dei meremur. Theo. Sciendum est ẽt hoc, qm̃ primo uocatur actio, deinde contẽplatio, qui quidem est circa Petrum, actionẽ significat, qui vero circa Ioannem, contemplationem. Petrus enim feruidissimus & magis sollicitus alijs: Ioannes vero theologus fuit excellentissimus.

Et ingrediuntur Capharnaũ, & statim sabbatis ingressus in synagogam, docebat eos. Et stupebat super doctrina eius erat enim docens eos quasi potestatem habens, & non sicut scribæ.

Hier. Marcus dicta euangelij in seipso dispo-

Nota.

Confess. euang.

disponens ordinem historiæ non secutus, mysteriorum ordiné seruat. unde sabbatis primam uirtutem narrat, dicens: Et ingrediuntur Capharnaum. Theo. A Nazaret recedens. In die autem sabbati quãdo scribæ congregabantur tũc docẽs synagogã intrauit, unde sequitur; Et statim sabbatis ingressus in synagogã docebat eos. Etenim lex ad hoc sabbatis festare iubebat, ut lectioni studẽtes cõuenirẽt in unũ. Docebat autem Christus arguẽdo, nõ adulãdo sicut pharisæi. uñ sequitur. Et stupebãt sup doctrina eius. Erat.n. docẽs eos quasi potestatẽ habẽs; & nõ sicut scribæ: docebat ẽt in potestate trãsmutãs hoĩes ad bonũ, & ppœnam nõ credentibus minabatur Beda. Scribæ ẽt docebant populos q̃ scripta sunt in Moyses & pphetis: Iesus uero quasi Deus & dñs ipsius Moysi liber tate uolũtatis suæ, uel ea quæ minus uidebantur addebat in lege, vel cõmutans p̃dicabat in populo, ut in Matthæo legimus. Dictum est antiq̃s ego ãt dico uobis.

Et erat in synagoga eorũ homo in spiritu immũdo, & exclamauit, dicens: Quid nobis et tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos. Scio q sis sanctus Dei. Et cõminatus est ei Iesus, dicẽs; Obmutesce, & exi de homine. Et discerpens eũ spiritus immũdus, & exclamãs uoce magna, exijt ab eo. Et mirati sunt omnes, ita ut cõquirerẽt inter se, dicẽtes. Quidnã est hoc. Quæ nam doctrina hæc noua, q̃a in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Et processit rumor eius statim in omnem regione Galilææ.*

* Ante tempus.

Beda. Quoniam inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum contra ipsum mortis auctorem, primo debuit medicina salutis operari, & ideo dicitur. Et erat in syna. eorũ &c. Chry. Spiritus quidem Angelus & aer & anima nũcupatur, & etiã Spiritus sanctus. Ne igitur propter communicanticum nominis in eorũ decidamus, addit immũdo: immũdus autẽ dicitur pper impietatem ac elongationẽ à Deo, & quia oĩbus immundis & prauis operationibus se immiscet. Aug. 10. de ciui. Dei. Cõtra superbiam porrò dæmonũ quantam uirtutem habeat Dei humilitas quæ in forma serui apparuit, ipsi dæmones ita sciũt, ut eidẽ dño infirmitate carnis induto hoc exprimerent. Sequit enim. Et exclamauit, dicens: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti &c. Clarũ est in his uerbis q in eis & scientia erat, & charitas nõ erat. Pœna quippe suam formidabãt ab illo, nõ in illo iustitiam diligebãt. Bed. Dæmones enim dominum in terris cernẽtes se cõtinuo iudicandos credebãt. Chr. Vel hoc ita dicit, quasi diceret, auferens immunditiam diuinamq̃ue imponẽs cognitionem hominum animabus, nobis locũ in hominibus non das. Theo. Exire enim ab homine perditionem suam dicebat dæmonium immisericordes enim existũt dæmones, malum aliquod pati se existimantes cum homines nõ molestant. Sequitur: Scio q sis sanctus Dei. Chry. Quasi diceret; Considero aduentum tuum, nõ enim firmam ac certam aduentus Dei habebat notitiam. Sanctum autem dicit eũ nõ unũ de pluribus, quia & sanctus erat vnusquisque propheta, sed unum eũ esse denunciat. Per articulum qui in græco ponitur, unum ostendit, per timorem uero, omnium dominum recognoscit. Aug. Tãtum.n. eis innotuit, quantũ uoluit, tãtum ãt uoluit, quantũ oportuit. Sed innotuit nõ sicut Angelis sanctis, q eius secundum id qđ est uerbũ participata æternitate perfruunt, sed sicut eis terrẽdis innotescẽdus fuit, ex quorũ tyrannica potestate fuerat liberaturus prędestinatos. Innotuit ergo dęmonibus non per id q est vita æterna, sed quædã tẽporalia suæ uirtutis effecta, quæ Angelicis sensibus ẽt malignorũ spirituũ potius q̃ infirmitati hominũ possint esse cõspicua. Chry. Non ãt uolebat ueritas testimonia spirituũ immundorũ. unde sequit: Et cõminatus est ei Iesus, dicens: &c. Vñ dogma salutiferũ nobis datur, ne credamus dæmonibus quãtuncunque denũciẽt ueritatẽ. Sequit, Et discerpẽs eũ spiritus &c. Quia.n. homo ille tanquã sapiẽs loquebatur ac discrete uerba proferebat ne putaretur q nõ ex dæmone, sed ex corde uerba cõponeretur, uirũ discerpi pmisit à dæmone, ut ostenderet dæmonẽ esse qui loquebatur. Theo. Vt uidentes cernerẽt à quo malo liberabatur hõ, & propter miraculum crederẽt. Beda. Potest autem uideri cõtrariũ, qũo discerpẽs, uel sicut quedã codices hẽnt, cõuexãs eũ exiuerit? cum

nihil

nihil ei nocuerit secũdum Lucam, sed & ipse Lucas dicit, & cũ proiecisset eum dæmonium in medium, exijt ab eo, nihilq; ei nocuit. vnde intelligit hoc dixisse Marcũ. Connexãs eũ, siue discerpens, qđ Lucas dicit, Cũ proiecissent eum in mediũ; ut qđ secutus ait: Nihilq; ei nocuit: hoc intelligatur, ꝙ illa iactatio membrorum atq; vexatio nõ eum debilitauit: sicut solẽt dęmonia exire ẽt quibusdã membris amputatis atq; euulsis. Visa ãt uirtute miraculi, nouitatem dominicę admirantur doctrinę, atq; ad inquisitionẽ eorum quę audierant, per ea quæ uiderant, excidant. Vnde sequitur: Et mirati sunt oẽs &c. Ad hoc. n fiebant signa vt per hoc, euangelio regni Dei quod prædicabatur, certius crederetur, dũ hi qui cęlestia terrigenis gaudia promittebant, cœlestia in terris ac diuina opera mõstrabant. Prius ãt (teste euãgelista) erat docens eos quasi potestatem habens, & nunc, turba attestante, in potestate imperat spiritib. immundis, & obediũt ei. Sequitur: Et processit rumor eius statim &c. Glo. Et. n. quę homines multũ mirantur prọpte diuulgãt, quia ex abundantia cordis os loquitur. Hiero. Mysticè ãt Capharnaum villa consolationis interpretatur, sabbatũ ãt requies. Homo in spiritu immundo requie & consolatione sanatur, ut locus & tẽpus cõgruãt saluti: homo in spiritu immũdo genus humanũ est in quo immũditia regnauit ab Adã usq; ad Moysen. nam sine lege peccauerũt, & sine lege perierunt. Qui sciens sanctũ Dei obmutescere, iubet, dũ sciẽtes quidẽ Deũ non sicut Deũ glorificauerunt, sed seruierunt potius creaturæ, q̃ creatori. Spiritus discerpens hominẽ exijt ab eo. Appropinquãte salute, appropinquauit tẽtatio Pharao. dimissus ab Israel, persequitur Israel, Diabolus contemptus surgit in scandala.

Allegorica pulchra.

Et protinus egredientes de synagoga, venerunt in domum Simonis, et Andreæ, cũ Iacobo, & Ioanne. Recumbebat autem socrus Simonis, febricitans, qui statim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius, & continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis.

Bed. Primo debuit lingua serpẽtina ne ultra uirus spargere concludi, deinde fœmina quę primo seducta est a carnalis cõcupiscentiæ febre sanari. vnde dicitur: Et ptinus egrediẽ. de synagoga venerũt &c. Theo. Recessit. n. ut consuetudo erat in sabbato circa vesperam ad edẽdum in Discipulorum domum. Quæ autẽ ministrare debebat, febrib tenebatur. vnde sequit. Recumbebat ãt socrus Simonis febricitans. Chry. Discipuli ãt tanquam exinde utilitatem aliquam recepturi, non expectantes vespere socrũ Petri sanari precabãtur. vnde sequitur. Qui statim dicũt ei de illa. Beda. In euangelio autem Lucæ scriptũ est ꝙ rogauerunt illũ pro ea. Modo. n. Saluator rogatus, modo ultrò curat ęgrotos, ostẽdens se contra uitiorũ quoq; passiones & præcib. semper annuere fideliũ, & ea nõnunquã quæ ipsi minime intelligunt vel intelligenda dare, uel pie petentibus ẽt non intellecta dimittere, iuxta id quod psalmista postulat. Ab occultis meis munda me dñe. unde hic rogatus sanat. Sequitur. n. Et accedens eleuauit eã apprehẽsa manu eius. Theo. Per hoc significatur, ꝙ si aliquis infirmatur, a Deo curabitur si sanctis ministrauerit ob Christi amorem. Beda. Quod ãt sabbatis maxime medicinæ doctrinęq; suę dona frequentat, docet se non sub lege esse, sed supra lege, nec Iudaicũ eligere sabbatũ sed uerũ sabbatum, dilectamq; dño esse requiem, si saluti studentes animarum ab opere seruili, i. a cunctis contineamus illicitis. Sequitur: Et continue dimisit eã febris &c. Sanitas q̃ dñi confertur imperio simul tota redit tanto robore comitãte, ut eis cõtinuo qui se adiuuant ministrare sufficiat. Si ãt uirum à dæmonio liberatum moraliter animũ ab immunda cogitatione purgatum significare dixerimus cõuenienter fœmina a febrib. ad imperiũ dñi curata, carnem ostẽdit a concupiscentiæ suæ feruore per continentię præcepta frenatam. Hier. Febris enim in temperantiam significat, de qua nos filij synagogę per manum disciplinæ desiderij eleuatione sanamur, & huius q̃ sanat nos ministramus uolũtati. Theo, Febricitat aũt qui irascitur: ut ex ira manus effrenatus extendat, sed si ratio retineat manum eius surget, & sic ratio ministrat.

Sabbati dignius

Vespere ãt facto cum occidisset sol, afferebãt ad eum oẽs male habentes, & dæmonia habentes,

tes, & erat omnis ciuitas congregata ad ianuā. Et curauit multos qui vexabātur varijs languoribus, & dæmonia multa eijciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum.

Theo. Quia turbę considerabant nemi nem licere die sabbati curare: huius gratia solis expectabāt occasum, ut curādos ad Iesum adducant. vnde dr̄: Vespere aūt fa. &c. Sequit: Et cura. multos qui vexabā tur varijs languoribus. Chry. Per hoc autem ꝙ dicit multos: oēs oportet intelligere iuxta scripturę consuetudinem. Theo. Vel multos dicit. Erant. n. quidam infideles qui minime curati sunt pp incredulitatem eorum. Multos ergo ex oblatis sanauit, illos. s. qui fidem habebāt. Sequitur. Et dæmonia multa eijciebat &c. Aug. de quę. no. & ve. te. Sciebāt. n. dæmonia Christum esse qui per legem fuerat repromissus: omnia. n. signa uidebant in eo q̄ dixerant prophetæ mysterium āt diuinitatis eius ignorabant, sicut & principes eorum. Si. n. cognouissent nunquam dn̄m maiestatis crucifixissent Beda. Quem n. dierū 40. ieiunio fatigatum diabolus hoīem cognouerat, nec tētādo valuit an Dei filius esset experiri: iam nunc per signorum potentiam vel intellexit, vel potius suspicatus est esse Dei filium. Non igitur ideo Iudęis eū crucifigere persuasit, quia Dei filium non esse putauit, sed quia se morte illius non præuidit esse damnandū. Theo. Ideo āt non sinebat loqui dæmonia, docens nos non credere eis etiam si vera dicant. Si. n. inuenerit aliquos sibi credētes, veritatibus mendacia miscent. Chry. Nō est āt contrarium ei quod hic dr̄, hoc qđ Lucas dicit, ꝙ exibant dæmonia a multis clamantia & dicētia, quia tu es Christus filius Dei: subiunxit. n Et increpans nō sinebat ea loqui. Marcus enim multa sub breuitate pertransiens circa finem prædictorum uerborum loquitur. Beda. Mistice āt solis occubitus passionē mortemq; significat illius qui dixit, Quandiu in mundo sum, lux mundi sum, & soli occidente plures quam ante dæmoniaci, & ægroti sanantur: quia qui temporaliter in carne viuens paucos Iudæorū docuit, oībus p orbē gentibus fidei salutisq; dona transmisit. Hier. Ianua āt regni moraliter pœnitentia est, cum fide quæ operatur salutem languoribus varijs: varia etenim sunt vitia, quibus languescit ciuitas mundi. Allegoricus sēsus.

Et diluculo valde surgens, egressus abijt in desertum locum, ibique orabat. Et persecutus est eum Simon, & qui cum illo erant. Et cum venissent ad eum, dixerunt ei, quia omnes quærūt te. Et ait illis, Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem, ad hoc enim veni. Et erat prædicans in synagogis earum in omni Galilæo, & dæmonia eijciens.*

* Inuenissent eum.

Theo. Postquam dn̄s infirmos curauit seorsum recedit. vnde dicitur: Et diluculo valde surgens egressus abijt in desertū locum. In quo docuit non facere aliquid ad apparentiam, sed & si bonis aliquid operamur nō propalare Sequitur, ibiq; orabat. Chry. Non quia oratione indigeret. Ipse enim erat qui hominū orationes suscipiebat, sed hoc quidē dispēsatiue agēs forma bonę operationis nobis est factus. Theo. Ostēdit. n. nobis ꝙ Deo dēt attribui si aliquid boni facimus, & ei debemus dicere, Qm̄ oē datum optimum desuper est descendens a te. Sequitur, Et persecutus est illū Simon &c. Chry. Lucas autē dicit turbas accessisse ad Christum & dixisse, qđ Marcus hic dicit dixisse Apostolos subdens, Et cum uenissent ad eum dixerūt ei, quia oēs quęrunt te. Non āt inuicem contradicūt. Suscepit. n. Christus & post Apostolos turbā coniungi Christi pedib. anhelantē, gaudens āt eos suscipiebat; sed uolebat eos dimittere, vt & reliqui doctrinæ eius participes essent, tanquā non multo tpe in mundo moraturus. Et ideo sequit. Et ait, eamus in proximos vicos, & ciuitates, ut & ibi prędicem. Theo. Trāsit. n ad illos magis indigentes quia doctrinā concludere nō cōuenit in uno loco, sed ubiq; radios eius extēdere Sequitur: Ad hoc. n. ueni. Chry. In quo manifestat exinanitionis, i. incarnationis mysterium, & diuinitatis suæ dominum; dum. s. asserit sponte se in mundum uenisse. Lucas vero dicit, Ad hoc missus sum, denuncians dispensationem, & Dei patris bonam voluntatē de filij incarnatione. Sequitur, Et erat prædicās in synagogis &c. Augustin. de con. euan. In hac autem prędicatione quam dicit eum habuisse in omni Galilęa, intelligitur

Cōcor. Euang.

gitur etiam sermo dñi habitus in monte, cuius commemorationẽ facit Matthęus, quem Marcus omnino non commemorauit, nec aliquid simile ei dixit, nisi quasdã sententias non contextim, sed sparsim repetiuit, quas dñs alijs in locis dixit. The. Doctrinæ ãt operationẽ immiscuit, prędicãs.n. postmodum fugauit dęmonia, Sequitur.n. Et dæmonia eijciens. Nisi.n. ostenderet Christus miracula, eius sermoni non crederetur sic & tu post doctrinã operare, vt nõ sit in te vacuus tu⁹ sermo. Bed. Mysticè ãt si occasu solis mors exprimitũ Saluatoris, quare nõ diluculo redeũte resurrectio eius indicetũ? Cuius manifesta luce abijt in desertũ gẽtiũ, ibiq; in suis fidelib. orabat, quia corda eorũ per gratiã sancti spiritus ad virtutem orationis excitabat. *Mortis & resurrectionis mysteriũ.*

*Et venit ad eũ leprosus deprecans eũ, & genuflexo, dixit. Si vis, potes me mũdare. Iesus ãt misertus eius, extendit manum suam, & tangẽs eum, ait illi, Volo, mundare. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Et cõminatus est ei, statimq; eiecit illum, & dixit ei. Vide nemini dixeris, sed vade, ostende te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyses in testimonium illis * At ille egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonem, ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esse. Et cõueniebant ad eum undique.* * Et egressus.

Bed. Postquã lingua serpentina dæmonum obclusa est, & fęmina quæ primo seducta est a febre curata, tertio vir qui male seductionis dicta cõiugis audiuit ab erroris sui lepra mundatur, vt ipse esset ordo restaurationis in dño, qui erat ordo casus in protoplastis. vnde sequitur. Et uenit ad eum leprosus, deprecãs eum. Aug. de con. euan. De hoc leproso mundato talia Marcus connectit, ut ipse intelligatur quẽ Matthæus cõmemorat tunc esse mundatũ, qñ dñs post sermonem de monte descendit. Beda. Et quia dominus ait. Non ueni soluere legem, sed adimplere, ille qui excludebatur a lege purgari se dñi potestate p̃sumens: nõ ex lege, sed supra legem esse gratiã indicauit, quæ leprosi maculã posset abluere: verum sicut in domino potestatis auctoritas, ita in illo fidei cõstantia declaratur. Sequitur.n. Et ge. fle. di. Domine si uis &c. In faciem procidit qđ humilitati est & pudoris, ut vnusquisq; de vitæ suæ maculis erubescat, sed confessionem uerecundia non repressit, ostendit vulnus, & remedium postulauit, & ipsa confessio religionis & fidei plena est. In voluntate enim domini tribuit potestatem. Theo. Non.n. dixit si Deũ deprecatus fueris, sed si vis, quasi ipsum credẽs Deum. Bed. De voluntate ãt domini non quasi pietatis incredulus dubitauit, sed quasi collusionis suæ conscius non præsumpsit. Sequitur: Iesus ãt misertus eius extendit manum suã, & tangens eum, ait illi: Volo, mũdare. Nõ ut plerique Latinorum putant intelligendum est, & legendũ, Volo mũdare, sed separatim dicit, Volo, deinde imperet, mũdare. Chry. Propter hoc ãt leprosum tangit, & non solo verbo contulit sanitatem, quia in lege a Moyse dictũ est. Qui leprosum tetigerit immundus erit vsque ad uesperum ut.n. ostendat, ꝙ secundum naturam est hæc immũditia, & ꝙ lex nõ erat propter eum posita, sed pp homines puros, & ꝙ ipse est proprie dominus legis, & quia non sicut seruus infert, sed sicut dominus sanitatẽ, leprosum tetigit cõgruẽter, non tamen existente necessario tactu ad curationis operationem. Beda. Ideo ẽt tetigit ut probaret qa cõtaminari nõ poterat qui alios liberabat, simulq; illud mirabile, ꝙ eo sanauit genere quo fuerat obsecratus. Si uis, inquit leprosus, potes me mundare. Volo, inquit, ecce habes uoluntatẽ, Mundare: & iam habes pietatis affectũ. Chry. Per hoc ãt non solũ opinionem leprosi non destruxit, sed magis confirmauit: uerbo.n. morbum fugat, & qđ leprosus uerbo dixerat, hic opere adimpleuit. unde sequitur. Et cum hoc dixisset statim &c. Bed. Nihil enim medicum inter opus Dei atque præceptum, quia in pręcepto est opus: dixit enim & facta sunt. Seqtur; Et comminatus est illi statimque &c. Vide nemini dixeris. Chry. Quasi dicat tempus nondum est mea opera prędicari, tua non indigeo prædicatione. Per hoc autem docet nos ex nostros, operibus honorem apud homines pro retributione nõ quærere. Sequitur: Sed vade, ostende te principi sacerdotũ. Propter hoc autem hũc ad sacerdotum *Tactus Christi uirtus.* *Approbatio legis.*

cerdotum

cerdotém mittit Saluator, ad probationé medelæ, & ne extra templũ fieret, sed in oratione cum populo cõputetur. Mittit ét quæ sunt legis adimplens, vt Iudæorũ lin guam maliloquam obturaret. Opus quidem ipse compleuit probationem operis illis dimittens. Beda. Vt. s. intelligeret sacerdos eũ nõ legis ordine, sed gratia Dei supra legem esse curatum. Sequit: Et offer pro emũdatione tua, quod pręcepit Moy ses in testimonium illis. Theo. Pręcepit q̃ dem munus offerre quod habebant, in cõ suetudine qui mundabantur offerre, tanquã in huiusmodi testimoniũ, ꝙ non erat contra legem, sed magis legem confirma bat, intãtum ꝙ ipse legis operaretur præcepta. Beda. Si quidé uero mouet qũo dñs Iudaicum vr approbare sacrificiũ, cum id non recipiat ecclesia? meminerit ꝙ nõdũ obtulerat in passione holocaustum suũ. Non ãt oportebat offerri significantia sacrificia priusquam illud qđ significabatur confirmatum esset cõtestatione apostolorum prędicantium, & fide credentiũ populorum. Theo. Leprosus ãt, quanuis dñs prohibuerit beneficiũ, patefecit. vnde seq tur: At ille egressus cœpit pdicare & diffamare sermonem. Oportet. n. beneficiatũ gratum esse, & gratias reddere ét si beneficiens nõ indigeat. Greg. 19. Moral. Merito ãt quæritur, quid nã sit ꝙ dñs quæ gessit abscondi iussit, & nec ad horam potuerunt abscondi? Sed notãdũ, miraculum faciens taceri iussit, & tñ taceri nõ potuit, ut uidelicet electi eius exempla doctrinæ illius sequentes in magnis quæ faciunt, latere quidem in volumate habeant, sed vt prosint alijs prodãtur inuiti. Non ergo voluit quicquam fieri & minime potuit: sed quid velle eius membra debeant, quidve de eius ét uolentib. fiat doctrinæ magisterio exemplum dedit. Beda. Vnius ãt perfecta saluatio multa ad dñm cogit turbas; unde subditur. Ita ut iã non posset manifeste introire in ciuitaté, sed foris in desertis locis esse. Chry. Leprosis. n. ubiq; prędicabat mirabilem curationé ita ut oés quę rerét ad visum, & fidé curantis, ut pp hoc dñs in ciuitatib. euangelizare non posset, sed in hæremis conuersaret. undé sequit: Et conueniebant ad eum undique. Hier.

Doctrina moralis.

Mysticè lepra nostra peccatum primi hominis est, quæ a capite cœpit qñ regna mũdi desyderauit. Radix. n. oium malorum est cupiditas. unde Giezi auaritiã secutus, lepra suffunditur. Beda. Extenta uero manu Saluatoris, hoc est, incarnato Dei verbo, humanamq; contingente naturam ab erroris prisci varietate mundaſ. Hie. Quæ quidem lepra uero sacerdoti, secundũ ordiné Melchisedech, ostensa oblatione mũdatur, eo dicente nobis: Date eleemosynam, & omnia munda sunt uobis. Quòd ãt non poterat Iesus manifeste in ciuitaté introire &c. significatur ꝙ non omnibus manifestatus est Iesus, qui latis atq; plataneis seruiũt laudib. & proprijs voluntatibus, sed his qui foris cum Petro exeũt, & in desertis locis sunt, quę elegit dominus ad orandum & reficiédũ populũ; qui. s. deserunt delectationes mũdi, & omnia quæ possident, vt dicãt; Portio mea dominus. Gloria uero domini, manifestatur his qui conueniunt undique. i. per plana, & ardua quos nihil põt separare a charitate Christi. Beda. Post factũ ét in ciuitate miraculũ secedit dominus in desertum, ut ostendat se magis quietam & a seculi curis remotam diligere uitam, atque ob huius appetitũ se sanãdis curã adhibere corporibus.

CAPVT II.

Et iterum intrauit Capharnaũ post dies octo, & auditum est ꝙ in domo esset, & confestim conuenerunt multi, ita vt nõ caperet eos domus neq; ad ianuam, & loquebatur eis uerbum. Et venerũt ad eũ ferentes paralyticũ, qui a quatuor portabatur. Et cũ non possent offerre eũ illi præ turba. nudauerunt tectũ vbi erat & patefaciẽtes, submiserunt grabatũ in quo paralyticus iacebat. Cum ãt vidisset Iesus fidẽ illorũ dit paralytico. Fili dimittũtur tibi peccata tua. Erãt ãt illic quidã de scribis sedentes, & cogitãtes in cordib. suis. Quid hic sic loquit? Blasphemat. Quis põt dimittere peccata, nisi sol' Deus? Quo statim cognito Iesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dixit illis; Quid ista cogitatis in cordib. vestris? Quid est facilius dicere paralytico, Dimittũtur tibi peccata, an dicere. Surge tolle

* Ita ut non caperent, neq; ad ianuã.

tolle grabatum tuum & ambula? Vt aut sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico) Tibi dico surge, tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam. Et statim surrexit ille, & sublato grabato, abijt inde coram omnibus, ita vt mirarentur oes, & honorificarent Deum dicentes. Quia nunquam sic vidimus.

Beda. Quia nec carnales superna pietas deserit, quin et his gratiam suæ visitationis, per quam & ipsi spiritales effici valeant, indulget post desertum dns reddit in ciuitatem. vnde dicitur: Et iterum intrauit Caph. &c. Aug. de cons. euan. Matthæus at hoc miraculum quod sequit ita scribit tanquam in ciuitate domini factu sit, Marcus at hoc in Capharnaum, quod difficilius solueretur, si Matthæus et Nazareth nominaret. Nunc vero cum potuerit ipsa Galilæa dici ciuitas Christi, quia in Galilea erat Nazareth, quis dubitauerit in ciuitate sua hoc fecisse dominum, cum hoc fecerit in Capharnaum ciuitate Galileæ? præsertim quia & ipsa Capharnaum ita excellebat in Galilæa, vt taqua metropolis haberetur. Vel Matthæus prætermisit, quæ gesta sunt, postquam venit in ciuitate sua, donec veniret Capharnaum & sic adiungit de sanato paralytico, subiungens, Et ecce offe: ei para postquam dixerat quod venit in ciuitate suam. Chry. Vel Capharnaum ciuitatem eius dixit Mattheus, eo quod sæpius illud ibat, ac multa ibidem miracula perpetrabat. Sequit. Et auditum est quod in domo esset &c. Labore enim accedendi desiderium audiendi superabat. Post hoc paralyticu introducut, de quo & Matthæus & Lucas dicunt. vnde sequit. Et venerut ferétes ad eu paralyticum qui à quatuor portabatur. Inuenientesq; multitudine ianuá obturatá, per eá non valuerunt aliquatenus introire. Sperantes at portitores eum qui portabatur curationis gratia posse promereri, lectum cu onere subleuantes nudato tecto intromiserunt cu lecto paralyticum ante facié Saluatoris & hoc est qd subditur. Et cum no possent offerre eu &c. Sequit, Cum vidisset at Iesus fidé illoru, ait paralytico: Fili, dimittunt tibi peccata tua. Non quidé dixit fidé paralytici, sed portantium. Cotingit enim aliquando quod aliquis fide alterius conualescit. Beda. Intuendum sane quanti propria & cuiusque fides apud Deu valeat, vbi tn voluit aliena, ut tot[9] homo repéte interius exteriusq; sanatus exurgeret, aliorum merito alijs relaxarentur errata. Theo. Ipsius et paralytici fidé vidit, etenim ille portari non sineret, nisi curationis fidé haberet. Beda. Curaturus at hoiem a paralysi dns, primo peccatoru vincula dissoluit, ut ostenderet eum ob nexus culparum, artuum dissolutione fuisse damnatum, nec nisi his relaxatis, mébrorum posse recuperatione sanari. Mira aut humilitas despectum & debilem totisq; membrorum dissolutum compagibus filiu vocat, quem sacerdotes non dignabantur attingere, aut certè ideo filiu, quia dimittuntur ei peccata sua. Sequitur: Erant at illic quidam de scribis sedente & cogitátes in cordib. suis. Quid sit hic sic loquitur? blasphemat. Cyril. Arguunt aut eum blasphemiæ, mortis præcipitantes sniam; erat.n. in lege mandatum quod quicunq; blasphemaret in Deum, morte puniretur. Hoc at ei imponebant, quia sibi attribuebant diuinam potestatem remittere peccata unde subditur. Quis pót dimittere peccata, nisi sol[9] Deus? Solus.n. iudex omnium potestaté hét dimittédi peccata. Beda Qui per eos quoq; dimittit quib. dimittendi tribuit potestaté, & ideo Christ[9] uere Deus esse probatur, quia dimittere peccata quasi Deus pót. Errant itaq; iudæi q. cum Christu & Deu esse & peccaru dimittere posse credant, Iesum tn Christum esse non credunt. Sed multo dementius errát Arriani, qui cu Iesum & Christum esse & peccata posse dimittere euangelij uerbis deuicti negare non audeant, nihilominus Deum negare non timét. At ipse perfidos saluare desyderás, & occultoru cognitione & uirtute operu Deum se esse manifestat. Ná sequit; Quo statim cognito Iesu in Spiritu sácto, q. a sic cogitarét intra se dicit illis: Quid ista cogitatis in cordib. vestris, in quo ostendit se Deu, qui pót cordis occulta cognoscere, & quodammo tacens loquit: Eadé maiestate & potétia, qua cogitationes vras i tueor, possu & hoib[9] delicta dimittere. The. Sed quáuis fuerint eoru cogitationes reuelatæ, tn pmanét in sensibi-

Concordia euángeliorú.

Fides aliena prodest.

Arriani damnántur.

sensibiles, nõ in hoc cõsentientes φ peccata ualeat dimittere, qui nouit eorũ corda. vnde dñs certificat de curatione aiæ p curationem corporis, demõstrãs p visibile inuisibile: p id quod est facile difficilius, quamuis ipsi nõ ita crederent. Pharisæi.n. difficilius credebãt sanare corpus, tanquã manifestũ: aiam vero curare facilius, quia inuisibilis est medela. ita ut talia cogitarent. Ecce corpus curare desinit, & inuisibilẽ curat aiam: magis ãt si valuisset, corpus iã curasset, & nõ ad inuisibile refugisset. Saluator igitur ostendens φ vtraq; põt, ait. Quid est facilius? q.d. Ego quidem per corporis medelam, quæ secũdum ueritatẽ facilior est, difficilior aũt vobis vr̃, ostendã vobis aiæ sanitatẽ, quæ difficilior est. Chry. Et quia dicere quàm facere facilius est, adhuc manifesta erat cõtradictio, quia opus nondum erat manifestum. vnde subdit. Vt aũt sciatis &c. q.d. qm̃ de verbo diffiditis, operationem inducam, φ erat inuisibile cõfirmantem. Signanter aũt dicit: In terra dimittendi peccata, vt ostenderet φ humanæ naturæ potestatẽ diuinitatis uniuit indiuisibili vnione. quia & si factus est homo, tñ Dei verbum pmansit: & si per dispensatioẽ in terris cum hominibus conuersaretur, non tamen prohibeatur miracula perpetrare, ac remissionẽ tribuere peccatorũ: nõ.n. humanitas diminuit aliquid de ,pprietatibus diuinitatis, ac diuinitas impediuit Dei verbum incommutabiliter, & veraciter in terris, secundũ carnẽ fieri filium hoĩs. Theo. Dicit aũt. Tolle grabatum tuũ, ad maiorem miraculi certitudinẽ, ostendens, φ non est secundum fantasiam, simulq; vt ostenderet, φ non solum curauit, sed & fortitudinẽ dedit, sic aĩas nõ solum ã peccato cõuertit, sed eis virtutem tribuit ad operandũ mandata. Beda. Fit igitur carnale signũ, vt pbetur spiritale, quanquã eiusdem uirtutis sit & corporis, & aiæ vitia dimittere. vnde sequitur. Et statim ille surrexit, & sublato grabato, abiit coram oĩbus. Chry. Prius aũt id quod q̃rere uenerat, s. aĩam remittendo, peccata curauit, vt cum non credentes dubitauerunt, tunc opus adducat in mediũ, ut uerbũ opere cõfirmetur, & per manife-

Reuelatur secretum.

stum occultũ, animæ.s. sanitas, per medelã corporis ostendatur. Beda. Datur ẽt nobis intelligentia pp peccata plerasq; euenire corporũ debilitates, & idcirco forsitan prius dimittuntur peccata, ut causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur. Quinque.n. de causis affligũtur hoẽs molestiis carnis, aut pp merita augenda, ut Iob & martyres, aut pp humilitatem cõseruandam, ut Paulus ab angelo satanæ, aut ob peccata intelligẽda, & corrigẽda, vt Maria soror Moysi, & hic paralyticus, aut ad gloriam Dei, sicut cæcus natus & Lazarus, aut ad initium dãnationis, sicut Herodes. Miranda est ãt diuinæ potentiæ uirtus, vbi nulla tẽporis interueniẽte morula iussu Saluatoris salus festina comitatur. vnde sequitur. Ita ut admirarentur. Relinquentes maius.s. remissionẽ peccatorum, admirantur tantummodo qđ apparet, corporis.s. sanitatem. Theo. Nõ est aũt hic paralyticus qui à Ioanne curatus narratur. Ille.n. hominem non habebat, hic verò quatuor; ille in probatica piscina curatur, hic uero in domo. Est autem vnus qui à Matthæo, & Marco curatus narratur. Mysticè aũt est & nũc Christus in Capharnaũ, in domo.s. cõsolationis, id est in ecclesia quæ est domus paralytici. Beda. Prędicante aut dño in domo, nõ capiuntur neq; ad ianuam, quia prędicante in Iudæa Christo, Gentiles ad audiendũ nondum intrare valuerunt, ad quos tamẽ etsi foris positos, doctrinæ suæ uerba per prædicatores direxit. Hie. Paralysis autẽ typus est corporis, quo piger iacet in mollitie carnis, habẽs desideriũ salutis. Theo. Si ergo ego dissolutis potẽtiis animæ quasi paralyticus, in virtuosis habeat ad bonũ, & attollat à 4. Euãgelistis, & ad Christum adducar, audiamq; tunc fili, & relinquantur mihi peccata. filius enim Dei fit aliquis propter mandatorum operationem. Beda. Seu quia quatuor sunt uirtutes quibus ad promerendam sospitatem homo fiducia mentis erigitur, quas nonnulli prudentiam, fortitudinem, temperãtiam, & iustitiam nuncupant. Desiderant ãt paralyticum Christo offerre, sed turba interposita ab omni parte recluduntur, quia sæpe anima post infirmi corporis desidiam.

Allegoricus sẽsus.

sidiū supernæ gratiæ remedio cupies inuocari, priscæ cōsuetudinis obstaculo retardatur. Sæpe inter ipsas orationis secretę dulcedines, & quasi suaue cum dño colloquium turba cogitationū interueniens aciem mentis ne Christus videatur, impedit. Nō itaq; est in infimis vbi turbæ cumulantur remanendū, sed tectū domus.i. sacræ scripturæ sublimitas est appetenda, lexq; dñi meditāda. Theo. Sed quō ferat ad Christum, nisi tectū aperiatur? Tectū .n. intellectus qui supponitur oībus his q̄ in nobis sunt: hic multū hēt terræ quantū ad lateres fictiles, terrenas dico res: sed si hęc subleuetur virtus, intellectus in nobis exoneratur. Post hoc submittatur.i.humilietur. Nō.n.decet extolli de hoc, q̄ intellectus est exoneratus, sed magis humiliari. Beda. Vel patefacto tecto æger submittitur, quia reseratis scripturarū mysteriis ad notitiā Christi peruenitur, hoc est ad eius humilitatē fidei pietate descenditur. Quòd aūt cū grabato deponitur infirm⁹, significat ab hoīe adhuc in ista carne constituto Christū debere cognosci. De grabato aūt surgere, est aīam se à carnalibus desideriis, vbi ægra iacebat, abstrahere. Grabatū tollere, est ipsam quoq; carnem p̄ cōtinentiæ frena correptā, spe cœlestiū præmiorum à deliciis segregare terrenis. Sublato autē grabato domum ire, ad paradisum redire est. Vel sanus qui lāguerat domum reportat grabatum cum anima, remissione accepta peccatorū, cū ipso suo corpore ad internam sui custodiam se refert. Theo. Oportet etiam grabatum, id est corpus tollere ad operationem boni. Tunc enim ad cōtemplationem pertingere ualebimus, ita ut quæ in nobis sunt cogitationes dicant qm̄ nunquam sic vidimus, idest, nunquam sic intelleximus, sicut nunc a paralysi curati, qui enim à peccatis mundatus est, mundus videt.

Exposi- tio tro- pologi- ca.

Allego- ricæ. ...

Et egressus est rursus ad mare, omnisq; turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cum præteriret, vidit Leui Alphæi sedentem ad teloneū, et ait illi: sequere me. Et surgens secutus est eū. Et factum est cum accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores simul discumbebant cum Iesu, & Discipulis eius. Erant .n. multi qui sequebantur eū. Et scribæ, & pharisæi videntes quia manducaret cū publicanis, & peccatorib. dixerunt Discipulis eius. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit magister vester? Hoc audito, Iesus ait illis: Non necesse habent sani medico, sed qui male habent. Non enim veni uocare iustos, sed peccatores.

Beda. Postquā dñs in Capharnaū docuit, egressus est ad mare, ut nō solum ciuilē uitā hoīum instrueret, verum ēt habitatoribus maris euāgeliū regni p̄dicaret, eosq; fluctiuagos rerum labētium motus cōtemnere, ac fidei firmitate superare doceret. Vnde dr̄: Et egres. est rursus ad mare, omnisq; turba &c. Theo. Vel post miraculū ad mare egreditur, quasi solitarius uolens esse, sed turba cōcurrit iterū, ut addiscas q̄ quantum fugis gloriā, tm̄ ipsa te p̄sequitur. Et si quidem tu ipsam p̄sequeris, ipsa te fugiet. Inde aūt trāsiens dñs vocauit Matt. vnde sequitur. Et cū p̄teriret, vidit Leui Alphæi &c. Chry. Idē aūt publicanus à trib. euangelistis nominatus.s. Matthæus a Matthæo, Leui aūt simpliciter a Luca, Leui aūt Alphæi a Marco: filius.n.erat Alphæi. Binomios autē scd̄m scripturam, & alios est uidere, sicut socer Moysi quādoq; Ietro, quandoq; Raguel vocatus. Beda. Sic & idem est Leui qui & Matthæus. Sed Lucas Marcusq; p̄p uerecundiam, & honorem Euangelistę, nomē ponere nolūt vulgatum. Ipse āt Matthęus iuxta illud, quod scriptum est: Iustus accusator est sui, Matthæum se, & publicanū nominat, ut ostendat legentibus nullum debere cōuersum de salute diffidere, cū ipse de publicano in Apostolum sit repente mutatus. Ad teloneum autē, idestad curam dispensationemq; uectigalium sedentem, dicit. Telos enim græcè, latinè vectigal nominatur. Theo. Sedebat enim in teloneo, vt consuetudinis est, aut aliquos impetens, aut verba vendens, aut aliquid huiusmodi faciēs, quibus in suis mā̄sionibus telonearij utuntur, qui de hoc statu sic subleuatus est, vt relinquens oīa Christū sequeretur. vnde sequitur. Et ait illi, Sequere me &c. Beda. Sequi autem imitari est, ideoq; & pauperem Christū nōn tam gressu quàm affectu imitari posset, reliquit propria, qui rapere solebat aliena: nō solū autem lucra reliquit vectigalium,

Exposi- tio lite- ralis.

uectigalium, sed & periculum cótempsit qđ euenire poterat à principibus seculi, quia vectigalium rations imperfectas atque incompositas reliquit. Ipse.n. dñs, qui hunc exterius humana allocutione vt sequeretur, vocauit: intus diuina inspiratione, vt mox vocanté sequereť, accēdit. Hier. Sic ergo Leui qui appositus interpretatur, à teloneo negociorū secularium solū sequit verbū qđ dicit: Qui nó renunciauerit omnib. q̄ possidet, nó potest meus esse discipulus. Theo. Qui āt prius alios impetebat sic factus est beniuolus, ut ad comestioné plurimos conuocaret. uñ sequiť: Et factú est cū accūberet. s. Iesus &c. Beda. Publicani āt appellantur hi qui uectigalia publica exigunt, siue qui cóductores sunt uectigaliū fisci uel rerū publicarum, nec nō & hi qui seculi huius lucra p̄ negocia sectantur, eodem uocabulo censentur. Qui uiderant publicanū à peccatis ad meliora cóuersum, locum inuenisse pœnitētiæ, & ob id etiam non desperant salutem, neq; uero in pristinis uitijs permanentes ueniunt ad Iesum, & pharisæi & scribæ murmurant, sed pœnitentiā agentes, ut sequens Euangelistæ sermo designat, dicens: Erát enim multi, qui sequebanť eum. Ibat.n. dominus ad conuiuia peccatorum, ut occasionem haberet docēdi, & spirituales inuitatoribus suis præberet cibos, quod in mysteriorum figuris congruit. Qui.n. domicilio Christum recepit interno, maximis delectationibus exuberantium pascitur uoluptatum. Itaq; dominus libenter ingreditur, & in eius qui crediderit recumbit affectu; & hoc est bonorum operū spirituale conuiuiū, quo diues populus eget, & pauper epulatur. Theo. Pharisæi autem hoc arguunt, quasi puros se facientes. unde sequitur: Et scribæ & pha. uid. &c. Beda. Si per Matthæi electionem & uocationé publicanorum, fides exprimitur gentiū, quę prius mundi lucris inhiabant, profecto supercilium scribarum & pharisæorum, Iudæorum inuidiam insinuat; qui de gētiū salute torquentur. Sequitur: Hoc autem Iesus ait il. Non necesse &c. Sugillat scribas & pharisæos, qui iustos se putantes peccatorum cósortia declinabant. Seipsum medicum dicit, qui miro medicandi genere

Publicani qui dicantur.

uulneratus est, propter iniquitates nostras, & eius liuore sanati sumus. Sanos autem & iustos appellat eos, qui suam iustitiam uolentes statuere, iustitiæ Dei sunt subiecti. Porrò male habentes & peccatores uocat eos, qui suæ fragilitatis consciētia deuicti, nec per legem se iustificari posse uidentes, Christi gratiæ pœnitendo colla submittūt. unde subdit: Nó.n. ueni &c. Non quidem ut maneat peccatores, sed ut ad pœnitentiam conuertantur.

Tropologica expositio.

Et erant discipuli Ioānis & pharisęorū ieiunantes & ueniunt, et dicūt il. i: Quare discipuli Ioannis et pharisæorum ieiunāt, tui āt discipuli nō ieiunant? Et ait illis Iesus. Nunquid possunt filij nuptiarum, quādiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quanto tēpore habent secum spōsum non possunt ieiunare. Venient āt dies cum auferetur ab eis spōsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo assumentū pāni rudis assuit uestimēto ueteri, alioquin aufert supplemētum nouum à ueteri, et maior scissura fit. Et nemo mittit uinū nouum ī utres ueteres, alioquin disrūpet uinū utres et uinum effundeť, et utres peribunt. Sed uinum nouum in utres nouos mitti debet.

Glo. Sicut superius apud discipulos magister arguebatur de cōsortio peccatorū in conuiuijs, ita nunc e conuerso apud magistrum discipuli incusantur de ieiuniorū omissione, ut sic inter eos materia dissidij orireť. unde dicitur. Et erāt di. Io. & pha. ie. Theo. Ioānis.n. discipuli in imperfectio politi inconsuetudinibus Iudaicis permanebant. Aug. de con. euan. Potest autem putari ideo addidisse pharisæos, q̄ simul cum discipulis Ioānis hoc quod sequitur. domino dixerint, cū Matthæus hoc discipulos Ioānis tantum dixisse p̄hibeat, sed uerba quæ sequuntur magis indicāt alios hoc dixisse de aliis. Sequitur enim. Et ue. & dicunt illi, Quare &c. Hæc enim uerba indicant conuiuas qui aderant uenisse ad Iesum, & hoc idē discipulis dixisse, ita ut quod ait, Veniunt, non de ipsis dixerit, de quibus interposuerat, Et erant di Ioan. & pha. ieiu. sed cum illi essent ieiunantes ueniunt illi quos hoc mouit. unde ergo Matthæus dicit, Et accesserunt ad eum discipuli Ioannis dicentes, nisi quia & Apostoli aderant, & omnes certatim, ut quisque poterat, hæc obiecerunt? Chryso. Discipuli

 puli

puli ergo Ioannis & pharisæorum contra Christi zelotipè se habentes, ipsum interrogant, vtrum solus discipulis suis absq; abstinétia & labore pugnas superet passionum. Beda. Sed & Ioannes & uinũ & siceram nõ bibit, quia illi abstinétia meritũ auget, cui potétia nulla inerat naturę. Dominus autem cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret, quos abstinentibus poterat reddere puriores? sed ieiunauit & Christus, ne præceptũ declinaret, manducauit cum peccatoribus, vt gratiã cerneres, agnosceres potestatẽ. Sequitur: Et ait illis Iesus, Nunquid &c. Aug. Marcus hic filios nuptiarũ appellat, Mat. autem filios sponsi: filios.n.nuptiarum nõ tantum sponsi, sed etiam sponsæ intelligimus. Chry. Spõsum ergo seipsum uocat, tanquam ecclesiam desponsaturus. Est.n. desponsatio datio arræ.s. gratiæ Spiritus sancti, per quã credidit orbis terræ. Theo. Sponsum ẽt seipsum uocat, non solũ tanquam uirginales animas desponsantẽ, sed quia tẽpus primi aduẽtus eius nõ est doloris, neq; tristitiæ, his q credũt in eum neq; labores cõtinens, sed requiẽ. Est.n. absque operationes legali dans requiẽ p baptismum, per quẽ facile sine labore salutẽ cõsequimur. Filij ãt nuptiarũ siue spõsi, sunt Apostoli, q a ipsi Dei gratia digni sunt facti oĩ bono cœlesti, ac omni delectatione participes. Chry. Conuersationẽ ãt suam omnis angustię dicit esse alienã, cum subdit Quanto tpe ha. secum &c. Ille tristat. qui præsens bonũ nõ habet, qui uero in p̃senti accipit, gaudet, & nõ tristat. Vt autem elationẽ illorum destrueret, & ostenderet quod non ad lasciuiam proprios discipulos conseruabat, subiungit. Venient autem dies &c. q d. Tempus erit in quo suam utilitatem demonstrarent, quando .n. subtrahetur ab eis sponsus, ieiunabunt eius affectantes aduentum, ut spiritus illi cõiungant per corporales angustias emundatos. Ostendit etiam quod nulla necessitas est ut sui discipuli ieiunẽt, sicut & illi qui sponsum humanæ naturæ, qui ubiq; præsidet uerbis Dei, & qui tribuit sementis, secum habebant præsentem. Filij ẽt sponsi, quia infantes sunt, non possunt per totum conformari patri & sponso, qui eorum infantiam considerans, dignatur eos non tunc ieiunare, recedente autem sponso propter desyderium ieiunabũt, sed cũ perfecti fuerint & sponso cõiungentur in nuptijs, regalem semper commedent cœnam. The. Intelligẽdum est autem & sic, quoniã omnis homo qui bene operatur, est sponsi filius, & spõsum secum habet s. Christum, & non ieiunat, idest opera pœnitentiæ non ostendit, quia non peccat, qñ uero aufertur sponsus homine in peccatũ labente, tunc ieiunat & pœnitet, ut curet delictum Beda. Mystico autem sensu potest sic exponi, q discipuli Ioannis & pharisęi ieiunant, quia oĩs qui de operibus legis sine fide gloriatur, & qui traditiones sequitur hominum, & pręconium Christi aure corporis non fide cordis percipit, spiritualibus abstinens bonis ieiuno corde tabescit, qui vero Christi membris fideli incorporat amore nõ potest ieiunare, quia carne ipsius epulatur & sanguine. Sequit: Nemo assumentũ pãni rudis.i.noui, &c. Chry q.d. Quia hi noui prædicatores testamenti existũ, legibus eas seruire ueteribus possibile non est: uos ãt congruè ueteris sequentes cõsuetudines Mosaica ieiunia obseruatis. Isti uero nouas ac mirabiles obseruationes tradituri hominibus, ueteres obseruare non est necesse, sed esse mentibus uirtuosos, aliquo uero tpe ieiuniũ cũ cæteris uirtutibus obseruabũt. Sed hoc ieiuniũ differt à ieiunio legis, quia illud erat ex necessitate, hoc ex uoluntate, pp feruorẽ spiritus, cuius nondum sunt capaces. unde sequitur: Et nemo mit. ui. &c. Beda. Discipulos.n. ueteribus cõparat utribus quos uino nouo, idest spiritualibus p̃ceptis facilius dirũpi, q̃ posse cõtineri, dicit. Erunt ãt utres noui cum post ascẽsum domini desyderio cõsolationis eius innouabũtur, & tunc nouum uinũ nouis utribus adueniet, hoc est Spiritus sancti feruor spiritualium corda replebit. Doctori etiam cauendum est ne animæ in uetustate malitiæ perdurãti, nouorum mysteriorum secreta committat. Theoph. Vel aliter: Discipuli ueteribus uestimentis assimilati sunt propter eorum mentis infirmitatem, quibus non erat cõgruum impone re statutũ graue ieiunij. Beda. Quòd est aliqua

Cõparatio Ioannis & Christi.

Moralitas pulchra:

aliqua particula doctrinæ quę ad nouę vitæ tẽperantiã pertinet, quæ gñale docet ieiuniũ ab oĩ lætitia tẽporalium delectationũ: quia si hoc fiat, & doctrina scindit, & nõ cõuenit uetustati. Vestimento ãt nouo bona opera quæ foris aguntur insinuantur: uino ãt nouo feruor fidei, spei, & charitatis, qua intus reformamur, exprimitur.

*Et factum est iterũ cũ * sabbatis ambularet per sata, & discipuli eius cœperũt pgredi et uellere spicas. Pharisæi ãt dicebant ei, Ecce, quid faciũt discipuli tui sabbatis, quod non licet? Et ait illi, Nũquã legistis qd fecerit David quãdo necessitatẽ habuit, & esuriit ipse, & q cum eo erant, quomodo introiuit in domũ Dei sub Abiathar principe sacerdotũ, & panes propositionis mãducauit, quos nõ licebat mãducare nisi solis sacerdotibus, & dedit eis & q cum eo erant? Et dicebat eis, Sabbatũ propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. Itaque dominus est filius hominis, etiam sabbati.*

* Dominus.

Chry. Liberati à figura, & ueritate uniti Christi discipuli, figurale sabbati festũ non seruãt. uñ dicitur: Et factũ est iterum cũ &c. Beda. Legimus & in sequẽtibus quod erãt q ueniebant & redibãt multi: & nec manducãdi quidẽ spaciũ habebãt, & ideo quasi hoĩes esuriebãt. Chry. Esuriẽtes ãt escam simplicẽ comedebant, non ad uoluptatẽ, sed propter naturæ necessitatẽ. Pharisæi ãt figuræ & umbræ seruientes discipulos accusabant tanquã iniustè agentes. uñ sequit: Pharisæi etiam dicebant ei, ecce quid faciunt &c. Aug. de operibus monachorum. Populo siquidem Israel per legem scriptam præceptum est: ut in agris suis furẽ nullus teneret, nisi qui secum aliquid uellet auferre. Nam qui nihil aliud attigisset, quãdo id qđ comedisset, liberũ impunitumq; abire sinerent. unde ẽt spicas uellentibus discipulis dñi de sabbato potius quã de furto Iudęi calumniati sũt. Chry. Dñs autem David in medium introducit, cui aliqñ contigit non secundũ legem comedere, cum sacerdotalem tetigit cibum, ut illius exemplo accusationẽ discipulorum soluat. Sequitur. n. Et ait illis, nunquàm legistis &c. Theoph. Fugiens. n. David à facie Saul, ad principem sacerdotum deuenit, & panes propositionis comedit, & gladiũ abstulit Goliæ, quæ dño

Duo exẽpla in Iudæos.

erant oblata. Quærunt uero aliqui, qualiter nunc euangelista Abiathar principẽ sacerdotum nominauit, cum liber regũ hunc nominet Abimelech? Beda. Hoc autẽ nihil hẽt dissonantiæ, ambo etenim fuerunt illic, cum ueniens David panes petiit, & accepit Abimelech, uidelicet princeps sacerdotum, & Abiathar filius eius, occiso autem Abimelech à Saule, fugit Abiathar ad David, & comes factus totius exilij eius, postea eo regnante, summi sacerdotij, & ipse gradũ accepit, multoq; maioris excellentiæ filius, quã pater effectus est, ideo dignus fuit, cuius memoriam dominus, etiam uiuente patre, quasi summi sacerdotis faceret. Sequitur. Et dicebat eis, Sabbatum propter hoĩem &c. Maior. n. est cura sanitati & uitæ hominis, quã custodia sabbati adhibẽda. Sic igitur mandatum est sabbatum custodiri, ut tñ si necessitas esset, reus nõ esset qui sabbatũ uiolasset, ideo sabbato circũcidi nõ est prohibitũ, qa necesse erat fieri. Et Machabæi necessitate instãte sabbato, pugnabant. uñ discipulis esurientibus, qđ licitũ nõ erat in lege, necessitate famis factũ est licitũ, sicut hodie si qs æger ieiuniũ corruperit, nulla ratione reus tenet. Sequit. Itaque dñs &c. q. d. David rex sacerdotali cibo pastus excusabilis est, quanto magis filius hominis uerus rex & sacerdos, & dñs sabbati, euulsarum sabbato spicarum noxa non tenet? Chry. Dominũ quidem sabbati & filiũ hominis seipsum propriè uocat, Quando quidem Dei existens filius, filius hominis propter homines, dignatus est dici. Legis autem latori, & domino lex non dominatur, plus. n. licet regi quàm legibus statuatur. Infirmis quidem datur lex, non perfectis & operantibus supra legem. Beda. Mysticè autẽ discipuli per sata transeunt cum doctores sancti, quos in fide instituerunt curæ pię solicitudinis inspiciunt, quos esurire nihil melius quã salutẽ intelligimus hominum; uellere autem spicas est hoĩes à terrena intentione eruere. Fricare ãt manibus, est exemplis uirtutum à carnis concupiscẽtia, quasi à quibusdam folliculis puritatem mentis exuere. Grana manducare est emundatum quemque à sordibus

Necessitas soluit sabbatum.

vitiorum per ora prædicantium, ecclesiæ mébris incorporari, & bene hoc discipuli progredientes ante faciem dñi fecisse memorantur, quia doctoris necesse est sermo pcedat, & sic cor auditoris subsequés gratia supernæ uisitationis illustret. Bene sabbatis, quia & ipsi doctores in prędicando pro spe futuræ quietis laborant, & auditores suos monent pro æterna requie insudare laboribus. Theo. Vel quia cũ habent in passionibus requiem, túc alijs ad uirtutem ductores fiunt euellentes terrena. Beda. Item per sata ambulant cum domino qui eloq a sacra meditari delectãtur. Esuriunt, cum in eis panem uitę inuenire desiderãt, & hoc in sabbatis, cum sopita méte a turbulétis cogitationibus vacare gaudent: uellunt spicas & contritas purgant, donec ad escam perueniãt, cum testimonia scripturarum ad quæ legentes perueniunt meditando assumunt, & tandiu discutiũt donec in eis medullam dilectionis inueniant verũ hic mentium refectio stultis displicet, sed a dño approbatur.

Tropologia pulchra

CAPVT III.

ET introiuit iterum in synagogam, & erat ibi homo habẽs manum aridam. Et obseruabãt eum si sabbatis curaret, vt accusarent illũ. Et ait hoĩ habenti manum aridam, Surge in medium. Et dicit eis: Licet sabbatis benefacere, an male? animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, & dicit homini. Extende manum tuam: Et extendit, & restituta est manus illi.

Theophil. Postquam dñs Iudæos, q discipulos accusauerant, ꝙ spicas sabbato euellebant, exemplo Dauid confudit, túc amplius ipsos ad ueritatem reducẽs, miraculũ in sabbato operaſ, ostendẽs ꝙ si operari sabbato miracula in salutem hoĩum pium est, non est malum in sabbato necessaria corporis operari. dicit ergo. Et introiuit iterum in synagogam &c. Beda. Quia enim destructioné sabbati quam in discipulis arguebãt probabili excusauerat exẽplo, nunc ipsum obseruando calumniari volũt, ut si sabbato curet, transgressionis, si nõ curet crudelitatis aut imbecillitatis arguãt. Sequitur: Et ait ho. habẽti ma. ari. surge in mediũ. Chry. Statuit quidem illũ in medio vt terrerẽtur aspectu, ac uiso eo cõpatiantur, & malitiam deponant. Bed. Et pręueniés calumniam Iudæorum quã ei parauerant, arguit eos, quia legis præcepta praua tentatione uiolabant. unde sequitur: Et di. eis, licet sab. benefacere, an male. Hoc ãt quærit, quia æstimabant in sabbato ẽt a bonis operib. feriandum, cũ lex a malis abstinere iubeat, dicens. Oẽ opus seruile non facietis in eo, i. peccatũ, quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Idẽ ãt est qđ prędixit, benefacere an male? & qđ postea subdit. Aĩam saluã facere; an perdere; hoc est hominé curare, an nõ, nõ ꝙ Deus summè bonus auctor perditionis nobis esse possit, sed ꝙ ei⁹ nõ saluare scripturæ consuetudine perdere dicitur. Si quẽ uero mouet quare domin⁹ cũ corpus esset curaturus, de animę saluatione interrogauerit, intelligat uel animã more scripturarũ pro homine positam, sicut dr. Hę sunt animæ quæ exierunt de femore Iacob: uel ꝙ illa miracula pp animæ salutẽ faciebat: uel ꝙ ipsa manus sanatio salutẽ animæ significabat. Aug. de con. euã. Sed potest mouere, qũo Matthæus dixerit, ꝙ ipsi interrogauerint dominum: si licet sabbato curare? cum Marcus illos potius interrogatos a domino perhibebat: licet sabbato benefacere an male? Itaq; intelligendum est, quòd illi prius interrogauerunt dominum: si licet sabbato curare. deinde quòd intelligens cogitationes eorum aditum accusandi quærentium, constituerit in medio illum, qué fuerat sanaturus; & interrogauerit quæ Marcus & Lucas eum interrogasse commemorant, ac tunc illis tacentibus proposuisse similitudinem de oue, & cõclusisse quòd liceat sabbatis benefacere. Sequitur: At illi tacebant. Chryso. Sciebant enim quòd eum omnino curaret. Sequitur: Et circumspi. eos cum ira. Quod eos cum ira circumspicit, ac tristatur super cęcitate cordis eorum, humanitati conuenit, quam pro nobis suscipere dignatus est; uerbo autem miraculorum coniungit, unde sola voce homo curatur,

Cõcor. euang.

uñ sequitur; Et exten. & resti. est ma illi per hęc omnia pro Discipulis respondens simulq; ostendens suam uitam existere su pra legē. Beda. Mysticè āt homo qui manum habebat aridam humanum genus indicat in fœcunditate boni operis arefactum, sed dñi miseratione curatum, cuius dextera quæ in primo parente, dum uetitæ arboris poma decerperet, aruerat, per redemptoris gratiā dum insontes manus in cruce arbori tenderet, bonorum operum succis est restituta saluti. Et bene in synagoga manus erat arida, quia ubi scientiæ donum maius est, ibi grauius est inexcusabilis noxæ periculū. Hieron. Vel significant auaros, qui ualentes dare uolunt accipere, prædari & non largiri; quibus dicit ut extendant manus suas, idest q furabat iā non furetur, magis autē laboret operans manu sua qđ bonū est, ut habeat uñ cōmunicet indigentibus. Theoph. Vel aridā dextrā habet manū, quisquis nō operatur q̄ sunt dextræ partis; ex quo. n. manus nostrę cōstituit in operib. ꝓhibitis, ex tūc arescit in operatione boni; Iterū uero restaurabitur, quando in uirtute stabit. uñ Christus dicit; Surge scilicet à peccatis, & sta in medio, & neq; ad diminutū neque ad superabundantiam se extendit.

*Exeuntes āt pharisæi, statim cum Herodianis consiliū faciebant aduersus eū, quomodo eū perderent. Iesus āt cum Discipulis suis secessit ad mare, & multa turba à Galilæa, & Iudæa secuta est eū, et ab Hierosolymis, et ab Idumea, & trās Iordanē, & qui circa Tyrū, & Sidonē multitudo magna audiētes q̄ faciebat, uenerunt ad eū. Et dixit Iesus Discipulis suis, ut in nauicula sibi deseruirēt pp turbam ne comprimerēt eū. Multos.n. sanabat, ita ut irruerent in eū * ut illū tangerent. Quotquot āt habebāt plagas, & spiritus immundi cū illū uidebant, procidebant ei, & clamabāt, dicētes. Tu es Filius Dei. Et ue hementer cōminabatur eis, ne manifestarent eū.*

* Vt illū tāgerēt quotquot habebant plagas Et spiritus &c.

Beda. Pharisæi reputantes in crimē ꝙ ad uerbum domini saluam qui languebat extendit dexteram de uoce Saluatoris fecerunt consilium; unde dicitur. Exeūtes autem pharisæi &c. Quasi non ipsorum quisq; maiora sabbatis ageret; cibos portando, porrigēdo calicem, & cætera quæ uictui sunt necessaria exequendo. Neque .n. ille q dixit & facta sunt, sabbato laborasse poterat conuinci. Theo. Herodiani autem dicuntur milites Herodis regis. hęresis nanque quædam noua surrexerat, quæ Hærodē Christum esse dicebat. Prophetia.n. Iacob innuebat ꝙ quando deficeret principes de Iuda, tunc Christus ueniret, & quia Herodis tēpore nullus superat Iudaicorū principū, sed ipse solus regnabat alienigena existens. quidā ipsum esse Christū putauerūt, & hęresim constituerunt. Isti ergo cū pharisæis Christum interficere conabantur. Beda. Vel Herodianos Herodis Tetrarchæ ministros dicit: qui propter inimicitias quas eorum dñs aduersus Ioannē habebat; ēt Saluatorē quā Ioannes prædicabat, insidijs persequebantur & odijs. Sequitur: Iesus āt cū Discipu. su. secessit ad mare, quasi homo fugiens persequentium insidias, quia neque adhuc venerat hora passionis eius, neque extra Hierusalem fuit locus passionis: ubi & exēplū dedit suis, si in vna ciuitate persecutionē paterentur, in alteram fugiendi. Theoph. Simul ēt secedit ut plurimis benefaciat ab integratis recedens, etenim multi secuti sunt eum & sanauit eos. Sequitur.n. Et multa turba à Galilæa Tyrij & Sidonij alienigenæ existētes, utilitatē à Christo accipiunt, ꝓpinqui vero eius, Iudæi s. ipsum persequebantur: & sic nulla est ꝓpinquitatis utilitas, nisi similitudo bonitatis existat. Beda. Illi.n. vidētes opera virtutū eius, & uerba doctrinę audientes, eū ꝑsequebantur. Isti āt opinione tantū ducti virtutū eius, cōgesto agmine permaximo veniūt ad audiendum eum; opemq; salutis flagitādū. vnde sequitur. Et dixit Discipulis suis ut in nauicula sibi &c. Theoph. Vide āt occultatā gloriā eius; etenim ne sæderet eū turba petit nauiculā, ut intrans in eā cōseruetur illæsus. Sequit; Quotquot āt habebāt plagas &c. Plagas autem dicit infirmitates: ipse namque Deus nos uulnerat, ut filios pater. Beda. Procidebant ergo utrique domino, & qui habebant plagas infirmitatū corporaliū, & qui à spiritibus uexabantur immundis: sed infirmi simplici intentione obtinentes salutis, dæmoniaci autem uel pótius in eis habitātes dęmones ut diuini ti-

moris coacti: nō solum ad procidendū ei, verum etiā ad confitendum eius maiestatem cōpulsi. vnde sequitur; Et clamabant dicentes. Tu es filius Dei. ubi miranda est Arrianorum cæcitas, qui post resurrectionis gloriā filium Dei negant, quem demones adhuc mortali carne indutum filium Dei profitent̄. Sequitur; Et uehemen. cōmi. eis ne ma. eū. Peccatori. n. dixit Deus; quare tu enarras iustitias meas? Prohibetur ergo dn̄m prædicare peccator, ne quis dum prædicantem audit, sequatur errātē: improbus. n. magister est diabolus, qui falsa veris sæpe permiscet, ut spiritus veritatis testimonium fraudis obtegat. Ceterū non solū dæmones, sed & à Christo sanati, & Apostoli ante passionem præcipiunt̄ reticere de illo, ne diuina maiestate prędicata passionis dispēsatio differetur. Iuxta allegoriam vero in hoc ꝙ dn̄s egressus de synagoga secessit ad mare, Gētium salutationem præfigurauit, ad quas uenire per fidem relicta ob perfidiam Iudæa dignatus est. Recte. n. diuersis errorum anfractibus iactatæ nationes instabilitati pelagi comparantur. Multa autem turba à diuersis prouincijs secuta est eum; quia prædicantibus Apostolis multas nationes ad se venientes benignè suscepit. Nauicula uero dn̄o in mari deseruiens ecclesia est, de gentibus congregata; propter turbam āt ne se cōprimat, nauiculam ascendit, quia turbidas carnalium mētes fugiens ad eos qui gloriam seculi spernunt uenire, & mansionem facere gaudet. Distat autem inter cōprimere dn̄m & tāgere: comprimūt. n. cum carnalibus cogitationibus aut factis pacem turbant: in qua veritas manet: tangit vero qui per fidem, & dilectionem eū suscepit, corde, unde qui eum tetigerunt saluati esse perhibentur. Theoph. Moraliter autem Herodiani, idest, carnales Christum interficere uolunt. Herodes. n. pelliceus interpretatur. Qui uero de patria sua egrediuntur, id est à carnali habitudine, hi sequuntur Christum, & eorum plagæ curantur, idest peccata, quæ cōscientiam uulnerant. Iesus aūt in nobis est ratio quæ p̄cipit ut nauicula nostra. i. corpus ei deseruiat, ne rationes opprimāt rerum.

Et ascendēs in montē, uocauit ad se quos uoluit ipse, & uenerūt ad eū. Et fecit ut essent duodecim cū illo, & ut mitteret eos p̄dicare, & dedit illis potestatē curandi infirmitates & eiiciēdi dæmonia. Et imposuit Simoni nomē Petrus, et Iacobū Zebedæi, & Ioannē fratrē Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, qđ est filius tonitrui, & Andræam & Philippum, & Bartholomæum & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Thadæum. Simonem Chananæum, & Iudam Scariotem qui tradidit illum.

Beda. Postquam nephandos spiritus se prædicare prohibuit, elegit sanctos qui & immundos spiritus eiicerent, & Euangeliū prædicarent. un̄ dr̄; Et ascendēs in mōtem &c. Theoph. Lucas āt dicit ꝙ ascendit ad orandum: post miraculorum ostēsionem orat, docēs nos ꝙ oportet gratias agere cum consequimur aliquid boni, & hoc diuinæ uirtuti appropriare. Chr. Prælatos etiam ecclesiæ instruit in orationibus pernoctare antequam ordinationem faciant, ut eorum officium nō frustretur. Cum ergo secundum Lucam dies factus esset uocauit, quos uoluit. Erāt enim plures qui eum sequebantur. Beda. Nō enim illorū electionis ac studij, sed diuinæ, erat dignationis & gratiæ, ut in apostolatū uocarent̄. Mons āt ille in quo Apostolos dn̄s elegit altitudinē designat iustitiæ, in qua erant instituendi, et quā erant hominibus prædicaturi. Hie. Vel Christus spiritaliter mons est, ex quo aquæ uiuę fluunt, lac in paruulorū salutem præparatur, pinguedo spiritalis agnoscit̄, et quicquid summe bonū credit̄ in mōtis istius est gratia constitutū. In montē ergo uocantur excelsi meritis & uerbis, ut locus cōgruat meritis. altis. Sequit̄; Et uen. ad eū &c. Speciem. n. Iacob dilexit dn̄s, ut sint ipsi sup thronos 12. iudicantes 12. tribus Israel, qui etiam trini & quaterni circa tabernaculum domini excubant, sancta domini uerba humeris operum portant. Beda. In hoc. n. sacramento quōdam filij Israel circa tabernaculum castrametabantur, ut ex omni parte per quadrum trinæ tribus manerēt. Ter autem quatuor, duodecim faciunt, et ter quaterni ad prædicandum sunt missi Apostoli, ut per uniuersas quadrati orbis plagas baptizarent Gentes, in nomine patris & filij & spirit⁹ sancti; Sequitur:

Doctrina sacerdotalis.

tur: Et dedit illis potestatem &c. Vt.s. pro missorum cœlestiū magnitudine attestaretur magnitudo factorum, & noua facerent qui noua prædicarent. Theo. Numerat autem Apostolorū nomina; ut propter falsos Apostolos euitandos sint noti & ueri. & ideo sequitur. Et impo. Simo no. Petrus. Aug. de con. eu. Nullus autem putet nunc accepisse Simonem nomē vt Petrus uocaretur, ne sit contrariū Ioanni, qui lōge ante dictum esse illis cōmemorat, Tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus: Marcus autem recapitulando hoc cōmemorauit. Cū.n. uellet nomina duodecim Apostolorum enumerare, & necesse haberet Petrū dicere; breuiter insinuare uoluit, ꝙ nō hoc antea uocaretur, sed hoc ei dominus nouū imposuerit. Beda. Ideo autem dominus uoluit eū prius aliter vocari, ut ex ipsa commutatione nominis sacramentum commendaretur, idem est ergo græcè, siue latinè Petrus, quod Siriacè Cephas, & in utraq; lingua nomen à petra deriuatum est, nec dubiū quin illa de qua Paulus ait: Petra autem erat Christus: Na sicut lux uera erat Christus & donauit Apostolis ut lux mūdi uocentur, sic & Simoni qui credebat in petram Christus petræ largitus est nomen. Hier. De obedientia āt quā Simon significat, ascenditur ad agnitionē, quā significat Petrus. Sequitur, & Iacobū Zebedæi & Io. fra. Ia. Beda. Subauditur à superioribus uocauit ad se ascendens in montem. Rem. Iacobū.s. qui supplātata habet tota desideria carnis, & Ioānem q gratia accepit qđ alij per laborē tenent. Sequitur. Et impo. eis nomina Boanerges. Chry. Filios quidē Zebedæi sic nominat pp hoc ꝙ magna & clara diuinitatis edicta debebat orbi terræ diffundere. Hie. Vel per hoc triū superiorum sublime ostēditur meritū, qui in monte merentur audire tonitruū patris per nubē de filio tonantis: Hic est filius meus dilectus, ut & ipsi p nubē carnis & ignē uerbi, quasi fulgura in pluuiā in terris spargerēt, quoniā dominus fulgura in pluuiam fecit, ut extinguat misericordia quod iudiciū urit. Sequitur: Et Andream, qui uiriliter uim facit perditioni, & ut respōsum mortis in se semp habeat, & anima eius sit semper

Boanerges ratio datur.

in manibus suis. Beda. Andreas.n. græcū nomē est, & interpretatur uirilis, ab arach quod est uir, quia uiriliter domino adhæsit. Sequitur: Et Philippum Hier. Qui est os lāpadis qui illuminare potest ore quod corde cōcepit, cui dedit dominus apertionem oris illuminantis. Scimus hunc modum locutionis proprium esse diuinarum scripturarū; ꝙ Hebrea nomina ad aliqđ mysterium significationis sunt posita. Sequitur: Et Bartholomæū qui est filius suspendentis aquas; illius.s. qui dixit, Et mā dabo nubibus meis ne pluāt sup eum imbrem. Nomen uero filij Dei per pacem & dilectionem acquirirur inimici. Beati.n. pacifici, quoniam filij Dei sunt. Et diligite inimicos uestros, ut filij Dei sitis. Sequitur. Et Matthæum qui est donatus, cui donatur à dño ut nō solū remissionē peccatorū adipiscatur, sed numero ascribatur Apostolorū. Et Thomā qui est abyssus. multa.n. ꝓfunda sciētes Dei numine proferunt, sequitur. Et Iacobū Alphei, idest docti uel millesimi, cuius a latere cadent mille. Hic alter Iacobus est, cui colluctatio nō est aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus spirituales nequitias, sequit̄: Et Thadæū, is est corculus, id est cordis cultor, q cōseruat cor suū oī custodia. Beda. Thadæ⁹ āt ipse est quē Lucas in Euāgelio, & in actibus Apostolorū Iudā Iacobi nominat: erat.n. frater Iacobi fratres dñi, ut ipse in epistola sua scripsit. Sequit̄. Et Simo. Chananæū & Iudā Scariotem qui tradidit illum. Hæc cum additamēto posuit ad distinctionem Simonis Petri, & Iudæ Iacobi Simō autem Chananęus dicitur à Chana vico Galilææ: Iudas autē Scariotes, à uico in quo ortus est; aut ex tribu Isachar dī. Hiero. Quem inter Apostolos computat, vt discamus quod Deus non repellit aliquem propter futurā malitiā; sed propter præsentem virtutem dignum facit habere. Hier. Simon autem ponens tristitiam interpretatur. Beati nanque q lugent nunc, quoniam ipsi cōsolabuntur. Chananæus autem, idest zelotes dicitur, quē zelus domus Dei comedit. Iudas autem Scariotes est qui non delet peccatū suum per pęnitentiam. Iudas enim confitens uel gloriosus interpretatur; Scariotes

Iscariot cognomen Iudæ.

autem memoria mortis. Sunt autem con fessores multi i ecclesia superbi & gloriosi, vt Simon Magus & Arrius & ceteri hæretici: quorum memoria mortalis ideo in ecclesia celebratur ut euitetur.

Et ueniunt in domū, & conue . i. iterū turba, ita ut nō possint neq; panē manducare. Et cum audissent sui, exierunt tenere eum. Dicebāt.n. quō in furorē uersus est. Et scribæ q ab Hierosolymis descēderāt, dicebāt, quō Beelzebub hēt. Et quia in principe dæmoniorum eijcit dæmonia.

Beda. Electos in monte Apostolos dñs ad domū reducit quasi eos admonens, ut post acceptū apostolatus gradū ad cōsciētiā suā redeant. vñ ď, Et ueniūt in domū & conuenit iterū turba ita vt nō possent neq; pa. mādūcare. Chry. Ingratæ quidē erant principū multitudines, quos impedit à cognitione elatio, grata uero populi multitudo uenit ad Iesum. Beda Quā beata vero frequētia turba turbæ cōfluētis, cui tantū fuit curæ ad obtinendā salutē, ut auctori salutis cū his qui secū erāt, nec vescēdi qdē hora libera maneret? Sed quē turba frequētat externa, hunc ppinquorū ęstimatio paruipēdit sequit n. Et cum audissent sui, &c. Quia.n. altitudinē sapientiæ quam audiebant capere non poterant, quasi in alieno eum sensu locutū esse credebant. vnde sequitur Dicebāt .n. quoniam in furorem versus est. Theoph. Id est dęmonium habet & furit, & ideo eum tenere volebant, ut incarcerarent tāquam dæmoniacum. Et quidem sui hoc uolebant, id est propinqui forte cōpatriotæ eius uel fratres eius. Stulta autē fuit insania, q tātorum miraculorum diuinæ sapientiæ factorem in furiam uerti concipiunt. Beda. Multum autem distat inter eos qui uerbum Dei pro mentis tarditate non intelligunt, quales fuerūt de quibus dictum est, & eos qui hoc quod intelligūt de industria blasphemant, de quib. subditur; Et scribę qui ab Hierosolymis &c. Quæ.n negare nequiuerant, sinistra interpretatione peruertere laborant, quasi nō deitatis opera essent, sed immundissimi spiritus, id est, Beelzebub qui Deus erat Accaron. Nā beel quidē ipse est baal, zebub āt musca uocaẽ; Beelzebub ergo, id est uir muscarū interpretatur; ob sordes immolati cruoris, ex cuius spurcissimo, ritu, principē dæmoniorum eum nominabant cum subdunt. Et quia in prin. dæ. eijcit dęmonia. Hie. Mistice autem dom^b ad quā ueniunt primitiua est ecclesia. Turbæ q̃ impediunt, panē manducare, peccata, & uitia sunt; quia qui manducat indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Beda. Scribæ etiam ab Hierosolymis descendentes blasphemant. Turba uero ab Hierosolymis ueniens secuta est dñm, & ab alijs regionib. Iudæorum siue gentium; quia sic erat passionis tempus futurum, ut turba, illū populi Iudæorum cum palmis ac laudibus Hierosolymam perduceret, uidere Gentiles desiderarent, sed scribę & pharisæi de eius morte tractarent.

Differētia audiendi uerbi Dei.

Et conuocatis eis in parabolis dicebat illis; Quō potest satanas satanā eijcere? Et si regnum in se diuidatur, non potest stare regnū illud. Et si domus super semetipsam dispartiatur, non pōt domus illa stare. Et si satanas cōsurrexerit in semetipsum dispartitus est, & nō poterit stare, sed finē hēt. Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortē alliget, & tūc domum eius dir piet. Amen dico uobis quoniā omnia dimittentur filijs hominū peccata et blasphemiæ, quibus blasphemauerint. Qui aūt blasphemauerit in Spiritū sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti, quoniam dicebant Spiritū immundum habet.

Chry. Posita blasphemia scribarū dominus ostendit impossibile fore quod dicebāt, suam probationem exemplo cōfirmans. unde dicit: Et cōuocatis eis in parabolis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanā eiicere? quasi diceret: Regnum contra se intestino bello diuisum necesse est desolari; qđ & in domo & in ciuitate uẽ, Quocirca & si satanę regnū i seipsum diuisum est, ita q satanas ab hominib. repellat satanam, desolatio regni dęmonū appropinquauit: regnum āt eorum est in hoc quòd hoīs subditos teneant. Si igitur ab hoībus pelluntur, hoc non est aliud q̃ regnum eorum dissolui. Si autem adhuc in hominibus tenent potestatem, manifestum est q regnū maligni adhuc stat, & non est contra seipsum diuisum. Glo. Et quia iam ostendit exemplo quòd dæmō dæmonē non expellit, ostendit quomodo

Intestini belli pernicies.

possit

possit expelli, dicẽs: Nemo pōt & c. Hier. Exemplum tale est, fortis est dęmon vasa eius sunt hoïes, in quib. recipitur. Nisi si ergo quis prius vincat dæmonẽ & alliget, qúo vasa eius. i. dæmoniacos, ab eo diripiet? Sic & ego q̃ diripio vasa eius, i. libero hoïes à dæmoniaca passione, prius alligo dæmones & supero eos & inimicus corũ sum. Qúo ergo dicitis q̃ Beelzebub habeo, & dęmonũ amicus existens dęmonia eijcio? Bed. Alligauit ẽt dñs fortem. i. diabolum, hoc est ab electorũ seductione cõpescuit, & ingressus in domũ, i. in mũdũ, domũ eius & vasa, i. homines diripuit, q a ereptos a diaboli laqueis ecclesię suę adunauit. Vel domum eius diripuit quia oẽs mũdi partes quibus olim hostis dominabatur antiquus, Apostolis, eorumq; successoribus distribuit, vt populos ad uiã vitæ conuerterent. Ostendit aũt dñs q̃ grande scelus cõmitterent, qui hoc qđ Dei esse cognouerant, diaboli esse clamabant, cum subdit. Amen dico uobis, q̃m &c. Omnia quidem peccata & blasphemiæ nõ possim dimittuntur omnibus hominibus, sed his qui dignam pro errorib. suis in hac uita pęnitentiam egerint, & sic neque ullum habet locum: vel Nouatus qui pœnitẽtibus, qui in martyrio lapsi sunt, veniam neget esse tribuendam; vel Origenes qui asserit, post iudiciũ uniuersale trãsactis 53. seculorum uoluptationibus cunctos peccatores veniã peccatorũ esse cõsecuturos, cuius errorem sequentia dñi uerba redarguũtur, cũ subditur: Qui aũt blasph. in Spiritum sanctũ &c. Chry Et quidem blasphemiã quæ circa eũ erat excusationem habere dicit, quia tunc videbatur homo despectus & infimi generis, sed iniuria Dei remissionẽ non habet Blasphemia autem in Spũm sanctum contra Deũ fit. Est. n. Spiritus sancti operatio regnum Dei, & propter hoc irremissibilẽ dicit esse Spiritus sancti blasphemiam. Pro eo autem quod hic subditur, Sed erit reus æterni delicti, alius Euangelista dicit, Neq; in hoc seculo neque in futuro. Per quod intelligitur iudicium quod est secundum legem & futurum. Cum. n. lex maledicentẽ Deum occidi iubeat, in hoc legis secũdæ excusationem non habet, omnis autẽ qui baptizatur, extra hoc seculũ fit. Latebat autem Iudęos remissio quę fit per baptismum. Qui ergo miracula & dæmonũ eiectionem quæ solum sunt propria Spiritus sancti dæmoni appropriat, nulla excusatio sibi de blasphemia relinquetur. Sed neq; blasphemia talis, cum sint cõtra Spiritum sanctũ, remitti vř. vnde exponens subdit: Q̃m dicebant, Spiritum hẽt immũdum. Theoph. Est aũt intelligendum qđ veniam non consequentur, nisi pęniteãt. Cum uero in carne Christi scandalizant, ẽt si non pęniterent, aliquid excusationis habebant, & remissionis aliquid cõsequebantur. Hier. Vel hoc dicit, quia nõ merebitur pęnitentiam agere, vt recipiatur qui Christum intelligẽs, principem dęmoniorũ esse dicebat. Beda. Neq; tñ hi, qui Spiritum sanctum non esse Deum credũt, irremissibilis blasphemiæ crimine tenentur: quia nõ inuidentia diabolica, sed humana ignorantia ducti, hoc faciunt. Aug. de uerb. do. Vel ipsa impęnitẽtia est blasphemia Spiritus sancti, quæ non remittetur. Contra. n. Spiritum sanctũ quo peccata dimittuntur, verbũ dicit siue cogitatione, siue lingua, qui sibi cor impœnitẽs thesaurizat. Subiungit aũt q̃m dicebant spiritum immundum habet, vt ostẽderet hinc fuisse exortã causam, ut hoc diceret, eo quod dicerent eum in beelzebub dęmonem expellere, non quia esset blasphemia quæ nõ remittitur, cũ & hæc remittatur si recta pęnitentia cõsequatur, sed hinc causa extitit, vt à domino illa sententia proferretur, facta mentione spiritus immũdi quẽ aduersus seipsum diuisum dominus ostendit propter Spiritum sanctũ; qui etiam quos colligit efficit indiuisos, peccata q̃ aduersus se diuisa sunt dimittẽdo, cui dono remissionis non resistit, nisi qui duritiã cordis impœnitentis habuerit. Nam alio loco dixerunt Iudæi de domino quòd dæmonium haberet, nec tñ ibi aliquid dixit de blasphemia Spiritus sancti: quoniam non ita obiecerunt spiritum immundum, ut in se diuisus ex ore eorum posset ostendi, sicut Beelzebub, à quo dæmones eijci posse dixerunt.

Et ueneruñt mater eius et fratres, & foris stantes miserunt ad eum uocãtes eum. Et sedebat circa

ca eam turba, & dicunt ei. Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et respondens eis ait, Quæ est mater mea, & fratres mei? Et circũspiciens eos qui in circuitu eius sedebant, ait: Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater mea est.

Theo. Quia propinqui dñi venerãt tenere eũ tanquã in furiã uersum, mater ei⁹ amoris cõpassione detenta venit ad ipsũ. vnde dr: Et uenerũt mater eius & fratres, &c. Chry. Ex hoc aũt manifestũ fit, ꝙ nõ semper cũ eo erant fratres eius & mater: quia uero dilectus erat, ad eũ pp reuerentiã & affectum ueniunt, de foris expectãtes vnde sequitur. Et sedebat circa eũ turba &c. Beda. Fratres dñi, non filij semper virginis Mariæ, iuxta Heluidiũ, nec filij Ioseph ex alia vxore, iuxta quosdã, putandi sunt; sed eius potius intelligendi sunt esse cognati. Chry. Alter aũt Euangelista dicit, ꝙ fratres eius nondum credebant in eum. Cui cõuenit quod hic dr, ꝙ eũ quærebant de foris expectantes, & secundum eandem intentionem dñs eorũ non sicut propinquorũ meminit vnde sequitur. Et respõdens eis, ait: Quæ est mater mea & fratres mei? Hoc aũt non dixit matrem & fratres oĩno reprobãdo; sed ostendens ꝙ super oẽm cognationẽ temporalem oportet propriã aĩam præhonorare; vnde conuenienter hoc dr his qui uocabant ad ꝓpinquorum collocutionẽ, quasi ad aliq̃d vtilius quàm sit doctrina salutis. Bed. Rogatus ergo officio verbi egredi dissimulat, nõ maternæ refutans obsequiũ pietatis, sed paternis se mysterijs amplius quã maternis debere mõstrat affectibus. Nec iniuriose fratres cõtẽnit, sed opus spiritua le carnis cognationi pferens, religiosiorẽ cordiũ copulã docet esse, quàm corporũ. vnde sequitur. Et circun. eos qui in cir. ei⁹ se. ait, Ecce mater mea & fratres mei. Chry. In quo dñs ostendit ꝙ oportet eos, qui fidei sunt propinqui, præ oĩbus cõsanguineis honorare. Iesu quidẽ aliquis mater efficitur pdicãdo; quasi enim pari dominũ quẽ cordi audientis infuderit. Hier. Sciamus ãt nos esse fratres eius & sorores, si uoluntatem patris eius impleuerimus; vt cohæredes simus eius. vnde sequitur; qui n. fecerit voluntatem Dei, hic fr. &c. Theo. Nõ ergo negans matrẽ hoc dixit, sed ostendens ꝙ nõ solum est digna honore pp hoc ꝙ genuit Christũ, sed pp oẽm aliam virtutem.

Expositio literalis.

Beda. Mysticè autem mater & frater Iesu, sunt synagoga; ex cuius carne est editus & populus Iudæorũ, qui Saluatore intus docẽte, uenientes intrare nequeunt, cũ spiritualiter intelligere dicta nequeunt: pꝛoccupãs aũt turba ingreditur, quia differente Iudæa, Gentilitas fluxit ad Christũ; foris n. stantes uolunt dñm videre cognati ipsius; cum Iudæi se ad custodiam literæ foris fixerunt, & Christum potius ad carnalia docenda cogunt exire, quã se addiscenda spiritualia consentiũt ingredi. Si ergo foris stantes nec ipsi agnoscuntur parentes, quemadmodum nos agnoscemur, si foris stemus? Intus enim est uerbum, intus est lumen.

Allegoria pulchra.

CAPVT IIII.

ET iterum cœpit docere ad mare, & congregata est ad eum turba multa, ita ut in nauim ascendens sederet in mari; & omnis turba circa mare super terram erat, & docebat eos in parabolis multa, et dicebat illis in doctrina sua; Audite. Ecce exijt seminans ad seminandum. Et dum seminat, aliud cecidit circa uiam, & uenerunt uolucres cæli, & comederunt illud. Aliud uero cecidit super petrosa, vbi non habuit terram multam, & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ, & quando exortus est sol, exæstuauit, & eo quòd non habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas, & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum ascendentem & crescentem, & afferebat vnum tricesimum, & unum sexagesimum, & unum centesimum. Et dicebat, Qui habet aures audiẽdi, audiat. Et cum esset singularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erat duodecim, parabolam. Et dicebat eis; Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt, vt uidentes videant, & non uideant, & audientes audiant, & non intelligant, ne quando conuertantur, & dimittantur

eis

eis peccata, Et ait illis; Nescitis parabolā hāc? Et q̃uo oēs parabolas cognoscetis? Qui seminat, uerbū seminat. Hi āt q sunt circa uiam, ubi seminatur uerbū, & cū audierint, confestim uenit satanas & aufert uerbū quod seminatū est in cordib. eorum. Et hi sunt similiter q sup petrosa seminantur; q cum audierint uerbum statim cum gaudio accipiunt illud, & nō hūt radicē in se, sed tēporales sunt, deinde orta tribulatione uel psecutione pp uerbum, confestim scandalizantur. Et alij sunt qui in spinis seminantur, hi sunt qui uerbum audiunt, & ærumnæ & deceptio diuitiarum, et circa reliqua concupiscētiæ introeuntes suffocant uerbum & sine fructum efficitur. Et hi sunt qui super terrā bonā seminati sunt qui audiunt verbum & suscipiunt, & fructificant, unum trigesimum, & unum sexagesimum, & unum centesimum.

Honor Iesu ad matrē.

Theo. Licet matrem dn̄s superius negligere videretur, tñ reueretur eā. Cū ꝓpter eā namq; egreditur circa mare. vñ dr̄: Et ite. ce. le. &c. Bed. Si. n. euangeliū Matthęi inspicimus, patet hāc doctrinam dn̄i mare eadē die qua superiorem in domo celebratum esse sermonē: terminato. n. primo sermone continuo subiunxit Matth. dicens: In illo die exiens de domo, sedebat ad mare. Hier. Cœpit autē docere ad mare, vt locus docendi indicet auditores amaros fuisse & instabiles. Beda. Relicta etiam domo cœpit docere ad mare, quia relicta synagoga ad colligenda per apostolos populi Gētilis multitudinē venit. vnde sequit: Et con. est ad eum turba &c. Chry. Quod non sine causa factū oportet intelligi, sed vt post se neminem dimittere, sed omnes auditores ante faciem haberet. Beda. Præfigurabat autem hæc nauis ecclesiā in medio nationum ædificandam, in qua dominus dilectam sibi cōsecrat mansionem. sequitur: Et do. eos in pa. mul. Hier. Parabola est rerum natura discrepantium sub aliqua similitudine facta cōparatio.

Parabolæ diffinitio.

Græco enim vocabulo dicitur similitudo; quando illud quod intelligi volumus, per comparationes aliquas indicamus. Sic enim ferreum quempiam dicimus, qñ durū ac fortem desideramus intelligi, cum velocem, vētis aut auibus comparamus. Loquitur autē turbis in parabolis more prouidentiæ suæ, vt qui cœlestia capere non poterant, per similitudinem terrenā audita percipere potuissent. Chry. Erigit. n. p parabolā audientiū mentē, vt manifestiorē sermonē faceret res uisui ostēdens. Theo. Et ut attentiores faceret auditores primā parabolā præponit de semine quod est verbū Dei. vñ sequitur: Et di. il. in do. sua. Nō Moysi, nō prophetarū, quia suū prædicat Euangeliū. Audite. Ecce &c. Seminans āt Christus est: Chry. Nō āt loco exiuit, qui præsens extitit omnib. & implet, sed habitu & dispēsatione qua nobis factus est ꝓpinquior p carnis amictū. Quia. n. nō valebamus ire ad eū peccatis impedietib. iter nostrū ipse exijt ad nos. Exit autem prædicans pietatis seminare sermonem, quē copiose loquebat. Nō aūt inculcat sermonem eūdē in eo quod dicit. Exijt se. ad se. Exit. n. aliquādo seminās, aut vt faciat nouale, ut herbas malas euellat, aut aliquid aliud operetur. Iste autē exijt ad seminandum. Beda. Vel exijt ad seminandum, cū post vocatam ad fidem suam partē synagogę electam, ad vocationem quoque Gētium gratiæ suæ dona diffudit. Chr. Sicut autem seminans non discernit terram subiectam, sed simpliciter & absque discretione semen mittit. sic & ipse omnes alloquitur. Et ad hoc significandum subdit: Et dum semi. aliud cecidit circa uiam. Theo. Vide quia non dixit, ꝙ proiecit illud in uia, sed quia cecidit: q enim seminat, quātum in se est, in terrā bonam ꝓijcit; sed illa si sit mala corumpit uerbum. Via aūt Christus est; infideles aūt sunt circa viā, id est, extra Christum. Beda. Vel uia est mens sedulo malarum cogitationū motu trita, ne uerbi semē in ea germinare sufficiat. Et ideo ꝗcquid boni seminis uicinia talis viæ cōtigerit, perit, & à dæmonibus rapitur. vnde sequitur. Et ve. uo. cę. & co. il. Recte autem dæmones volucres cęli dicuntur, siue quia cęlestis spiritualisq; sūt naturæ, siue quia in aere habitant. Vel q sunt circa viā sunt negligentes & desides. Sequitur: Alij vero ce. su. pe. Petram dicit duritiam proternę mētis, terram leuitatem animę obedientis, solē feruorem persecutionis seuientis. Altitudo ergo terræ quę semē Dei debuerat accipere, probitas est animi disciplinis cęlestibus exercitati, atque

Doctrina Christi quæ sit.

atque ad obediẽdũ diuinis eloquijs regulariter instituti. Petrosa ãt loca q̃ uim radicis suscipiendæ nõ hẽnt, illa sunt pcordia q̃ dulcedine tantũ auditi sermonis, ac promissis cęlestib. ad horã delectanẽ, sed in tẽpore tentationis recedũt, quia parum est in eis salutaris desiderij, quod semẽ uitæ cõcipiat. Theo. Vel petrosi sunt q̃ modicũ adhærentes petræ.i. Christo inquãtũ ad tẽpus uerbum recipiũt, postmodũ abijciũt recedẽtes. Sequitur: Et ali.ce.in spi.p quod signanẽ animæ multa curãtes. Spinę n. curæ sunt. Chry. Vlterius uero ponit terrã bonã, dicẽs: Et aliud ce. in ter. bo. Secundum enim cõditionem terræ est differentia fructuum. Multa est autem dilectio semĩnãtis ad homines, quoniã & primos commendat, & secũdos nõ reijcit, & tertiis tribuit locum. Theo. Vide etiam quomodo mali sunt plurimi, & pauci qui saluãtur: quarta enim pars seminis inuenitẽ saluata. Chry. Non tamẽ maior pars seminis occasione amittiẽ seminantis, sed terræ recipientis, id est, animæ audientis, & quidem materialis agricola hoc modo seminãdo congrue incusaretur. Nõ.n. ignorat lapidem, aut uiã, aut terrã spinosam, terram pinguem non fieri. In rationabilibus uero nõ est sic. Petram enim possibile est fieri terram pinguem, & uiam non cõculcari, & destrui spinas: quod si fieri non posset, nõ ibi seminasset. Per hoc ergo nobis tribuit pęnitẽtię spẽ. Sequitur: Et di. qui habet aures audiendi. Hier. Quoties hæc admonitio in Euãgelio, aut in apocalypsi Ioãnis interponitur: Mysticum hoc quod dicitur, atque ad audiendum, discẽdumq; insinuatur. Aures enim audiendi, sunt cordis, & sensus interioris aures, obediẽdi, & faciẽdi quæ iussa sunt. Sequitur; Et cum esset singularis interrogabant eũ &c. Bed. Quasi diceret uos qui estis digni oĩa q̃ ad pdicationẽ sunt congrua edoceri, parabolarũ manifestationẽ adiscetis.

Ad istos autẽ parabolis usus sum, quia digni nõ sunt addiscere pp eorum malitiã. Qui enim legis quam acceperant obediẽtiam nõ tenebant; iustum fuit ut noui sermonis participationem non haberẽt, sed ab utroque sunt alieni. Ostendit enim per Discipulorum obedientiam quòd per cõtrariũ indigni facti sunt reliqui mysticæ doctrinę. Postea vero inductione uocis pphetię eorũ confundit nequitiã tanquã à lõge cõfutatã. vñ sequit. Vt vid. vi. & non vi. & audien. &c. Quasi dicat vt pphetia impleatur q̃ hoc pdicit. Theo. Deus enim eos fecit vidẽtes, idest, intelligẽtes bonũ. Ipsi vero nõ vidẽt, volũtarie se fingentes nõ videre: ne cõuertãtur, & corrigant se tanquã suæ saluti inuiderẽt. Sequitur: Nequando con. & di. eis pec. Chry. Sic ergo uident & nõ uident, audiũt & nõ intelligunt. Quòd.n. uident & audiũt, cõtingit eis gratia Dei, sed q̃ uident, & nõ intelligunt, contingit eis, q̃ a gratiã recipere nolunt, sed oculos claudũt, & fingũt se non uidere, neq; dictis acquiescũt, & sic à peccatis non mutantur per hoc q̃ uident, & audiũt, sed contrariũ patiũtur. Theo. Vel potest aliter intelligi q̃ reliquis loquebãtur in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant. Deus.n. dat uisum & intellectum his qui petunt, reliquos autem obcęcat, ne in maiorẽ redargutionem sit eis, quòd cum intelligerẽt, noluerunt facere quæ oportet. unde sequitur: Nequando con. & di. eis pec. Aug. de con. euan. Vel hoc intelligunt peccatis suis meruisse, ut nõ intelligerent; & tamẽ hoc ipsum misericorditer eis factum, ut peccata sua cognoscerent, & conuersi ueniam mererentur. Hier. Illis ergo qui foris sunt in parabolis omnia fiũt, & facta scilicet, & uerba Saluatoris, q̃ neque in his quę operabatur uirtutibus, neq; in eis quę prædicabat arcanis eum cognoscere Deũ ualent. Chry. Ideoq; ad remissionem peccatorum attingere non ualent. Quod autem non loquebatur eis, nisi in parabolis, nec omnino loq̃ desistebat, demõstrat q̃ his qui bono propinqui sunt, etsi in seipsis bonũ non habeant, occultum tñ eis ostenditur. Cum autem aliquis cum reuerẽtia ac recto corde accedit, occultorũ reuelationem consequitur abundanter. Cum autem nõ sana sentit, nec his quæ multis facilia sunt dignus fiet, nec etiam eorũ auditu. Sequitur. Et ait illis. Nescitis parabolã hãc? & quomodo omnes para. cognos. Hiero. Oportebat siquidem ut illi quibus in parabolis loquebatur, requirerẽt quod nõ intelli-

Nota.

Allegoria pulchra

ptos habebant, discerent mysteriũ regni quod ipsi non habebant. Glo. Et ideo dñs hęc dicens ostẽdit oportere eos & hãc primã & oẽs cõsequẽs parabolas intelligere pp quod exponens, subdit. Qui seminat, verbũ semi. Chry. Et quidẽ propheta doctrinã populi plantationi vineæ cõparauit; hoc veræ seminationi, manifestãs per hoc ꝙ breuior est nunc & facilior obediẽtia, & statim fructũ. Beda. In hac ãt dñi expositione oẽs eorũ qui audire verba salutis potuerunt si ad salutem peruenire nequeunt distantia comprehenditur. Sũt nãque qui verbum quod audiunt nulla fide, nullo intellectu, nulla saltem tẽtandi utilitatis occasione percipiunt. de quibus dicit: Hi autem sunt qui circa viam. Cordibus enim eorum mãdatum verbum cõfestim immundi spiritus, quasi vię tritæ volucres semen eripiunt. Sunt qui auditi verbi & vtilitatem probãt & desiderium gustant, sed ne ad id quod probãt perueniãt alios huius vitæ aduersa terrẽdo, alios ꝓspera blandiendo retardant, de quorũ primis dicit. Et hi sunt similiter qui supra petrosa. De alijs dicitur. Et alij sunt qui in spinis. Spinæ autem diuitiæ uocãtur, quia cogitationum suarum punctionibus mẽtẽ lacerãt, & cum vsque ad peccatum pertrahunt quasi inflicto vulnere cruentant. Dicit aũt, Et ærumnæ seculi & deceptio diuitiarũ. Quẽcunque enim superuacuus diuitiarũ decipit appetitus, necesse est mox curarũ ærũna cõtinuarũ affligat. Addidit. Et circa reliqua concupiscentiæ, quia qui mãdatis Dei cõtemptis circa reliqua concupiscens aberat ad gaudium beatitudinis non potest attingere. Suffocat autẽ huiusmodi concupiscentię verbum, quia bonum desiderũ ad cor intrare nõ sinunt quasi additum flatus vitalis necant. Excipiuntur autem ab his hominum differentijs gentiles qui nec audire uerba uitæ merentur. Theo. Eorum uero qui semẽ suscipiunt conuenienter rursus tres sunt gradus: vnde sequitur. Et hi sunt q̃ super terram bonam semi. Qui in centũ fructificant, sunt qui perfectam & obedientẽ habent vitam, ut virgines & heremitę. Qui autem in 60. qui mediocriter se habẽt, ut continentes, & qui in cœnobio sunt. Qui autem 30. qui parui quidem sunt secundũ propriã virtutẽ fructum ferentes; vt laici & qui in coniugio sunt. Beda. Vel 30. fructificat cũ aliquis fidem sanctæ trinitatis electorũ cordib. insinuat. 60. cũ pfectionẽ docet bonæ operationis; centũ cũ cœlestis regni pmia demonstrat. Centũ nanq; cõputando in dexterã transferuntur, vñ recte in significatione ponuntur ppetuæ beatitudinis. Terra ãt bona ẽ electorũ cõsciẽtia, quæ omnibus prædictis tribus terris contraria facit, quia & cõmendatum sibi semen verbi libenter excipit, & exceptũ inter aduersa & prospera cõstaret ad fructus vsque tempora conseruat. Hier. Vel fructus terræ in 30. & 60. & 100. continetur, hoc est, lege & ꝓphetia, & euãgelio.

Gentiũ in fortunium.

*Et dicebat illis: Nunquid uenit lucerna ut sub modio ponatur, aut sub lecto? Nõne ut sup candelabrũ ponatur? Nõ est.n. aliquid absconditũ, quod nõ manifestetur: nec factum est occultum, quod nõ uenit in palã. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et dicebãt illis: Videte qd audiatis. In qua mensura mensi fueritis, remitietur. * Qui enim habet, dabitur illi, & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.*

Et adiiciẽt uobis.

Chry. Post interrogationem discipulorum de parabola ac explanationem, bene subiũgit: Et dicebat illis: Nũquid uenit lucerna &c. quasi dicat propter hoc parabola dicta ẽ, nõ ut immanifesta maneat aut occulta, tanquã sub modio aut sub lecto, sed vt dignis manifestetur. Lucerna in nobis est intellectualis natura, quæ secundũ proportionem illuminationis aut clare apparet, aut obscure. Si enim meditationes quæ nutriunt lumen, ac recordationes in quibus lucerna talis accenditur negligantur, mox extinguitur. Hierony. Vel lucerna verbum est de tribus seminibus. Modius aut lectus auditus est inobedientium. Candelabrum, apostoli sunt quos illuminauit verbum Dei: vnde sequitur; Non est enim aliquid abscon. Absconditum & occultum, parabola seminis est. In palam vero venit, dum à domino tractatur. Beda. Vel hic dominus discipulos monet lucidos esse secundum vitam & conuersationem: q.d. Sicut lucerna ad lucendum ponitur, sic ad vitam uestram omnes respicient. Itaque studete bo-

Intellectus cõparatur lucernæ

te bonam uitam habere:non in angulis sedeatis, sed lucerna estote. Lucerna.n.non sub lecto, sed supra candelabrũ posita lucet. Quã quidẽ lucernã necesse est ponere supra candelabrũ.i.in altitudinẽ cõuersationis q̃ secundũ Deũ est, vt alijs lucere valeat: nõ sub modio.i.circa gulã, neq; sub lecto.i.ocio. Nemo.n.quiescis studet & requiẽ diligit, põt esse lucerna oĩbus lucens. Theo. Vel quia tẽpus vitæ nostræ sub certa diuinæ prouisionis mensura continetur, rectè modio cõparat. Lectus vero animæ, corpus; est in quo tẽporaliter habitans quiescit. Qui ergo amore vitę temporalis & illecebrarum carnaliũ occultat verbũ Dei, modo uel lecto lucernã operit: Supra cãdelabrum autem ponit lucernam, qui corpus suũ ministerio verbi Dei subijcit. vnde his typicè figuram docet prædicãdi. vnde sequitur. Nõ enim aliquid est abscõditum quod nõ reueletur, neque factum est occultum, quod non in palam veniat, q.d. nolite erubescere Euangeliũ, sed inter tenebras persecutorum lumen uerbi Dei supra corporis uestris cãdelabrum leuare, fixa mente retinentes illum diẽ quo illuminabit Deus abscõdita tenebrarum. tũc enim & vos la⁹, & aduersarios pęna manet æterna. Chry. Vel aliter: Non est aliquid absconditum, quasi dicat. Si vos cũ diligẽtia vitam duxeritis, accusationes lucernã vestram non poterunt obumbrare. Theo. Vnusquisque enim nostrũ seu bonum aliquid seu malũ in præterito fecerit, manifestatur in præsenti, & multo magis in futuro. Quid enim est Deo occultius, sed tñ ipse manifestatus est in carne. Sequitur: Si quis habet aures audendi audiat. Beda. Id est si quis habet sensum intelligẽdi verbũ Dei, non se subtrahat, nõ auditũ ad fabulas cõuertat, sed his quæ veritas dixit accommodet autem scrutãdi, manus implẽdi, linguam prædicandi. Sequitur: Et dicebat illis, Videte quid audiatis. Theo. Vt scilicet nihil eorum quæ uobis à me dicũtur subterfugiatis. In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis, id est quantãlibet mẽsuram intentionis introducetur, tãtam recipietis vtilitatem. Bed. Vel aliter; Si solerter omnia quæ ualetis bona facere ac proximis intimare studueritis, adeerit diuina pietas, quę uobis & in præsenti sensum altiora capiendi, ac potiora gerendi affectum conferãt, & in futuro ęternã retributionem adijciet. Et ideo subdit: Et adijcietur uobis. Hier. Vel aliter, Secundũ mensuram fidei unicuiq; diuiditur intelligentia mysteriorũ, & scientiæ etiã adijcientur uirtutes. sequitur: Qui enim habet, dabitur ei, id est qui fidẽ habet, habebit uirtutẽ, & qui habet opus uerbi, habebit & intelligentiam mysterij. Et qui nõ habet ecõtra: fidẽ, deficit uirtute; & q nõ habet opus uerbi, eius intelligẽtia caret, & qui nõ intelligit, iã auditum perdidit. Chry. Vel aliter: Qui habet, scilicet affectum, & uoluntatem audiendi, & petẽdi, dabitur ei. Qui uero nõ habet diuini auditus desiderium, & quod cõtingit habere scriptæ legis, auferetur ab eo. Beda. Non nunquã enim lector ingeniosus negligendo, se priuat sapiẽtia, quam tardus ingenio, studiosius elaborãdo degustat. Chry. Potest autem ideo dici quod nõ habet, qa ueritatẽ nõ hẽt. dicit ãt qđ habet, pp hoc q̃ mendaciũ habet. putat n. aliquid se habere, qui mendacis intellectus existit.

Et dicebat, Sic est regnũ Dei, quemadmodũ si homo iaciat semen in terram, et dormiat, & exurgat nocte, & diem semẽ germinet, & increscat dũ nescit ille. Vltro.n.terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenũ frumentum in spica. Et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis.*

Chry. Posuit supra parabolam de trib. seminibus diuersimode pditis, & uno saluato; cuius secũdum proportionem fidei, & operationis, tres differentia ostendit; hic uero parabolam ponit solum de saluatis. unde dicit: Et di Sic est re. Dei quẽ &c. Hier. Regnum Dei ecclesia est quæ regitur à Deo, & ipsa regit homines, & cõtrarias uirtutes & uitia calcat. Chry. Vel regnum Dei dicit fidem, q̃ est in ipsum, ac dispensationem humanitatis, quod quidem regnum est sicut si iaciat homo. Ipse enim existens Dp⁹, & Dei filius homo incõmutabiliter factus pro nobis, terram seminauit, id est totum mũdum uerbo diuinæ cognitionis illuminauit. Hier. Semen enim uerbũ uitę est, terra corda humana, & dormitio hoĩs mors est Saluatoris. Exurgit semen

Moralitas pulchra.

Mensura fidei

* Semẽtem.

semē nocte ac die, quia post somnū Christi numerus credentium per aduersa & prospera, magis magisq; germinabat in fide, & creuit in opere. Chry. Vel exurgit ipse Christus qui sedebat expectans per longanimitatem q recipientes semē fructificarent. Surgit autem. i. beneuolētiæ suæ verbo ad fructificationem nos erigens per arma iustitiæ a dextris, quibus significatur dies, & a sinistris, quib. significāt nox persecutionū: per hæc. n. semen germinat nec arescit. Theo. Vel aliter: Christ[us] dormit, i. ascendit in cœlum, ubi licet dormire videatur; surgit tñ nocte cum per tentationes nos erigit in suam cognitionē; diei vero, cum per orationes nostrā disponit salutem. Hie. Quod āt dicit, Dum nescit ille: topica est locutio. i. nescire nos facit, quis fructus vsq; in finem afferat. Chry. Vel dicit: Nescit ille, vt ostendat liberā voluntatem eorum qui verbum suscipiūt: voluntati. n. nostræ cōmittit opus & non totum ipse solus operatur, ne bonū inuoluntariū videatur. vnde subdit; Vltrō. n. terra fructificat, i. non necessitate coacta cōtra propriam voluntatem, sed voluntate adducitur ad fructificādum. Primū herbā. Hie. Idest, timorem. Initium. n. sapientiæ timor domini. Deinde spicam, i. pœnitentiam lachrymosam. Deinde plenum fru. in spi. i. charitatem, plenitudo. n. legis est charitas. Chry. Vel primo herbam fructificat in lege naturæ, paulatim ad profectū crescens. postmodum perducit spicas in manipulum colligendas, & in altari domino offerendas, in lege. s. Moysi, postea plenum fructū in Euangelio; vel quia non solum oportet nos frōdescere per obediētiam, sed esse prudentes, & quasi arūdinis spicas erectos persistere, de ventis agitantibus non curantes. Oportet nos ēt aiam curare per assiduitatem memoriæ, ut tanquā spicas fructū gestemus. i. operationē virtutis cōpletā demonstremus. Theoph. Herbā. n. germinamus cum principiū boni ostendimus; deinde spicam, cū resistere in tentationib. possumus: deinde fructum, cum perfectum quis operatur. Sequitur: Et cum ex se pduxerit fructus statim &c. Hiero. Falx est mors uel iudicium, quod secat omnia, messis est consummatio seculi. Grego. Vel aliter: Semen homo iactat in terram, cum cordi suo bonam intentionem inserit. Dormit āt, qui iam in spe boni operis quiescit. Nocte uero exurgit ac die, quia inter aduersa, & prospera proficit, dum ille nescit qui adhuc metiri incrementa sua non valet, & tñ cōcepta uirtus ad profectum ducitur. Cum igitur desideria bona concipimus, semen in terrā mittimus, cum recte operari incipimus; herba sumus, cum ad perfectum boni operis crescimus, ad spicā peruenimus, cum eiusdē operationis perfectione solidamur, iā plenum frumentum in spica proferimus.

Allegorica expositio. (margin)

Intellectus moralis. (margin)

Et dicebat. Cui assimilabim[us] regnū Dei, aut cui parabolæ cōparabimus illud? Sicut granum sinapis, qđ cum seminatū fuerit in terra, minus est oib. seminib. quæ sunt in terra, & cum natū fuerit, ascendit in arborem, & fit maius oibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub umbra eius aues cœli habitare. Et talib. multis parabolis loquebatur eis uerbum prout poterāt audire. Sine parabola āt nō loquebatur eis. Seorsum autem, discipulis suis disserebat omnia.

Glo. Postquā posuit parabolam de fructificatione seminis Euangelij, hic subiūgit aliam parabolam, ad ostendēdā excellentiam doctrinæ euangelicæ ad oēs alias doctrinas. unde dicitur. Et di. Cui assi. reg. Dei? Theo. Paruis simum quidē est fidei uerbū. Crede in Deum, & saluus eris, sed sparsim super terram prædicatio dilatata est, & augmentata, ita ut cœli uolatilia. i. cōtēplatiui hoīes, & alti intellectu & cognitione sub eo habitent. Quanti. n. sapiētes Gentilium relinquentes sapientiā sub prædicatione euangelij requieuerūt? omnium igitur maior prædicatio facta est. Chry. Et ēt quia quod fuit hominibus in breuibus sermonibus nunciatum, sapientia quæ inter perfectos dicitur, dilatauit super omnes sermones; quia nihil maius est hac ueritate. Theo. Ramos āt magnos fecit, quidam. n. apostolorū in Romā, & quidam in Indiam, & quidam in alias terræ partes sunt diuisi sicut rami. Hie. Vel semen istud minimum est timore, magnum āt in charitate, quæ est maior oibus oleribus: quia Deus charitas est, & oīs caro fœnum. fecit āt ramos misericordiæ & compassionis, cum sub umbra pauperes Christi,

sti, qui sunt cœli aïalia, delectantur habitare. Bed. Homo āt qui seminat, a plerisq; Saluator ipse intelligit, ab alijs āt ipse homo seminans in corde suo. Chrys. Postea vero Marcus breuitate gaudens, ostendēs parabolarum naturā, subiungit: Et talib. multis parabolis &c. Theo. Quoniam.n. turbæ erant indoctæ a comestilib. & consuetis nominib. instruit eas, & pp hoc subdit: Sine parabola &c. Vt.s. mouerētur ad accedēdum & interrogandum. Sequitur: Seor āt disc. suis di. om. s. de quib interrogabant ut ignorantes: nō simpliciter oīa, tam manifesta quā immanifesta. Hiero. Illi.n. digni erant seorsum audire mysteria in penetrali in timore sapientię, qui remoti a cogitationum malarum tumultib. in solitudine virtutum permanebant. Sapiētia enim in tempore ocij percipitur.

Marcus amator breuitatis.

*Et ait illis in illa die, cū sero esset factū; Trāsfretemus contra. Et dimittentes turbam, assumūt eū ita vt erat in naui, et aliæ naues erant cū illo. Et facta est procella magni venti, & fluctus mittebat in naui ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiēs, & excitāt eū, et dicūt illi. Magister, nō ad te pertinet, quia perimus? Et exurgēs cōminatus est vento, & dixit mari Tace, obmutesce. Et cessauit ventus, & facta est trāquillitas magna. Et ait illis: Quid timidi estis? Nec dū habetis fidē? Et timuerunt timore magno, & dicebāt ad alterutrū Quis putas est iste? * quia mare & venti obediunt ei.*

* Quia & ventus & mare.

Hier. Post doctrinam de hinc ad mare veniūt, & fluctibus turbantur. vnde dr: Et ait illis in illa die cum sero esset factū &c. Remig. Tria.n. legitur dñs habuisse refugia, s. nauis, montis, & deserti: quoties a turbis comprimebatur, ad aliquod illorū refugiebat. Cū ergo uidit dñs turbas multas circa se, et ōni importunitatem, quasi Homo, uolens declinare, iussit Discipulos suos transfretare. Sequitur; Et dimitti turbam &c. Chry. Discipulos quidam assumpsit dñs, ut uisores fierent futuri miraculi, sed solum ipsos assumit, ne alij cognoscerēt ipsos esse tam modicę fidei. vnde ad ostendendum q separatim alij transfretabant. subiungit Et aliæ na. er. cum illo. Ne āt superbirēt Discipuli q eos solos assumpserat, periclitari eos permittit. Et ut etiā per hoc discerent tentationes uiriliter sustinere. unde sequitur; Et fa. est pro mā. vt āt futuri miraculi maiorem eis imprimat sensum, dat tempus timori dormiēdo. vnde sequitur; Et erat ip. in pup. su. cer. do. Si.n. vigilasset, aut non timuissent neque rogassent tempestate orta, aut eū aliquid tale facere non potuissent. Theo. Dimisit, ergo eos incidere in timorē periclitationis, ut eius uirtutem in seipsis cognoscerent, qui alios ab eo beneficiatos uidebāt. Dormiebat āt super cer. nauis ligneum siquidem. Chry. Ostendens suam humilitatem, & ex hoc multam sapiētiam docēs. Nondū autē Discipuli qui circa eū existebat eius gloriam cognoscebant, & quidē q surgens poterat ventis imperare, credebant; sed q quiescēs seu dormiens, nequaquam. Et ideo sequitur; Et excitant eū, & dicunt illi; Magister, non ad te pertinet, quia perimus? Theo. Ipse autem exurgēs, comminatur primo quidē vento qui maris tempestatem, fluctus faciebat, & hoc est quod subditur; Et exurgens commi. est uento, deinde vero præcepit mari, vnde sequitur. Et dixit mari, Tace, obmutesce. Glo. Ex commotione.n. maris quidam sonitus consurgit, qui vr̄ esse quędam maris locutio periculum comminantis, & ideo cōuenienter sub quadam metaphora trāquillitatem imperat taciturnitatis vocabulo; sicut & in cohibitione ventorum, qui suā violentia mare cōturbant, cōminationem non nominauit. Solent.n potestatem habentes eos qui uiolentia pacem hoīum cōturbant, cōminatione pœnarū refrenare. Per hoc ergo datur intelligi, q sicut rex aliquis pōt cōminatione violentos comprimere, & suis edictis murmur subiecti populi mitigare, ita Christus rex uniuersæ creaturæ existens, sua cōminatione uentorum cohibuit violentiam, & mari taciturnitatē induxit. Et statim est effectus secutus; sequitur.n. Et cess. ven. cui s. fuerat comminatus; Et facta est tranquillitas magna, s. in mari, cui taciturnitatem indixerat Theoph. Comminatus est etiam & Discipulis tanquam fidem non habentibus. sequitur enim; Et ait il. Quid timidi estis? nec dum habetis fidem? Si enim habuissent fidem, credidissent quod etiam dormiens seruare eos potuisset

Tria domini refugia.

Expō literalis.

tuisset

re eos potuisset incolumes. Sequitur: Et timuerunt timore magno, & dixerunt ad alterutrum. Quis putas &c. Etenim dubie habebant se erga eum. Inquantum n. iussu mare placauit, nō baculo ut Moyses, nō precibus ut Elisæus Iordanē, neq; archa ut Iesus Naue, secūdū hoc uere Deus eis uidebat, secundū verò quòd dormiebat, homo. Hier. Mysticè n. uero puppis ecclesiæ est initiū, in qua dñs corporaliter dormit, q̃ nunquā dormit q̄ custodit Israel. puppis n. mortuis pellib⁹ uiuos cōtinet, & fluctus arcet, & ligno solidat. i. cruce & morte dñi ecclesia saluat. Ceruical corpus dñi est cui diuinitas sicut caput inclinata est. Vētus aūt & mare, dæmones & psecutores sunt, quibus dicit: Tace, qñ cōpescit edicta regū iniquorū ut voluerit. Trāquilitas magna, est pax ecclesiæ post pressurā, siue theorica post uitā actiuā. Beda. Vel nauicula quā ascēdit, passionis arbor intelligitur, per quā fideles ad securitatē securi littoris pueniunt. Aliæ naues q̄ fuisse dicūtur cū dño, illos significāt qui

Allegorica expositio.

fide dominicæ crucis imbuti sunt, nō tū turbine tribulationum pulsati. Vel post tētationū procellas serenitate pacis vtūtur. Discipulis āt nauigātibus Christus obdormiuit, quia fidelibus futuri regni quietē meditantibus tps dominicæ passionis aduenit. Vñ hoc sero factū fuisse perhibetur, vt veri solis occubitū, nō sola dñi dormitio, sed ipsa discedētis lucis hora significet. Ascēdente āt illo in puppim crucis, fluctus blasphemātiū persecutorū assurgūt, dæmoniacis excitati procellis, quibus tñ nō ipsius patientia turbatur, sed discipulorum imbecillitas cōcutitur. Excitāt autem discipuli dominum, quia cuius mortē viderāt, maximis uotis resurrectionē quærebāt. Vero exurgens cōminatus est, q̃a resurrectione celebrata diaboli superbiā strauit. Mare silere præcepit, quia Iudæorum rabiem resurgēdo deiecit. Discipuli autē arguuntur, quia post resurrectionē exprobauit eis incredulitatē eorum, & nos quoq; cum signo dominicæ crucis imbuti seculum relinquere disponimus, nauē cum Iesu cōscēdimus, mare transire conamur, sed nobis nauigātibus inter æquoris fremitus obdormit, qñ inter medicos uirtutū usus, uel immundorū spiritū, uel hominum prauorum, uel ipsarum nostrarū cogitationum impetus amoris flamma refrigescit. Verum inter huiusmodi procellas illum sedulo excitemus, mox tempestatem compescet, refundet tranquillitatem, portum salutis indulgebit.

CAPVT V.

ET venerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorū. Et exeunti ei de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis. Et neque cathenis iam quisquam poterat eum ligare, quoniam sæpe compedibus & cathenis vinctus disrupisset cathenas, & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare, & semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans & concidens se lapidibus. Videns autem Iesum à longe, cucurrit, & adorauit eum, & clamās voce magna dixit. Quid mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per Deū ne me torqueas. Dicebat n. illi, exi spiritus immunde ab homine isto. Et interrogabat eum. Quid tibi nomen est? & dicit ei, Legio mihi nomen est quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus, pascens in agris. Et deprecabantur eum spiritus, dicētes. Mitte nos in porcos ut in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo millia, & suffocati sunt in mari. Qui autem pascebant eos fugerunt. & nunciauerunt in ciuitatē & in agros. Et egressi sunt videre quid esset factum; & veniunt ad Iesum, & vident illū qui à dæmonio vexabatur sedentē, vestitū, & sanæ mentis, & timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant qualiter factum esset ei qui dæmoniū habuerat, & de porcis. Et rogare cœperūt eum, ut discederet de finibus eorū. Cumque ascēderet nauim, cœpit illū deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, ut esset cū illo, & nō admisit eū, sed ait illi. Vade in domū tuā ad tuos, & annuntia illis quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abijt & cœpit prædicare in Decapoli quātā sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur. Vt iii. Theo. Quia qui in nauicula erant cog-

querebant adinuicem; Quisputas est iste? inimicorū testimonio cōfirmat quis esset. Accessit.n. dæmoniacus cōfitēs ipsum esse filiū Dei, ad qđ narrandū Euāgelista accedens di. Et ve. transire. ma. in regi. Gerazenorū. Bed. Geraza est vrbs insignis Arabiæ trans Iordanē iuxta Montē Galaad, quā tenuit tribus Manassē, non lōge à stagno Tyberiadis, in qđ porci pcipitati sūt. Chry. Sed tñ neq; Gerazenorū neq; Gerasinorū exquisita scriptura continet, sed Gersinorū. Geraza.n. ciuitas est Iudææ, & nequaquā in ea est mare. Gerasa uero Arabiæ ciuitas est, neq; mare neq; stagnū pximū habēs. Et ne tā euidens mendacium Euāgelistę dixisse videant, viri tā diligēter scientes q̄ circa Iudæā erāt. Gergese qdā; à qua Gergesei, antiquā ciuitas fuit, nunc Tyberias nūcupata, circa quā pcipuū est circum positū stagnū. Sequit: Et exe. ei de na sta. oc. de mo. homo. Aug. de cō. euan. Cū Matthæus dicat duos fuisse, Marcus & Lucas vnū cōmemorant, vt intelligas vnū eorū fuisse psonæ alicuius clarioris, quē regio illa maxime dolebat. Chry. Videt ꝙ Marcus & Lucas illud qđ erat miserabilius narrauerūt, & pp hoc diffusius qđ illi cōtigerat enarrāt. Sequit enim; Et neq; cathe. ia quisquā eū po. ligare. Dixerūt ergo simpliciter dęmoniacū, numerū nō quærendo, vel ut virtutē maiorē ostenderent operātis. Nā qui vnū talē curauerat, nō erat ei impossibile multos alios curare, nec tñ hic dissonātia demonstrāt. Non.n. dixerūt ꝙ vnus solus erat, qđ si dixissent, Matthæo cōtradicere uiderent. Habitabāt āt in monumentis dęmones, erroneū dogma multis volentes immittere, ꝙ decedētiū animæ in dęmones conuertebātur. Greg. Nil le. Parauerat autem se cœtus dæmonum ad resistendum diuinæ potestati. Cū autem appropinquaret qui potestatē habet super oia, exclamant eminētem eius virtutem. vnde sequitur: Vidēs autem Iesu m à lō. cucur. & ado. eū, et cla. uo. mag. & di. ei, qd mi. & ti. Iesu fi. Dei. al. Chry. Vide dæmonē duplici passione diuisum, audacia & timore, reluctat & orat, quasi q̄stionē aliquā intentans uult scire qđ sibi & Iesu cōe. q. d. qua de causa eijcis me ab hominibus, cū sint mei? Beda. Quæ āt impietas est Iudæorū cū dicere in principe dæmoniorū eiecisse dæmonia, quē & ipsa dæmonia fatent nihil secū habere cōe; Cyril. Deinde orans subiungit. Adiuro te p Deū ne me tor. emissionē.n. reputabat tormentū, uel ēt inuisibiliter torquebat. Chry. Quāuis.n. mali sint dæmones, sciūt tñ ꝙ ipsos pp pctā expectat vltimo aliqua pœna; qa uero nondū ei tps ultimæ pœnæ aduenerat firmissime cognoscebāt; maxime cū pmissum esset eis, hominibus cōmisceri. Sed qa Christus cōprehēderat eos tāta mala perpetrare, putabant ꝙ pp factorū excessum ultimum punitionis tēpus minime expectarēt, propter hoc supplicant ne torqueantur. Beda. Magnum.n. tormentū est dæmoni à læsione hois cessare, & tanto dimittit grauius, quanto possidet durius. Sequit.n. Dice.n. illi: Exi spiritus im. ab ho. isto. Cyri. Attendas inexpugnabilem virtutem Christi, cōquassat satanam, cui uerba Christi sunt ignis & flamma, secūdū qđ psalmista dicit. Liquæfacti sunt mōtes à facie Dei. i. sublimes & supbæ uirtutes. Sequitur: Et inter eum quod tibi nomen est? Theo. Interrogat quidem dñs non ut ipse sciret, sed ut cæteri sciant multitudinem habitātiū dæmonū. Chry. Ne si ipse diceret ꝙ multi sunt, incredibile fieret; uult ergo ꝙ ipsi cōfiteant ꝙ multi erant. unde sequitur: Et di. ei; legio mi. no. est; quia mul. sumus. Nō dicit determinatum numerū, sed multitudinem; nō.n. pdest ad sētētiā exquisitio numeri. Beda. Cōfessa āt publicè peste quā furens tolerabat, uirtus curantis gratior apparet. Sed & nostri temporis sacerdotes, q per exorcismi gratiā eijcere norunt, solent dicere patiētis nō aliter ualere curari, nisi quantum sapere possunt; omne quod ab immūdis spiritibus uisu, auditu, gustu, tactu, uel alio quolibet corporis, aut ai sensu uigilātes, dormiētes vo, pertulerint, confitendo patēter exponant. Sequitur: Et depreca. eū mul. ne se expel. extra regionē. Chry. Lucas autē dicit in abyssum. Abyssus.n. est separatio huius mundi; promerentur enim dæmones mitti ad tenebras exteriores, diabolo, & suis angelis præparatas. Hoc autem Christus facere poterat; pmisit tamen eos in hac terra esse, ne absentia

tepta-

Margin notes: Expositio literalis — Consensus Euāgelicus. — Dissonat à cōmuni theologiæ.

tētatoris. homines corona victoriæ priuaret. Theo. Et ut nobiscum pugnantes nos peritiores constituant. Sequitur.n. Erat autē ibi cir.mō.grex por.mag. pascēs. Aug. de con.euan. Quod hic dicit Marcus circa mōtes fuisse gregem, Lucas autem in mōte, nihil repugnat. Grex enim porcorū tā magnus fuit vt aliquid eius esset in mōte, & aliquid circa montem. Sequitur: Et depræca.eū spi.di. Mitte nos in por. vt in eos introeamus. Remi. super Mat. Idcirco aūt intrauerunt in porcos non sponte, sed petierunt vt eis concederetur: vt demonstraretur quia nō possunt nocere hominibus, nisi permissione diuina. Ideo autē nō petierunt mitti in homines, quia illum cuius virtute torquebātur, humanam speciē gestare videbant: nec petierunt ut in pecora mitterentur, quia velut mūda animalia in templo Dei offerebantur. Petierunt vt in porcos mitterentur, quia nullū animal est immūdius porco, & dęmones semp in spurcitijs delectantur. Sequitur. Et concessit, eis statim Iesus. Bed. Ideo quidē permisit, vt per interfectionē porcorū, hominibus salutis occasio præbeat̃. Chry. Volens furiā quā cōtra hoīes habēt dæmones omnibus demōstrare, & ꝙ multo peiora vellent hoībus infligere si possent virtute nō impediti diuina. & quia in hominib⁹ hāc ostensionē fieri eius pietas nō ferebat, ipsos in porcos intrare ꝑmisit, vt in illis virtus & furor dæmonū uideat̃. Sequitur: Et exe. spiritus immūdi. Titus. Fugā aūt arripuerunt pastores ne cū porcis perirent, & huiusmodi terrorē ciuibus intulerunt. vñ sequitur. Qui āt pasce. eos. Illos āt ad Saluatorē adduxit dāni necessitas: frequēter .n. cū Deus homines damnat in rebus possessis, confert beneficiū animabus. vñ sequitur. Et re.ad Ie.& vi. illū qui à dæ.vexa. se.s. iuxta pedes à quibus nactus erat salutē, quē antea nec catenæ compescere poterāt, vestitū, & sanæ mētis, qui continuo nudus erat, & obstupuerūt. uñ sequitur: Et ti. hoc igitur miraculū partim visu, partim verbis cōperiunt. vñ sequitur. Et nar. illi qui uide. Theo. Stupētes āt propter miraculum quod audierant timuerunt, & propter hoc deprecātur ipsum ut ab eorum recedat finibus, & hoc est quod subditur, Et rogare eum cœpe ut disce.à fini.eorū. timebant.n.ne aliquādo tale aliquid paterentur. Contristari.n. de porcorum perditione præsentiam renuunt saluatoris. Bed. Vel conscij fragilitatis propriæ, præsentia domini se indicabāt indignos. Sequitur, Cumq; ascen.na.ce. illum depre. quia dæmo. uexa. fue. ut es. cū illo. Theo. Timebat enim ne aliquando inueniētes eum dæmones reintrarent in eum, dominus uero remittit eum in domū suā, innuens ei, ꝙ quamuis ipse præsens non esset, tamen sua uirtus ipsum custodiret, simul ēt ut curatus alijs prosit. uñ sequitur. Et non admi. eum, sed ait illi, uade in do. tuam ad tu. & nuncia illi. quan. ti. dominus fe. & mi. sit tui. Vide Saluatoris humilitatem, non dixit denūcia omnia quę feci tibi, sed oīa q̄ fecit tibi dominus, sic & tu cū aliq̄d boni feceris, non tibi, sed Deo attribuas. Chry. Licet aūt alijs sanatis ꝑceperit nemini dicere, conuenienter tū huic præcepit & annunciet, quoniā oīs illa regio dæmonibus detēta sine Deo manebat. Theo. Ipse igitur cœpit ꝑdicare & oēs mirātur, & hoc est qđ sequit̃. Et cœp. ꝑdicare. Bed. Mysticè autem Gerasa siue Gergese, ut quidā legūt, colonū eijciēs siue aduenæ appropinquās interpretat̃, q̄ a Gentiū populus et hostē de corde repulit, & quā erat longe, factus est prope. Remi. Hic āt dæmoniacus, desperatissimus Gentiū populus est, nec lege naturæ, nec Dei, nec humano timore alligatus. Beda. Qui in monumētis habitabat, quia in mortuis operibus, hoc est in peccatis delectabitur, semp nocte ac die furebat quia in ꝓsperis & aduersis à seruitio malignorū spirituū nō cessabat. sed ꝑ operū fęditatē quasi in monumētis iacebat, ꝑ factū superbiæ in mōtibus errabat, ꝑ uerba durissimæ infidelitatis quasi lapidibus se cōcidebat. Dic āt, Legio mihi nomē est quia popolus Gētiū diuersis idolatriæ cultibus erat mācipatus. Quod āt exeūtes spiritus immundi ab hoīe intrāt porcos quos in mare ꝑcipitāt, significat ꝙ liberato populo Gentiū à dominatione dæmonum, qui Christo credere noluerūt, in abditis agunt sacrilegos ritus. Theo. Vel ꝑ hoc significat̃ ꝙ dæmones intrāt in hoīes ad modū porcorū uiuentes,

Honor personæ Christi.

Allegorica pulchra.

 uentes,

uiuétes & volutabro voluptatū se inuoluētes, pcipitant eos pcipitio in mare vitæ istius & suffocantur. Hier. Vel suffocātur in inferno sine respectu misericordiæ per impetum maturę mortis, a quib. fugiunt multi: quia flagellato stulto, sapiēs prudētior fit. Beda. Quòd aūt dñs volentē esse cū illo nō admisit, significat ꝙ quisq; intelligat post remissionē peccatorū ingrediendū sibi esse in cōnscientiā bonā, & seruiēdū Euāgelio pp aliorū salutē, vt deinde cū Christo requiescat. Gre. 7. mor. Cū.n. quātumlibet parū de diuina cognitione pcepimus, redire iam ad humana nolumus quietem contemplationis quærentes, sed dominus præcipit vt mēs prius exudet in opere, & postmodum refici debeat per cōtemplationem. Hie. Homo autem sanat[9] prædicabat in Decapoli, dum à Romano nunc regno Iudæi conuertuntur, qui in litera tantum pendent decalogi.

Et cū ascendisset Iesus innaui, rursus transfretum cōuenit turba multa ad eum et erat circa mare. Et uenit q dā de archisynagogi nomine Iairus, et uidēs eum pcidit ad pedes eius, et deprecabaī eum multum, dicēs, qm̄ filia mea in extremis est, ueni, impone manum tuā sup eā, ut salua sit et uiuat. Et abijt, cum illo, et sequebaī eum turba multa, & cōprimebat eum. Et mulier q̃ erat in profluuio sanguinis, an. 12. & fuerat multa perpessa a cōplurib. medicis, et erogauerat oīa sua, nec quicquā profecerat, sed magis deterius habebat, cum audisset de Iesu, uenit in turba retro, et tetigit uestimētum eius. Dicebat n. qa si uel uestimētum eius tetigero, salua ero et cōfestim siccatus est fon. sanguinis eius, et sēsit corpore q. sanata esset a plaga, & statim Iesus cognoscens in semetipso uirtutē q̃ exierat de illo cōuersus ad turbā aiebat: Quis tetigit uestimēta mea? et dicebāt ei discipuli sui, Vides turbā cōprimentē te, & dicis, Quis me tetigit? & circumspiciebat uidere eā q̃ hoc fecerat. Mulier uero timēs et tremens, sciens quod factum esset in se, uenit: & pcidit ante eum, & dixit ei oēm ueritatē: Iesus autem dixit ei; Filia, fides tua te saluā fecit; uade in pace, & esto sana a plaga tua.

Theo. Post miraculū dęmoniaci, aliud miraculū dñs operatur, filia s. archisynagogi resuscitans, ad cuius miraculi narrationē euā. accedēs dicit: Et cū ascen. Ie. in na. rur. trāsfretū. Aug. de con. euā. Intelligendū est āt ꝙ de archisynagogi filia subditur factū esse cū transcendisset Iesus in naui rursus trāsfretū, sed quātū post nō apparet: nisi.n. fuisse interuallū, non esset qn̄ fieret quod narrat Matth. de cōuiuio domus suæ, post qđ factū nihil aliud cōtinuo sequiī quā illud de archisynagogi filia: sic .n. ipse contexit, ut ipse transitus aperte indicet, hoc consequēter narrari quod cōsequenter est factū, sequiī ue. q dā de archisy. nomine Iairus. Chry. Nomē posuit, ppter Iudæos, qui tunc erant, ut nomen miraculi fieret ostēsiuū. Sequitur. Et ui. eū p ci. ad pe. eius, & depre. eū mul. di. Qm̄ filia mea in extremis est. Et quidē Matt. narrat archisynagogū puellā mortuam nūtiasse. Marcus uero grauiter infirmatā, sed postmodū archisynagogo cū quo dñs ire debebat nuntiatū fuisse puellā mortuam esse. Mat. ergo eādē rem similiter significat ꝙ .s. mortuā suscitauerit, breuitatis causa eā dicēs obiisse, quam cōstat mortuā suscitatam fuisse. Aug. de con. euan. Attendit.n. nō uerbo patris de filia, sed quod est potissimū, uolūtatē: ita.n. desperauerat, ut potius eā uellet reuiuiscere, nō credens uiuā posse inueniri quā morientē reliquerat. Theo. Fuit aūt hic vir ex parte fidelis, inquantum cecidit ad pedes Iesu, inquātū vero deprecatur ut ueniat, nō quātā oportebat habere fidē ostēdit. Oportebat.n. dicere: Dic uerbo, & sanabitur filia mea. Sequitur: Et abijt cū illos &c. Chry. Mulier illa famosa & nota oībus, pp hoc ad Saluatorē i manifesto accedere nō audebat, neq; ante eum venire, quia secūdum legē immunda erat, propter hoc retro tetigit & nō ante, quia nec hoc facere audebat, sed uestimentorū fimbria .n. non antē fimbriā, sed eius cogitatio eā saluā fecit. Sequitur: Dicebat.n. quia si uel uestimēta ei[9] tetigero, salua ero. Theo. Fidelissima quidē est hæc mulier quæ à fimbrijs curationē sperauit, propter quod consequitur sanitatē. unde seqtur. Et cōfestim sic. est fons. &c. Chry. His autem qui fide tāgūt Christum, uirtutes eius cum sua uolūtate donantur. uñ sequitur. Et statim Ie. cog. in semetipso uir. q exi. de eo, cōuer. ad tur. di. Quis teti. uesti. meum? Virtutes q.dem Saluatoris exeunt ab eo nō localiter, aut

Veræ fidei signum.

corpo-

Virtutes Christi quomodo exeunt.

corporaliter, ipsū modo aliquo relinquētes, incorporales.n. cū sint ad alios exeūt alijsq; donantur, neq; tñ extra eum sunt à quo exire dicunt̄, sicut sciētiæ, q̄ à doctore discētibus tribuunt̄. Dicit ergo: Cognoscēs in semetipso vir. q̄ exi. de eo, vt intelligēs ꝙ eo sciēte nō ignorāte mulier salutē recepit. Interrogabat vero q̄s me tetigit: licet sciret tāgentē; ut mulierē uenientē manifestet, & eius publicet fidē, & ne uirtus miraculosi operis obliuioni tradat̄. Sequitur. Et dice. ei disc. sui, uides tur. cōpr. te. & di. q̄s me tetigit. Quęsierat āt dñs quis me tetigit. i. cogitatione & fide, nō .n. cōprimentes turbæ me tāgunt, q̄a non cogitatu & fide accedunt. Sequit̄, Et circū spi. ui. eā quæ hoc fecerat. Theo. Volebat .n. dñs muliere manifestare primo quidē ut fidē approbet mulieris, deinde ut archisynagogū ad confidentiā ꝓuocaret, quia sic eius filia curaret̄, simulq; ut mulierē soluere à timore. Etenim timebat mulier, quia furtiua fuerat sanitatē, pp quod seq̄tur: Mulier āt tremēs &c. Beda. Ecce quo tenebat interrogatio, ut. s. mulier cōfiteatur ueritatē diuturnæ infidelitatis, subitæ credulitatis & sanationis, & ita ipsa cōfirmat̄ in fide, & alijs præbet exemplū. Seq̄tur: Ille āt dixit ei, filia, fi. tua te sal. fecit, uade in pac. & esto sa. à pla. tua. Nō dixit, fides tua te sal. factura est, sed te saluā fecit. q. d. in eo ꝙ credidisti iā salua facta es. Chry. Filiam uero uocat saluatā fidei ratione, fides .n. Christi Dei filiationē præstat. Theo. Dicit autem ei, uade in pace, .i. in requie. q. d. uade, requiesce, quia huc usq; fuisti ī angustijs & cruciatibus. Chry. Vel dicit, uade in pace, mittens eam in finem bonorum, in pace .n. Deus habitat, ut cognoscat ꝙ non solū corpore curata est, sed ēt à causis corporalis passionis. i. peccatis mutata. Hier. Mysticè aūt post prędicta uenit Iairus archisynagogus, quia cū intrauerit plenitudo gentium, tūc omnis Israel saluus fiet. Iairus siue illuminans siue illuminatus interpretat̄. i Iudaicus populus umbra literæ deposita, spiritu illustratus & illuminans, procidens ad pedes uerbi. i. ad incarnationē Iesu se humiliās, rogat pro filia, quia qui sibi uiuit, alios uiuere facit. Abrahā ēt & Moyses & Samuel rogāt pro plebe mortua, & sequit̄ Iesus p̄ces eorū. Beda. Ad puellā āt sanandum pergens dñs à turba cōprimit, quia genti Iudæę salutaria monita præbens, noxia carnaliū populorū est cōsuetudine grauatus: Mulier āt sanguine fluens, sed à dño curata ecclesia est congregata de gētibus: fluxus .n. sanguinis & sup idololatriæ pollutione, & sup his q̄ carnis & sanguinis delectatione, gerūtur, potest recte intelligi. Sed dum uerbum Dei Iudæam saluare decerneret, plebs gentium paratam promissamque alijs præripuit spe certa salutem. Theo. Vel per mulierem quæ emorroissa erat, intelligas humanam naturā; profluebat .n. peccatum quod aīam occidēs quasi sanguinem fudit animarū nostrarū. Hæc à pluribus medicorum, sapientiū dico huius mūdi & legis & prophetarum, curari non valuit, mox ut fimbriam Christi tetigit. i. carnem eius, sanata est, qui .n. credit filium Dei incarnatū, hic est qui uestimentorū fimbriam tāgit. Beda. Vnde una credula mulier dominum tangit, turba comprimit, quia qui diuersis hæresibus siue peruersis moribus grauatur, solo ecclesiæ catholicę corde fideliter ueneratur. Venit autem ecclesia gētium retro; quia pręsentem in carne dominum non uidens, peractis iam sacramentis incarnationis illius ad fidei eius gratiam peruenit, sicq; dum participatione sacramentorum eius salua ri à peccatis meruit, quasi tactu uestimentorum eius fontem sui sanguinis siccauit. Circūspiciebat āt dominus uidere eā quę hoc fecerat, qui oēs qui saluari merentur suo dignos ītuitu ac miseratione iudicat.

Allegorica expositio.

Adhuc eo loquente ueniunt nuntij ad archisynagogum, dicentes, quia filia tua mortua est, quid vltra vexas magistrum? Iesus autem audito verbo quod dicebāt, ait archisynagogo, Noli timere, tantummodo crede. Et non admisit quē quam se sequi, nisi Petrum & Iacobum & Ioānem fratrem Iacobi. Et ueniunt in domum archisynagogi, & vidit tumultum, & flentes, & eiulantes multum. Et ingressus ait illis, Quid turbamini & ploratis. Puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse vero eiectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacens. Et tenens manum puellæ, ait illi. Tabithacu-

bithacumi, quod est interpretatum puella tibi dico surge, & confestim surrexit puella, & ambulabat. Erat autem annorum xij. & obstupuerunt stupore magno: Et precepit illis vehementer vt nemo id sciret, & iussit illi dari manducare.

Theoph. Hi qui circa archisynagogũ erant, Christũ vnũ ex prophetis esse credebant, & pp hoc eũ deprecandũ putabant, vt veniens super puellã oraret, qa vero iã expirauerat puella putabant non esse præcãdũ, & ideo dr̃. Adhuc eo loquẽte veniũt ad archisynagogũ dicentes, quia filia tua mortua est, q̃d vltra vexas magistrũ? Sed ipse dñs ad confidendũ patrẽ inducit. Sequitur. n. Iesus ãt verbo quod dicebatur audito, ait archisynagogo: No. ti. tantummodo crede. Aug. de con. euan. Non legitur, ꝙ suis nuntiantibus, & prohibẽtibus ne iam magister veniret, ille consenserit, ac per hoc ꝙ dñs dixit ei. Noli time. crede, non diffidentem reprehendit, sed credentem robustius confirmauit. Si autem euangelista archisynagogum commemorasset dixisse: quod sui ad domo veniẽtes dixerunt, ꝙ iam non vexaretur Iesus, repugnarent eius cogitationis verba quæ posuit Matthæus eum dixisse, ꝙ. s. puella mortua esset sequitur; Et nõ admisit quẽquã sequi se nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi. Theoph. Non. n. humilis Christus ad ostentationem uoluit aliquid operari. Sequitur; Et veniunt in domum archisynagogi, & vidẽt tumultum, & flentes, & eiulantes multũ. Chry. Ipse autem iubet non vlulare, tanquam puella non sit mortua, sed dormiens. vnde sequit; Et ingres. ait; quid tur. &c. Hie. Archisynagogo dr̃, filia tua mor. ẽ, Iesus ãt dixit. Nõ est mor. sed dor. vtrunq; verũ est, q. d. mortua est vobis, mihi dormit. Beda. Hominibus. n. mortua erat, qui suscitare nequiuerant; Deo dormiebat, in cuius dispositione, & anima viuebat, & caro resuscitãda quiescebat. vñ mos apud Christianos obtinuit vt mortui qui resurrecturi nõ dubitãtur, dormientes vocentur. Sequitur: Et irrid. eum; Theoph. Derident autem eum, tanquã vlterius nõ posset aliquid facere; sed ipsemet contra seipsos attestantes disputat, tanquã vere mortuam suscitauerit, & ideo miraculosum erit si suscitauerit eã. Beda. Quia ergo verbũ resuscitantis irridere quàm credere malebãt, merito foras excludunt, vt pote indigni q. potentiã resuscitantis ac resurgẽtis mysteriũ viderent. vñ sequitur. Ipse vero eie. oĩbus &c. Chry. Vel vt ostentationẽ auferret, pp hoc non oẽs secũ esse sinit: vt vero testes post modũ haberet diuinæ virtutis, tres p̃cipuos ex Discipulis elegit, & matrẽ puellæ, tanquã p̃ oĩbus magis necessarios, manu vero, & verbo puellã viuificat; vñ sequitur. Et te. ma. puellæ ait illi: Tabithacumi, quod est interpretatum, Puella tibi dico, surge. Manus. n. Iesu viuificatiua existens, mortuum corpus viuificat, vox ãt iacentem excitat. vñ sequitur; Et confestim surrexit pu. & ambulauit. Hiero. de optimo gñe interpre. Arguat aliquis Euãgelistam mendacij, quare exponendo addiderit, tibi dico, cum in Hebraico tabithacumi, tantum significet, puella surge. sed vt sensum vocantis, & imperantis exprimeret, addit tibi dico, surge. Sequitur: Erat ãt an. 12. Glo. Hoc Euangelista addidit ad ostendendũ puellã huius ætatis esse: ꝙ poterat ambulare. In ambulatione eius nõ solũ suscitata, sed ẽt perfectè sanata ostenditur. Sequitur: Et obstupuerũt &c. Chry. Ad demonstrandũ ꝙ eã vere suscitauerit, & nõ secundũ phãtasiã. Beda. Mysticè ãt saluata à profluuio sanguinis muliere; mox filia archisynagogi mortua nunciatur, quia dum ecclesia Gentiũ à vitiorũ labe mundata, & ob fidei meritũ filia est cognominata, cõtinuo synagoga pfidiæ simul, & inuidiæ zelo soluta est perfidiæ quidem, quia in Christo credere noluit: inuidiæ vero quia ecclesiã credere doluit, & q̃d aiebant nuntij archisynagogo quid vltra vexas magistrũ? per eos hodie dr̃ qui à Deo destitutũ synagogæ statũ vident, vt restaurari posse non credant, ideoq; pro resuscitatione illius supplicandũ nõ esse æstimant. Sed si archisynagogus, id est cœtus doctorum legis credere voluerit, & subiecta ei synagoga salua erit qa vero synagoga lętitiã dñicę inhabitationis merito ĩfidelitatis amisit, quasi inter flẽtes, & eiulantes mortua iacet. Tenẽs ãt puellæ manum dñs eam suscitauit, quia nisi prius mundatæ fuerint

Cõsensus euãgelicus.

Expositio literalis.

Allegorica expositio.

mânus Iudæorũ, q́ sanguine plenæ sunt, synagoga mortua nó resurget. In sanatione auté hæmorroissæ mulieris & suscitatione puellæ, salus ostenditur generis humani, quæ à domino ita dispensata est, vt primo aliqui ex Israel ad fidem venirent, deinde plenitudo gentium intraret, ac si omnis Israel saluus fieret. Annorum autem 12 erat puella, & annis 12. mulier erat passa, quia peccata non credẽtium apparuerunt in initio fidei credentium. vnde dicitur: Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiã Greg. 4. mora. Moraliter vero redemptor noster puellã in domo, iuuenem uero extra portam, in sepulchro auté Lazarum suscitat; adhuc quidé in domo mortuus iacet, qui latet, in peccato; iam extra portã educitur, cuius iniquitas usque ad uecordiã publicæ perpetrationis aperit; sepulturæ uero aggere premitur, qui perpetratione nequitiæ etiam usu consuetudinis pressus grauatur. Beda. Et notandum quod leuiores & quotidiani erratus, leuioris pœnitentiæ, possunt remedio curari, unde iacenté in conclaui dominus facillima uoce puellã resuscitat, dicens: Puella surge, ut uero quatriduanus mortuus sepulchri claustra euadere posset, fremuit spiritu, turbauit seipsum, lachrymas fudit. Quanto igitur grauior animæ mors, tanto acrior necesse est, vt pœnitétis feruor insistat. Sed & hoc notãdum, quia puplica noxa publico eget remedio. vnde Lazarus de monumento uocatus populis innotuit. Leuia auté peccata, secreta quærunt pœnitentia deleri, unde puella in domo iacẽs paucis arbitris exurgit; eisdem ut nemini manifestét præcipitur: Turba etiã foris eijcitur ut puella suscitetur, quia si non prius à secretioribus cordis expellitur secularium multitudo curarum, anima quæ intrinsecus iacet mortua, non resurgit. Bene auté surrexit & ambulat, quia anima à peccatis resuscitata, non solum à sordibus scelerum exurgere, sed & bonis proficere debet operibus, & mox necesse est vt cœlesti pane satietur, diuini scilicet uerbi & altaris particeps effecta.

Expositio moralis.

CAPVT VI.

Et egressus inde, abijt in patriam suam, & sequebantur eum discipuli sui. Et facto sabbato cœpit in synagoga docere, & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes: unde huic hæc omnia. Et quæ sapientia quæ data est illi, & virtutes tales q̃ per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber filius Mariæ frater Iacobi et Ioseph et Iudæ & Simonis? Nõne & sorores eius hic nobiscũ sunt? Et scandalizabãtur in illo. Et dicebat illis Iesus, quia non est propheta sine honore, nisi patria sua, et in domo sua, et in cognatione sua. Et nõ poterat ibi uirtutẽ ullã facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, et mirabaẽ pp incredulitatẽ eorũ.

Theo. Post pmissa miracula dominus in patriam suam reuertitur, non ignorans quoniam spernerent eum, sed ut occasioné non haberent ulterius dicendi, quia si uenisses credidissemus tibi. vnde dicitur: Et egressus &c. Beda. Patriam eius Nazareth dicit; in qua erat nutritus. Sed quãta Nazareorum cœcitas, qui eũ quem uerbis factisq; illius Christum cognoscere poterant, ob solam gentis notitiam contemnunt? Sequitẽ: Et facto sabbato &c. Sapientiam ad doctrinam, virtutes referũt ad sanitates, & miracula quæ faciebat. Sequitur: Nõne hic est faber filius Mariæ Aug. de con. euan. Matthæus quidé fabri filiũ eum dictũ esset dicit, nec mirandum est cum vtrũq; dici potuerit eo.n fabrum credebant, quo & fabri filium. Hie. Filius q̃dé fabri Iesus vocatur, sed fabri qui fabricatus est auroram & solem.i. ecclesiã primam & sequentem, in quarum figura mulier & puella sanatur. Beda. Nam etsi humana non sint comparãda diuinis, typus tñ integer est, qui pater Christi igne operatur & spiritu. Sequitẽ: Frater Iacobi et Ioseph & Iudæ & Simonis, nonne & sorores eius hic nobiscum sunt. Fratres & sorores eius secum esse testantur, qui tamé non liberi Ioseph aut Mariæ iuxta hæreticos sũt putandi; sed potius iuxta morẽ sacræ scripturæ cognati sunt intelligendi, quomodo Abrahã & Loth fratres appellanẽ, cum esset Loth filius fratris Abrahæ. Et

Patria Christi quæ sit.

Iesus fabri filius.

scandalizabantur in illo. Scandalũ, & error Iudæorũ salus nostra est, & hęreticorũ cõdemnatio. In tm̃.n. spernebãt dñm Iesum Christũ, ut eũ fabrũ & fabri vocarẽt filiũ. Sequitur. Et dicebat eis Iesus. Quia non est ꝑpheta sine honore &c. Prophetã dici in scripturis dñm Iesum ẽt Moyses testis est, qui futurã eius incarnationẽ ꝑdicens filiis Israel, ait. Prophetã uobis suscitabit dñs Deus vester, de fratribus vestris. Nõ solũ aũt ipse qui dñs est ꝑphetarũ, sed & Helias, Hieremias, cæteriq; ꝑphetæ minores in patria sua, quàm in exteris ciuitatib. habiti sunt, quia ꝑpemodũ naturale est, ciues ciuibus inuidere. nõ.n. cõsiderant p̃sentia uiri opera, sed fragilem recordantur infantiã. Hier. Comitatur ẽt sępe uilitas originẽ, vt est illud: Quis est filius Isai? quia humilia dñs respicit, & alta à longè cognoscit. Theo. Siue ẽt ꝑclaros cõsanguineos ꝑpheta habeat, ciues odiunt eos, & pp hoc dehonorant ꝑphetã. Sequit̃, Et nõ poterat &c. Quòd aũt dicit non poterat, intelligere oportet nõ acceptabat, quia nõ ipse impotẽs, sed illi infideles erãt: ergo ibi nõ operatur virtutes, parcens eis ne maiori reprehensione digni essent, ẽt factis miraculis nõ credẽtes, Vel aliter: In miraculis faciendis necessaria est virtus operãtis, & recipientiũ fides, q̃ ibi deficiebat: vnde nõ acceptabat Iesus ibi signa facere. Sequitur, Et mira. pp incre. illo. Beda. Nõ quasi inopinata, & improuisa miratur qui nouit oĩa, antequã fiãt, sed qui nouit occulta cordis, qđ mirandum intimare vult hoibus, mirari se corã hoibus ostẽdit: Iudæorum.n. mirãda notatur cœcitas, qui nec ꝑphetis suis credere de Christo, nec ipsi inter se nato uoluerũt credere Christo. Mysticè aũt Iesus despicitur in domo, & in patria sua, hoc est in populo Iudæorũ, & ideo pauca ibi signa fecit, ne penitus excusabiles ibi fierent. Maiora autem signa quotidie in Gentium populo facit, nõ tam in sanitate corporum, quàm in animarum salute.

Miraculorum ratio.

Et circuibat castella in circuitu, docens: Et cum uocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatẽ spirituum immundorum. Et præcepit eis ne quid tollerent in uia, nisi virgam tantum, non peram, neque panem, neque in zona æs, sed calceatos sandalis, & ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis: Quocunque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde. Et quicunque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde excutite puluerem de pedibus uestris in testimonium illis. Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiam agerent, & dęmonia multa eijciebant, & ungebant oleo multos ægrotos, & sanabantur.

Theo. Non solũ in ciuitatibus ꝑdicabat dũs, sed & in castellis; vt discamus parua nõ spernere, neq; magnas semꝑ q̃rere ciuitates, sed verbũ Dei in uicis abiectis, & uilibus seminare. Vnde dr̃: Et circui. castel. in circuitu do. Beda. Benignus aũt & clemens dñs ac magister, nõ inuidit seruis atque Discipulis suis uirtutes suas, & sicut ipse curauerat oẽm lãguorẽ & oẽm infirmitatẽ, apostolis quoq; suis dedit potestatẽ. Vnde sequitur; Et vocauit 12. &c. Sed multa distãtia est inter donare, & accipere. Iste quodcunq; agit, potestate dñi agit, illi si quid faciunt, imbecillitatẽ suã & uirtutes dñi cõfitentur, dicẽtes. In noĩe Iesu surge & ambula. Theoph. Binos aũt Apostolos mittit, vt fierent promptiores, quia ut ait Ecclesiastes. Melius est simul duos esse, quàm unum. Si aũt plures quàm duos misisset, nõ esset sufficiens numerus vt in plura castella mitterentur. Grego. in ho. Binos aũt in prædicationẽ Discipulos mittit, qm̃ duo sunt præcepta charitatis, Dei videlicet amor, & proximi, & minus quàm inter duos, charitas haberi nõ põt, ꝑ hoc ergo nobis innuit, quia qui charitatem erga alterum non habet, ꝑdicationis officium suscipere nullatenus debet. Sequitur: Et præcepit ne &c. Beda. Tanta .n. prædicatori in Deo debet esse fiducia, vt p̃sentis vitæ sumptus quáuis non ꝓuideat, tamen hos sibi nõ deesse certissimè sciat, ne dum mẽs eius occupatur ad tẽporalia, minus aliis prouideat ęterna. Chr. Hoc ẽt eis dominus præcepit, vt per habitum ostenderent quantum à diuitiarũ desiderio distabant. Theo. Instruens ẽt eos ꝑ hoc nõ esse amatores munerũ, & ut uidentes eos ꝑdicare paupertatem acquiescãt, cum Apostoli nihil habeant. Aug. de con. euan. Vel quia cum scd̃m Matth. dominus continuo subiecerit. Dignus est.n. opera-

Concordia Euágelistarum.

Cõsen. Euan.

operarius cibo suo, satis ostendit cur eos possidere hæc aut ferre noluerit, nó q͂ necessaria nó sint necessitati huius vitæ, sed quia sic eos mittebat, ut eis hoc deberi demóstraret ab illis quib. Euangeliũ credẽtibus nuntiarent. unde apparet hæc non ita præcepisse dominum, tanquam Euangelistæ uiuere aliunde non debeát, quàm eis præbentibus quibus annuntiant Euangelium, alioquin contra hoc præceptũ fecit Apostolus, qui uictum de manuum suarũ labore trãsigebat, sed potestatem dedisse, in qua scirent sibi ista deberi. Solet iré q͂ri qũo Matthęus, & Lucas cõmemorauerint dixisse dominũ Discipulis ut nec uirgam ferrent, cum dicat Marcus. Et præcepit eis, ne quid tol. in via, nisi uirgã tantũ. Quod ita soluitur, ut intelligamus sub alia significatione dictã uirgam, q́ secundũ Marcum feréda est, & sub alia illam, quæ secũdum Matthæum, & Lucam nó est ferenda. Potuit enim sic breuiter dici. Nihil necessariorũ uobiscum feratis, nec uirgã, nisi uirgã tantũ, ut illud qđ dictũ est. Nec uirgã, intelligatᷣ nec minimas quidem res. Quòd uero adiunctũ est. Nisi uirgam tãtum, intelligatur q͂a per potestaté à dño receptã q́ uirgæ nomine significata est, ét quæ nó portãtur nó deerũt. Vtrumq; ergo dñs dixit, sed quia nó utrunque unus Euãgelista cõmemorauit, putatur ille, q́ uirgã cũ alia significatione positã tollendam dixit, ei q́ uirgã rursus aliud significanté nó tollendã dixit, esse cõtrarius, sed iã ratione reddita non putetᷣ. Sic & calceamenta, cum dicit Matthęus in uia nó esse portanda, curã prohibet, quia ideo cogitãtur portãda ne desint, hoc & de duabus tunicis intelligendum est, ne quisquam eorũ præter eam qua esset indutus, aliam portãdam curaret, solicitus ne opus esset, cũ ex illa potestate posset accipere, ꝓinde Marcus dicendo calceatos sandalijs uel soleis aliq͂d hoc calceamẽtũ mysticę significationis habere admonet, ut pes neq; tectus sit desup, nec nudus ad terrã. i. nec occultetᷣ Euangelium, nec terrenis cõmodis innitatᷣ, & q͂ non haberi, uel portari duas tunicas, sed expressius indui ꝓhibet, qui eos monet, nisi non dupliciter, sed simpliciter ambulare. Quisqs auté putat nó potuisse dominum in uno sermone quædam figurate, quædam ꝓpria ponere eloquia, cœtera eius inspiciat, et uidebit, q͂ hoc temere ac inerudité arbitretur. Bed. In duabus autem tunicis uᷣ mihi duplex ostendere uestimentum, nó quò in locis Scythiæ glaciali niue rigentibus, una quis tunica debeat esse contentus, sed in tunica uestimẽtũ intelligimus, ne aliud uestita, aliud nobis futurorũ timore seruetᷣ. Chry. Vel aliter, Matthæus, & Lucas non calceaméta neq; baculũ portare ꝑmittit, quod ostendit perfectissimum esse. Marcus uero baculum iubet, assumere, & sandalijs calceari, quod dictum est permissus. Bed. Allegorice autem per peram, onera seculi, ꝑ pané delicíæ tẽporales, per æs in zona, occultatio sapiẽtiæ designatᷣ, q͂a q̃squis officiũ doctoris accipit, neq; oneribus secularium negociorum deprimi, neque delideriis carnalibꝰ resolui, neq; cõmissum sibi talentum uerbi sub otio debet léti corporis abscondere. Sequitᷣ, Et dicebat eis, quocunque introieritis &c. Vbi dat constãtiæ generale mandatũ, ut hospitalis necessitudinis iura custodiãt, alienũ à ꝑdicatore regni cœlestis astrués, cursitare ꝑ domos. Theo. Ne scilicet de gula contingeret eos reprehẽdi, ab alijs in alios trãseuntes. Sequitur, Et quicunque non receperint &c. Hoc ãt dñs ꝑcepit, ut ostẽderét q͂ longã ꝑpter eos uiã ambulauerũt, & nihil eis profuit. Vel q͂a nihil ab eis acceperũt ét neq; puluerẽ, sed & hũc excutiũt, ut hoc sit in testimoniũ illis, id est in redargutioné illis. Chry. Vel ut sit in testimoniũ laboris uiæ quã sustinebant pro eis, aut tanquam puluis peccatorum prædicantiũ cõuertatᷣ in seipsos. Sequitᷣ, Et exe prædi. ut pœnitẽt agerent &c. Quòd oleo ungerent solus Marcus enarrat. Iacobus autem in epistola sua canonica similia dicit. Oleũ enim & labores curat, & luminis & hilaritatis causa existit. significat auté oleum unctionis Dei misericordiam, infirmitatis medelam, & cordis illuminationé, quod totũ oratio operatur. Theo. Significat ét gratiam Spiritus sancti, per quam à laboribus transmutamur, & lumẽ & lætitiam spũalem suscipimus. Beda. Vnde patet ab ipsis apostolis hunc sanctæ ecclesiæ mo-

rem esse traditum, ut euergumini vel alij quilibet ęgroti vngantur oleo pontificali benedictione consecrato.

Et audiuit Herodes rex manifestum .n. factum est nomē eius, et dicebat. Quia Ioānes Baptista resurrexit a mortuis, & ꝓpterea operantur uirtutes in illo. Alij āt dicebāt. Quia Elias est. Alij uero dicebāt. Quia ꝓpheta est, quasi unus ex ꝓphetis. Quo audito Herodes ait. Quē ego decollaui Ioannes, hic à mortuis resurrexit.

Glo. Post prædicationem discipulorū Christi, & miraculū operationē, conuenienter euangelista subiungit de fama, q consurgebat in populo vnde dicit: Et audiuit. Hero. rex. Chry. Herodes iste filius erat primi Herodis, sub quo Ioseph Iesū duxerat in Aegytū. Tetrarchā āt Mat. nominat hunc, atq; Lucas, tāquā principantē sup quartā partē regni patris sui Romani.n. post mortē patris, regnū ī partes quatuor diuiserūt. Marc⁹ vero regē eū vocat, aut patris consuetudine, aut quia hoc loco eius cōgruū existebat Hiero. Sequitur. Manifestū.n. factū est nomē eius. Hier. Lucernam enim sub modio abscōdi fas non est. Et dicebāt, scilicet aliq d de turba, q a Ioan. Bapt resur. à mortuis. Et propterea operantur vir. in illo. Bed. Quanta.n. fuit Iudæorum inuidia docemur. Ecce.n. Ioānem de quo dictum est, quia signum fecit nullum, à mortuis potuisse resurgere, nullo attestante, credebant: Iesum autem approbatum à Deo virtutibus & signis, cuius resurrectionē angeli Apostoli, viri ac fœminæ prædicabant, nō resurrexisse, sed furtim esse ablatum credere maluerūt: q cum dicerent Ioānem resurrexisse à mortuis, & propterea virtutes operatas esse in illo, bene de uirtute resurrectionis senserunt, ꝙ maioris potentię futuri sunt sancti, cū à mortuis resurrexerint, quàm fuerunt cum carnis adhuc infirmitate grauarentur. Sequitur: Alij āt dice quia El. est. Theo. Confutabat.n. multos hoīs Ioānes qū dicebat. Genimina viperarū. Sequit: Alii āt dicebant, quia propheta est, quasi vnus ex prophetis. Chry. Mihi quidē videtur hunc propheta dicere, de quo Moyses dixit. prophetā suscitabit vobis Deus de fratrib. vestris. Recte quidē, sed quia manifeste dicere trepidabāt, hoc est Christus, Moysi vtebāt voce, propriā suspicionē velantes ꝑpositorū suorū timore. Sequitur: Quo audito. Hic. ait: Quē ego decolla. Io. hic à mor. resur. Per ironiā hoc Herodes expresse pronunciat. The. Vel aliter. Sciēs Herodes ꝙ Ioannem iustum existentem, sine causa occiderat, credebat eum à mortuis surrexisse, & ꝙ ex resurrectione suscepisset miraculorum operationem. Au. de con. euan. In his autem verbis Lucas Marco attestatur, ad hoc duntaxat ꝙ alii dixerint non Herodes, Ioānem surrexisse, sed hæsitantem: Lucas commemorauit Herodem, verbaq; eius ita posuit dicentis Ioannem ego decollaui. Qui autem est iste de quo audito talia? intelligendū est autem post hāc hæsitationem cōfirmasse in animo suo quod ab alijs dicebatur, cū ait pueris suis, sicut Matthæus narrat: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis. Aut ita pronuncianda sunt hæc verba, ut hæsitantem adhuc indicēt, præsertim q a & Marcus qui superius dixerat ab alijs dictum fuisse, ꝙ Ioannes à mortuis resurrexerit, in extremo tamen ipsum Herodem dixisse non tacet: Quem ego decolla. Ioa. hic à mor resurre. Quæ itē verba duobus modis pronuntiari possunt, vt aut confirmantis, aut dubitantis intelligantur.

Consensus euāgelicus.

Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannē, & uinxit eum in carcerē ꝑ Herodiadē uxorē Philippi fratris sui, q a duxerat eā. Dicebat.n. Ioannes Herodi, Nō licet tibi habere uxorē fratris tui. Herodias āt insidiebatur illi, & uolebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioānē, sciēs eum uirum iustum & sanctum, et custodiebat eum, et audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cęnam fecit principib. & tribunis, et primis Galilææ. Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis & saltasset, & placuisset Herodi, *simulq; recumbēt. b. rex ait puellæ. Pete à me qd uis, & dabo tibi, & iurauit illi: Quia quicqd petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quę cum exisset matri suæ, Quid petā? At illa dixit. Caput Ioannis Baptistæ. Cumq; introisset statim cū festinatione ad Regē petiuit, dicēs, Volo ut protinus des mihi in disco caput Ioānis Baptistę. Et cōtristatus est rex, ꝑ iusiurādum, et ꝑ simul discumbentes noluit eā cōtristare, sed misso spiculatore pręcepit afferri caput*

Ioannis *ri caput eius in disco, & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius i disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audito discipuli eius uenerunt, et tulerunt corpus eius & posuerunt illud in monumento.*

Theoph. Ex præmissis Marcus euangelista occasionem sumens, hic de morte cõmemorat pcursoris, dicẽs: Ipse.n. Herodes misit ac tenuit Ioãnẽ &c. Beda. Vetus narrat historia Philippũ Herodis maioris filiũ, sub quo dñs fugit in Aegyptũ, fratrẽ huius Herodis sub quo passus est Christ⁹, duxisse Herodiadẽ uxorẽ filiã regis Arethæ, postea uero socerũ eius exortis qbusdã cõtra generũ simultatib. tulisse filiam suã, & in dolorem mariti prioris inimici eius nuptijs copulasse. ergo Ioan. Bap arguit Herodem, & Herodiadẽ, ꝙ illicitas nuptias fecerint, & nõ liceat fratre uiuẽte germano illius vxorem ducere. Theoph. Lex etiam præcipiebat, ꝙ frater vxorem fratris acciperet cum defunctus prolem nõ haberet. Ibi ãt erat filia, propter quod erant nuptiæ sceleratæ. Sequit; Hrodias autem insi. illi. &c. Beda. Timebat.n. Herodias, ne Herodes aliqñ resipisceret, uel Philippo fratri suo amicus fieret, atq; illicitæ nuptiæ repudio soluerentur. Sequit; Hero. autem metu. Io. quia sciebat eũ virum iustum & sanctorũ. Glo. Timebat in quam eum reuerendo, sciebat.n. eum esse iustum, quo ad homines, & sanctum quo ad Deum, Et custodiebat eũ, ne.s. ab Herodiade interficeretur, Et audito eo multa faciebat, quia putauit eum spiritu Dei loqui; Et libenter eum audiebat, quia reputabat utilia, quæ ab eo dicebant. The. Vide ãt quantum operatur concupiscentiæ rabies, quia cum Herodes tantum circa Ioannem haberet reuerẽtiam & timorem, horum fit immemor, ut suę fornicationi prouideret. Remi. super Mat. Libidinosa.n. uoluntas eum coegit in illum manum mittere, quem sciebat iustum & sanctum. At per hoc datur intelligi ꝙ minus peccatum factum est ei causa maioris peccati, secundo illud; Qui in sordibus est, sordescat ad huc. Sequit. Et cum dies oportunus &c. Bed. Soli mortaliũ Herodes & Pharao leguntur diem natalis sui gaudijs festiuis celebrasse, sed uterque rex infausto auspicio natiuitatẽ suam sanguine fędauit, verũ Herodes tanto maiore impietate, quãto sanctũ & innocẽtẽ doctorẽ veritatis occidit, & hoc ꝓuoto ac petitione saltatricis. Sequitur.n. Cumq; introisset &c. Rex ait. Pete à me quod uis & dabo tibi. Theoph. Dũ.n. cõuiuiũ fit, Sathanas ꝑ puellã saltat, & iusiurãdũ perficitur sceleratũ. Sequitur.n. Et iura. illi. quia &c. Beda. Nõ excusatur ab homicidio per iuramẽtũ, ideo.n. forte iurauit vt occasione inueniret occidẽdi, & si patris aut matris interitũ postulasset, nõ vtiq; concessisset Herodes. Sequit. Quę cũ exis. di. mat. suę, quid petam? At illa dixit. Caput Ioan. Bap. Digno operi saltationis, dignum postulatur sanguinis præmium. Sequitur. Cũ que introisset statim cum festi. &c. The. Maligna mulier protinus sibi caput Ioannis dari petit, id est, statim in illa hora. Timebat.n. ne Herodes resipisceret. Sequitur. Et contri. est rex. Beda. Consuetudinis est scripturarum vt opinionem multorum sic narret historicus, quomodo eo tẽpore ab omnibus credebatur, sicut & Ioseph ab ipsa quoque Maria appellatur pater Iesu. Ita & nunc Herodes dicitur contristatus, quia hoc discumbentes putabãt. dissimulator.n. mentis tristitiam præferebat in facie, cum lætitiam haberet in mẽte, scelusq; excusat iuramẽto, vt sub occasione pietatis impius fieret: vnde sequitur Propter iusiurandum & propter simul discumbentes, noluit eam cõtristare: Theophy. Herodes quidem non sui cõpos, sed voluptuosus iusiurandum impleuit, & iustum interemit. Decebat autem magis in hoc periurare & non tantum scelus operari. Beda. Quod autem subdit, Et propter simul recumbentes, uult omnes sceleris sui esse consortes, ut in lusurioso, impuroque conuiuio, cruentæ epulæ deferrentur. Vnde sequitur. Sed mis. spi. præ. af. ca. Io. in di. Theoph. Spiculator carnifex dicitur, qui constituitur ad homines interficiendam. Beda. Non autem Herodem puduit caput occisi hominis ante cõuiuas inferre. Pharao uero nil talis uesaniæ commisisse legitur Ex utroque tamen exẽplo probatur utilius esse nobis diem mortis futuræ timendo, & castæ agẽdo sæpius in memo-

Veteres hystoriç testimoniũ.

Mors Ioannis funesta.

memoriam reuocare, q̃ diem natiuitatis luxuriando celebrare. Homo.n ad laboré nascitur in mundo, & electi ad requiem p mortē trāseunt è mūdo. Sequitur: Et decol. eū in carcere &c. Gre. 3. moraliū. Nō sine grauissima admiratione perpēdo, q̄ ille, prophetiæ spiritu, intra matris vterū impletus, quo inter natos mulierū nemo maior surrexit, ab iniquis in carcerē mittitur, & pro puellæ saltu capite truncatur & vir tantæ austeritatis pro vsu turpium moritur. Nunquid credimus aliquid fuisse qđ in eius vita illa sic despecta mors tergeret? Sed qñ ille vel in cibo peccauit, qui locustas solūmodo & mel syluestre edit? Qñ conuersatione sua ostendere potuit, qui de heremo nō recessit? Quid est q̄ oĩpotens Deus sic vehementer in hoc seculo despicit, quos sic sublimiter ante secucula elegit; nisi hoc qđ pietati fidelium patet qm̄ iccirco sic eos premit in infimis, quia videt quō remuneret in summis, & foras vsq; ad despecta deijcit, quia intus vsq; ad comprehensibilia perducit. Hic ergo vnusquiq; colligat: quid illic passuri sint quos reprobat; si hic sic cruciat quos amat. Be. Sequit; Quo audito discip. eius ve. & tul. corp. eius & pos. illud in monumēto. Narrat Iosephus vinctū Ioãnē in castellū Macherōta adductū, ibiq; trūcatū. narrat vero ecclesiastica historia sepultū eum in Sebaste Palæstinæ vrbe, quæ quondam Samaria dicta est. Decollatio autem Ioannis, minorationem famæ illius qua Christus à populo credebatur insinuat, sicut exaltatio Saluatoris in cruce profectū designabat fidei. quia & ipse qui prius à turbis propheta esse credebatur, Dei filius à cunctis fidelibus est agnitus. vnde Ioãnes quem oportebat minui, cum diurnum lumen decrescere incipit, natus est: dñs autem eo tempore anni, quo dies crescere incipit. Theoph. Mystice autem Herodem qui interpretatur pelliceus, populus est Iudæorum qui habebat vxorem. s. inanem gloriam, cui⁹ filia saltat & mouetur etiam nunc circa Iudæos. s. falsus intellectus scripturarū decapitarunt siquidem Ioannem, id est uerbum propheticum, & sine capite Christo habent eum. Hiero. Vel aliter; Caput legis quod est Christus de corpore abscinditur proprio, id est Iudaico populo, & datur Gentili puellæ, id est Romanæ ecclesiæ, & puella dat matri suæ adulteræ, id est synagogæ crediture in fine. Corpus Ioannis sepelitur caput in sco collocatur. Litera humana tegitur; Spiritus in altari honoratur & sumitur.

Mors Ioannis funesta.

Et cōuenientes apostoli ad Iesum, renuntiauerunt ei oīa q̃ egerant & docuerant. Et ait illis, Venite seorsum in desertū locū, & requiescite pusillū. Erāt.n. qui ueniebāt & redibāt multi, & nec spaciū māducādi habebāt. Et ascendentes in nauim, abierūt in desertū locū seorsum. Et uiderūt eos ab eūtes, et cognouerūt multi; & pedestres de oīb. ciuitatibus cucurrerūt illuc, & p̄uenerūt eos. Et exiens uidit turbā multā Iesus et misertus est sup eos qa erāt sicut oues nō habentes pastorem, & cœpit illos docere multa.

Gloss. Postquam euangelista narrauit mortem Ioannis, narrat ea quæ Christus cum suis discipulis post mortem Ioannis egerit, dicens: Et cōue. Aopstoli &c. Hie. Ad locum enim vnde exeunt flumina, reuertuntur, Deo semper referunt gratias missi super his quæ acceperant. Theoph. Discamus autem & nos cum in ministerium aliquod mittimur nō elongari, & ultra commissum officium non efferri, sed mittentem visitare & renuntiare ei omnia quæ egimus & docuimus. Beda. Non enim solum oportet docere sed facere non solum autem quæ ipse egerant & docuerant apostoli, domino renuntiant, sed etiam quæ Ioannes eis in docēdo occupatis sit passus, & sui & Ioãnis discipuli domino renuntiant, sicut Matthæus describit. Sequitur. Et ait illis; Venite seorsum &c. Aug. de con. euan. Hoc cōtinuo post Ioannis passionem factum esse cōmemorat, vnde post hæc facta sunt illa quæ primo narrata sunt, quibus motus Herodes dixit, Hic est Ioannes Bapt. quem ego decollaui. Theoph. In desertum autem recedit locum, propter humilitaté. Quiescere autē facit Christus suos discipulos, ut addiscant præpositi, q̄ qui laborant in opere & sermone requiē promerentur, & quod non debent continue laborare. Beda. Quæ autem necessitas fuerit concedendę requiei discipulis ostendit, cū subdit; Erant enim qui ue. &c. Vbi magna

Allegoria pulchra.

Consensus euāgelicus.

gna tẽporis illius fœlicitas de lab ore docentiũ simul & discẽtiũ studio demonstratur, sequi; Et ascend. in nauim &c. Non discipuli soli, sed assumpto dño ascendentes i nauim, locũ petiere desertũ vt Mat. demõstrat. Tentat ãt fidẽ turbarũ, petẽdo. n. solitudinẽ, an sequi curẽt, explorat. Illę sequẽdo & nõ iumẽtis aut vehiculis diuersis, sed proprio labore pedũ quãtã salutis suæ curã gerãt, ostẽdunt. sequit: Et vide. eos abeun. &c. Dũ pedestres eos præuenisse dicunt, ostẽditur quia nõ in aliã maris siue Iordanis ripã nauigio peruenerunt discipuli cũ dño, sed proxima eiusdem regionis loca adierunt, quos ẽt indigne pedestres poterant præuenire. Theoph. Ita tu Christum non expectans qᵱ ipse reuocet, sed præcurrens eum præueniãs. sequitur: Et exi. ui. tur. mul. Iesus & misertus &c. Pharisæi lupi existentes rapaces, nõ pascebant populũ, sed deuorabant, propter hoc ad Christũ verum cõgregantur pastorem qui tradidit illis cibum spiritualẽ i verbi Dei. vñ sequitur: Et cępit eos docere multa. Vidẽs. n. eos qui miraculorum occasione eũ sequebantur ꝑ lõgitudine viæ fessos, eorũ misertus, voluit eos satisfacere uoluntati, docendo eos. Bed. Matthęus dicit ꝙ curauit languidos eorum, hoc est. n. veraciter pauperum misereri, eis ueritatis viam docẽdo aperire, & molestias corporales auferre. Hier. Mystice autẽ seorsum ducit dñs quos elegit, ut inter malos uiuẽtes, mala non intendant, ut Loth in Sodomis, & Iob in terra Hus, & Abdias in domo Achab. Beda. Derelicta etiam Iudæa in deserto ecclesiæ prædicatores sancti, qui apud Iudæos tribulationum sarcina premebantur de gratia fidei Gentibus collata requiem nacti sunt. Hiero. Pusillã tamen est hic sanctis requies longus labor, sed postea dr illis, vt requiescant à laboribus suis. Sicut autem in archa Noe animalia, quæ intus erant, foris mittebantur, & quæ foris erant, intro erumpebẽt; sic agitur in ecclesia, Iudas recessit, latro accessit, sed quãdiu receditur à fide in ecclesia, non est requies sine mœrore. Rachel. n. plorans filios suos noluit consolari. Non est etiam hoc cõuiuium in quo bibitur vinum nouum cum cantabitur canticum nouum ab hoĩbus nouis, cum mortale hoc induerit immortalitatem. Beda. Christum autem petentem deserta Gentium, multæ fidelium cateruę relictis mœnibus pristinæ conuersationis sequuntur.

Allegoria pulchra.

Et cũ iã hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes. Deser.⁹ est locus hic, et iã hora præterijt, dimitte illos, ut euntes in ꝓximas uillas et uicos, emant sibi cibos quos mãducẽt: Et respõdẽs, ait illis. Date illis mãducare. Et dixerũt ei, euntes emamus ducẽtis denarijs panes, et dabimus illis mãducare. Et dicit eis, Quos panes habetis? Ite & uidete. Et cũ cognouissent, dicũt quinq;, et duos pisces. Et pcepit illis ut accũbere facerẽt oẽs secundũ cõtubernia sup uiride fænũ, et discubuerunt in partes p centenos & p quinquagenos. Et acceptis quinq; pan b. & duob. piscibus, intuẽs in cęlũ benedixit, et fregit panes, & dedit discipulis suis, vt ponerẽt ante eos, & duos pisces diuisit oĩbus. Et mãducauerũt oẽs & saturati sunt. Et sustulerũt reliquias fragmẽtorũ duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erãt ãt q mãducauerũt quinq; milia uirorum.

Theoph. Præponẽs dñs qđ vtilius est. s. cibũ sermonis Dei, deinde ẽt corporalẽ cibũ ꝑbuit turbæ, ad cuius narrationẽ Euãgelista accedit dicens; Et cũ iã hora multa fieret, acces. dis. eius di. Deser. lo. est hic. Beda. Horã multam, vespertinum temp⁹ dicit. vnde Lucas dicit; Dies autem cœperat declinare. Theoph. Vide autem quomodo discipuli Christi circa hominum amorem proficiunt: turbarum. n. miserti accedunt ad Christum, & pro eis intercedunt. Dominus autem tentauit eos si ei⁹ virtutem tantam esse cognouerant, quòd turbas pascere posset: vnde sequitur: Et respondens ait illis: Date eis manducare. Beda. Prouocat etiam Apostolos, hoc dicẽs ad fractionem panis, vt illis se non habere testantibus, magnitudo signi notior fieret. Theoph. Discipuli autẽ arguebãt eum, tanquam ignorantem, quod illis esset necessarium, ad tãtam multitudinem turbarum pascendam, vnde turbati respõdent. Sequitur. n. Et dixerunt ei⁹ Euntes emamus ducentis &c. Aug. de con. euan. Hoc Philippus apud Ioannem respondet, sed Marcus à discipulis responsum esse commemorat, uolens intelligi hoc ex ore cæterorũ, Philippũ respondisse,

Consensus euangelicus.

se,quáquã & pluralem numerum pro singulari vsitatissime ponere potuerit: sequitur, Et di.eis. Quot pa.habe.Ite & ui.hoc à dño factum esse cæteri euãgelistæ prætermiserunt. Sequitur. Et cum cog. dicũt; quinq; & du.pisc. Quod Andreas apud Ioanné de quinque panibus & duobus piscibus suggesserit, hoc cæteri euãgelistæ pluralé numerũ ꝓ singulari ponẽtes ex discipulorum persona retulerunt. sequitur, Et prçce.illis vt accumbere facere.&c. Quod ãt dixit Lucas dicit quinquagenos iussos esse discumbere, Marcus uero quinquagenos & centenos, ideo nõ hoc mouet, quia vnus partem dixit, alter totum. Qui.n.de centenis retulit, hoc retulit quod ille prætermisit. Theoph. Per hoc ãt datur intelligi ꝙ sequestrati discubuerunt per partes & partes, in græco.n.quod hic dr̃ secundũ cõtubernia duplicatur: ac si diceretur, ꝓ contubernia & cõtubernia.sequit; Et ac. quinq; pa.&c. Chry. Decẽter ãt in cçlum aspexit, quia in deserto manna accipiẽtes Iudæi, de Deo dicere attentauerunt. Nũquid poterit dare pané? Ne vero hoc cõtingat, anteq̃ faceret, ad parte retulit qđ erat facturus. Theoph. Intuet ẽt in cçlum vt instrueret, à Deo petere escã & non à diabolo, sicut faciũt illi, qui alienis iniuste laborib. nutriunt. Ex hoc ẽt turbis tunc innuit ꝙ nõ esset Deo cõtrarius, sed Deũ inuocaret. Dat ãt pané discipulis apponé dũ turbis, ut tractãdo pané nõ dubiũ sed miraculum uideatur. sequitur; Et mãdu. omnes, & satu.sunt &c. Duodecim cophini superabundant fragmentorum, vt quolibet apostolorũ vnum cophinum super humerum apportante, ineffabile miraculum uideatur. Superabundantis.n. uirtutis erat nõ solũ tot hoies pascere, sed & tãtam superabundantiam relinquere fragmentorũ. Moyses.n.& si manna dabat secundum uniuscuiusque necessitaté illud largiebantur, superfluum uero vermibus scaturiebat. Elias ẽt uiduam pascens, quãtum ei erat sufficiens, tribuebat. Iesus uero tanquã dñs superabundãter operabat. Beda. Mystice autem die declinata esuriẽtes turbas Saluator reficit, quia uel fine seculorum propinquante, uel cum sol iustitiæ pro nopis occubuit, à spiritualis inediæ sumus tabe saluati. prouocat apostolos ad fractionem panis insinuãt ꝙ quotidie per eos ieiuna sunt corda nostra pascẽda, eorũ.s. literis & exẽplis. Per quinq; panes quinq; Mosaycæ legis libri, ꝑ duos pisces psalmi sunt & ꝓphetæ figurati. The. Vel duo pisces sunt piscatorũ sermones.s. epistolæ & euangelium. Beda. Quia uero quinq; sunt exterioris hoïs sensus, quinque milia uiri dñm secuti designãt eos q̃ in seculari adhuc habitu positi, exteriori bus bene uti nouerunt. Gregorius. 16. moraliũ Diuersi conuiuantiũ discubitus distinctiones ecclesiarum, quæ unam catholicam faciunt, designant. Iobelei. autem requies quinquagenarij numeri mysterio cõtinetur, quinquagenarius bis ducitur ut ad centenarium perueniatur. Quia ergo prius à malo quiescit opere, ut post anima plenius quiescat in cogitatione; alij quinquagenarij, alii centeni discumbunt. Beda. super fœnum autem discumbentes dñicis pascuntur alimentis, qui per continentiam calcatis cõcupiscentijs audiendis implendisq; Dei uerbis operam impedunt. Saluator autem non noua creat cibaria: quia ueniens in carne non alias quã ꝑdicata sunt prædicat, sed legis & ꝓphetarũ scriptã quã grauida sunt mysterijs gratiæ demonstrat. intuetur in cœlum ut ibi lucem doceat esse quærẽdam. Frangit, & ante tubas ponenda distribuit discipulis: quia sacramẽta prophetiç sanctis doctoribus qui hæc toto orbe prædicent, patefecit. Quod turbis superest à discipulis tollitur, q̃a sacratiora mysteria quæ à rudibus capi nequeunt, non negligenter omittenda, sed sunt inquirenda perfectis. Nam per cophinos 12. apostoli & sequentes doctores figurãtur; foris quidem hoïbus despecti, sed intus Saluatoris cibi reliquis cumulati. Constat.n.cophinos opera seruilia geri solere. Hiero. Vel duodecim cophini pleni fragmentis colliguntur, cum sint super thronos iudicãtes duodecim tribus Israel, qui sunt fragmẽta: Abraham, Isaac, & Iacob, quando ex Israel reliquiæ saluæ fient.

Doctrina ex gestis Christi.

Notatur mysterium.

Allegoria pulchra.

Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim: ut præcederent eum transfretũ ad Betsaidã, dum ipse dimitteret populũ. Et cum dimisisset

set eos abiȷt in montem orare. Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando, erat.n. ventus contrarius eis, et circa quartam vigiliā noctis venit ad eos ambulans supra mare, & volebat præterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt fantasma esse, & exclamauerunt. Omnes.n. viderunt eū, & conturbati sunt. Et statim locutus est cū eis, et dixit eis. Confidite, ego sum. Nolite timere. Et ascēdit ad illos in nauim, & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non.n. intellexerunt de panibus, erat enim cor eorum obcæcatū.

Glo. Dn̄s quidem in miraculo panum, qđ esset cōditor rerum ostendit: nunc aūt ambulādo super vndas, ꝙ hr̄et corpus ab oium peccatorum grauedine liberū edocuit, & in placando ventos, vndarumque rabiem sedando, ꝙ elementis dominaretur monstrauit. vnde dr̄: Et statim coegit &c. Chry. Dimittit quidem populum in benedictione & aliquibus curationibus. Coegit aūt discipulos, quia non de facili ab eo poterant se parari; & hoc quidem tū pp nimiū affectum, quem ad eum habebant, tū quia sollicitabantur qualiter ad eos veniret. Beda. Merito autē mouet quō Marcus dicat peracto miraculo panū, discipulos uenisse transfretum Bethsaidā, cum videatur Lucas dicere qđ in locis Bethsaidæ factū fuerit miraculū illud? nisi forte intelligamus, quod Lucas ait in desertum locum, qui est Bethsaida, nō ipsius intima ciuitatis, sed loca deserti ad eā pertinentis esse designata. Marcus aūt dicit vt pcederent eum ad Bethsaidā, vbi ipsa ciuitas notatur: Sequitur; Et cum di. eos, &c. Chry. Quod decet intelligere de Christo secundum ꝙ est homo; hoc etiā fecit instruens nos assiduos esse in oratione. Theo. Dimissa aūt turba ascendit orare: requiem.n. & silentium oratio exigit. Beda. Nō oīs aūt q orat, ascēdit in mōtē; sed qui bene orat, qui Deum orādo quærit. Qui vero de diuitijs, aut honore seculi, aut de inimici morte obsecrat, ipse in infimis iacens viles ad Deum preces mittit. Quare aūt dn̄s dimisso populo in mōtē oraturus adierit, Ioannes declarat dicens: Iesus ergo cū cognouisset, quia uenturi essent vt raperent eum, & facerēt eū regē; fugit iterum in montē ipse solus. sequitur: Et cū sero esset, erat na. &c. Theo. Permisit aūt dn̄s periclitari discipulos, vt patientes fierent. vnde nō statim eis astitit, sed per totā noctem periclitari permisit, ut doceret eos patienter expectare, & nō à principio sperare in tribulationibus subsidiū sequitur.n. Et uidens eos labo. in &c. Chrys. Quatuor vigilias noctis dicit sacra scriptura, vnamquamq; diuidens in tres horas, vnde quartā vigiliā dicit q est post horā nonam, s. in hora 10. vel posteriori hora. sequitur: Et vo. pręte. eos. Aug. de con euan. Quō autem hoc intelligere potuerunt, nisi quia in diuersum ibat: eos volens pterire tanquam alienos, à quibus ita nō agnoscebatur, vt fantasma putaretur. sequitur.n. At illi ut vi. eū &c. Theo. Vide autē qm̄ cum Christus debebat eorum pericula compescere, tunc maiorem eis incutit timorem. Sed statim per uocē confortauit eos. Sequitur enim: Et statim locutus est cum eis & dixit eis, confidite: ego sum no. time. Chry. Statim autem in uoce cognouerūt eū & timor solutus est. Aug. de con. euā. Quomodo ergo eos volebat præterire, quos pauentes ita confirmat, nisi quia illa uoluntas prætereundi, ad eliciendum illum clamorē uolebat cui subueniri oportebat? Beda. Scripsit autem Theodorus Samaritanus quondā episcopus, corporale pondus non habuisse dominum secundum carnem, sed absque pondere super mare ambulasse; sed fides catholica pondus secundū carnem hr̄e eum pdicat. Ait enim Dionysius. Ignoramus qualiter nō infusis pedibus corporale pondus habentibus & materiale onus, deambulat in humidam & instabilem substantiam? Theoph. Deinde per introitum in nauiculam dominus compescuit tēpestatē. Sequitur enim; Et ascen. ad il. in na. & ces. vent. Magnum quidem miraculū est ꝙ ambulat dominus super mare, sed tempestas & venti contrarietas apposita fuerunt propter maius miraculum. Apostoli enim ex miraculo quinq; panum, non intelligētes Christi potentiam, nunc ex maris miraculo plenius cognouerunt. vnde sequitur. Et plus intra se stupebant. Non enim &c. Beda. Stupebant quidem carnales

Intellectus hystoric⁹. [margin]

Vigiliæ q sunt. [margin]

na es adhuc discipuli, uirtutum magnitudinẽ, necdum tñ in eo ueritatem diuinæ maiestatis cognoscere uolebant. vnde sequitur: Erant. n. cor eorũ obcęcatũ. Mysticè aũt labor discipulorũ in remigando & ventus contrarius, labores sanctæ ecclesię designat, q̃ inter undas seculi aduersãtes, & immundorũ flatus spirituum, ad quietẽ patriæ cęlestis peruenire conãtur. Bene autem dr̃, quia nauis erat in medio maris, & ipse solus in terra; quia nõnunquã ecclesia tantis Gentilium pressuris afflicta est, vt redemptor ipsius eã prorsus deseruisse videretur. Sed uidet dominus suos laborantes in mari, quia eos ne in tribulationibus deficiãt, suæ respectu pietatis corroborat, & aliquando manifesto adiutorio liberat. Quarta autẽ uigilia uenit ad eos diluculo appropinquante, quia homo mẽtem cũ ad superni lumen p̃sidij erexerit, aderit dominus, & tentationum pericula sopiẽtur. Chry. Vel prima uigilia est vsq; ad diluuiũ, secunda vsq; ad Moysen, tertia usq; ad aduentũ domini, in quarta uenit dñs & discipulis locutus est. Beda. Sæpe ãt fideles in tribulatione positos supna pietas deseruisse uisa est, ut quasi laborãtes in mari discipulos præterire Iesus uoluisse putaretur. Adhuc ãt hæretici putãt fantasma fuisse dñm, nec uerã assumpsisse carnẽ de uirgine. Hie. Dicit ãt eis. Cõfidite, ego sum; q̃a uidebimus eũ sicuti est. cessauit ãt uentus & procella, Iesu sedẽte .i. regnante in naui, quę est uniuersa ecclesia. Beda. In quocunque etiam corde per gratiam sui adest amoris mox uniuersa vitiorũ & aduersantis mundi siue spirituũ malignorũ bella cõpressa quiescunt.

Vigiliæ quatuor

Et cum transfretassent uenerunt in terrã Genezareth, & applicuerunt. Cumq; egressi essent de naui, continuo cognouerunt eum, & percurrentes uniuersam regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui se male habebant circunferre, vbi audiebant eum esse. Et quocunque introibat in uicos, uel in uillas, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum, salui fiebant.

Glo. Quia Euãgelista exposuerat periculum quod discipuli in nauigando sustinuerant, et quomodo fuerãt liberati; nũc ostendit quo nauigando peruenerint, dicens; Et cũ transfretassent &c. Theo. Post magnũ autem spacium temporis ad prædictum locum dominus transfretauit. Et ideo Euangelista subdit: Cumq; egressi essent de naui cõti. cog. eũ. s. incolæ. Beda. Cognouerunt autem eum rumore, non facie; uel præ signorum magnitudine & uultu plurimis notus erat. Vide autem quanta fides sit hominũ terræ Genezareth, ut nõ præsentiũ tantũ salute cõtenti sint, sed mittãt ad alias per circuitũ ciuitates, quo oẽs currãt ad medicũ. vñ sequitur; Et percurrẽtes vniuersam regionẽ illã, cœpe. in grabatis, &c. Theo. Nõ. n. ad domos inuitabãt eum ut curaret, sed magis ipsi male habẽtes afferebant ad eũ, uñ etiam sequitur. Et quocunque introibat in uicos aut in uil. &c. Miraculũ. n. quod circa mulierem hæmorroissam contigerat, ad aures multorum deuenerat, & multã fidem eis dabat, ex qua sanabãtur. Sequitur enim. Et quotquot tangebant eũ, &c. Beda. Mysticè autem fimbriam uestimenti eius minimum mandatum intellige; quod quicũque transgressus fuerit, minimus uocabitur in regno cœlorum, uel assumptionem carnis; per quã uenimus ad uerbum Dei, & illius postea fruimur maiestate. Hiero. Quod autem dicitur: Et quotquot tangebant eum salui fiebant, implebitur quando fugiet dolor & gemitus.

Expositio literalis.

CAPVT VII.

ET conuenerunt ad eum pharisæi & quidam de scribis, uenientes ab Hierosolymis. Et cũ uidissent quosdã ex discipulis eius cõmunib' manibus, i. nõ lotis mãducare panes, uituperauerunt. Pharisæi. n. & oẽs Iudæi, nisi crebrò lauerint manus nõ mãducãt, tenẽtes traditionẽ seniorũ, et à foro nisi baptizent, nõ comedunt. Et alia multa sunt q̃ tradita sunt illis seruare baptismata calicũ et urceorũ & æramentorũ, et lectorũ. Et interrogabant eum pharisæi et scribæ. quare discipuli tui nõ ambulãt iuxta traditionẽ seniorũ, sed cõmunibus manibus manducant panem?

nes. At ille respondens dixit eis, Bene pphetauit Esaias de uobis hypocritis sicut scriptum est. Populus hic labijs me honorat, cor āt eorum lõge est à me. In vanum āt me colunt docẽtes doctrinas & præcepta hoīum. Derelinquentes enim mādatum Dei, tenẽtes traditione hominum, baptismata urceorum,et calicum, & similia his facitis multa. Et dicebat illis. Bene irritũ fecistis p̃ceptum Dei, ut traditionẽ uestrā seruetis. Moyses.n.dixit, Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuā. Et qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos āt dicitis. Si dixerit homo patri aut matri corbā, quod est donum quodcunq; ex me, tibi p̃fuerit, & ultra nō dimittis eum quicquā facere patri suo aut matri, rescindentes uerbum Dei p traditionem uestram quā tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis.*

*Tenetur.

Beda. Hoīes terræ Genezareth qui minus docti uidebātur, nō solũ ipsi ueniunt, sed & suos infirmos adducunt ad dñm, ut uel fimbriā eius mereātur contingere. At uero pharisæi & scribę, q̃ doctores esse populi debuerant, nō ad q̃rẽdũ medelā, sed ad mouendas q̃stionum pugnans ad dñm cõcurrunt; uñ dr̃. Et cõue. ad eũ Pharisæi &c. Theo. Discipuli nāq; dñi instructi ea q̃ uirtutis tantũ sunt operari, nō lotis manib. simpliciter comedebant, pharisæi autem uolentes occasionem inuenire, hoc acceperunt, & non utique uituperabant eos ut legis transgressores, sed quia traditiones seniorum transgrediebantur. unde sequitur. Pharisæi n & omnes Iudęi nisi crebro lauerint manus nõ manducant, tenentes traditionem seniorum Bed. Spiritualia.n.prophetarum verba carnaliter accipientes, quę illi de cordis & operis castigatione præcipiebant, dicentes: Lauamini, mundi estote & mũdamini qui fertis vasa dñi, isti de corpore solo lauando seruabant. Superstitiosa ergo est hoīum traditio, semel lotos ob manducandum panẽ crebrius lauare, & a foro, nisi baptizent nõ comedere. Sed necessarium est eos qui panẽ de cœlo descendentem participare desiderant, crebro eleemosynis, lacrimis, & alijs iustitiæ fructibus sua opera purgare. Necessariũ ẽt est inquinamẽta quæ ex temporalibus negociorum curis quisquā contraxerit, subsequenti bonarũ cogitationum & actuum permũdet instā-

Pharisæorum malitia.

tia. Frustra āt Iudæi lauant manus & à foro baptizatur, quandiu cõtemnunt fonte ablui Saluatoris, in uanũ baptisma seruāt vasorũ qui corporũ suorũ, & cordium negligunt abluere sordes. Sequit: Et interrogabāt eũ pharisæi & scribæ, di. Quare discipu. tui non ambu. iuxta tradi. seni. sed con. man. man. panẽ? Chry. sup. Mat. Mira pharisæorũ scribarumq; stultitia, Dei filiũ arguũt, quare traditiones hoīum & p̃cepta nõ seruẽt. Cõe āt hic pro immũdo ponitur. Populus.n. Iudæorũ partẽ Dei se esse iactitans cões cibos vocat quibus oēs vtũtur Hie. Pharisæorũ āt superfluum latratum falsæ rõnis obtundit, id est Moysi & Esaiæ interpretatione, vt nos aduersantes hæreticos verbo scripturæ vincamus. vnde sequitur; At Ille respondens ait. Bene prophe. Esaias de vo. hypo. sicut scriptum est, Populus hic lab. me ho. cor aũt eorum longe est à me. Chry. Quia.n. non de legis transgressione, sed seniorum discipulos accusabant, iniuriose ipsos confundit hypocrites vocans, quasi commendantes cum reuerentia quadam id quod non conueniebat. Superaddit autem Esaię prophetę verbum, quasi de eis dictum, ac si diceret. Sicut hi de quibus dr̃ q̃ Deũ labijs honorant, cor autem eorũ ab eo lõge est, in uanum pietatem custodire se dicunt, doctrinas hominum honorantes, ita & uos qui derelinquitis id quod interius curabile est, & iustitiā colentes accusatis. Hie. Traditio āt pharisaica in mensis & uasis abscindenda est & radenda. Sępæ.n. traditionibus hoīm mandata Dei cedũt. uñ sequitur. Derelinquentes man. Dei tenentes tra. hoium, baptisma urceorum. Chry. Vt āt eos arguat tanquā Dei reuerẽtiam non seruantes, propter traditionem à senioribus factā, diuinis scripturis oppositā, subiungit. Moyses.n. dixit, honora patrẽ &c. Beda. Honor in scripturis non tantum in salutatione & officijs deferendis, quantũ in eleemosyna ac munerũ collatione sentitur, honora inquit Apostolus, uiduas quę ueræ uiduę sunt. Chry. Tali āt existẽte diuina lege ac talibus ministris transgrediẽtibus illatis, uos de leui & diuinũ transgredimini præceptum, obseruantes seniorum traditiones, unde sequitur, Vos autẽ

Superstitio damnatur.

di. Si dixe. homo pa. & ma. Corbã: qđ est donũ quodcunq; ex me tibi ꝓderit supple, liber erit ab obseruatione p̃missi mandati. vnde sequitur: Et ultra non dimit. eũ &c. Theoph. Volentes .n. pharisæi, q̃ offerebantur, comedere, instruebant filios ꝙ cũ peculia aliqua habebãt, & parẽtes hęc peterent, r̃nderent illis: Corbam, hoc est donum qđ à me petis, iã obtuli dño, & ita hæc nõ exquirerent quasi dño oblata. i. ad salutem parentũ ꝓficua, & sic decipiebant filios, ut parentes nõ honorarent, & ipsi oblata deuorarẽt. Hoc ergo dñs exprobrat eis, quia ꝑ lucrum, legem diuinã trãsgrediebãtur. vnde sequitur: Rescin. verbum Dei ꝑ tradi. &c. Et multa similia huiusmodi facitis s. trãsgrediẽtes. Chrys. Vel põt dici ꝙ pharisęi iuuenes docebãt, ꝙ si quis pro iniuria patri aut matri illata munus offerrat Deo, erat immunis, quasi Deo dans munera q̃ patri debẽtur: & hoc dicentes parentes honorari nõ permittebãt. Beda. Põt ãt & hunc breuiter hr̃e sensum; Munus, qđ ex me est, tibi ꝓderit. Cõpellitis (inquit) filios, vt dicant parentib. suis. Quodcũq; donũ oblaturus erã Deo, in tuos consumo cibos, tibiq; prodest ò p̃r & mater? quasi dicãt, nõ prodest, vt sic illi timentes acciperent, qđ Deo uidebãt mancipatũ, inopẽ magis uellent uitã ducere, quàm edere de consecratis. Hie. Mystice aũt discipulos non lotis manibus manducare futurã Gentium cõionem significat. Mũditia & baptisma pharisæi cũ sterile est: cõitatio non lota apostolica extendit palmites suos usque ad mare.

Et aduocans iterum turbam, dicebat illis. Audite me oẽs, & intelligite. Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare. Sed q̃ de homine procedunt, illa sunt quæ coinquinant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et cum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis. Sic & uos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiẽs in hominem non potest eum coinquinare, quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgans omnes escas? Dicebat autem q̃m illa quæ de homine exeunt illa coinquinant hominem. Ab intus enim de corde hominum male cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & coinquinant hominem.

Chrys. Iudæis cõsiderantib. corporalẽ munditiã legis & de hac murmurantib⁹, dñs contrariũ uult introducere. vnde dr̃: Et ad ite. tu di. il. Audite &c. illa sunt q̃ coinquinant hoiem. i. immundum faciũt. Ea .n. quæ Christi sunt, intra hoiem considerantur: ea uero q̃ legis sunt, magis cernuntur extra hoiem, quibus quasi corporalibus crux Christi finẽ in breui dare debebat. Theo. Hoc ãt dñs dicit, uolens instruere hoies, ꝙ obseruationes escarum, quas lex cõmemorat nõ oportere corporaliter intelligere, & ex hoc intentionem legis eis manifestare incępit. Chry. Subiũgit aũt. Si quis ha au. audi. audiat. Non .n. manifeste aperuerat, q̃ essent illa, quæ de hoie procedebant & hoiem coinquinãt, & ꝑ hoc verbum Apostoli crediderunt, ꝙ aliquod aliud profundũ prædictus dñi sermo innueret, vnde sequitur: Et cum introisset in domum à turba, interrogabãt &c. Parabolam autem immanifestum sermonem uocabant. Theoph. Dominus aũt prius increpat. vnde sequitur; Et ait illis: Sic & vos impru. estis? Bed. Vitiosus .n. est auditor, qui obscura manifesta, aut manifestè dicta obscurè uult intelligere. Theo. Deinde Dominus manifestat, id qđ erat occultum, dicens. Non intelli. quia omne &c. Beda. Iudæi .n. se partem Dei iactantes, cões cibos uocant, quibus oẽs hoies utuntur, ut ostrea, lepores, & huiusmodi animalia, nec ẽt idolothytum in quãtũ cibus & Dei creatura est, sed dæmonũ inuocatio hoc facit immundum. Et causam subdit dicẽs; Quia nõ introiit in cor eius. Animæ locus principalis iuxta Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est. Glo. Dr̃ ergo in cor eius. i. in mentem, quæ est principalis pars animæ, ex qua tota hominis vita dependet. vnde secundũ eã necesse est hominem mundum uel immundum æstimari, & sic ea quæ ad mẽtẽ non perueniũt, nõ possunt homini immũditiã afferre. Cibi ergo, quia ad mẽtẽ non perueniunt, secundũ suam naturam hominẽ inquinare non p̃nt, sed inordinatus ciborum

Doctrina moralis.

borum usus, qui ex inordinatione ꝓuenit mētis, ad hominis immunditiā pertinet. Quod autem cibi ad mētē nō perueniāt, ostendit per id quod subdit, dicens. Sed in uētrem &c. Hoc autem dicit ne intelligatur ꝙ inde ex cibis in corpore maneat. Manet enim quod est necessariū ad corporis nutrimentum, & augmentum Egredit̃ āt quod est superfluum, quasi purgatio q̄dā interius remanentis nutrimenti. Aug. in lib. 83. q. Quidam. n. sic accedunt, ut etiā mutent, & mutētur, sicut & ipse cibus amittens speciē suam in corpus nostrū uertitur, & nos refecti ī robur mutamur. Sed & tenuissimus humor, cū in uenis & alijs arterijs cocta fuerit esca; & digesta per occultos meatus, quos græci poros uocant, dilabitur, & in secessum uadit. Bed. Sic ergo cibi nō faciūt homines immūdos, sed malitia, q̄ operat̃ passiones ab interioribus procedentes, unde sequitur: Dicebat autem, quoniā quæ de ore exe. &c. Chr. Cuius rationem significat, cū subdit. Ab intus n. de cor. ho. cog. ma. ꝓcedūt. Et sic patet ꝙ malæ cogitationes ad mētē pertinent, q̄ hic cor nominat̃, secūdū quā homo dicit̃ bonus uel malus, mūdus uel immūdus. Bed. Hinc āt arguūtur qui cogitationes à diabolo immitti putāt, nō ex ꝓpria nasci uoluntate. Diabolus incēsor & adiutor malarū cogitationum esse pōt, et auctor esse nō potest. Gl. Ex malis āt cogitationibus ulterius mali actus procedunt, de q̄bus subdit̃. Adulteria, q̄ in uiolatione alieni thori cōsistunt. Fornicationes, q̄ sunt illiciti coitus personarū à matrimonio solutarū. Homicidia, q̄bus in ꝑsonas proximorū nocumētū infert̃. Furta, q̄bus res subtrahuntur. Auaritiæ, in quārū aliqua iniustè retinētur. Nequitiæ, q̄ cōsistūt in proximorum calūnijs. Dolus, in eorum deceptione. Impudicitię quātū ad quamlibet corruptionem mentis vel corporis. Theo. Oculus malus. i. odiū & adulatio, nam qui odit, oculum malum & inuidū habet ad eum quem odit, & adulator nō recto oculo uidens, quæ sunt proximi, ad malū ipsum deducit. Blasphemiæ. i. iniuriæ in Deū. Superbia, id est Dei cōtēptus. dum. s. quis bonū quod operatur nō Deo sed suæ uirtuti ascribit. Stultitia, idē iniuria in proximū Gl. Vel stultitia est cū non rectè de Deo sentitur. Cōtrariatur. n. sapiētiæ, q̄ est diuinarū rerū cognitio. Sequitur: O[illegible]ia hæc ma. ab intus proce. & coinqui. ho. Hoc. n. in culpā homini imputat̃ q̄d in sua potestate existit. Talia autem sunt q̄ procedunt ab interiori uoluntate, per quā homo est suorū actuū dominus.

Error arguitur.

Et inde surgēs abijt in fines Tyri et Sidonis, et ingressus domū neminē uoluit scire, et nō potuit latere. Mulier. n. statim ut audiuit de eo, cui⁹ filia habebat spiritū immūdū, intrauit & ꝓcidit ad pedes eius. Erat. n. mulier Gētilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eū, ut dæmoniū eiiceret de filia eius. Qui dixit illi. Sine prius saturari filios. Non est. n. bonū sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa respondit, & dixit illi. Vtique domine. Nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi propter hūc sermonem, uade exijt dæmoniū de filia tua. Et cū abijsset domum suam, inuenit puellā iacētem super lectū, & dæmoniū exijsse.

Theo. Postquā de escis dn̄s docuerat, uidens incredulos esse Iudæos, fines ingreditur Gentiū. Iudæis. n. infidelibus existentibus, salus ad Gētes cōuertitur. un̄ dr̄ Et inde surgēs abijt &c Chr. Tyrus & Sidon loca Chananæorū erāt: uenit ergo ad eos dn̄s, nō tanquā ad propinquos: sed tanquā ad eos q̄bus nihil est cōmune ad patres, quib. ꝓmissio facta est. Et ideo sic uenit ut aduētus suus Tyrijs & Sidonijs non appareret. un̄ sequitur: Et ingre. do. neminē uo. scire. Nondū. n. tēpus aduenerat, ut cū gētib. habitaret, & eas ad fidē adduceret: huius. n tēpus debitū erat post crucē et resurrectionem. Theo. Vel ideo clam ingreditur, ne occasionem Iudæi sumerent cōtra eum. tanquam ad immundas gētes trāsisset. Sequitur. Et nō potuit latere. Aug. de q. no. & ueteris test. Si autem uoluit & non potuit, infirma uoluntas eius esse uf: impossibile est autem ut Saluatoris uolūtas non impleatur, nec potest uelle quod sic fieri non deberet. Idcirco quod factū est, hoc uoluisse dicendus est. Aduertendum est autem ꝙ istud in finibus gestum est Gentilium, quibus adhuc tēpus prædicandi non erat, ultro tamen uenientes ad fidem nō suscipere, inuidiæ erat. Sic ergo factum est ut Saluator à discipulis ꝓdi

Tēpus Gētiliū

uis nó esset, ab alijs tamen qui ingredientem domum viderāt proditus est et incępit sciri ꝙ esset in domo. A suis ergo noluit prædicari, requiri autem se voluit, & ita factū est. Beda. Ingressus ēt domū præcepit discipulis, ne se cuiquam in regione ignota quis esset aperirent, vt exemplo eius discerent, quibus sanandi infirmos gratiam cōferret, in exhibitione miraculorū humani fauoris gloriam, quantū possent declinare, nec tamen à pio virtutis opere cessare, quando hoc fieri vel fides bonorū iuste mereretur, vel infidelitas prauorum necessario cogeret. Ipse n. suū illo introitū Gētili fęminæ, et quibuscūque uoluit, publicauit. Aug. de q. no. & ve. test. Denique mulier Chananęa audiēs de illo intrauit ad eū, q̄ nisi prius subiecisset se Deo, Iudæorū beneficium consecuta nō esset, de qua sequitur. Mulier. n. statim ut audiuit &c. Chry. Per hoc autē uoluit dn̄s discipulis ostendere, ꝙ etiam gentibus aperuit ostiū salutis. vnde & mulieris genus describitur cū subditur. Erant. n mu. gen. Syrophœnissa genere. i. de Syria Phęnicis. Sequit: Et rogabat eū ut dæmo. &c. Aug. de con. euan. Videtur āt afferre aliquē repugnationæ quæstionē, q̄ dicit in domo fuisse dn̄m cū ad illū venit mulier ꝓ filia sua rogās. Sed quoniā Matthæus dicit discipulos dn̄o ita suggessisse. Dimitte illā, q̄m clamat post nos, nihil aliud uī, significare q̄ post ambulantē dn̄m mulierem illā deprecatorias uoces emisisse. Quomodo ergo in domo, nisi quia intelligendum est dixisse quidem Marcū, quòd intrauerit ubi erat Iesus, cum eū prædixisset fuisse in domo? Sed quia Matthæus ait: Non respondit ei uerbum, dedit agnoscere in eo silētio egressum fuisse Iesum de domo illa, atque ita cætera contexuntur, quæ iā in nullo discordāt. sequitur: Qui dixit illi: Sine prius saturari filios. Bed. Quasi dicat futurum est ut etiam uos qui de Gentibus estis salutem cōsequamini, sed prius oportet Iudęos qui merito antiquæ electionis filiorum Dei solēt nomine cēseri, pane cœlesti refici, & sic tādē gentibus vitæ pabula ministrari: Sequitur: Nō est. n. bonum sumere, &c. Chry. Hoc āt uerbū dixit, nō ꝙ i eo sit defectus uirtutis ad bene faciēdū oībus, sed q̄a beneficiū eius distributum Iudæis & Gētibus cōmunionē inter se nō habētibus, prouocationē magis operaretur. Theo. Canes uocat Gentiles, tanquā à Iudæis sceleratos reputatos. Panē uero dicit beneficium qđ filijs. i. Iudæis dn̄s ꝓmisit. Est ergo sensus ꝙ nō decet Gentiles beneficijs primo esse participes quod Iudæis principaliter ꝓmissum est. Ideo autē dn̄s non statim exaudit, sed gratiam differt, ut etiam ostendat mulieris fidem constantem, & vt discamus, non statim deficere cum oramus, sed ut insistamus donec recipiamus. Chry. Similiter ēt ut Iudæis ostēderet, ꝙ non æqualiter eis dabat & alienigenis sanitatem & ut patefacta mulieris fide, magis patefieret infidelitas Iudæorū. Mulier. n. nō grauiter tulit, sed uocē dn̄i cū multa reuerētia cōfirmauit uñ seq̄tur. At illa respondit, & dixit illi: Vtiq; dn̄e. nā & catel. co. sub. mē. de micis puerorū. Theo. Quasi dicat. Iudæi panē totū habēt s. descēdentē de cœlo, & tua ēt beneficia, ego micas postulo. s. modicā beneficii partē. Chry. Quod ergo in ordine canū sa reputāt reuerentiæ est, quasi dicat, ꝓ gratia habeo ēt in numero canū esse, & nō ab aliena, sed à ꝓpria mēsa comedere dominātis. Theo. Quia ergo mulier sapiētissime respōdebat, obtinuit ꝙ optabat. uñ sequit: Et ait illi, & c. Nō dixit, uirtus mea te saluā fecit, sed pp hunc sermonē, id est pp fidē tuā, q̄ hoc sermone demonstraī. Vade exijt dæmū à filia tua. Sequit. Et cū abi. in domum suā & c. Bed. Propter humilē. n. matris fidelemq; sermonē filiā deseruit dæmoniū. vbi daī exēplū catechizādi, & baptizādi infantes, q̄a uidelicet p fidē & confessionem parentum in baptismo liberātur à diabolo paruuli, qui necdū per se sapere, uel aliquid agere boni possunt uel mali. Hier. Mystice autem mulier Gentilis, quæ pro filia rogat, est mater nostra Romana ecclesia. Nata eius dæmoniaca, barbarica est occidentalis natio, cuius fides fecit de cane ouem. Micas autem spiritualis intellectus, non panē infractum literæ sumere cupit. Theo. Vnusquisq; etiā nostrum cū peccat mulier est anima eius, Infirmā uero filiā habet hæc anima, actus prauos, quæ filia dæmo-

Consensus euāgelicus.

Allegorica expositio.

Muliebris fidei præconiū.

dæmonium hēt, nā actus praui dæmoniū sunt. Peccatores aūt existentes nuncupan tur catuli impleti immunditiis. Propter ꝙ non sumus digni panem Dei recipere, aut participes fieri immaculatorū mysteriorum Dei. Si vero cognoscētes nosmetipsos per humilitatem, catulos esse confiteamur peccata nostra, tunc sanabitur filia, scilicet operatio praua.

*Et iterum exiens de finibus Tyri, uenit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum; Et deprecabantur eum ut * imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens, tetigit linguam eius. Et suspiciens in cœlum, ingemuit, & ait illi; Hephetha, quod est adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est uinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis ꝓcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.*

* Imponeret.

Occasio scandali remouēda.

Theoph. In Gentilium locis morā dn̄s facere nō volebat, ne occasionē Iudæis daret, ut transgressorē legis eū æstimarent, ꝙ se gētibus admiscebat, & ideo cōfestim reuertitur. vnde dr̄: Et iterum exiēs & c. Beda. Decapolis est regio 10. vrbiū trās Iordanē ad oriētē cōtra Galilææ. Qđ ergo dr̄ ꝙ dn̄s venit ad mare Galilææ īter medios fines Decapoleos, non ipsos fines Decapolis intrasse significat, neq;.n. mare nauigasse dr̄, sed potius ad mare usq; venisse, atq; ad ipm̄ puenisse locū, q. medios fines Decapolis lōge trās mare positos respiciebat. sequit. Et adducūt ei surdū &c. The. Quod recte post dæmoniaci liberationē ponitur. ex dæmonio.n. talis passio erat. sequitur: Et apprehendēs eū &c. Chryso. Seorsum à turba oblatū surdum & mutū apprehēdit, vt diuina miracula nō faceret manifeste, instruēs nos uanā gloriam eijcere & tumorem. nihil.n. est ex quo aliquis sic miracula operetur, sicut si humilitatis colat, & modestiam sequatur. Misit uero digitos in auriculā potēs uerbo sanare, vt ostenderet, ꝙ diuina uirtute dicatū erat corpus diuinitati unitū, & operatio eius Quia.n. ꝓ trāsgressionem Adæ, natura humana multā incurrerat passionē, ac mēbrorum & sensuū læsionē, ueniens Christus in seipso ꝑfectionē demonstrauit humanæ naturæ, & ꝑ hoc digitis aures aperuit, & sputo loquelā dedit. vnde sequtur; Et ex pu te l ing. eius. Theo. Vt.s. ostēderet ꝙ oīa mēbra sacri corporis eius diuina existunt & sancta, sicut & sputū qđ vinculū linguæ dissoluit. Etenim oē sputum superfluitās est, sed in domino omnia diuina fuerunt. Sequitur; Et suspiciēs in cœlum inge. &c. Beda. Suspexit quidē in cęlum, vt inde mutis loquelā, inde auditū surdis, inde cunctis infirmātibus medelam doceret esse quærēdam. Ingemuit autē, non quia ipsi opus esset cum gemitu aliquid petere à patre, qui cuncta petentibus donat cum patre, sed ut nobis gemēdi daret exempla, cum uel pro nostri, vel ꝓ nostrorum erratibus proximorum supernæ pietatis præsidia inuocamus. Chryso. Simul etiam ingemuit nostram cām suscipiens in seipso, & naturæ misertus humanæ, uidens miseriam in quā humanum genus inciderat. Beda. Quod autem ait, Hephetha, idest ad aperire, ad aures proprie ꝑtinet; aures enim ad audiendum aperiendæ, linguæ vero vt loqui posset à retinaculis erat suæ tarditatis soluēda. vnde sequitur. Et statim apertæ sunt au. &c. Vbi vtraque natura unius & eiusdem Christi manifeste distincta est. Suspiciens quidem in cęlum, quasi homo, Deum deprecatus, ingemuit, sed mox uno sermone, quasi potens diuina maiestate curauit. Sequitur. Et præce. eis ne cui dice. Hierony. Per ꝙ non in uirtutibus gloriandum esse docuit, sed in cruce & humiliatione. Chrysosto. Præcepit etiam miraculum occultare, ne ante tempus accenderēt Iudæos ad homicidium per inuidiam perpetrandū. Hieron. Ciuitas autem in monte polita vndique circunspecta abscondi non pōt, & humilitas semper præcedit gloriam. vnde sequitur; Quāto autem eis &c. Theo. Docemur autem ex hoc, cum alicui beneficia clargimur, minime applausus & laudes petere, cum uero accepimus beneficia, benefactores prædicare & laudare, quanuis nolint. August. de con. euang. Si autem sciebat eos, sicut ille, qui notas habebat & præsentes, & futuras hominū

Omnia Christi fuere sacrosancta.

uoluntates, tanto magis pdicaturos, quãto magis ne pdicarẽt eis pcipiebat, ut qd hoc pcipiebat? nisi pigris volebat ostendere quãto gaudiosius, quãto feruentius cũ pdicare debeant, quibus iubet vt pdicent: qñ illi qui prohibeantur, tacere non poterant. Glo. Ex prædicatione aũt saluatorũ à Christo, crescebat admiratio turbarum & confessio beneficiorum Christi. vnde sequitur: Et eo amplius admi. di. Bene oia fecit, hoc scilicet surdos fecit audire, & mutos loqui. Hier. Mystice autem Tyrus interpretatur angustia, & signat Iudæam, cui dominus dicit. Coangustatum est stratum, à qua transfert se ad gentes alias. Sidon, venatio interpretatur. Fera autem indomita, nostra natio est, & mare, quod fluctuosa uolubilitas est. Inter medios autem fines Decapoleos, quod interpretatur decalogi mandata, saluator ad saluandas Gentes uenit. Genus autem humanũ per multa membra, quasi vnus homo uaria peste absumptus enumeratur in protoplasto, cęcatur dum male uidet, surdus fit cum audit, obmutescit cum loquitur. Deprecantur autem eum ut imponat illi manum, quia incarnatum fore dominum multi iusti & patriarchæ cupiebãt & optabant. Beda. Vel surdus & mutus est, qui nec aures audiendi uerba Dei habet, nec os aperit pro loquendis, quales necesse est, ut hi qui loqui iam & audire diuina eloquia didicerunt, domino sanandos offerant. Hier. Seorsum autem semper a turbulentis cogitationibus & actibus inordinatis sermonibusq; incompositis educitur, qui sanari meretur. Digiti autem qui in aures mittuntur, verba vel dona spiritus sunt, de quo dicitur, digitus Dei est huc. Sputum autem diuina sapientia est, quæ soluit uinculum labiorũ humani generis, vt dicat: Credo in Deum patrem omnipotentem, & reliqua. Suspiciens autem in cęlum ingemuit, idest gemere nos docuit, & in cęlum thesauros nostri cordis erigere: quia per gemitum compunctionis intimæ friuola lætitia carnis purgatur. Apertæ sunt autem aures ad hymnos & cantica & psalmos. Soluit linguã, ut eructet uerbum bonum, quod nõ possunt nec verba cohibere.

Allegoria pulchra.

CAPVT VIII.

*IN diebus illis iterum cum turba multa esset, * nec haberent quod manducarent, cõuocatis discipulis, ait illis. Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habẽt quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in uia. Quidam enim ex eis de longe uenerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens 7. panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis ut apponerent, & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt & saturati sunt. Et sustulerunt quod superaerat de fragmentis septem sportas. Erant autem manducauerant, quasi quatuor milia, & dimisit eos.*

Cum Iesu.

Theo. Postquã dñs superius miraculũ de multiplicatione panũ ppetrasset, nunc iterum occasione habita cõgruenti adducit simile miraculũ operari. vnde dr: In diebus illis iterũ cũ tur. &c. Non n. semp circa alimenta miracula faciebat, ne pp cibum, ipsum sequerentur. Et nunc igitur hoc miraculum nõ fecisset, nisi quia uidebat turbis piculũ imminere, vnde sequit: Et si dimisero eos &c. Quidã. n. &c. Beda. Quare triduo sustinẽt de lõge uenientes? Matthæus plenius dicit sic; Et ascendẽs in montẽ sedebat, & accesserũt ad eũ turbæ multæ, hñtes multos infirmos, & proiecerũt eos ad pedes ei⁹, & curauit eos. Theo. Discipuli adhuc nõ intelligebant, nec uirtuti eius pp priora miracula credebãt. unde sequitur: Et respõderunt ei disci. &c. Ipse aũt dñs non eos uituperat; ex hoc instruens nos, ꝙ nõ debemus ignorantibus & nõ intelligẽtibus grauiter irasci, sed eorum ignorãtiæ compati. vnde sequitur; Et inter eos; Quot panes ha. Qui dixerunt, septem. Remi. sup. Mat. Non ideo interrogauit, quia ignoraret quot haberent, sed vt dum illi respondent septẽ, quo pauciores essent, eo magis miraculum diffamaretur, & notius fieret. Sequit; Et præce. tur. dis.

Notulæ pulchra.

dis. super ter. In superiori refectione supra fœnum discubuisse dicũtur, hic uero super terram. Sequitur. Et ac. sep. pa. gra. agens. fre. In eo ꝙ gratias egit, nobis reliquit exẽplum, ut de oĩbus donis nobis cælitus collatis illi gratias referamus. Et notandum quia dñs panes non dedit turbæ, sed discipulis, discipuli ãt dederunt turbis, sequitur. n. Et da. dis. &c. Non solum panes, sed & pisciculos benedicens iussit apponere. Sequitur. n. Et habebant pisculos pau. &c. Bed. In hac ergo lectione considerãda est in vno eodemq; redemptore nostro distincta operatio diuinitatis & humanitatis, atq; Euticetis error, qui unã tantum in Christo operationẽ dogmatizare præsumit procul à Christianis finibus expellendus. Quis. n. nõ videat ꝙ super turbã miseretur dñs, affectum esse & cõpassionẽ humanę fragilitatis? Quòd ãt 7. panibus & pisciculis paucis quatuor milia hoĩum satiauit, diuinæ opus est uirtutis. Sequit: Et su. qđ su. &c. Theo. Turbæ comedẽtes & saturatæ, nõ secũ tollũt panũ reliquias, sed ipsas discipuli sustulerunt, sicut & superius cophinos. In quo secundũ historiã discimus, qm̃ oportet nos his q̃ sufficiunt esse cõtentos, & nõ quęrere ultra. Deinde numerus mãducantiũ describit, cũ dr̃, Erant autem qui man. quasi quatuor milia, &c. Vbi considerãdum est ꝙ Christus neminem ieiunũ dimittit, oẽs .n. uult sua gratia enutriri. Beda. Hoc uero typicè inter hãc refectionẽ, & illã 5. panum & duorum piscium distat, ꝙ ibi litera ueteris testamenti spirituali gratia plena significata est: hic autem ueritas & gratia noui testamenti fidelibus ministrãda monstrata est. Turba ãt triduo dñm sustinet pp sanationẽ infirmorũ, ut Mat. narrat, cum electi in fide sanctæ trinitatis ꝓ peccatis perseueranti instãtia supplicant. Vel q̃a ad dñm se opere, locutione, atq; cogitatione cõuertũt. Theo. Vel per eos qui per triduum expectant, significat baptizatos. Baptismus. n. illuminatio dicit̃ & trina submersione perficitur. Greg. 1. mora Non uult autem eos ieiunos dimittere, ne deficiant in uia. oportet. n. ꝙ in prædicatione uerbum consolationis accipiãt, ne à ueritatis pabulo ieiuni remanẽtes in huius uitæ labore succũbant: Amb. sup. Lu. Bonus quidẽ dñs studia exigit, uires ministrat, non uult ieiunos dimittere ne deficiant in uia, hoc est uel in illius cursu uitæ uel antequã ad caput uiæ perueniant s ad patrem, & intelligant ꝙ ex patre. Christus est: ne forte cũ acceperint ꝙ natus ex uirgine est, incipiant non Dei uirtutem, sed hoĩs æstimare. Diuidit ergo escas dñs Iesus, & ille quidẽ uult dare omnibus, negat nemini, dispensator est oĩum sed cum ille panes frangat ut det discipulis, si tu manus tuas non extendas ut accipias tibi escas, deficies in uia, nec poteris in eum culpã referre, qui miseretur & diuidit. Bed. Qui uero post carnis flagitia, post furta, uiolentias, & homicidia ad pęnitentiam redeunt, ad dñm de longinquo ueniunt. Quanto. n. quisq; plus in prauo opere errauit, tanto ab oĩpotente Deo lõgius recessit. Credentes de Gentibus de longe uenerunt ad Christum, Iudæi uero de prope, qui legis & prophetarũ erant literis edocti ex illo. Supra ãt in refectione 5 panum turbæ super fœnũ uiride discumbebant, hic ãt sup terrã, quia per scripturã legis desideria carnis cõprimere iubent. In nouo ãt test. ipsam quoq; terram, ac facultates tẽporales relinquere ꝑcipimur. Theo. Septẽ ãt panes sunt spũales sermones, nã septenarius numerus Spiritus sancti significatiuus est q̃ ꝑficit oĩno: in septenario. n. numero dierũ, nostra uita ꝑficitur. Hie. Vel septẽ panes dona sunt spiritus sancti, fragmẽta panũ mystici intellectus sunt huius septimanæ. Beda. Quod .n. dñs panes fregit, apertionẽ significat sacramẽtorũ: ꝙ gratias egit, ostẽdit, quantum de salute humani generis congaudeat: qđ panes discipulis dedit, ut turbæ apponerẽt, significat q̃a spũalia dona sciẽtiæ tribuit Apostolis, & ꝑ eorũ ministeriũ uoluit ecclesiæ suę vitæ cibaria distribui. Hie. Pisciculi benedicti libri sunt noui testamẽti, qm̃ piscis assi partẽ dñs resurgens postulat: vel in pisciculis sanctos accipimus, quorũ scriptura noui testamẽti fidẽ, uitã, & passiones cõtinet, q̃ turbulẽtis huius seculi fluctibus erepti, refectionẽ nobis internam exẽplo suo ꝓbuerunt. Bed. Quod ãt turbis saturatis supererat, Apostoli

Operatio duplex in Christo.

stoli tollunt, quia altiora pfectionis pcepta, q turba nequit attingere, ad illos ptinent, q gñalem populi Dei côuersationê trâscendunt. & tñ turba saturata esse memorat, quia etsi sua relinquere nequeant, neq; explere qđ de uirginibus dr, tñ audiêdo mandata legis Dei, ad uitâ perueniunt æternâ Hie. Septê át sportæ, septê ecclesię. Quatuor milia, annus est noui testamenti, cû quatuor têporibus. Bene êt quatuor milia sunt, ut in ipso numero docerêt euâgelicis se pastos esse cibarijs. The. Vel quatuor milia sunt, id est, quatuor uirtutibus pfecti: & pp hoc ueluti fortiores plura comedentes, pauciora relinquerût. In isto.n.miraculo 7. sportæ remanêt, in miraculo át quinq; panû 12. cophini; qa quinq; milia erât, id est quinque sensibus seruiêtes, & pp hoc nô potuerunt comedere, sed paucis contenti multæ superabût dabant reliquiæ fragmentorum.

Et statim ascêdens nauim cû discipulis suis, uenit in partes Dalmanitha. Et exierunt pharisæi, et cæperût côquirere cû eo, quærêtes ab illo signû de cælo, tentâtes eû. Et ingemiscês spiritu, ait: Quid generatio ista signû quærit: Amê dico uobis si dabitû generationi isti signû. Et dimittês eos ascêdit iterû nauim, & abijt transfretû. Et obliti sunt panê sumere, & nisi unû panê nô habebant secum in naui. Et præcipiebat eis, dicens uidete & cauete a ferméto: pharisæorû, & fermento Herodis. Et cogitabât ad alterutrû, dicêtes: Quia panes nô habem⁹. Quo cognito, ait illis Iesus. Quid cogitatis, qa panes nô habetis? Nôdû cognoscitis nec intelligitis? Adhuc cęcatû habetis cor uestrû. Oculos habêtes nô uidetis, & aures habêtes nô auditis. Nec recordamini, quâdo quinque panes fregi in quinq; millia, et quot cophinos fragmêtorû plenos sustulistis? Dicunt ei Duodecim. Quâdo et septê panes in quatuor millia, quot sportas fragmêtorû tulistis; Et dicût ei, Septê. Et dic. eis. Qmo nondû intelligitis?

Dalma nutha.

Theo. Postquâ dñs operat⁹ est miraculû panû, statim in alium secedit locû: ne pp miraculû ipsum turbæ caperêt, ut facerêt regê. uñ dr: Et statim asc.na. cû dis. suis, uenit in partes Dalma. Augus. de concor. euan. In Matthæo át legit, q uenit in fines Magedâ. Nô át dubitandû est eundê locû esse sub vtroq; nomine. Nâ pleriq; codices nô habent êt secûdum Marcum nisi Magedâ sequit: Exierût pharisæi & cœperût conquirere cû eo queren. ab il. sig. de cęlo ten eû. Bed. Pharisæi siquidê signum quærunt de cœlo; ut qui multa hominû millia secundo de paucis panibus saturauit, nunc in exemplo Moysi manna cœlitus missa, & p omnia passim dispersa, populum omnem in ultimo têpore reficiat quod in euangelio Ioannis quærunt dicêtes; Quod sig. fa. ut uide. & cre. ti. Patres nostri man. manna in deser. sicut scriptû est; Panem de cęlis de. eis mandu. Theo. Vel quęrunt signû de cælo. s. ut solem & lunam sisteret, grandinem peteret, & aerê immutaret. Credebant.n. q de cęlo signa facere nô poterat, sed q in Beelzebub solum poterat facere signum in terra. Beda. Sicut autem turbam supra credentem refecturus gratias agebat, ita nunc ob stultâ pharisæorum petitionem gemit; quia humanæ naturæ circûferês affectus, sicut de hoium salute lætatur, ita super eorû dolet erroribus, unde sequitur. Et inge. spû ait; Quid gñatio ista sig. qu. amê dico. uo. si dabi. gene. isti signum, id est nô dabitur iuxta ilud in psalmo; Semel iuraui in sancto, si Dauid mentiar, id est non mentiar Dauid. Aug. de cô. euan. Non át moueat quòd Marcus nô dicit respôsum esse quęrentibus signum de cælo, idê quod Matthæus de Iona, sed ait dñm respondisse. Signum non dabitur ei. intelligêdum est n. quale petebant, hoc est de cælo. Prætermisit aût dicere de Iona quod Matthæus cômemorauit. The. Ideo autem eos dñs nô exaudiuit, quia aliud est tempus signorum cælestium. s. tempus aduentus secundi, cum uirtutes cælorum commouebuntur, & luna non dabit lumen suum. Tempore autem primi aduentus non fiunt talia, sed omnia mansuetudine plena. Bed. Non etiam dandum erat cæleste signum generationi tentantium dominum. Cæterum generationi quærentium dñm signû de cælo ostendit, qñ cernentibus apostolis ascendit in cælum Sequitur. Et di. eos. as. ite. na. & abiit transfre. Theo. Dimittit quidem dominus pharisæos quasi incorrectos: nam ubi spes est correctionis, ibi morandum est: ubi uero malû incorrigibile est, inde recedêdû. Sequitur: Et ob.

Gemit⁹ Christi ratio.

Cosensus euâgelicus.

sunt

sunt pa. sū. & nisi vnum pa. &c. Bed. Quærit autem aliquis: Quomodo panes nō habebāt qui statim impletis 7. sportis ascēderūt in nauiculam? Sed scriptura testat̃ q̄ obliti sunt eos secū tollere: qđ indiciū est q̄ modicam carnis curam haberēt in reliquis, q̄bus ipsa reficiendi corporis necessitas intētione dominici comitatus mente excesserat. Theo. Dispēsatiue ēt panes sumere discipuli sunt obliti, vt reprehensi à Christo fierēt meliores, & ad virtutis Christi notitiā puenirēt. sequitur enim: Et præcis di. Vi. & ca. à fer. pha. & fer. Herod. Chry. Matthæus dicit à fermēto pharisęorū & sadducæorū. Lucas vero pharisæorū solū, tres ergo pharisæos nominant, quasi principales Matthæus vero & Marcus sibi secundarios diuiserunt. Congrue āt Marcus posuit Herodis, quasi relictis à Matthæo Herodianis in supplementū narrationis ipsius. Hoc āt dicens, paulatim inducit discipulos ad sensum & fidē. Theo. Fermentū pharisæorū & Herodianorum vocat doctrinam eorū quasi dānosam & corruptiuā, & malitia veteri plenā: Herodiani.n. doctores erant, q Herodē Christū esse dicebant. Beda. Vel fermentū pharisæorū est decreta legis diuinæ traditionibus hominū postponere; legē uerbis p̄dicare, & factis impugnare; dominum tētare, doctrinæ eius aut operibus non credere. Fermētum autem Herodis est adulteriū, homicidium, temeritas iurādi, simulatio religionis, & odiū in Christum & præcursorem eius. Theo. Ipsius autem discipuli de fermento panum dixisse dominum putauerūt. unde sequitur: Et cog. ad al. di. q̄a pa. non ha. Hoc autem dicebant, quasi nō intelligentes Christi uirtutem, q̄ poterat panes facere ex non ente. unde dominus eos reprehendit. sequitur enim: Quo cog. Iesus ait il. Quid cog. quia pa. non habe. Bed. Per occasionem autē præcepti quod Saluator iusserat dicens; Cauete à fermē. pha. & fer. Hero. docet eos quid significēt quinque panes, & septem, de quibus subdit; Nec recorda. quando quinque panes freg. &c. Si enim fermentum prædictum traditiones puersas significaret, q̄rē sibi quibus nutritus est populus Dei nō uerā doctrinam significent?

Consensus euāgelicus.

Et veniunt Bethsaidam, & adducunt ei cæcum & rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehensa manus cæci, eduxit eum extra vicum & expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit eum si aliquid videret. Et aspiciens ait. Video homines velut arbores, ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit videre, & restitutus est, ita vt clare videret omnia. Et misit illum in domū suam, dicens. Vade in domum tuam, & si in vicum introieris, nemini dixeris.

Gl. Post refectionem turbarum euangelista de illuminatione cœci subiungit, dicēs; Et veniūt Bethsaida & addu. ei cœcū & rogab. eū vt illū tangeret. Bed. Scientes q̄a tactus dñi sicut leprosum mūdare, ita cęcū illuminare valeret. Sequit̃; Et appre. ma. cę. edu. eū extra vicū. Theo. Vr̃ nāque Bethsaida multa infidelitate fuisse infecta, vñ dñs exprobrat ei, Veh tibi Bethsaida, q̄a si in Tyro & Sidone &c. In hac ergo adductū cœcū extra vicū educit, nō.n. erat vera adducentium fides. Sequitur; Et expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit eum si aliquid videret. Chry. Spuit quidem & manus imponit cęco, volens ostendere q̄ verbum diuinum operationi adiunctum mirabiliter perficit. Manus enim operationis est ostēsiua, sputum vero sermonis ex ore prolati. Interrogat autē si aliquid videret, quod in alijs sanctis nō fecit. significans p̄p imperfectam adducentium fidem, ac ipsius cęci oculos eius nō esse omnino apertos. vnde sequitur; Et aspiciens ait. Video homines velut arbores ambulantes. Quia enim in infidelitate adhuc detinebat̃, obscure se uidere homines declarabat. Bed. Forma q̄dem corporū inter umbras aspiciēs, sed nulla membrorum liniamēta uisu adhuc caligante discernere ualens, quales condēsæ arbores à lōge aspectantibus, vel in luce nocturna solēt apparere, ita ut nō facile arbor an homo sit, possit dignosci. The. Ideo aūt non statim eum perfecte fecit videre, sed in parte, quia nō perfectā fidem habebat. Nam secundum fidem detur medela. Chry. Deducit aūt eū ab initio sensus redditi in fidei apprehensionē, & sic fecit eū perfecte uidere, vñ sequit̃. Deinde iterū imponit manus sup ocu. eius & cœ.

vi. &

ui. & postea subiūgit. Et resti. est: ita vt ui. cla. omnia: sensu scilicet, & intellectu perfecte curatus. Sequitur. Et misit eū in domū suā, dicens: Vade in do. tu. & si in vicū intro. ne dixe. Theoph. Hæc quidē pcepit ei, qa infideles erant, vt dictū est: ne forte ab eis in anima læderet, & ipsi nō credentes grauius crimē incurrāt. Beda. Vel exēplū suis tribuit, ne de his q̄ faciunt mirandis fauorē vulgi requirant. Mistice autem Bethsai da domus vallis interpretat̄, id est mūdus, qui est vallis lachrymarū. Adducunt āt ad dominū cœcū, id est qui nō videt q d fuit, quid est, & quid erit. Rogāt illū vt eū tangeret. Quis. n. est qui tangitur nisi qui cōpungitur? Beda. Tangit. n. nos dñs cū mentē afflatu sui spiritus illustrat: atq; agnitionē nos ꝓpriæ infirmitatis studiumq; bonæ actionis accendit. Apprehēdit manū cœci; vt eū ad executionē bonæ operationis cōfortaret. Hier. Et ducit eū extra vicū, id est ciuitatē malorū. Expuit āt in oculos eius vt videat voluntatē domini per flatū Spiritus sancti: Impositis autē manibus interrogat eū si videret, qa p opera dñi videt̄ maiestas eius. Beda. Vel expuens in oculos cœci imponit manus suas vt videat, quia cœcitatē humani generis & p inuisibilia dona, & per sacramēta assumptæ humanitatis extersit. Sputum .n. quod de capite hominis ꝓcedit, gratiā Spiritus sancti designat. Sed quē vno verbo totū simul curare poterat, paulatim curat, ut magnitudinē humanę cęcitatis ostēdat, quæ vix & quasi p gradus ad lucē redeat. Et gratiā suā nobis indicat, p quā singula perfectionis incrementa adiuuat. Quisquis aūt ita lōgi tpis obscuritate depressus est, ut inter bonū & malū discernere nesciat quasi ambulātes homines instar arborū cernit; qa facta multitudinis absq; luce discretionis videt. Hie. Vel videt homines velut arbores, quia homines existimat se superiores. Iterum autē manus posuit super oculos eius ut videret clare omnia i. per opera visibilia, inuisibilia intelligeret; & ꝙ oculos nō vidit, & clarum animę suæ statum post rubiginē peccati mūdi cordis oculo contempletur. Misit eum in domum suā, id est, in cor suum; ut uideret in se quod ante non uidit. Nō enim putat homo desperans de salute omninō posse, quod illuminatus facile potest perficere. Theoph. Vel postquàm sanauit mittit in domum; nā domus vniuscuiusq; nostrum cœlum est, & māsiones quæ sunt in eo Hiero. Dicit autem ei, Et si in vicū intr. nemini dixeris, id est vicinis cęcitatem tuam semper enarra, non virtutem.

Et ingressus est Iesus & discipuli eius castella Cæsareæ Philippi; & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis; Quem me dicunt esse homines? Qui responderunt illi, dicentes; Alij Ioannem Baptistam, alij Heliam, alij vero quasi vnum de prophetis. Tunc dicit illis; Vos vero, quem me esse dicitis? Respondens Petrus ait ei, Tu es Christus. Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo, Et cæpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari a senioribus, & a summis sacerdotibus scribis occidi, & post tres dies resurgere & palā verbū loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cæpit increpare eum. Domine, propitius esto tibi, nam hoc non erit. Qui conuersus & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens. Vade retro me sathana, quoniam non sapis quæ Dei sunt sed quæ sunt hominum.

Theop. Postquā eduxit longe a Iudæis discipulos suos, tunc de seipso interrogat, vt non timentes Iudæos respondeant veritatē. unde dicitur; Et ingressus est Iesus & dis. eius in ca. Cęsareæ Phili. Hier. Philippus iste fuit frater Herodis, de quo supra diximus, qui in honorē Tyberij Cęsaris Cæsaream Philippi, quæ nunc Paneas dr̄, appellauit. Sequitur; Et in via in dis. di. eis; Quem me dicunt esse homines? Chry. Sciens quidē interrogat, quia decebat vt discipuli quandoq; eū melius laudarēt quàm turbæ. Beda. Vnde primū hominum sententiam interrogat, discipulorum fidem exploraturus, ne illorum cōfessio vulgi videret̄ opinione firmata. Sequitur. Cui res. illi di. Alii Io. ba. alij Heliam, alij vero quasi vnū de ꝓphetis The. Multi nāq; putabant ꝙ Ioānes à mortuis resurrexisset, sicut Herodes credebat; & post resurrectionē suam miracula ppetrasset. Postquam vero ab eis sciscitatus est aliorum suspicionem, ipsos interrogat quid de hoc in eorum mente consistat. vnde sequitur; Tūc dicit illis; Vos vero qu

Expositio literalis.

me

me esse dicitis? Chry. Ex ipso āt interrogationis modo, in maiorem eos reducit sensum ad maius aliquid ęstimādū de eo, ne cū turbis cōueniant. Quid uero uertex Discipulorū, os Apostolorū interrogatis oīb. responderit, manifestatur cū subditur; Rñdens Petrus ait ei; Tu es Christus: Theo. Cōfitetur quidē illū esse Christū à ꝓphetis denuntiatū. Sed quid ad cōfessionē Petri rñderit Dñs, & qualiter ipsum beatificauit, Marcus Euangelista ptrāsit, ne huiusmodi narrādo Petro suo magistro gratiam præstare uideretur. Matthæus autem hoc planè pertractat. Orig. super Mat. Vel quia Marcus & Lucas scripserunt Petrum respondentem. Tu es Christus: nō adijciētes quod positum est in Matthæo, Filius Dei uiui: propterea nō scripserunt ad cōfessionem relatam beatitudinem. Sequit. Et com est il. ne cui di de il. Theoph. Volebat.n. interim suam gloriā occultare, ne multi scandalizarentur de eo, & pœnam mereretur maiorem. Chry. Vel ut scandalo crucis completo puram infigat fidē in mentem eorum. prius.n. perfecta circa ascensionem dixit eis; Euntes docete omnes gentes. Theo. Postquam autem Dñs confessionem Discipulorum acceptauit dicentium uerum Deum, tunc ipsis reuelat crucis mysteriū. unde sequitur: Et cœpit docere eos. q̄m oport. fi. hominis &c. Et pa. uerbū loquebat̃, s. de futura passione. Non āt intelligebant Discipuli ordinem ueritatis, neq; resurrectionem comprehendere poterant, sed putabant esse melius, ꝙ non pateretur. Chry. Prædixerat tñ hoc eis dñs hac occasione, ut ostenderet ꝙ oporteret post crucem & resurrectionem Christum à testibus prædicari.

Rursus Petrus existens feruidus, solus de his sumit audaciam disputandi. Vnde sequitur: Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum Domine, ꝓpitius esto tibi, nam hoc non erit. Hoc autem amantis affectu & optantis dixit, quasi diceret: Hoc non potest fieri, nec recipiunt aures meæ, ut Dei filius occidendus sit. Chry. Quid est autem hoc, ꝙ Petrus qui reuelatione patris potitus erat sic uelociter cecidit, & instabilis est effectus? Sed dicimus non esse mirum si hoc ignorauit qui de passione reuelationem non accepit. Quòd.n. Christus filius Dei uiui esset, reuelatione didicerat. Mysteriū uero crucis & resurrectionis nondum ei fuerat reuelatum. Ipse uero ostendens ꝙ oporteret eum ad passionem uenire, Petrum increpauit. unde sequitur: Qui cōuer. & ui. di. su. &c. Theo. Dñs nanq; uolens ostendere ꝙ ꝑ ꝑ salutē hoīum debebat eius passio fieri, & ꝙ solus Satanas Christum pati nolebat, ut genus nō saluaretur humanum, Petrum Satanā nominauit, eo ꝙ saperet quæ sunt Satanę, nolens Christum pati, sed aduersans eidem. Satanas.n. aduersarius interpretatur. Chry. Dæmoni autem ipsum tentanti non ait. uade post me, sed Petro dicit, uade retro me, id est, sequere me, & uoluntario meæ passionis consilio non resistas. Sequitur: Quoniam nō sa. ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Theo. Quę hominū sunt dicit Petrū sapere secūdū ꝙ affectiones carnales quodā modo sapiebat: uolebat.n. Petrus ꝙ sibi Christus præstaret requiem, & nō crucifigeretur. Mysteriū crucis reuelatur Apostolis.

Et cōuocata turba cū discipulis suis, dixit eis: Si qs uult post me sequi, denegat semetipsum, & tollat crucē suā, & sequatur me. Qui.n. uoluerit animā suā saluā facere, ꝑdet eā, qui āt perdiderit animā suā propter me, & Euangeliū, saluā faciet eā. Quid.n. proderit homini, si lucret̃ totum mundū, & detrimentū animæ suæ faciat? Aut quid dabit homo cōmutationis pro anima sua? Qui.n. me confessus fuerit & uerba mea in generatione ista adultera, & peccatrice, & filius hoīs cōfitebitur eum, cum uenerit in gloriā Patri sui cum angelis sanctis. Et dicebat illis, Amen dico uobis, quia sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec uideāt regnum Dei uenientis in uirtute. Alij hic incipiūt ca. ix.

Beda. Postquam Discipulis mysteriū suę passionis & resurrectionis ostēdit, hortatur eos vnà cū turba ad sequendum suę passionis exemplum. vnde sequit̃; Et con. tur. cum disc. suis dixit eis; Si qs vult post me seq. deneget semetipsum. Chry. Quasi diceret ad Petrū. Tu quidē increpas me passionem sustinere uolentem, ego autē dico tibi, quòd nō solū prohibere me pati nociuum est, sed neq; saluari poteris nisi ipse moriaris. Dicit āt, Si quis vult post me sequi, q. d. ad bona voco q̄ quis uelle debet,

dēt, nō ad mala, & grauia vt cogaris. Qui .n. infert violentiā, frequēter impedit, qui vero auditorē in libertatē dimittit magis attrahit ipsum. Aliquis āt abnegat seipsum, cū nullā sui corporis curā hēt, ut siue flagelletur, siue aliquid simile patiatur, sustineat patienter. Theo. Nā sicut qui abnegat alterū fratrē aut patrē, quāuis vulnerētur, & moriātur, nō cōpatitur nec irritatur: sic & nos debemus spernere corp⁹ nostrū, vt si vulnerari cōtingat, vel aliqd simile, pati nō curemus. Chry. Nō āt ait ꝙ parcat sibi ipsi, sed quod amplius est ꝙ abneget semetipsum, quasi nihil cōe ad se habeat, sed periculis exponat & circa ea sic disponant, ac si alius pateret, & hoc est sibi ipsi parcere: quia patres tūc liberis suis ignoscunt, cū tradentes eos doctorib. illis iubent nō parci. Vsq; quo āt oportet seipsum abnegare ostendit cū subdit. Et tol. cru. su. q. d. vsq; ad mortem exprobrabilissimam. Tho. Nam tunc crux exprobrabilis uidebatur, quia in ea malefici figebantur. Hie. Vel aliter; Sicut gubernator peritus tempestatem in tranquillitate præcauens, nautas suos vult esse paratos: ita & dūs dicit, Si quis vult me sequi, &c. Bed. Tunc.n. nosipsos abnegamus, cū vitamus quod per vetustatem fuimus, & ad hoc nitimur qđ ꝑ nouitatē vocamur. Crux autem tollitur cum aut per abstinētiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Theoph. Quia uero post crucem uirtutē aliam nos habere oportet, adiecit: Et sequat. Chry. Hoc autem dicit, quia contingit aliquem patientem nō sequi Christum: cum.s. ait, quis nō patitur propter Christum. Sequitur.n. Christum qui post eum ambulat, q̄ morti eius se conformat, principes etiam & potestates contemnens, sub quibus ante Christi aduentum peccabat. Sequitur: Qui.n. uo. ani. suam &c. Qui autem perd. &c. q. d. Hæc vobis mādo, quasi vobis parcens: etenim qui filio suo parcit, ꝑdit eū; qui vero non parcit, saluat. Oportet ergo nos esse ad mortem cōtinue præparatos. Si .n. in materialibus prælijs qui paratus est ad mortem melior est aliis, nullo post mortē eum resuscitare valēte, multo magis in spiritualibus prælijs cum spes tanta

Abnegare seip. sumq d sit.

præparatio ad mortem

resurrectionis existat, ꝙ qui ponit animā suā in mortē, saluā facit eā. Remi. Anima āt hoc loco intelligēda est vita ꝑsens, non āt ipsa substātia aię. Chry. Quia ergo dixerat; Qui vo. ani. su. sal. sa. per. eā. ne qs ꝑditionē hāc & salutē illā æstimet ęqualē, subiūgit; Quid.n. pro. ho. & c. q. d. ne dicas, Quoniā animam suam saluauit, qui crucis effugit pericula. Quando.n. cum anima sua, id est, vita ista lucratur aliquis orbem terræ, quid amplius erit ei anima pereunte? Nunquid aliā habet anima pro anima dare? Precium.n. pro domo pōt aliquis commutare, animam uero perdēs aliam animam dare non potest. Cautē āt dicit. Aut q̄ cō. da. ho. Deus.n. ꝑpter nostram salutem dedit commutationem preciosum sanguinem Iesu Christi. Bed. Vel hoc dicit, quia persecutionis tempore ponēda est anima, pacis autem tempore frēgenda sunt desyderia terrena, quod significat cum dicit. Quid.n. proderit homini &c. plerunque autem uerecundię usu prępedimur, ut rectitudinem quam seruam⁹ in mente, non exprimere valeamus in voce. Et ideo subditur. Qui.n. me cō. su. &c. Theo. Non.n. est sufficiens fides quæ solū in mente consistit, sed & oris confessionem dominus requirit. sanctificata enim per fidem anima, debet & corpus per confessionem sanctificari. Chry. Qui autem hoc dicit, subiecit se cum desyderio ad hoc quòd sine confusione Christum confiteatur. Dicitur autē adultera generatio quæ Deū uerum animę sponsū dereliquit & non est secuta Christi doctrinā, sed dęmonibus prostrata semina impietatis susceperit, propter quod & peccatrix dicit. Qui ergo inter hos Christi donationem negauerit & verba Dei in Euāgelio reuelata, dignam impietatis pęnam suscipiet, audiens in secundo aduentu: Non noui vos. Theo. Qui ergo confusus fuerit crucifixum esse suum Deum, & ipse cōfundet illum, non hic ubi reputatur Christus pauper & miser, sed in gloria & cum multitudine angelorum. Grego. in ho. Sunt autē nonnulli qui Christum ideo confitentur, quia cunctos Christianos esse conspiciūt, Non ergo ad approbationē fidei vos sufficit quam defendit à verecundia professio

sio generalitatis. Pacis ergo tempore est aliud vbi ostẽdamur vobis; veremur sępe à proximis despici, dedignamur iniurias verbi tolerare. Si contigerit iurgium fortasse cum proximo, erubescimus priores satisfacere. Cor quippe carnale dũ huius vitæ gloriã q̃rit, humilitatẽ respuit. The. Quia verò de sua gloria dixerat, volens ostẽdere ꝙ nõ inania ꝑmittebat, subdit; Et dixit illis, Amẽ di. vo. &c. Acsi diceret, quidã .i. Petrus & Iaco. & Ioan: non gustabunt mortẽ, donec eis ostendã in trãsfiguratione, cũ qua gloria uenturus sim in secũdo aduentu. Nõ .n. erat aliud transfiguratio, nisi secundi aduentus ꝓnuntiatio, in quo & ipse Christus & sancti lucebũt, Beda. Pia uero prouisione factũ est, ut cõtẽplatione semp manentis gaudij ad breue momẽtũ delibata, fortius aduersa tolerarent. Chry. Nõ ãt eorũ qui ascensuri erãt noĩa declarauit, ne reliqui Discipuli aliq̃d paterent humanũ. ꝓdicit ãt ut dociliores circa huiusmodi cõtẽplatione fiãt. Bed. Vel regnũ Dei ꝓsens ecclesia uocat. Aliqui ãt ex Discipulis usq; adeo in corpore erãt uicturi, ut ecclesiã constructam cõspicerẽt, & cõtra mũdi gloriã erectam. Discipulis .n. rudibus de præsenti uita aliq̃d ꝑmittẽdum fuit, ut possent robustius in futuro solidari. Chry. Mysticè ãt uita Christus est, mors uero diabolus. Gustauit ãt mortẽ qui peccatis immoratur. adhuc oĩs hõ habens dogmata bona aut praua, mortis aut uitæ panem degustat. Et quidem minus malum est uidere mortẽ, malum autẽ est eam gustare, sed adhuc peius eã sequi, pessimũ autem ei supponi.

Transfiguratio est .2. aduentus pronuntiatio.

Laus triuni.

CAPVT IX.

ET post dies sex assumpsit Iesus Petrũ & Iacobũ et Ioãnem, & duxit illos in montẽ excelsum seorsum solos, et trãsfiguratus est corã ipsis. Et uestimẽta eius facta sunt splẽdentia, et cãdida nimis uelut nix, qualia fullo non põt sup terrã cãdida facere. Et apparuit illis Helias cũ Moyses, et erãt loquẽtes cũ Iesu. Et respõdẽs Petrus ait Iesu: Rabbi, bonũ est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, tibi unũ, Moysi unũ, et Heliæ unũ. Nõ .n. sciebat q̃d diceret. Erãt .n. timore exterriti: Et facta est nubes obumbrãs eos; et uenit uox de nube, dicẽs. Hic est filius meus charissimus, audite illũ. Et statim circũspiciẽtes, neminem amplius uiderunt, nisi Iesum tantum secum.

Hic. Post cõsummationẽ crucis, gloria resurrectionis ostẽditur, ut nõ timerẽt opꝓbria crucis, q̃ oculis suis uisuri erãt gloriã resurrectionis futuræ. uñ dr̃. Et post di. sex. &c. Chr. Quòd ãt Lucas dicit post octo dies, nõ cõtrariaĩ huic; Lucas .n. & diẽ quo Christus ꝓdicta locutus fuerat, & diẽ in quo eos assumpsit numerauit. Ideo aũt post sex dies eos assumpsit, ut uehemẽtiori repleti desyderio in horũ dierũ spacio uigilãti, & solicita mẽte ea q̃ uidebat, attenderet. The. Assumit ãt tres uertices apostolorũ, Petrũ tãq̃ cõfitentẽ & diligẽtẽ, Ioannẽ tanquã dilectũ, Iacobũ uero tanq̃ altiuocũ, & theologũ. Intãtũ .n. grauis erat Iudæis, vt Herodes uolẽs Iudeis placere, ipsum occidererit. Chry. Nõ ãt in domo suã gloriã demonstrat, sed in mõtẽ excelsum illos assumit, qm̃ montis sublimitas cõueniens erat ad gloriæ sublimitatẽ ostendendã. Theo. Seorsum ãt eos ducit, q̃a debebat eis mysteria reuelare. Transfigurationẽ ãt oportet intelligere, nõ figuræ imutationẽ, sed q̃a manẽte ut erat figura, appositio facta est cuiusdã inenarabilis claritatis. Chr. Neq; ergo decet aliquã figuræ trãsformationẽ in regno Dei esse futurã, aut circa ipsum Saluatorẽ, aut circa eos q̃ assimilabũtur, sed appositionẽ claritatis. Beda. Trãsfiguratꝰ igitur Saluator nõ substãtiã uerę carnis amisit, sed gloriã futuræ uel suæ uel nostræ resurrectionis ostendit; q̃ qualis tũc Apostolis apparuit, talis post iudiciũ cũctis apparebit electis. Sequitur; Et uestimẽta &c. Greg. 32. mor. Quia insupnę claritatis culmine ei uitæ iustitia fulgentes adhęrebunt: uestium .n. noĩe iustos, quos sibi adiungi insinuat. Sequitur; Et app. il. Helias &c. Chr. Moysẽ & Heliã in medio introducit, primo quidẽ, quia turbæ dicebant. Christũ Heliam aut unum prophetarum, Apostolis se cũ eis ostendit, ut differentiam seruorum & domini cernerẽt. Et etiam quia de transgressione legis Iudæi Christum accusabant,

Apostolorum.

Alteratio.

bāt, & blasphemū eū putabant, taquā sibi gloriā patris attribuētē, eos qui in vtroq; fulserunt in mediū ducit. Etenim Moyses legē dedit, et Elias glorię dei zelator fuit. vñ ei nō assisterent, si Deo & legi eius cōtrarij essent. Et vt scirent ꝙ vitæ potestatē & mortis hēt, pp hoc & Moysen q mortuus erat, & Eliā qui nondū mortē passus fuerat in mediū introducit. Itē per hoc significauit, ꝙ doctrinę legis Christi, prophetarū doctrina pedagogis fuit. Significat ēt cōiūctionē noui & ueteris testamēti. Et qm̄ in resurrectione cū prophetis apostoli cōiungētur, & vna erit obuiatio regi communi. sequitur: Et res. Pet. ait Ie. Rabbi, bonū est &c. Bed. Si tātū trāsfigurata Christi humanitas, duorumq; societas sanctorū ad pūctū uisu delectat, vt eos ne discēdant ēt obsequio Petrus sistere velit quanta erit felicitas visioni deitatis inter angelorū choros adesse ꝑpetuo? sequitur: Nō. n. sci. quid dice. Et si. n. Petrus pro stupore humanæ fragilitatis nesciat quid dicat, insiti tamē sibi dat effectus indicium; nesciebat. n. quid diceret, q̄a oblitus est regnum sanctis à dn̄o nō alicubi terrarum, sed in cœlis esse promissum, nec recordatus est se, suosq; coapostolos mortali adhuc carne circūseptos immortalis vitæ statū subire nō posse, cui ēt mēte excesserat: quia in domo patris q̄ in cœlis est, domus manufacta necessaria non sit. Sed & vsq; nunc imperitiæ notatur quisquis legi prophetis, & euangelio tria tabernacula facere cupit, cum hæc adinuicem nullatenus valeant separari. Chry. Non ēt intellexit Petrus, ꝙ ad demonstrationem vere gloriæ transfigurationem dn̄s est operat⁹, neque ꝙ propter doctrinam hominum hoc faciebat. nam plurimi erant relicturi multitudnem in heremo habitantes. Sequit: Erant. n. timo. ex Erat āt hic timor secundum quem de communi mente in statum eleuabantur meliorem. quod. n. in exterioribus uidebatur Moyses & Elias erat. Ducebatur aūt anima ad quendā diuinum affectum, quasi ex diuina uisione ab humano sensu abstracta. Theo. Vel aliter. Petrus timens à mōte descendere, quia iam p̄sens erat ꝙ Christus crucifigi debebat, dixit: Bonū est nos hic esse, & non illic descendere, in mediū. s. Iudęorum. Si āt huc uenient furentes cōtra te, habemus Moysem qui Aegyptios debellauit, habemus & Eliā qui ignē eduxit de cęlo & q̄nquagenos destruxit. Ori. su. Mat. Marcus āt ex ꝑsona sua dicit, Nō n. sciebat q̄d diceret. Vbi cōsiderādū ne fortè per excessū mētis hoc loquebatur motus quodā spiritu alieno, ne fortè. s. ille spiritus qui uult qm̄ ad se Christū scādalizare, ut recederet a passione oīb. hoībus salutari. Ipse operās ēt hic seductoriè vult euellere Chr̄m sub colorē boni, ut nō cōdescendat hominib. nec ueniat ad eos, nec suscipiat mortē ꝓ eis. Beda. Quia uero Petrus materiale q̄śiuit tabernaculum, nubis accepit umbraculum, ut discat in resurrectione non tegmine domorum, sed spiritus sancti gloria eos esse ꝓtegendos. unde sequitur: Et facta est nubes obu. eos. Quia uero imprudēter interrogauerunt, propterea responsio dn̄i non mererentur, sed pater respondet ꝓ filio. uñ sequitur: Et uenit uox de nub. dicens: Hic est filius &c. Chry. A nube q̄dem uox emittitur, in qua Deus apparere cōsueuit, ut crederent ꝙ uox illa ferreī à Deo. in hoc autē ꝙ dicit; Hic est fi. meus. char. unam uoluntatem patri & filio protestatur, & ꝙ salua filiatione quantum ad omnia cum eo q genuit unum esset. Bed. Quem autem Moyses cum uenerit in carne audiendum ab omni anima, quæ saluari uellet, p̄dixit, hunc iam uenientem in carne Deus pater audiēdū discipulis ostendit. Sequitur. Et sta. cir nē. &c. Vbi. n. cępit filius designari, mox serui discesserunt, ne ad illos paterna uox emissa putaret. The. Mysticè autem post cōsummationē hui⁹ seculi, quod in sex diebus factum est, assumet nos Iesus (si eius sumus discipuli) in mōtē excelsum, id est in cœlū, & tūc uidebimus eius gloriam singularem. Be. Vestimenta autē domini rectè sancti eius accipiunt, qui nouo candore fulgebunt. Fullo autē intelligēdus est, cui Psalmista loquitur: Ampli⁹ laua me ab iniq. mea, & à delicto meo mun. me. Qui nō potest suis fidelibus dare claritatem in terra, q̄ eis cōseruata manet in cœlis. Rem. super Mat. Vel p fullonē sācti designātur p̄dicatores & animarū purgatores, quorū in hac uitæ nullus

Excessus mentalis.

Anagogica expositio.

Anagogica expositio.

nullus ita viuere valet, vt alicuius peccati maculis nó obfuſceť. In futura.n.reſurrectione ſancti ab oi macula peccati purgabunť. Tales ergo eos faciet dñs, quales nec ipſi mébra ſua caſtigāda, nec ullus pdicatorum ſuo vel exéplo vel doctrina facere pót. Chry. Vel veſtiméta alba euágelica ſunt & apoſtolica ſcripta omniū clariſſima, qbus ſimilia nullus expoſitorū facere pót. Orige.ſup Matth. Vel forſitan fullones ſuper terrā poſſumus moraliter exiſti mare ſapiétes ſeculi huius, qui putanť ornare ét turpes intellectus & dogmata falſa fullonicatione ingenij ſui, ſed illorū ars fullonica pót facere aliquid ſimile ſermoni, qui oſtēdit ſpiritualiū intellectū ſplendorē in dictis ſcripturarū imperitis, q à plurimis conténunť. Beda. Moyſes & Helias quorū vnū mortuū & aliū in cœlis raptū legimus, futuram omnium ſanctorū gloriā ſignificat, qui videlicet tpe iudicij, vel viui in carne reperiēdi, vel ab olim guſtata morte reſuſcitandi & pariter ſunt regnaturi cū illo. Theo. Vel hoc ſignificat, quia in gloria videbimus & legē & prophetas cū ipſo loquentes.i.q per eū fuerūt dicta p Moyſem & alios prophetas, tunc debimus eſſe cōſona rebus, & tūc audiemus vocē paternā.ſ. reuelantē.ſ. nobis filiū patris, & dicētē, qm hic eſt filius meus, obūbrāte nube.i.Spiritu ſancto, qui eſt ſapientiæ fons. Beda. Et notandū ſicut dño in Iordane baptizato, ſic & in mōte clarificato totius ſanctæ Trinitatis myſteriū declarať, quia gloriā eiusquā in baptiſmo credentes confitemur in reſurrectione videntes collaudabimur Nec fruſtra Spiritus ſanctus hic in lucida nube, illic apparuit in colūba: quia cū ſimplici corde fidē quam præcepit ſeruat, tūc luce apertæ uiſionis quod crediderat contēplabiť. Cum autē fieret vox ſuper filium, inuentus eſt ipſe ſolus, quia cum manifeſtauerit ſeipſum electis, erit Deus omnia in omnibus, imò cum ſuis per omnia Chriſtus caput cum corpore ſplendebit.

Anagogica pulchra.

Et deſcendentibus illis de monte præcipit illis ne cuiquam quod vidiſſent, narrarent, niſi cum filius hominis à mortuis reſurrexerit. Et verbum continuerunt apud ſe conquirentes ſi quid eſſet, cum à mortuis reſurrexerit: Et interrogabant eum dicentes. Quid ergo dicunt phariſæi, & ſcribæ, quia Heliam oportet venire primum? Qui reſpondens, ait illis. Helias cum venerit primo reſtituet omnia, & quomodo ſcriptū eſt in filium hominis, vt multa patiatur, & contemnatur. Sed dico vobis, quia & Helias venit, & fecerunt illi quæcunque voluerunt ſicut ſcriptum eſt de eo.

Orig.ſup.Matth. Poſt myſterium oſtēſum in mōte deſcēdentibus de mōte Diſcipulis pcepit, ut eius transfiguratio non manifeſteť ante gloriā paſſionis & reſurrectionis ipſius, vñ dr: Et de.il.de monte &c.Chry. Vbi nō ſimpliciter ſilere iubet, ſed paſſionē inſinuās, cauſam inſinuat pp quā ſilere debebūt. Theo. Ne.ſ. homines ſcādalizētur, audientes de Chriſto tā glorioſa qui eū crucifixū erant viſuri. Nō igitur erat congruū talia de Chriſto dicere antequā pateretur; poſt reſurrectionē uero credibile uidebatur. Chry. Illi uero reſurrectionis myſteriū ignorātes, uerbum quidē retinentes inuicē diſputabant. unde ſequitur: Et uerbū continuerunt &c Hie. Hoc qd pprie Marci eſt, id ſignificat, quia cum abſorpta fuerit mors in uictoriā, nō erunt in memoria priora. ſequitur, Et inter.eū di Quid ergo dicūt &c.Chry. Intētio quidem Diſcipulorū ſuper hac interrogatione talis mihi eſſe uidetur. Nos quidem Heliam tecum uidimus, & prius te uidimus quàm Heliā ſcribæ uero prius Heliam uenire docēt, credimus itaq; eos mendacium protuliſſe. Beda. Vel ita æſtimabant Diſcipuli transformationem gloriæ hanc eſſe quam in monte uiderant, & dicunt. Si iam ueniſti in gloria, quomodo præcurſor tuus nō apparet? maxime quia Heliā uiderant receſſiſſe. Chry. Quid autem ad hoc Chriſtus reſpōderit, apparet per hoc qd ſubditur. Qui reſpondens ait, Helias &c. In quo oſtēdit q Helias ueniet ante ſecundum aduentum. Scripturæ.n. duos aduentus Chriſti prænuntiāt, unum .ſ. qui factus eſt, & alium qui uēturus eſt. Dominus autem ſecūdi aduentus Heliam aſſerit præcurſorem. Bed. Reſtituet autē omnia, utique illa quæ Malachias oſtēdit dicēs. Ecce ego mittam uobis Heliā prophetam, ut cōuertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: reſtituet etiam

Transfiguratio qua re occultatur

et hoc quod morti debet ac diu viuédo distulit. Theo. Proponit autem hoc dominus ap resistendum opinioni pharisæorũ, qui tenebãt ꝙ primi aduentus pcursor erat Elias, quasi ad inconueniẽs ducens. vñ subdit: Et quomodo scriptũ est &c. Ac si dicat: Elias Thesbytes cũ venerit pacificabit Iudæos & ad fidẽ adducet ipsos: ita vt sit secũdi aduentus pcursor. Si ergo primi aduẽtus Elias est præcursor, quomodo scriptũ est ꝙ filius hominis debet pati? Ex his ergo duobus vnũ erit, aut ꝙ non sit primi aduentus Elias pcursor, & scripturæ erũt veræ; aut ꝙ sit pcursor primi aduentus, & scripturæ non erunt veræ, quæ dicunt ꝙ oportet Christum pati, cum Elias debeat oĩa restituere, & non debeat esse Iudæus aliquis incredulus, sed omnes credere debeant ad prædicationem eius quicunque audient eum. Beda. Vel ita & quomodo scriptũ est, idest quomodo de Christi passione multifariæ prophetæ multa scripserunt, sed & Elias cum venerit multa passurus est & contemnendus ab impijs. Chry. Sicut autem dominus secundi aduentus Eliam asseruit præcursorem, sic & consequenter Ioannem esse præcursoré primi aduentus. vnde subdit: Sed dico vobis, quia &c. Glo. Ioannem vocat Eliam, non quia Elias erat in persona, sed quia Eliæ ministerium adimplebat: sicut.n. ille præcursor erit secundi aduẽtus, sic iste factus est primi. Theo. Erat ẽt Ioannes redargutor & zelotes & heremita ut Elias, nó tñ audierunt illũ sicut Eliã audient; nefario vero ludo eũ occiderunt caput illius amputantes. vñ sequitur: Et fe.il. quæ vo. &c. Chry. Vel aliter: Interrogabant discipuli Iesum, quomodo scriptũ est pati filiũ hominis? Ad hoc aũt quasi respondens dicit: Sicut ad similitudiné Eliæ Ioannes venit & ei mala intulerunt, sic secundum scripturas oportet filium hominis pati.

Argumétum pulchrũ

Ioannis & Eliæ comparatio.

Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & scribas conquerentes cum illis. Et confestim omnis populus videns Iesum stupefactus est, & expauerunt, & accurrentes salutabant eum. Et interrogauit eos. Quid inter vos conqueritis? Et respondens vnus de turba, dixit. Magister, attuli filium meum ad te habentem spũm mutum, qui vbicunque eum apprehẽderit, allidit illum & spumat, & stridet dentibus suis, & arescit. Et dixi discipulis tuis vt eijcerent illum & non potuerunt. Qui respondens eis dixit. O generatio incredula quandiu apud vos ero? Quandiu vos patiar? Afferte illum ad me, & attulerunt eum. Et cum vidisset eũ, statim spiritus conturbauit illum, & elisus in terram, volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait; ab infantia, & frequenter eũ in ignẽ & in aquã misit vt eũ perderet, sed si quis potes, adiuua nos, misertus nostri. Iesus ãt ait illi: Si potes credere, oĩa possibilia sunt credẽti. Et continuo exclamãs pater pueri cum lachrymis aiebat: Credo domine; adiuua incredulitatẽ meã. Et cum vidisset Iesus concurrentẽ turbã, cõminatus est spiritui immundo dicẽs illi; Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Exclamãs & multum discerpẽs eum, exijt ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerẽt, q̃ mortuus est. Iesus ãt tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit. Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum: Quare nos non potuimus eijcere? & dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

Theo. Postq̃ gloriã suã tribus discipulis in mõte ostẽderat, reuertit̃ ad alios discipulos q̃ cũ eo nó ascenderant in mõte. vñ dr: Et ve. ad discipulos &c. Pharisæi nãque captantes horã cũ præsens nó extiterat Christus accesserũt vt ipsos ad se attraherent. Hiero. Non est ãt homini requies sub sole, semper paruulos occidit inuidia: magnos percutiunt fulgura mótes, alij discẽtes cũ fide vt turbæ, alij inuidentes cũ fastu, vt scribæ, ad ecclesiam conueniunt: Sequitur: Et com. omnis populus &c. Beda. Notandum in oĩbus locis distantiam mẽtis scribarum & turbæ. Scribæ.n. nihil deuotionis, fidei, humilitatis, & reuerentiæ ei exhibuisse narrantur, sed veniente domino mox omnis turba stupefacta expauit, eumque salutans accurrit. vnde sequitur. Et ac. sa. eum. Theop. Affectabant.n. turbæ eum videre, ita ut eum uenientem à longe salutarent. Quidam uerò dicunt quòd aspectus eius ex trãsfiguratione speciosior factus, turbam ad salutationem eius attrahebat. Hieronymus. Populus ãt uidens stupefactus est & expauit, non

Scribarum obstinatio

discipuli, quiá non est timor in charitate, timor est seruorũ, stupescere stultorũ. Sequitur: Et int. eos: Quid inter uos cõ. Quid .s. dñs interrogat? vt confessio pariat salutẽ, & murmur cordis nostri sermonib pijs soluatur. Bed. Potest vero (ni fallor) intelligi de hoc q̃stionẽ fuisse motã, quare ipsi cũ essét discipuli Saluatoris sanare dęmoniacũ, quo in medio erat positus, nõ possent, quod ex sequẽtib. põt cõuinci cũ dr̃, & respõdens unus de tur. di. Magister. at. filiũ &c. Chr. Hũc hominẽ scriptura infirmum in fine ostendit, ex hoc q̃d Christus dicit: O generatio incredula, & p hoc q̃d subdit: Si potes credere. Sed etsi infidelitas eius occasio extiterit dæmonem non pellẽdi, incusat tñ discipulos. vnde subditur: Et di. dis. tuis &c. Vide autem istius insipiẽtiam. Iesum in medio turbarum precatur discipulos incusans: vnde & dñs corã plebe multo magis hoc ei imputat non solum in personam eius accusationem intendens, sed in personam omnium Iudęorum: probabile .n. & multos præsentium scandalizatos, ea quę nõ conueniebãt de discipulis cogitasse, vnde sequit̃: Quis eis respondens dixit. O generatio incre. quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? In quo ostendit, & mortem se desiderare, & graue ei esse cum illis conuersari. Bed. In tantum, autẽ nõ est hoĩ iratus, sed uitio, ut statim intulerit: Afferte illũ ad me &c. Chry. Hoc aũt dominus permisit propter patrem pueri, vt cum vexantem dæmonẽ videret, ad fidem futuro miraculo traheretur. Theo. Permittit ẽt uexari puerum; vt ex hoc sciremus dæmonis impietatem, qui occidisset eũ nisi fuisset à domino adiutus. Sequitur. Et inter. pa. eius. Quãtum temporis. &c. Bed. Erubescat Iulianus q̃ dicere audet omnes homines absq; peccati contagione nasci in carne tanquã innocentes per omnia, vt fuit Adam q̃n creat⁹ est. Quid .n. habuit iste puer ut ab infantia dæmonio vexaretur acerbissimo, si nullo originalis peccati vinculo tenebat? quia constat illum adhuc proprium non habere potuisse peccatum. Glo. Exprimit autẽ in verbis suæ petitionis fidei defectum. vnde subdit: Sed si quid potes &c. Cum .n. dicit; Si quid potes, manifestat se de eius potentia dubitare, quia viderat filiũ suũ a discipulis Christi curatũ nõ esse. Dicit ãt, Misertus nostri, vt designaret miseriã filij qui patiebatur, & patris qui cõpatiebatur. Sequitur, Iesus ãt ait illi. Si potes credere &c. Hic Libertatẽ arbitrij hoc indicat q̃d dicit; Si potes. Quæ ãt sunt oĩa quę possibilia sunt credendi, nisi q̃ in nomine Iesu, idest salutis postulantur cum lachrymis? Beda. Aptum autem responsum dominus dedit petenti. Ipse enim ait; Si q̃d potes, adiuua nos. Et dominus: Si potes inquit credere. At contra leprosus qui fideliter clamabat. Domine, si uis potes me mundare, congruum suæ fidei accepit responsum, Volo mundare. Chryso. Quod autem dicit tale est. Tanta est virtutis apud me superabundantia, ut nõ solũ hoc possim, sed & alios hoc faciam operari; quare si credideris, ut oportet, & hunc ipse curare poteris. & alios multos Sic ergo eum ad fidem reducebat, qui adhuc de infidelitate loquitur. vnde sequitur. Et continuo excla. pater &c. Sed si crediderat, q̃ dicens. Credo, quomodo subdit. Adiuua incredulitatem meam? Dicamus igitur quoniam multiplex est fides; introductoria scilicet, & perfecta. hic autem incipiens credere Saluatorem deprecabatur, ue apponeret reliquum ad uirtutem suam. Beda. Nemo enim repentente fit summus, sed in bona conuersatione à minimis q̃sque inchoat, ut ad magna perueniat. Alia nanque sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Quia igitur per occultam inspirationem gratiæ meritorum suorum gradibus fides crescit, vno eodemque tempore is qui necdum perfecte crediderat, simul & credebat & incredulus erat. Hieronymus. Per hoc etiam monstrat quòd credulitas nostra infirma est, nisi innixa subsistat adiutorio subsidij Dei. Fides ãt cum lachrymis optata uotã capit. vnde sequitur. Et cum uidisset Iesus concurrentem turbam, comminatus est spi. immundo, dicens illi. Surde & mute &c. Theo. Ideo autem cum uideret turbam concurrere, comminatus est spiritui immundo: nolebat enim coram turba curare, vt ostentationem fugere doceret. Chrysostom. Quòd autem comminatur

Dęmonis impietas.

Abũdãtia virtutis Christi.

& dicit: Ego tibi præcipio, diuinæ attribuitur potestati Quod vero dicit nó solum, Exi ab eo: sed ét amplius, noli introire eũ: ostendit quia ad reintrandũ promptus erat, quia ille nódũ erat in fide pfect⁹: sed hoc dñi iussio inhibebat. Sequit: Et excl. & multũ. &c. Nó. n. valuit morté diabol⁹ imponere pp veræ vitæ aduẽtũ. Bed. Quẽ át hostis impius morti similé reddit. hunc pius Saluator piæ dextræ tactu saluauit. vñ sequitur: Iesus át te manũ &c. Ex quo sicut verum se esse Deum potentia saluãdi docuit, ita & verã se habuisse carnis naturã more tactus humani declarauit. Negat nanque Manes insanus veraciter eum carne inductum fuisse, sed ipse cum tot lãguentes suo tactu erexit, mundauit, illuminauit, hæresim illius, antequã nata esset damnauit. sequit; Et cũ int. in do. &c. Chry. Timebant. n. ne forte collatam sibi gratiam amisissent. recuperant. n. potestatem iam spirituum immũdorum. Sequit: Et di. il. Hoc genus &c. Theo. Silicet lunaticorũ, vel simpliciter omnium dęmoniorum genus. Oportet nanque ieiunare eum qui curari debet, & illum qui curat. Sic. n. vera oratio perficitur, cum coniungitur orationi ieiunium, quando non grauatur q orat ex sumptione ciborum, sed sobrius est. Beda. Mysticè autem domin⁹ sursum discipulis mysteria regni reserat, deorsum turbis peccata infidelitatis exprobrat, & spiritus malos ab his qui vexãtur expellitur. Nã carnales adhuc & insipientes confortat, docet, castigat, & perfectioné liberius de æternis instruit. Theo. Dæmon auté ille surdus & mutus est; surdus, inquantum nó vult Dei sermones audire; mutus vero, inquantũ non vult alios quod concedens est, docere. Chry. Peccator autem spumat stultitia, stridet iracundia, arescit ignauia. Discerpit autem spiritus appropinquanté ad salutem & similiter quos in uentrem suum trahere desiderat, discerpit per terrores & dãna vt fecit Iob. Beda. Sæpe. n. dum cõueti ad Deum post peccata conamur, maioribus nouisq; antiquus hostis nos pulsat insidijs, quod facit, vt uel odium uirtutis incutiat, uel expulsionis suæ vindicet iniuriam. Greg 30. mor. Velut mortuus autem ostẽditur,

Oratio perficitur.

qui à maligni spirit⁹ potestate liberatur, q a quisquis iã terrena desideria subegit, uitam in se carnalis cõuersationis extinguit. & modo mortuus apparet, quẽ multi mortuũ dicunt, quia qui spiritualiter uiuere nesciũt, eũ qui carnalia bona nó seq tur, extinctũ funditus arbitrãtur. Hie. Per hoc át ꝙ ab infantia uexatus est, significatur Gẽtilis populus, cuius à natiuitate creuit cultus inutilis idolorũ, ut stultè immolaret filios suos dęmonijs. Vnde dr: Quòd in igné & aquã eũ misit. Alij. n. de gẽtibus igné uenerabant, alij aquã. Beda. Vel in hoc dæmoniaco significatur qui originalis culpę reatu astricti ueniunt in mundũ rei, secũdũ gratiã saluandi. Ignis auté ad feruorem iracundiæ referendus est, aqua ad uoluptates carnis quæ dissoluere mentem per delicias solent. Nó autem puero qui uim patiebatur, sed dæmoni qui inferebat comminatus est, quia qui peccãtem emendare desiderat, uitiũ utiq; increpando & execrãdo debedet exterminare, sed hominem amãdo refouere. Hie. Imputat autem dominus spiritui quod homini pstat, dicens: Surde & mute spiritus, quia ille nunquã audiet nec loquetur, qđ peccator penitens audit & loquitur. Exiens auté dæmon ab homine, nunquã reuertitur, si homo cor suum seruauerit clauibus humilitatis & charitatis & ostium obtinuerit immunitatis factus est homo sanatus uelut mortuus. Sanatis etenim dicit, Mortui estis, & uita uestra abscondita ast cũ Christo in Deo. Theo. Sed si Iesus, id est euangelicus sermo teneat manum, idest uirtutem actiuam, tunc a dæmone liberabimur. Vide ẽt ꝙ primo Deus nos iuuat, deinde requirit à nobis ꝙ bonum operemur. Vnde dicitur ꝙ Iesus eleuauit illũ, in quo ostẽditur Dei auxilium, & surrexit, in quo monstratur hominis studium. Beda. Dũ autem docet dominus Apostolos quõ dæmon nequissim⁹ debeat expelli, omnes instituit ad uitã, ut s. nouerimus grauiora quæq; uel immundorum spirituum, uel hominum tentamenta, ieiunijs & orationibus esse superanda. Iram quoque domini cũ in ultionem scelerum nostrorum fuerit accẽsa, hoc remedio singulari posse placari. Ieiunium autem generale

Moralis expositio.

vale est nō solum ab escis, sed & à cunctis illecebris abstinere carnalib. imò ab oīb. vitiorū passionib. Sic & oratio gñalis non solū in verbis est quib. diuinā clementiā inuocamus, verū ēt in oībus q in obsequiū nostri cōditioris fidei deuotione gerim⁹, teste Apostolo, qui ait: Sine intermissione orate. Hie. Vel stultitia q ad luxuriā carnis ptinet, sanatˀ. Ira & ignauia oratione depellitˀ. Medicina cuiusq; vulneris adhibēda est ei: Nō sanat oculū, qđ calcaneo adhibetur. Ieiunio passiones corporis, & oratione pestes sanandæ sunt mentis.

Et inde profecti prætergrediebanī Galilæā; nec uolebant quenquā scire. Docebat autē disci pulos suos, & dicebat illis. Qm̄ filius hominis tradetur in manus hominū, & occident eū, et occisus, tertia die resurget. At illi ignorabāt verbū, et timebāt īterrogare eū. Et uenerūt Capharnaū, q cum domi essēt interrogabāt eos. Quid ī uia tractabitis? At illi tacebāt. Siquidē in uia inter se disputauerant, qs eorum maior esset. Et residēs uocauit 12. et ait illis: Si qs uult prim⁹ esse erit oīum nouissim⁹, et oīum minister. Et accipiēs puerum statuit eum in medio eorum quē cū cōplexus esset, ait illis: Quisqs unum ex huiusmodi pueris receperit in noīe meo, me recipit. Et quicunque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui misit me.

Theoph. Post miracula interponit dñs sermone de passione, ne putareˀ q inuolūtariè passus est. Vnde dr. Et inde pro.pterg. Galilæam &c. Bed. Semper prosperis miscet tristitia, ut cum repente uenerint, non terreāt Apostolos, sed præmeditatis animas ferāt: Theo. Postquā vero dixerat qđ triste erat, tunc adiungit quod lætificare dēt. Vñ sequiˀ: Et oc. ter. die re. ut disceremus ex hoc q post angustias lætitiæ subsequunˀ. Sequiˀ: At illi ign uer. &c. Beda Hæc ignorantia discipulorum, nō tam de tarditate ingenij, quā de amore nasciˀ Saluatoris qui carnales adhuc & mysterij crucis ignari quē Deū uerū cognouerant, mortuū credere nequibāt, & quia p figuras eū loquentē sæpe audire cōsueuerāt, horrentes euentū mortis eius ēt in eis quę de sua traditione ac passi one aperte loquebaˀ, figurate aliquid significari uolebāt. Sequiˀ; & venerunt Capharnaū. Hie. Capharnaū dr villa consolationis, & con

Tardi-tas disci pulorū.

gruit interpretatio ad pdictā sententiam qua dixerat; Et oc. ter. die resur. Sequitur, Qui cū domi essent, interr. eos; Quid i uia tractabatis? at illi tacebāt. Chr. Mat. āt dicit q accesserunt ad Iesum discipuli dicētes; Quis putas maior est in regno cęlorū? Nō .n. ab initio narrationē incepit, sed tacuit de intelligētia saluatoris circa discipulorū cogitationes & dicta, quāuis posset intelligi q ea ēt q seorsum cogitabāt aut dicebant, dicebāt ad eum; qm̄ omnia erāt ei ita cognita, ac si ad eum dicta fuissent. Sequitur; Siquidem inter se in via disputauerant quis esset illorum maior. Lucas āt dicit q cogitatio intrauit in discipulos, quis esset illorū maior. Cogitationem .n. & intentionem eorum dñs ex illorum uerbis manifestauit secundum historiam euangelicam. Hiero. Recte autē in uia tractabant de principatu. Similis .n. est hæc tractatio loco. Principatus .n. sicut ingreditur, sic deseritur; & quandiu tenetur labitur, & incertum est in qua mansione, id est, in qua die finiatur. Bed. Inde autem vr orta disputatio discipulorum de primatu, quia uiderāt Petrum Iacobum & Ioannem seorsum ductos in montem, secretumque eis ibi aliquid esse creditum, sed & Petro secundum Matth. claues regni cœlorum esse promissas. Videns autem discipulorum cogitationes dominus, curat desyderium gloriæ humilitate sanare, primatum non esse quęrendum, & prius simplici humilitatis commouet imperio. unde sequitur; Et residēs uoca. 12. & ait illis. Si quis &c. Hie. Vbi notandum quòd illi euntes disputabant de principatu, ipse sedens docet humilitatem. Principes enim laborant, humiles quiescunt. Chryso. Appetebant quid discipuli honorem habere à domino, desyderium etiam eis inerat ut magnificarentur à Christo quāto enim quis maior est, tāto maioribus honoribus dignus existit. propter hoc non eorum desyderium impediuit, sed humilitatem introduxit. Theop. Non enim uult ut usurpemus nobis primatus, sed per humilitatem altitudinem consequamur. Mox autem monet eos innocentiæ puerilis exemplo. unde sequitur: Et ac. puerum &c Chrysosto. Ipso

visu eis persuadens humiles esse & simpli
Persuasio humilitatis. ces. Etenim ab inuidia & vanagloria paruulus mundus extitit, & à concupiscédo primatum. Non solum autem ait si tales efficiamini, mercedem magnam accipietis, sed etsi alios tales honorabitis pp me unde sequitur. Quem cum con.esset, ait illis. Quisquis &c. Bed. In quo uel simpliciter pauperes Christi ab his qui uolunt esse maiores, pro eius ostendit honore recipiendos, uel in malitia paruulos esse suadet, ut simplicitatem sine arrogantia, charitatem sine inuidia, deuotionem sine iracundia conseruent.
Pueri significatio dat. Quòd ât cóplectitur puerū, significat humiles suo dignos esse complexu ac dilectione. Addidit ât. In nomine meo, ut formam uirtutis quam natura duce puer obseruat, ipsi pro nomine Christi rōnis industria sequantur. Sed q̄a in se pueris recipi docebat, ne putaretur hoc esse solū qd̄ uidebatur, subiunxit. Et quicūque me susceperit &c. Talē se utiq; ac tantū credi uolēs, qualis & quantus est pater. Theo. Vide quantū ualet humilitas, patris nanque & filij inhabitationem meretur, & etiam Spiritus sancti.

Respondit illi Ioānes, dicēs: Magister uidimus quendā in noīe tuo eijcientē dæmonia, qui non sequit̄ nos, & prohibuimus eū. Iesus autem ait; Nolite prohibere eū. Nemo est.n. q facit uirtutē in nomine meo, & possit cito male loqui de me. Qui.n. non est aduersus nos pro uobis est. Quisquis.n. potū dederit uobis calicē aquæ frigidæ in nomine meo (q̄a Christi estis) amen dico uobis, non perdet mercedē suam. Et quisquis scandalizauerit unū ex his pusillis credētibus in me; bonum est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius, & in mari mitteretur.

Aug. Ioānes præcipua deuotione dn̄m amans excludēdum beneficio putauit eū qui non recte utatur officio. Vñ dr; Rñdit illi Ioannes dicens: Magister &c. Chry. Multi.n. credentium charismata receperunt, nec tñ cum Christo erāt, qualis erat hic qui dęmones eijciebat. non.n. omnes ad omnia ordinate se habebant. Alij.n.
Increduli fecere signa in nomine Iesu. erant puræ uitæ, fidem autem tam psectā non habebant, alij uero econtrario. Theo. Vel etiam quidam increduli uidētes nomē Iesu uirtuosum, dicebant & ipsi hoc nomen, & signa faciebant, licet diuina gratia essent indigni. Volebat.n. dñs etiam per indignos nomen suū ampliare. Chry. Non ât zelo, seu inuidia motus Ioānes prohibebat illū q dæmones expellebat, sed volebât q̄ oēs q nomē dñi inuocabant, sequerent̄ Christū, & essent eū discipulis vnū. Sed dñs per hos qui miracula faciūt, licet sint indigni, alios pu̇ocat ad fidē & ipsosmet p hanc ineffabilē gratiā inducit, ut fiāt meliores. Vñ sequit; Iesus ât ait, Nolite &c. Beda. In quo docet neminem à bono quod ex parte hēt esse arcendum, sed ad hoc potius quod nondum habet esse prouocandum. Chry. Decēter ât eū nō esse prohibendum ostendit cōsequenter dicens. Nemo est.n. qui fa. virtutem &c. Hoc ât dicit pp eos qui in hæresim ceciderunt, quales erant Simō & Menander & Cherinthus, neq;.n. illi in noīe Christi miracula faciebant, sed deceptionibus quibusdam facere videbantur. Isti vero etsi non sequuntur nos, non tñ contra nos aliquid firmiter dicere valebunt, eo q̄ honorant in operando virtutes nomen meum. Theoph. Qualiter.n. male de me loquetur qui ex nomine meo occasionem gloriæ habet, & per hoc q̄ ipsum inuocat miracula operatur? Sequitur: Qui .n.nō est aduer. vos &c. Aug. de con.euā.
Videndum est ne hoc illi sententiæ dñi videatur contrarium, vbi ait. Qui mecum non est, aduersum me est, an hoc interesse aliquis dicit; quia hic discipulis ait, Qui .n.nō est adu.vos, pro vob.est. Ibi ât de se ipso locutus est; Qui mecū non est aduersum me est. quasi non possit cum illo non esse, qui discipulis eius tāquam membris eius sociatur. Alioquin qūo verum erit; Qui vos recipit, me recipit? Aut potest ēe nō esse aduersus eum, qui fuerit aduersus discipulos suos? nam ubi erit illud, Qui uos spernit, me spernit? Sed nimirū hoc vult intelligi tantum cum illo nō esse aliquem, inquantum est aduersus illum; & cum illo esse, inquantum cum illo est. Exēpli gratia, Sicut iste qui in nomine Christi uirtutes faciebat, & in societate discipulorum non erat, inquantum operabatur uirtutes in illo nomine, in tantum cum ipsis erat, & aduersus eos nō erat, In quantum uero eorum societati non adhę-

Consensus euāgelicus.

rebat,

rebat, in tātum cum ipsis non erat, & aduersus eos erat: Sed q̄a illi hoc eum facere prohibuerunt in quo cum ipsis erat, dixit eis dñs. Noli. prohibe. Illud n. prohibere debuerunt, quod extra eorū erat societatem, vt illi vnitatem ecclesiæ suaderēt nō illud in quo cum illis erat: nomen.s. magistri & dñi eorū in expulsione dæmonū cōmendans, sicut ecclesia catolica facit, nō improbans in hæreticis sacramenta cōia, sed diuisionem, uel aliquā aduersam paci ueritatiq; sniam. In hoc.n. aduersus nos sunt. Chrys. Vel aliter, Hoc dr̄ de credentibus in eū, qui tñ ipsum nō sequuntur pp uitæ laxationem. Illud autē de dæmonibus dr̄, qui à Deo oēs student separare, & cōgregationem eius dispergere. Sequitur. Quisquis n. potū ded. &c. Theo. Quasi d. Non solū hunc qui in nomine meo miracula operatur nō prohibeo, sed & quisq̄s minimum quid dederit uobis pp nomen meū, & receperit uos pp me, non pp humanam gratiam & mundanā, non perdet mercedem suam. Aug. de con. euan. Vnde ostēdit ꝙ ille de quo Ioānes suggesserat, non ita separabatur ad societatē discipulorū, ut eam tanq̄ hæreticus improbaret, sed sicut solēt hoīes nondū audere Christi suscipere sacramenta, & tñ nomini fauere christiano, ita ut christianos etiā suscipiāt, & nō ob aliud nisi ꝙ christiani sunt, obsequuntur: de quibus dicit ꝙ non perdent mercedē suā, non quia iam tuti atq; securi sibi debeant uideri ex hac beniuolētia, quā erga christianos hēnt, ēt si Christi baptismo non abluantur nec unitati eius incorporentur: sed quia ita iam Dei misericordia gubernetur, ut ad ea quoq; perueniant, ad quæ ita securi de hoc seculo abscedant. Chry. Et ne quis paupertatē alleget, ponit illud quo non contingit egere.s. calicem aquæ frigidæ, pro quo ēt consequeretur mercedem non.n. pretiū dati, sed dignitas recipientium & affectus dantium facit opus dignum mercede. Non solum autem recipiendos discipulos uerbo ostendit ex mercede quam aliquis sequitur: sed etiam quia retrahitur à tormēto. Sequitur, Et quis. scan. unum ex his &c. q. d. Si qui uos pp me honorant mercedem habent, sic & inhonorantes, id est scandalizantes ultimam accipient ultiōnem. Ex manifestis autem nobis tormentū describit intolerabile faciens mentionē molę & submersionis, & nō ait, mola suspendatur in collo, sed bonū est ei hoc sustinere; demonstrans q̄m eum grauius aliqđ malum expectat. Pusillos aūt in se credentes dicit eos, qui inuocant nomē eius, non solum sequentes etiam eos qui calicē frigidū offerunt, & non operantur alia maiora. Istorū autem neminem uult scandalizari neque supplantari. Hoc.n. est prohibere nomen eius inuocare. Beda. Recte autem qui scādalizari pōt, pusillus appellaſ; qui n. magnus est, quodcunq; passus fuerit non declinat à fide; qui autem pusillus est aīo & paruus, occasiones quærit quo scandalizetur. propterea oportet nos maxime his cōsulere qui parui sunt in fide, ne occasione nostri offendantur & recedant à fide, ac decidant à salute. Greg. super Eze. Notandum tñ ꝙ in nostro bono opere aliqñ cauendum est scandalum proximi, aliqñ aūt pro nihilo contemnendū, inquantum.n. sine peccato possumus, uitare ꝓximi scandalum debemus. Si autē de ueritate scandalum ponitur, utilius permittitur scādalum nasci, q̄ ueritas relinquatur. Grego. in pa. Mystice aūt in mola asinaria secularis uitæ circuitus ac labor exprimitur & p profundū maris extrema damnatio designatur. Qui ergo ad sanctitatis speciē deductus, uel uerbo cæteros destruit uel exēplo, melius profecto erat ut hunc ad mortem sub exteriore habitu terrena acta cōstringerent, quàm sacra officia in culpa cæteris imitabilem demonstrarent: quia nimirum si solus caderet utrunque hunc tolerabilior inferni pęna cruciaret.

Consensus Euāgelicus.

Scandalum duplex.

Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illā. Bonū est tibi debilē intro re in ui ā, q̄ duas manus habentem ire in gehennā, in ignē inextinguibilē, vbi vermis eorum nō moritur, & ignis nō extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illū. Bonū est tibi claudū introire in uitam æternā, q̄ duos pedes habentem mitti in gehennā ignis inextinguibilis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quòd si oculus tuus scandalizat te, eijce eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentē mitti in gehennam ignis, ubi uermis eorum

vnm nō morīt & ignis nō extinguīt. Oīs.n. igne saliēt & oīs uictima sale saliēt. Bonum est sal. Quòd si sal insulsum fuerit, in quo illud cōdietis? Habete in uobis sal, & pacē hēt inter uos.

Bed Quia supra docuerat dn̄s ne scandalizaremus eos qui credūt in eū nūc cōsequenter admonet quantū cauere debeamus eos qui scandalizare nos.i.verbo vel exēplo suo ad ruinam peccati propellere certāt. vñ dicit: Et si scā.te &c. Chry. Nō de mēbris hoc dicit, sed de propinquis amicis, quos quantū ad necessaria in mem brorū ordine nos habemus. Nihil.n. tā nociuū, vt pniciosa societas. Bed. Manū qppe nostrā appellat necessariū amicū, cui⁹ auxilio quotidiano opus habemus. sed si talis nos lædere in causa aīæ voluerit, excludēdus est à nostra societate: ne si cū pdito in hac vita patrē habere volumus, simul in futuro cū illo pereamꝰ. vñ sequit: Bonū est tibi debilē &c. Gl. Debilē dicit, adiutorio alicuius amici priuatū. Nā melius est absq; amico ire in vitā, q̄ cū eo ire in gehennā. Hie. Tel aliter; Bonū est tibi debilem ingredi in vitam.i.sine cupito principatu, q̄ duas manus habentē. Duæ manus principatus sunt humilitas & supbia; abscinde superbiā, tenēs humilē principatū. Chr. Deinde testimoniū propheticū ex Esaia propheta inducit, dicens. Vbi ver.eo nō mo. & ig.nō ex. Non de sensibili verme hoc dicit, sed vermē conscientiā vocat mordentem animam, q nō sit operata bonum Vnusquisque.n.sui ipsius accusator fiet, rememorans quæ gessit in vita mortali, & sic eorum vermis immortalis permanet. Bed. Sicut autem vermis est dolor interius accusans, sic ignis est pęna extrinsecus sæuiens. Vel in verme putredinem gehennæ sicut in igne ardorem designat. Aug. 21. de ci. Dei Vtrunque autē horum, ignem scilicet ac vermem, qui uolunt ad animæ pœnas non ad corporis ptinere, dicunt etiam dolore vri animæ sero ac infructuose pœnitentis, eos qui fuerint à regno Dei separati. Et ideo ignem pro isto dolore vrente non congrue imponi posse contendunt, secundum illud apostoli; Qui scandalizatur, & ego non vror? Eundem etiam vermem putant intelligendum esse, secundum illud, Sicut tinea vestimentū & vermis lignum sic męror excruciat cor viri: qui si pœnas & aīæ & corporis in illo supplicio futuras esse non dubitant, igne viri corpus, aīam vero rodi quodammodo verme męroris affirmant. Quod etsi credibilius dr̄, quia vtique absurdum est ibi dolorem aut corporis aut animæ defuturum. Ego tamen facilius existimo vt ad corpus vtrunque dicam pertinere q neutrum, & ideo tacitur esse in istis diuinæ scripturæ verbis animi dolorem: quia consequens esse intelligitur vt corpore dolente aīus quoq; crucietur. Eligat ergo quisq; quod placet, aut ignē tribuere corpori, animæ vermem; hoc ppriè illud tropicè: aut vtrunq; propriè corpori. Possunt.n. animalia ēt in ignibus uiuere, in vstione sine cōsumptione, in dolore sine morte per miraculū potentissimi creatoris Sequitur: Et si pes &c. Beda. Pes amicus dr̄ pp ministeriū discursus quasi in nostris vsibus accommodatus. Sequit; Quòd si oculus &c. Oculus dr̄ amicus vtilis atq; solicitus & acutus ad perspiciendum. Au. de con. euan. Hic profectò apparet. q illi qui nomine Christi sunt deuoti & priusquam Christianorum numero socientur, vtiliores sunt quā hi qui cū iā Christiani appellentur & Christianis sacramētis imbuti sunt, talia suadent, vt quibus ea persuaserint, secum in æternam pęnam pertrahant: quos mēbrorum corporalium noīe tanquā manum vel oculū scandalizātē iubet erui à corpore, hoc est ab ipsa vnitatis societate: vt sine his potius veniatur ad vitā, quā cū eis eatur in gehennam. Hoc ipso āt separantur, à quibus separantur, q eis mala suadentibus, hoc est scandalizantibus nō cōsentiūt. Et si quidē oībus bonis cum quibus eis notitia est de hac peruersitate innotescunt, ab omni penitus societate atque ab ipsa diuinorum sacramentorum participatione separentur. Si autem quibusdam ita noti sunt, pluribus autem ista eorū est ignota peruersitas, ita tolerandi sunt, vt neque illis ad iniquitatis cōionem consentiatur, neque propter illos bonorum societas deseratur. Beda Quia vero dn̄s tertio mentionem uermis & ignis fecerat, vt hoc valeamus euitare tormētum, subdit; Omnis

Nota verbę.

enim

enim igne salietur. Fœtor.n. vermium de corruptione solet nasci carnis & sanguinis, ideoque caro recens sale conditur, vt exiccato humore sanguineo vermescere nequeat, Et quidem quod sale salitur, uermis putredinem arcet; quod vero igne salitur.i. ignibus sale aspersis reconditũ, non solum uermes abiicit, sed ipsam quoque carnẽ cõsumit. Caro ergo & sanguis vermes creat, quia delectatio carnalis cui cõdimentum continentiæ non resistit, pœnã luxuriosis generat æternam: cuius fœtorẽ q̃squis uitare desiderat, & corpus sale cõtinentiæ, & mentem studeat condimẽto sapientiæ ab erroris & vitiorũ labe castigare. Sal n. dulcedinẽ sapientiæ, ignis Spiritus sancti gratiam designat. Dicit ergo: Omnis igne salietur, quia oĩs electus sapientia spirituali debet à corruptione cõcupiscientiæ carnalis expurgari. Vel ignis est tribulationis, quo patiẽtia fidelium ut perfectum op⁹ habere possint, exercetur. Chryso. Simile autem est huic quod dicit apostolus: Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Postea à Leuitico testimoniũ introducit di. Et omnis victima salietur. Hie. Victima domini est genus humanum, quod hic ratione sapientiæ salitur, dũ corruptio sanguinis, custodia putredinis, & mater vermium cõsumetur, & illic purgatorio igne examinabitur. Beda. Possumus & ita intelligere, q̃ altare Dei sit cor electorum, hostiæ vero & sacrificia in hoc altario offerẽda, bona sunt opera fidelium. In omnibus autem sacrificiis sal debet offerri, quia nullũ est opus bonũ quod non sal sapientiç ab omni corruptione vanæ laudis, cęterisq; paruis siue superfluis cogitationibus expurgat. Chry. Vel hoc dicitur, quia omne mun⁹ victimæ nostræ quæ est secundum orationem & proximi subuẽtionẽ salitur igne diuino, de quo dicitur. Ignẽ veni mittere in terrã, de quo subditur, Bonũ est sal.i. ignis dilectionis. Quod si sal insul. fue.i. seipso priuatũ & propria qualitate per quam dicitur bonũ, in quo illud condieris? Sunt.n. sal habentes, qui.s. habent gratiæ plenitudinem, & sunt sales, sal non habentes: qui.n. nõ sunt pacifici. sal sunt insulsum. Beda. Vel bonũ est sal, Dei verbum audire frequentius, & sale patiẽtiæ spiritualis cordis arcana condire. Theo. Sicut.n. sal carnes conseruat, & vermes in eas non sinit generare, sic & sermo doctoris, si desiccatiuus erit, carnales homines constringit & in eis inextinguibilem vermem nõ sinit generari. Si vero sit insulsus, idest si virtutem desiccatiuam & conseruatiuam nõ habeat, in quo condietur? Chry. Vel secũdum Matthæũ Discipuli Christi sunt sal q̃ totum orbẽ cõseruãt, resistentes putredini quæ est ab idololatria, & fornicatione peccatorum. potest etiam intelligi q̃ vnusquisque nostrum habeat tantum salis, quãtũ capax est Dei gratiarum. vnde, & Apostolus cõiungit gratiam sali dicens: Sermo uester sit in gratia sale conditus Sal etiam est dominus Iesus Christus, qui fuit sufficiẽs totam terram cõseruare, & multos in terra fecit sales; quorũ si aliqui marcescãt (possibile est.n. & bonos in putredinem transmutari) dignũ est ut foras mittantur. Hie. Vel aliter: Sal insulsum est qui amat principatum, & increpare non audet. vnde sequitur. Habete in uo. sal, &c. Vt.s. salsedinem correptionis amor proximi tẽperet, & dilectionẽ proximi sal iustitiæ cõdiat. Greg super Eze. Vel hoc dicitur contra quosdam quos dum maior cõscientia erigit, à cęterorũ societate disiũgit, & quo plus sapiunt, à concordiæ virtute resipiscunt. Greg. in past. Qui etiam loqui sapiẽter nititur, magnopere metuat ne eius eloquio audientium vnitas confundatur; ne dum sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipiẽter abscindat. Theop. Vel qui cõstringit se vinculos dilectionis ad proximum, hic talem habet, & ex hoc pacem cum fratre suo. Aug. de con. euan. Hæc Marcus dominum locutum fuisse cõtextim commemorat, & aliqua posuit q̃ nullus alius euangelistarum posuit. Alia uero quæ Matthæus quoque posuit, & alia quæ Matthæus & Lucas. sed illi ex alijs occasionib. & in alio rerum ordine; unde mihi uidetur etiam hoc in loco dominum dixisse quæ alijs locis dixit, quia satis pertinebant ad hanc ipsam eius sententiam, qua vetuit prohiberi virtutes in nomine suo fieri, etiam ab illo qui cũ Discipulis eum non sequebatur.

Vnde putrescit caro.

Sal in sacrificijs quid sit.

Consensus euãgelicus.

CAPVT X.

ET inde exurgens, uenit in fines Iudeæ ultra Iordanē & cōueniūt iterū turbæ ad eū: & sicut cōsueuerat, iterū docebat illos. Et accedētes pharisæi, interrogabāt eū si licet uiro uxorem dimittere, tentātes eum. At ille respōdens, dixit eis: Quid uobis pcepit Moyses? Qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudij scribere & dimittere. Quibus respondēs Iesus, ait: Ad duritiam cordis uestri scripsit uobis pceptū istud. Ab initio autē creaturæ, masculum & fœminam fecit eos Deus. Propter hoc relinquit homo patrē suū et matrē, & adhærebit ad uxorē suā & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo Deus cōiunxit homo nō separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis: Quicunque dimiserit uxorem suam, & aliā duxerit, adulteriū cōmittit super eā. Et si uxor dimiserit uirum suum, et alij nupserit, mœchat.

Beda. Hucusq; Marcus ea narrauit de dño quæ in Galilæa fecit, & docuit. Hic incipit enarrare quę in Iudæa fecit & docuit siue passus est, & primo quidē trans Iordanem ad oriētem. Et hoc est quod dicitur: Et inde exurgens &c. Deinde etiā citra Iordanem quādo venit Hiericho, Bethaniā, & Hierosol. Et cū omnis Iudæorum prouincia generaliter ad distinctionem aliarum gētium. Iudæa sit dicta, specialius tamen meridiana eius plaga appellabatur Iudęa ad distinctionem Samarię, Galilęæ, Decapolis, & cæterarū in eadē prouincia regionum. Theo. Visitat autē regionem Iudææ, quam sæpe propter Iudæorum æmulationē reliquerat, quia passio in eā erat futura: non tamen ascendit tunc Hieros. sed Iudææ, vt cōfinia, vt turbæ non malitiosæ proficerent. Hierosolyma n. erat operatrix oīs nequitię ob malitiam Iudæorum. vnde sequitur: Et conuenit &c. Beda Notanda est mentium distantia in turbis & pharisæis. Hæ conueniunt ut doceātur, & sui sanētur infirmi, sicut Matthæus cōmemorat; illi accedūt, vt Saluatorem tentando decipiant. vnde sequitur: Et accedētes pharisæi &c. The. Accedunt quidem non deserentes eū ne turbæ in eum crederent, sed continuè accedētes credebāt eū in dubitationē inducere, & eū p interrogationes cōfundere. Proposuerunt āt ei q̄stionē ex utraq; parte pcipitiū habētē, vt si dicat q licet viro vxorē dimittere, vel nō licet, accusarent ipsum cōtradicentes eidē ex dogmatibus Moysi. Christus igitur sapiētia ipsa respōdit eis respōsionē illorū laqueos fugiētē. Chry. Interrogatus.n. si licet non statim respondit, non licet, ne tumultuerunt, sed primo eis legis sententiam voluit respondere; vt quod eum dicere oportebat, hoc illi respōderent. vnde sequitur: At ille. re. ait. Quid vobis præce. Moyses. Sequitur: Qui dixerūt Moyses permisit libellum repudij scribere & dimittere. Proponunt q̄dem Moysen hoc dixisse, aut ppter interrogationem Saluatoris, aut volētes in eū virorum multitudinem incitare. Etenim hoc Iudæis erat indifferens, & omnes hoc operabant tanquā à lege pmissum. Aug. de con. euan Nihil autem ad rei veritatē interest, vtrum domino separationē prohibenti, & sententiā suam de lege firmanti ipsi turbæ, vt Matthæus narrat, intulerint quæstionē de libello repudij per eundem Moysen sibi permisso; an hoc quidē illi de præcepto Moysi illos interroganti responderint, ut Marcus hic dicit. Nā & voluntas eius ita se habebat, vt nō eis redderet rationem, cur illud Moyses pmiserit, nisi prius ipsi hoc commemorassent. Cum ergo uoluntas loquētiū cui debent uerba seruire ab euangelista utroq; monstrata sit, nihil interest iam, licet diuersus inter ambos fuerit modus narrādi. Potest etiam hoc intelligi, q sicut dicit Marcus, prius eos de vxore dimittenda interrogātes, dñs uicissim interrogat, quid eis præcepit Moyses, qui cū respōdissent Moysē permisisse libellum repudij scribere & dimittere, respondit eis de ipsa lege p Moysen data, qūo Deus instituerit cōiugium masculi & fœminæ, dicēs ea q̄ ponit Matthæus, quibus auditis illi id quod ei primo interrogāti responderant repetierūt; dicentes. Quid ergo mandauit Moyses? August. contra Faust. Nolebat autem dimitti vxorem à viro qui hanc interposuit

Expositio literalis.

Quæst. pulchra.

moram,

morã, ut in dissidium animus præceps libelli cõscriptione refractus absisteret, præsertim, quia ut perhibent, apud hebræos scribere literas hebræas nulli fas erat nisi solis scribis. Ad hos igitur quos oportere esse prudẽtes legis interpretes, & iustos dissidij dissuasores, lex mittere uoluit eũ quẽ iussit libellũ dare repudij si dimisisset uxorẽ. Non.n. poterat ei scribi libellus nisi ab ipsis quẽ p hanc occasionẽ & necessitatẽ uenientẽ quodãmodo in manus suas bono consilio regerẽt, atq; inter ipsum & uxorẽ pacifice agẽdo dilectionẽ, cõcordiamque suaderẽt ꝙ si tantũ intercideret odiũ ut extingui emendariq; nõ posset, tũc uti que scriberetur libellus, q a frustra nõ dimitteret quã odisset, ut ad debitam cõiugio charitatẽ nulla prudentiũ suasione reuocaretur. propter hoc subditur. Quibus re. Ie. ait. Ad dur. cor. uestri scri. uo. præ. istud magna.n. duritia erat, quæ nec per libelli interpositionem, ubi dissuadendi locus iustis & prudentibus tribuebatur, solui uel flecti posset ad recipiendam uel reuocandam coniugij charitatem. Chry. Vel dr: Ad du. cor. uestri, quia si anima fuerit purgata desyderijs & ira, possibile est mulierem nequissimam tolerare. Multiplicatis autem in anima passionibus prædictis, multa mala contingẽt circa odiosum cõnubium. sic igitur ab incusatione eorum Moysen eripit qui dederat legem, & totũ in eorum caput conuertit. Sed quia graue erat quod dictũ est, statim ad antiquam legem sermonem reducit, dicens. Ab ini. ãt creaturæ masculum & fœ. fecit eos Deus. Beda. Non ait masculum & fœminas; qđ ex priorum repudio quærebatur, sed masculum & fœminam, ut unius cõiugis cõsortio necterentur. Chry. Si autem uoluisset hanc quidem dimitti & alteram introduci, creasset plurimas mulieres. Nec solum homini Deus mulierem cõiunxit, sed & relinquere parentes præcipit, & mulieri adhærere. unde sequitur: Et dixit.s. Deus p Adam; Propter hoc re ho. pa. su. & ma. su. & adhære. ad uxo. suam. Et ipso modo locutionis inseparabilitatẽ matrimonij demõstrans, quia dicit, Adhærebit. Bed. Et similiter quia dicit, adhærebit ad uxorem suam, non ad uxores. Sequit: Et erunt duo in carne una. Chry. id est, ex una radice facti, in unũ corpus cõueniunt. Sequit: Itaq; iã non sunt duo, sed una caro. Bed. Primũ igitur nuptiarũ est, ex duabus unã carnẽ fieri. Castitas iuncta spiritui, unus efficitur spiritus. Chry. Post hæc terribile faciẽs argumentũ non dixit, ne diuidatis, sed cõclusit: Quos ergo Deus coniũxit, homo nõ separet. Aug. cõ. Fau. Ecce Iudæi ex libris Moysi cõuincuntur, nõ esse uxorẽ dimittendã, qui sedm uoluntatẽ legis Moysi arbitrantur se facere, cũ dimitterent. Similiter & illud hinc cum ipso Christo attestãte cognoscimus Deũ fecisse & cõiunxisse masculũ & fœminã, quod Manichæi negando dãnantur, non iam Moysi libris, sed Christi Euangelio resistentes. Beda. Quod ergo Deus con. unam faciẽdo carnẽ uiri & fœminæ; hoc homo nõ potest separare, sed solus Deus. Homo separat, qñ pp desyderium secundæ uxoris primã dimittimus. Deus separat, qũ ex consensu propter seruitutem Dei sic habemus uxores, quasi non habentes. Chry. Si autem duo, quos Deus coniũxit separari non dẽnt: multo magis ecclesiam quam Deus Christo coniunxit ab eo non conuenit separare. Theo. Quia uero scandalizabantur discipuli tanquam ex prædictis nõ plenè eis fuerit satisfactum, pp hoc.n. iterum interrogant. unde sequitur; Et ite. in do. discipuli eius de eodem inter. eum. Hie. Secunda interrogatio ab Apostolis iterũ dicta est, quia de eadem re, de qua pharisæi eum interrogauerunt, idest de coniugij statu & hoc proprie. Iterata.n. uerbi snia, non fastidium sed esuriem, & sitim præstat. uñ qui me comedũt adhuc esurient; & qui me bibũt, adhuc sitient. Mellisflua.n. sapientiæ eloquia gustata, diligentibus multimodũ saporẽ reddũt. unde dñs iterato discipulos instruit. nã sequitur, Et dixit illis, Quicunque di. uxo. suam & al. duxe. adul. con. super eã. Chry. Adulterium uocat nõ cũ sua simul esse Non.n. est sua quam accepit, prima derelicta: & propter hoc committit adulterium super eam, id est, super secundam quam introducit. Idem autẽ est & de muliere. unde sequitur: Et si uxor di. uirum suum, & alij nup. mœchatur. Nõ.n. alteri

Mos hebræorũ.

Vis uerborum.

Manichæorũ error.

ut

vt proprio viro potest coniungi, si propriũ derelinquat. Et quidẽ lex prohibuit adulterium manifestum, sed Saluator hoc non manifestum, neq; ab omnibus notũ, naturæ tñ contrarium. Beda In Matthæo vero scriptum est plenius: Quicunq; dimiserit vxorẽ suam, nisi ob fornicationẽ. Vna ergo solummodo carnalis est causa, fornicatio. Vna spiritualis, timor Dei, vt vxor dimittat sicut multi religionis causa fecisse leguntur. Nulla autem causa est Dei lege perscripta, vt viuente ea quæ relicta est, alia adducat. Chry. Quòd aũt Matthæus dicit pharisæis hæc verba dixisse, Marcus vero Discipulis, non est contrarium: contingit enim hæc his, & illis dicta esse.

Et offerebant illi paruulos, vt tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum videret Iesus, indignè tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis: quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.

Theo Ostensa superius nequitia pharisæorũ Christũ tentantiũ nũc ostendit multa fides turbarũ, quę tñ manuũ impositione putabant Christũ benedicere paruulos quos illi offerebant. vñ dr̃: Et offerebãt illi paruulos, vt tangeret eos. Chry. Sed discipuli ꝓhibebant offerentes ꝑ Christi dignitatẽ Et hoc est quod subdit. Discipuli ãt cõminabant̃ offerentibus. Saluator ãt erudiẽs discipulos sapere moderata, & tumorem conculcare mundanum, accipit pueros, & eis pronunciat regnum Dei. vnde sequitur: Et dixit illis, Sinite paruulos ve. ad me; & ne prohi. eos. Orig Si quis ergo eorum qui doctrinam ecclesiasticã ꝓfitentur, videat aliquem offerentem quosdã stultos mũdi & ignobiles, & infirmos, qui ꝑ hoc appellati sunt pueri & infantes, non prohibeat quasi sine iudicio faciẽtẽ, eũ qui offert talẽ saluatori. Post hoc exhortatur discipulos suos iã viros constitutos cõdescendere vtilitatibus puerorũ, ut fiant pueris quasi pueri, ut pueros lucrentur. Nã & ipse cũ in forma Dei esset, humilians se factus est puer vñ subdit: Taliũ est. n. regnũ Dei. Chry. Etenim ab oibus passionibus purã existit aĩa pueri ꝑ hoc oportet ut hæc ex uoluntate operemur, q̃ pueri habẽt per naturã. Theo. Vñ non dixit horũ est regnum Dei, sed talium. s. habentium & studio, & labore innocentiã & simplicitatem, quam habẽt pueri ex natura. Puer. n. non odit, neq; maliciose aliqd operatur, neq; uerberatus à matre discedit, sed etsi eum uilibus induat uestimentis, præfert ea regalibus indumentis. sic & ille qui uiuit secundum uirtutem ecclesiæ matris suæ, nihil huic præhonorat, neq; etiam reginam multorum uoluptatem. unde & dominus subdit: Amẽ dico uobis, Quisquis nõ rece. reg. Dei uelut paruu. non intrabit in illud. Beda. Idest nisi talem habueritis innocẽtiam, & animi puritatem sicut paruulus habet, in regnũ cęlorum non poteritis intrare. Aliter regnum Dei, idest doctrinam Euangelij, sicut paruulus recipere iubemur, quia quomodo paruulus in discendo non contradicit doctoribus, neq; rationes & uerba cõponit eis resistẽs, sed fideliter suscipit quę docẽt, & cum metu obtẽperat, & discit, ita & nos obediẽdo simpliciter, & sine ulla cõtradictione uerbum domini suscipere debemus. Sequitur; Et com. eos, & im. ma. super il. bene eos. Chry. Bene autem amplexatur eos ad benedictionem tãquã in proprium sinum eleuans propitiatus facturam suam ab eo cadentem ab initio & diuisam. Imponit autem paruulis manus, docens diuinæ uirtutis operationẽ. Et quidem secundum consuetudinem aliorum manus imponit, sed non secundum cõsuetudinem operatur. Deus enim existens humanum modum seruabat tanquam uerus homo factus Beda Complexus etiam benedixit paruulos, ut humiles spiritu, sua benedictione, & gratia, & dilectione dignos esse significet.

Innocẽtia puerilis.

Et cum egressus esset in via, procurrens qdã genuflexo ante eũ rogabat eum, dicẽs, Magister bone, qd faciã vt vitã æternã percipiã? Iesus ãt dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus Deus. Præcepta nosti? Ne adulterius, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimoniũ dixeris, ne fraudẽ feceris, honora patrẽ tuum, & matrẽ. At ille respõdens, ait illi. Magister, hęc oĩa obseruaui à iuuentute mea. Iesus autẽ intuitus

eum

tum dilexit eum et dixit ei, unũ tibi deest. Vade, quæcunq; habes, uẽde, & da pauperibus, et habebis thesaurũ in cœlo, & ueni sequere me. Qui contristatus in uerbo, abijt mærẽs. Erat.n. habẽs multas possessiones. Et circũspiciens Iesus, ait Discipulis suis, q̃ difficile qui pecunias habẽt in regnũ Dei introibunt! Discipuli ãt obstupescebãt in uerbis eius. At Iesus rursus respondens, ait illis. Filioli, q̃ difficile est cõfidẽtes in pecunijs, in regnum Dei introire? Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos. Et quis potest saluus fieri? Et intuens illos Iesus, ait. Apud homines impossibile est, sed nõ apud Deum. Omnia enim possibilia sunt apud Deum.

Bed. Audiuerat quidam à domino tãtum eos qui paruulorum uolunt esse similes, dignos esse introitu regni cęlorũ, atq; ideo poscit sibi exponi non parabolis, sed apertè q̃bus operã meritis uitã æternã cõsequi possit. uñ dicit. Et cũ egressus esset in uia, p̄currẽs quidã genuflexo ante eũ, rogat eũ, dicẽs; Magister bone, quid faciã ut uitã æternã percipiã? Theo. Miror de hoc iuuene q̃ oĩbus alijs p̄ infirmitatibus ad Christũ accedentibus, hic uitæ ęternæ possessionẽ postulat, cũ maligna sit passio auaritiæ propterquam postmodũ contristatus est. Chry. Quia uero accesserat ad Christum tanquam homo ad hominem, & ad unum Iudaicorum doctorum; Christus tanquam homo respõdit eidem. unde sequit; Iesus autem dixit ei, Quid me dicis bo. Nemo bo. nisi unus Deus. Hęc aũt dicens nõ excludit homines à bonitate, sed à cõparatione bonitatis diuinæ. Bed. Vnus autem Deus bonus, nõ pater solus intelligendus est, sed & filius qui dicit: Ego sum pastor bo. sed & Spiritus sanctus; q̃ dicitur, Pater de cœlis dabit spiritum bonum petentibus se. Ipsa enim una, & indiuidua Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, solus & unus Deus bonus est. Nõ igit̃ dominus se bonũ negat, sed esse Deũ sigñat; nõ se magistrum bonum non esse, sed magistrum absq; Deo nullum bonum esse testatur. The. Voluit igitur dominus per hæc uerba mentem iuuenis facere altiorem, ut ipsum cognosceret tanq̃ Deũ. Sed & aliud, quidẽ innuit in his uerbis, ut quãdo debes cõferre cum aliquo, nõ adulando cum eo conferas, sed respicias radicem bonitatis, & fontem Deum, & ei p̄stes honorem. Beda. Notandum autem q̃ iustitia legis suo tẽpore custodita, nõ solum bona terræ, uerumetiam suis electoribus uitam cõferebat. unde dominus de uita æterna quærenti, consequẽter dixit; Præcepta nosti? Ne adulteres, ne occidas. Hæc est enim puerilis innocẽtia, quæ nobis imitanda proponitur, si regnũ Dei uolumus intrare. unde sequit; Et ille respõdẽs ait; Magister, hæc om. ser. à iuu. mea. Non est putandus homo iste uel uoto tentantis; ut quidã putauerunt, dominum interrogasse, uel de sua uita esse mẽtit᷒, sed simpliciter ut dixerat esse cõfessus, quod patet ex hoc quod subditur; Iesus aũt intuitus eum dilexit eum, & dixit ei. Si autem mendacij aut simulationis noxa reus teneretur; nequaquã intuitus arcana cordis eius diligere diceretur Iesus. Ori. sup. Mat. In hoc.n. & dilexit eũ uel osculatus est eũ, uidet affirmasse professionẽ eius q̃ dilexit se oĩa ista implesse. Intẽdẽs.n. mẽte in eũ, uidit hominẽ ex bona cõscientia confitentẽ. Chry. Dignũ tñ est inquirere qualiter hũc dilexit, q̃ eũ nõ erat secuturus? est autẽ hoc dicere, quoniam quantũ ad priora dignus erat amore, q̃ legis sunt obseruãs à iuuentute: circa finem uero neque diminutionem prioris dilectionis cõsecutus est, sicut neq; perfectionem suscepit. Etsi enim non excesserat mensurã humanam, Christi perfectionem nõ sequẽs, nullo tamẽ crimine existebat reus, iuxta possibilitatem hominis legem obseruãs, & in hac obseruatione Christus eum dilexit. Bed. Diligit enim dominus eos q̃ mãdata legis, quãuis minora custodiunt, sed nihilominus quæ in lege minus fuerãt his qui perfecti esse desiderant, ostendit; quia non uenit soluere legem, sed adimplere. Vnde sequitur; Et dixit ei, Vnum tibi, deest. Vade, quæcũque hab. uen. & da paup. & hab. thes. in cęlo, & ueni, seque me. Quicũq;.n. perfectus esse uoluerit, debet uẽdere quæ habet, nõ ex parte sicut Ananias fecit, & Saphira, sed totum. Theo. Et cum uendiderit, dare pauperibus, non histrionibus & luxuriosis. Chry. Bene autem

Christus doctor hebręus reputatur.

Legis iustitia ostẽditur.

Quęstio pulchra

tem nō fecit æternę vitæ mentionem, sed thesauri, dicēs. Et habeb. thesaur. in cęlo. Quia enim de pecunijs erat sermo, & de abrenunciatione omnium, ostēdit, quod reddit plura his quàm præcepit relinquere, quanto maius est cœlum quàm terra. The. Sed quia multi sunt pauperes nō humiles, sed ebrij, aut aliquam aliam habentes malitiam, propter hoc dicit: Et veni sequere me. Beda. Sequitur enim dñm qui imitator eius est, & per vestigia eius graditur. Sequitur; Qui contristatus in uerbo abijt mœrens. Chry. Et causam tristitiæ subdit Euāgelista, dicens: Erat enim possessiones habens multas? Non enim eodem modo afficiuntur qui pauca habent, & qui multa. Adiectio enim acquisitarum diuitiarum maiorem flammā cupiditatis accendit. Sequitur. Et circū. Iesus ait Discipulis suis. Quā diffi. qui pecu. hab. in reg. Dei intro The. Non hoc dicit quod diuitię malę sint, sed habentes ipsas ut custodiāt docet n. nō ipsas habere, id est retinere, & custodire, sed eis in necessarijs vti, & in seruitio hoīs esse. Chry. Dixit āt hoc dñs Discipulis pauperibus existētibus & nihil possidentibus, instruēs eos inopiā non erubescere, & quasi excusando eis respondēs pro eo quod nihil eos habere cōcesserat. Sequit: Discipuli autē obstu. in uerbis eius. Manifestū est. n. quoniam inopes existentes pro aliorum salute dolebant. Bed. Sed quia inter pecunias habere & amare multa distantia est, unde & Salomon nō ait: Qui habet, sed quia amat diuitias, fructū non capit ex eis: ideo dominus obstupescentibus Discipulis uerba præmissæ sentētiæ exponit. vnde sequitur: At Iesus rursus respondens ait illis: Filioli, quàm difficile est confidentes in pecunijs, regnum Dei introire? Vbi notādū est quòd nō ait, quàm impossibile est, sed quàm difficile est. quod enim impossibile est, omnino fieri, non potest; quod difficile, cum labore potest. Chry. Vel dicēs difficile, ostendit esse impossibile, & nō simpliciter, sed cum quadam intentione, & hoc ostendit exemplo, dicēs; Facilius est camelum per foramē acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Theo. Camelum siquidem oportet intelligere aut ipsum animal, ut funem illum grossum quo naues magnæ utuntur. Bed. Quomodo ergo uel in euangelio Matthęus & Ioseph, vel in ueteri testamento quàmplurimi diuites intrauerunt in regnum Dei, nisi forte quia diuitias uel pro nihilo habere, vel ex toto relinquere, domino inspirāte, didicerūt? Altiore autem sensu facilius est Christum pati pro dilectoribus suis, quàm dilectores seculi ad Christum posse conuerti, Cameli enim nomine se intelligi uoluit, quia infirmitatis nostræ onera sustulit. Per acum autem significat punctiones, id est, dolores in passione susceptos. Foramen ergo acus dicit angustias passionis, qua scissa nostræ quasi vestimenta naturæ quodāmodo resarcire dignatus est. Sequit; Qui mag. admi. dic. ad semetipsos; Et quis pōt saluus fieri; cū incomparabiliter maior sit turba pauperū, quæ diuitibus perditis potest saluari; intellexerunt tamen cunctos qui diuitias amant, ēt si adipisci nequeāt, in diuitum numero deputari sequit; Et intuēs eos Iesus ait; Apud &c. Quod nō ita intelligēdū est, quasi cupidi & superbi in regnū cœlorū sint intraturi, cū cupiditate & superbia; sed possibile est Deo, vt à cupiditate & superbia ad charitatē & humilitatē cōuertant. Chry. Ideo āt hoc opus Dei esse dixit; ut ostēderet quod multa opus est illi gratia, qui ad hoc à Deo dirigit. unū mōstratur quod nō parua merces est diuitibus uolētibus Christi philosophiā sequi: The. Vel intelligēdū est quod dicit; Apud hoīes impossibile est, sed non apud Deū; quia cū Deū audimus, hoc fit possibile; cū uero humana sapim⁹, impossibile. Sequitur; Omnia. n possibilia sunt apud Deum: Cum enim omnia dicit, entia subintelligas, peccatum enim nō est ens. Est enim res absque essentia & hypostasi peccatū. Vel aliter, Peccatum non uirtutis sed infirmitatis est, & ideo peccatū sicut & infirmitas impossibile est apud Deū. Sed nunquid Deus facere potest ut id quod factū est, nō sit factum? Ad quod dicitur, quòd Deus est ueritas; facere autem quod factū est ut non sit factum, falsum est. Qualiter ergo ueritas faciet falsum? Prius igitur destruet propriam naturam, ut quidam dicunt; Nunquid potest Deus non esse Deus, hoc enim ridiculum est.

Vsus pecuniarū quomodo licitus.

Allegoria pulchra.

Peccatum nō est ens.

Et

Et post hæc cœpit ei Petrus dicere. Ecce, nos dimisimus oīa, & secuti sumus te. Respondens Iesus ait. Amē dico uobis nemo est q reliquerit domū aut fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrē, aut filios, aut agros propter me & propter euangeliū: q non accipiet centies tantum, nūc in tēpore hoc domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus, et in seculo futuro uitam æternam. Multi autem primi erunt nouissimi, & nouissimi primi.

Gl. Quia iuuenis audito consilio Saluatoris de rerū dimissione tristis abscesserat, Discipuli āt Christi p̄ missum consiliū iā adimpleuerāt, solicitare cęperūt de p̄mio, æstimātes se magnū aliqd fecisse, cū iuuenis q præcepta legis impleuerat, hoc sine tristitia audire potuerit. vñ Petrus p se & alijs dñm interrogat. Et hoc est qđ dicit: Et cœpit ei Petrus dicere, Ecce nos di. &c. The. Petrus etsi pauca dimisit, tñ hęc oīa uocat. Nā pauca & habēt uinculū passionis, ita ut beatificet ille qui pauca relinquit. Bed. Et quia nō sufficit tātū dimittere, iungit quod perfectum est, Et secuti sumus te. Quasi dicat: fecimus quod iussisti. Quid igitur dabis nobis pręmii? Petro autem de Discipulis tantum, interrogante, dñs uniuersalem responsionem facit. Vnde sequitur: Respōdēs Iesus ait, Amen dico &c. Hoc autem dicens nō innuit ut patres relinquamus, non adiuuantes eos, neq; ut ab uxorib. separemur, sed nō instruit præferre honorem Dei secularibus rebus Chry. Mihi autem uidetur q in hoc intendebat persecutiones futuras occultè prænūtiare; quia futurum erat ut multi patres ad pietatem filios inducerēt & uxores uiros. Nō autem differt dicere: Propter nomen meum, aut Euangelium, ut Marcus dicit, aut propter regnū Dei, ut ait Lucas. Etenim nomen Christi uirtus Euangelij est, & regni. Euangeliū. n. recipiē in nomine Iesus Christi, & regnū Dei per nomē ipsius cognoscit & uenit. Beda. Quidam autem ex occasione huius sententiæ qua dicitur, Accipiet centies tātum nunc in tempore hoc, Iudaicū mille annorum fabulā post resurrectionem iustorum dogmatizant, quando omnia quę proper Deum dimisimus, multiplici sunt fœnore reddenda, insuper & uita æterna donanda. Nec uident quòd etsi in cęteri digna sit promissio, in uxoribus tamē cētenis iuxta alios Euāgelistas appareat turpido: præsertim cum dominus in resurrectione nubendū non esse testetur, & ea quæ propter se dimissa fuerint, recipiēda in hoc tempore cum persecutionibus asseueret, quas mille annis suis abesse affirmat. Chry. Et quidem igitur centies tantum merces secūdum communicationem & non secundum possessionem: hoc enim adimpleuit eis dominus nō corporaliter, sed alio quodam modo. Hier. Vxor enim in domo circa uiri cibū negotiatur & uestimenta. Vide igitur hoc & in Apostolis. Multæ enim mulieres solicitæ erāt de eorum cibo & uestimentis, et ministrabāt eis. Similiter & patres, & matres plurimas Apostoli habuerunt, scilicet eos qui ipsos diligebant, sed & Petrus unā relinquens domū, post omniū Discipulorū domos habebat. Et maius est, quia cū p̄secutionibus hęc oīa possidebūt sancti, si persecutionē sint passi et angustiati. pp quod sequit: Multi āt erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Pharisæi. n. primi existētes, facti sunt nouissimi. Qui uero oīa reliquerūt & Christū secuti sunt, fuerūt nouissimi in seculo isto p angustias, & persecutiones, sed erunt primi p spē quæ est in Deū. Bed. Potest sane hoc qđ ait, Accipiet cēties tātū, altius intelligi. Centenarius quippe numerus de læua trāslatus in dexterā, licet eādē inflexu digitorum uideatur habere figurā, quam habuerat denarius in læua, tamen quantitatis magnitudine sursum crescit, quia uidelicet omnes qui pp regnum Dei temporalia spreuerunt, & in hac uita persecutionibus plenissima eiusdem regni gaudium fide certa degustāt, atque in expectatione patrię cęlestis, quæ significatur in dextera, omnium electorum delectatione fruūtur. Verum quia multi uirtutum studia non eadem qua incipiunt intentatione pietatis consummant, mox subinferē; Mul. autem erunt &c. Quotidie enim uidemus multos iu laico habitu constitutos, magis uitæ meritis excellere. & alios à prima ætate spirituali studio feruentes, ad extremum otio torpente lacescere, atque inerti

Cura Apostolorū notatur.

Intellectus duplex.

inerti stultitia quod spiritu cœpere, carne consumare.

Erant autem in uia ascendentes Hierosolymam, & præcedebat illos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei uentura, Quia ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus, & condemnabunt eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget.

Beda. Meminerant Discipuli sermonis quo dñs se passurum multa a summis sacerdotib⁹ & scribis pdixerat, & ideo Hierosolymã tẽdentes stupebãt. Et hoc est qđ dr: Erãt aũt in uia ascẽ. Hierosolymam, &c. Theo. Vt ostendat ꝙ ad passionẽ prę currit, & ꝙ non refugit mortẽ pro nostra salute. Et stupe. & sequen. timebant. Bed. Ne vel ipsi cum Deo occiderentur, vel saltẽ ille cuius uita, & magisterio gaudebãt, inimicorum manib. occumberet. Præuidens aũt dñs ex passione sua Discipulorũ aĩos perturbandos, eis & passionis pęnam & resurrectionis suæ gloriam pdicit. unde sequitur: Et assumens iterũ 12. &c. Theo. Vt. s. Discipulorũ corda cõfirmaret. ut cũ hæc paudirent, leuius postmodũ sustinerent & in repentinis nõ formidarent, & ẽt vt ostenderet ꝙ uolũtarie patitur. Qui. n. pnoscit & põt fugere & non fugit, manifestũ est ꝙ uoluntarie seipsum passionibus tradit. Seorsum autẽ assumit Discipulos: nanque cõueniẽs erat passionis mysteriũ propinquioribus sibi reuelare Chry. Cõmemorat aũt singula q̃ passurus erat; ne si aliqui l prætermissum remaneret, cernentes postmodum illud subito turbarentur. vnde subdit: Quia ecce ascendimus Hierosolymam. Glo. Ad quem s pertinet pati. Nam diuinitas pati non potest. Tradetur scilicet à Iuda princ. sacerd. & scri. & senioribus, & condẽ. eum more iudicantes eum esse reum mortis Et tradent eũ gentibus, scilicet Pilato Gẽtili. Et illudẽt ei milites eius. Et cõspuent eum, & flagellabunt eum, & interfi. eum. Chrys. Vt aũt cum fuerint contristati propter passionẽ & mortem, tunc & resurrectionem expectent, subdit: Et tertia die resurget. Cum

Prædictio passionis.

enim tristitias & opprobria quæ contigẽrunt non occultauerit, conueniens erat ut ei, de reliquis crederent.

Et accedunt ad eũ Iacobus & Ioannes filij Zebedæi dicẽtes. Magister uolumus ut quodcũque petierimus, facias nobis. At ille dixit eis. Quid uultis ut faciã uobis. Et dixerũt, Da nobis ut unus ad dexterã tuã, & alius ad sinistrã tuã, sedeamus in gloria tua. Iesus aũt dixit eis Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quẽ ego bibo, aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerũt ei, Possumus. Iesus aũt ait eis, Calicẽ quidẽ quem ego bibo, bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini. sedere autem ad dexterã meã uel ad sinistram, non est meam dare uobis, sed quibus paratum est.

Chry. Audientes Discipuli Christum frequẽter de suo regno loquentem, putabãt ꝙ hoc regnũ post eius mortẽ nõ esset, & ideo nũc pnunciata Christi morte, accesserunt ad eũ ut honoribus regni statim fierẽt digni. uñ dicit: Et acce. ad eũ Iacobus, & Ioãnẽs &c. Erubescẽtes. n. ꝙ aliqđ humanũ passi erant, accesserũt ad Christũ seorsum cũ à Discipulis assumẽtes. Saluator uero nõ ignorãs quid petere debebãt, sed ad respõdendũ eos inducẽs interrogationẽ subiũgit. At ille dixit eis Quid uultis ut faciã uobis? Theo. Credebãt ãt prædicti. Discipuli ꝙ propter hoc Hierosolymam ascẽderet ut regnaret, & postmodũ pateretur quæ se passurum prædixerat, & hoc cogitantes dexteram, & sinistram sedem appetebant unde sequitur, Et dixerũt, Da nobis ut unus ad dexteram, & alius ad sinistrã sedeat in gloria tua. Aug. de con. euã. Hoc ab eis non per eos ipsos, sed per matrem dictum esse; Matthæus expressit, cum illa eorum uoluntatẽ attulisset ad dñm, unde magis ipsos quàm illam dixisse quod dictum est Marcus breuiter intimauit. Chry. Vel conueniẽter dici potest utrumque factum esse, Vidẽtes enim se præ alijs honoratos, prædictam petitionem se consequi æstimabãt, & ut facilius petitionem obtinerẽt, matrem assumpserunt, ut cum hac simul Christum præcarentur. Aug. de con. euan. Denique & dominus etiam secundum Marcum & secũdũ Matthęum ipsis potius quàm matri respondit. Nam sequitur, Iesus autem dixit

Opinio apostolorũ de regno Christi.

Consensus Euãgelicus.

eis, Nescitis quid petatis. Theo. Quasi dicat, Nō est hoc qđ creditis, qđ sim tēporaliter in Hierusalē regnaturus, sed oīa hęc, quæ. s. ad regnū meū pertinēt, supra intellectū sunt. Etenim sedere à dextris meis tā magnū qđ est, vt excellat ordines angelorū. Beda. Vel nesciunt qđ petant, qui se dē gloriæ à dn̄o quā nondū merebant inquirunt. Chry. Vel dicit, nescitis qđ petatis, ac si diceret, Vos de honore loquimini, ego vero de agonibus & sudoribus disputo. Non. n. est hic præmiorum tempus, sed occisionis, præliorum, & periculorum. vnde subdit, Potestis bibere calicem quem ego &c. Per modū interrogationis attrahit eos, vt ex communicatione quæ est ad ipsum, auidiores fierent. Theo. Calicem autem & baptismum crucē nominat, calicem quidem tanq̄ potum dulciter ab ipso susceptum, baptismum vero tanq̄ emūdationem nostrorum facientem peccatorum. Qui nō intelligentes quod dixerat, responderunt. vnde sequitur, At illi dixerunt, Possumus. Credebant. n. ꝙ de calice sensibili, & baptismo, quo Iudęi baptizari solebant, lauantes. s. se antequā comederent, loqueretur. Chry. Responderunt autem tam promptè, expectātes in eo quod petierunt exaudiri. Sequitur, Iesus autē ait eis, Calicem quidem quem ego bi. &c. idest martyrio digni eritis & patiemini sicut & ego. Beda. Quæritur aūt quomodo calicem martyrij Iacobus & Ioānes biberunt, aut qūo baptismo domini fuerūt baptizati, cum scriptura narret Iacobum tātum Apostolum ab Herode capite truncatum, Ioānes autem propria morte finiuit uitam? Sed si legamus ecclesiasticas historias, in quibus fertur ꝙ & ipse ꝓpter martyrium in feruētis olei dolium missus sit, statimq; relegatus in Pathmos insula, sic uidebimus martyrium animo nō defuisse, & bibisse Ioannem calicē cōfessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt, licet persecutor non fuderit sanguinem. Sequitur, Sedere autem ad dexteram &c. Chry. Vbi duo quæruntur, vnū est, si paratum est alicui sedere à dextris eius? Alterum autē, si omnium dominus his quibus paratum est, potestatē tribuendi nō habet? Ad primum ergo dicimus ꝙ nullus à dextris neq; à sinistris sedet, inuius. n. est oī creaturæ thronus ille. Quomodo ergo dixit, Sedere ad dexterā meā vel ad sinistrā non est meū dare vobis, qua si q̄busdam sessuris? Ad suspicionē quidē interrogantiū r̄ndit, eorum intentioni cō descendens, neque. n. nouerant illū thronū excelsum & cathedrā quæ est à dextris patris, sed vnū solū petebant. s. potiri primatu & alijs præesse. Quidā. n. audiuerāt dictū de Apostolis, ꝙ super 12. thronos essent sessuri, quid esset quod dictū est ignorantes, inter cæteros petierunt primatū. Ad secundum dicēdum est, ꝙ tale domū potestatem filij Dei non transcendit, sed quod in Matthæo dicitur. Paratum est à patre meo, idem est ac si diceret, à me. vnde & Marcus non dixit hic, à patre meo. Quod ergo hic Christus dicit, tale est, Moriemini inquā propter me, non tamē hoc sufficit ad hoc, ꝙ vos primum ordinē obtineatis. Si enim aliquis alius cum martyrio venerit omnē aliam virtutē possidens, multa vobis maiora possidebit, his. n. parat̄ primatus, qui per opera possunt fieri primi. Si igitur dn̄s sua respōsione eos instruxit, vt non uane & inaniter pro primatibus molestentur, simul autem & eos noluit contristari. Beda. Vel non est meum uobis dare, idest superbis, hoc enim adhuc erant. Alijs paratum est, & uos alij estote, idest humiles, & uobis paratum est.

Questio utilis.

Questio duplex mouetur

Et audientes decem, indignati sunt de Iacobo, & Ioanne. Iesus autem vocans eos, ait illis, Scitis quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis, & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est autem in vobis, sed quicunque voluerit fieri maior, erit vester minister, & quicunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. Nam & filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam in redemptionem pro multis.

Theo. Quia reliqui Apostoli uident Iacobum & Ioannē honorem petere, patiēter ferre non possunt. unde dicitur, Et audiētes decem indignati sunt de Iacobo & Ioanne. Patientes. n. humana inuidia mouebantur, sed tunc primo indignati sunt, cum uiderunt ipsos à domino non susceptos, nō autem prius indignabantur, quia uidebant,

Indignatio inter apostolos

uidebant ipsos alijs præhonorari, tunc igitur sic imperfectè se habebāt apostoli, sed postea in primatibus sibi cedebant adinuicem. Christus āt eos sonat. Primo q̄dē ad eorū consolationē eos iuxta se adducēdo. & hoc significat cū dr̄, Iesus āt uocās eos. Deinde demonstrādo, ꝙ usurpare honorē & desyderare primatū, Gentiliū est. unde sequitur. Ait illis, Scitis quia hi qui uidētur principari gētibus, dominantur eis, & principes eorū potestatē habent ipsorum. Gentiliū principes tyrannicè & dominabiliter ad principatū se ingerunt. Sequit̄: Non ita est āt in uobis. Bed. In quo docet eū maiorē esse qui minor fuerit, & illū dominū fieri qui oium seruus sit; frustra igit̄ aut illi immoderata q̄sierant, aut isti dolent sup maiorū desiderio: cū ad summitatē uirtutū non potētia, sed humilitate ueniatur. Deinde ꝓponit exēplū, ut si dicta paruipenderent, erubescerēt ad opera, & dicit: Nā & filius hois non uenit ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animā suā in redēptionē ꝓ multis. Theo. Qđ maius est q̄ ministrare. Cum enim aliquis pro eo . . . ministrat moritur, quid isto potest esse maius, & mirabilius? sed tn̄ ista ministratio & humilitatis descensus, gloria eius erat & omniū. Ante enim quam homo fieret, solum ab angelis notus est. Cum autē factus est homo, & crucifixus est, non tātum ipse gloriam habet, sed & alios i participatione suæ glorię suscepit, & dominatus est per fidē orbi terræ. Bed. Non autem dixit animam suam in redēptionem dare pro omnibus, sed pro multis, id est qui credere uoluerint.

Et ueniūt Hierico. Et proficiscente eo de Hierico, & Discipulis eius, & plurima multi udine filius Timęi Bartimęus cęcus, sedebat iuxta uiam mendicans. Qui cum audisset quia Iesus Nazarenus est, cœpit clamare & dicere, Iesu fili David, miserere mei. Et comminabantur illi multi, vt taceret. At ille multo magis clamabat fili David, miserere mei. Et stans Iesus, præcepit illum uocari. Et uocant cæcum dicētes ei, Animæquior esto, surge, uocat te. Qui proiecto uestimento suo, exiliens uenit ad eum. Et respondens Iesus, dixit illi. Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei, Raboni, vt uideam. Iesus autem ait illi. Vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit, & sequebatur eum in uia.

Hier. Passioni domini appropinquantis ciuitatis nomē rūdet. dr̄ enim: Et ueniunt Hierico. Hierico luna siue anathema interpretat̄. Defectus āt carnis Christi, ꝑparatio est Hierusalē cœlestis. Sequitur: Et ꝓficiscente eo de Hierico &c. Beda. Matthæus duos iuxta viā sedentes & ad dn̄m clamantes cęcos dicit esse illuminatos. Lucas autē cū appropinquaret Hierico pari ordine illuminatū ab eo cęcū esse perhibet; vbi nemo saltē sapiens putet Euāgelistas sibimet cōtraria scribere, sed aliū plenius scribere q̄ alter omisit. Intelligēdum est ergo vnū eorū fuisse potissimū, qđ ex hoc apparet, & qđ nomē eius & nomē patris eius Marcus commemorauit. Aug. de con. euan. Hoc est ergo ꝙ ipsum solū voluit cōmemorare Marcus, cuius illuminatio tā clarā famā huic miraculo comparauit, quā erat nota calamitas. Lucas vero quāuis oīno eodē modo factū, tn̄ in alio cœco intelligēdus est par commemorare miraculū, & eiusdē miraculi parē modū. sequit̄. Qui cū audisset quod Iesus Nazarenus &c. Chry. Filiū David vocat cęcus dominum, prætereūtis turbæ laudem audiens; ac prophetarum expectatione completa certificatus. Sequit̄: Et cōmi. il. mul. vt taceret. Ori. Tanquam si dicat, Qui primi crediderant increpabant ei clamāti. Fili David, vt taceret & non appellaret eū contēptibili nomine, sed debere dicere, fili Dei miserere mei; ille autem non destitit. vnde sequitur: Ille autē ma. clamabat. &c. Cuius clamorem dn̄s exaudiuit. vnde sequitur: Et stans Iesus præce. illum vocari. Vide aūt ꝙ inferior est cœcus, de quo Lucas loquitur; nam nec Iesus eum vocauit, vt Matthæus dicit, nec iussit eū vocari, vt hic dicitur, sed iussit eū ad se adduci, quasi non potentē per se venire. Iste autem cœcus ad imperium domini vocatur. vnde sequitur: Et vocant eum, dicētes ei: Animæquior esto, surge, vocat te. Ille āt abijciēs vestimentum, venit ad eum. Sequitur: Qui piecto vesti. suo venit ad eū. Fortè vestimētum cęci & mēdicantis velamētū intelligit̄ cęcitatis & mendicitatis quo fuerat circūdatus, quod abijciēs venit ad Iesum quē appropinquātem dominus interrogat.

Consensus euāgelicus.

terrogat. unde sequitur. Et respondens Iesus ait illi: Quid tibi uis faciam? Beda. Nunquid qui lumé reddere poterat, quid uellet cœcus ignorabat? Ad hoc ergo requirit ut petatur: ad hoc requirit ut cor ad orationem excitet. Chry. Vel quęrit, ne scilicet æstimaret ꝙ aliud uolenti accipere, aliud daret. Etenim consuetudo erat eius uoluntatem curádorum uniuersis facere manifestam, & tunc medelam inducere, ut alios duceret in zelum, & ut ostéderet eum qui curandus erat gratiæ dono dignè potiri. Sequitur: Cęcus autem dixit ei: Raboni, ut uideam. Beda. Paruipendit.n. extra lucem cęcus aliquid quærere, quia etsi habere cæcus quodlibet potest, sine luce non potest uidere quod habet. Hiero. Considerans autem Iesus promptã uoluntatem, complexione desiderij remunerat. Orig. sup. Mat. Dignius āt est dicere Raboni, uel sicut in alijs dicit dñe, ꝗ fili Dauid. ubi pp illud qđ dixit, fili Dauid, nō ƥstitit ei sanitaté, sed pp hoc quod dixit, Raboni. unde sequit: Iesus āt dixit ei: Vade, fides tua saluũ te fecit. Et cõfestim uidit &c. The. Grata.n. est anima cæcis in eo ꝙ sanus effectus Iesum non reliquit, sed secutus est eũ. Beda. Mysticè āt Hierico ꝗ interpretari dicitur luna, defectum nostræ mutabilitatis designat. appropinquans dominus Hierico lumen cęco reddidit, quia ueniens in carne & passioni appropinquans, multos ad fidé adduxit. Nō enim primis incarnationis suæ temporibus; sed paucis antequã pateretur annis, mysterium uerbi mundo exhibuit. Hie. Cęcitas etiam ex parte facta Iudæis illustrabitur in fine, quãdo eis mittet Heliam prophetam. Bed. Quòd autem appropinquans Hierico unum illuminauit, ac proficiscens de Hierico duos, hoc intimauit, ꝙ ante passionem suam uni tantum populo Iudæorum prædicauit, post resurrectioné uero atque ascensionem suam per Apostolos & Iudęis, & Gẽtibus diuinitatis et humanitati: suæ arcana patefecit. Quòd uero Marcus unum illuminatum scribit, ad Gentium salutem respicit, ut eorum quos instruebat ad fidem saluationi figura congrueret. Matthæus uero qui credentibus ex Hebræis suum scribebat Euangelium,

Christ' Raboni

quod in Gentium quoq; notitiam erat peruenturum, rectè duos dicit illuminatus, ut ad utrunq; populũ fidei gratiam pertinere doceret. Proficiscente igitur dominō, & discipulis eius, et plurima multitudinē de Hierico, cæcus sedebat iuxta uiã mendicans; quia ascendente ad cælos dominō & multis fidelium sequentibus, imò cunctis ab initio mundi electis unà cum illo ianuã regni cęlestis ingredientibus, mox Gentium populus cæpit suæ illuminationis spem habere; qui mendicat iuxta uiã sedens, quia necdum iter ueritatis ingrédiens ad hoc peruenire cõtendit. Hie. Populus etiã Iudæorum qui scripturam conseruat, nec complet, iuxta uiam mendicãt esurit. Clãmat auté, Fili Dauid miserere mei, quia per merita patriarcharũ Iudaicus populus illuminat, Cõminantur āt ei multi ut taceat, quia peccata, & dæmonia cõpescũt clamorem pauperis, sed ille magis clamabat, quia ingrauescẽte bello manus ad lapidé adiutorii, hoc est Iesum Nazarenũ, cũ clamore leuãdæ sunt. Bed. Populus etiã gentiũ agnita fama nominis Christi; particeps eius fieri quęrebat, cui contradicebant multi. Primo Iudęi, deinde ét Gentiles ne illuminandus mundus Christũ inuocaret. nec tñ impugnantiũ furor, qui ad uitã erant ƥordinati, ualebat salutē priuare. Clamantem autem cęcum transiens audiuit, quia per humanitatem suam misertus est, qui per diuinitatis potentiam mentis nostræ tenebras exclusit, ꝙ enim propter nos natus & passus est Iesus, quasi transijt, quia hæc actio temporalis est. Stare autem Dei, est immutabiliter cuncta disponere. Clamantem autem cęcum dominus uocat, cum populo Gentiũ per prędicatores uerbum fidei mittit, qui uocantes cęcum animæ quiorem esse, & surgere atque ad dominum uenire præcipiunt, cum prædicando indoctis, spem eos salutis habere, ac de corpore uitiorum erigi, atque ad uirtutum studia se accingere iubent; profecto autem uestiméto exilit, qui abiectis mundi retinaculis expedito mentis gressu ad largitorem æternæ lucis properat. Hierony. Venit etiam Iudaicus populus exiliens, nudus ueteri homine, ut hinnulus saliens super montes, quia se-

Passionis allegoria pulchra

 gnitiem

gnitiē depones patriarcas, prophetas, apostolos, in altis considerans ad superna se extendit. Quod conueniens autem est ordo salutis. Audiuimus primo per prophetas, deinde clamamus per fidē, postea vocamur per apostolos, surgimus per pœnitentiā, exuimur ꝑ baptismū, interrogamur ꝑ uoluntatē. Cęcus āt interrogatus
Exēplū Christi. hoc requirit, ut uideat uoluntatē dūi. Beda. Imitemur ergo & nos eū, nō diuitias, nō terrena bona, nō honores a dño, sed lucem quęramus, ad quā uidere cū solis angelis possumus, ad quā uia fides est. Vñ & cæco rñdetur: Fides tua te saluū fecit. Videt āt & sequit̃, q. bonum quod intelligit, operat̃. Iesum.n.sequitur, qui bonū quod intelligit operatur: qui imitatur, qui prosperari in hoc mūdo noluit, opprobria ac irrisiones tolerauit. Et quia rerū corporaliū delectatione à gaudio interno cecidimus, cū qua amaritudine illuc redeat͂ ostēdit. The. Dicit āt ꝙ secut⁹ est dñm in uia, .s. in hac uita: qa post hāc excludūtur oēs qui hic eū nō sequuntur, ab operādo mādata eius. Hiero. Vel uia ita est quæ dixit, Ego sum uia, ueritas, & uita; Hæc est uia angusta q̄ ducit ad ardua Hierosolymæ & Bethaniæ, ad montem oliuarum, qui est mons luminis & consolationis.

CAPVT XI.

ET cum appropinquarent Hierosolymæ et Bethaniæ ad montem Oliuarum, misit duos ex discipulis suis, & ait illis. Ite in castellū quod contra nos est, & statim introeūtes illuc, inuenietis pullum ligatum super quem nemo adhuc hominū sedit. Soluite illū, & adducite. Et si quis uobis dixerit, qd facitis? dicite, qa domino necessarius est; & continuo illum dimittet huc. Et abeūtes, inuenerūt pullū ligatum ante ianuā foris in biuio, & soluūt eū. Et quidā de illic stantibus, dicebāt illis. Quid facitis soluentes pullum? Qui dixerūt eis, sicut p̄ceperat illis Iesus & dimiserūt eis. Et duxerūt pullū ad Iesum, & imponūt illi uestimēta sua, & sedit sup eū. Multi āt uestimēta sua strauerunt in uia, alij āt frondes cædebāt de arboribus, & sternebant in uia. Et q p̄ibant & q sequebant̄ clamabāt dicentes: Hosanna benedictus q uenit in noīe dñi; benedictū qd uenit regnū patris nostri Dauid hosanna in excelsis.

Chry. Postquam dñs suæ uirtutis sufficientē experientiā dederat, & crux instabat in ianuis, oīa cū iā maiori agit charitate, quæ aduersarios inflāmatura erant, ideo quamuis multoties prius ascenderit Hierosolymam, nunquam tñ cū tanta excellentia sicut modo. The. Vt si uelint ualeant gloriam eius agnoscere, & per prophetias de eo cōpletas scirent ꝙ est uerus Deus. Si uero noluerint, maius fieret eis iudiciū, qa tot claris miraculis nō crediderūt; huius igit̃ aduētus claritatē euāgelista describēs, dicit. Et cū ap. Hie. &c. Beda Bethania uillula est, siue ciuitas in latere montis Oliueti, ubi Lazarus est suscitatus à mortuis. Qūo āt discipulos miserit, & ad q d, ostēdit subdēs: Et ait il. Ite in castellū &c. The. Cōsidera uero quāta dñs discipulis p̄dixerit. s. ꝙ inuenirēt pullum. uñ sequit̃; Et sta. introeūtes &c. Et ꝙ impedirēt ab accipiēdo. unde sequit̃; Et si quis vobis dixerit, q d facitis? dicite &c. Et ꝙ hoc dicto ꝑmitterēt accipere. unde sequitur: Et cōtinuo illū dimittet huc. Et sicut dñs p̄dixerat, ita impletur. unde sequit̃: Et abeun. inue. pul. li. ante ianuā foris in biuio, & soluūt eū. Aug. de cō euā. Consensus euāgelicus.
Matthęus asinā dicit & pullū, cęteri āt de asina tacēt. ubi ergo utrunq; factū pōt intelligi, nulla repugnantia est, nec si alius, unū, alius aliū cōmemoraret, quanto minus moueri oportet si alius unū, alius utrunq; cōmemoraret? Sequitur: Et quidē de illic stātibus dicebāt illis: Quid facitis, soluētes pullū? Qui dixerunt eis, sicut p̄ceperat illis Iesus, & dimiserunt eis. i. pullū. The. Non āt hoc permitterent, nisi diuina uirtus eis incumberet, cogēs illos præsertim quia rurales existētes & coloni ꝑmiserūt pullum auferre. sequitur: Et duxerunt pullum ad Iesum, & imponūt illi uestimēta sua, & sedit super eū. Chr. Nō quidem ꝙ ex necessitate à monte oliueti usq; Hierusalē super pullū ire dñm oportebat, cum Iudæam & omnem Galilęam pedes perambulauerat; sed signum erat, quod fiebat. Sequitur. Multi autem uesti-

menta

menta sua strauerūt in via. Hie. Sub pedibus pulli asinæ. Alij āt frondes cædebant de arborib. & sternebant in via. Magis āt ad ornatū, & ad sacramētū pertinet, quā ad necessitatē. Sequitur: Et qui pibant, & qui seq. clamabāt, dicētes; Hosanna &c. Multitudo.n.donec corrupta nō fuit, cognouit qđ cógruū erat; pp qđ honorauit Iesum vnusquisq; secundū propriā virtutē. vñ laudātes ipsum hymnū leuiticū assumpserūt, dicentes: Hosanna, qđ secūdū quosdā idē est, quod saluū me fac, secūdū vero quosdam idem quod, hymn⁹. Aestimo aūt primū esse verius, nam in centesimo decimoseptimo psal. habetur: O domine saluū me fac, qđ in Hebraico scriptum est Hosanna. Beda. Est autem Hosanna verbum Hebraicum, cōpositū ex duobus, scilicet corrupto & integro. Salua.nāque, siue saluifica, apud eos dicitur hosi. At vero anna, interiectio est deprecantis, quomodo apud Latinos est dolentis, heu. Hie. Hosanna igitur, id est saluifica dicūt, vt homines saluētur ab eo benedicto, vincente, & veniente in nomine domini, id est patris sui, quoniā filius de patre nomē suscepit, & pater de filio. Chry. Sic ergo dant Deo gloriam, dicētes: Benedictus q uenit in nomine domini. Benedicūt etiā regnum Christi dicēte: Benedictū quod venit regnum patris nostri Dauid. Theo. Regnum autē Dauid, regnū Christi dicebāt, & quia de semine Dauid Christus descenderat, simulque quia Dauid interpretat manu fortis. qs n. fuit manu fortis. nisi dñs, cuius manus tota & talia miracula operata est? Chry. Vnde & multoties prophetæ Dauid Christum nuncupant, propter originem Christi ex Dauid secundū carnem. Bed. Legimus autem in euāgelio Ioannis, quia ne facerent eum regem, in montem fugit. Nunc autem vbi passurus Hierosolymam venit, non refugit eos q se regem nuncupat, vt apertè doceret, quia nō tēporalis & terreni, sed æterni in cęlis rex esset imperij, atque ad regnū per cōtemptum mortis perueniret. Notandū autem quanta sit consonantia turbæ cum voce Gabrielis, q. ait: Dabit illi dñs De⁹ sedem Dauid patris sui, vt.s. gentem, cui Dauid quondam temporalis regni guber

Regnū Christi quale sit

nacula pbuit, hāc ipse verbis & factis ad regnū celeste vocaret. Chry. Et vberius dāt gloriā Deo, cū subdūt, Hosanna in excelsis, i. hymnus, & gloria sit vniuersorū Deo, qui est in excelsis. Hie. Vel Hosanna .i. saluifica in excelsis & imis. i. vt iusti ædificent angelorū, & terreni & subterranei ēt saluētur. Mysticè āt appropinquat dñs Hierosol. q̄ est visio pacis. In qua manet fixa immobilisq; felicitas, q̄ secundū Apostolū est oīum credentiū. Bed. Bethania autem domus obediētię dicitur, quia multos ante passionem suam docendo domum sibi obedientiæ effecit, & in monte Oliueti positi esse dicitur, q̄ a ecclesiā vnctione spiritualium charismatum, & sciētiæ pietatisq; luce refouet. Misit autē Discipulos in castellum quod cōtra eos erat, hoc est doctores q indocta orbis loca quasi contrapositi castelli mœnia euāgelizādo penetrarēt, destinauit. Hier. Bini uocātur, & bini mittuntur Discipuli Christi; quoniam charitas nō consistit cū vno, vt dicitur, Væ soli. Duo educūt Hebręos de Aegypto; duo deportāt botrum de terra sancta, ut semper præpositi iungāt op⁹ & sciētiam, & duo mandata de duab. tabulis proferant, & duobus fontibus abluant & de duobus vectibus archā domini portent, & inter duos Cherubin Deū cognoscant spiritu & mente psallētes. The. Nō autem erat ei necessarius pullus, sed eum quæsiuit, ostēdēns q̄ debebat se ad Gentilem populū trāsferre. Bed. Pullus.n. asinæ lasciu⁹ & liber populū nationū signāt: super quem nemo adhuc hominū sedit, q̄a nemo rationabilium doctorum frenū correctionis quo vel linguā cohibere à malo vel in arctam vitę viā ire cogeretur vtilia suadendo contulerat. Hier. Inuenerūt āt pullum ligatum ante ianuam foris, quia populus Gentilis ligatus erat vinculis peccatorum suorum ante ianuā fidei, id est extra ecclesiam. Amb. sup. Luc. Vel inuenerūt eum ligatum ante ianuam, quia extra Christū quicunque est foris est in via; qui aūt in Christo est, foris nō est. In transitu, siue i biuio addidit, vbi nullius certa possessio, non pręsepe, nō alimenta, nō stabulum; misera seruitus, cui vagū ius est. Plures enim dominos habet, qui vnū uon

Binarij ministri

 habet.

habet. Alieni alligāt vt possideāt, iste soluit vt teneat. Vehemētiora.n. dona nouit esse quam vincula. Bed. Vel recte in biuio stabat, quia nō viā certā vitę fideiq; tenebat, sed pluresdubiosq; sectarū calles sequebat erroneus. Hie. Vel in biuio, id est, in libertate arbitrij dubitās inter vitā & mortē. The. Vel in biuio, i. in vita hac, solutus est āt à discipulis p baptismū & fidē. Hie. Quidā āt dicebant, quid facitis? ac si dicerent: Quis potest dimittere peccata? The. Vel prohibētes sunt dæmones, quib. fuerūt apostoli fortiores. Beda. Vel magistri errorū qui venientib. ad salutē gentiū doctorib. obsistebāt: at postquā fidei dñicæ potestas apparuit credentib. ad uersariorū querelis liber credētiū popul⁹ ad dominū quem corde portaret adducebatur. Vestimēta autem apostolorum q̄ illi imponunt, vel doctrina virtutū vel discretio scripturarū dogmatū varietates intelligi possunt, q bus illi corda hominū ante nuda & frigida, quæ Christo sessore digna fiant, operiunt. Hier. Vel imponūt vestimenta sua, id est stolam primam immortalitatis per baptismi sacramēta afferunt. Sedit aūt Iesus super eū, id est in eis regnare cępit, vt nō regnet peccatū i lasciua carne, sed iustitia & pax & gaudiū i spiritu sancto. Multi autē strauerūt vestimenta sua in via sub pedibus pulli asinę. Qui sunt pedes, nisi extremi qui portant, qđ ad iudicādū constituit apostolus? q & ipsi, etsi nō sunt deorsū in quo sedit dñs; tamen cum militibus à Ioanne instruuntur. Bed. Vel multi vestimenta sua in via sternūt, quia sancti martyres ꝓpriæ se carnis amictu exuētes, simplicioribus Dei famulis viam suo sanguine parant. Multi etiā vestimenta sua in via sternūt, quia corpora sua per abstinētiā domāt, vt dei iter ad montē parent, vel exēpla bona sequētib. præbeant. Frondes autem vel ramos de arboribus cędunt, qui in doctrina ueritatis semina patrū de eorū eloquio rapiunt, & hic in vita Dei ad auditoris animū venientis humili ꝑdicatione submittunt. Theo. Sternamus & nos viam vitæ nostræ cedētes ramos de arboribus, id est, sanctos imitātes. Nā arbores sancti sunt, de quib. ille ramos cędit, qui virtutē imitatur eorum.

Allegorica expositio.

Hier. Iusti enim vt palma florebūt, angusti radicibus, la ti floribus & fructib. quoniā bonus odor Christi sunt. Sternunt viā mādatorū Dei bona fama, qui præibāt, prophetę sunt, & qui sequebātur, apostoli. Bed. Et quia omnes electi, siue qui in Iudea esse poterāt, siue qui nunc in ecclesia existūt, in mediatorē Dei & hominū crediderunt & credunt. Qui præeūt & q sequuntur, Hosanna clamabant. Theo. Sed & q ꝑeunt, & qui sequuntur nostrorū actuū, ad laudē sunt Dei. Quidā.n. in pterita vita bonū fecerūt initiū, sequens vero non est vt prior; neq; in laudē Dei finita.

Et introiuit Hierosolymā in templum, et circumspectis omnib. cū iā uespera esset hora exiit in Bethaniā cum duodecim. Et alia die cum exirent a Bethania, esuriit. Cumq; uidisset à lōge ficum habētē folia, uenit si quid forte inueniret in ea. Et cum uenisset ad eā, nihil inuenit ꝑter folia. Non.n. erat tēpus ficorum. Et respondēs, dixit ei: Iā no amplius in æternum ex te quisquā fructum manducet. Et audiebāt discipuli eius.

Bed. Appropinquante tempore passionis, appropinquante voluit dominus loco passionis, vt per hoc intimaret, quia sua sponte mortē subiret, vñ dr; Et introiuit Hierosol. in templum. Quòd autem ingressus ciuitatem primo tēplum adiit, formā nobis religionis quam sequamur premōstrat; vt cum fortè quemlibet locum in quo sit domus orationis intramus, primo ad hanc diuertamus. Hoc quoque intelligendum est, q tantæ dominus fuerit paupertatis, & ita nulli sit adulatus, vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inuenerit mansionē; sed in agerulo paruulo apud Lazarum, sororesq; eius habitaret; eorum quippe vicus Bethania est. vnde sequitur; Et circumspectis omnibus si quis eū hospitio susciperet. Cū iā ue. esset &c. Nō hoc semel fecit, sed p omnes quinq; dies, ex quo Hierosolymā ascēderat vsq; ad temp⁹ passionis, hoc ipsum temp agere solebat, vt p diem in templo doceret, nocte uero exiens moraret in mōte Oliueti. Sequit; Et alia die cum exi. à Bethania. Chry. Qualiter autem mane esuriebat, vt Matthæus dicit, nisi quia dispensatiue hoc carni suę concessit? Sequitur; Cumq; vidisset à long. ficū habentē folia,

Passio Christi spontanea.

uenit si quid fortè inuenerit in ea. Manifestú est åt ꝙ hoc scđm suspicioné discipulorum dr̃,qui æstimabant pp hoc Christú ad ficulneá accessisse, & pp hoc ficulneá ipsam maledictá esse,ꝙ in ea fructum non inuenit.Ná sequit̃;Et cú venis.ad eá, nihil inuenit præter fo Non.n. erat tp̃s ficorú.Et rñdens dixit ei. Iá non amplius in æternú,quisquá ex te fructú máducet:Maledicit ergo ficulneá pp discipulos vt confidant.Quia.n.vbiq; beneficia tribuebat, nullumq; puniebat:oportebat åt eius punitiuæ virtutis demóstrationé præbere,vt dicerent ꝙ posset ét Iudæos psequentes siccare, noluit hoc demóstrare in hoibus. vñ in plåta suæ virtutis punitiuæ præbuit signú. vñ ostendit̃ ꝙ principaliter pp hoc ad ficulneá venit, nó pp esuriem. Quis.n. tá inscius est ꝙ matutino tpe tali stimularet esurie:aut quid est quod impediret eú comedere antequá domú exiret? Neq; p̃t dici quod visio fructus excitauit in esurié apetitum,nó.n. erat ficorum tempus. Sed si esuriebat,cur de alio comedere nó quærebat, sed de ficu fructus ante tempus tribuere non valente? Quia ét pœna erat dignum, ficum fructum non habere ante té pus? Ideoq; ex his sufficienter syllogizari pót, ꝙ propriam volebat demonstrare virtuté, vt nó frangerentur animis in eius passione. Theo. Volens ostendere discipulis, ꝙ si vellet hos qui crucifixuri erant ipsum,in mométo posset exterminare.Mysticè åt dñs introiuit in téplum, sed rursus exiuit, ostendens ꝙ ipsum relinqueret desertum & in rapina.Beda.Circunspicit åt oïa corda, & in contradicétibus veritati, & nó inueniés vbi caput reclinet, secedit ad fideles,& in eis qui obediunt,mansioné facit.Bethania nanq; domus obedientiæ dr̃.Hie.Mane åt ad Iudæos venit, atq; nos in vespera mundi visitat. Beda. Sicut åt parabolas loquitur, ita & operat̃: ideo esuriens in ficu fructum quærit, cuius nó dum tempus esse nouit, & tamen eam perpetua sterilitate damnauit, ut ostenderet plebem Iudçorum propter folia,idest uerba iustitiæ quæ habebat, sine fructu, idest bono opere non posse saluari, sed scindi & in ignem mitti.Esuriés ergo,idest salutem humani generis desyderans,uidet ficum,id est Iudçum habentem folia, idest eloquia legis & prophetarum,& quæsiuit in ea fructum boni operis;docendo, corripiendo,miracula faciendo: & nó inuenit & ideo damnauit. Tu quoque si non uis damnari à Christo in iudicio, arbor sterilis esse caueto,sed potius pauperi Christo fructum pietatis,quo indiget, offer. Chr. Est autem & aliter dicere,ꝙ dñs ante tempus fructum quæsiuit in ficu, & non inueniens maledixit,quia omnes qui mandata legis adimplent, isti suo tempore fructificare dicuntur,sicut est illud mandatum, non mœchaberis. Qui auté non solú non mœchatur, sed permanet uirgo, quod est magis, uirtutibus excedit Dominus auté à perfectis non solum exigit, ut uirtutes obseruent,sed supra mandata fructificét.

Esuries domini Iesu.

Arbor ficus quare maledicta.

Ficus allegoricè.

Et ueniunt iterum Hierosolymam: & cú introisset in templú, cœpit eijcere vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorú, & cathedras vendentium columbas euertit. Et non sinebat vt quisquam trásferret uas per templú. Et docebat eos, dicens eis. Nonne scriptum est, quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Quo audito, principes sacerdotú & scribæ quærebant quomodo eum perderent: timebant enim eum, quoniam uniuersa turba admirabatur super doctrina eius.

Beda. Quia maledicendo ficum infructuosam per figuram dñs fecit: hoc idem mox apertius ostendit eijciendo improbos de templo Ficus.n.non peccauit si ante tempus fructum non habuit,sed sacerdotes.vnde dr̃:Et ueniunt iterum. Hiero. Et cum introisset &c. Et quidem credendum est,ꝙ ea tantum uendi uel emi reperit,in templo, quæ ad ministerium templi necessaria essent. Si ergo ea quæ alibi liberè geri nó poterát, dominus in domo sua téporalia negotia geri nó patitur, quanto magis per ea quæ nú quam fieri licet, plus cœlestis iræ merentur, si in ædibus Deo sacratis aguntur? sequitur: Et mensas nummulariorum.Theo. Nummularios uocat campsores nummorú. Nummus.n. genus æris minuti est.sequitur;Et cathedras uédentium colúbas euertit.Beda.Quia Spiritus sanctus in columba super dominum apparuit, recte per columbas,Spiritus sancti

Templi prophanatio.

ēt charismata designant. Colūba igit̃ uendit, qñ manus impositio per quā Spiritus sanctus recipit, ad preciū prębetur. Cathedras āt uenditiū colūbas euertit; q.a q spiritualē gratiā venundant, vel ante homines vel ante Dei oculos sacerdotio priuantur. The. Sed & si qs baptismatis gratiā & puritatē tradiderit dæmoni per peccatū, suā colūbam vendidit, & pp hoc foras de tēplo eijcitur. sequitur; Et nō sin. ut quis. trans. uas per tem. Bed. De uasis illis dicit, q̃ mercādi gratia inferebant. Cæterū absit ut uasa Deo dicata dñs eijceret de templo, uel intro ferre ꝓhiberet in tēplū: ubi futuri examinis ꝓtendit exēplū, quia de ecclesia repellit reprobos, & ne ultra ad inturbandā ecclesiā intrēt æterno eos uerbere cōpescit. Sed & peccata q̃ cordibus fideliū inciāt, diuinitus immissa cōpūctio tollit, & ne ultra repetantur, diuina in eis gratia adiuuat. sequitur. Et do. eos di. eis. Nōne &c. Hie. Iuxta Esaiā. Vos āt fecistis eā speluncā latronū. Bed. iuxta Hieremiā. Oibus (inquit) gētibus nō uni gēti Iudæę, nec in uno Hieroso. urbis loco, sed in toto orbe terrarū, & nequaquā taurorū, & hircorū, & arietū, sed orōnis. Theo. Speluncā āt latronū, tēplum noiat, pp lucrū. Genus nanq; latronū ad lucrū se congregat. Quia ergo illa aīalia q̃ ad sacrificiū oblata erant, causa lucri uendebant, latrones ipsos dixit. Ad hoc. n. in tēplo erāt; uel ut nō dantes corporaliter persequerent, uel dātes spiritualiter necaren. Tēplū ēt & domus Dei mens est & cōscientia fideliū, q̃ si in læsione ꝓximi peruersas cogitationes profert; quasi in spelunca latrones resident. Ergo mens fideliū spelunca latronis fit, qñ relicta simplicitate sanctitatis illud conat̃ agere, quo ualeat proximis nocere. Aug. de con. euan. Ioannes āt longe diuerso ordine hoc narrat. unde manifestū est nō semel, sed iterum hoc esse a dño factū, sed illud primum cōmemoratam à Ioanne, hoc ultimum à cæteris tribus. Theop. Quod etiam est in maiorem redargutionem Iudæorum, quia cum dñs hoc toties fecerit, ipsi minime se correxerunt. Aug. de concor. euan. In hoc etiam Marcus nō eūdem ordinem tenet cum Matthęo, sed quia Matthæus ita connectit; Et relictis

Exemplum iudicij.

Consensus Euāgelicus.

illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam; unde mane reuertentem in ciuitatē arborem maledixisse cōmemorat. probabilius creditur ipse potius tenuisse ordinem temporis de uendentibus & ementibus & eiectis de templo. Prætermisit ergo Marcus quod prima die factum est cum intrauit in templo, & recordatū interposuit, cum dixisset, ꝙ nō inuenerit aliquid in ficulnea præter folia, quod secundo die factum est, sicut ambo testantur. Gloss. Quē autem effectum correctio domini in ministris templi habuerit, ostendit Euāgelista cum subdit; Quo au. prin. sa. & scri. quæ. quō eum perderent. Secundum illud Amos; Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. Ab hoc autem tā iniquo proposito ad tempus solo timore retrahebantur. unde subditur; Ti. n. eum quoniam uni. tur. ad. su. do. eius. Erat. n. docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribę eorū & pharisæi, ut alibi dicitur.

Et cum vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. Et cum mane transirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus, dicit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus, ait illis; Habete fidē Dei. Amen dico vobis, quia quicunq; dixerit huic monti, tollere, & mittere in mari, & nō hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcunq; dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis, oīa quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient uobis. Et cū stabitis ad orandū, dimittite si quid habetis aduersus aliquē, ut & pater vester q in cęlis est dimittat vobis peccata vestra. Quòd si uo: nō dimiseritis, nec pater uester q ī cęlis est, dimittet vobis peccata uestra.

Hie. Relinquens dñs post se tenebras in Iudæorum cordibus, ut sol egrediebat̃ de ciuitate ad aliam, quæ est beniuola & obediens. Et hoc significatur, cū dr. Et cū uesp. est fa. &c. Sed occidit sol, & orit̃ sol; lux. n. ablata à scribis, lucet in apostolis. uñ in ciuitatē reuertit̃, pp quod subdit̃; Et cum ma. tran. s. in ciuitatem euntes, ui. de ficū ari. fa. à rad. Theo. Quod miraculum magnū uidetur in hoc ꝙ tam humidam & uiridem arborem siccauerit. Quāuis āt Matthæus dicat ficulneam cōtinuo arefactam, & ꝙ uidentes Discipuli admirati

rati

rati sunt, nõ admireris si nũc à Marco audis ficum in crastinũ arefactam vidisse discipulos. Nam sic intelligẽdum est hoc qđ dr̃ à Matthæo, i. ꝙ nõ statim viderũt, sed in crastinũ. Aug. de con. euan. Intelligit aũt nõ tũc aruisse qñ uiderunt, sed continuo qñ maledicta est; neq;.n. arescentem, sed penitus arefactã uiderunt, ac sic eam continuo in verbo dñi aruisse intellexerunt. Hier. Ficus aũt arida à radicibus, Synagoga est à Cayn, & à cæteris, à quibus oĩs sanguis ab Abel vsq; ad Zachariã requiritur. Bed. A radicibus aũt arefacta est ficus, ut ostẽderetur gens impia, non ad tẽpus, vel ex parte corripienda externorum incursibus, & per pęnitentiam liberãda, sicut sæpe factũ est, sed æterna dãnatione feriẽda: vel arefacta est à radicib. ut ostendatur nõ solũ humano extrinsecus, sed diuino intus fauore funditus destituẽda. Nã & vitam perdit in cęlis & patriã in terris. Hie. Petrus autem agnoscit aridam & abscissã radicem, cui succedit oliua fructifera pulchra uocata a domino. vnde sequitur. Et re. Pe. di. ei: Rab. ec. fi. cui maruit. Chrys. Quòd autem Petrus & alij discipuli mirati sunt, nõ erat pfectę fidei: non.n. magnum erat hoc Deo. Quia ergo nõ manifeste nouerant eius uirtutem, eorum ignorãtia fecit eos in admirationem prorũpere, & ideo subditur: Et res. Ie ait il. Hab. fi. Dei. Amẽ dico &c. q. d. Nõ solũ lignum siccare poteritis, sed & mõtẽ iussu ac præcepto transmutare. Tho. Mirare autem diuinam misericordiam qualiter nobis appropinquãtibus ad eum per fidẽ, miraculorum virtutem condonat, quã ipse possidet per naturam, in tantum vt etiã montes transmutare possimus. Bed Solẽt autem Gentiles qui contra ecclesiam maledicta scripsere improperare nostris; q a non habuerunt plenam fidem Dei qui nũquam montes transferre potuerunt. Quibus respondendum est, non omnia scripta esse quæ in ecclesia sunt gesta, sicut & de factis ipsius Christi scriptura testatur. Fieri aũt potuit, si necessitas id fieri popoicisset, quomodo factũ legimus pręcib⁹ Gregorij Hemocesariensis, cuius pcibus mõs tãtũ spatij reliquit structoribus eccclesiæ quãtum opus habuerat. Chry. Vel aliter: Sicut ficũ nõ propter se siccauit, sed in signum Hierusalem ad arefactionẽ peruẽturæ, & ad demõstrationem virtutis suæ; sic intelligẽdũ est & de promissione quæ est circa montem, quãuis huiusmodi trãsmutatio non sit impossibilis secundũ Dei uirtutem. Hie. Christus igitur qui est mõs crescẽs de lapide abscisso sine manibus tollitur & mittitur in mare, quãdo apostoli dicunt, digne transferamur ad gentes alteras, quia uos indignos iudicastis audientes uerbum Dei. Beda. Vel quia montis nomine diabolus significatur ꝑpter superbiam. mõs ad pceptum eorum qui fortes sunt in fide tollitur de terra, & in mare ꝓijcit, cum pdicantibus uerbum Dei doctoribus sanctis, immundus spiritus ab eorũ corde repellit qui ad uitam pręordinati, & in turbulentis amariq; infidelium mentibus uesaniã suæ tyrannidis exercere pmittitur. In quo tãto acrius desæuit, quanto amplius se dolet à læsione priorũ fuisse depulsum. Seqtur. Prod. di. vo. omnia &c. The. Qui.n. ex affectu credit, manifestũ est ꝙ in Deũ erigit cor suũ, & illi coniungit, & certificatur cor eius calefactũ, quasi suã petitionẽ iã cõsecutum, qđ quidẽ intelligibile est ei q passus est hoc, & mihi quidẽ uidet̃ illos hoc pati qui mẽsurã & modũ attendunt pp hoc dominus dicit, ꝙ oĩa accipietis q̃ cũ fide petieritis. Qui.n. credit se totum disponi à Deo, cũ lachrymis intercedẽs, & quasi domini pedes in oratione tenere se cogitans, quæ iuste postulat, consequetur. Vis aũt & aliter quę petis accipere? dimitte si quid contra te peccauerit frater tuus. Et hoc est quod subditur: Et dum sta ad orãdum &c. Hie. Septẽ versus orationis dñicæ Marcus suo more in una oratione comprehẽdit. Is autem cui dimissa sunt omnia peccata, quid amplius rogabit, nisi ut perseueret in eo qđ obtinuit? Bed. Notanda aũt distinctio deprecantium, qui perfectam habent fidẽ quæ per dilectionem operatur, ille orãdo uel etiam iubẽdo potest trãsferre mõtes, spiritales, quomodo fecit Paulus de Helima mago: qui uero tantæ uestigium perfectionis necdũ cõdescendere queũt, postulẽt sibi peccata dimitti, & impetrabunt, si tamen in se peccãtibus alijs primo ipsi dimittant

Miraculum rarum in ficu.

Fidei ueræ effectus.

Fides imperfecta q̃ sit.

mittant. Si autem hoc facere contĕnunt, non solum orãdo uirtutes facere, sed nec suorum possunt veniam consequi peccatorum. Et hoc est quod subditur; Quòd si uos nõ dimiseritis, nec pater uester qui in cęlis est dimittet uobis peccata vestra.

Et veniunt rursus Hierosolymam. Et cum ambularet in templo, accedunt ad eum summi sacerdotes, & scribæ & seniores, & dicunt ei: In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hãc potestatem, vt ista facias? Iesus autem respondẽs, ait illis, Interrogabo uos & ego unum uerbum, & respondete mihi, & dicam uobis in qua potestate hæc faciam. Baptismum Ioannis, de cælo erat, an ex hominibus? Respondete mihi. At illi cogitabant secum, dicentes. Si dixerimus de cælo, dicet nobis, Quare ergo non credidistis ei? Si dixerimus ex hominibus, timemus populum. Omnes enim habebant Ioannem quia uere propheta esset. Et respondentes, dicunt Iesu, Nescimus. Et respondens Iesus, ait illis, Neque ego dico uobis in qua potestate hæc faciam.

Hier. Quia dñs de tẽplo eiecerat eos q templũ quasi tabernã rerum venalium faciebãt, irati fuerant, & ideo accedunt, vt interrogent, & tentẽt. vnde dr̃; Et ue. rur. Hie. Et cum &c. q. d. quis es tu q talia facis? Nunq d doctorẽ te constituis, & te ordinas principẽ sacerdotũ? Bed. Et quidem qñ dicunt; In qua potestate hæc facis? de Dei dubitabant potestate, & subintelligi volũt diaboli esse, qđ facit. Addẽtes quoque. Quis dedit tibi hãc potestatẽ? manifestissime Dei filiũ negãt, quẽ putãt nõ suis, sed alienis uirib signa facere. Theo. Hæc aũt dicebãt, credẽtes ipsum in iudicationẽ reducere, vt si diceret: In ptãte mea, ipsum tenerent. Si aũt diceret, In potestate alterius, ab eo discedere populũ procurarẽt, qui ipsum Deũ esse credebãt. Dñs uero illos interrogat de Ioãne, non frustra neq; sophistice, sed quia de eo Ioãnes phibuerat testimoniũ. vnde sequit̃; Ille autẽ respõ. ait il. Inter. vos & ego. Bed. Poterat quidẽ dñs aperta responsione tẽtatorũ calũnias cõfutare, sed prudẽter interrogat, vt suo vel silẽtio uel sñia cõdẽnentur, qđ apparet ex eo qđ subdit̃: At il. co. le. di. Si dixerim. de cę. di. no. Quare ergo nõ cre. ei? Quasi quẽ cõfitemini de cęlo habuisse pphetiã, mihi testimonium phibuit, & ab illo audistis in qua ista facio potestate. sequitur; Si dixerimus, ex hoib᷒. Viderũt ergo quodlibet horũ respõdissent, in laqueũ se casuros, timẽtes lapidationẽ, sed magis timẽtes ueritatis cõfessionẽ. vñ sequitur: Et re. di. Ie. Ne Bed. De lucerna iudi obscurantur, vnde dr̃; paraui lucernã Christo meo, inimicos eius induam confusione. sequitur; Resp. Ie. ait il. Neq; ego di. uo in qua po. hæc fa. Hier. q. d. Non uobis dico qđ scio, quia non vultis fateri qđ scitis. Notandũ aũt ꝙ duas ob causas maximè sciẽtia ueritatis est occultanda quærentib. s. cum is qui q̃rit aut minus capax est ad intelligendũ qđ quærit, aut cõtemptu ueritatis, aut aliquo alio, indignus est cui debeat aperiri quod quærit.

Versutia Iudæorũ. Veritas qñ occultãda

CAPVT XII.

ET cœpit illis in parabolis loqui Vineã pastinauit homo, & circundedit sepe, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est. Et misit ad agricolas in tempore seruum, ut ab agricolis acciperet de fructu uineę. Qui apprehensum eum ceciderunt, & dimiserunt uacuum. Et iterum misit ad illos alium seruum, & illum in capite uulnerauerunt, & contumelijs affecerunt. Et rursum alium misit, & illum occiderunt; et plures alios, quosdam cædentes, alios occidẽtes. Adhuc ergo unum habens filium charissimum, & illum misit ad eos nouissimum, dicens, quia reuerebuntur filium meum. Coloni autem dixerunt adinuicem: Hic est hæres, uenite, occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Et apprehendentes eum, ceciderunt, & eiecerunt extra uineam. Quid ergo faciet dñs uineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit uineam alijs. Nec scripturam hanc legistis? Lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, a dño factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Et quærebant eum tenere, & timuerunt turbã. Cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt.

Glo. Postquam dñs prudenti interrogatione tentatorum ora concluserat, consequenter eorum malitiam parabolicè demõstrat; vnde dicitur. Et cœ. il. in para. lo.

Vi.

Deus homo dicitur.

Vi.pa.homo.Hier. Homo Deus pater dicit humano affectu, uinea domus Israel est. Sepis est custodia angelorú. Lacus est lex, turris templum, agricolæ sacerdotes. Beda. Vel sepis murus est urbis, lacus siue torcular altare, aut illa torcularia quorú tres psalmi prænotantur titulo. The. Vel sepis est lex, prohibens eos alienigenis cómisceri. sequitur. Et pere. pro. est. Beda. Non loci mutatione, sed abire uidetur à uinea, ut uinitoribus liberum operádi arbitriú derelinquat. sequitur: Et mi. ad agri. in ten. ser. ut ab agri. ac. de fru. ui. Serui missi prophetæ, fructus uineæ obedientia est. De prophetis alij cœsi, alij uulnerati, alij occisi sunt. unde sequit, Qui ap. cum cœ. & di. ua Bed. Seruus qui primo missus est, ipse legifer Moyses intelligit. Sed cœsum eum dimiserunt uacuum, irritauerút.n. Moysen in castris. sequitur, Et ite. mi. ad il ali. se. & il. in ca. vul. & có. af. Seruus alter Dauid regem & cęteros psalmistas significat, sed húc affectú cótumelijs in capite vulnerauerút, q psalmistarú carmina paruipédétes, ipsum Dauid abiecerút, dicentes. Quę nobis pars cú Dauid? sequit, Et rur. ali. mi. & il. occiderút &c. Tertiú cú suis socijs seruú, prophetarum chorú intellige. Sed qué prophetarú non sunt psecuti? His sanè tribus seruorú gradibus, oíum sub lege doctorú figurá posse cóprehendi dñs alibi ꝓnunciat dicés, qm necesse est impleri oía q̃ scripta sunt in lege & ꝓphetis & psalmis de me. The. Vel aliter, Per primú seruú intellige prophetas qui circa tempus Helię fuerunt, quoniam Michęá uerberauit Sedechias pseudo propheta. Secundum uero seruú quem in capite vulnerauerunt. i. affecerunt iniuria, intellige prophetas qui fuerunt circa tempus Oseæ & Esaiæ. Tertium uero seruum intellige prophetas, qui fuerunt circa tempus Danielis, et Ezechielis. sequit, Ad. ergo unum ha. filium &c. Hier. Filius charissimus et nouissimus unigenitus est. Quod autem dicit Re fi. me. per ironiam hoc dicitur. Beda. Vel aliter: Quod ait, q forte reue. fi. me. nó de ignorátia dicitur, sed ambigere dicit Deus, ut libera uolútas homini reseruetur. Theo. Vel aliter, Non ignorans quod futurum erat hoc dixit, sed ostendens quid erat decens & congruum eos operari. Co. autem di. adi. Hic est &c. Bed. Manifestissime dominus probat Iudęorum principes non per ignorátiam, sed per inuidiam crucifixisse filium Dei. Intellexerunt.n. hunc esse cui dictum est, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Hanc occasionem eius mali coloni pręripere muliebantur, cum crucifigentes eum Iudæi, fidé quę per eum est extinguere, & suam magis quæ ex lege est iustitiá pręferre, ac gentibus imbuendis conabantur inserere sequitur, & ap. eum oc. & eie. ex. ui. The. Scilicet extra Hierusalem. extra ciuitaté quippe crucifixus est dñs. Hiero. Vel eiecerút eú extra uineam, idest extra plebé, dicentes. Samaritanus es, & dęmoniú habes. Vel q a quátú in se erat, ex suis eú finibus excludétes, gétibus suscipiendú dederút. sequit, Quid ergo fa. do. ui. Ve. &c. Aug. de con. euang. Et quidem Matthęus illos respódisse subiúgit atq; dixisse. Malos male pdet, qđ Marcus hoc non ab ipsis respósum esse cómemorat, sed domină post interrogationé suá ipsum sibi quodámo do respódisse. Sed facile potest intelligi uel illorum uocem ita subiunctá ut non interponeretur, illi responderunt, aut illi dixerunt, sed tamen intelligeretur, aut ideo responsionem istam domino potius attributam, quia cum uerum dixerunt, etiam de illis hoc ipse respondit qui ueritas est. Theo. Dominus ergo uineæ est pater filij interempti, & ipse filius interemptus qui perdet colonos tradens ipsos Romanis, & populum dabit alijs colonis, idest Apostolis Perlegas actus Apostolorum & inuenies tria milia, & quinq; milia repétè credentium, & fructificantium Deo, Hier. Vel datur uinea alijs, idest ab oriente, & occidéte, & austro, & ab aquilone uenientibus & recumbentibus cum Abrahá, Isaac, & Iacob in regno Dei Beda. Hoc autem ita diuinitus fuisse procuratum prophetico statim affirmauit exéplo, subijciens, Nec scrip. hanc le. Lapidé &c. q. d. Quomodo implebitur hæc ꝓphetia, nisi quia Christus à uobis reprobatus & occisus, traditus est gentibus prædicandus, ut quasi lapis angularis duos populos condat in semetipsum, atque ex utroque

Allegoria legatorum.

Cons. Euang.

Lapis angularis Christ⁹.

populo

populo vnã sibi fideliũ ciuitatatẽ, vnũ tẽplũ ædificet? Eosdem.n. synagogę magistros quos supra colonos dixerat, nũc ædificantes appellat, quia subditã sibi plebẽ ad ferẽdos vitę fruct⁹ quasi vineã videbãtur excolere, ipsi quoq; hãc Deo inhabitatore dignã quasi domũ cõstruere atq; ornare pcipiebantur. The. Lapis ergo quẽ reprobauerunt doctores, hic factus est in caput anguli, i. in caput ecclesiæ. Angul⁹ nanq; ecclesia est quasi coniungens Iudęos & Gentiles. Hic ãt angulus. s. ecclesia, à dño factus est, & est mirabilis in oculis nostris. s. fideliũ. Nam ab infidelibus miraculis detrahitur. Mirabilis quidem est ecclesia, quasi miraculis fistens domino cooperante Apostolis & sermonem confirmante consequentibus signis. & hoc est quod dicitur, A dño factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris. Hier. Vel aliter. Hic lapis reprobus, quem gestat Angelus coniungens in cœna agnum cum pane, finiẽs uetus, & nouum inchoans testamentum, pręstat mira in oculis nostris, vt topaziõ. Beda. Principes autem sacerdotum ostendebãt uera esse quę dominus dixerat, qđ patet ex hoc quod subditur, & quęrebãt eum tenere. Ipse.n. est hęres cuius iniustã necem dicebat esse vindicãdam à patre. Moraliter autem cuiq; fidelium cum mysterium baptismi cõmittitur, quasi uinea quam excolat locatur. Sed missus seruus cõtumeliis affectus vel cœsus eijcitur, cũ sermo auditus vel contemniter, uel quod peius est, etiam blasphematur: Missum insuper hęredem quantum in se est occidit, qui filium Dei conculcauit. Perdito malo cultore vinea datur alteri, cum dono gratiæ, quod superb. spreuit, humilis quisq; ditabiẽ. Sed & hoc quòd principes sacerdotum manũ mittere quęrẽtes in Iesum timore turbę retinentur quotidię geritur in ecclesia, cum quilibet solo nomine super eam quam non diligit, ecclesiasticæ fidei & pacis vnitatem propter cohabitantium fratrum bonorum multitudinẽ aut erubescit, aut timet impugnare.

Tropologia hæredis filii.

Et misũt ad eũ quosdã ex Pharisæis et Herodianis, ut eũ caperẽt in uerbo. Qui uenieẽtes, dicunt ei. Magister, scimus quia uerax es, et nõ curas quẽquã. Nec enim uides in faciem hominum, sed in ueritate uiã Dei doces: Licet dari tributum Cæsari, an non dabimus? Qui sciẽs uersutiam illorum, ait illis: Quid me tẽtatis? Afferte mihi denarium ut uideam. At illi obtulerũt ei. Et ait illis, Cui⁹ est imago hæc, et inscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Respõdẽs ãt Iesus dixit illis, Reddite igiẽ quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eo.

Beda. Quærentes dñm comprehendere summi sacerdotes timuerũt turbã, atq; ideo qđ p se nõ potuerunt, terrenis potestatib. efficere tentabãt. vt uel ipsi à morte eius viderentur immunes. & ideo dr: Et mit. ad eum quosdam &c. Theo. Diximus alibi de Herodianis, φ hæresis q̃dã noua erat dicẽtiũ Christũ esse Herodẽ ꝓpter hoc φ defecerãt successores regni Iudæorũ. Alij uero dicũt Herodianos milites fuisse Herodis quos pharisæi pro testibus inducebant de his q̃ dicebãt à Christo, vt eũ caperent & adducerẽt. Vide ãt eorũ malitiã, qualiter cũ adulatione Christum decipere volebãt. Nã sequitur. Qui ue. di. ei. Ma. sci. quia ue. es. Hier. Mellitis .n. uerbis eum interrogabant, & circundabant eum sicut apes mel portãtes in ore, aculeum in tergo. Beda Blanda autem & fraudulẽta interrogatio illuc prouocat respondentem, ut magis Deum q̃ Cęsarem timeat, & dicat nõ debere tributa solui, vt statim audientes Herodiani, seditionis contra Romanos auctorẽ habeãt, & ideo subdunt; Et non curas quenquã: nec.n. uides in faciem hominum. Theo. Ita ut Cæsarem non honores. s. cõtra ueritatẽ. Ideo subdunt, sed in ueri. ui. Dei doces &c. Totum.n. artificium eorum erat undiq; præcipitium habens, ut si diceret φ licet censum Cęsari dari, prouocent contra eum plebem quasi in seruitutem reducentem ipsum populum. Si uero diceret quod nõ licet dari, sic accusarent eum tanquam excitaret populum contra Cęsarem, sed sapientiæ fons fugit dolos eorum. unde sequitur: Qui sci. ue. eorum. ait il. Quid me ten. Afferte &c. Beda. Denarius est genus nummi, quod pro 10. nummis imputabatur, & habebat imaginem Cæsaris. vnde sequitur: Et ait il. Cuius est imago hæc & inscriptio? Dicũt ei, Cæsaris. Qui putant interrogationem Saluatoris ignorantiam

Herodianorũ hęreses.

Denarii ualor ex primit.

rantiam esse non dispensationem, ex hoc discant ꝙ potuit scire cuius imago esset, sed interrogat, vt ad sermonem eorũ cõpetenter respondeat. vnde sequitur: Respondens autem Iesus dixit illis. Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Theo q d. Date quod imaginẽ habet imaginato, id est denariũ Cæsaris Potestis.n. & cẽsum Cęsari dare, & Deo propria offerre. Bed. Id est, decimas & primitias, & oblationes, & victimas, quõ & ipse reddidit quę Dei sunt, patris faciens voluntatem. Hier. Vel aliter: Nũmum habẽtem Cæsaris imaginem reddite coactum Cęsari, uosipsos libenter Deo reddite. Signatum est.n. super nos lumen vultus tui domine, non Cæsaris. Theoph. Quasi Cæsar etiam est uniuscuiusque nostrorum corporũ ineuitabilis necessitas. Iubet ergo dñs dari corpori cibaria propria, & vestitũ, & q̃ sunt Dei Deo. Sequitur: Et mirabãtur sup eo. Qui credere debuerãt ad tãtã sapiẽtiã sunt mirari qđ calliditas eorum non inuenisset locum.

Tropologia hoīs.

Et uenerũt ad eum Sadducæi q dicũt resurrectionem non esse, & interrogabant eum, dicẽtes. Magister, Moyses nobis scripsit, ut si cuius frater mortu⁹ fuerit & miserit uxorẽ, et filios non reliquerit, accipiat frater eius uxorẽ ipsius, & resuscitet semen fratri suo. Septẽ ergo fratres erant, & primus accepit uxorẽ, & mortuus est nõ relicto semine. Et secundus accepit eã, et mortuus est, & nec iste reliquit semẽ. et tertius similiter. Et acceperunt eã similiter septẽ, & nõ reliquerunt semen. Nouissimẽ oĩum, defuncta est & mulier. In resurrectione ergo cum resurrexerint, cuius de his erit uxor? Septem.n. habuerũt eam uxorem. Et respon. Iesus, ait illis. Nonne ideo erratis, non sciẽtes scripturas, neq; uirtutẽ Dei? Cum enim à mortuis resurrexerit, neq; nubent, neq; nubẽtur, sed erũt sicut Angeli Dei in cœlis. De mortuis aũt ꝙ resurgãt non legistis in libro Moysi, sup rubrum quõ dixerit illi Deus, inquiẽs. Ego sum Deus Abrahã, et Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed uiuorum. Vos ergo multum erratis.

Glo. Postquam dñs sapientes pharisæorum callidam tentationem euitauit, ostẽditur quomodo etiam Sadducæos tentãtes confundit. vnde dicitur: Et ve. ad eum Sadducæi &c. Theoph. Hæresis quædam Iudæorũ erat, qui dicebãtur Sadducæi, & hi resurrectionẽ negabãt, & dicebãt ꝙ nõ sit Angelus neq; spiritus. Hi ergo accedentes ad Iesum, dolose narrationẽ quãdã inquisierũt, ꝑ quã ostẽderent resurrectionẽ nõ esse nec factã nec fiendã. Et ideo subditur: Et int. eũ di. Magister. In qua quidem narratione septẽ ponunt qui mulierẽ acceperãt, vt magis rẽ trahãt à resurrectione. Bed. Recte.n. istiusmodi fingunt fabulã q̃ delyramẽti arguat eos qui resurrectionẽ asserunt corporum. Potest autem fieri ut verè in gentem eorum aliqñ hoc acciderit. Hie. Mysticè autem mulier sterilis nõ relinquens semen ex septem fratribus nouissime moriẽs, quid aliud significat q̃ Iudaicam synagogam relictam à spiritu septiformi, qui. 7. patriarchas impleuit, qui nõ reliquerunt ei semẽ Abrahæ, quod est Iesus Christus. licet.n. puer natus est illis, nobis tñ gentibus datus est, quæ mulier mortua erat Christo, nec cuiquam patriarchæ de 7. in resurrectione coniungetur. Septenario nanq; numero vniuersitas perfectorum significatur, vt versa vice per Esa. dicitur. Apprehendent 7. mulieres uirum vnum, id est sempẽ ecclesiæ, quas dñs amat, arguit, & castigat, eum vna fide adorant. vnde sequitur; Et rñdens Iesus ait il. Nonne ideo er. &c. Theo. q. d. Vos non intelligitis qualem resurrectionem scriptura annũciet. Creditis.n. ꝙ restauratio corporum talium sit futura qualia nũc sunt, nõ autem sic erit. Sin igitur ignoratis scripturam, sed etiam virtutem ignoratis diuinam. Vos.n. consideratis quasi difficilè dicentes; Qualiter potuerũt membra dissoluta coniungi, & animabus adunari? hoc.n. respectu diuinæ potentiæ quasi nihil est. Sequitur: Cum.n. à mortuis &c. q. d. Diuina quædam erit vitæ restauratio & angelica, cum vlterius nõ corrumpemur, sed eodem modo manebimus, & propter hoc nuptię auferentur. Nam nuptiæ quidem nunc sunt propter corruptionem, ut per successionem generis persistamus, & non deficiamus, tũc vero sicut Angeli erimus, q. sunt sine successione nuptiali, & nunquam desinunt. Beda. Considerandum est hic quòd latina consuetudo hic græco idiomati non respondet. Nubere enim

Sadducæorum hæresis qualis.

Allegoria synagogæ.

Resurrectio asseritur.

enim ꝓprie dicũtur mulieres, & uiri vxores ducere: sed nos simpliciter dictum intelligamus, vt nubere de viris, & nubi de vxoribus scriptum sit. Hie. Sic igitur erãt non intelligentes scripturas, quia in resurrectione homines erunt sicut Angeli Dei, idest nemo ibi moritur, nemo ibi nascit̃, nec infans est ibi, nec senex. Theo. Et aliter etiam decipiuntur non intelligentes scripturas. Si enim has intellexisset, intelligerent quomodo per scripturas resurrectio mortuorum possit probari. vnde subdit: Deo mor. autem ꝙ &c. Hier. Dico ãt super rubrũ, in quo est similitudo vestra in quo ignis ardebat, sed non eius spinas consumebat: sic vos inflammat eloquiũ meum, nec spinas vestras sub maledictio germinatas absumit. Theo. Dico aũt Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Quasi dicat, Deus viuẽtium. vnde subdit: Non est mortuorum sed uiuorũ. Non enim dixit, ego fui, sed ego sum tanquam illi præsentes existant. Sed forte aliquis dicet ꝙ hoc dixit solum Deus de anima Abrahæ, non de corpore. Ad quod dicimus, ꝙ Abraham vtrunq; importat, scilicet corpus & animam: ita vt & corporis ipse sit Deus, & corpus viuat apud Deũ, idest in Dei ordinatione. Beda. Vel q͂a cũ probauit animas permanere post mortẽ (neque enim poterat fieri vt eorum esset Deus qui nequaquam subsisterent (consequenter introduceretur & corporum resurrectio, quæ cũ animabus bona malaq; gesserunt. Hie. Cum autem dicit Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, ter Deum nominãdo, trinitatem intimauit. Cum autem dicit, Nõ est Deus mor. vnũ Deus iterãs. vnã substãtiã significauit. Viuunt ãt qui uendicãt portionẽ quã elegerant. mortui ãt sunt, qui quod vendicauerunt perdiderunt. Vos ergo multum erratis. Glo. Quia videlicet & scripturis contradicebant, & virtuti Dei derogabant.

Rubri significatio.

Animæ post mortẽ manẽt.

Et accessit unus de scribis, q audierat illos cõquirentes, & uidẽs qm̃ bene illis responderit interrogauit eum quod esset primum oĩum mãdatorum Iesus ãt respondit ei, quia primum oĩum mãdatum est: Audi Israel, Dñs Deus tuus Deꝰ unus est. Et diliges dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua. Hoc est primũ mãdatum: Secundũ ãt simile est illi: Diliges proximũ tuum tãq̃ tẽ ipsum. Maius horũ aliud mãdatum nõ est. Et ait illi scriba: bene magister, in ueritate dixisti, q͂a unus est Deus, & nõ est alius ꝑter eũ. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota aĩa & ex tota fortitudine, & diligere proximũ tãquã seipsum, maius est oĩbus holocaustomatib. et sacrificiis; Iesus ãt ui dẽs, q̃d sapiẽter respõdisset, dixit illi. Nõ es lõge à regno Dei. Et nemo iã audebat eũ interrogare.

Gl. Post dominus confutauit pharisęos & sadducęos tentãtes, hic ostenditur quo modo satis fecit scribæ quærenti, vnde dicitur: Et acces. &c. Hie. Quæ est hæc quæstio problematis quod est cõmune omnibus peritis in lege? nisi ꝙ diuersa in Exodo & Leuit. & Deutero. ordinantur mandata: vnde non vnum, sed duo intulit mãdata, quibus quasi duobus uberibus suꝑ pectus sponsæ eleuatis, nostra alitur infantia. Et ideo subdit: Primũ mãdatũ est, audi Israel dominus Deus tuus Deus unus est. Primum omnium maximum mãdatũ dicit, hoc est quod ante omnia debemus in corde singuli quasi vnicũ pietatis fundamentum locare, idest cognitio atq; cõfessio diuinę vnitatis cum executione bone operationis, quæ in dilectione Dei & proximi perficitur. vnde subditur; Et dili. do. De. tuum &c. Theo. Attende qualiter omnes animę uires enumerauit. Est enim uirtus animæ animalis, quam expedit in dicendo, Ex tota anima tua, ad quã pertinet ira & desideriũ, q̃ omnia tribui vult diuino amori. Est & alia uis q̃ dr̃ naturalis; ad quã ꝑtinet nutritiua & augmẽtatiua, & ista est etiã danda dño tota, propter q̃d dicit, Ex toto corde. Est & alia uis rationalis quam mentem vocat, & ista etiã est danda Deo tota. Glo. Quòd aũt subdit, Et ex tota fortitudine, ad uires corporales referri potest. Sequitur: Secun. autẽ est huic, Diliges proxi. tuum sicut teip. Theoph. Propter hoc dicit esse simile, quia hæc duo mandata alternatim sunt sibi consona, & reciproce conuertuntur. Nam qui diligit Deum, diligit & facturã suam. Principale autem factorum eius est homo; vnde qui diligit Deum, diligere debet omnes homines. Qui vero diligit proximum

Duo ubera sponsi.

Mandatum primũ q̃d sit.

Animæ uires.

scandali, multo magis eum debet diligere qui semper p̄stat beneficia. Et ideo pp cohærentiā horum mandatorum subdit: Maius horū aliud mandatū nō est. Sequit: Et ait illi scri. Bene magister in ueritate dixisti. Beda. Ostēdit ex hoc q̄d dicit, Maius est oībus holocaustomatibus & sacrificiis, graué sæpe inter scribas, & pharisæos quæstionē esse uersatā, q̄d esset mandatum primū siue maximū diuinę legis quibusdā uidelicet hostias & sacrificia laudantib. aliis uero fidei & dilectionis opera p̄ferrētibus eo q̄ plurimi patrū ante legē ex fide tm̄ q̄ p dilectionē operatur placerent Deo. In hac s̄nia scriba ille se fuisse declarat, sequit. Iesus āt ui. q̄ sa. resp. di. illi: Nō longè es à regno Dei. Theo. In quo nō eum esse p̄fectum testatur: nō.n. dixit, Intra regnū cęlorū es, sed non lōgè es à regno Dei. Bed. Ideo āt nō fuit lōgè à regno Dei, quia s̄niæ illius quæ noui testamenti & euangelicæ p̄fectionis est p̄pria, fautor extitisse p̄batus est. Aug. de cons. euan. Nec moueat, q̄ Matthæus dicit tentantē fuisse à quo dn̄s interrogatus est. Fieri.n. pōt vt quāuis tentās accesserit, dn̄i tñ respōsione correctus sit. Aut certe ipsam tentationem nō accipiamus malam tanq̄ decipere volentis inimicum; sed cautam potius tanquam experiri amplius uolentis ignotū. Hie. Vel non est longè qui venit callide. Longior namq; est ignorantia à regno Dei quàm sciētia: vnde supra Sadducæis, Erratis inquit, nescientes scripturā neq; virtutē Dei. Sequitur; Et nemo audebat eū int. Quia.p. in sermonibus cōfutati sunt ultra nō interrogant, sed apertissimè cōprehensum Romanæ tradāt potestati. Ex quo intelligimus venena inuidię posse quidem superari, sed difficile conquiescere.

Inuidiæ venena.

Et respōdens Iesus dicebat, docens in tēplo: Q̄uo dicunt scribę Christum filium esse Dauid? Ipse.n. Dauid dicit in Spiritu sancto. Dixit dn̄s dn̄o meo sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo Dauid dicit ipsum dominū, & unde est filius eius? Et multa turba eum libēter audiebat.

Theo. Quia Christus ad passionē uenturus erat, opinionem falsam corrigit Iudæorū, qui Christum filiū Dauid esse dicebāt, nō dn̄m eius, vn̄ dr̄: Et resp. di. do. in tē. Hie. Idest palā eis de se loquitur, vt inexcusabiles sint. Sequit.n. Q̄uo dicūt scribæ Christū filium Dauid esse? The. Ostēdit uero Christus se esse dn̄m p verba Dauid. Nam sequitur. Ipse.n. dicebat in Spiritu S. Dix. do do meo sede à dext. meis q. d. Nō potestis mihi dicere q̄ Dauid absque gratia Spiritus S. hoc dixerit, sed in Spiritu S. vocauit eum dn̄m, Et q̄ sit dn̄s ostēdit p hoc, q̄d subdit: Donec ponā inimicos tuos scab. pedū tuorum. Ipsi.n. erāt inimici eius, quos Deus pater posuit scabellū Christi. Quòd aūt a patre subiiciūtur ei inimici, nō infirmitatē filij, sed vnitatem naturæ, qua in altero alter operatur, significat. Nā & filius subiicit inimicos patri, quia patrem clarificat super terram. Glo. Sic ergo dn̄s ex prædictis cōcludit dubitabilem quæstionem. Nā ex verbis Dauid præmissis habetur: q̄ Christus sit dominus Dauid, ex dicto autem scribarum hr̄ quòd sit filius eius. Et hoc est q̄d subditur; Ipse ergo Dauid dicit eum dominum, & unde est filius eius? Bed. Interrogatio Iesu nobis profuit usq; hodie cōtra Iudæos: & hi.n. qui confitentur Christum esse uenturum, hominem simplicem & sanctum uirum asserunt de genere Dauid. interrogemus ergo eos docti à domino, si simplex homo est, & tantum filius Dauid, q̄uo uocet eū Dauid dominū suū in Spiritu sancto? Non autem reprehenduntur q̄ Dauid filium dicunt, sed quòd Dei filium eum esse non credunt. Sequitur. Et multa turba eum libenter audiebat. Glo. Quia s. videbant eum sapienter respondentem & interrogantem.

Iesu pulchra interrogatio.

Et dicebat eis in doctrina sua: Cauete à scribis, qui nolunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis. Qui deuorāt domus uiduarum sub obtentu prolixæ orationis. hi accipient prolixius iudicium.

Hie. Confutatis scribis & pharisæis, vt ignis eorum arida exempla incendit, unde dr̄; Et dicebant eis in doctrina sua, cauete a scribis, &c. Be. Ambulare in stolis cultioribus uestimentis indutos, ad publicū procedere significat, in quo inter cætera diues ille, qui epulabatur quotidie splendidisse,

splēdidisse, peccasse describitur. Theo. In stolis aūt uenerabilibus ambulabant, ex hoc uolētes pręhonorari, & similiter alia apperebāt, q̄ cedunt ad gloriā. Nā sequit; Et sal.in fo. & in pri. cathe. sed in synag. & primos discubitus in cœnis, s. uolunt. Bed. Notandū aūt ꝙ non salutari in foro, nō primos sedere vel discūbere uetat eos quibus hoc officiis ordine cōpetit, sed eos q̄ hæc siue habita, siue non habita indebite amāt, à fidelibus, quasi improbos docet esse cauēdos, aīum uidelicet, nō gradū redarguēs, licet culpa nō careat, si iidē in foro litibus interessent, qui in cathedra Moysi synagogæ magistri cupiunt appellari.

Vanæ gloriæ detestatio.

Duplici sanè ratione vanæ gloriæ cupidis attēdere iubemur, ne. s. eorum, vel simulatione seducamur, æstimantes bona esse q̄ faciunt, vel æmulatione inflammemur, frustra gaudētes in bonis q̄ laudari simulant. Theo. Specialiter ēt Apostolos docet, ut nullā cum scribis habeāt cōuersationē, sed ipsum Christum imitentur. ordinansque ipsos magistros in his q̄ sunt circa uitā agenda, alios eis supponit. Bed. Non solū aūt laudes ab hoībus, uerū etiā pecunias q̄runt, vnde sequitur. Qui deuorāt domos viduarū sub obtentu prolixę orationis. Sunt.n. qui se iustos simulātes à peccatorū suorū conscientia turbatis qua si orationi ꝓ eis in iudicio futuri, pecunias accipere non dubitāt; & cū porrecta manus pauperi preces iuuare soleat, illi ob hoc maxime in precib. pnoctāt, vt pauperi nummū tollant. Theo. Accedebant aūt scribæ ad has mulieres q̄ sine ꝓtectione uiri manebāt, quasi earū fierent protectores, & simulatione orationis & habitu reuerentiæ & hypocrisi uiduas decipiebāt, & sic ēt deuorabant diuitum domos. Sequitur; Hi accipient prolixius iudiciū, .s. quàm cæteri Iudæorum peccantium.

Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa. Cum venisset autem vna vidua pauper misit duo minuta, quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis quoniam uidua hæc pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt: hæc vero de penuria sua, omnia quæ habuit misit totum uictū suum.

Bed. Dominus qui appetitus primatos & uanæ gloriæ cauendos esse monuerat, etiam dona ferentes domum dñi certo examine discernit vnde dicitur; Et sedens Iesus contra gazo. as. quomodo tur. iac. in ga. Sermone græco phylare, seruare dicitur, & gaza persica lingua diuitiæ uocantur; vnde Gazophylaciū locus appellari solet, quo diuitię seruātur, quo noīe & archa in qua donaria populi cōgregabātur ad usus templi necessarios, & porticus in quibus seruabantur, appellantur. Habes exēplum de porticibus in Euāgelio, Hæc inquit uerba locutus est in gazophylacio docens in tēplo. Habes & de arca in libro regū, Et attulit Ioiada pōtifex gazophylaciū unum.

Consuetudo laudabilis.

Theo. Erat autem laudabilis consuetudo apud Iudęos; vt scilicet habētes & uolentes aliquid in gazophylacio ponerent quod esset pro sacerdotibus & pauperibus & uiduis, & exinde nutrirentur. vñ subditur; Et multi di. ia. mul. Multis autē hoc faciētibus accessit & uidua, ostendens affectum in oblatione pecunię, secundum propriā uirtutem. vnde subditur; Cū ue. autē una ui. pau. duo. mi. quod est quadrans.

Quadrans quid sit.

Beda. Quadrantem uocant calculatores quartā partem cuiuslibet rei videlicet & loci, aut tēporis, aut pecunię. Forsitan ergo hoc loco quartā partem sicli, idest quinque oboles significat. Sequitur; Et con. disci. suos ait il. Amen dico uobis quoniam ui. hęc pau. pl. om. mi qui mise. in ga. Deus enim non substantiam offerentium, sed conscientiam pensat; nec ꝑpendit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. vñ subdit; Omnes.n. ex eo quod &c. Hier. Mysticè autem diuites sunt qui proferunt de thesauro cordis sui noua & uetera, quæ sunt incerta & occulta sapientiæ diuinæ utriusque testamēti; paupercula aūt quæ est, ut ego & mei similes, q̄ mitto qđ possum, & desiderio quod non possum uobis explanare. Nā nō quātū uos audistis, sed ex quāto cōsiderat Deus. vnusquisque autem quadrātem potest offerre quæ est uolūtas prompta, quæ dicitur quadrās, quia cum tribus cōsistit, scilicet cogitatu, verbo, & facto. Quòd dicit, totum uictum suum misit, hoc significat,

tat, q͞a tota volútás córporis in victu cõsi stit. vñ dr̃: Totus labor hoĩs in ore suo est. Theo. Vel aliter: Vidua ista aĩa hoĩs est, relinqués satanã cui fuerat adiũcta, q̃ mittit in tépli ærario duo minuta, carné. s. & mété. carné quidé per abstinentiã, menté vero per humilitaté, vt sic audire valeat ꝙ totũ victũ suũ posuit & sacrũ fecit, nihil de suo mundo relinquens. Beda. Allegoricè ãt diuites q in Gazophylaciũ munera mittebant, Iudæos de iustitia legis elatos designant: vidua pauper, ecclesiæ simplicitaté designat: pauper quidé, q͞a spiritũ superbiæ, vel cócupiscentias téporaliũ abiecit; vidua uero, quia eius ꝓ ea morté pertulit. Hæc in Gazophylaciũ duo minuta mittit, q͞a dilectioné Dei & proximi, seu fidei & orationis munera defert; q̃ considerat̃ proprie fragilitatis minuta, sed merito piç intentionis accepta cũctis superbictibus Iudæorũ operib. præstãt; ex abũdanti sibi Iudæus mittit in munera Dei, q de iustitia sua præsumit. Omnem autem victum suum in Dei munera mittit ecclesia; quia omne quod viuit, non sui meriti, sed diuini muneris esse intelligit.

CAPVT XIII.

ET cum egrederetur de téplo, ait illi vnus ex discipulis suis. Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. Et respondens Iesus, ait illi; Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidé qui non destruatur.

Bed. Quia fundata ecclesia Christi Iudæa dignas suæ perfidiæ pœnas erat luitura, apte dñs post laudatã in paupere viduæ deuotionem ecclesiæ egreditur de téplo, ruinamq; eius futuram atq; ædificia nũc admiranda, non multo post contemnéda esse perdixit. vnde dicitur: Et cum egrederetur de téplo ait il vnus &c. Theo. Quia .n. multa circa destructionem Hierusalé dominus locutus fuerat, discipuli eius mirabantur ꝙ tam magna & pulchra ædificia destrui debeãt: & ꝓpter hoc ostédunt ei templi decorem, qui non solum ait hęc destruenda fore, sed & ꝙ in eis lapis super lapidé non relinqueretur. vnde sequitur; Et respondens Iesus ait illi: Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis &c. Sed diceret aliqui ꝙ multæ reliquiæ remanserunt, vt Christum mendacem nitantur ostédere: sed nequaquam est hoc. Et si enim aliquæ reliquiæ remansissent: tamen vsque ad vniuersalem consummationem nõ relinquetur lapis super lapidem. Præterea narratur ꝙ Helius Adrianus ciuitatem & templũ a fundamento euertit, ita ꝙ verbum domini, ꝙ hic dicitur, sit impletum. Beda. Diuinitus autem procuratum est, vt patefacta per orbem fidei euangelicæ gratia templum ipsum cũ cerimoniis tolleretur, ne quis forte paruulus in fide si videret illa permanere q̃ à Deo sunt instituta, paulatim à sinceritate fidei quæ est in Christo Iesu ad carnalem laberetur Iudaismum. Hier. In hoc etiam enumerat dominus discipulis cladem nouissimi téporis, idest destructioné tépli cũ plebe & litera sua, de qua lapis super lapidé non relinqueretur, idest testimonia ꝓphetarũ super eos in quo Iudæi retorquebãtea, ut in Esdrã, & Zorobabel, & Machabeos. Beda. Recedente ẽt domino de téplo omnia legis ædificia & cópositio mandatorum ita destructa est, ut nihil à Iudæis impleri possit, & capite sublato, vniuersa inter se membra compugnant.

Contra rietas soluit.

Gratia Euangelij

Et cum sederet in monte oliuarum contra téplum, interrogabant eum separatim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas: Dic nobis quando ista fient, & quod signum erit quando hæc omnia incipient consummari? Et respondens Iesus, cœpit dicere illis: Videte ne quis uos seducat. Multi .n. venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum, & multos seducent. Cum audieritis autem bella & opiniones bellorum ne timueritis. Oportet enim hęc fieri, sed nondum finis. Exurget enim gens contra gentem, & regnum super regnum, & erunt terræmotus per loca, & fames. Initium dolorum hæc.

Bed. Quia laudantibus quibusdã ædificationes templi dominus palam responderat hæc esse omnia destruéda, discipuli secreto tempus & signa prædictæ destructionis interrogãt. vnde dr̃: Et cum sede. &c. Sedet dominus in monte oliuarum cõtra templum, cum de ruina & excidio templi

Anagogia pulchra.

pli disputat, vt èt ipso corporis situ verbis
quæ loquit̃ congruat, mysticè designãs q̃
quietus manẽs in sanctis, superborũ dete-
stat̃ amentiã. Mons. n. oliueti fructiferã de-
signat sanctæ ecclesiæ celsitudinẽ. Aug. In-
terrogãtibus ãt eũ discipulis, ea rñdit dñs
q̃ iã ex illo tp̃e fuerãt secutura, siue de ex-
cidio Hierusalẽ, vñ orta est ipsius interro-
gationis occasio. siue de aduẽtu suo p̃ ec-
clesiã in qua vsq; ad finẽ venire nõ cessat.
In suis n. veniẽs agnoscit̃, dũ eius quoti-
die mẽbra nascuntur., siue de ipso fine, in
quo apparebit viuos iudicaturus & mor-
tuos. The. Sed antequã eis ad interrogata
rñdeat, mentẽ eorũ confirmat, vt nõ sedu-
cant̃ vñ sequit̃: Et respon. Ie. cœ. di. il. Vi-
de. ne quis &c. Hoc ãt dicit, q̃a incipienti-
bus circa Iudæã passionibus insurrexerũt,
q̃ se doctores esse dicebãt. vñ sequit̃: Mul-
ti. n. ve. in nomine meo &c. Bed. Multi. n.
imminente Hierosolymorũ excidio exti-
tere q̃ se esse Christos dixerũt, tẽpusq; li-
bertatis iã appropinquare. Multi èt in ec-
clesia ipsis èt tẽporibus Apostolorũ hære-
siarchæ prodiere. Multi èt in nomine Chri-
sti venere Antichristi, quorũ primus est Si-
Antichristi multi
mõ Magus, cui, sicut in actibus Apostolo-
rũ legimus, auscultabant q̃ in Samaria e-
rant dicentes, Hæc est virtus Dei q̃ vocat̃
magna. vñ & hic subdit̃: Et mul. sed. A tẽ-
pore ãt dominicę passionis in populo Iu-
dæorũ qui latronẽ seditiosum elegerũt, &
Christũ saluatorẽ abiecerũt, nec hostiũ,
nec seditiones ciuiũ cessauerũt. vñ sequit̃.
Cũ au. aũr bel. &c. Sed his aduẽtantibus,
Apostoli ne terreantur ne Hierusalem Iu-
dæamq; deserant admonentur, quia vide-
licet non statim finis, quin potius in qua-
dragesimum differendum sit annũ. Et hoc
est quod subditur: Oportet n. hæc fie. sed
nondum finis. i. desolatio prouinciæ ulti-
mumq; orbis ac templi excidiũ. sequit̃;
Exurget &c The. Idest Romani cõtra Iu-
dæos, q̃d Iosephus narrat ante destructio-
nem Hierusalem factum. Cum. n. gens Iu-
dęorum tributum non redderet, Romani
venerunt turbati. sed quia tunc temporis
Romani misericordes erant, cępissent qui-
dẽ eorum spolia, non fuisset tñ destructio
Hierusalẽ, sed q̃ Deus contra Iudæos pręli-
aretur, ostenditur per id quod subditur:

Et erunt terræ per lo. & fa. Beda. Constat
autem hoc tẽpore Iudaicæ seditionis ad
literam contigisse: Potest vero regnum su-
per regnũ, & pestilentia eorum quorum
sermo serpit vt cancer, & fames audiendi
verbum Dei, & commotio vniuersæ ter-
ræ, & à vera fide separatio in hęreticis ma-
gis intelligi, qui contra se inuicem dimi-
cantes, ecclesiæ victoriam faciunt.

*Videte autem vosmetipsos, tradent. n. vos in
concilijs, & in synagogis vapulabitis, & ante
præsides & reges stabitis propter me, in testimo-
nium illis. Et in omnes gentes primum oportet
prędicari Euangelium. Et cum duxerint vos
tradentes, nolite præcogitare quid loquamini:
sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id lo-
quamini. Non n. vos estis loquentes: sed Spiri-
tus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mor-
tem, & pater filium, & consurgent filij in paren-
tes, & morte afficient eos. Et odio eritis omni-
bus hominibus propter nomen meum. Qui au-
tem sustinuerit in finem, hic saluus erit.*

Bed. Quo merito Hierosolymis ac p̃o-
uinciæ Iudęorum vniuersæ irroganda tot
fuerunt aduersa dñs manifestat, cũ dicit;
Videte autem vosmetipsos, tradẽt. n. vos
in conci. & in syna. vapu. Ea quippe Iudai-
cę gẽti maxima causa erat excidij, post oc-
cisionem Saluatoris, nõs quoq; ac fidei e-
ius præcones impia crudelitate vexabant.
Theo. Cõuenienter autem præposuit nar-
rationẽ de his quæ circa Apostolos erant,
vt in proprijs tribulationibus aliqualem
consolationem haberẽt ex communibus
tribulationibus & passionibus. Sequitur
enim: Et ante præsides &c. Reges & præsi-
des dicit, sicut Agrippã, Neronem, & He-
rodem. Quòd autẽ dicit, Ante re. & præ.
sta. pro. me. non modicam eis consolatio-
nem dedit, quia. s. propter eum erant pas-
suri. Quòd autem dicit, In testimoniũ il-
lis, sic intelligitur, idest in præiudicium
eorum, vt s. essent inexcusabiles, q̃ scili-
cet Apostolis laborantibus illis nõ potue-
runt veritati coniungi. Deinde vt crede-
rent quod propter tribulationes & pericu-
la prædicatio impediretur, subdit. Et in
om. &c. Aug. de con. euan. Matthæus ad-
dit: Et tunc veniet consummatio. Sed hoc Historia
quod Marcus ait. Primum, signat vtiq; an- pulchra
tequam veniat consumatio. Beda. Hos
ita

Ita fuisse cõpletum ecclesiasticæ testãtur historiæ, in quib⁹ refertur, ꝙ Apostoli oẽs multo ante excidiũ Iudææ prouinciæ ad ꝓdicandũ Euangelium toto orbe fuerunt dispersi, excepto Iacobo Zebedęi, & Iacobo fratre dñi, qui in Iudæa pro verbo dñi prius sanguinẽ fuderant. Qm̃ ergo nouerat dñs corda discipulorum de excidio ac perditione suæ gentis esse contristanda hoc eos solatio alleuat, vt nossent sibi ẽt Iudæis abiectis socios non deesse gaudij regniq; cęlestis, imò multo plures quàm de Iudæa perirẽt ex oĩbus toto orbe hominibus esse colligendos. Glo. poterat etiam alia sollicitudo in Discipulorum cordib. oriri, quia enim audierant, ꝙ ante reges & pꝛsides essent ducendi, ne dubitarent ꝙ ex defectu ꝓpriꝗ scientiæ ac facundiæ ad respondendũ insufficientes essẽt, dñs eos cõsolatur cum subdit: Et cum dux. uos tradentes &c. Bed. Cum enim propter Christum ducimur ad Iudices, voluntatem tãtum nostram pro Christo debemus offerre. Cæterum ipse Christus quãtum in nobis habitat, loquitur, & Spiritus sancti in respondendo gratia dabitur. vñ sequitur: Non. n. vos estis, q lo. sed Spiritus sanctus. The. Prædicit ẽt eis quod erat grauius; ꝙ scilicet à propinquis persecutionem patiẽtur. vñ sequitur: Tradet autem frater fra. in mor. & pater &c. Bed. Hoc in persecutionibus fieri crebro uidimus, nec ullus est inter eos fidus affectus, quorum diuersa fides est. Theo. Hoc autem dicit, ut audito hoc pręparent se ut persecutiones & mala patientius sustinerent. Deinde consolationem inducit, dicens. Et eritis odio oĩbus hoĩbus pp nomẽ meũ. quod. n. habeamur odio pp Christum causa est sufficiens patienter persecutiones sustinendi, non. n. martyrẽ facit pęna, sed causa. Sed in hoc ẽt quod sequitur: Qui autem susti. in fi. hic saluus erit, & nõ modica consolatio esse videtur inter persecutiones.

Cum autem uideritis abominationem desolationis, stantem ubi non debet (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes, & qui super tectum, non descendat in domum, nec introeat, ut tollat quid de domo sua, & qui in agro erit, non reuertatur retro tollere uestimentum suum. Veh autem prægnantibus & nutrientibus illis diebus. Orate uero, ut hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam cõdidit Deus usque nunc, neque fient. Et nisi breuiasset dominus dies, nõ fuisset salua omnis caro: sed propter electos, quos elegit breuiauit dies.

Glo. Præmissis his quę ante excidiũ ciuitatis erant futura, nunc dominus prędicit ea quę circa ipsam ciuitatis destructionem contigerit, dicens: Cum aũt ui abominationem &c. Aug. de con. euan. Matthęus dicit, Stãtem in loco sancto. in hac autẽ mutatione uerbi Marcus exposuit eãdem sentẽtiã. Ideo quippe. Vbi nõ debet, scilicet in loco sancto, ubi nõ debet: Bed. Quãdo ãt ad intelligẽtiã ꝓuocamur mysticũ monstrat̃ esse qđ dictum est. Põt aũt simplex aut de Antichristo accipi, aut de imagine Cęsaris, quã Pilatus posuit in tẽplo, aut de Adriani equestri statua q̃ in ipso sancto sanctorũ loco multo tp̃e stetit. Abominatio quoq; secũdũ ueterẽ scripturam idolũ nuncupatur, et iccirco, addidit, Desolationis, ꝙ in desolato templo atque deserto idolum positum sit. The. Vel abominationem desolationis dicit ingressum hostium in ciuitatẽ per uiolentiã. Augu. ad Esi. Lucas uero ut ostenderet tunc factam fuisse abominationẽ desolationis, aut expugnationem Hierusalem, hoc eodẽ loco dñi uerba commemorat. Cum uideritis circundari ab exercitu Hierusalẽ, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Sequitur. Tũc qui in Iu. sunt &c. Bed. Hæc iuxta literam facta esse constat, cum appropinquãte Romano bello, & exterminio Iudaicæ gẽtis, oraculo admoniti omnes qui erant in prouincia Christiani, longius discesserũt, ut ecclesiastica narrat historia, & trans Iordanem secedẽtes, manebant ad tempus in ciuitate Pella sub tutela Agrippæ regis Iudęorum, cuius in actibus apostolorum mentio est, qui cũ ea q̃ sibi obtemperare uolebat parte Iudæorum, semper imperio Romanorum subditus agebat. Theo. Bene autem dixit, Qui in Iudæa sunt, quia Apostoli in Iudæa adhuc non erant, sed ante prælium fugati sunt à Hierusalem. Glossa. Vel magis ipsi exierunt spiritu ducti diuino. sequitur; Et qui super tectum, non descen. in

Cõsensus euãgelicus:

Historia pulchra.

do. nec intro. ut tol. qui de do. sua. Desiderabile. n. erit ét nudo corpore de tāta tritatribulatione saluari. Sequitur: Veh aūt &c. Bed. Quarū. s. vel vteri, uel manus filiorum sarcina ꝑgrauatæ fugæ necessitaté non minimè impedient. Theo. Mihi āt vī ꝙ filiorum esum in his ostēdat, nam fame & pestilentia afflicti manus filiis iniecerunt. Glo. Postquā autem fecerat mētionem de duplici impedimento fugæ, ꝙ. s. posset esse uel ex cupiditate rerum asportandarū, vel ex deportatione natorum tāgit tertium impedimentū, qd̄. s. est ex parte tēporis, dicēs; Orate ergo vt hyeme nō fiant. Theo. Ne. s. ex difficultate temporis impediantur qui fugere cupiunt. Causam aūt tantæ necessitatis ad effugiendum cōuenienter assignat cum dicit, Erunt enim dies illi tribulatio. tales &c. Aug. ad Esi. Iosephus enim qui Iudaicas scripsit historias, talia multa dicit illi populo tūc accidisse, vt uix credibilia uideantur. vnde nō immerito dictū est talem tribulationem nec fuisse à creaturæ initio, nec futuram. Sed etsi tempore Antichristi talis aut maior forsitan erit, intelligendum est de illo populo dictum, ꝙ eis talis amplius futura non erit. Si. n. Antichristum illi primi & ꝑcipui recepturi sunt, facturus est tūc idem populus tribulationē potius quàm passurus. Bed. Hoc autem solum est in tātis malis refugium, vt Deus qui dat uirtutem patiendi, breuiet potentiam persequēdi. vnde sequitur. & nisi breui. do. di. &c. Theo. Idest nisi in breui spatio bellum Romanorum fuisset, nō fuit sal. omnis caro, idest, nullus euasisset Iudæus, sed ꝓpter electos quos elegit. i. pp Iudæos credentes aut in posterū credituros, breuiauit dies, i. cito bellū est terminatum. nā ꝑsciebat Deus ꝙ multi post desolationē ciuitatis crederēt Iudæorū huius grā eorū genus ex toto destrui nō permisit. Aug. ad Esi. Quidam aūt conuenientius intellexisse mihi vīr mala ipsa significata noīe dierū, sicut dicti sunt dies mali in aliis scripturæ diuinæ locis: neq; n. dies ipsi mali sunt, sed ea q̄ fiunt in eis. Ipsa ergo dicta sunt breuiari, ut Deo donāte tolerātiā minus sentirēt ac sic q̄ magna essent, breuia fierent. Bed. Vel aliter. Hæc quæ dicit ab illo loco. Erunt dies tribulationis; tēporibus Antichristi proprie congruunt, quando nō solum tormēta crebriora, & acerbiora quàm prius consueuerant ingerēda sunt infidelib. sed quod grauius est, signorum quoq; operatio eos qui tormēta ingerūt comitabitur. Hæc autem tribulatio quāto cæteris quæ præcessere pressurā pondere grauior fuit, tanto temporis breuitate moderatior futura. Nanq; tribus annis & dimidio quātum de prophetia Danielis & Apocalypsi Ioannis coniici potest, ecclesia per orbem impugnanda esse creditur. Iuxta uero sensus spirituales, cum viderimus abominationem desolationis stare ubi non debet, hoc est hæreses & flagitia regnare inter eos qui cęlestibus mysteriis uidebantur esse cōsecrati, tunc quicunq; in Iudea, hoc est in confessione ueræ fidei persistimus, tanto altius uirtutū culmē debemus ascēdere, quanto plures ampla uitiorum itinera sequi videmus. Hier. Fuga enim in mōtes est, ut non descendat ad ima qui ascendit ad alta. Bed. Tunc qui super tectū est, hoc qui excedens animo carnalia facta tāquam in aura libere spiritualiter uiuit, ne descendat ad infimos actus pristinæ conuersationis, neque ea quæ reliquerat mūdi, carni suæ desideria repetat. Domus nāque nostra uel mūdus hic, uel ipsa in qua degimus, nostra intelligenda est caro. Hiero. Dicit enim, Orate ut hyeme nō fiat fuga vestra uel sabbato, idest ne finiātur fructus nostri operis cum fine temporis. hyeme enim finitur fructus; sabbato uero tēpus. Bed. Si autem de consummatione mūdi intelligatur hæc præcipi, ut non refrigescat fides nostra & in Christum charitas, neque ut ociosi in opere Dei torpeamus virtutum sabbato. Theo. Oportet etiam nos à peccato fugere cum feruore, & non frigide & quiete. Hieron. Tribulatio autem erit ingens & dies breues propter electos, ne malitia huius temporis mutet intellectum eorum.

Angustia temporis.

Dies mali quæ sint.

Antichristi persecutio.

Et tūc si quis uobis dixerit, Ecce hic est Christus, ecce illic, ne credideritis. Exurgent. n. pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos. Vos ergo uidete. Ecce prædixi uobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam

lis sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorē suum. Et stellæ cœli erunt decidentes, & uirtutes q̄ in cęlis sunt, mouebuntur. Et tunc ui debunt filium hominis uenientē in nubib. cum uirtute multa & glorię. Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor uentis, à summo terræ usque ad summum cęli.

Theo. Postquā ea q̄ ad Hierusalē ptinebant dn̄s cōpleuit, nunc de aduentu loqtur Antichristi, dicens: Et tunc siquis uobis dixerit, ecce hic est Christ⁹, ecce illic, ne credideritis; Hoc āt quod dicit, Tunc, nō sic intelligas .i. statim cū completa fuerint supradicta circa Hierusalem, sicut & Mat. post Christi generationē dicit, In diebus illis venit Ioānes, nunquid immediate post Christi natiuitatē? nō. sed inde terminate vel indistincte: sic & in hoc loco. Tunc accipi pōt, non .s. qn̄ Hierusalē desolabit, sed circa tēpus aduētus Antichristi. Sequitur, Exurgent enim &c. Multi .n. Christi nomen suscipient, ita vt etiam fideles seducant. Aug. 20. de ciui. Dei. Soluetur .n. tūc. Satanas, & per Antichristū in omni virtute sua mirabiliter q̄dē, sed mendaciter operabitur. Solet autem ambigi, vtrū propterea dicta sint ab apostolo signa, & prodigia mendacij, quoniam mortales sensus per fantasmata decepturus est, vt quod non facit, facere videatur; an quia illa ipsa etiam si erunt uera pdigia, ad mendacia pertrahent credituros, non ea potuisse nisi diuinitus fieri uirtutē diaboli nescientes, maxime quando tantam quantam nunquam habuit acceperit potestatem: sed propter quodlibet horum dictum sit, seducentur eis signis atq; prodigiis qui seduci merebuntur. Greg. sup. Ezech. Cur autem sub dubitatione dicitur, Si fieri potest, cum quid futurum sit à domino præsciatur? Vnū uero ex duobus est; quia si electi sunt, fieri non potest: si autem fieri non potest, electi nō sunt. Ista ergo dominici sermonis dubitatio ī electis exprimit trepidationem mentis, quos & electos nominat, quia cernit q̄ in fide q̄ bono opere persistent; quia q̄ electi sunt ad persistendum, per signa prædicatorum Antichristi tentabuntur ad cadēdum. Beda. Quidam autem hoc ad captiuitatis Iudaicæ tempus referūt, ubi multi Christos se esse dicentes deceptas post se cateruas populi trahebant, sed in illa ciuitatis obsidione nullus erat fidelis ad quem diuina exhortatio, ne falsos magistros sequerētur, fieri deberet. vnde melius de hæreticis accipiendum est, qui contra ecclesiam venientes Christos se esse mentirentur, quorum primus Simon Magus fuit, extremus autē ille maior cæteris est Antichristus. Sequitur: Vos ergo &c. Aug. ad plebē Hippo Nō .n. solū bona q̄ sanctis & fidelib. suis est redditurus, verū ēt mala quib. erat hic mūdus abūdaturus; aut pdixit ut bona post seculi finē secutura certiores expectaremus qn̄ mala similiter pnuntiata ante seculi finē pcedētia sentirem⁹. Theo. Post Antichristi autem aduentum, alterabitur & mutabitur machina mūdialis obscuratis sideribus propter abūdantiā claritatis Christi. vnde sequitur: Sed in diebus illis post tribulationem, &c Beda. Si dera .n. in die iudicij videbuntur obscura non diminutione suæ lucis accidente, sed superueniēte claritate veri luminis, hoc est summi iudicis: quāuis nihil prohibeat intelligi ueraciter solem tunc & lunam cum sideribus cæteris ad tempus sui lumine priuari, quomod de sole factum constat tempore dominicæ passionis. Cęterū peracto die iudicij cum fuerit cęlum nouum, & terra noua, tunc fiet quod Esa. dicit, Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septēpliciter. sequitur: Et vir. quæ sunt in cęlo mouebuntur. Theo. Id est uirtutes angelicę stupebunt tanta magnalia videntes fieri, & eorum iudicari conseruos: Beda. Quid mirum homines ad hoc iudicium perturbari, cuius aspectum & ipsæ angelicæ tremunt potestates? Quid faciūt ibi tabulę quando tremunt colūnæ? Quid uirgula deserti patitur cum cedrus paradisi concutitur? Hiero. Vel aliter: Sol obtenebrabitur ad gelida corda ut hyeme. Et luna non dabit splendorem suum, serena à tempestate dissensionum. Et stellæ cœli erunt decidentes in lumine, quando penè deerit semen Abrahæ, cui sunt similatæ. Et uirtutes quæ sunt in cœlis mouebuntur, ad iram uindictæ quando mittētur à filio hominis veniente; de cuius aduentu subditur, Et tunc ui. fi. ho. ue in nu. cum

Solutio sathanæ qualis.

Mundi innouatio fiet.

Signa iudicii.

vir.ma & gl.qui.s.pri⁹ sicut pluuia in vellus Gedeon descendit cũ humilitate. Au. ad Esich. Quia.n.dictum est Apostolis ab angelis. Sic veniet quõ vidistis eũ euntem in cęlũ, merito credẽdus est nõ solũ in eodẽ corpore, verumetiã in nube venturus: qm̃ sic veniet sicut abijt, & nubes suscepit eũ abeuntẽ. Theo. Videbũt ãt dñm tãquam filium hominis.s.in corpore, quod .n.videtur, corpus est. Au.1.de Tri. Visio quippe filij hominis exhibetur etiam malis, nam visio formæ Dei non nisi mundis corde, quia ipsi Deum videbunt. Et quia filium Dei secundũ id ꝙ in forma Dei æqualis est patri, iniqui videre nõ possunt, oportet autem ut iudice viuorum, & mortuorum corã quo iudicabũtur, & iusti uideãt, & iniqui, ideo oportebat vt filius hominis acciperet iudiciariam potestatem, de cui⁹ executione mox subditur. Et tũc mit.ange.su. The. Vide ꝙ Christus Iesus mittit angelos sicut & pater: ubi ergo sũt qui dicunt, ꝙ patri non est æqualis? Egredientur nanque angeli congregare fideles electos, vt in aera rapti obuiãt Iesu Christo. vnde sequit: Et congre. elect.su.à quatuor ventis. Beda. A quatuor autem uentis, à quatuor mundi partibus dicit, oriente, occidẽte, aquilone, & austro. Et ne quis quã putaret à quatuor solũmodo plagis terræ, & nõ potius à cunctis eius finibus simul, & mediterraneis regionibus electos esse congregandos, apte subiunxit: A summo terræ, vsq; ad summum cœli, idest ab extremis terræ finibus, vsque ad ultimos terminos eius; ubi lõge aspectãtib. circulus cœlis terræ finib. insidere videt. Null⁹ ergo in die illa remanebit electus, qui non veniet ad iudiciũ dño i aera occurrat, ueniunt ad iudiciũ & reprobi, vt peracto iudicio dissipentur & pereant facie I. ei.

Quatuor partes mundi.

A ficu ãt discite parabolam. Cum iã ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas. Sic & uos cum uideritis hæc fieri, scitote ꝙ in prõximo sit in ostijs. Amẽ dico uobis, qm̃ nõ transibit generatio hęc, donec omnia ista fiant. Cęlum, & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt.

Beda. Sub exemplo arboris docuit dominus cõsummationis exemplum dicẽs: A ficu discite parabolam. Cum iã ramus eius tener fuerit &c. Theo. Quasi dicat; Sicut cum ficui nascuntur folia, statim est æstas, sic & post angustias Antichristi, statim nullo sequente medio, Christi erit aduentus; qui æstas erit iustis ex hyeme, peccatoribus uero hyems ex æstate: Aug. ad Esic. Vel aliter. Oĩa quæ à tribus Euangelistis dicta sunt de dñi aduẽtu diligentius inter se collata atq; discussa fortasse inueniuntur ad hoc pertinere, ꝙ quotidie venit in corpore suo quod est ecclesia, exceptis his locis ubi ille aduẽtus ultimus ita promittit, ut propinquare dicatur, & ꝙ in ultimo sermonis secundum Matthæũ ipse aduentus euidenter exprimit; ubi dicitur, Cum uenerit fi.ho.in ma.sua. Quid .n.est, cum uideritis hæc fieri? nisi ea quę supra dixit, in quibus est etiã id quod ait: Et tunc uidebunt fi.ho.ue.in nubibus. Nõ itaq; tunc erit finis, sed tunc erit in proximo, an dicendum est nõ omnia quę supra commemorata sunt esse intelligenda, sed aliqua eorũ, hoc uidelicet excepto quod dictum est. Et tunc uideritis filium hominis uenientem. Ipso quippe finis erit, non tunc proximus erit. sed Matthęus aperuit nullis exceptis esse accipiendum, dicens. Cum uide hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis. Intelligitur ergo quod supra dictum est sic. Et mittet Angelos suos de quatuor mundi partibus, idest de toto orbe terrarum cõgregabit electos suos, quę tota hora nouissima facit ueniens in suis membris tanquam in nubibus. Beda. Potest autem hic fructificatio fici mysticè intelligi super statu synagogæ, quæ ueniente ad se domino, quia fructum iustitię nõ habebat in eis qui tunc increduli erant, ęterna sterilitate damnata est. Sed quoniam dixit Apostolus, ꝙ cum plenitudo gentiũ intrauerit, omnis Israel saluus erit. Quid est hoc, nisi ꝙ diu sterilis arbor fici fructum quẽ negauerat? reddet. quod ubi factum fuerit, æstatem ueræ pacis esse in proximo non ambiges. Hier. Vel folia fici nata, uerba sunt præsentia, æsta proxima, dies est iudicii, in qua unaquæque arbor manifestabit quæ intus habuit aridum ad comburendum, an uiride ad plantandum cum ligno uitæ, sequitur: Amen dico uobis, quoniam non trans.gene. hæc

Consensus Euãgelicus.

Fici allegoria.

donec

Christianorũ generatio. donec omnia fiant. Bed. Nomine generationis aut omne hominum significat genus, aut specialiter Iudęorũ. The. Vel aliter; Non transi. gña. hæc. i. Christianorũ, donec omnia fiant, quæ circa Hierusalem & Antichristi aduentum dicta sunt. Non .n. dicit generationem apostolorum, quia maior pars apostolorum non peruenit usque ad Hierusalẽ consummationẽ. Dicit autem hoc de generatione christianorũ uolens Discipulos consolari ne crederent ꝙ illis temporibus fides deficeret. prius .n. elementa immobilia deficient, quàm uerba Christi. unde subditur: Cœlum & ter. transi. uerba aũt mea nõ trãsibũt. Bed. cœlũ qđ transibit non æthereũ siue sidereũ, sed aereũ intelligere debemus. Quocunq; .n. puenire potuit aqua diluuij, eò iuxta beati Petri sententiam ignis iudicij pueniet. Transient at cœlũ & terra per eã quam nunc habent imaginem, attamen per essentiam sine fine sustinent.

De die autem illo, uel hora, nemo scit; neque angeli in cœlo, neque filius; nisi pater. Videte, uigilate, & orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus, reliquit domum suam; & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit ut uigilet. Vigilate ergo. Nescitis enim quando dominus domus ueniat, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane. Ne cum uenerit repente, inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico, omnibus dico, Vigilate.

Theo. Volens dñs discipulos impedire ab interrogatione illius diei & horæ, dixit: De die aũt illo uerba uel hora nemo scit, neq; angeli in cœlo, neq; filius, nisi pater. Si .n. dixisset, q̃a scio, tñ nolo uobis reuelare, ipsos nõ modicũ cõtristasset; Nũc uero sapiẽtius egit, & ipsos excludit ab huiusmodi interrogatione; ne ei molesti fierẽt in hoc qđ dixit. Neq; angeli sciunt, neque ergo. Aug. 9. de Trinit. Ignoratio aũt diei atq; horæ objicit unigenito Deo, ut Deus ex Deo natus nõ sit in ea naturæ pfectione, qua Deus est. Sed primum sensu cõmunis iudicij sentiẽdũ est: an credibile esse possit ut aliquid ex omnibus nesciat, qui oĩbus ad id quod sunt atque erunt auctor est? Qũo .n. extra eius naturæ sciam est, per quã & in qua id quod efficiẽdum sit continet? Hanc aũt ille diẽ ignorat, quæ aduentus sui dies est, humanæ naturæ, qđ agere distinunt, quantum in se est præsciunt, & sequit gerẽdorum cognitio uoluntatẽ agendi. Qũo ergo dñs glorię aduentus sui ignorata die naturæ esse imperfectæ creditur, quę & necessitatem habeat adueniendi, & sciam aduẽtus sui nõ adepta sit? Iã uero quãta impietatis geminatur occasio, si Deo patri deputabiť indignitatis affectus, si ei ademerit beatitudinis cognitionẽ, cui mortis induxerit pscientiam? ꝙ si in eo oẽs scientiæ thesauri sunt, diẽ hunc nõ ignorat, sed meminisse nos cõuenit occultos in eo sciẽtię thesauros esse. Ignoratio igiť eius est secundũ ꝙ thesauri sciẽ in eo latent. In oibus .n. quæ Deus ignorare se loquiť ignoratione non detinetur, sed aut tẽpus est non loquendi, aut dispẽsatio nõ agẽdi. Si aũt tunc cognouisse Deus dr̃, & Abrahã eũ amauerit cũ hoc nõ celauit. Abrahæ, necesse est ut & pater ob id diẽ sciredicať, q̃a nõ celauerit filio. Si itaq; diẽ filius nescit, sacramentũ est ut taceat; ecõtrario pater solus ostẽditur scire, q̃a non tacet. Ab sit aũt corporahũ mutationũ nouitates in patre & filio existimari. deniq; ne per infirmitatẽ ignorare dicatur, cõtinuo subiecit: Videte uigilate, & orate: nescitis .n. qñ tempus sit. Hie. Vigilia .n. opus est mentis ante mortẽ corporis. The. Docet aũt uigilare & orare, duo hęc. Multi nanq; uigilamus, sed noctes ducẽtes in prauitates: ad hoc aũt cõsequẽter similitudinẽ inducit dicens: Sicut homo q peregre &c. Bed. Homo qui peregre pfectus reliquit domũ suã Christus est, q̃ ad patrem post resurrectione uictor ascẽdens, ecclesiã corporaliter reliqt, quã tñ nunquã diuinę pſentię præsidio destituit. Gre. in ho. Carnis etenim locus pprie terra, q̃ uelut ad peregrinandũ ducta est, cũ p redẽptorem nostrum est in cælis collocata. Dedit aũt seruis suis potestatem cuiusq; operis, q̃a fidelibus suis concessa sancti spiritus gratia, facultatẽ tribuit bonis operibus seruiendi. Ianitori quoq; pcepit; ut uigilaret, quia ordini pastorũ cõmissæ sibi ecclesiæ curam iubet impendere. Nõ solum autem rectores ecclesię, sed omnes uigilare pcipimur ianuas cordiũ

Filius omnia nouit.

Dies iudicij quomodo ignota.

ustodiẽtes, ne antiqui hostis mala sugge stio subintret, ne nos dominus dormientes inueniat: vnde ex hac similitudine cõcludẽs subdit. Vigil.er.quia nes. &c.Hie. Nam qui dormit, non corpora uera, sed phantasmata intẽdit: & uacuus uigilat de his quę uiderat. sic nimirũ sunt qui quos mundi amor rapit in uita deserunt post ui tam quod somniabant pro certo. The Vi de autem quia non dixit, Nescio quando tempus erit, sed nescitis. Propter hoc.n. hoc occultauit, quia nobis expediebat, nã si nunc ignorantes finẽ non curamus, quid faceremus si finem sciremus? malitias nan que nostras differremus usq; ad ultimum. Attendamus etiam dictiones: sero nãque finis existit, cum quis moritur in senectute; media nocte, cum quis moritur in medio iuuentutis: galli cãtu uero, cum ratio completur in nobis. Cum.n. incipit puer secundum rationem uiuere, tũc gallus in eo uociferatur, excitans à somno sensualitatis: mane autem puerilis est ætas. Oportet enim omnes istos finem præscire: nam & puero cauendum ne imbaptizatus pertranseat. Hier. Hoc autem fine concludit sermonem, vt commune omnium pręceptum nouissimi per primos audiant. vnde subdit: Quod autem uo.dic.om.di.uigilate. Aug. ad Hesi. Non solum n. illis dixit quibus tunc audientibus loquebatur, sed etiam illis qui fuerunt post illos ante nos & ad nosipsos, & qui erunt post nos, usq; ad nouissimum eius aduentum: Nunquid autem omnes inuenturus est dies ille in hac uita, aut quisquam dicturus est quòd ad defunctos etiã pertineat quod ait, Vigilate? nec cum uen. rep. inue. uos dormiẽtes. Cur itaque omnibus dic. quòd ad eos solos pertineat qui tunc erũt, nisi quia ad omnes pertinet quomodo dixi? Tunc.n. unicuique ueniet dies ille cum uenerit eius dies, ut talis hinc exeat, qualis est iudicandus illo die: ac per hoc uigilare debet omnis Christianus, ne imparatũ eum inueniat domini aduẽtus. Imparatum autem inueniet dies ille, quem imparatum inueniet suæ uitæ huius ultimus dies.

Iudicij dies qua re occulta.

CAPVT XIIII.

ERAT autem Pascha & Azyma post biduum, & quærebant summi sacerdotes, & Scribę quomodo eũ dolo tenerẽt, et occiderẽt. Dicebãt ãt. Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

Hier. Nunc aspergamus librum nostrũ de sanguine, & limina domorũ, & funem coccineũ circũdem⁹ domui orationis nostræ & coccũ in manũ nostra, ut & areę ligemus, ut uaccã rufam in ualle occisam enarrare possimus. De Chri.n. occisione narraturus Euãgelista, p̃mittit. Erat ãt pascha, &c. Be. Pascha quidẽ Hebraicè dicitur phase, nõ à passione, ut plerique arbitrant, sed à trãsitu nominatur, eo q̀ exterminator uidẽs sanguinẽ in foribus Israelitarũ pertransierit nec percusserit eos, uel ipse dñs p̃bens auxiliũ populo suo, desuper ambulauit. Hie. Vel pascha trãsitus interpretat; phase uero immolatio. De immolatione agni & trãsitu populi p mare, uel p Aegyptũ. Præfigurat ãt passio Christi & redẽptio populi de inferno, quãdo nos post biduum uisitat, idest plenissima luna ætate Christi pfecta, ut nec cũ aliqua parte tenebrosa carnes agni immaculati qui tollit peccata mũdi in una domo; q̃ est ecclesia catholica, calceati charitate, & armati uirtute comedam⁹. Bed. Hoc ãt iuxta ueteris testamẽti scriptura inter pascha & azyma distat, q̀ pascha ipse solus dies appellatur in quo agnus occidebatur ad uesperam, hoc est 14. luna mensis primi. 15. autem luna quando egressum est de Aegypto, succedebat festiuitas azymorum, quæ septem diebus, idest usque ad 21 diem eiusdem mensis ad uesperam est statuta solennitas. verum Euangelistæ indifferenter & diem azymorum pro pascha, & pro diebus azymorum pascha ponere solent. vnde & Marcus hoc dicit, Erat autem pascha & azyma post biduum, quia & paschę dies in azymis panibus est celebrari pręceptus; & nos quasi pascha perpetuum facientes, semper ex hoc mundo transire pręcipimur. Hieronym. A principibus autem egressa est iniquitas.

Paschę nomen unde.

Allegoria passionis.

quitas in Babylone, qui templū & vasa, & se purificare scd̄m legē ad esum agni de buerāt. vñ sequit: Et quære. sum. sacer. & scri. quomodo eū dolo tenerēt, & occiderent: Occiso āt capite totū corpus inerme efficit; vnde miseri faciunt ꝙ caput moriat. Vitant āt diē festū qui euenit illis; nō .n. est festiuitas his qui vitā, & misericordiā perdiderunt. vnde sequitur; Dicebant autem, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Bed. Non quidem metuentes seditionem, vt simplex sermo demonstrat, sed cauentes ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. Theo. Ipse tamen Christus sibi tempus cōstituerat passionis; voluit enim in paschate crucifigi, quia ipse verum erat pascha.

Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi, & fracto alabastro, effudit super caput eius. Erāt autem quidam indigne ferentes intra semetipsos, et dicentes. Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plusquam trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Iesus autem dixit: Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habebitis vobiscum, & cum volueritis, potestis illis benefacere, me aūt non semper habebitis. Quod habuit, hæc fecit, præuenit vngere corpus meū in sepulturam. Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.

Bed. Passurus dñs pro toto mūdo & vniuersas nationes sub sanguine redēpturus: morat in Bethania, id est in domo obediētiæ. vñ dr: Et cū esset Bethaniæ i domo Sim. lep. & recū. ve. mulier. Bed Hinnulus .n. ceruorū semp ad lectū suū redit, id est filius patri obediēs usq; ad mortē, à nobis obedientiā petit. Bed. Dicit autē: Simonis leprosi, nō ꝙ leprosus illo tpe permaneret, sed ꝙ antea leprosus, postea à Saluatore mundatus est noīe pristino permanēte, vt virtus curantis appareat. The. Quāuis autem quatuor euangelistæ vnguentū mulieris cōmemorarent, non est tñ vna, sed duæ, vna quidē quę describit à Ioanne, q̄ soror est Lazari q̄ scilicet ante sex dies paschæ vnxit pedes Iesu, alia vero q̄ à reliquis tribus euāgelistis describitur. Adhuc āt, si attēdas inuenies has tres esse. A Ioanne .n. vna describit, altera vero a Luca, à duobus vero reliquis altera. Quæ .n. à Luca describit meretrix esse dr, in medio pdicationis tpe ad Iesum venisse. Hæc uero q̄ à Matthæo & Marco describi dr in tpe passionis venisse non confitentē se peccatricē. Aug. de con. Ego aūt nihil aliud intelligendum arbitror, nisi ꝙ non aliā quidē fuisse mulierē q̄ peccatrix tunc accessit ad pedes Iesu, sed eandē Mariā bis hoc fecisse, semel .s. qđ Lucas narrauit, cū primo accedēs cū humilitate & lachrymis, meruit peccatorū remissionē. nā & hoc Ioannes cōmemorauit, cum de Lazaro resuscitando cœpisset loqui, ante quā veniret in Bethaniā dicens. Maria āt erat q̄ vnxit dominū vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Quod āt in Bethania rursus fecit, aliud est, quod ad Lucę narrationem non ptinet, sed pariter narratur à reliquis tribus. Quòd ergo Matthæus, & Marcus caput dñi vnguento illo pfusum dicunt, Ioannes aūt pedes, accipiamus nō solū caput, sed ēt pedes dñi perfudisse mulierē, nisi forte quoniā Marcus fracto alabastro perfusum caput commemorat, tā quisque calumniosus est, vt in vase fracto neget aliquid remanere potuisse, vnde ēt pedes domini perfunderēt. Sed religiosus contendet aliquis non ita fractum esse, vt totum effunderet, vel prius accipiat perfusos pedes, antequā illud fractum esset, vt in integro remaneret, unde ēt caput perfunderetur. Bed. Est autem alabastrum genus marmoris candidi, varijs coloribus intercincti, quod ad vasa vnguentaria cauare solent, eo ꝙ optime seruare ea incorrupta dicat. Nardus vero est frutex aromaticus, grandi, vt aiunt, & crassa radice, sed breui ac nigra fragiliq;. Quanuis autē pinguis sit, tamē redolet vt cupressus aspero sapore, folio paruo densoq;ue, cuius cacumina in aristas se spargūt, ideoq; gemina dote pigmētarij spicas nardi ac folia celebrāt. Et hoc est qđ ait Marcus vnguēti nardi spicati pciosi. qa videlicet vnguētum illud quod attulit Maria dño non solum de

Opinio Theophili.

Consensus Euāgelicus.

de radice cōfectū est nardi, verū ēt quo ꝑciosius esset, spicarum quoq; foliorū eius adiectione odor ac virtutis illius erat accumulata gratia. The. Vel sicut in græco dr̄, Nardi pistici, id est fidelis, eo ꝙ vnguētū nardi erat absq; dolo cū fide confectū. Aug. de con. euā. Pōt āt videri cōtrariū, ꝙ Matthęus & Marcus postea quā dixerūt, pascha & biduū: deinde cōmemorauerunt ꝙ erat Iesus in Bethania, vbi de illo precioso vnguento dr̄; Ioannes āt ante sex dies paschæ dicit Iesum venisse in Bethaniā, de eodē vnguento narraturus. Sed q ita mouenī, non intelligūt Matthæū & Marcū illud quod in Bethania de vnguento factū erat, nō post illā prædicationē de biduo, sed adhuc cū sex dies essent ante pascha recapitulando posuisse. Hier. Mysticè āt Simon leprosus mundum infidelem primo & postea fidelē significat, mulier autem cum alabastro ecclesiasticam fidē, quæ dicit: Nardus mea dedit odorē suū. Pistica nardus dicit, id est mystica & preciosa. Domus impleta odore, cœlū & terra est. Fractum alabastrum, carnale desiderium est, quod frangitur ad caput ex quo omne corpus compaginatum est, recumbente ipso, id est humiliante se vt eum tāgeret fides peccatricis, quæ de pedibus ascendit ad caput; & ad pedes à capite descendit per fidem, id est ad Christū, & ad membra eius. Sequitur: Erant autem quidam indi feren. intra semetip dic. vt quid di. ista? Per synecdochē dr̄ vnus pro multis, & multi pro vno. Perditus. n. Iudas de salute perditionē inuenit, & in vite fructifera mortis laqueus nascitur. Sub prętextu āt auaritiæ mysterium fidei loquitur. Etenim nostra fides trecentis emit denariis, in decē sensibus interioribus scilicet, & exterioribus, scilicet per corpus & animā & spiritū triplicatis. Bed. Quòd autē dicit, Et fremuerunt in eā, nequaquā debemus de diligentibus Christū Apostolis dictū credere, sed de Iuda potius sua numero plurali. The. Vel cōuenienter vr̄ innui ꝙ discipuli plures mulierem arguerunt, eo quòd sæpe Christū audierant de eleemosyna docentem. Iudas vero nō eadem intentione indigne tulit, sed propter amorem pecuniæ & turpe lucrū; vnde & Ioannes ipsum solum commemorat tanquam fraudulenta intentione mulierem arguentem. Dicit autem; Et fre. in eam, id est molesti erant ei, exprobrantes & iniurias inferentes. Arguit autem dn̄s discipulos, eo ꝙ desiderium impediunt mulieris. vnde sequitur; Iesus autem dixit; Sinite eam, quid illi molesti estis? Postquam. n. munus obtulerat, illā per opprobria peruertebant. Orig. super Matthæum. Doluerunt enim de perditione vnguenti, quod poterat venundari multo precio & dari pauperibus, tamen nō debebat fieri hoc, quia cōueniens erat vt super caput Christi funderet̄ sancta & decenti infusione. vnde sequitur. Bonū opus operata est in me. vsque adeo autem efficax est laus huius operis boni, vt exhortetur nos omnes odoriferis & preciosis operibus implere domini caput, vt de nobis dicatur; quia bonū opus fecimus super caput Christi, qa semper quidē habemus quādiu in hac vita sumus pauperes nobiscū, & opus habentes cura eorum qui profecerūt in verbo, & diuites facti sunt in sapientia Dei. Nō aūt possunt sufficere, vt semper dieb. & noctibus habeant secum filium Dei, id est verbum & sapiētiam Dei. sequitur. n. Semper enim pauperes habebitis vobiscum, & cum volueritis potestis illis bene facere; me aūt nō semper habebitis. Bed. Mihi quidem videtur in hoc loco de præsentia corporali locutus, quòd nequaquā cum eis ita futurus sit post resurrectionē, quomodo tūc in omni conuictu & familiaritate. Hier. Dicit etiam, Bonum opus operata est in me; quia qui credit in Deū, reputatur ei ad iustitiam. Aliud est enim credere ei, & aliud credere in eum, id est totū eijcere se in illum. Sequitur; Quod habuit, id est qđ potuit, hoc fecit, pręuenit vngere corpus meum in sepulturam. Bed. Quasi diceret, vos putatis perditionem esse vnguēti, officium sepulturę est. Theo. Præuenit enim quasi à Deo ducta vngere corpus meum in signum sepulturæ futuræ; in quo proditorem confundit, ac si ei diceret. Qua conscientia mulierē cōfundis, quæ in sepulturam corpus meū vngit; teipsum verò non confundis, qui me in mortem trades? Prophetizat autem

tem dominus consequenter duas prophetias.s.ꝙ Euangeliũ eius ꝑdicabitur in vniuerso mũdo: & ꝙ opꝰ mulieris laudabit: vñ sequitur. Amen dico vobis, vbicunq; ꝑdicatũ fue. &c. Bed. Notandũ ãt ꝙ sicut Maria gloriam adepta est, in toto orbe de obsequio qđ dño exhibuit: ita econuerso ille q obsequio eius detrahere nõ timuit, longe lateq; infamatus est. sed dominus bonũ laude digna remunerans, futuras impij contumelias tacendo præterijt.

Et Iudas Iscariotes unus de duodecim abijt ad summos sacerdotes, ut ꝓderet eũ illis. Qui audientes gauisi sunt: et ꝓmiserũt ei pecuniam se daturos. Et q̃rebat quõ illũ opportune traderet.

Beda. Infęlix Iudas damnum quod ex effusione vnguenti fecisse credebat, vult magistri precio cõpensare. vnde dr̃. Et Iudas Iscar. vnus de duodecim abiit ad summos sacerdotes, vt proderet eũ illis. Chr. in ser. de pas. Quid mihi eius patriam dicis? vtinam ipsum quoque nescire licuisset. Sed alter erat discipulus, qui Iudas Iacobi Zelotes vocabatur, & ne appellatione cognominis fiat confusio personarum propterea hunc ab illo separauit. Non autem dixit, Iudas ꝓditor, vt doceat detractiones nescire, & accusatiões declinare. Quòd autem dicit, Vnꝰ de duodecim, auget detestabilitatem proditoris. nam & alij discipuli erant qui fuerant numero 70. sed illi non intimi, non tanta confidẽtia sociati sunt: illi autem 12. fuerunt cõprobati, hæc erat caterua legalis, de qua ꝓditor malignus exiuit. Hie. Vnus tamẽ erat de 12. numero, non vnus merito, vnus corpore, non vnus animo. Abiit autẽ ad principes postquã exiit, & intrauit in eum Satanas, vnumquodque animal ad simile sibi iungitur. Beda. Quod autem dixit. Abiit ostendit eum non à principibus inuitatum, non ulla necessitate constrictum, sed sponte propria sceleratæ mentis inisse consilium. Theo. Dicit autem vt perderet eum illis, idest ut annunciaret illis quando solus existeret. Timebant autem in eum irruere quando docebat, propter turbam. Hier. Promittit autẽ se tradere, vt magister eius diabolus ante dicebat, Tibi dabo potestatem hanc vniuersam. Sequitur; Qui au. ga. sunt, & promi. ei. pec. se. Promittunt quidem pecuniam & amittunt uitam, quam ipse recipit cũ uitam amittit. Chry in ser. de. pas. O dementiam imò cupiditatem proditoris. cũcta. n. mala cupiditas procreauit. Nam cupiditas captas animas retinet, & omnib. nodis alligatas constringit, & rerum obliuionem imponit, & alienationem mentis ostendit. Ab hac Iudas captiuus cupiditatis insania, conuersationis, mensæ, discipulatus, admonitionis, suasionis, oblitus est. Nã sequitur Et quærere. quõ eũ oppor. trade. Hie. Sed opportunitas doli nunquam inuenitur, vt non vindicetur hic aut illic. Beda Multi hodie scelus Iudæ ꝙ dñm ac magistrum Deumq; suum pecuniã uẽdiderit, velut immane & nefariũ exhorrẽt, nec tamen cauent. nam cum pro muneribus charitatis & veritatis iura spernunt, Deũ qui est charitas & veritas produnt. Iuda multi hodie.

Et primo die azymorum, qñ pascha immolabant, dicũt ei discipuli; Quo uis eamus et paremus tibi ut mãduces pascha? Et misit duos ex discipulis suis, et dicit eis. Ite in ciuitatẽ, et occurret uobis homo lagenã aq̃ baiulãs. Sequimini eum, & quocunque introierit, dicite domino domus, qa magister dicit; Vbi est refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducẽ. Et ipse uobis demonstrabit cęnaculum grande stratum, et illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, & uenerunt in ciuitatem, & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha.

Chry. in ser. de. pas. Quando Iudas de traditione tractabat, alii discipuli sunt de præparatione paschæ soliciti, vnde dicitur: Et primo die azy. &c. Beda. Primum diem azymorum 14. diem primi mensis appellat, qñ fermento abiecto immolare, id est agnum occidere solebant ad vesperam quod exponẽs Apostolus ait. Pascha nostrum immolatus est Christus. q licet die sequenti, idest 15. luna sit crucifixus attamẽ nocte qua agnus immolabatur, & corporis sanguinisque sui tradens mysteria celebranda, & à Iudęis tentus ac ligatus, ipsius immolationis, hoc est passionis suæ sacrauit exordiũ. Hie. Azyma uero q̃ cũ amaritudine, i. lactucis agrestib. mãducant, redẽptio nr̃a est, amaritudo vero passio dñi. The. Ex hoc ãt ꝙ dñt discipuli, Quo uis eamus? manifestẽ vr̃ ꝙ Christꝰ hospi- Pascha rõ mystice.

hospitium aliquod non habebat, sed neq; discipuli proprias domos: si enim habuissent, duxissent eum ad illas. Hier. Dicunt ēt: Quo vis eamus? vt cū uoluntate Dei dirigamus gressus nostros. dñs āt indicat cū quo māducat pascha, & more suo mittit duos, qđ supra exposuimus. vñ sequit: Et mit. du. ex di. suis & di. eis: Ite in ciuitate. The. Mittit quidē ex discipulis suis Petrū .s. & Ioannē, Lucas dicit, ad ignotū hominē, innuens ex hoc ꝙ posset nō pati. Nā q̄ mentē ignoti nouit ut ipsos reciperet, qđ non operaretī in alijs? Dat ēt eis signū vt domū .s. inuenirent, cū subdit: Et occurret vob. &c. Aug. de con. euan. Marcus lagenā dicit quā Lucas amphorā; ille uasis genus, iste modum significauit: uterq; ueritatem sententiæ custodiuit. Bed. Iudicium autem præsentię diuinitatis est, ꝙ cum discipulis loquēs quid alibi futurum sit, nouit vnde sequitur: Et abi. disci. eius &c.

Consensus euāgelicus.

Chry. in ser. de pas. Non illud quod nostrum, sed interim Iudæorum, illud autē quod nostrum est non solum constituit, sed ipse factus est pascha. Sed & cur illud manducauit? quia factus est sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, & ipse legi requiem daret, & ut nemo dicat, ꝙ ideo eam euacuauerit, quia eam implere ut molestam & arduam non ualuit; ipse prius eam compleuit, & sic fecit eam requiescere. Hie. Mysticè autem ciuitas ecclesia est, quæ muro fidei cingitur; homo occurrens, populus primitiuus est. amphora aquæ, lex literæ. Bed. Vel aqua, lauacrū gratię. lagena fragilitatem designat eorū per quos eadem erat gratia mundo monstranda. Theo. Lagenam aquæ portat, q̄ baptizatus est. qui autem baptisma baiulat, uenit ad requiem secundum rationē uiuens, & sicut in domo requie potitur. unde subdit. Sequimini eum. Hier. Qui .s. ducit in altum, ubi est refectio Christi. Dñs domus Petrus apostolus est, cui dñs domū suam credidit, ut sit una fides sub uno pastore. Cęnaculum grande, ecclesia magna est, in qua narratur nomē dñi strata uarietate uirtutum & linguarum. Bed. Vel cœnaculū magnum spiritualiter lex est, quæ de angustijs literæ egrediens, & sublimi loco, id est in alto mentis solario recipit Saluatorem. Consultè āt siue baiuli, siue dñi domus sunt ꝑtermissa uocabula, ut oībus uerū pascha celebrare uolentibus, hoc est Christi sacramentis imbui, eumꝙ; suę mentis hospitio suscipere querentibus, facultas danda signetur. Theo. Vel dñs domus intellectus est, qui ostendit cęnaculum grande .i. altitudinē intelligentiarum, quod & si altum sit, tñ nihil hēt uanæ glorię & tumoris, sed sternit & planū fit humilitate. Ibi āt .i. in tali mēte pascha Christo parat̄, à Petro .s. & Ioanne, .i. ab actione & contemplatione.

Vespere āt facto, uenit cum duodecim. Et discumbentibus eis & manducantibus, ait Iesus. Amen dico uobis q̄a unus ex uobis tradet me, q̄ māducat mecum. At illi cęperunt cōtristari, & dicere ei singillatim. Nūquid ego? Qui ait illis unus ex duodecim, q̄ intingit mecū manū in catino. Et filius quidē hōis uadit sicut scriptū est de eo. Væ autē homini illi per quem filius hōis tradetur. Bonū erat ei si nō esset natus homo ille.

Bed. Dominus, qui de sua passione prædixerat, etiam de proditore prædicit, dās locum pęnitentię, ut cum intellexisset sciri cogitationes suas, pœniteret eum facti sui. unde dr̄. Vespere autē facto uenit &c. Chr. in ser. de pas. Vbi patet ꝙ non apertè eum omnibus publicabat, ne impudentiorem eum faceret; nec etiam penitus silentio præteribat, ne celari arbitratus audaēter ad proditionem properaret. Thoph. Sed quomodo discumbētes cenabant, cū lex præciperet ꝙ stantes erecti deberent pascha comedere? Probabile autē est prius eos adimplesse pascha legale. deinde discubuisse, incipiēte eo proprium tradere pascha. Hie. Vespera āt diei, uesperam indicat mundi. Circa undecimam naq; horā ueniunt nouissimi, qui primi denarium æternæ uitæ accipiunt. Omnes igit̄ discipuli tanguntur à dño, ut fit harmonia cytharæ; omnes nerui bene suspensi cōsona uoce r̄ndent. Nam sequitur. At illi cœperunt cōtristari, & dicere ei sigillatim. Nūquid ego? Vnus aūt remissus, & pecunię amore madefactus dixit: Nūquid ego sū rabbi? sicut in Matthęo legitur. Theo. Cęperunt autē alij discipuli contristari propter domini uerbum. Nam etsi extra hāc existerēt passionem, magis tamen credūt

Citharę armonia

illi qui omnium nouit corda, q̄ sibi sequitur: Qui ait illis, vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Beda. Iudas. s. qui cæteris cōtristatis & retrahentibus manum; cum magistro manum mittit in catinū. Et quia prius dixerat; Vnus ex vobis me tradet, & perseuerat ꝓditor in malo, manifestius arguit, & tamen nomen proprium non designat. Hier. Dicit autem; Vnus de duodecim, quasi ab eis separatus, separat. n. seorsum lupus ouem, quam capit. Ouis quæ de ouili egreditur, lupi morsibus patet. Iudas autem nec primo, nec secundo correptus a ꝓditione retrahit pedem, unde pęna prædicit, ut quē pudor non uicerat, corrigant denunciata supplicia, & hoc est quod subditur; Et filius quidem ho. ua. sicut scriptū est de eo. Theo. Per hoc quod dicitur, Vadit, ostenditur ꝙ mors Christi fuit uoluntaria, & nō necessaria. Hier. Sed quia multi bonū, ut Iudas faciunt, sed omnino illis nō proficit, recte subditur; Væ āt ho. il. per quem fi. ho. tradetur. Beda. Sed & hodie quoq; in sempiternum væ illi homini, qui ad mēsam dn̄i malignus accedit. Etenim ille in exēplum Iudæ filium hoīs tradit, non quidem Iudæis peccatorib. sed tn̄ peccatoribus mēbris suis. Sequit, Bonū erat ei, si nō esset nat⁹ homo ille. Hie. Scilicet intimo latēs utero materno. melius. n. est nō esse, q̄ ad tormenta esse. Theo. Quantum. n. ex fine melius fuisset ei ꝙ esset si nō proditor existeret; nā Deus fecit ipsum ad opera bona, sed postquàm ad tātam deuenit malitiā meli⁹ fuisset ei si nat⁹ nō fuisset.

Nota uerba.

Et manducantibus illis, accepit Iesus panē, & benedicens fregit & dedit eis & ait. Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias agens, dedit eis. Et biberūt ex illo oēs. Et ait illis; Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, qđ iā non bibam de genimine vitis vsque in diem illum cum illud bibam nouum in regno Dei.

Beda. Finitis paschæ ueteris solennijs, trāsit ad nouū, ut s. pro carne agni ac sanguine, sui corporis sanguinisq; sacramentū substitueret. unde sequitur. Et mandu. illis accepit Iesus panem; ut. s. ipsum se esse mōstraret, cui iurauit dominus. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. sequitur; Et benedicēs fregit. Theo. Idest gratias agens fregit, quod & nos facimus orationes super addentes. Beda. Frangit ēt ipse panem quem discipulis porrigit, ut ostēdat corporis sui fractionem non absq; sua spōte, uel procuratione futuram, quem ēt benedixit, quia naturam humanam q̄ passurus assumpsit, ipse una cum patre & Spiritu sancto gratia diuinę uirtutis impleuit. Benedixit panē ac fregit: quia hominē assumptum ita morti subdere dignatus est, ut ei diuinæ immortalitatis inesse potētiā demōstraret, ideoque uelocius eum a morte resuscitādum esse doceret. Sequitur: Et dedit eis, & ait. Sumite, hoc est corpus meū. Theo. Hoc. s. quod nunc do, & quod nunc sumitis. Nō āt panis figura tātum corporis Christi est, sed in proprium Christi corpus transmutatur. nam dn̄s ait Panis quem ego dabo, caro mea est. Sed tn̄ caro Christi non uidetur pp nostram infirmitatem: panis. n. & uinum de nostra consuetudine est. si uero carnē & sanguinē cerneremus, sumere nō sustineremus: propter hoc dn̄s nostræ infirmitati condescendens, species panis & uini cōseruat, sed panem & uinum in ueritatē conuertit carnis & sanguinis. Chr. in ser. de pas. Et nūc ēt ille pręsto est Christus, qui illam ornauit mensam, ipse istam quoq; consecrat. Non. n. homo est qui proposita corpus Christi facit & sanguinem, sed ille qui pro nobis crucifixus est Christus. Sacerdotis ore uerba proferuntur, & Dei uirtute consecranī & gratia, hoc uerbo qđ dicit. Hoc est corpus meum, proposita consecrantur; & sicut illa uox quæ dicit, Crescite & multiplicamini, & replete terram, semel quidem dicta est, sed omni tpe sentit effectum ad generationem operante natura; ita & uox illa semel quidē dicta est, sed per oēs mensas ecclesiæ usq; in hodiernum diem, & usq; ad eius aduētum præstat sacrificio firmitatem. Hiero. Mysticē autem in pane transfigurat dominus corpus suū, quod est ecclesia præsens, quæ accipit in fide, benedicitur in numero, frangitur in passionibus, datur in exēplis, sumitur in doctrinis, formatur in sanguinem suum in calice, uino & aqua cōmixtū, ut alio purgemur a culpis, alio redimamur

dimamur

dimamur a pœnis. Sanguine nanque agni seruantur domus a percussione angeli, & aqua maris rubri extinguuntur inimici, q̃ sunt mysteria ecclesiæ Christi vnde sequitur: Et acci. cali gra. ag. de eis. Gratia n. & non meritis saluati sumus a Deo. Greg. 2. mor. Cum appropinquaret ẽt passioni, accepto pane, gratias egisse perhibetur: Gratias itaq; egit qui flagella alienæ iniquitatis suscepit. & qui nil percussione dignum exhibuit humiliter in passione benedicit, vt hinc ostẽdat quid unusquisq; in flagello culpę facere debeat, si ipse ęquanimiter flagella culpæ portat alienæ, ut hinc ẽt ostẽdat quid correctione faciat subditus, si in flagello posit⁹ patri gratias egit æqualis. Beda. Quia & nos in Christo, & nobis Christũ manere oportet, uinum dñici calicis aqua miscetur. Attestante. n. Ioanne aquæ populi sunt, & neq; aquã solã, neq; solum uinum cuiquã licet offerre, ne talis oblatio caput a membris se cernẽdum esse significet, & uel Christũ sine nostræ redemptionis amore pati potuisse, uel nos sine illius passione saluari, ac posse offerri contingat, sequit: Et biberunt ex illo oẽs Hie. Ebrietas felix, satietas salutaris, quæ quanto copiosius sumitur, tanto sobrietatem mentis donare dignatur. Theo. Quidam ãt dicunt Iudã mysteriorum nõ fuisse participem, sed ꝙ exiuerit antequã dñs mysteria largiretur. Alij ẽt dicunt ꝙ illi tradidit de illo mysterio Chry. in ser. de pas. Christus. n. sanguinem ei qui eũ uẽdidit offerebat, ut haberet remissionem peccatorum, si tũ impius existere noluisset. Hier. Bibit ergo Iudas, sed non saturatus, nec sitim extinguit ignis æterni, quia in igne sumit mysteria Christi, cuius sacrificium non emũdat, sed eos cogitatio insipiẽs perducit ad culpas, qui se cœnosis crudelitati fœtorib. miscuerunt. Chr. in ser. de pas. Nullus ergo sit Iudas in dñi mẽsa, hoc sacrificiũ cib. spiritualis est. nam sicut corporalis cib. cũ uentrẽ inuenerit aduersis humorib. occupari, ampli⁹ lędit, ita est & iste spiritualis cib. si aliquẽ reperit malignitate pollutũ, magis eũ perdit, nõ sua natura, sed accipientis uitio. Pura igĩ sit mens in oĩbus, pura cogitatio, quia & sacrificiũ purũ est. sequi. Et ait illis, hic est

Mixtio uini & aquę in calice.

Iudas cõicat⁹ fuit cũ alijs.

san. meus noui testamenti Bed. Hoc ad distinctionem respicit ueteris testamẽti, qđ hircorũ, & uitulorũ est sanguine dedicatũ, dicente inter aspergendum legislatore hic est sanguis testamenti qđ mãdauit ad nos Deus. sequitur: Qui pro multis effundetur. Hie. Non. n. oẽs emundat. sequitur; Amen dico vobis ꝙ &c. Theo. Quasi diceret: Nõ bibã de uino usq; ad resurrectionem, regnũ. n. resurrectionẽ uocat, quasi tunc regnauerit cõtra mortẽ. Post resurrectionẽ uero bibit cum discipulis, & comedit, ostendens ꝙ idẽ ipse esset q̃ passius est. Nouum aũt bibit illud. i. nouo quodammodo & alieno. Non. n. corpus habebat passibile indigens cibo, sed immortale, & incorruptibile. Intelligẽdum est ãt & sic: Vitis est ipse dñs, genimẽ uitis mysteria, & intellectus occultus quẽ ipse generat, q̃ docet hoĩem scientiam. In regno autem Dei. i. in futuro seculo bibet cum suis discipulis mysteria & sapientiã, noua quædam nos docens, & reuelans, quæ nunc occultat. Bed. Vel aliter: Vitem siue uineam dñi appellatam esse synagogã Esaias testatur, dicens: Vinea dñi sabaoth domus Israel est. Iturus ergo dñs ad passionẽ ait: Iam nõ bibã de genimine uitis, ac si aperte dicat: Non ultra carnalibus synagogæ cerimonijs delectabor, inquibus etiã illa paschalis agni sacra locum tenuere præcipuum. Aderit. n. tempus meę resurrectionis, aderit dies illa cum in regno Dei posit⁹, i gloria uitæ immortalis sublimatus; de salute eiusdem populi fonte gratię spiritualis regenerati uobiscum gaudio perfundar. Hie. Considerandum ãt ꝙ hic dñs mutat tantum sacrificium, sed nõ mutat tps, ut nos nunquam cœna domini ante quartam decimam lunã faciamus, qui facit in 14. resurrectionem, in 11. luna cœnam domini faciet, quod nunquam in ueteri testamento nec in nouo factum est.

Anagoge uini noui.

Et hymno dicto, exierũt in mõtẽ oliuarũ. Et ait eis Iesus: Oẽs scãdalizabimini in me in n. ista quia scriptũ est, percutiam pastorẽ, et dispergentur oues. Sed postquã resurrexero, præcedã vos in Galilæam. Petrus ãt ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint, sed nõ ego. Et ait illi Iesus. Amẽ dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquã gali⁹ vocẽ bis dederit, ter me es negatur⁹.

At ille

At ille amplius loquebat: Et si opportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant.

Hil. sicut gratias egerunt antequã biberent, ita & gratias agũt & postq̃ biberũt. uñ dr: Et hymnno dicto exierũt in montẽ oliuarũ: ut. s. addiscas & ante cibũ, & post cibũ grãrũ reddere actiones. Hier. Hymn. dicit laudẽ dñi, ut est in psalmo Edent pau. & sa & lauda. domi. qui requi. eũ. Et adorauerũt & mãducauerũt oẽs pingues terræ. Theo. Simul & & hic ostẽdit q̃ amplectibile erat sibi pro nobis mori, quia cũ tradendus erat, Deum laudare dignatus est. Docet & nos cũ in angustias incidimus pp multorum salutẽ non cõtristari, sed Deo gratias agere, qui in nostra tribulatione operabatur multorum salutẽ. Beda. Põt & hymnus ille intelligi quẽ dñs secundũ Ioannẽ patri gratias agens decãtabat, in quo & pro seipso, & discipulis, & pro eis qui p uerbũ ipsorum credituri erant, eleuatis sursum oculis precabatur. The. Exiuit ãt in montem, ut ad eũ solitarium existentem execũtes ipsum caperẽt absq; tumultu. Si. n. accessissent cum in ciuitate manebat, fortè fuisse multitudo populi conturbata, & tũc manifestę occasionem inimici captantes uiderentur ipsum iustè interficere tanquam populum concitantem. Bed. Pulchrè & dñs discipulos sacramentis imbutos in montem educit oliuarũ, ut typicè designet nos per acceptionẽ sacramentorũ ad altiora uirtutum dona & charismata sancti spiritus, quib. in corde perungamur ascẽdere debere. Hie. In monte & olİueti Iesus tenetur, uñ ad cœlos ascendit; ut nos sciamus quia inde ascendimus ad cœlos, unde uigilamus & oram⁹, ligamur, nec repugnamus i terra. Beda. Prædixit autem dñs discipulis quid passuri sunt, ut cũ passi fuerint, nõ desperent salutem, sed agentes pęnitentiã liberenẽ unde sequitur: Et ait illis Iesus, Omnes scandalizabimini in me in nocte ista. Hie. Omnes quidem cadunt, sed non omnes iacent. Nunquid. n. q dormit nõ adijciet, ut resurgat? Carnales est cadere, sed diabolicum est iacere. The. Permisit aũt eos dñs cadere, ut non in seipsis confidãt, & ne uidereẽ hoc qđ prædixerat ex quodã argumento apparẽti pdixisse, inducit testimoniũ Zacharię prophetę. uñ sequit: Percutiã pastorẽ, ut dispergẽtur oues gregis. Beda. Hoc aliis uerbis in Zacharia ꝓpheta scriptũ est, & ex persona prophetæ ad dñm dr: Percute pastorẽ, & dispergenẽ oues. Prophetam. postulat passionem dñi pater respondet; Percutiam pastorem, precibus inferiorum. Filius à patre mittitur, & percutitur, id est incarnãtur & patitur. The. Dicit autem pater; Percutiam pastorem, quia ipsum percuti dimisit. Oues discipulos dicit, quasi innocẽtes & quasi absque malitia. Vltimo consolationẽ inducit, dicens. Sed postquam resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Hiero. In quo uera ꝓmittiẽ resurrectio, ut spes nõ extinguatur. Sequitur: Petrus autem ait ei. Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego. Ecce auis sine pennis in altum uolare nititur, sed corpus aggrauat animam, ut timore humanæ mortis timor domini superetur Beda. Et Petrus ergo de ardore fidei promittebat, & Saluator quasi Deus futura nouerat. unde sequiẽ; Et ait il. Ie. Amen dico tibi &c. Aug. de con. euan. Cũ omnes Euangelistæ dicant prędixisse dominum quòd eum Petrus esset negaturus antequam gallus cantaret. Marcus hoc solum narrauit expressius, unde nonnullis uidetur non congruere cæteris, quia parũ attendunt. Tota enim Petri negatio trina est, quæ si tota post primum galli cantum inciperet, falsum dixisse uiderentur tres alij Euangelistæ, quòd scilicet antequam gallus cantaret ter eum esset negaturus. Rursus si totam trinam negationem ante peregisset quàm cantare gallus inciperet; superfluo dixisset Marcus ex persona domini, Priusquam gallus bis uocem dederit, ter me negaturus es. Sed quia ante primum galli cantum cœpta est illa trina negatio, attenderunt illi tres non quãdo eam. completurus esset Petrus, sed quanta futura esset, id est trina, quando cœptura, id est ante galli cantum, quanquam in animo eius, & ante primũ galli cantum tota concepta est, Marcus autem de ipsarum uocum interuallo planius elocutus est. Theo. Quod sic intelligitur. Petrus semel negauit, deinde gallus cãtauit negante

Hymnus Iesu quis fuerit.

Captus Iesus in orto.

Resurrectionis argumẽtum.

Negationis Petri ratio.

negáte uero eo duabus alijs negationibus tunc Gallus secundò uocem emisit. Hie. Gallus lucis nuncius quis est nisi spiritus sanctus? cuius uoce in prophetia & in apostolis nos de trina negatione excitamur ad amarissimos post lapsum fletus, q male cogitauimus de Deo, & male locuti sumus ad proximos, & male fecimus ad nosmetipsos. Bed. Fides autem apostoli Petri & ardens affectus ad dñm consequenter ostenditur. Sequitur. n. At ille ampli. loque. Et si opor. me si. commo. tibi, non te negabo. The. Feruorē etiā intrepidum & alij discipuli ostēderunt. Nā sequit; Similiter āt & oēs dicebant: sed tñ resistebant ueritati, quam Christus prædixerat.

Et ueniunt in pdum cui nomē Gethsemani, & ait discipulis suis; Sedete hic donec orē. Et assumit Petrū & Iacobū & Ioannē secum, et cœpit pauere & tædere. Et ait illis; Tristis est anima mea usq; ad mortē. Sustinete hic et uigilate. Et cū pcessisset paululū pcidit super terram, & orabat ut si fieri posset, trāsiret ab eo hora, et dixit: Abba pater, oia possibilia tibi sunt, transfer calicem hunc à me. Sed nō quod ego uolo, sed qđ tu. Et uenit & inuenit eos dormiētes. Et ait Petro; Simō, dormis? Nō potuisti una hora uigilare mecū? Vigilate & orate, ut nō intretis in tētationē. Spiritus quidē prōptus est, caro uero infirma. Et iterū abiens orauit, eūdem sermonē dicēs Et reuersus denuo, inuenit eos dormiētes) erant .n. oculi eorū grauati) & ignorabāt qd responderent ei. Et uenit tertio, & ait illis; Dormite iā & requiescite, sufficit. Venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum Surgite, eamus. Ecce qui me tradet, prope est.

Glossa, Postquam dñs scandalum discipulorum prædixerat, nūc euangelista narrat de oratione ipsius, in qua pro discipulis creditur orasse, & primo describens locum orationis dicit; Et ueniunt in prædiū cui nomen Gethsemani Beda. Mōstratur usq; hodie locus Gethsemani, in quo dominus orauit ad radices montis Oliueti. Interpretatur autem Gethsemani, uallis pinguium siue pinguedinum. Cum āt dñs in monte orat, nos docet sublimia orādo inquiri debere. At cum in ualle pinguedinis orat, insinuat nobis humilitatem semper in orationibus, & internæ pinguedinē dilectionis esse seruandam. Ipse etiam

Gethsemani interpretatio.

per uallē humilitatis & pinguedinē charitatis pro nobis mortem subijt. Hiero. In ualle etiam pinguedinum tauri, pingues obsederunt eū. Sequitur; Et ait discipulis suis, sedete hic donec orē Separant in oratione, qui separātur in passione; quia ille orat, illi dormiūt, pigredine cordis oppressi. The. Singulariter etiam erat consuetudo illi semper orare, formam nobis tradens ut silentium, & solicitudinē in orationibus requiramus. Sequitur; Et assumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem secum. Illos tres tantum assumit, qui gloriæ eius in monte Thabor inspectores extiterant, ut qui gloriosa uiderant, uiderent et tristia, & addiscerent q uerus erat homo in hoc q tristat. vñ sequitur: Et cœ. pa. & tæ q. a. n. totū assumpserat hoīem assumpsit, et naturales pprietates hoīs, pauere, & tędere, & cōtristari naturaliter. nā homines naturaliter inuiti tēdūt ad mortē. vñ sequitur: Et ait illis. Tristis est aīa mea usq; ad mortē. Bed. Quasi Deus in corpore cōstitutus fragilitatē carnis exponit, ut eorū q sacramentū incarnationis obiurgāt, excluderet impietas. nā qui corpus suscepit, oīa debet suscipere q corporis sūt, ut esuriet, sitiret, negeret, contristaretur. Diuinitas. n. per hos cōmutari nescit affectus. Theo. Qui autem hoc sic intellexerunt. q. d. Tristor. n. nō q mori debeo, sed q Israelitæ propinqui mei me crucifixuri sunt, ac per hoc à regno Dei debent excludi. Hiero. In hoc etiam pauere, & tristari docemur ante iudicium mortis, quòd nō possumus per nos dicere, sed per illum: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. sequitur. Sust. hic et ui. Beda. Non à somno dormitionis prohibet. cuius tempus non erat imminēte discrimine, sed à somno infidelitatis, & corpore mentis. Paululum autem procedens ruit in faciem suam, & humilitatem mentis, habitu carnis ostendit. unde sequitur Et cum pro. pau. & c. August. de con. euan. Non dixit si facere posset, sed si fieri posset. fieri enim potest quod ille uoluerit. Sic itaque dictum est, Si fieri potest, ac si diceretur, si uellet. Et ne quis putaret eum patris minuisse potestatem, manifestauit quo intellectus accipiendū

Causa tristitiæ Christi.

sit

sit quod dictũ est. Nã sequit, & dixit; Abba pater, om. ti. pos. sunt. In quo satis ostẽdit nõ ex impossibilitate, sed ex volũtate patris dictũ esse, si fieri põt. Quòd ãt Marcus nõ solũ pater, sed abba pater eũ dixisse cõmemorat: hoc est abba Hebraicè, qđ Latinè pater. Et fortasse dñs pp aliqđ sacramentũ utrunque dixit, volens ostendere se illam tristis personã iã sui corporis. i. ecclesię suscepisse, cui factus est angularis lapis ueniẽti ad eũ partim ex Hebræis, ad quos ptinet ꝙ ait abba, partim ex gentibus, ad quos pertinet, ꝙ ait pater. Bed. Orat aũt transire calicẽ, vt ostẽdat uerè ꝙ homo erat. uñ subdit: Transfer ca. hunc a me. Reminiscẽs autem & pp quid missus est, perficit dispensationem ad quã missus est, & clamat, Sed nõ quod ego uolo, sed quod tu. q. d. Si moritur mors, me non moriente secundum carnem, trãseat calix. uerum quia non aliter hoc fiet, non qđ ego uolo, sed quod tu. Multi adhuc contristãtur futura morte, sed habeãt rectũ cor, & uitẽt mortem quam possunt, sed si nõ possunt, dicant, id quod pp nos dominus dixit. Hier. Ex quo etiam usque in finem nõ cessat nos docere patribus obedire, & uoluntatem eorum, uoluntati nostræ præponere. Sequitur: Et uen. & inue. eos dor. Sicut enim dormiunt mẽte, sic & corpore. Post orationem autem dominus ueniẽs, & uidens discipulos dormiẽtes Petrum solũ increpat. Vnde sequitur: Et ait Pe. Si. dor. non potuisti una ho. uig. me. Quasi dicat: Qui una hora non potuisti mecum uigilare, quomodo mortem spernes tu qui spondes mori mecum? Sequitur: Vig. & ora. ut non int. in ten. s. negandi me. Bed. Nõ ait, Orate ne tentemini, quia impossibile est humanam animam non tentari, sed ne intretis in tentationem, hoc est ne uos tentatio superet. Hier. In tentationem autẽ intrare dicitur, qui orare negligit. Sequitur: Spiritus quidẽ promptus est, caro autem infirma. Theo. q. d. Spiritui quidẽ uester promptus est ad me non negandum, & propterea hoc promittitis, sed caro uestra intãtum infirmata est, ꝙ nisi dominus per orationem uirtutem carni dederit, in tentationem intrabitis. Bed. Temerarios hic reprimit, qui quicquid crediderint, putant se consequi posse, sed quantũ ex mẽtis ardore cõfidimus, tantũ ex fragilitate carnis timeamus. Facit ẽt hic locus aduersus eos qui dicũt unã in domino operationẽ & unã uoluntatẽ fuisse. Duas. n. uoluntates ostendit, humanã scilicet, q̃ pp infirmitatẽ carnis recusat passionẽ: & diuinã, quæ prõptissima est. Sequit: Et iterũ abiora. eundẽ sermonẽ dicens. Theo. Vt scilicet p secundariã orationẽ, ꝙ uerus homo esset, affirmaret. sequit: Et reuer. de inuẽ. eos dormient. tñ non uehementer redarguit. Erãt enim oculi eorum grauati, scilicet somno. Et ignor. quid responderẽt ei; per hoc infirmitatẽ humanã addiscas, ne scilicet grauati somno ꝓmittamus ea q̃ nobis impossibilia sunt. Ideo tertio abijt ad orandum oratione prædicta. unde sequtur: Et uẽ. tert. & ait illis. Dor. iam & req. Non turbatur contra illos, cum post redargutionem peius fecerint, sed ironicè dicit illis: Dorm. iam & req. quia iã sciebat ꝙ proditor appropinquabat. Et ꝙ ironicè dixerit apparet per hoc, quod subditur, Sufficit, uenit hora, ecce tra. fi. ho. in ma. pec. Hoc dicebat deridens somnũ eorũ, quasi diceret, nũc tp̃s est ut dormiatis qñ inimicus appropinquat? Deinde subiungit, Sur. ea. ec. qui me tra pro. est. Nõ ut fugerent hoc dixit, sed ut inimicis obuiarẽt. Aug. de con. euan. Vel aliter, Per hoc ꝙ cũ dixisset. Dor. iã & req. adiũgit, Sufficit, & deinde infert, Venit hora, ec. trad. fil. ho. utiq; intelligendũ est post illud, Dorm. & requ. siluisse dominũ aliquãtũ, ut hoc fieret quod ꝓmiserat; & tũc intulisse, Venit hora. & ideo interponit, Sufficit. s. ꝙ requieuistis. Hie. Trina ãt discipulorũ dormitio tres mortuos, quos dñs suscitauit, significat: primus in domo, secũdus ad sepulchrũ, tertius de sepulchro. Trina ãt dñi uigilia docet nos orãdo, & de præteritis, & de futuris, & de pręsentibus ueniã rogare.

Consensus euãgelicus.

Oratio secũdaria.

Ironica locutio.

Trina dormitio.

Et adhuc eo loquente, uenit Iudas Iscariotes unus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs & lignis, missi à summis sacerdotibus, & scribis, & senioribus. Dederat autem traditor eis signum, dicens; Quęcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautè, Et cum uenisset, statim accedens ad eum, ait, Aue Rabbi. Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt.

runt in Iesum, & tenuerunt eum. Vnus autem de circunstantibus, educens gladium percussit seruum summi sacerdotis, & amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait illis. Tanquã ad latronem existis cum gladijs & lignis comprehendere me? Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur scripturæ. Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus syndone super nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta syndone, nudus profugit ab eis.

Beda. Postquam tertio dominus orauerat, & Apostolorum timorẽ sequente pœnitentia impetrauerat corrigẽdũ, securus de passione sua pergit ad persecutores, de quorũ aduentu Euãgelista dicit. Et ad. eo loq. ve. Iu. Isca. vnus de duodecim. Theo. Hoc non frustra ponit, sed ad maiorẽ proditoris redargutionẽ, ꝙ cũ de primo choro discipulorũ existeret, cõtra dñm in rabiẽ uersus est. Sequit: Et cũ eo turba multa cũ gladijs & lignis missi à summis sacerdotibus & scribis & senioribus. Hie. Incũbit.n. virtuti seculi, qui desperat de adiutorio Dei. Beda. Adhuc tñ habet aliquid Iudas de verecundia discipuli, cũ eũ non palã tradidit persecutoribus, sed per signũ osculi. uñ sequit. Dede. au. trad eis sig. dic. Quemcunq; oscu. fuero &c. Theo. uide eius insensibilitatem, quomodo credebat in osculo Christũ decipere, ut quasi amicus ęstimaretur. Si autem amicus eras ò Iuda, cuius gratia cum inimicis accessisti? sed oĩs prauitas sine prouidentia est. Sequitur: Et cũ ue. statim &c. Hie. Dat Iudas signũ osculi cũ ueneno doli, sic Cain obtulit sacrificiũ subdolũ & reprobatũ: Bed. Inuidens ãt & scelerata confidentia magistrũ uocat & osculũ infert ei quẽ tradit. Suscipit ãt dñs osculũ traditoris, non quo simulare nos doceat, sed ne proditionẽ fugere uideat, simul & illud Psal. complens. Cũ his q oderunt pacẽ erã pacificus sequit: At il. ma. in. in Ies. &c. Hier. Hic adest Ioseph uenditus à fratribus, & ferrum pertransiuit animam eius. Sequitur: Vnus au de cir. &c. Bed. Petrus hoc fecit, ut Ioannes declarat, eodem mentis ardore quo cætera faciebat. Sciebat.n. quomodo Phinees puniendo sacrilegos, mercedem iustitiæ & sacerdotij perennis accepit. Theo. Tacet ãt nomẽ eius Marcus, ut non uideretur suũ laudare magistrum quasi zelantẽ pro Christo. Innuit ãt Petr⁹ ex hoc ꝙ inobedientes erant & increduli, spernẽtes scripturas, nã si habuissent aures audiẽtes scripturas. nõ crucifixissent dñm gloriæ. Amputauit ãt auriculã serui summi sacerdotis. nam summi sacerdotes primo pteribãt scripturas, quasi serui nõ audientes facti. Sequit: Et res. Ies. ait il. Tanquã &c. Beda. quasi dicat. Stultũ est cum gladijs & fustibus quęrere eũ qui ultro se uestris tradidit manibus, & in nocte quasi latitantẽ per proditorẽ inuestigare, q quotidie in tẽplo docebat. Theo. Istud autẽ diuinitatem eius ostendit: qñ.n. in tẽplo docebat, non ualuerunt ipsum capere, q̃uis in manibus eorum esset, quia nondum tempus aduenerat passionis. qñ ãt ipse uoluit, tunc tradidit seipsum, ut adimplerentur scripturæ, qui tanquam agnus ad occasionẽ ductus est, nõ clamans neq; uociferans, sed uolũtariè patiens. Sequitur: Tũc dis. eius re. eum, om. fug. Beda. In hoc impletur sermo, quẽ dñs dixerat, ꝙ omnes discipuli scandalizarentur in ipso in illa nocte. Sequitur: Ado. au. qui. seq. il. ami. syn. super nudo, subauditur corpore, quia nõ aliud indumẽti, q̃ solam habebat syndonem. Sequitur: Et tenuerunt eum. At ille re. syn. nu. pro. ab eis, quorum.s. præsentiã detestabatur & facta, nõ à domino, cuius amorẽ & absens corpore fixũ seruauit in mẽte. Hie. Sicut ẽt Ioseph relicto pallio nudus de manibus impudicæ fœminæ aufugit. Qui uult effugere manus iniquorũ, relinquens mente quæ mundi sunt, fugiat post Iesum. Theo. Probabile ãt uĩ ꝙ hic adolescens erat de illa domo in qua Pascha comederant. Quidã uerò dicunt hunc adolescentẽ fuisse Iacobum fratrem domini, qui dicebatur iustus, qui ab apostolis post Christi ascẽsionem cathedram Hierosolymorum accepit. Greg. 14. mora. Vel hoc de Ioanne dr. qui etsi post uerba redẽptoris audiret ad crucẽ redijt, prius tamẽ territus fugit. nã & illũ eo tempore fuisse adolescentẽ longa post hoc in carne uita eius indicio est. Potuit.n. fieri, ut ad horam tenentiũ manibus elapsus,

Osculũ traditoris.

Taciturnitas Mar.

Allusio figuræ.

mox resumpto indumēto redierit, & sub dubia lucis nocte se turbis ducentium Iesum quasi unus de ipsis immiscuerit, donec ad atrium pontificis, cui erat notus ꝑueniret, ut ipse in suo Euangelio commemorat. Sicut autem Petrus, qui culpā negationis pœnitentię lachrymis abluit, recuperationem ostēdit eorum qui in martyrio labuntur: ita cęteri Discipuli qui articulum comprehensionis fugiendo ꝑuenerūt, cautelā fugiēdi docet eos, q̄ se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt.

Articulus comprēsionis.

Et adduxerūt Iesum ad summū sacerdotem & conuenerūt oēs sacerdotes, & scribæ & seniores. Petrus aūt à longe secutus est eum usq; intro in atriū summi sacerdotis, & sedebat cū ministris ad ignem, et calefaciebat se. Summi uero sacerdotes et omne conciliū quærebāt aduersus Iesum testimoniū, ut eū morti traderent: nec inueniebāt. Multi.n. falsum testimoniū dicebant aduersus eū, & conuenientia testimonia nō erāt. Et quidē surgētes falsum testimoniū ferebāt aduersus eum, dicētes: Quoniā nos audiuimus eū dicentē. Ego dissoluā templū hoc manufactum, & post triduū aliud nō manufactum ædificabo. Et non erat conueniens testimonium illorum.

Glo. Narrauerat euangelista superius quomodo dñs à ministris sacerdotū fuerat captus, nūc narrare incipit quomodo in domo principis sacerdotū morti adiudicatus fuit, vñ dicit; Et addu. Ie. ad sum. sa Bed. Summū sacerdotē significat Caipham, q(sicut Ioannes scribit) erat pontifex anni illius, de quo testať Iosephus, ꝙ pontificatū sibi emerit à principe Romano. sequiť: Et conue. in un om. sac. & scri. & sen. Hie. Tūc facta est cōgregatio taurorū in uaccis populorū. Sequitur: Petrus au. à lon. &c. Timor n. retrahit, sed charitas trahit. Bed. Merito āt a longe sequebanť, qui iam erat ꝓxime negaturus. Neq; .n. negare posset, si Christo proxim⁹ adhæsisset. sequiť: Et sedeb. cum ministris &c. Hie. In atrio cū ministris calefecit se ad ignē. Atriū sacerdotis est secularis circuitus, ministri dæmonia sunt, cū quibus qui manet, flere peccata nō pōt: ignis, desyderiū carnale. Bed. Est.n. ignis charitas, de quo dř: Ignē ueni mittere in terrā, qui super credentes descendens uarijs linguis eos laudare dominum docuit. Est & ignis cupiditatis, de quo dicitur. Omnes adulterantes uelut clybanus corda eorum. hic ignis in atrio Caiphæ instinctu maligni spiritus accensus, ad negandum, ad blasphemandum dominū perfidorū linguas armabat. Quod.n. intus in domo maligna synodus gerebat, hoc ignis in atrio inter frigora noctis accōlus figurabat. Quoniā .n. abundat iniquitas, refrigescit charitas multorum. hoc frigore torpens ad horam Petrus, quasi prunis ministrorū Caiphæ calefieri cupiebat: quia tēporalis cōmodi solatium ꝑfidorū societate quęrebat: Sequitur; Sūmi uero sacerdotes & oē &c. Theo. Lege præcipiente ꝙ unus existeret summus sacerdos, tunc multi erant substituti, & destituti annis singulis ꝑ principē Romanorū. Sūmos ergo sacerdotes dicit illos, qui determinatum eis tempus complentes iā compleuerant, & à sacerdotio destituti erant. Figuram aūt iudicii quod in ꝑiudicium agebant operātur, testimonia q̄rentes vt videantur Iesum iuste dānare & perdere. Hie. Sed mētita est iniquitas sibi, vt regina aduersus Ioseph, & sacerdotes aduersus Susannam, sed ignis sine materia deficit. vnde sequitur: Nec inueniebant. Multi.n. falsum testimoniū dicebant aduersus eum &c. Quod enim uariatur, incertum hř. Sequitur: Et quidam surgentes falsum testimoniū ferebāt. Moris est hæreticorum, vmbram de ueritate trahere; non ille dixit, quod illa dicunt, sed simile verbum de tēplo corporis sui quod post biduū resuscitauit. Theo. Non enim dominus dixerat Ego dissoluam illud, sed soluite; neq; manu factum dixit, sed simpliciter templum. Hierony. Dixit etiā, Suscitabo uiuum animal significās, & spirās templum. Falsus testis est qui in eo sensu dicta intelligit, quo nō dicūtur.

Charitas ignis est.

Præuaricatio legis.

Exurgens autem summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens; Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursus summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei. Tu es Christus filius Dei benedicti? Iesus autem dixit illi. Ego sum. & videbitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis Dei, & uenientem cum nubibus cæli Summus autē

sacerdos scindës vestimëta sua ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiã. Quid vobis vr? Qui oẽs cõdemnauerunt eum esse reũ mortis. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciẽ eius, & colaphis eũ cædere, & dicere ei pphetiza. Et ministri alapis eũ cædebãt.

Bed. Quãto Iesus tacebat ad indignos rũsione sua, falsos testes, & sacerdotes impios, tanto magis põtifex furore superatus, eum ad respondendum prouocat, ut ex qualibet occasione sermonis, locũ inueniat accusandi. unde dicit. Et ex. sum. sac. &c. Iratus q̃dẽ princeps & impatiẽs, nõ inueniẽs calumniæ locũ, exurgit de solio ut insaniam mentis, motu corporis demõstraret. Hie. Sed ipse Deus & saluator noster, qui mundo salutẽ contulit, & humano generi sua pietate subuenit, sicut ouis ad occisionem sine uoce ducitur, & obmutuit & siluit a bonis. unde sequit. Ille au. ta. & nihil respõ. Taciturnitas Christi apologiã, i. excusationẽ Adæ absoluit. Theo. Tacebat ãt, sciens, ꝙ non attenderent uerbis eius. unde secundum Lucã respondit; Si dixero uobis, nõ credetis mihi. unde sequitur. Rursus sum. sac. inter. eum. & dixit ei. Tu es &c. Interrogat q̃dẽ hoc summ⁹ sacerdos, nõ ut addiscẽs crederet, sed ut hoc aliquam occasionem captaret. Quærit ãt, Tu es Christus filius Dei benedicti? Multi nanq; erant Christi, i. uncti, sicut reges, & summi sacerdotes, sed nullus eorũ dicebatur filius Dei benedicti, quasi semper collaudati. Hiero. Hunc autẽ expectabant de longe, quẽ prope non uidẽt, sicut Isaac caligantibus oculis Iacob sub manib. non agnoscit, sed longe de eo futura canit. sequitur, Iesu au. di. il. Ego sum, ut, s. inexcusabiles sint. Theo. Sciebat namque qm̃ nõ crederent, tñ respondit, ne postea dicerent, si audissemus aliquid ab eo, credidissemus ei, hoc ãt est in eorũ præiudicium, quia audierunt & non crediderunt. Aug. de con. euan. Matthæus aũt nõ dixit respondisse Iesum, Ego sum sed, Tu dixisti. Sed Marcus tantũ ualere ostendit, quod ei dixit Iesus, Tu dixisti; quantũ si diceret: Ego sum. Sequitur, Et uidebitis filiũ hominis sedentem a dextris uirtutis Dei, & uenientem in nubibus cœli. The. Ac si diceret uidebitis me tanquam filiũ hominis a dextris patris sedentem. Virtutem nanq; hic patrẽ dicit, non ãt sine corpore ueniet, sed qualis apparuit crucifigẽtib. in iudicio eis apparebit. Beda. Si ergo tibi in Christo ò Iudæe, ò Pagane & hæretice contemptus, infirmitas, & crux cõtumelia est, uide q̃a per hoc filius hoĩs ad dexteram Dei patris sessurus, & in sua cũ nubib cœli est maiestate futurus. Hie. Et quidem sacerdos interrogat filiũ Dei, Iesus ãt respõdent filium hominis: ut hinc intelligamus, Dei filium idem esse & filiũ hominis, & ne quaternitatem faciamus in trinitate, sed homo in Deo, & Deus in hoie sit. Dixit ãt a dextris uirtutis sedentem. i. in uita regnãtem sempiterna, & uirtute diuina Et ue. cum nub. cœli. In nube ascẽdit, cum nube ueniet. i. in corpore suo solo, qđ sumpsit a uirgine ascendit: & cũ multiformi ecclesia, quæ corpus ipsius & plenitudo eius ad iudiciũ uẽturus est. Leo pa. Caiphas ãt ad exaggerandũ audiri sermonis inuidiã, scidit uestimẽta sua, & nesciens quid hæc significaret insania, sacerdotali se honore priuauit, oblitus præcepti illius quod legitur de principe sacerdotũ: De capite suo cidarim nõ deponet & uestimenta sua non disrumpet. Nam sequitur; Sũ au. sa. scin. ue. sua, ait: Quid adhuc. desi. testes? audi. blas. &c. The. Adimplet quidem sacerdos consuetudinem Iudaicam. Cum. n. aliquid intolerabile & triste illis occurrebat, uestimenta scindebant. Vt ergo monstraret ꝙ Christus magnam & intolerabilem blasphemiam dixerit, uestimenta scidit. Bed. Altiori ãt mysterio factũ est, ut in passione dñi põtifex Iudæorum sua ipse uestimẽta discinderet, hoc est ephot: eum tunica dñi nec ab ipsis, qui eũ crucifixere, militibus scindi potuerit; Figurabatur. n. quia sacerdotium Iudæorũ pro sceleribus ipsorum põtificum esset scindendũ. Soliditas uero ecclesiæ, q̃ uestis sui redẽtoris solet appellari, nũq̃ ualet disrũpi. The. Ex eo ãt sacerdotiũ Iudæorũ scindẽdũ erat; ꝙ cõdẽnauerũt Christũ esse reũ mortis. vñ sequit; Qui oẽs con. eũ es. reũ mor. Hie. Condemnãt quidẽ eũ esse reum mortis, ut reatu suo reatum nostrum solueret. Sequit. Et cœperunt quidã conspuere eum, ut. s. sputaminibus.

Gloria crucis.

Consuetudo iudæorum.

taminibus susceptis faciem animæ nostræ lauaret, & uelamine faciei suæ uelamen cordium nostrorũ auferret, & colaphis q bus in caput percussus est, caput humani generis (qđ est Adã) sanaret, & alapis qui bus expalmatus est, maxima laus eius nostris manib. labijsq; plauderet, vt dr, Omnes gentes plaudite manibus. Bed. Quòd uero dicũt ei; Propheriza, quis est qui te percussit? quasi in contumeliã faciũt eius qui se à populis prophetã haberi voluit. Aug. de cõcor. euan. Hoc autem intelligitur passus dñs vsq; ad mane, in domo principis sacerdotum quo prius adductus est.

Et cum esset Petrus in atrio seorsum, uenit una ex ancillis summi sacerdotis. Et cũ uidisset Petrũ calefacientẽ se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras? At ille negauit, dicens: Neque scio, neque noui quid dicas. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. Rursus autem cum uidisset illum anc illa, cœpit dicere circunstantibus; quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant dicebãt Petro. Vere ex illis es, nã & Galilæus es. Ille ãt cœpit anathematizare & iurare, q a nescio hominẽ istum quẽ dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus uerbi quod dixerat ei Iesus. Priusquã gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

Consensus euangelicus.

Aug. de con. euan. De Petri tentatione quæ inter prędictas domini cõtumelias facta est, non eodem ordine omnes Euãgelistæ narrant. Nam Lucas explicat prius tentationem Petri, tum demum has dñi contumelias. Ioannes autem incipit Petri tentationem dicere, & interposuit quædã de contumelijs dñi, & adiunxit q inde missus est ad Caipham pontificem, & inde recapitulat vt explicet quam cœperat tẽtationem Petri. Matthæus autem & Marc[9] primo cõmemorant Christi cõtumelias, deinde Petri tentationem. de quo dr; Et cum es. Pet. in at. &c. Bed. Quid autẽ sibi uult q prima eum prodit ancilla, cũ uiri vtique eum magis potuerit recognoscere, nisi ut & iste sexus peccasse in necem domini uideretur, & iste sexus redimeretur per domini passionem? Sequit At il. neg. di. &c. Hier. Petrus siue spiritu uoci ancillæ cessit, cum spiritu nec principib. regibus cedit. Theo. Hoc autem cum pa ti dispensatiue permisit dominus, ne tenti cet extolleret se, simulq; ut peccantibus misericors ostẽdat, tãquã ex seipso instructus humanæ infirmitatis euentũ. Sequit; Et exi. fo. an. &c. Be. De hoc galli cãtu ceteri Euãgelistæ tacẽt, non tñ factũ negãt, sicut & multa alia alij silentio prætereunt q alij narrant. Sequit; Rursus au cum ui. &c. Aug. de con. euang. Hæc ancilla non eadẽ sed alia est, sicut dicit Mat. Sanè hoc quoq; intelligitur, quia in secunda negatione à duob. cõpellatus est, ab ancilla. s. quã commemorãt Mat. & Marcus, & ab alio quẽ cõmemorat Lucas. Sequit. At il. ite. ne. Iam Petr[9] redierat ut quẽadmodũ dicit Ioannes, ad focũ stans iterũ negaret. uñ ancilla dicebat qđ supra dictũ est, non illi. s. Petro, sed his qui illo exeunte ibi remãserant, sic tñ ut ille audiret; uñ rediens & rursus ad ignẽ stans resistebat negando uerbis eorũ. Liquido. n. colligitur collatis de hac re omnib Euãgelistarũ testimonijs nõ ante ianuã secundò Petrũ negasse, sed intus in atrio ad ignẽ. Matthæũ ãt & Marcũ q cõmemorauerunt exisse eũ foras, regressum ei[9] breuiatis causa tacuisse. Bed. In hac ãt negatione Petri discimus nõ solum abnegari Christũ ab eo qui dicit eũ nõ esse Christũ, sed ab alio etiam qui cũ sit negat se esse Christianũ. Dominus. n. non ait Petro Discipulum meum te negabis, sed me negabis. Negauit ergo Christũ cum se negauit eius Discipulum. Sequit; Et post pu. rurs. qui &c. Nõ q alia lingua Galilæi, quàm Hierosolymitæ loquerentur, qui utiq; fuerunt Hebræi, sed q unaquæque prouincia & regio suas habet proprietates, ac uernaculum loquendi sonũ uitare non possunt. Theo. Igitur timore Petrus perterritus & domini sermonem oblitus dicentis, Qui me confessus fuerit corã hominibus, cõfitebor & ego eũ corã patre meo, dominum abnegauit uñ seq tur; Ille au. cœ. ana. &c. Bed. Quàm noxia sunt prauorum consilia; inter infideles hominem negauit se nosse, quẽ inter Discipulos Deum fuerat confessus. Solet autẽ scriptura sacra meritum causarũ per statum designare temporum. unde Petrus q media nocte negauit, ad gallicãtum pœnituit. unde subditur: et sta. ite. gal can. &c.

Petri negatio refertur.

Noxia prauorum cõsilia.

The.Lachrymæ.n.Petrum Christo p pœnitentiam adduxerunt. Confundātur itaque Nouatiani, qui dicunt ꝙ qui post susceptionem baptismatis peccauerit, non suscipitur vt sibi delictum remittatur. Ecce.n.Petrus qui & Christi corpus sumpsit & sanguinem, per pœnitentiam est susceptus. Etenim sanctorum defectus propter hoc scripti sunt, ut & nos si per in cautelā ceciderimus, recursum haberemus per eorum exemplum, & speremus per pœnitētiam subleuari. Hier. Mistice autē prima ancilla, titubatio est; secunda, consensio; tertius uir, actus est. Hæc trina negatio quam abluit p fletus uerbi Christi recordatio. Tunc nobis gallus cantet, qñ prędicator quisq; per pęnitētiam corda nostra ad cōpunctionē excitat. Tunc incipimus flere, quando ignimur intus per scintillā scientiæ, & foras eximus, cum extra eiicimus quod intus fuimus.

Tropologia pulchra

CAPVT XV.

ET confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus. & scribis, & vniuerso concilio, uincientes Iesum duxerunt. Et tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. Tu es Rex Iudæorum? At ille respondens ait illi. Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis, Pilatus autem rursum interrogauit, dicens. Non respondens quicquam? Vides in quantis te accusant. Iesus autem nihil amplius respondit, ita ut miraretur Pilatus.

Bed.Habebant Iudæi hunc morem, ut quē adiudicassent morti, ligatū iudici traderent. vnde post condēnationem Christi subiungit euangelista. Et con.ma. con.fa &c. Attamen notandū ꝙ nō tunc primū ligauerūt eū, sed mox cōprehēsum nocte in orto, vt Ioannes declarat, ligauerunt. The. Tradiderunt itaq; Iesum Romanis, sed & ipsi à Deo traditi fuerunt in manibus Romanorū, vt adimplerentur scripturæ, dicētes: Secūdū opera manū eorū retribue illis. Sequitur: Et inter. &c. Pilato nihil aliud criminis interrogāte nisi vtrū rex Iudęorum sit, arguūtur impietatis Iudæi, ꝙ nec falso quidē inuenire potuerūt qđ obiicerēt saluatori. Sequitur: At il res. &c. Sic respōdetur verū diceret, & sermo eius calūniæ nō pateret. The. Dubiā.n.respōsionē emisit.nā, Tu dicis, pōt sic intelligi: Tu dicis hoc, sed ego nō dico. Et nota ꝙ Pilato qui inuitus fert sñiam aliqua in parte rñderit, sacerdotibus āt & principibus rñdere noluerit, indignosq; sermone suo iudicauerit. Sequitur: Et accu.eū &c. Aug.de con.euan Lucas ēt ista crimina q̄ falso obiecerūt aperuit. sic.n. narrat; Cęperūt accusare eū, dicētes: Hunc inuenimus subuertentē gentē nostrā, & prohibentē tributa dari Cęsari, & dicentem se Christū regē esse. Sequitur; Pilatus āt rur. &c. Nō rñdes quicq̄ uides in quātis te accusant? Beda. Ethnicus quidē est, q condēnat Iesum, sed causam refert in populum Iudęorū. Sequitur: Iesus au.am.re.ita &c. Nihil quidē respōdere uoluit, ne crimen diluēs dimitteretur à p̄side, & crucis utilitas differretur. Theo. Mirabat āt Pilatus, q a cū legis doctor esset, & eloquēs, & potens respōsione sua eorū accusationes infringere, nō respondebat quicquā, sed magis accusationes uiriliter sustinebat.

Notula pulchra

Per diem autem festum solebat dimittere illis unum ex uinctis quemcunque petissent. Erat autem qui dicebatur Barrabas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit. Vultis dimittam vobis Regem Iudæorum? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam, ut magis Barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondēs, ait illis. Quid ergo vultis faciam Regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt. Crucifige eū. Pilatus uero dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum. Pilatus autem uolens populo satisfacere, dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur.

Bed. Multas liberandi saluatorem Pilatus occasiones dedit, primo latronē iusto cōferēs. vñ dr. Per diē āt fe.&c Glo. Qđ quidē solites erat facere vt gr̄am populi captaret: & p̄cipue in die festo, qñ de tota prouincia Iudęorū populus Hierosolymā cōfluebet. Et ut maior Iudæorū improbitas appareat, describitur consequenter

Occasiones quærit Pilatus.

enormitas

enormitas culpę latronis, qué Iudaei Christo prætulerūt, vnde sequitur: Erat aut. q di. Bar. &c. In quo ostenditur, & ex grauitate culpæ notabilis ꝙ homicidium fecerat, & ex modo faciendi, quia cum perturbatione ciuitatis hoc fecerat, seditionem concitando: & ēt quia culpa eius manifesta erat, nā & cū seditiosis uinctus erat. Sequit; Et cū as. tur. &c. Augu. de con. euan. Nulla quęstio est, ꝙ Mat. tacet ipsos petijsset, ut aliquis eis dimitterēt, quod Marcus hic dicit. Nihil n. interest si alius aliud tacet, quod alius cōmemorat. Sequit: Pilatus au res. eis & dixit; Vul. &c. Quæri potest q̃ uerba Pilatus dixerit, vtrū q̃ à Matthęo an q̃ à Marco referuntur? Aliud. n. uidetur esse, Qué vultis dimittā uobis, Barrabā, an Iesum, qui dr̃ Christus? ut Mat. refert; aut Vultis uobis dimittā regé Iudæorū? vt hic dr̃. Sed quia Christos reges dicebāt, & q dixit illū an illū, manifestū est eū dixisse an uellent dimitti regé Iudæorum. i. Christum. Nihil autem interest sniæ, ꝙ hic tacuit Marcus de Barraba, hoc solum uolens dicere, quo ad dominum pertinebat, q̃nquidem in eorum responsione satis, & ipse ostendit quem sibi dimitti uoluerint. Nā sequitur; Pont. au. con. tur. ut ma. Barrabā dimit. eis. Bed. Hæret Iudęis vsq; hodie sua petitio, quam tanto labore impetrarunt: quia. n. data sibi optione pro Iesu latronem, pro saluatore interfectorem elegerunt, merito salutem perdiderūt & uitam; & latrociniis ac seditionibus se intantum subdiderunt, ut patriā regnumque suum, quod plus Christo amauerunt, perdiderit, & libertatem, corpus & animam nunquam reciperent. Deinde aliam occasionem dat Pilatus liberandi Saluatoré, cū sequitur; Pilatus aut. it. &c. Aug. de con. euan. Iam satis apparet, ꝙ id Marcus uelit ostendere, dicendo regem Iudæorum, quod Matthæus dicédo Christum. Non. n. dicebantur Christi reges, nisi Iudæorum. In hoc enim loco secūdum Matthæum dicitur. Quid igitur faciā de Iesu qui dicitur Christus? sequitur: At illi it. cla. Cru. eum. Theop. Vide autem Iudęorum prauitatem, & Pilati comménsurationem, quanuis & ipse dignus sit condemnatione pro eo ꝙ populo non resiste-

Reges Christi. *Consensus euangelicus.*

bat. Illi nanque clamabant, Crucifige; hic tentat humiliter ab illo præiudicio eruere Iesum, & ideo rursus interrogat. vnde sequitur; Pi. au. di. eis. Quid. n. mali fecit? Occasioné nanq; ex hoc sumere volebat ut Christum solueret innocentem. Beda. Iudæi uero insaniæ suæ satisfacientem, interrogationi præsidis non respondent. unde sequitur. At illi ma. cla. Cruci. eum, ut impleretur illud Hieremiæ, Facta est mihi hæreditas mea, sicut leo in sylua, dedit contra me uocem suam. Sequitur; Pilatus autem uolens satisfacere populo, dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum flagellis cæs. ut cruc. Theop. Volebat quidé satisfacere populo. i. eorum facere uoluntatem, & non quod erat placitum iustitiæ & Deo. Hie. Hic duo hirci adsunt, unus à Pompeius. i. emissarius cū peccato populi in desertum inferni absolutus dimittit: alter pro peccatis absolutorum ut agnus occiditur. pars dñi semper mactatur, pars diaboli qui est magister eorū, quod sonat Barrabas, effrenata in tartarum præcipitatur. Beda. Iesus autem flagellatus non ab alio, quàm ab ipso Pilato intelligendus est. Scribit nanque Ioannes: Apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit, quod quidé ideo fecisse credendus est, ut satiati pęnis ac opprobriis eius Iudæi mortē vltra sitire desisterent.

Milites autem duxerūt cū in atrium ꝑtorij, et conuocant totā cohortem, et induūt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronā & cęperunt salutare eum, Aue rex Iudęorum, Et percutiebāt caput eius arundine, et cōspuebāt eum, & ponentes genua, adorant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, et induerunt eum uestimentis suis.

Theo Militaris vana gloria semper in ordinatis gaudens & opprobrijs sibi propria ostendebat. Vnde dicitur; Milites au. du. &c Bed. Quia. n. rex Iudęorum fuerat appellatus, & hoc ei scribæ & sacerdotes crimen obiecerant, ꝙ sibi in populo Israelitico usurparet imperium, illudétes hoc faciunt, ut nudatum pristinis uestibus, induāt purpura, qua reges ueteres utebant. Aug. de con. euang. Intelligitur āt quod Matthæus ait; Clamydem coccineam circūdederūt ei, hic Marcum dixisse indutū

Militū uanitas.

purpura. Pro regia.n.purpurā chlamys illa coccinea ab illudētib. adhibita erat, & est rubra q̄dam purpura cocco simillima. pōt.n.fieri, ut purpurā ēt Marcus cōmemorauerit, quā chlamys habebat, quāuis esset coccinea. Beda. Pro diademate aūt ponunt ei coronam spineā. Vnde sequitur: Et impo.ei ple.&c. Pro sceptro aūt regali dant calamū, ut Matthæus scribit, & adorāt quasi regē, vnde sequitur; Et cœp. sal. &c. Et q̄ milites eū quasi q̄ Deum seipsū falso dixisset adorabāt illudētes, patet ex hoc q̄d subditur. Et perc.ca.eius &c. quasi falso dixisset Deū. Hie. Opprobria autē eius nostrū abstulere opprobriū. Vincula eius nos liberos fecerunt. Corona spinea capitis eius, diadema regni adepti sumus. Vulnerib. eius sumus sanati. Aug. de con. euan. Apparet āt Matthæum & Marcū recapitulando ista posuisse, nō quo tunc factum sit, cū eū Pilatus iā crucifigendū tradidisset. Ioannes.n. apud Pilatū dicit hæc gesta: hoc aūt q̄d sequitur, Et po il.ei, &c. in fine factum intelligitur, cū iā adduceretur ad crucifigendū. Hier. Mystice autem vestimentis suis nudatur Iesus.i. Iudæis, purpura induit, i. Gentili ecclesia, quæ de scopulis collecta est. Item ea exutus in fine scādalizāte, Iudaica rursum induitur plebe. Cum.n. intrauerit plenitudo Gentium, tūc oīs Israel saluus erit. Bed. Vel in purpura qua indutus est dn̄s, ipsa eius caro quam passionib. obiecit insinuatur: in corona uero quā portabat spinea, nostrorū susceptio peccatorū. Theo. Induamus & nos purpurā stolam regalem, q̄a ut reges ambulare debemus, calcantes sup serpentes, & scorpiones, & suppeditātes peccatum. Christiani nanq; dicimur, i. vncti, sicut & tunc reges uncti dicebātur. Sumamus & coronā spineā.i. festinemus coronari uita arcta, & abstinētiis, & puritate. Be'. Caput āt Christi pcutiūt, q̄m eū uerum Deum esse negant Et q̄a p arundinē scriptura solet confici, quasi arundine caput Christi feriunt, qui diuinitati illius cōtradicētes errorē suum cōfirmare authoritate sacræ scripturæ conant̄ Spuūt in faciē eius qui gratiæ p̄sentiā verbis execrādis respuunt. Sunt & hodie qui eū certa fide, vt Deum verum adorant, sed peruersis actib. uerba ei⁹ quasi fabulosa despiciūt, ac promissa uerbi illius tēporalibus illecebris postponūt. Sicut aūt Caiphas nesciens dixit, Oportet vnum hoiem mori pro populo, sic & milites nescientes faciunt.

Et educunt illum ut crucifigerent eū, & angariauerunt prætereuntē quempiam Simonem Cyreneum uenientē de villa, patrem Alexādri & Russi, ut tolleret crucem eius. Et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum, Caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum uinum, & non accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt uestimenta eius, mittentes sortē super eis, quis quid tolleret. Erat autē hora tertia, & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus, Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones, unum a dextris, & aliū à sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ dicit. Et cum iniquis deputatus est.

Glo. Post condemnationem Christi & cōtumelia condēnato illatas, ad crucifixionē eius narrandā Euangelista accedit dicēs; Et edu. il. vt cru. eū. Hie. Educitur Abel in agrū à fratre, vt perimat̄. Hic adest Isaac cū lignis, & Abrahā cū ariete uepribus hęrēte. Hic ēt Ioseph cū fasce somniato & tunica talari sanguine lita. Hic adest Moyses cū uirga & serpēte suspēso in ligno. Hic est botr⁹ in ligno portatus. Hic adest Eliseus cum ligno ad q̄rendam securim, q̄ in imo demersa est, & natauit ad lignū.i. genus humanū, q̄d à ligno vetito in infernum decidit, p lignum crucis Xpi, & per baptismū aquæ ad paradisum natauit. Hic adest Ionas de ligno sorti in mare uētrēq; ceti triduo missus. sequitur. Et ang.præt.&c. The. Ioānes autē ait q̄ ipsemet baiulabat sibi crucē: utrūq;.n. fuit, nā ipse quidē primo baiulauit sibi crucē, donec p̄teriit quidam, quē angariauerunt, & tunc ille portabat. Dixit autē quorum filiorum erat pater, ad maiorem fidem & affirmationem. nā homo ille adhuc uiuebat, qui poterat omnia quæ circa crucē facta sunt, enarrare. Hiero. Cum autem alij per merita patrum suorum commemorētur, alij per merita filiorum suorū: hic Simon qui crucē in angaria portat, meritis filiorum suorum qui erant discipuli commemoratur. De hoc nos in præsenti uita admonemur parentes adiuuari per natorum

Passionis Christi figuratur.

Theologia Simonis.

rum

rum suorũ sapiẽtiam uel merita, ut populus Iudaicus pp patriarcharum, & ꝓphetarum, & Apostolorũ merita, semper cõmemoratur. Simon aũt iste qui portat crucem in angaria, ipse est ꝙ laborat pro laude humana. Cogunt.n. hõies hunc laborare, quem nõ cogit timor, & dilectio Dei. Bed. Vel quia Simon iste non Hierosolymita, sed Cyrenæus esse perhibeť, Cyrene.n. Libyæ ciuitas est, recte per eum populi Gentium designãtur, qui quondã peregrini, & hospites testamentorum, nunc obediendo hæredes sunt Dei, cohæredes autẽ Christi. Vnde apte Simon obediens, Cyrene, hęres interpretať. De uilla ãt uenisse refertur: villa.n. Græcè pagus dř, vnde paganos appellamus, eos quos à ciuitate Dei alienos uidemus. De pago igitur egrediens Simõ crucẽ portat post Iesum, cũ populus nationũ paganis ritib⁹ derelictis uestigia dñicæ passionis obedienter amplectiť. sequitur: Et p eum in Gol. &c. Extra urbem, & foris portã, loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorũ, & caluariæ. decollatorũ sumpsere nomen. Propterea ãt ibi crucifixus est dñs, ut ubi prius erat area damnatorũ, ibi erigerenť uexilla martyrij. Hie. Tradũt ãt Iudæi, ꝙ in hoc mõtis loco immolatus est aries ꝓ Isaac, & ibi decaluať Christus .i. à carne sua, carnali uidelicet Iudæa separať. Sequtur: Et da. ei bi. myr. ui. Aug. de cõ. euan. Hoc intelligẽdũ est Matthæũ dixisse cum felle mixtũ, fel quippe ꝓ amaritudine posuit, & myrrhatũ uinũ amarissimũ est, ꝙ quã fieri possit ut & fel, & myrrha uinũ amarissimũ redderẽt. The. Vel ordinatione quadã existẽte, alij alia afferebãt, quidam acetũ & fel, quidã uinũ myrrhatũ. Hie. Vel myrrhatũ uinũ, hoc est acetũ, p hoc succus lethalis pomi abstergiť. Beda. Amara uitis amarũ uinũ fecit, quo ꝓpinat dñm Iesum, ut impleať qđ scriptũ est: Dederũt in cibũ meũ fel: & in siti mea potauerũt me aceto. Aug. de cõ. euan. Quod ãt subdiť, Et non accepit, intelligitur non accepit ut biberet; gustauit autẽ, ut Matthæus testis est. Et sicut idẽ Matthæus ait; Noluit bibere, hoc Marcus dixit: Et nõ accepit, tacuit autem ꝙ gustauit. Hier. Non cepit ẽt id pro quo patitur. unde de eo dř. Quæ non rapui. tunc exoluebã. Sequitur: Et cru. eum di. ue. &c. Hoc loco figuratur salus per lignum: primum lignum sciẽtiæ boni & mali fuit, scđm lignum boni tm̃ nobis, & uitæ lignũ est. Extẽsio manus primæ ad lignum, mortem apprehendit. Extensio aũt secundæ, vitã quę perierat inuenit. Ligno hoc uehimur per mare undosum ad terrã uiuẽtiũ, cruce.n. sua Christ⁹ cruciatum nostrũ absoluit, & morte sua mortẽ nostrã necauit. Cum forma serpẽtis serpentẽ necat, ꝙ à serpente de uirga facto alij absorbentur serpẽtes. Ipsa ãt species crucis quid est; nisi forma quadrata mũdi? Oriẽs de uertice fulget. Arctos dextram tenet: Auster lęua cõsistit: Occidens sub plantis firmať. Vñ Apostolus, ut sciamus ꝙ sit altitudo, et latitudo, longitudo, & profundũ. Aues qñ uolant ad æthera, formã crucis sumũt: hõ natans per aquas, forma crucis uehiť. Nauis marina antẽna crucis similata sufflatur. Tau litera signũ salutis, & crucis describiť. Bed. Vel in trãsuerso ligno crucis ubi figunť manus, gaudiũ spei signatur; p manus.n. opera; per latitudinẽ hilaritatẽ operãtis intelligimus, ꝙ a tristitia facit angustias, p altitudinẽ, cui caput adiungiť, expectationẽ retributionis de sublimi iustitia Dei, per longitudinem, qua totum corpus extẽditur, tolerantiã, unde longanimes dicuntur, p profundum, quod terræ est infixũ, ipsum sacramentum secretum. Quandiu ergo hic agũt corpora nostra, ut destruatur corpus peccati, tẽpus nobis est crucis. The. Quòd ãt ponebant sortẽ super uestimenta eius, & hoc hodie illudentes fecerunt quasi regis uestimẽta diuidentes, etenim uilia erant, non ualde preciosa. Hoc autẽ Ioan. Euang. plenius exponit, quia. s. milites cætera in quatuor partes iuxta suũ numerũ diuidentes, de tunica quę incõsutilis erat desup cõtext. p totum, sortẽ miserunt. Hie. Vestimenta autem dñi, eius mãdata sunt quibus tegitur corpus eius. i. ecclesia, ꝙ diuidunt inter se milites gentium, ut sint quatuor ordines cum una fide. i. cõiugati, & uiduati, ꝓpositi, & priuati. Sortiti sunt tunicam indiuisam, quæ est pax, & unitas. Sequitur; Erat autẽ ho. ter. & c. Hoc uere, & ꝓprie Marcus tulit. nã sexta

hora tenebræ suffuderunt terram, vt non quisquã potuisset mouere caput Aug. de con. euan. Si hora quasi sexta Pilato sedẽte pro tribunali traditus est Iesus crucifigẽdus Iudæis, ut Ioãnes refert, quõo hora tertia crucifixus est, sicut uerba Marci nõ intelligẽtes quidã putauerunt? Prius ergo qua hora crucifigi potuerit uideamus, deinde uidebimus cur hora tertia crucifixũ dixerit Marcus. Hora erat quasi sexta cũ traditus est crucifigendus à Pilato sedẽte ꝓ tribunali, ut dictum est, non. n iã plena sexta erat, sed quasi sexta. i. peracta quinta, & aliq d etiã de sexta esse cœperat, ut peracta quinta, & inchoata sexta gererentur hæc q̃ narrata sunt in crucifixione dñi nostri, donec cõpleta sexta, illo pendente fierent hæ q̃ dicũtur tenebræ. Quęramus ãt iã cur dixerit Marcus; Erat ãt hor. ter. &c. Iã certe dixerat, Et cru. eũ, di. ue eius, sicut ẽt cæteri attestãt, ꝙ eo crucifixo uestimẽta diuisa sunt. Si. n. rei gestæ tẽpus uoluit cõmemorare Marcus, sufficeret dicere, Erat au. ho. ter. ut q d adiũxit, Et crucifixerũt eũ? nisi q a uoluit aliquid recapitulando significare, qđ quæsitũ inueniret, cũ scriptura ipsa illis tẽporibus legeretur, quibus uniuersę ecclesiæ notum erat qua hora dñs ligno suspensus est, unde posset huiõi, uel error tolli, uel mendaciũ refutari. Sed quia sciebat à militibus suspensum dñm, nõ à Iudæis, sicut Ioãnes apertissime dicit, occulte ostẽdere uoluit eos magis crucifixisse, quia clamauerũt ut crucifigeretur, q̃ illos q ministeriũ principi suo sc̃dm suũ officiũ p̄buerunt. Intelligit̃ ergo fuisse hora tertia cũ clamauerunt Iudęi, ut dñs crucifigeretur, & uerissime demõstratur tũc eos crucifixisse, qñ clamauerũt. In conatibus ãt Pilati ad eripiendũ dñm, & in tumultu Iudæorũ cõtradicentiũ, consumptũ tp̄s duarũ horarũ intelligimus, & circa horã fuisse sextã, qua nondũ terminata gesta sunt, q̃ ab eo tp̄e quo Pilatus dñm tradidit usq; ad tenebras factas narrãtur. Facile ãt uidebit, q sine impietatis duritia uoluerit attẽdere, ꝙ opportuno loco Marcus hoc de tertia hora posuerit, ubi. s. factũ ministrorũ multum cõmemoratum est. Ergo ne quisquã cogitatione tanti criminis aduersus à Iudæis in milites illos conuerteret: Erat inqt hora ter. & cru. eũ. ut illi potius crucifixisse inueniant, quos hora tertia, ut crucifigeret, clamare potuisse diligens inq̃sitor inueniet, cũ aduerterit hoc qđ à militibus factũ est, hora sexta factũ esse. Aug. de q. no. & ue. te. Iudæorũ ergo sn̄iam de crucifixione Christi tertia hora datã vult intelligi. Oĩs. n. qui morti addicitur, ex eo iam mortuus cõputatur, quo sn̄iam excepit. Manifestauit ergo Marc⁹, quia nõ iudicis sn̄ia saluator crucifixus est. difficile est. n. innocẽtẽ probare eũ; qui sn̄ia iudicis punit. Aug. de cõ. euan. Quanquã nõ desint q parasceue quã Io. cõmemorat, dicens. Erat ãt parasceue hora quasi sexta, horã diei tertiã uelint intelligi. dicũt. n. die q̃dem illo quẽ dies sabbati sequebat̃ parasceuẽ fuisse paschæ Iudæorũ, ꝙ ab eodem sabbato iã inciperet azyma, sed tñ uerũ pascha qđ iã in passione dñi celebrat̃. non Iudæorũ, sed Christianorũ cœpisse p̄parari. i. parasceuẽ habere ab ea hora noctis 9. in eo ꝙ dñs à Iudæis occidẽdus p̄parabit. Parasceue quippe interpretat̃ p̄paratio. Ab illa ergo hora noctis usq; ad eius crucifixionẽ occurrit hora parasceues sexta sc̃dm Ioan. & hora diei tertia secundum Mar. Quis fidelis nõ huic faueat solutioni quæstionis? Si modo possit aliqs articulus conijci, vñ ab hora 9. noctis cœpisse parasceuẽ paschæ nostræ. i. p̄parationẽ mortis Christi, cõgruẽter intelligamus. Si. n. dicamus eã cœpisse qñ à Iudæis a pprehensus est dñs, adhuc noctis partes primę erãt, sed qñ ad domũ pductus est soceri Caiphæ, ubi & auditus est à principib⁹, adhuc gallus nõ cãtauerat. Si ãt quãdo Pilato traditus est, iã mane fuisse apertissime scriptũ est. Restat ergo ut intelligamus, tunc cœpisse p̄parationem mortis dñi, quando oẽs principes sacerdotum dixerũt; reus est mortis. Nõ. n. absurde conijcit̃ eo tẽpore 9. horã noctis esse potuisse, ut recapitulãdo intelligatur de Petri negatione postea dictum esse quod antea factum erat. Sequitur; Et erat ti. &c. Theo. Scripserunt aũt hunc titulum, scilicet causam propter quam crucifixus est, quasi uituperantes eius opinionem, qui regem seipsum faciebat, ut sic prætereuntes misereri non ualerent,

rent, sed magis ei improperarent tanquã tyranno. Hie. Scripserunt ãt hoc trib. linguis. Hebraicè, Malchus Iudęorũ; Græcè Basilios exomolozeon: Latinè, rex cõfessorũ. Hæ tres linguæ ad principatũ in crucis titulo consecratæ sunt, ut oĩs lingua cõmemoraret pfidiã Iudæorũ. Bed. Titulus ãt hic posit⁹ supra crucẽ illud ostẽdit, quia nec occidẽdo potuerunt efficere, ut eũ regẽ nõ haberent, qui eis secundũ sua opera redditus est. Sequit: Et cũ eo cru. du. la &c. The. Vt. s. hoĩes prauam opinionẽ cõtra eũ cõciperẽt, ꝙ & ipse latro, & maleficus esset. hoc autem dispensatiuè factũ est, ad implendum scripturarũ. vnde sequitur; Et imp. est scrip. &c. Hier. Cũ iniquis ueritas deputat, vnum reliquit sinistrum, alterum assumit dexterum. sicut in die iudicij faciet, & similis crimine tã dissimiles sortiunt uias, alter antecedit Petrũ in paradisum, alter Iudã infernũ. Confessio breuis, vitam acquisiuit lõgã, & blasphemia finita, pęna plectitur ęterna. Bed. Mystice autem latrones qui cum dño crucifixi sunt, significãt eos q̃ sub fide, & cõfessione Christi, uel agonem martyrij, uel q̃libet arctioris disciplinæ instituta subeũt. Sed qui hoc pro æterna gloria gerunt, dextri latronis fide designãtur; qui vero humanę laudis intuitu, sinistri latronis mentem imitantur, & actus. Theo. Vel aliter. Indicium erant duo latrones duorum populorum. s. Iudaici & Gentilis, ambo nãque iniqui; Gentilis quidem tanquam legem naturalem prætergrediens, Iudaicus uero scriptam legem quam ei tradiderat dñs, sed Gentilis pęnitens, Iudaicus vsq; in finem blasphemus, in quorum medio crucifigitur dominus, ipse enim est lapis angularis nos coniungens.

Tituli mysterium

Latronum allegoria.

Et prætereuntes blasphemabant eũ, mouẽtes capita sua, & dicentes. Vah q destruis tẽplum Dei, & in tribus diebus reædificas, saluũ fac te metipsum descẽdẽs de cruce. Similiter et summi sacerdotes illudẽtes ad alterutrũ cum scribis dicebant: Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Christus rex Israel descendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei.

Hier. Pullo Iudææ ligato ad uitem & eius pallio in sanguine vuæ intincto, lacerant hœdi vineam blasphemãtes, Christũ & mouentes capita sua. vnde dr: Et præ. blasp. eum mouentes &c. The. Transeuntes enim Christum blasphemabant exprobrantes ei tãquam seductori. Diabol⁹ autẽ mouebat illos ad dicẽdum ꝙ de cruce descenderet. quia enim nouerat ꝙ salus fiebat per crucem, rursus ingerebat se ad tentandum Christum, ut si à cruce descenderet, certus fieret ꝙ non est uere filius Dei, & sic salus, quæ per crucem est, destrueret. sed ipse Dei uerus existens filius non descendit. Si enim descendere debuisset, non illuc à principio ascendisset, sed q̃a uidebat quòd ꝑ hũc modũ salutẽ fieri oportebat, sustinuit crucifigi, & multa alia pati & perficere op⁹ suum. sequitur. Similiter & sum. sacer. &c. Hæc dicebãt, eius miracula abolentes, quasi ab eo secũdum apparentiam perpetrata fuissent. operans nãq; miracula multos saluabat. Bed. Sic etiam nolentes confitentur, ꝙ alios saluos fecit. Itaq; vos uestra condẽnat sententia qui. n. alios saluos fecit, seipsum saluare poterat, sequit. Christus rex Israel descẽdat nunc de cruce, ut videamus & cre. Hie. Et uiderũt postea resurgẽtẽ de sepulchro, quẽ de crucis descẽdere nõ credebãt posse patibulo. Vbi est ô Iudæi infidelitas vestra? vosipsos cõsulo, vosipsos iudiciũ peto. Quãto mirabilius est mortuũ posse resurgere, q̃ adhuc viuũ de cruce uelle descendere. Parua petistis, dũ maiora ꝓuenerint. sed infidelitas uestra nõ potuit sanari signis multo fortioribus quã petistis, hic oẽs declinauerũt, simul inutiles facti sũt. uñ sequit. Et qui cũ eo cruci erãt &c. Aug. de con. euã. Quomodo hoc uerũ est, quandoquidem unus eorũ conuitiatus est secundum Lucæ testimonium, alter, & cõpescuit eum, & in Deum credidit, nisi intelligamus Matthæum & Marcum breuiter perstringentes hunc locum, pluralem numerũ pro singulari posuisse? Theo. Vel duo à principio conuitiabantur ei, deinde unus cognoscens ipsum innocentem, increpat alterum blasphemantem.

Diaboli insultus & institus.

Et facta hora 6. tenebrę factę sunt ꝑ totã terrã, usq; ad horã nonã. Et hora nona exclamauit Iesus uoce magna, dicẽs: Eloi, Eloi, lamazathani. Qđ est interpretatũ, Deus meus, Deus meus,

ut quid

ut quid dereliquisti me? Et quidā de circunstātibus audientes, dicebāt. Ecce, Eliā uocat. Currens autem unus & implens spongiā aceto, circumponensq́; calamo, potum dabat ei, dicēs: Sinite, videamus si ueniat Elias ad deponendum eum. Iesus autem emissa uoce magna, expirauit.

Bed. Clarissimū lumen mūdo retraxit radios suos, ne aut pendētē videret dñm, aut impij blasphemātes sua luce fruerentur. vñ dr̄: Et fa. ho. sex te. fa. sunt ꝑ to. ter. vs. in ho no. Aug. de con euan. Addidit āt Lucas, vñ factæ sunt tenebrę. i. solē obscuratū. The. Si āt tempus eclipsis fuisset, posset, quis dicere ꝙ naturalis fuisset hæc passio, sed tūc. 14 erat luna cū naturalis eclipsis fieri nō posset. Sequit̄: Et ho. no. excl. Ie. vo. ma. dicēs: Eloi, Eloi. Hier. Nona hora inuenit̄ euersa domo decima drachma q̄ perierat. Be. Nā & Adā peccāte scriptū est ꝙ audiuerit vocē dñi deambulātis in paradiso ad aurā post meridiē. & qua hora prim⁹ Adā peccādo mortē huic mūdo inuexit, eadē hora secundus Adā mortē moriendo destruxit. Et notādū ꝙ recedēte à centro mūdi sole crucifixus est dñs: oriente āt sole resurrectionis suæ mysteria celebrauit. quia mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrā. Nec mireris verborum humilitatē, querimonias derelicti, cum formam serui sciens scandalū crucis videas. Sicut. n. esurire, & sitire, & fatigari non erant ꝓpria deitatis, sed corporales passiones, ita quod dr̄, Vt quid dereliquisti me? corporalis vocis erat ꝓprium; quia solet scd̄m naturā corpus nullatenus velle à sibi cōiuncta vita fraudari. Licet. n. ipse Saluator dicebat hoc, sed proprie ostēdebat coporis fragilitatem. vt homo ergo loquitur in eos circunferens motus, ꝙ in periculis positi à dño deseri nos putemus. The. Vel hoc loquit̄ homo crucifixus Deo ꝓ me: nos. n. homines sumus derelicti, ipse nunquam à patre derelictus fuit. Audi. n. qui dicit, Non sum solus, sed quia pater mecum est. Etsi ēt hoc pro Iudęis dixerit, quasi & ipse secundum carnem Iudę⁹ existens: ac si diceret, Vt quid Hebraicū populum dereliquisti, ut tuum crucifigerent filium? Sicut. n. aliquando cōsueuimus dicere, Deus induit me. i. meam naturam. s. humanam: sic & hic dereliquisti me, oportet intelligere humanam naturam, uel Iudaicum populum. Sequitur: Et qu. i de cir. au. di. Ecce He uo. Beda. Sed hos arbitror milites fuisse Romanos, non intelligentes sermonis Hebraici proprietatem, sed ex eo ꝙ dixit Eloi, putantes ab eo Eliam uocatum. Si autem Iudæos qui hoc dixerūt intelligere volueris, hoc faciunt, vt eum imbecillitatis infamēt, ꝙ Eliæ auxilium deprecetur. Sequitur: Currens autem unus & implens spō. ace. Quam ob causam domino acetum sit potui datum, Ioānes plenius ostendit, dicens, ꝙ Iesus ut consummarentur scripturæ dixit, Sitio. Illi āt spongiam plenam aceto obtulerunt ori eius. Hie. Innuit autem hic Iudæorū similitudinem, spongiam. s. cannam infirmam, aridam, ignibus aptam; implet aceto, hoc est malitia & dolo. August. de cō. euan. De Elia uero nō ipsum qui obtulit spongiam cum aceto, sed cæteros dixisse Matthæus narrauit, vnde intelligimus & illum, & cæteros hoc dixisse. Hie. Infirmata autē carne uox inualuit, diuina, quæ dicit: Aperite mihi portas iustitiæ. vnde sequitur: Iesus autē emis. vo. ma. expi. Cū ima voce, siue sine voce nos morimur, q de terra sumus. Ille uero cum exaltata uoce expirauit, qui de cœlo descendit. The. Et q morti dominatur & præcepit, sicut dominus potestatiue expirat. Qualis autē hæc uox fuerit Lucas declarat Pater (inquit) in manus tuas commendo spiritum meum. Etenim Christus ex tunc per hoc nobis voluit declarare, ꝙ sanctorum animæ in manus Dei ascendunt. Nā prius ab inferis omnium animæ tenebātur, donec uenit qui prædicauit captiuis remissionē.

Eclipsis cōtra naturam.

Allegoria passionis.

Milites qui fuerunt.

Vox diuina inualuit.

Et uelū tēpli scissum est in duo, à summo usq; deorsum. Videns āt Centurio q ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo filius Dei erat. Erāt āt & mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene. & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome, & cum esset in Galilæam, sequebantur eum & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam.

Glo. Postquā narrauit Euangelista passionem & mortem Christi tunc prosequitur de his quæ post mortē domini cōtigerunt.

Veli scissura quid significet

funt. vnde dr: Et ue. tépli. &c. Hier. Velum tépli scindit, idest cęlū aperit. The. Scissū est ét velū innuēte Deo, ꝙ Spiritus sancti gratia a téplo recedit & scindit vt sancta sanctorū ab oíbus uidenda essent, & ꝙ téplū lugebit in Iudæis cū calamitates deplorabunt & uestimenta scindét. Hoc ét & téplum animatū. s. corpus Christi osté dit, in cuius passione uestimentū eius lacera tum est. s. caro & aliud etiam significat. Caro namq; uelum est nostri templi. s. métis nostræ. Virtus autem carnis scissa est in Christi passionibus à summo usque deorsum. s. ab Adā usq; ad ultimos homines. Nā & Adā effectus est saluus per passioné Christi, & eius caro nō manet sub maledicto, neque digna est corruptione, sed omnes in corruptione honoratissimus. Vidés autem Centurio. Centurio dr qui centū militibus præest. Videns āt ꝙ ita potestatiuè & dominabiliter expirasset, miratus est & confessus est. Bed. Manifesta āt causa miraculi Céturionis exponit, ꝙ videns dn̄m sic expirâsse. i. spiritum emisisse dixerit: Ve. ho. hic fi. Dei erat. Nullus. n. habet potestaté mittendi spiritū, nisi qui animarū conditor est. Aug. 4. de Tri. Et hoc maxime miratus est ꝙ post illā uocé in qua figurā peccati nostri ædidit continuo tradidit spiritū. Demōstrauit. n. spiritus mediatoris ꝙ nulla pœna peccati usque ad mortē carnis eius accesserit, qa nō eū deseruit inuitus, sed quomodo uoluit, quippe Dei uerbo ad unitaté personæ coniūctus. Hic. Nouissimi autem nūc primi efficiunt. Géntilis confitetur populus, Iudæa cœcata negat, ne fiat eis error peior priore. The. Et sic ordo conuertitur dum Iudæi occidunt & Gétilis confitetur, & Discipuli fugiūt; & mulieres expectant. Sequitur. n. Erant autē & mulieres &c. Salome dicta est mater filiorum Zebedæi. Orig. Opinatus autem sum hoc uidens apud Matthæum & Marcū hic tres præcipuas mulieres nominatas, & duas quidem uterque Euangelista exponit, Mariam Magd. & Mariā Iac. Tertia autem à Matthæo dicit mater filiorum Zebedæi, à Marco auté tertia illa Salome appellatur. Bed. Iacobum autem minorem dicit Iacobum Alphei, quia & frater dn̄i dicebatur, eo ꝙ esset filius Mariæ

Ordo cōuersus.

materteræ dn̄i, cuius meminit Ioānes, dicens: Stabant iuxta crucé Iesu mater eius, & soror matris ei⁹ Maria Cleophe, & Maria Mag. Mariā āt Cleophe uf eam dicere à patre siue cognatione. Vocabat aūt minor Iacobus ad distinctioné maioris Iacobi, uidelicet filij Zebedæi, qui inter primos Apostolos uocatus est à domino. Cōsuetudinis autem Iudaicæ fuit, nec in ducebat in culpā more gétis antiquæ, ut mulieres de sua substantia uictū atq; uestitū pceptoribus ministrarent. uñ sequit: Et cū esset in Galilæa &c. Ministrabat dn̄o quidé de substantia sua, ut meteret earū carnalia, cuius ille metebāt spiritualia. & ut typum ostenderet magistrorum, ꝙ uictu atque uestitu ex Discipulis deberent esse cōtenti. Sed uideamus quales comites habuerint. Sequit. n. Et aliæ mul. quæ simul cum eo ascen. Hieros. Hier. Sicut non excludit muliebris sexus à salute per Mariā uirginem, ita non repellitur à misterij crucis scientia, & resurrectionis per uiduam, Magdalenam Mariam, & cæteras matres:

Et cum iam sero esset factum, (quia erat parasceue quod est ante sabbatum) uenit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset. Et accersito Cēturione interrogauit eum, si iā mortuus esset. Et cum cognouisset à Centurione, donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus syndonem, & deponens eum inuoluit in syndone, & posuit eum in monumento quod erat excisum in petra, & aduoluit lapidem ad hostium monumenti. Maria autem Magdalene, & Maria Ioseph aspiciebant ubi poneretur.

Glo. Post passionem & morté Christi Euangelista sepulturā eius enarrat dicens, Et cum iam &c. Bed. parasceue græcè, latinè pparatió dr, quo nomine Iudæi qui inter grecos morabantur sextam sabbati appellabant, eo ꝙ in illo ea quæ requiei sabbati necessariæ essent, pparare solerét. Quia ergo sexta die homo factus est, septima auté die cōditor ab omni opere suo requieuit, recte Saluator sexta die crucifixus humanę restaurationis impleuit arcanum. Sabbato auté in sepulchro quiescés, resurrectionis, q̄ octaua die ventura erat, expecta-

Parasceue interpretatio.

expectabat euentum. Sic & nos in hac quidem seculi ætate mūdo necesse est crucifigi; in septima vero die, idest cū mortis qs debitū soluit, corpora quidē in tumulis, animas āt secreta in pace cū dño post bona opera oportet quiescere; donec octaua ętate ēt corpora ipsa resurrectione glorificata cū aīabus incorruptionē accipiāt. Talē āt esse debebat qui corpus dñi sepeliret, qui ēt per iustitiam meritoriū tali ministerio dignus esset, & per nobilitatē potētiæ secularis facultatē posset obtinere ministrādi, & ideo dr̃ nobilis decurio expectās regnum Dei. Decurio vocatur ꝙ sit de ordine curiæ, & officium curiæ administraret, qui etiam curialis à procurādo munera ciuilia solet appellari. Arimathia autē ipsa est Romata in ciuitas Helchanæ & Samuelis. Hier. Quæ interpretatur deponēs, de qua fuit Ioseph, qui venit ad deponendum corpus Christi de cruce. sequitur; Et au. in ad. Pi. & pe. cor. Ie. Theo. Audet ausum laudabilem; nō excogitauit à diuitijs decidā, & expellar à Iudæis, si corpus petam eius, qui est blasphemus cōdemnatus. sequitur: Pi. autem mi. si iam obijsset. Putabat enim ꝙ diu viueret in cruce, sicut & latrones in patibulo viuebāt diu. sequitur: Et ac. cen. inter. eum si iā mortuus esset, scilicet ante horam quā cæteri mori consueuerunt. sequitur: Et cum cog à cen. scilicet ꝙ mortuus esset, donauit corpus Ioseph. Bed. Nō autem quilibet ignotus, aut mediocris ad præsidem accedere & crucifixi corpus poterat impetrare sequitur: Ioseph autem mer. syn. &c. The. Preciosum corpus preciose sepeliens, cum enim esset discipulus domini, sciebat qualiter corpus dñi honorari deberet. Beda. Possūmus āt secundū intelligētiā spiritualē hoc sentire, ꝙ corpus dñi nō auro non gēmis & serico, sed linteamine puro obuoluendū sit. hinc ecclesiæ mos obtinuit, vt sacrificiū altaris non in serico, neq; in pāno tincto, sed in lino terreo celebret, sicut corpus est dñi in syndone mūda sepultū, iuxta qđ in gestis pontificalibus à B. Syluestro legimus esse statutū quāquā & hoc significet ꝙ ille in syndone mūda inuoluit Iesum, qui pura eū mente susceperit. sequitur. Et ponens eum &c. dr̃ ꝙ mo-

Mos ecclesiæ.

numentum dñi domus rotunda fuit, de subiacente rube excisa tantæ altitudinis, vt homo rectus existens vix extensa manu culmen posset attingere, & habet introitū ab oriente, cui lapis magnus inuolutus atq; impositus est in eius parte aquilonari: ipsum sepulchrū, idest locus dominici corporis de eadē petra factū est 7. habens pedes longitudinis, triū palmarū mēsura à pauimento altius eminens. qui. s. locus nō de super, sed à latere meridiano ꝑ totū patet, vnde corpus inferebatur. Color autem monumenti & loculi albo & rubeo dicitur esse permixtus. Hie. Sepultura autem Christi resurgimus, descensione eius ad inferos nos ascendimus ad cœlos; hic inuenitur mel in ore leonis mortui. Theo. Imitemur autem & nos Ioseph, recipientes Christi corpus per vnitatem, & ponamus illud in monumento exciso de petra, id est in anima memorante & non obliuiscente Deum; illa enim anima est ex petra excisa, idest ex Christo qui est petra qui continet firmitatem. Inuoluere ēt debemus ipsum in syndone, idest in corpore puro suscipere. Syndon nāq; est corpus quod est animæ indumentū. Decet. n. non solū pura anima corpus Christi suscipere, sed in corpore puro. Inuoluere autē oportet, sed nō aperire, nā secretum clausum est & occultum Sequitur; Maria autē Mag. & Maria Ioseph &c. Be. In Luca legimus ꝙ stabāt noti eius à longe & mulieres quæ secutæ erant eum. His ergo notis Iesu post depositum eius corpus ad sua remeātibus, solæ mulieres quæ arctius amabant funus subsecutæ, quomodo poneretē respicere curabant, vt ei tempore cōgruo munus possent deuotionis offerre. Die āt parasceues sanctæ mulieres. i. aīæ humiles idem faciunt, cū amore Saluatoris feruentes passionis eius vestigijs in hoc seculo, quo præparanda est requies futura, diligenter obsequuntur, & si forte valeāt imitari pia curiositate quo ordine sit eius passio completa, perpendunt. Hie. Hęc etiam congruunt ad populum Iudaicum in fine credentē, qui nobilitatur fide, vt Abrahæ sit filius, deponit desperationem, expectat regnū Dei. Intrat ad Christianos, vt baptizetur, quod significat nomē Pilati, idest

Tropologia pulchra

mallea-

malleatoris, qui domat ferrea gẽtes, ut regat eas in virga ferrea, & petit sacrificiũ qđ donatur pęnitẽtibus in fine viaticũ, & corde mũdo, & peccatis mortuo inuoluit munimine fidei stabilitũ operculo spei p opera charitatis concludit. Finis enim pręcepti est charitas, aspicientibus à lõge electis qui sunt stellæ maris, quoniam (si fieri potest) scandalizabantur etiam electi.

CAPVT XVI.

ET cũ transisset sabbatũ Maria Magdalene, et Maria Iacobi, et Salome emerũt aromata ut uenientes ungerẽt Iesũ. Et ualde mane una sabbatorũ, uenĩũt ad monumẽtũ orto iã sole. Et dicebãt adinuicẽ. Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumẽti? Et respicientes, uiderũt reuolutũ lapidẽ. Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in monumentũ, uiderũt iuuenẽ sedentẽ in dextris coopertũ stola candida, & obstupuerunt. Qui dicit illis, Nolite expauesc. Iesum queritis Nazarenũ, crucifixũ, surrexit, non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite Discipulis eius, & Petro, quia præcedet nos in Galilæam; ibi eum uidebitis sicut dixit uobis. At ille exeuntes fugierunt de monumento; Inuaserat enim eas tremor & pauor, et nemini quicquam dixerunt. Timebant enim.

Sabbati gaudiũ.

Hier. Post sabbati tristitiam fœlix irradiat dies, quæ primatum in diebus tenet, luce prima in eo lucescente, & dño in eo cum triũpho resurgente. vnde dr: Et cũ tran. sab. Maria Mag. &c. Gl. Religiosæ. n. mulieres sepulto dño cum licuit operari, id est vsque ad solis occasum vnguẽta parauerunt, vt Lucas dicit. Et quia præ angustia temporis nõ poterãt explere, mox transacto sabbato, i. occidente sole, vt operãdi licẽtia redit, festinauerunt emere aromata, sicut Marcus dicit vt venientes mane vngerent corpus Iesu, nẽq; vespere sabbati poccupãte iã noctis articulo, monumẽtum adire ualuerũt. vñ sequitur; Et valde mane una sabbatorũ &c. Seue. Mulieres hoc loco fęmine deuotione discurrũt, q̃ nõ vt viuẽti fidẽ, sed ut mortuo vnguenta deferũt ad sepulchrũ; & ut sepulto parãt męroris obsequia, nõ vt resurgẽti pparãt diuinorũ gaudia triumphorum Theo. Nõ. n. magnitudinẽ atq; dignitatẽ diuinitatis Christi sapiũt. Venerũt ãt iuxta consuetudinem Iudęorum, vngere corpus Iesu, vt scilicet maneret odoriferũ, & ne humilitate scaturiret; nã aromata virtutẽ habẽt desicatiuã, humiditatẽ corporis absorbentia, vnde incorruptum corp⁹ conseruant. Greg in ho. Nos autem in eũ qui est mortuus credentes, si odore uirtutum refecti cum opinione bonorum operum dominum quærimus, ad monumentum illius cum aromatibus venimus. Sequitur, Et valde mane vna sabbatorũ, venĩũt ad &c. Aug. de con. euan. Quòd Lucas dicit valde diluculo, & Ioannes manet, cũ adhuc tenebræ essent, hoc intelligitur. Marc⁹ dicere, valde mane orto iam sole; id est cum cœlum ab orientis parte albesceret, quod fit vtique solis orientis vicinitatis. Eius enim est ille fulgor, qui nomine auroræ, appellari solet, ideo non repugnat ei qui ait, Cum adhuc tenebræ essent. Die quippe surgẽte, aliquę reliquiæ tenebrarum tãto minus sunt, quanto magis oritur lux; nec accipiẽdũ est quod ait; Valde mane orto iam sole; tanquã sol ipse iã videretur super terram, sed de proximo adueniente in has partes sole, id est ortu suo iã cœlum illuminare incipiente. Hier. Valde ergo mane dicit, quod alius Euãgelista dicit diluculo. Diluculum aũt est inter tenebras noctis, & diei claritatẽ, in qua salus humani generis prouenit, fœlici uicinitate in ecclesiam declarãda more solis, qui proxima luce consurgens, roseam præmittit auroram, vt gratiam præclari splẽdoris præparatis oculis possit intueri, quando tempus dominicæ resurrectionis illuxit, ut tunc laudes Christi tota caneret secundum exemplum fœminarũ ecclesia, quando genus humanũ exẽplo suæ resurrectionis animauit, quando vitã pręstitit, & lumen credulitatis infudit. Beda. Sicut autem q̃ ualde mane mulieres venerunt ad monumentum, iuxta historiam, magnus feruor charitatis ostenditur, ita iuxta intellectum mysticũ nobis datur exemplum, vt illuminata facie discussisque vitiorum tenebris, odorem bonorum operum domino, & orationum suauitatem

Vnctio corporũ vnde.

Consensus euangelicus.

suauitatem studeamus offerre. The. Dicit auté, una sab. idest primadierum hebdomadę. Sabbata nanque dies hebdomadę nuncupantur; una uero dicitur prima. Bed. Vel prima sabbatorū, prima dies est à die sabbatorum .i. requietionū q̄ in sabbatis custodiebantur. sequit̄; Et dic. adin. Quis reuoluet &c. Seue. Obscuratū erat uestrū pectus, oculi clausi, & ideo patefacti sepulchri gloriam prius nō uidebatis. sequitur. n. Et res. ui. reuol. la. Beda. Quomodo lapis per Angelum reuolutus sit, Matthęus sufficienter exponit. Hęc reuolutio lapidis mysticè reserationem sacramentorum Christi, quę uelamine literæ legalis tenebantur, insinuat: lex enim lapide scripta est. sequit̄; Erat quippe magnus ualde. Seue. Et plus iā magnus merito, quā forma, quo Creatoris mūdi corpus et claudere & operire sufficit. Greg. mulieres auté Angelos uidēt, q̄ cū aromatibus uenerunt, q a illę métes supernos ciues aspiciunt, q̄ cū uirtutibus ad sancta desideria ueniūt. vñ sequit̄; Et intro. in monumētū &c. The. Si Matthæus dicit Angelū sedere sup lapidé, Marcus uero q mulieres introeuntes monumentū uiderūt sedenté iuuené, nō mireris nā qué uiderunt prius sedenté ipsum etiā intus in monumēto postmodū uiderūt: Aug. de con. euan. Aut intelligamus Matthæum tacuisse de illo Angelo quem intrantes uiderunt, Marcū uero de illo quem foris super lapidem sedétē uiderūt, ut duos uiderint, & a duobus sigillatim audierint quę dixerunt Angeli de Iesu, aut certe intrantes in monumentum, in aliqua septa macerie debemus accipere, qua cōmunitū locū tunc fuisse credibile est in aliquo spatio ante petrā, qua excisa locus factus fuerat sepulturæ, ut ipsum uiderint in eodem spatio sedétem à dextris quem dicit Matthæus sedétem super lapidem. Theoph. Quidam autem dicunt quod aliæ fuerūt mulieres, quæ dicūtur à Matthęo, aliæ quæ à Marco; sed Maria Magd. sequebatur omnes feruidā festinationem habens & ardentem affectū. Seueri. Introierunt ergo mulieres ad sepulchrum, ut consepultæ Christo, Christo cōsurgerent de sepulchro; uident iuuené, ut cernerét nostrę resurrectionis ætaté, quia nescit resurrectio senectuté, & vbi nasci, moriq; nescit, ibi ætas nec admittit detrimēta, nec indiget incrementis. vnde iuuenem, nō senem, non infantem, sed iocundam ætatem viderunt. Bed. Viderunt aūt iuuené sedenté in dextris, i. ad meridianā parté loci illius ubi positū erat. Corpus. n. quod supinū iacés, caput ad occasum, dextrā necesse erat habere ad austrū. Gre. in ho. Quid āt p sinistram, nisi vita psens? Quid vero p dextrā, nisi vita ppetua designat? Quia igit̄ Redéptor noster iam præsentis vitæ corrupionem transierat, recte Angelus, qui nuntiare perénem eius vitā venerat, in dextera sedebat. Seue. Vident ēt iuuenem sedentem à dextris quia resurrectio nil recipit sinistrum. Vident ēt coopertum stola candida. Stola ista nō est ex mortali vellere, sed ex uirtute vitali, splendens cęlesti lumine, nō colore terreno, dicēte propheta. Amictus lumine sicut vestimēto, & de iustis, Tūc iusti fulgebūt sicut sol. Greg. in ho. Vel stola cādida coopertus apparuit, quia festiuitatis nostrę gaudia nūtiauit. cādor etenim vestis splédorem nostræ denuntiat solénitatis. Hie. Vestis ēt cādida, vera lætitia est, hoste depulso, regnoq; adepto, rege pacis quęsito & inuēto & nunquam dimisso. Hoc igit̄ innuens, formam resurrectionis timētib. morté ostendit. Quod āt obstupuerūt, id est quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominibus ascendit, quæ p parauit Deus diligentib. se. Sequitur: Qui dicit illis &c. Greg. in ho. Ac si dicant: Paueant illi qui non amant aduentum supnorum ciuium, ptimescant qui carnalib. desiderijs pressi, ad eorum societatem ptingere se posse disperant. vos autem cur ptimescitis, qui uestros conciues uidetis? Hier. Non. n. est timor in charitate. Quid expauescerent, quæ inuenerūt quem quæsierunt? Greg. in home. Sed iam quid Angelus subiungit, audiamus: Iesum quæritis Nazarenum. Iesus latino eloquio salutatis, idest Saluator interpretat̄. at uero tunc multi Iesus dici poterant, nec tamen substantialiter, sed nūcupatiue, ideo & locus subiūgit̄, ut de quo Iesu dictū sit manifestetur, Nazarenum. Et causam ptinus subdit, Crucifixum. Theo. Non enim erubescit

Supple tur historia

Mulierum deuotio.

Anagogæ resurrectionis.

besc cit

bescit crucem; in hac nanq; salus hominũ est, & beatorũ principiũ. Hier. Radix autẽ amara crucis euanuit. Flos vitæ cũ fructibus erupit. i. qui iacuit morte, surrexit in gloria. vñ addit: surrexit, nõ est hic. Gre. in ho. Nõ est hic, dr̃ ꝑ præsentiã carnis, q tñ nusquã deerat ꝑ præsentiã maiestatis. The. Et q. d. Vultis certificari de eius resurrectione? subdit: Ecce locus vbi posuerũt eũ. Propter hoc.n. & reuoluerat lapidẽ, vt locũ ostenderet. Hier. Ostẽdit ãt immortalitas mortalibus ad gratiarũ actionẽ debitã, vt intelligamus qd fuerimus, & sciamus qd futuri erimus. Sequit: Sed ite, & dicite, &c. Mulieribus dr̃, vt enuncient Apostolis, quia per mulierẽ mors annunciata est, ꝑ mulierẽ vita resurgens. Dicit aũt specialiter: & Petro, qa se indignũ iudicauit discipulatu, cũ ter negauit magistrũ: sed peccata pterita non nocent, qñ non placent. Greg. in ho. Si ãt hunc Angelus non nominatim exprimeret qui magistrũ negauerat, venire inter discipulos nõ auderet; vocat ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Aug. de cõ. euã. Quòd ãt dicit, Præcedat vos, &c. Vr̃ hoc sonare ꝙ Iesus nõ fuit demõstraturus se discipulis post resurrectionẽ in nisi Galileæ; quã demonstrationẽ nunc ipse Marcus cõmemorauit. Quòd.n. dixit, mane prima sabbati apparuit Mariæ Mag. post hæc duob[9] euntibus in villam, factum est in Hierusalem ipso die resurrectionis: deindè uenit ad vltimam manifestationem, quã factã scimus in monte oliueti non longe à Hierusalem. Nunquam igitur commemorat Marcus impletũ quod ab Angelo prænunciatum esse testatur. Matthæus vero nullum alium locum omnino cõmemorat, vbi discipuli postquã surrexit viderint dominum, nisi in Galilæa, secũdum Angeli prædicationem. Sed cum nõ sit expressũ quando id futurum esset, vtrum primũ, antequam alibi ab eis visus esset: idq; ipsum quòd discipulos Matthæus dicit esse in Galilæã in montem, non exprimit diẽ, nec narrandi ordinẽ, non aduersatur quidem Matthæus narrationibus cæterorũ, sed dat eis intelligendi atque accipiendi locum. Veruntamen quòd dominus non ibi primum se demõstraturus erat, sed in Galilæa, vbi postea visus est, se vidẽdum mãdauit, quemuis fidelem facit intẽtum ad quærendum in quo mysterio dictũ intelligatur. Greg. in ho. Galilæa nanque transmigratio interpretatur: iam quippe redemptor noster à passione ad resurrectionem, à morte ad vitam trãsmigrauerat, & nos resurrectionis eius gloriã post læti videbimus, si à vitijs ad virtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo in sepulchro nunciatur, in transmigratione ostendit: quia is qui in mortificatione carnis agnoscitur, in transmigratione mentis videtur. Hie. Breuis ergo sententia in syllabis, sed ingens in quantitate promissio. Ibi est gaudij nostri fons, & salutis æternæ origo præparata. Ibi congregãtur dispersione, & sanantur contriti corde. Ibi inquit eum videbitis, sed non sicut vidistis. Aug. de con. euan. Significatur etiã quòd gratia Christi de populo Israel erat transmigratura ad Gentes, à quibus Apostoli nullo modo prædicãtes susciperẽtur, nisi eis viam dominus in eorum cordibus præueniens præparasset, & hoc est, Præcedã vos in Gal. ibi eum. vid. idest ibi membra eius inuenietis. Sequit: At illæ exeuntes fugerunt de monumẽto. Inuaserat.n. eas tremor & pauor. The. Idest stupor ꝑpter visionem Angeli & admirationẽ resurrectionis. Seuer. Angelus quidẽ sedet in monumento, de monumento fugiunt mulieres: qa ille de cœlesti substantia cõfidit, turbantur istæ de cõditione terrena. Sepulchrum, qui mori non potest, timere nescit. mulieres autem & de præsenti facto tremunt, & sepulchrum vt mortales adhuc mortaliter expauescũt. Hier. Hoc etiam dicitur de futura vita, in qua fugiet dolor & gemitus. Imitantur.n. mulieres ante resurrectionem omnia quæ faciunt post resurrectionem, fugientes mortẽ & pauorem. Sequitur: Et ne. quic. dix. time. enim. Theo. Aut propter Iudæos, aut timore visionis detentæ tacebant hoc qđ audierant. Aug. de con. euang. Quæri autem potest quemadmodũ hoc dicat Marcus, cum dicat Matthæus, Et exierunt citò de monumento, cũ timore & gaudio magno, currentes nũciare discipulis eius, nisi intelligamus ipsorum angelorum nemi-

ni:

Mulieres nunciæ resurrectionis.

Appariationes Christi.

Anagogæ pulchræ.

Consensus euãgelicus.

discida monstratur; sequitur: Et illi euntes nuntiauerunt cæteris, nec illis crediderũt, quod Marcus dicit: Nuntiauerunt cæteris nec illis crediderunt: cũ Lucas dicat ꝙ iá inde loquebantur uere resurrexisse dñm, & Simoni apparuisse; quid intelligendũ est nisi aliquos ibi fuisse qui nollent credere? Theo. Nõ n. de 11. Apostolis hoc dicit, sed de quibusdam aliis, quos cæteros nominat. Hie. Mystice aũt intelligitur ꝙ fides hic laborat agens actiuã uitã, illic cõtẽplatiua secura visione regnat. Hic p̃ speculum contuemur imaginẽ, illic facie ad faciẽ uidebimus veritatem, vnde ambulãtibus. i. laborantibus ostẽsus est in alia effigie, & nunciantibus nõ est creditum, dum sicut Moyse, viderunt quod non sufficiebat eis, qui dicit, Ostende mihi temetipsum. Oblitus. n. carnis suæ postulat in uita ista quod speramus in futura.

Nouissime autem recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum, et durisiam cordis, quia is qui uiderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur, In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt.

Glo. Cõpleturus euangelicã narrationẽ Marcus, nouissimã apparitionem, qua Christus post resurrectionem Discipulis apparuit, cõmemorat. dicens; Nouissime aũt & c. Greg. in ho Notandum aũt quid Lucas in Actibus referat, dicẽs; Cõuescẽs p̃cepit eis ab Hierosolymis ne discederent, & post pauca, Videntibus illis eleuatus est. Comedit. n. & ascendit, vt videlicet per effectum comestionis veritas patesceret carnis, vnde & hic dr̃ ꝙ recumbentibus illis nouissime apparuit. Hier. Apparuit aũt vndecim simul cõgregatis, vt oẽs testes sint & enarrent oĩbus quod cõiter viderũt & audierunt. Sequitur. Et exprobrauit incredulitatẽ eorũ & duritiã cordis eorũ, quia his qui viderant eũ resurrexisse non crediderunt: Aug. de concor.

Signa duplicis naturæ Christo

euan. Qũo aũt nouissime hoc factum est? Nouissimũ quippe illud est, ꝙ dñm in terra Apostoli uiderunt, quod factum est 40. die post resurrectionẽ eius. Nunquid nã tunc exprobraturus erat, ꝙ non credidissent eis qui eum uiderant resurrexisse, qñ iam & ipsi post resurrectionem toties eũ uiderant? Restat igitur ut intelligamus nunc Marcum breuiter cõmemorare uoluisse, & iã dixisse, Nouissime, quia ipso die hoc nouissimum fuit iã incipiente nocturno tempore, posteaquã Discipuli de castello redierunt in Hierusalem, & inuenerunt, sicut dicit Lucas 11 & qui cum illis erãt colloquẽtes de resurrectione dñi. Sed erant ibi utiq; non credentes. His ergo (sicut Marcus dicit) discumbẽtibus, & adhuc inde (sicut dicit) loquentibus, stetit in medio eorũ dñs, & ait illis. Pax uobis, sicut Lucas & Ioannes dicũt. Verbis itaq; dñi quæ tunc eum locutum esse Discipulis Lucas Ioannesq; dixerunt, interponitur & illa exprobratio de qua Marcus hic dicit: Sed hic rursus mouet qũo discumbentibus 11. dicit apparuisse Marcus, si illud tẽpus est diei dñici iam noctis initio? cum aperte Ioannes dicat non cũ eis fuisse Thomã, quem credimus exiisse inde antequã dñs ad eos intraret posteaquam illi duo redeuntes de castello cum ipsis 11. collocuti sunt, sicut apud Lucam inuenitur. Sed Lucas in sua narratione dat locum, quo possit intelligi, dum hæc loquerentur prius inde exiisse Thomam, & postea dñm intrasse. Marcus aũt qui dicit; Nouissime discumbentibus illis 11. apparuit; etiam Thomam illic fuisse cogit fateri. nisi fortè quanuis uno absente. 11. tñ voluit appellare, quia eadem tunc Apostolica societas hoc numero nuncupatur antequam Matthias in locum Iudæ subrogaretur. Aut si hoc durum est accipere, illud accipiamus, post multas demonstrationes eius eum nouissime recumbentib. vndecim apparuisse, idest ipso 40. die. Et quoniam iam erat ab eis ascensurus in cęlum, hoc eis illo die magis exprobrari uoluisse, quia his qui uiderant eum resurrexisse non crediderant, antequam ipsi eum uiderent; cum utique post ascensionẽ suã prædicantibus euangelium et gentes, quæ

nõ uiderunt, fuerant crœdituræ, post illã qppe exprobrationé ait idé Marcus & dixit eis, Euntes in mūdū uniuersum. Et infra. Qui vero nõ crediderit, cõdemnabit. Hoc ergo pdicaturi, nonne ipsi primitus fuerant obiurgandi, qui antequã dñm uidissent, non crediderunt eis, quib. prius apparuisset. Greg. in ho. Iccirco ẽt tunc dñs Discipulos increpauit cũ corporaliter reliquit, vt uerba q̃ recedens diceret, in corde audientiũ arctius impressa remanerẽt. Hic Exprobrat aũt incredulitaté, ut succedat credulitas. Exprobrat duritiã cordis lapidei, ut succedat cos carneũ charitate plenum. Greg. in ho. Increpata igitur eorũ duritia, q̃d admonẽdo dicat audiamus. Sequitur. Euntes in mundũ uniuersum pdicate euangelium omni creaturæ: Oĩs creaturæ noĩe signatur homo. Oĩs.n. creaturæ aliquid hẽt homo, hẽt nãq; eẽ esse cũ lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum aĩalibus, intelligere cum angelis. Omni.n. creaturę pdicatur, quia illa videlicet docetur, pp quem in terra cuncta creata sunt, & à quo oĩa p quandam similitudiné alia nõ sunt. Potest ẽt omnis creaturæ noĩe oĩs natio gentium designari ante.n. dictum fuerat; in uiam Gẽtium ne abieritis. nunc ãt dr̃: Prædicate Euangeliũ omni creaturæ. ut.s. prius à Iudęa Apostolorum repulsa pdicatio, tunc nobis in adiutoriũ fieret, cũ hanc illa ad dãnationis suæ testimoniũ superbe repulisset. Theo. Vel omni creaturæ.i. credenti & non credenti. Sequitur. Qui credi &c. Non.n. sufficit credere nam qui credit & nondũ est baptizatus, sed cathecuminus, nondũ est perfecte salutem adeptus. Gre. in ho. Fortasse aũt unusquisque apud semetipsum dicat, Ego iam credidi, saluus ero. verum dicit, si fidé operibus teneat. Vera etenim fides est, quæ in hoc qđ uerbis dicit, operibus non contradicit. Sequitur: Qui vero non credi. c ond. Beda. Quid adhuc hic dicemus de paruulis, qui p ætate adhuc credere nõ valent? nã de maioribus nulla quæstio est. In ecclesia.n. Saluatoris per alios paruuli credunt, sicut ex aliis ea quę illis in baptismo peccata remittuntur per traxerũt. Sequitur: Sig au. eos qui cre. hæc sequentur, In no. meo dæm.

eii. &c. Theo. Hoc est, dispergent intellectuales, sicut illud. Calcabitis super serpẽtes & scorpiones; intellectualiter intelligitur: Põt ãt intelligi de sensibilib. serpentib⁹, sicut ẽt Paulus a uipera nullũ habuit nocumẽtũ. Sequitur; Et si mort. quid bib. non eis no. Multa talia facta in historiis legimus. Multos nanq; uenena bibita Christi munita signaculo lædere nõ ualebant. Sequitur: Su. æg. ma. im. &c. Greg. in ho. Nunq dãt q a ista signa nõ facimus, minime credimus? Sed hæc necessaria in exordio ecclesiæ fuerunt. ut.n. fides cresceret credẽtium, miraculis fuit nutrienda: quia & nos cum arbusta plantamus, tandiu eis aquã fundimus, quousq; ea in terra cõualuisse uideamus, & si semel radicem fixerint, à rigãdo cessamus. Habemus de his signis atq; virtutib. q̃ adhuc sub illius cõsiderare debeamus. Sãcta quippe ecclesia quotidie spiritualiter facit, quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat. Nã sacerdotes eius cũ p exorcismi gratiã manum credentibus imponũt, habitare malignos spiritus in eorũ mẽtibus cõtradicũt, quid aliud faciũt, nisi dæmonia eiciunt? Et fideles quiq; qui iã secularia uerba derelinquunt, sancta ãt mysteria insonẽt, linguis loquũtur nouis, qui dũ bonis suis exhortationib. malitiã de alienis cordib. auferũt, serpẽtes tollũt, & dũ pestiferas suasiones audiũt, sed tñ ad operatione prauã minime ptrahunt, mortiferũ est q̃ bibunt, sed nõ eis nocebit. q̃ quoties proximos suos in bono opere infirmari cõspiciunt, dum exẽplo suæ operationis illorũ uitã roborãt, sup ægros manus imponunt, ut bene habeant. Quæ nimirũ miracula tãto maiora sunt, quãto spiritalia, & quanto per hæc non corpora, sed animæ suscitantur.

Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt ubique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Hæc. Dñs Iesus qui de cœlo descenderat ad liberandam infirmitatis nostræ naturam; ipse ẽt super cœlos ascendit. vnde: Et dominus quidem &c. Aug. de cõ. euã. In quo satis uidetur ostẽdere nouissimum cũ illis in terra pręmissũ habuisse sermonem

Marginalia: Homo ois creatura. — Signa mystica dantur.

nem

tem, quamuis non omnimodo ad id coarctari videatur. nó enim ait: Postquam hęc locutus est eis. vnde admittit si necessitas cogeret, non illam fuisse locutionem, sed ad omnia quæ cũ eis omnibus illis diebus locutus est, posse pertinere quod dictũ est. Postquam locutus est eis, assumptus est in cęlum. Sed quia ea quæ supra diximus magis suadent nouissimum diem fuisse ideo post pręmissam locutionem quã Marcus commemorauit, adiunctis etiam illis verbis quæ commemorantur in actibus Apostolorum, credendum est assumptum esse dominum in cœlum. Gre. in ho. In veteri testaméto cognouimus quòd Helias sit raptus in cœlum. Sed aliud est cœlum æthereum, aliud cœlum aereum. Cœlum quippe aereum terræ est proximum: In cœlũ itaque aereum Helias subleuatus est, ut in secreta quadam regione terrę repente duceretur, ubi in magna iã carnis & spiritus quiete viueret, quoadusq; ad finem mundi redeat, & mortis debitũ soluat. Notandum quoq; est quod Helias in curru legitur ascendisse, vt videlicet aperte illis demonstraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Redemptor autẽ noster non curru, non Angelis subleuatus legitur. quia qui fecerat omnia, super omnia sua virtute ferebatur. Considerandum vero nobis est quod Marcus subdit; Et sedet à dextris Dei, cum Stephanus dicat, Video cœlos apertos, & filiũ hominis stãtem à dextris Dei. sed sedere iudicantis est, stare vero pugnantis vel adiuuãtis. Stephanus ergo in laboris certamine positus stãtem uidit, quem adiutorem habuit, sed hunc post assumptioné Marcus sedere describit, quia post assumptionis suę gloriam iudex in fine uidebitur. Aug de symbolo Sessioné igitur istam nó accipiamus, quasi sit in humanis membris positus, tãquam pater sedeat in sinistra, & filius sedeat à dextris, sed ipsam dexterã, intelligimus potestatem, quã accepit ille homo à Deo, ut ueniat iudicaturus, qui primo venerat iudicandus. Sedere enim, habitaré intelligitur quomodo do dicimus de quocũq; homine, in illa patria sedit per tres annos. Sic ergo credite habitare Christum in dextera Dei patris. Beatus n. est & habitat in beatitudine, quæ dextera patris uocatur. Ibi. n. omnis dextera est, quia nulla est ibi miseria. Sequitur: Illi autẽ profecti præd. ubiq; &c. Beda. Nota quod Marcus euangelista euangelium suum quãto inchoauit tardius, tanto in longinquiora tempora scribendo porrexit. ab initio. n. euãgelicæ prędicationis quod a Ioanne factum est cœpit, & ad illud vsq; tempus narrando peruenit, quo Apostoli idem euangelij verbum per totum orbem seminauerũt. Grego. in ho. Quid autem in his considerandum est, nisi quod præceptum obediẽtia, obedientiam uero signa secuta sunt? Præceperat enim dominus; Euntes in mundũ vniuersum, prædicate euãgelium. & in Actibus, Eritis mihi testes vsq; ad extremum terræ. Aug. ad Esic. Quo autem pacto ab Apostolis est prædicatio ista cõpleta, quãdo vsque adhuc sunt gẽtes, in quibus modo cœpit, & in quibus nondum cœpit impleri? Non vtiq; hoc à domino sic mandatum est Apostolis tanquam ipsi soli, quibus tunc loquebatur tantum munus fuerint impleturi, sed sicut eis solis videtur dixisse, Ecce ego uobiscum sum usque ad cõsummationem seculi: quod tamen eũ vniuersæ ecclesiæ promisisse, quę aliis morientibus, aliis nascentibus, hic usq; in seculi consummationem futura est, quis nõ intelligat? Theo. Sciendum est autem & hic, quod sermo per opera confirmatur, sicut in Apostolis tunc operationes confirmabant sermonem sequentibus signis. Fiat autẽ ò Christe, vt nostri sermones, quos de virtute dicimus, per opera confirmentur, & actus, vt tandem simus perfecti te cooperante in omnibus verbis & operibus, quia te decet, & sermonum, & operum gloria.

Consensus Euãgelicus.

Ascẽsio Christi diuina.

AMEN.

INCIPIVNT CAPITA EVANGELII MARCI PER ORDINEM.

Feria tertia post dñicã in ramis palmarum. Erat pascha azymorum. 14
Dominica in sancta pascha, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome. 16
In ascẽs. dñi. Recũbẽtib. 11. discip ultim.
Dominica 6. post pẽtecosten. Cum turba esset cum Iesu, nec ha. &c. 8
Dominica 11. Exiens Iesus de finibus. 7
In decollatione Ioãnis Baptistę. Misit Herodes ac tenuit Ioãnem, & vinculis. 6
In uigilia sancti Iacobi Apostoli. Accessẽrunt ad Iesum Iacobus & Ioannes. 10
In sanctorũ Cyriaci, Largi, & Smaragdi. Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangel. 16
In natali confessorum. Videte, vigilate, & orate. 13
Feria 4. quatuor temporum Septembris. Respondens unus de turba. 9
Sabbato 1. quadragesimę. Cũ sero esset. 6

Hieronymus in Catalogis Scriptorum Ecclesiasticorum.

MATTHAEVS qui et leui ex publicano Apostol. primus in Iudæa propter eos, qui ex circumcisione crediderant, Euangeliũ Christi hebraicis literis, uerbisq; cõposuit. Quod qui postea in Græcum trãstulerit, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur usq; hodie in Cæsariẽsi bibliotheca, quã Pãphilos martyr studiosissime confecit. Mihi quoq; à Nazaræis qui in Berœa urbe Syriæ hoc uolumine utuntur, describẽdi facultas fuit. In quo animaduertendum, quod ubicunq; Euãgelista, siue ex psona sua, siue ex persona dñi Saluatoris, ueteris scripturæ testimonijs utitur, non sequatur septuaginta trãslatorum authoritatem, sed Hebraicam, è quibus illa duo sunt, Ex Aegypto uocaui filium meum. Et, Quoniam Nazaræus uocabitur.

MARCVS discipulus & interpres Petri, iuxta qđ Petrũ referentẽ audierat, rogatus Romæ à fratribus breue scripsit Euãgelium, Quod cũ Petrus audisset probauit, & ecclesia legẽdum sua authoritate edidit, sicut Clemens in sexto Hypotyposeon libro scripsit. Et Papias Hierosolymitanus episcopus meminit huius Marci, et Petrus in epistola 1. sub nomine Babylonis, figuraliter Romã significãs: Salutat uos q̃ in Babylone coelecta, & Marcus filius meus. Assumpto itaq; euangelio quod ipse confecerat, perrexit Aegyptũ, et primus Alexãdriæ Christum annuncians, constituit ecclesiã, tanta doctrinæ, & uitæ cõtinẽtia, ut oẽs sectatores Christi ad exẽplum sui cogeret. Deniq; Philo disertissimus Iudæorum, uidẽs Alexandriæ primam ecclesiã adhuc Iudaizãtem, quasi in laudem gentis suę librum super eorũ conuersatione scripsit, & quomodo Lucas narrat Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia, sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autem octauo Neronis anno, & sepultus Alexandriæ, succedente sibi Aniano.

LVCAS medicus Antiochensis, ut eius scripta indicant Græci sermonis non ignarus fuit: sectator Apostoli Pauli, & oĩs peregrinationis eius comes: scripsit euangelium, de quo idẽ Paulus; Misimus, inquit, cum illo fratrẽ, cuius laus est in euãgelio p omnes ecclesias. Et ad Colossenses, Salutat uos Lucas medicus charissimus, Et ad Timotheũ, Lucas est mecũ solus. Aliud quoq; edidit uolumẽ egregium, qđ titulo Praxis apostolon pnotatur, cuius historia usq; ad biennium Romæ cõmorantis Pauli peruenit, idest, usq; ad quartũ Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadẽ urbe librũ esse compositum. Igitur Periodos Pauli, & Theclæ, & totã baptizati Leonis fabulam inter Apocryphas scripturas cõputamus. Quale.n. est, ut indiuiduus comes Apostoli inter cæteras eius res, hoc solũ ignorauerit? Sed & Tertullianus uicinus eorũ tẽporum, refert presbyterum quendam in Asia Spoudasten Apostoli Pauli cõuictũ apud Ioannẽ, q author esset libri & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidisse quidam suspicantur quotiescunq; in epistolis suis Paulus dicit iuxta Euangelium meum, de Lucæ significare uolumine, & Lucam non solum ab Apostolo Paulo didicisse Euãgelium, qui cum dño in carne non fuerat, sed & à cæteris Apostolis quod, ipse quoqs in principio sui uoluminis declarat, dicens: Sicut tradiderũt nobis q à principio ipsi uiderunt, & ministri fuerũt sermonis. Igitur Euangelium sicut audierat, scripsit. Acta uero Apostolorum sicut uiderat, composuit. Vixit octoginta & quatuor annos, uxorem non habens. Sepultus est Cõstãtinopoli, ad quã urbem uigesimo Constantij anno ossa eius cum reliquis Andreæ Apostoli translata sunt de Achaia.

SVPER

SVPER EVANGELIO SANCTI LVCAE CONTINVVM SANCTI THOMÆ

PROOEMIVM.

INTER cæteraincarnationis mysteria, quæ Esaias propheta diligenter & apertè prænunciat, dicit. Induam cœlos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum, dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum qui lapsus est verbo. Erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum. Ex quibus verbis accipere possumus. Euangelij secundum Lucam materiam, modum scribendi, finem et conditionem scriptoris. Aug. de con. euan. Lucas enim circa sacerdotalem domini stirpem atque personam magis occupatus uidetur, unde per uitulum significatus est, propter maximam victimam sacerdotis. Amb. Vitulus enim sacerdotalis est uictima, unde bene congruit uitulo hic Euangelij liber, qui à sacerdotibus inchoauit, & consummauit in uitulo, qui omnium peccata suscipiens pro totius mundi uita est immolatus, & ipsam uituli immolationem Lucas stilo quodam pleniore diffudit. Glo. Quia igitur passionem Christi principaliter exponere Lucas intendit, huius Euangelij materia significari potest in eo quod dicitur; Induam cœlos tenebris, & saccum ponã operimentum eorum. Nam ad literam in passione tenebræ factæ sunt, & in discipulis fides obscurata est. Hier. sup. Esa. Et Christus despectus erat, & ignobilis quando pendebat in cruce, & absconditus est vultus eius atq; despectus, ut humano corpore diuina potentia celaretur. Hiero. Sermo autem Lucæ tam in euangelio quàm in Actibus apostolo. comptior est, & sæculari redolet eloquentia. unde subditur. Dominus dedit mihi linguam eruditam. Amb. Nam licet scriptura diuina mundana euacuet sapientiæ disciplinã, q. in maiore fucata verborum ambitu q. rerum ratione subnixa fit; tñ si quis in scripturis diuinis etiam illa quæ imitanda illi putant q̃rat, inueniet. Sanctus enim Lucas velut quendam historicum ordinem tenuit, & plura nobis gestorũ dñi miracula reuelauit; ita tamen ut omnes sapientiæ virtutes, Euangelij ipsius complecteretur historia. Quid enim præcellentius ad sapientiam naturalem, quàm quòd Spiritum sanctum creatorem etiam dominicæ incarnationis extitisse reserauit? Docet moralia in eodem libro, quemadmodum scilicet amare inimicum debeam. Docet etiam rationalia, cum lego: quoniam qui fidelis est in minimo, & in magno fidelis est. Euseb. in ecclesiast. historia. Is ergo genere quidem Antiochenus, arte medicus secundum hanc medicinam quam ex Apostolorum, vel societate uel traditione susceperat, duos nobis medicinales libros, quibus non corpora, sed animæ curentur explicuit, unde sequitur. Vt sciam sustentare eum qui lapsus est uerbo. Hier. super Esaiam. Dicit enim se à domino accepisse sermonem, quoniam lapsum errantemque populum sustentet & reuocet ad salutem. Græcus expositor. Cum autem Lucas bonæ indolis esset & capacitatis strenuæ, & Græcorum scientiã consecutus est, Grammaticam siquidem atque Poesim adeptus perfecte. Rhetoricam autem, & persuadendi leporem assecutus ad plenum, neque Philosophiæ muneribus caruit, denique & Medicinam acquirit. Et quoniam naturæ uelocitate satis de humana gustauerat sapientia, ad altiorẽ conuolat. Accelerat igitur ad Iudæam, & uisibiliter, & uerbo tenus Christum adit. Cumque ueritatem cognosceret, uerus efficitur Christi discipulus, plurimũ magistro commoratus. Gl. Vnde subditur: Erigit mane, quasi à iuuentute ad secularem sapientiam. Mane erigit mihi autem ad diuina, ut audiam quasi magistrum, scilicet ipsum Christum. Euse. in ecclesiast. historia. Tradunt aũt quod euangelium suum ex Pauli ore conscripserit, sicut & Marcus quæ ex Petri ore fuerant prædicata conscripsit. Chry. super Matthæum. Vterque autem eorum magistrum imitatus est. hic quidem Paulũ super flumina fluentem: ille autem Petrum breuiloquio studentem. Aug. de con. euan. Eo autẽ tempore scripserunt quo non solum ab ecclesia Christi, uerumetiam ab ipsis adhuc in carne manentibus Apostolis probari meruerunt. Et hæc proœmialiter dicta sufficiant.

Figura Luc. euangelistæ.

Historia sancti Lucę

PROEMIVM LVCAE.

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationes, quæ in nobis completæ sunt rerum, sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi uiderunt & ministri fuerunt sermonis, uisum est & mihi assecuto à principio omnia diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, ut cognoscas eorum uerborum de quibus eruditus es ueritatem.

Euangelia Apocripha taxãtur.

Euse. in ecclesiast. histo. Lucas in initio Euãgelij sui causam cur scripserit indicauit, uidelicet quoniam multi alij temere ꝑsumpserant enarrare res quę sibi magis erant ad liquidũ cõpertæ. Et hoc est quod dicit; quoniã quidé multi conati sunt ordinare narrationes rerũ. Amb. Nam sicut multi in Iudæorum populo diuino infusi spiritu propheтauerũt, alij ãt pseudoprophetæ erãt potius quã prophetæ; sic & nunc in nouo testamẽto multi Euangelia scribere conati sunt, quę boni nũmularij nó probarunt, & aliud quidé ferĩ Euangeliũ quod duodecim scripsisse dicunĩ. Ausus est etiã Basilides Euangeliũ scribere. Fertur aliud secũdũ Thomã, & aliud secundum Matthiã. Bed. Multos ergo eos non tã numerositate quã hæreseos multifarie diuersitate cõmẽdat, qui nó Spiritus sancti munere donati, sed uacuo labore conati magis ordinauerũt narrationé, quã hystoriæ texuerũt ueritaté. Amb. Qui.n. conatus est ordinare suo labore conatus est, nec impleuit, suo conatu. Sũt.n. & donationes & gratia Dei; quę ubi se infuderit, rigare cõsueuit, vt nó egeat, sed redundet scriptoris ingeniũ. Et ideo bene dicit: Rerũ quę in nobis cõpletæ sunt, uel quæ in nobis redundant: quod.n. redundat, nulli deficit, & de completo nemo dubitat, cum fidem effectus astruat, exitus prodat. Orige. Dicit autem, Rerum: quia non secundum phantasiam iuxta hæreticos exercuit Iesus carnalem ipsius aduentum, sed cum ueritas esset, re uera negocium prosecutus est. Affectũ aũt suũ indicat ex hoc quod ait. Quę in nobis completæ sunt, idest quæ in nobis manifestissimã sunt ostensæ. certa.n. fidẽ & ratione cognouerat, neq; in aliquo fluctuabat. Chry. Euangelista autem nõ solum testimonio cõtentus est proprio, sed ad Apostolos totum refert, inde robur uenaĩ sermoni, & ideo subdit; sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderũt. Eus. in eccl. hist. Certus est quod ueritatem, uel Paulo exponẽte, vel alijs Apostolis qui ab initio ipsi uiderant, vel sibi tradiderãt, cõsecutus sit. Chry. Dicit autem: Viderũt, quia hoc maxime robur nãci scitur credulitatis, quod addiscitur ab his qui præsentialiter uiderunt. Orig. Palam est autem quod cuiusdam doctrinæ finis, est in ipsa doctrina, sicut Geometriæ: alterius uero doctrinæ finis in opere computatur, sicut Medicinæ: & ita est in sermone Dei. Et ideo postquam significauerat sciẽtiam, ex hoc quod dixerat, Ipsi uiderunt: demõstrat opera, ex hoc quod sequitur, Et ministri fuerunt sermonis uel uerbi. Amb. Nam congruit ista locutio, ut maius mysteriũ uerbi quã auditũ esse credamus; sed quia non prolatiuũ uerbũ substãtiale significaĩ, nõ vulgare verbũ, sed cœleste intelligamus, cui Apostoli ministrarũt. Cyr. Quòd aũt dicit huiꝰ uerbi uisores fuisse Apostolos, cõcordat cũ Ioãne qui dicit, Verbũ caro factũ est & habitauit in nobis, & uidimꝰ gloriã eius. Verbũ nanq; mediante carne uisibile factũ est. Amb. Nõ solũ autẽ secũdum corpus uiderunt dominum, sed etiã secundum uerbum. Viderũt enim uerbũ, qui cum Moyse & Helia uiderunt gloriã verbi alij non uiderunt, qui corpus tantũ uidere potuerunt. Ori. Et in exodo quidé scriptum est: Populus uidebat uocem domini, uox autẽ auditur potius quàm uidetur. Sed propterea ita scriptum est, ut ostenderetur nobis alijs uideri oculis uocem domini quibus illi aspiciunt qui merentur. Porrò in Euangelio non uox cernitur, sed sermo qui uoce præstantior est. Theo. Ex hoc enim manifeste innuitur, quod Lucas non fuit discipulus ab initio, sed processu temporis. Alij autem fuerunt discipuli ab initio, scilicet Petrus & filij Zebedæi. Beda. Et tamen Matthæus quoque & Ioannes in multis quæ scriberent ab his qui infantiam, pueritiam, genealogiamque eius scire & gestis interesse potuerant, audire opus habebant. Origen.

Finis sciẽtiarũ alius & alius.

rigen. Deinde facultatem scribendi replicat, qm̃ ea quæ scripsit, nô rumore cognouit, sed ad initio fuerat ipse subsecutus. vñ sequitur. Visum est & mihi assecuto à principio oĩa diligẽter ex ordine tibi scribere optime Theophile. Amb. Cũ dicit, Visum est mihi, non negat Deo visum, à Deo.n. præparatur volũtas hoium. Prolixiorem ât hunc Euangelij librũ, quã cæteros esse nemo dubitauerit, & ideo nõ ea q̃ falsa sunt, sed q̃ vera sibi vẽdicat. Et ideo dicit; assecuto q̃ dẽ oĩa visum est scribere, non oĩa, sed ex oĩbus. q̃a quæ fecit Iesus si scribãtur oĩa; nec ipsum mundũ capere arbitror. Cõsulto ât q̃ ab alijs sunt scripta ꝑterijt, vt proprijs quibusdã singuli Euãgeliorũ libri mysteriorũ gestorumq́; miraculis eminerent. Theo. Scribat autem ad Theophilum virũ inclytum fortassis & principem, quia quod dicit, Optime, non dicebatur nisi principibus, & præsidibus, sicut & Paulus Festo præsidi dixit, Optime Feste. Beda. Theophilus autem interpretatur amãs Deum, vel amatus à Deo; quisquis ergo amat Deũ siue à Deo se desiderat amari, ad se scriptũ putet Euangelium, & vt sibi datum munus sibiq́; cõmẽdatum pignus conseruet. Non ât nouorum quorũlibet eidem Theophilo & velut ignotorum ratio pandenda; sed eorũ de quibus eruditus est uerborum promittitur ueritas exprimenda, cum subditur, Vt cognoscas eorum uerborũ de quibus eruditus es, ueritatem. s. ut quo quidq́; ordine à dño dictum gestumve sit, agnoscere queas. Chry. Vel aliter, Vt certitudinẽ habeas, & securus existas, quæ auditu perceperas prospiciens in scriptura. The. Plerunque n. cum sine scripto aliquid dicitur, calumniantur illud quasi falsum, cũ uero quis quæ dicit scripserit, tunc magis credimus, quasi nisi putaret uera, non scriberet. Chry. Vel aliter, Totum Euangelistæ procemium duo cõtinet, conditionẽ eorum qui ante eum Euangelium scripserãt, puta Matthęi, & Marci, & rursum cur & ipse scribere ꝓposuit. Cum uero dixisset, Conati sunt, uocabulum potens applicari & præsumptuose aggredientes materiã, & ad honestè pertractantes illam, duabus additionibus dubiã sniam certificat. Primo q̃ dẽ q̃a dixit, Quæ in nobis cõpletæ sunt rerũ. Secundo q̃a dixit, Sicut tradiderunt nobis q̃ ab initio ipsi uiderunt. Simul ât hoc q̃d dico, Tradiderunt, indicare mihi uł ꝙ & ipsi moneant propagare, uelut n. illi tradiderunt, ipsos quoq; oportebit accipientes seriatim adinuicẽ ꝓmulgare. Nondũ autem cõmendantes scripturæ quæ tradita fuerant, contingebat incõuenientia plurima prouenire diuturnitate temporis, unde merito qui de primis uisoribus uerbi & ministris ubi acceperant, in scriptis uniuerso mundo traditionem præstiterunt, & calumnias propellentes & obliuionem destruentes, & ex ipsa traditione integritatem accommodantes.

Deus præparat uolũtatẽ hominis.

Procœmij epilogos.

SANCTVM IESV CHRISTI Euangelium secundum Lucam Cap. I.

FVIT in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia; et vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Helisabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius; eo ꝙ esset Helisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.

Chry. Euangelicę narrationis exordiũ à Zacharia sumit & natiuitate Ioãnis, mirum ante mirum edisserẽs, minus ante maius. Nam qm̃ uirgo paritura erat, præparauit gratia ut uetus prius cõciperet. Declarat autem tẽpus cum dicit, Fuit in diebus Herodis, & adijcit dignitatẽ cum subdit, Regis Iudææ. Alius autem Herodes fuit, qui Ioannem occidit, sed ille Tetrarcha fuit, hic autem rex. Bed. Tempus aũt Herodis alienigenæ regis, dñico attestaẽ aduentui. Prædictum nanq; fuerat, quia non deficiet princeps de Iuda, neq; dux de femore eius, donec ueniat qui mittẽdus est. Ex quo n. patres ex Aegypto exierunt, gẽtis suæ iudicibus usq; ad Samuel ꝓphetã, ac deinde regibus usq; ad trãsmigrationẽ Babyloniæ regebantur. Post reditũ uero Babylonię per põtifices rerum summa gerebatur usq; ad Hyrcanũ regem simul & ponti-

Mysteriũ pulchrum.

pontificẽ; quo ab Herode interempto Iudęę regnũ ipsi Hęrodi alienigenę iussu Augusti Cæsaris traditur gubernandũ, cuius 31. anno iuxta propheti sũpradictã qui mittẽdus erat aduenit. Ambr. Docet aũt nos diuina scriptura nõ solũ mores in his ꝗ prædicabiles sunt, sed ẽt parentes oportere laudari, ut veluti transmissa immaculatæ ueritatis hæreditas in his quos volumus laudare pcellat. Nõ solũ igitur à parentib. sed ẽt a maioribus S. Ioãnis nobilitas propagat̃; non seculari potestate sublimis, sed religioni, successione uenerabilis. Plena est igit̃ laudatio qua genus, mores, officiũ, factũ, iudiciũ cõprehendit. Officiũ in sacerdotio. vnde dicit, Sacerdos ꝗdã noie Zacharias. Bed. in ho. De sacerdotali. n. ꝓsapia Ioãnes ortus, ut eo potentius imitationem sacerdotij pconizaret, quo ipsum ad sacerdotale genus ptinere clarescerer. Amb. Genus ãt cõprehẽdit in maiorib. vñ sequit̃ De uice Abbia. i. nobilis inter familias Bed. Erãt. n. principes sãctuarij. i. summi sacerdotes, tã de filijs Eleazar, quã de filiis Ithamar, quorũ uices scđm ministeria sua, ut ingrederentur domum Dei 24 sortibus Dauid distinxit, in ꝗbus familię Abbia de qua Zacharias ortus est, sors cõtigit octaua. Nõ autem frustra primus noui testamenti præco in octauæ sortis iure nascitur; quia sicut septenario sępe numero pp sabbatum uetus testamentum, sic nouum aliquoties p octonarium pp sacramentũ dñicæ vel nostræ resurrectionis exprimitur. Theo. Volens ẽt ostẽdere ꝙ legaliter ex sacerdotalis generre erat, subdit: Et uxor illi de filiabus Aaron, & nomen eius Helisabeth. Non. n. pmittebatur de alia tribu uxorẽ accipere, sed de sua. Helisabeth itẽrpretat̃ requies, Zacharias uero memoria dñi. Bed. in ho. Iusti. n. parentibus Ioannes est genitus, vt eo confidentius iustitiæ præcepta populis daret; quo hęc ipsa non quasi nouitia didicisset, sed uelut hæreditario iure à progenitorib. accepta seruaret. unde sequitur: Erant ãt ambo iusti ante Deum. Amb. Et sic mores in ęquitate comprehẽdit. Bene autem dicit ante Deum; fieri. n. potest ut aliquis affectata bonitate populari iustus uideatur mihi, iustus aũt ante Deum nõ sit: si iustitia nõ ex mentis simplicitate formetur, sed adulatione simuletur. Perfecta igitur laus est, ante Deum iustũ esse. solus. n. pfectior est ꝗ ab eo probat̃ qui nõ põt falli. Factũ ãt cõprehendit in mandato, in iustificatione iudiciũ. uñ sequitur: Incedẽtes in oibus mandatis & iustificationibus dñi. Cũ. n. mandatis cęlestibus obedimus, in mandatis dñi incedimus: cũ congruè iudicamus, tenere dñi iustificationes uidemur. Prouidere ãt oportet bona non solũ corã Deo, sed ẽt corã hominibus. uñ sequitur: Sine quærela. Nulla. n. quærela est, ubi & mentis bonitas concordat & facti. & plerunq; iustitia durior hominũ quærelã excitat. Orig. Potest ẽt aliquid iustũ iniustè fieri, ut si iactantiæ causa ꝗs elargiat̃, quod nõ est sine querela. Sequit̃: Et nõ er. il. fi. eo ꝙ erat ster. Helisabeth, & am. &c. Chry. Non solũ ãt Helisabeth erat sterilis, sed & patriarcharũ cõiuges, Sarra, Rebecca, Rachel, qđ dedecus erat antiquis. nõ possumus dicere, ꝙ peccati effectus esset sterilitas; cũcti iusti, cũcti uirtuosi. Hæc ãt fuit sterilitatis causa, ut cũ uideris uirginẽ parientem dominum, non sis credulus, exercitans mentem tuam in aluo sterilium. Theo. Et ut etiam tu addisceres ꝙ lex Dei multiplicationem filiorum nõ appetit corporalem, sed magis spiritualem. Processerant ambo, non solum secundum corpus, sed secundum spiritum; ascensiones in corde ponentes, & uitam suam ut diem & non ut noctem habentes, quasi in die honestè ambulantes.

Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt, ut incensum poneret, ingressus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.

Bed. Per Moysen dominus unum constituit summũ sacerdotẽ, cui mortuo succedere iussit, & hoc usq; ad Dauid tẽpora seruatum est, à quo plures fieri domino agente decretum est. uñ nunc Zacharias in ordine uicis suæ sacerdotio functus esse asseritur, cum dicitur; Factum est autẽ cũ sac. fun. Zachar. i ord. uic. suæ an. Deũ secun. cons. sac. sor. & c. Ambr. Videtur autẽ hic Zacharias summus designari sacerdos;

Herodes alienigena.

Ioannes nobilis.

dos; q̃a semel in anno solus summus sacerdos in secũdo sanctuario intrabat, nõ sine sanguine quẽ offerret pro se & ꝓ populi delictis. Bed. Non autem nunc noua sorte electus est cũ incensum esset adolẽdum, sed prisca sorte cũ ex ordine sui põtificatus in uicem Abbia succederet. Sequitur, Et om. multit. po. &c. Incẽsum in sancta sanctorum à pontifice deserti expectãte foris tẽplum oĩ populo decimo die septimi mẽsis est iussum, & hãc diẽ expiationis siue ꝓpitiationis uocari; cuius diei mysteriũ apostolus ad Hebræos pandens, Iesum ostendit pontificẽ esse uerũ, qui in sanguine proprio cœli secreta subijt, ut propiciũ nobis faceret patrẽ, & interpellaret ꝓ peccatis eorũ, q̃ adhuc prę foribus orãtes expectãt. Amb. Hic est ãt ille summus sacerdos qui adhuc sorte quęrit; q̃a uerus adhuc ignorat; qui. n sorte eligitur, humano iudicio non cõprehenditur. Ille igitur quærebatur: & alius figurabat; uerus in æternum sacerdos, qui non hostiarum cruore, sed proprio patrem Deum generi reconciliaret humano. tunc quidem uices erant, nunc autem perpetuitas.

vices Zachariæ quales.

Apparuit autẽ illi angelus domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est; uidens; & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua Helisabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannẽ, & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in eius natiuitate gaudebunt.

Chry. Ingressus Zacharias in templũ ut preces ferret pro cunctis ad Deum, & quasi Dei & hoĩum mediator, uidit angelũ intus stantem. vnde dr̃; Apparuit aũt illi &c. Ambr. Bene apparuisse dicitur ei qui eum repente cõspexit, & hoc specialiter aut de angelis aut de Deo scriptura diuina tenere consueuit. ut quod nõ potest præuideri, apparere dicatur. Non. n. similiter sensibilia uidentur, & is cuius in uolũtate situ est uideri, & cuius naturæ est nõ uideri. Orig. Et hoc tm̃ in præsenti seculo dicimus, sed & in futuro cum migrauerimus à mundo; non omnibus uel Deus uel angeli apparebunt, sed ille tm̃ uidebit. q̃ mundum habuit cor. Locus autem nec nocere poterit quemquã nec iuuare. Chry. Manifestè autem apparuit non in somnis; eo ꝙ nimis arduum annunciabatur. unde manifestiori & mirabiliori uisione egebat. Dama. Tñ angeli nõ ut sunt, hominibus patefiunt; sed transfigurati prout possunt uisores aspicere, in quodcunq; iusserit dñs. Basi. Dicit autem, Altaris incensi, eo ꝙ alterum erat altare deputatũ ad holocausta. Amb. Non immerito autem angelus uidetur in templo, quia ueri sacerdotis annunciabatur iã aduentus, & cœleste sacrificiũ parabatur, in quo angeli ministrarent. nõ n. dubites assistere angelum qñ Christus immolatur. Apparuit autem à dextris altaris incẽsi, q̃a diuinæ insigne misericordiæ deferebat. Dñs. n. à dextris est mihi, ne cõmouear. Chry. Nõ potest ãt homo quantumcũq; sit iustus absq; timore cernere angelũ. vñ & nunc Zacharias aspectũ nõ tolerãs præsentię angeli, nec fulgorẽ illũ ualens sufferre turbat. Et hoc est qđ subditur, Et Zacharias &c. Sicut ãt auriga pterrito, loraq; dimittente coruũt equi pcipites, totaq; quadriga peruertitur, sic accidere consueuit aĩæ quoties ab aliquo stupore uel solicitudine deprimit. vñ & hic subditur; Et timor &c. Orig. Noua quippe facies humanis se obtutibus pbens, turbat mentẽ animũq; cõseruat. vñ angelus sciens hãc humanã esse naturã, primum perturbationi medetur. Nã sequitur, Ait ãt &c. Atha. in uita Anthonij. Vnde nõ difficilis est bonorum spirituũ malorũq; discretio. si. n. post timorem successerit gaudiũ, à dño uenisse sciamus auxilium, quia securitas aĩæ præsentis maiestatis indicium est. si autem incussa formido permãserit, hostis est q̃ uidet. Nõ solum autem trepidantem refocillat, sed etiam nouo lætificat nuntio, subdens; Qm̃ exaudita est deprecatio tua, & vx. &c. Aug. de quæst. euã. Vbi primo hoc attendendũ est, q̃a nõ est uerisimile ut cum pro peccatis populi uel salute uel redemptione sacrificium ille offerret, ꝙ potuerit publicis uotis relictis homo senex uxorem habens ꝓ accipiendis filijs orare præsertim, nã nemo orat accipere, qđ acceptu rum esse desperat. Vsq; adeo aũt ille iã se habiturum filios desperabat, ut hoc angelo promittenti nõ crederet. Ergo quod ei dicitur,

dr, Exaudita est depræcatio tua, pro populo intelligẽdũ est, cui⁹ populi qm̃ salus & redẽptio & peccatorũ abolitio p Christũ futura erat, adhuc nũtiat̃ Zachariç nasciturus filius, q a pcursor Christi destinabatur. Chr. Vel q exaudita sit eius depræcatio, pbat p hoc q gignẽdus erat ei filius, clamans. Ecce agnus Dei, qui &c. Theo. Quasi ipso dicẽte, vñ erit mihi hoc manifestũ? ait angelus ex hoc q Helisabeth pariet, credes q peccata populo sunt remissa. Ambr. Vel aliter, Plena semp & redũdantia sunt diuina beneficia, non exiguo cõstricta munere, sed verbi bonorum coaceruata congestu, vt hic primũ pcationis fructus pmitrit, deinde sterilis part⁹ vxoris Cuius nomẽ pnũtiat subdẽs. Et vo. no. e. Io. &c. Bed. Singularis meriti indicium dat̃, quoties hominib. à Deo uel imponit̃ nomẽ uel nuntiatur. Chr. su. Io. Illud quoque oportet exprimere, quoniam in quibus ab ipsa te ueritate infantiæ uirtus refulgere debebat a principio diuinitus sumebant nomina. His vero q postea debebant excrescere, nomen postea imponebatur. Bed. Ioãnes ergo interpretatur in quo est gratia, uel dñi gratia, quo nomine declarat̃ primo parẽtibus eius gratiã, quibus decrepitis nasceretur filius esse donatam, deinde ipsi Ioanni qui magnus coram domino erat futurus, postremo etiam filijs Israel quos ad dominum erat cõuersur⁹. vñ sequit̃, Et erit gau. tibi & exul. Chry. Quando. n. iustus oritur in mundo, ministri natiuitatis eius lætantur, quando uero ille nascitur q quasi ad pęnas, & ergastulũ relegat̃, minister cõsternat̃ & concidit. Amb. Sanctus autem non solum parentũ gratia, sed etiam salus est plurimorũ. vñ sequit̃, Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Admonemur hoc loco sanctorũ generatione lætari, admonentur parentes gratias agere. non enim mediocre munus est Dei, dare liberos prop agatorers generis, successionis hæredes.

Erit enim magnus corã dño, & uinum, et siceram non bibet, & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, et multos filiorũ Israel cõuertet ad dñm Deum ipso rum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Heliæ, ut cõuertat corda patrum filios, et incredulos ad prudẽtiam iustorũ, parare domino plebem perfectã.

Amb. Post lętitiã plurimorũ magnitudo virtutis, pmittit̃ cũ dr: Erit. n. &c. Nõ corporis, sed aiæ magnitudinẽ declarauit est corã domino magnitudo aię, magnitudo virtutis. Theo Multi nanq; magni dicũtur, sed corã hominib. nõ corã Deo, sicut hypochritę; ita ãt & parẽtes Ioannis, iusti corã dño dicti sunt. Amb. Deinde nõ fines alicuius ppagauit imperij, nõ triumphos bellici certaminis reportauit, sed qđ est amplius prædicans in deserto delicias hominum, corporisq; lasciuiã magna animi virtute depressit. vnde sequitur: Et vinũ &c Bed. Sicera interpretat̃ ebrietas, quo vocabulo hebręi omne qđ inebriare potest poculũ, siue de pomis, siue de frugib. seu de qualibet alia materia confectũ, significant. Propriũ vero in lege Nazaræorũ erat vino & sicera tẽpore obsecrationis abstinere. Vnde Ioãnes cęteriq; tales, ut semper Nazaræi, id est sancti manere possint, semper his abstinere satagunt; nõ enim decet vino i quo est luxuria; inebriari eũ q musto Spiritus sancti desiderat impleri. vnde recte cui vini ebrietas tollitur, spiritus gratia cumulat̃. Sequit̃ ãt: Et spiritu san &c. Amb Cui spirit⁹ sanctus infunditur, magnarum est plenitudo uirtutũ. Siquidem sanctus Ioannes antequã nasceretur, matris adhuc in vtero positus, spiritus accepti gratiam designauit, cũ in utero parentis exiliens dñi euangelizauit aduẽtum. Alius est spiritus uitæ huius, alius gratiæ. Ille nascendo sumit exordiũ, moriendo defectum. Iste non ætatib. coercetur, non obitu extinguit̃; non aluo matris excluditur. Grçcus Quod autẽ erit opus Ioãnis, quidue per Spiritum sanctum peraget, ostẽdit subdens. Et moltos filiorum Israel conuertet ad dominum Deũ ipsorum. Orig. Ioannes quidem plurimos conuertit, Domini autẽ opus est ut omnes ad Deum patrem conuertat. Bed. cum autẽ Ioannes, qui Christo testimonium perhibens, in eius fide populos baptizabat, dr filios Israel ad dominum Deum ipsorum cõuertisse; patet Christũ dominum Deũ esse Israel. unde designat Arriani Christũ dominum Deum esse, negare. Erubescant Photiniani Christo ex uirgine principiũ dare.

Sicerę significatio.

dare. Cessent Manichæi aliũ populi Israel atq; alium Christianorũ Deum credere. Amb. Nõ ãt egemus testimonio, q plurimorũ sanctus Ioãnes corda conuertit, in quo nobis ꝓpheticę scripturę & euangelicę suffragãtur. Vox.n. clamãtis in deserto, Parate &c. Non.n. de se, sed de dño ꝑdicabat ꝑnuncius Christi. & ideo sequit: Et ipse pre &c. Bene ꝓcedet ante illũ qui ꝑnuncius natus & ꝑnuncius mortuus est. Bñ ẽt iungitur, In spiritu & virtute Eliæ. Ori. Nõ dicit in aĩa Eliæ, sed in spiritu & uirtute. Spiritus.n. q fuerat in Elia, uenit in Ioãne, & similiter virtus eius. Ambr. Nũquã.n. sine uirtute spiritus, vel sine spiritu virtus, & ideo in spiritu & virtute, quia sanctus Elias & virtutẽ habuit magnã & gratiã. Virtutẽ, vt ad fidem animos populorũ à pfidia retorqueret; virtutem abstinentię, atque patientię, & spiritum prophetandi: in deserto Elias, in deserto Ioannes. Ille Achab regis gratiam nõ quęsiuit, hic spreuit Herodis. Ille Iordanem diuisit, hic ad lauacrum salutare conuertit. Ille prioris, hic sequentes domini pręcursor aduentus. Bed. Quod autem de Elia per Malachiam prędictum est, hoc p angelum de Ioanne dr̃, cum subditur; Vt conuer. corda pa. in filios spiritualem antiquorum [illegible] scientiã populus ꝑdicando inf[illegible]. Et incredulos ad prudẽtiã iustorũ, q̃ est nõ de legis operib. iustitiã ꝑsumere, sed ex fide salutẽ q̃rere. Græcus. Vel aliter: parẽtes Ioãnis & apostolorũ Iudęi fuerũt, sed tñ cõtra euagelũ ex superbia & infidelitate seuiebãt. Itaq; tã q̃ benigni filij Ioãnes prius & apostoli cõsequẽter eis ueritatẽ monstrabãt, in propriã iustitiã & prudentiã eos attrahentes, sic ẽt Elias reliquias Hebręorũ conuertit ad apostolorũ veritatẽ. Beda. Quia uero Zachariam pro plebe supplicantem dixerat exauditum, subiungit: Parare dño plebem perfectam. in quo docet quo ordine plebs eadem saluari & perfici debeat, ad prędicationem. s. Ioannis pœnitendo & credendo in Christum. Theo. Vel aliter Ioannes plebem parauit, nõ incredulam, sed perfectã, idest prẹparatã ad suscipiendum Christum. Orig. Sacramentum autẽ Ioannis usq; nũc expletur in mundo. Quicunq;.n. crediturus est in Iesum Christũ, antea spiritus & virtus Ioãnis ad aĩam illius uenit & ꝑparauit dño populũ pfectũ.

Ioannes in spiritu & uirtute Eliæ.

Sacramẽtum Ioãnis.

Et dixit Zacharias ad angelũ, unde hoc sciã? Ego.n. sum senex; & uxor mea processit in dieb. suis: Et respõdẽs angelus dixit ei; Ego sum Gabriel q asto ante Deũ, et missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce, eris tacẽs & nõ poteris loqui usq; in diem quo hæc fiãt; p eo quod nõ credidisti uerbis meis, q̃ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectãs Zachariã et mirabantur q tardaret ipse in tẽplo. Egressus ãt non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quòd visionem uidisset in templo. & ipse erat innuens illis, & permansit mutus.

Chr. Habito respectu Zacharias ad ꝓpriam ętatẽ; quinetiam coniugis sterilitate conspecta diffisus est, vñ dr̃: Et dixit Zach. &c. Vñ hoc sciam? q d quomodo hoc fiet? Et causam dubitationis subdit: Ego .n. sum senex &c. Aetas intempesta, natura inepta, ergo generans debilis, terra sterilis. Nõ autem cẽsetur pp hoc dignus esse uenia sacerdos, dum seriẽs rerum expostulat. quandocunque.n. Deus aliquid indicat oportet in fide suscipere. nam super huiusmodi disceptare cõtumacis est animę. vñ sequitur: Et respon. &c. Ego sum Gabr. qui asto ante Deu. Bed. q. d. Si homo talia signa promitteret, impune signũ flagitare liceret: at cũ angelus promittat iam dubitare non decet. Sequitur, Et missus sum &c Chrysost. Vt cũ audias me à Deo missum fore, nihil humanũ ęstimes ex his quę tibi dicuntur. Neque.n. ex me loquor, sed mittentis relata denuncio, hęc est.n. nuncii bonitas, ut nihil ex se referat. Bed. Vbi notandũ est q angelus se & ante Deũ stare & ad euangelizandũ Zachariæ missum esse testat. Greg. in home. Quia & cum ad nos ueniunt angeli sic exterius implent ministeriũ, ut tñ nunquam interius desint per contẽplationẽ. quia & si circũscriptus est angelicus spiritus, summus tñ spiritus (qui Deus est) circumscriptus nõ est. Angeli itaq; & missi ante ipsũ sunt, quia quolibet missi ueniant, intra ipsum currunt. Bed. Dat autem ei signum, quod rogat, ut quod discredẽdo locutus est, iam tacẽdo credere discet. unde sequitur: Et ecce eris &c. Chry. Vt a ui generatiua

Differẽtia Zachariæ unde.

Angelorũ missio.

tiua ad organa nocalia, uincula transferatur: nec intuitu sacerdotij ei parcitur, sed ob hoc plectebatur amplius, quia circa fidem cæteris præesse debebat. Theo. Sed quia uerbũ quod iugi animo habetur pót ẽt surdum significare; quia bene talis eris surdus, & nõ poteris loqui. Cõuenienter .n. hęc duo passus est, tãq̃.n. inobediẽs surditatẽ incurrit, & tãquã cõtractor taciturnitatẽ Chr. Dicit ãt, Et ecce.q.d. in hoc instãti. Sed cõsidera miserationẽ dñi in hoc qđ sequitur, vsq; in diẽ quo hæc fient.q.d. Cũ per euentus rerũ quod dico ostendo, & noueris te iure punitũ, tũc te de pœna eripiã. Et causam pęnæ ostẽdit, cũ subdit; Pro eo q̃ non credidisti verbis meis, q̃ implebũtur in tẽpore suo, nõ attendens virtutẽ eius qui misit me, cui ego assisto. Si ãt is qui erga natiuitatẽ mortalẽ incredulus erat punit, qualiter q̃ cęlestẽ & ineffabilẽ calumniat uitabit vltionẽ? Græcus. Dũ ãt hæc intrinsecus agerent, dilatio tẽporis admirari cogebat expectãtẽ forinsecus multitudinẽ: vñ sequit; Et erat plebs &c. Cumque per diuersa uagaretur suspicio, qualibet dictabat ad libitum, donec Zacharias egrediens docuit silẽdo, quod latendo perpessus est. vnde sequitur: Egressus ãt non poterat &c. The. Innuebat autem populo Zacharias fortè causam taciturnitatis interroganti, quam loqui non ualens, per nutum declarabat. vnde sequitur. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. Ambr. Est autem mutus quidem sine verbo corporales act⁹ iudicare moliẽs, nec exprimens eius voluntatem.

Et factũ est ut impletι sunt dies officij eius, abijt in domũ suã. Post hos ãt dies concepit Elisabeth uxor eius; & occultabat se mẽsib. quinq; dicẽs; Quia sic fecit mihi dñs in diebus quibus respexit auferre opprobriũ meum inter homines.

Differẽtia sacerdotij.

Bed. Vicis suæ tẽpore põtifices templi tñ officijs mancipati, nõ solum à cõplexu vxorũ, sed ab ipso quoq; domorũ suarum abstinebant ingressu. vñ dr: Et factũ est vt impleti &c. Quia.n. tũc sacerdotalis ex stirpe Aaron successio quærebatur, necessario tempus substituendæ soboli ꝓcurabatur. At quia nunc non carnalis successio, sed profectio spiritualis inquiritur sacerdotibus, vt semper altari queant assistere, semper castitas obseruanda præcipitur. Sequitur; Post hos autem &c. Post dies.s. officij Zachariæ completos. Gesta sunt autem hæc mense Septembri, 8. Calendas Octobris, qñ oportebat Iudæos ieiunium scenophegiæ celebrare, imminẽte æquinoctio, in quo incipit nox esse maior q̃ dies: qui Christũ oportet crescere, Ioannẽ ãt minui. Nec frustra tunc dies ieiuniorũ erant, quia per Ioãnẽ erat hoĩbus afflictio pęnitentiæ prædicãda. Sequitur; Et occultabat &c. Ambro. Quę causa occultationis, nisi pudor? Sunt.n. quædam tempora præscripta cõiugio, qñ dare operam procreandis liberis sit decorum, dũ anni uigent, dum suscipiendorum liberorum spes est. At ubi & matura æui senectus successerit, & ætas est regendis liberis habilior quam creandis, pudor est legitimi, licet fętus gestare iudicia, & grauari alienæ ætatis onere, & tumescere aluum nõ sui temporis fructu. Pudebat ergo ꝓp ætatẽ. vñ intelligi põt cã, quia iam nõ cõuenirebant inter se cõcubitu coniugali, neque.n. ea quæ senilem nõ erubesceret coitum, erubesceret partum. hic tñ erubescit onus parentis, quandiu nescit mysterium religionis. Sed quæ occultabat se quia cõceperat filium; iactare se cepit, quia generabat prophetam: Orig. Et ideo dicit; Mẽsibus quinq; .i. donec Maria cõciperet, & fœtus eius exultans cum gaudio ꝓpheta ret. Amb. Et quãuis partus sui erubesceret ętatẽ, rurs⁹ caruisse se gaudebat opꝓbrio, dic. Quia sic fecit &c. Chry. Silicet soluit sterilitatẽ, donũ supra naturam concessit, & petra infructuosa spicas uirentes produxit, abstulit dedecus dum genitricẽ fecit. vnde sequit: In diebus &c. Amb. Pudor.n. est fœminis nuptiarũ præmia non habere, quibus hæc sola est causa nubendi. Chry. Dupliciter igitur gaudet, dũ & à nota sterilitatis ipsã eripuit dñs; & qm illustrem partum enixa est. Nõ.n. ut in cęteris gignentium solus concubitus interuenit, sed gratia cœlestis huius ortus fuit exordium. Bed. Mysticè autem ꝑ Zachariam sacerdotium Iudæorum, per Elisabeth põt lex ipsa designari, q̃ sacerdotum doctrinis exercitata spirituales Deo filios gignere debebat; sed non valebat, quia

Præmia nuptiarum partus.

neminem

neminem ad perfectioné adduxit lex. E-
rant ambo iusti, quia bona est lex, & sacer
dotium pro illo tempore sanctum. Ambo
processerant in diebus suis, quia adueniē-
te Christo iam incuruātur ad senium. In
greditur Zacharias templum, quia sacer-
dotū est intrare in sanctuarium mysterio
rum cęlestium. Foris erat multitudo, quia
mystica penetrare nequit. Dū altari thy-
miama imponit, nasciturū Ioanné agno-
scit, quia dum doctores flamma diuinę le
ctionis ardent, gratiam Dei per Iesum ꝑ
dituram reperiunt, & hoc per Angelum,
qa lex per Angelos ordinata est. Amb. In
vno aūt vox plebis obmutuit, quia in vno
totus ad Deum loquebatur populus, trāsi
uit.n. ad nos Dei uerbū, & in nobis nō ta-
cet. Mutus est q. nō intelligit legé. Cur.n.
tibi magis videaſ mutus esse q. sermoné,
q̄ qui mysteriū nescit? Innuētis similis est
populus Iudæorū, qui actuū suorū pstare
nō potest rationé. Bed. Et tñ Elisabeth cō
cipit Ioanné, qa interiora legis sacramē-
tis Christi abundant. Conceptū quinque
mēsibus occultat, quia Moyses quinq; li-
bris mysteria Christi designat, seu quia
Christi dispēsatio in quinq; mūdi ætati-
bus p sanctorū dicta, uel facta figuratur.

In mēse āt sexto, missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatē Galilææ, cui nomē Nazareth ad uirginē desponsatam uiro, cui nomē erat Ioseph, de domo Dauid et nomē uirginis Maria.

Allegoria pulchra.

Bed. Quia Christi incarnatio uel sexta
ætate seculi futura, uel adimpletionem le
gis erat protutura, recte sexto mense con
cepit Ioannis missus ad Mariā angelus na
sciturum nunciat Saluatorem. unde diciſ;
In mense &c. Mēsem sextū Martiū intel-
lige, cuius 25. die dñs noster & cōceptus
tradiſ & passus, sicut & 25. die mēsis De-
cemb. natus. ꝙ si uel hoc die ut nōnulli ar
bitrantur æquinoctium uernale, uel illo
solstitiū brumale fieri credamus, cōuenit
cum lucis incremento cōcipi uel nasci eū
qui illuminat omnem hominē uenientē
in hunc mundū. At si quis ante dominicæ
natiuitatis & conceptionis tēpus conside
rat lucé, uel crescere, uel tenebras supera-
re cōuicerit, dicimus & nos quia Ioānes
ante faciē aduētus eius regnū cœlorū euā
gelizabat. Basi. Adeūt āt nos cœlestes spi
ritus, nō quasi ex seipsis, sed ex eo ꝙ diui-
næ sapiētiæ decoré cōspiciunt. uñ sequiſ;
Missus est angelus &c. Greg. in ho. Ad Ma
riam enim uirginé non quilibet angelus,
sed Gabriel archangelus mittitur, ad hoc
quippe ministerium summum angelū ue
nire dignum fuerat, qui summum omniū
nunciabat. Qui iccirco priuato nomine
censetur, ut signetur per uocabulū in ope
ratione quid ualeat Gabriel.n. Dei forti-
tudo nominaſ. per Dei ergo fortitudinem
nunciandus erat, qui uirtutum dñs & po
tens in prælio ad debellandas potestates
aereas ueniebat. Gl. Additur autem & lo
cus quo mittitur cum subdiſ: In ciu. &c.
Nazaræus enim, id est sanctus sanctorum
nunciabaſ uenturus. Bed. in ho. Aptū hu-
manæ restaurationis principiū, ut angelus
à Deo mitteref ad Virginé partu cōsecrā
dum diuino, quia prima ꝑditionis huma-
næ fuit causa, cū serpēs à diabolo mitteba
tur ad mulieré spiritu superbiæ decipien-
dam. vñ sequiſ, Ad uirginé Aug. de san.
Virg. Illū.n. solum uirginitas decēter pa-
rere potuit, qui in sua natiuitate paré ha-
bere non potuit. Oportebat.n. caput no- Virginitatis insigne.
strū, pp insignem miraculū, secundū corpus
nasci de uirgine, qd significaret membra
sua de uirgine, ét secundū spiritū nascitu
ra. Hier. in ser. de assum. Et bene angelus
ad Virginé mittiſ, quia semper est Ange
lis cognata uirginitas. Profecto in carne p
ter carnem uiuere nō terrena uita est, sed
cęlestis. Chry. sup. Mat. Non autem ange
lus post partum annunciat Virgini, ne ni-
mium exinde turbaretur. Et ideo ante cō
ceptionem illā alloquitur, nō in somnis;
imò uisibiliter assistit: nam quasi magnā
ualde relationé accipiens egebat ante rei
euentum uisione solenni. Amb. Bene aūt
utrunque posuit scriptura, ut & despōsa
ta esset, & uirgo. Sequitur.n. De uiro. Vir
go, ut expers uirilis consortij uideretur.
Despōsata, ne temeratæ uirginitatis adu
reretur infamia, cui grauis aluus corrupte
læ uideretur insigne pferre. Maluit autem
dñs aliquos de suo ortu quā de matris pu
dore dubitare. sciebat.n. tenerā esse uirgi
nis uerecūdiā, & lubricā famam pudoris.
nec putauit ortus sui fidé matris iniurijs
astruendā. Seruaſ itaque sanctæ Mariæ si-

cut

cui pudore integra, ita et inuiolabilis opinione uirginitas. nec decuit sinistra uirginibus opinione uiuentib. uelamen excusationis relinqui, quod infamata mater quoque dñi uideretur. Quid autẽ Iudæis, quid Herodi posset ascribi, si natum uideretur ex adulterio psecuti? Quemadmodum autẽ ipse diceret, Non ueni legem soluere, sed adimplere, si uideretur cœpisse à legis iniuria, cum partus innuptæ lege damnatur? Quid quod etiam fides Mariæ uerbis magis adsciscitur, & mendacij causa remouetur. uidetur enim culpã obumbrare noluisse mẽdacio inupta prægnãs. Causam autem mentiendi desponsata non habuit, cũ cõiugij prẽmiũ & gratia nuptiarũ partus sit fœminarũ. Nõ mediocris quoq; causa est ut uirginitas Mariæ falleret principẽ mũdi, qui cũ desponsatam uiro cerneret, partũ non potuit habere suspectũ. Orig. Si n. nõ habuisset spõsum, statim cogitatio tacita diabolũ surrepsisset, quomodo quæ non accubuit cũ uiro pgnans esset? debet iste cõceptus esse diuinus, debet aliquid humana natura esse sublimius. Amb. Sed tñ magis retellet principes seculi, demonum n. malitia facile etiam occulta deprehẽdit. At uero qui secularibus uanitatibus occupantur, scire diuina nõ possunt. quin etiam locupletior testis pudoris maritus adhibetur qui posset & dolere iniuriã, & uindicare opprobrium, si nõ agnosceret & sacramẽtũm de quo subditur. Cui nomẽ erat &c. Bed. in ho. Quod non tantum ad Ioseph, sed etiam pertinet ad Mariam. Legis nam que erat præceptum, ut de sua quisque tribu aut familia acciperet uxorẽ. Sequitur; Et nomen uirginis Maria. Bed. super Lucam. Maria hebraicè stella maris, Syriace uero domina uocatur, & merito, quia hæc totius mundi dominum, lucem seculi meruit generare perennem.

Et ingressus angelus ad eã, dixit: Aue gratia plena, dñs tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.

Amb. Disce uirginem moribus, sola in penetralibus, quam nemo uirorũ uideret solus angelus reperiret. unde dicit. Et ingres. &c. Et ne quidem degeneri deprauaretur affatu, ab angelo salutatur. Græcus Cõtra uocem prius æditam mulieri, dirigitur nũc sermo ad uirginẽ. In illa dolor in bus partus est causa peccati punita, in hac per gaudiũ mœstitia pellitur. unde iocũditatem non absurde prænunciat angelus uirgini, dicens. Aue. Quòd autẽ digna cognosceretur sponsalium attestatur, cũ dicit. Gratia plena. quasi enim quædã arra, aut dos sponsi ostenditur, quod fœcunda sit gratijs. horum enim quæ dicit hæc sunt sponsæ, alia sponsi. Hier. in ser. de assum. Et bene gratia plena, quia cæteris per partes præstatur, Mariæ uero simul se totam infudit gratiæ plenitudo. Vere gratia plena, per quã largo Spiritus sancti imbre superfusa est omnis creatura. Iam autẽ erat cũ uirgine, qui ad uirginem mittebat angelũ, & præcessit nũcium suum dominus nec teneri potuit locis, qui oĩbus habetur in locis vñ sequitur. Dominus te. Aug. in ser. de na. Magis quã mecum, ipse enim in tuo est corde, in tuo fit utero, adimplet mentẽ, adimplet uentrẽ. Græcus. Hoc aũt est totũ legationis cõplementum. Dei n. uerbũ ut spõsum supra rationẽ unionẽ essentiens tanquã ipse germinãs, idemq; gerinatus totã naturã humanã sibiipsi cõfirmauit. Vltimũ uero ponit tanquã perfectissimũ & cõpendiosum; Benedicta tu in mulie. una. s. præ cunctis mulieribus, ut et benedicant in te mulieres, sicut mares in filio, sed magis uterq; in utrisq;. Velut. n. p unã fœminã & unũ marem peccatum simul ac tristitia intrauit: sic & nũc p unã & unũ benedictio reuocata est & lætitia, & ad singulos est profusa. Amb. Disce aũt uirginem à uerecundia, quia pauebat. nã sequitur. Quæ cũ &c. Trepidare uirginũ est, & ad omnes ingressus uiri pauere, oẽs uiri affatus uereri. Disce uirgo uerborũ uitare lasciuiã. Maria etiam salutationẽ angeli uerebatur. Græcus. Cũ assueta foret his uisionibus, euãgelista non uisionibus se relatibus turbationẽ attribuit, dicẽs, Tur. est in ser. eius: Attende autem uirginis & pudicam & prudentem, & animã simul & uocem, audita lætitia dictũ examinauit, & neq; manifeste obstitit per incredulitatẽ, nec statim paret ex leuitate, Euæ leuitatẽ cuitãs simul & duritiã Zachariæ. unde dicitur. Et cogit. &c. Non cõceptio, nam

Causa desponsationis Mariæ.

Interpretatio nominis Mariæ.

Maria plena gratia.

Mariæ assueta uisioni angelicæ.

nam adhuc ignorabat immensitatē mysterij, sed salutatio nunquid libidinosa, vt à viro ad virginem: an diuina, dum Dei faceret mentionem, dicens. Dominus tecū. Amb. Benedictionis etiam nouam formulam mirabatur, quæ nusquam est ante cōperta, soli Mariæ hæc seruabatur. Origē. Si enim sciuisset Maria ad aliū quempiam similē factum esse sermonem, vtpote quę habebat legis scientiam, nunquam eā quasi peregrinam talis salutatio exterruisset.

Et ait angelus ei; Ne timeas Maria inuenisti n. gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero & paries filium; & uocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

Bed. Quia salutatione insolita uirginē turbatā uiderat, quasi familiaris notā uocās ex noīe, ne timere debeat iubet. ūn dr; Et ait angelus &c. Græcus. q. d. Nō accessi decepturus, imò deceptionis absolutionē depromere. Nō uēni pdicaturus inuiolabilē tuā uirginitatē, sed cōditoris puritatis & custodis cōtubernia reserare. Nō sū serpentis minister, sed perimentis serpētē legatus; sponsaliū tractator, nō insidiarū molitor. Sic ergo eā aliquā distrahētibus ipsam cōsiderationibus uexari pmisit, ne iudicaret infidelis ministeri negocij. Chr. Qui aūt apud Deū meret gratiam non hēt q d timeat. vñ sequit; Inuenisti. n. grātiam &c. Qualiter āt illā quisq; reperiet, nisi humilitate mediāte? Humilibus n. dat Deus gratiā. Græcus. Inuenit. n gratiā uirgo coram Deo, quæ splendore pudicitiæ, propriā exornans animā gratū Deo se habitaculū pparauit. nec solū cœlibatū inuiolabilem conseruauit, sed ēt imaculatā conscientiā custodiuit. Orig. Inuenerant. n. plures gratiam ante eā. Et ideo subdit quod propriū est dicens; Ecce concipies in utero. Græ. Quod dr ecce, celeritatem & præsentiam denotat, insinuans cum eius uerbo celebratam esse conceptionem. Dicit autem, Concipies in utero, ut demonstret dominū ab ipso utero uirginali, & de nostra substantia carnem suscipere. Venit. n. diuinum uerbum emundaturum naturā humanā & partum, & nostræ generationis primordia. Et ideo sine peccato humano semine p singula sicut nos in carne cōcipit, & nouē mensiū spacio gestat in utero. Gre. Ni. Sed quoniā contingit specialiter diuinū cōcipi spiritū, & spiritū parere salutarē, secundū prophetā: ideo addidit; Et paries filiū. Ambro. Non āt oēs sunt sicut Maria, ut dū de Spiritu sancto concipiūt uerbū, pariant. Sunt āt quæ abortiuū excludant uerbū antequam pariant. Sunt quæ in utero Christum habeant, sed nondum formauerint. Greg. Nise. Cum āt ex pectatio partus mulieribus timorem incutiatur, sedat timoris metum dulcis partus relatio cū subditur: Et uocabis nomē eius Iesum Saluatoris. n. aduentus est cuiuslibet timoris propulsio. Beda. Iesus autem saluator siue salutaris interpretatur. Gre. Dicit autem, tu uocabis non pater. patrē. n. caret, quantum ad inferiorem gñationem, sicut & matre respectu supernæ Cyril. Hoc autem nomē de nouo fuit uerbo impositum natiuitati cōgruens carnis, secundum illud propheticum. Vocabitur tibi nomē nouum, quod os dñi nominauit. Græ Verum quia hoc nomen cōmune est sibi cū successore Moysi, idcirco innuens angelus ꝙ non erit secundum illius similitudinem, subiūgit: Hic erit magnus. Ambr. Dictum est quidem etiam de Ioanne, quia erit magnus, sed ille quasi homo magnus, hic quasi magnus Deus. Late enim funditur Dei uirtus, late cœlestis substantiæ magnitudo porrigitur: nō loco clauditur, non opinione comprehenditur, non æstimatione cōcluditur, non ętate uariatur. Orig. Vide ergo magnitudinem Saluatoris. quō in toto orbe diffusa sit: ascende in cœlos, quō cœlestia repleuerit; descende cogitatione ad abyssos, & uide eum illuc descēdisse: si hoc uideris, pariter intueberis opere cōpletum, hic magnus. Græ. Neq; carnis assumptio deitatis derogat celsitudini, imò potius humanitatis humilitas sublimatur. uñ sequit. Et filius altissimi uocabit. Nō utiq; tu impones uocabulū, sed ipse uocabitur, à quo nisi à consubstantiali genitore: nullus. n. filiū nouit nisi pater. Penes quem uero infallibilis est notitia geniti, nec uerus interpres est erga impositionē congruam nominis quod di-

Cœlibatus Mariæ.

Iesum omnis mysterium.

cit, Hic est filius meus dilectus, ab æterno siquidem est, quãuis nunc ad nostram doctrinam nomen eius patuerit. Et ideo ait, uocabitur, nõ fiet uel generabitur: quã & ante secula fuerat cõsubstãtialis patri. Húc ergo cõcipies, huius mater efficieris, húc uirginalis cella cõcludet, cuius cęleste spaciũ capax nõ extitit. Chry. Cæterũ siquidẽ enorme quibusdã uĩ, Deũ habitare corpus. Nonne sol cuius est corpus sensibile quocunq; radios mittit, nõ lędit in propria puritate? Multo ergo magis iustitiæ sol ex utero uirginali mundissimũ corpus assumẽs, non tantum contaminatus non est: imò ẽt ipsam matrẽ sanctiorẽ ostẽdit. Greg. Et ut uirginẽ redderet memorẽ prophetarũ subdit: Et dabit illi &c. Vt noscat liquido, quoniã qui nasciturus est ab ea, ipse est Christus, quem illi promiserũt ex Dauid semine nasciturum. Cyril. Non tñ ex Ioseph est æditum corpus Christi mũdissimum, secũdum n. unã lineã cognationis profluxerant Ioseph & uirgo, ex qua formã humanitatis unigenitus sumpsit. Basilius. Non ãt in materiali sede Dauid sedit Dñs translato Iudaico regno ad Herodẽ, sed sedẽ appellat Dauid, in qua rese dit Dominus, indissolubile regnũ. uñ sequitur: Et regnabit &c. Chry. Dicit ãt ad præsens, domũ Iacob eos qui de numero Iudæorũ crediderunt in illum. Vt. n. Paulus dicit: Nõ oẽs q ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ, sed q sunt filij promissionis cõputantur in semine. Bed. Vel domũ Iacob totã ecclesiã dicit, uel quæ de bona radice nata, uel cũ oleaster esset, merito tamẽ fidei in bonam est inserta oliuam. Gręcus. Nullius autẽ est in æternum regnare nisi Dei solius, quo fit ut & si propter incarnationem dicatur Dauid sedem accipere, tamẽ idem ipse inquantum Deus, rex æternus agnoscitur. Sequitur: Et regni &c. Nõ solum inquantũ Deus est, sed ẽt in eo ꝙ homo. & in præsenti quidem habet regnum multorum, finaliter vero vniuersorum, cum ei omnia subijciantur. Bed. Omittat ergo Nestorius dicere hoĩem tantũ ex uirgine natum, & hunc à verbo Dei, non in unitate personæ esse receptum. Angelus .n. qui eundem ipsum patrem habere Dauid, quem filium altissimi uocari pronunciat, in duabus naturis unã Christi personam demonstrat. Non aũt ideo futuri tẽporis uerbis angelus utitur, quia secundũ hæreticos Christus ante Mariam non fuerit, sed quia secundum eandem personam homo cum Deo idem filij nomẽ sortitur.

Conceptus Iesu relatio. *Nestorij error.*

Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.

Amb. Neq; non credere angelo Maria debuit, neq; tã temere usũrpare diuina. uñ dr: Dixit au. Maria ad ange. Qũo fiet istud? Tẽperatior est ista rñsio, quã uerba sacerdotis. Hæc ait; Qũo fiet istud? Ille rñdit, uñ hoc sciã? Negat ille se credere, & quasi fidei adhuc aliũ quærit auctorẽ. Ista se facere profitetĩ, nec dubitat esse faciendũ, qđ qũo fiat inquirit. Legerat Maria, Ecce cõcipiet in utero, & pariet filiũ, ideo credidit futurum, sed quomodo fieret, ante non legerat: non. n. quemadmodũ fieret uel prophetę tanto fuerat reuelatum: tñ .n. mysterium nõ hominis fuit, sed angeli ore promendum. Greg. Nise. Attende ẽt mundæ uirginis uocem, partum annũciat angelus, ipsa uero uirginitati innititur, præstãtiorem incorruptibilitatem angelica uisione dijudicans. unde dicit: Quoniã uirum non cognosco. Basi. Cognitio multifarie dicitur. Dicitur. n. cognitio nostri conditoris sapiẽtia, ac magnalium suorũ notitia, necnon mandatorum custodia, & quæ fit apud eũ appropinquatio & copula nuptialis, ut hic accipitur. Greg. Nise. Hæc igitur Marię uerba indicium sunt eorum quæ tractabat in mentis arcano. Nã si causa copulæ coniugalis Ioseph desponsari uoluisset, cur admiratione ducta est dum sibi narratur conceptio? cũ nimirum ipsa prętolaretur ad tẽpus mater effici iuxta legis naturã. Verum quia oblatũ corpus Deo, quasi quoddã ex sacris inuiolabile reseruari decebat: & ideo dicit; Quoniã uirum non cognosco. q. d. Et si tu sis angelus; tamen ꝙ uirũ cognoscam ex impossibilibus cernitur. qualiter igitur mater ero carens coniuge? Ioseph quidem in sponsum agnoui. Gręcus. Sed cõsidera qualiter uirgini

Cõparatio Mariæ & Zachariæ.

gini soluit dubiū angelus, ac explanat intemeratū cōnubium, & ineffabilē partū. Sequitur .n. Et respondens angelus di.ei. Spiritussanctus &c.Chryso.Quasi dicat: Non quæras ordinē naturalē, ubi naturā transcendunt, & superant quæ tractātur. Dicit, qūo fiet istud qm̄ uirum non cognosco? quinimò eo ipso continget q̄ es coniugis inexperta. Nā si uirum experta fuisses, nō digna censereris hoc mysterio. nō quia prophanum sit coniugiū, sed q̄a uirginitas potior. Decebat .n. cōem omniū dn̄m, & in natiuitate nobiscum participare, & ab ea discrepare, q̄.n.ex vtero nasceretur, habuit cōe nobiscum, q̄ aūt absq; concubitu nasceretur, plus à nobis obtinuit, q̄ beatum corpus illud, quod ob exuberantem munditiā uirginis Mariæ, vt v\[?\]donum animæ ad seipsum allexit. In singulis .n. cæteris vix vtique anima sincera sancti Spiritus impetrabit præsentiam, sed nūc caro receptaculum efficitur spiritus. Gre.Nise.Tabulas.n nostræ naturæ, quas culpa cōfregerat, denuo uerus legislator de terra nostra sibi dolauit, absq; concubitu diuinitatis suæ corpus susceptibile creans, quod diuinus digitus sculpsit.s.spiritus superueniens uirgini.Chry.Insuper & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Altissimi regis uirtus Christus est, qui per aduentum Spiritus sancti formatur in uirgine. Greg.18.mor. Per obumbrationis.n. uocabulum incarnandi Dei vtraq; natura significatur, umbra.n.à lumine formatur, & corpore. Dominus aūt per diuinitatem lumen est, quia ergo lumen incorporeū in eius erat utero corporandū, recte ei dr̄; Virtus altissimi obūbrabit tibi, i.corpus in te humanitatis accipiet incorporeum lumen diuinitatis. Hoc.n Mariæ dr̄ pp mentis refrigerium celitus datum. Beda. Non ergo virili quod non cognoscis semine, sed Spiritus sancti quo impleris opere concipies, concupiscentiæ in te nō erit æstus, ubi umbram faciet Spiritus sanctus. Greg.Nise.uel dicit, Obūbrabit tibi, quia sicut corporis umbra præcedentium charactere conformatur, ita indicia deitatis filij ex virtute generādi patebūt. Sicut .n.in nobis q̄dā viuifica uirtus in materia corporali conspicit, qua homo formatur, sic in uirgine altissimi uirtus per uiuificātem spiritum pariter corpori insitam materiam carnis ex uirgineo corpore ad formandū nouum hoīem assumpsit. unde sequitur. Ideoq; & quod nascetur ex te, &c. Atha. profitemur.n. qm̄ naturæ humanæ assumptū ex materia corpus uerissimum extitit, & idē secundū naturā corpori nostro; soror nāq; nostra Maria est, cū oēs ab Adā descēderimus. Basil. Vnde & Paulus dicit. Qm̄ misit Deus filiū suū natum nō p mulierē sed ex muliere. Nam hoc q̄d dico per mulierem transitura, poterat indicare natiuitatis sn̄iam, q̄d aūt dr̄ ex muliere, manifestat cōionē naturæ geniti respectu parētis, Gre.18.mor. Ad distinctionē aūt nostræ sanctitatis Iesu singulariter sanctus nasciturus asseritur, nos quippe etsi sancti efficimur, non tamē nascimur, quia ipsa naturæ corruptibilis cognatione constringimur. ille aūt solus ueraciter sanctus est, q ex cōiuncatione carnalis copulæ cōceptus non est, qui non (sicut hæreticus desipit) alter in humanitate, alter in deitate est. ut purus homo cōceptus atq; æditus, & post per meritū, vt Deus esset accepit. Sed nunciante angelo, & adueniēte spiritu mox verbū in vtero, mox intra uterū verbum caro. unde sequitur. Vocabitur. &c. Græcus. Tu aūt attēde qualiter uirgini angelus totā Trinitatē ædidit, dū Spiritū sanctum cōmemorat uirtutem, & altissimum, Trinitas.n. indiuisibilis est.

Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi quæ uocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verb. m. Dixit autem Maria, Ecce ancilla domini fiat mihi secundū uerbum tuum. Et discessit ab illa Angelus.

Chrys. Qm̄ præcedens dictum superabat uirginis, mentē ad humiliora declinauit sermonē per sensibilia ipsi suadēs. Vnde dicit, Et ecce Elisabeth cognata tua. Animaduerte Gabrielis industriā, nō memorauit eā Sarrę, vel Rebeccę, vel Rachelis, q̄a antiquiora erant exēpla, sed imminens factum inducit, vt eius mentem corroboret, & ob hoc & ætatē commemorauit, cum dicit. Et ipsa concepit filiū in senectute sua, & defectū naturæ. Sequitur. Et hic mēsis est &c. Nō enim à principio

Exposi-tio pul-cherri-ma:

Obum-bratio diuina-que sit.

conceptos Elisabeth statim annunciauit, sed acto sex mensiũ spacio, ut tumor uentris perhibeat argumentũ. Greg. Nazianzenus. Sed q̃ret aliquis: Qualiter ad Dauid Christus refertur? Siquidẽ Maria de sanguine manauit Aaron, cuius cognatã Angelus Elisabeth asseruit: sed hoc nutu superno contigit ut regiũ genus sacerdotali stirpi iungeretur, ut Christus, qui rex est & sacerdos, ab utriusq; secundum carnem nasceretur. Legitur ẽt in Exodo. Q̃m Aaron primus secundũ legem sacerdos, duxit ex tribu Iudæ coniugem Elisabeth filiã Aminadab. & attẽde sacratissimam spiritus administrationẽ, dum & hanc Zachariæ cõiugem statuit Elisabeth uocari, seducẽs nos ad illã Elisabeth quam duxerat Aaron. Bed. Sic ergo ne uirgo se parere posse diffidat, accepit exemplum sterilis anus pariturę, ut discat oĩa Deo possibilia esse, ẽt quæ naturæ ordine uidentur esse cõtraria. unde sequitur. Quia nõ erit impossibile apud Deũ oẽ uerbũ. Chry. Ipse nanq; cũ sit naturæ dñs cuncta põt cũ uelit, qui cũcta peragit, & disponit, uitæ mortisq; iura gubernans. Aug. cõtra Fau. Quisquis aũt dicit, Si oĩpotens Deus est, faciat ut ea quæ facta sunt, facta non fuerint, nõ percipit se dicere, ut ea quæ uera sunt eo ipso ꝙ vera sunt, falsa sint. Põt.n. facere ꝙ aliquid non sit qđ erat, uelut cũ aliquis qui cœpit esse nascendo, faciat nõ esse moriendo. Quis aũt dicat, ut id qđ iã non est faciat nõ esse? quicquid.n. p̃teritũ est, iã nõ est, si de ipso fieri aliquid põt adhuc est de quo fiat. Et si est, q̃do præteritũ est? non ergo est qđ uerè diximus fuisse, sed ideo uerũ est illud fuisse, quia in nostra snia uerum est, non in ea re q̃ iam nõ est, hanc aũt sniam Deus falsã facere non põt. Oĩpotentem aũt Deum non ita dicimus, ac si cum ẽt mori posse credamus. Ille planè oĩpotens uerè solus dr̃ quod uerè est: ẽt à quo solo est quicquid aliquo modo est. Amb. Vide aũt humilitatem uirginis, uide deuotionem. Sequitur.n. Dixit aũt Ma. Ecce an. dñi. Ancillam se dicit, q̃ mater eligitur; nec repẽtina exaltata promissione est. Mitem.n. humilemq; pariturã humilitatem debuit ẽt ipsa præferre, simul etiam ancillam se dicendo, nullam sibi prærogatiuam tantæ gratiæ uẽdicauit, quin faceret, quod iuberetur. unde sequitur. Fiat mihi secundũ uerbum tuum. Habes obsequium, uide uotũ. Ecce ancilla dñi, apparatus officij est. Fiat mihi secundum uerbũ tuum, cõceptus est uoti. Eus. Alius aliud quidam in præsenti sermone virginis extollet apicibus, hic quidẽ constantiã, hic obediẽtiæ prõptitudinẽ, alius ꝙ non electa est tã splendidis, & arduis p magnum archangelũ promissis pollicitis, alius quod non excessit modũ in dando instãtias, sed æqualiter cauit & Euæ læuitatẽ, & Zachariæ inobedientiã, mihi aũt humilitatis profunditas nõ minus cõspicitur admiranda. Greg. 1 Sermo. Per ineffabile nanq; sacramentum concepto sancto partu inuiolabili secũdũ ueritatẽ vtriusq; naturę eadem uirgo ancilla dñi fuit, & mater. Bed. Accepto aũt uirginis cõsensu mox angelus cœlestia repetit. unde sequitur: Et discessit ab illa angelus. Euse. Non solũ impetrans qđ optabat, sed stupens in virginea forma, & virtutis plenitudinis.

Omnipotẽtia Dei exponitur.

Deuotio virginis.

Exurgens autẽ Maria in diebus illis, abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda, et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth: Et factum est, ut audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in utero eius. Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth. Et exclamauit uoce magna, & dixit; Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus uẽtris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat Mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata quæ credidisti, quoniã perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Dño.

Amb. Angelus cum abscõdita nunciaret, ut fides astrueretur, exẽplo fęminę sterilis conceptũ uirginis nuntiauit. Vbi hoc audiuit Maria, nõ quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nũtio, nec quasi dubitans de exẽplo, sed quasi læta pro uoto, religiosa pro officio, festina pro gaudio in montana perrexit, unde dr̃. Exur. aũt Ma. in di. illis &c. Quo.n. iam Deo plena, nisi ad superiora cũ festinatione conscenderet? Ori. Iesus.n. qui in vtero illius erat festinabat adhuc in uẽtre matris Ioãnem positum sanctificare. vnde sequitur. Cum festinatione. Amb. Nescit tarda molimina

Visitationis Mariæ ratio.

limina Spiritus sancti gratia. Discite uirgines non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Theo. Propter hoc abiit in montana, q. a Zacharias in montanis habitabat. unde sequitur: In ciuita. Iu. & intra. in do. Zahariȩ. Ambr. Discite uos sanctæ mulieres sedulitatem, quam prægnantib. debeatis exhibere cōgnatis. Mariā āt, q̄ sola in intimis penetralib. uersabatur, nō à publico uirginitatis pudor, nō à studio asperitas montiū, non ab officio prolixitas itineris retardauit. Discite ēt uirgines humilitatē Mariȩ, uenit propinqua ad ꝓximā, iunior ad seniorē: nec solum uenit, sed & prior salutauit. vñ sequitur: Et sa. Elisabeth. Decet.n. ut quanto castior uirgo, tanto humilior sit, noueritq́; deferre senioribus. Sit magistra humilitati, in qua est ꝓfessio castitatis. Est ēt causa pietatis, q. a superior uenit ad inferiorē, ut inferior adiuuetur. Maria ad Elisabeth, Christus ad Ioānē. Chry. sup. Mat. Vel aliter, Celabat q̄ supradicta sunt in se virgo, nec cuiquā hoium pandit. nō.n. credebat ab illis posse fidē adhiberi mirandis relatib. imo magis putabat se pati conuitia si diceret, quasi uolēs scelus propriū palliare. Grȩcus. Ad solam āt refugit Elisabeth, sic.n. cōsueuerat propter cognationem & propter cæterā huiusmodi coniunctionem. Ambr. Cito autem euentus Mariæ & præsentiæ dominicæ beneficia declarantur, nam sequitur: Et fac. est ut audiuit &c. Vide distinctionē singulorumq́; uerborum proprietates: uocem prior Elisabeth audiuit, sed Ioānes prior gratiam sensit: illa naturæ ordine audiuit, iste exultauit ratione mysterij: illa Mariæ, iste domini sensit aduentum. Grȩcus. Propheta .n. parēte acutius uidet & audit, salutatq́; prophetarum: sed qm̄ uerbis non poterat, saltat in utero, quod maximum existit in gaudio. Quis unquā nouit tripudium natiuitate antiquius? Insinuauit gratia, quæ naturæ ignota extiterant; reclusus uentre miles agnouit dominum ac regem oriturum, uentris tegmine non obstante mystícum uisioni. inspexit.n. nō palpebris, sed spiritu. Orig. Non āt antea repletus fuerāt spiritu donec assisteret, quæ Christū gerebat in utero: tūc autē & spiritu erat plenus, & resultabat in parente. vnde sequitur. Et reple. est Spū sancto Elisabeth. Nō āt dubiū est quin q̄ tūc repleta est Spiritu sancto, pp filiū sit repleta. Amb. Illa āt quȩ se occultauerat & cōceperat filiū, iactare se cœpit, quia gerebat prophetā. & q̄ erubescat ante, benedixit. vñ sequit; Et excla. uo mag. dixit. Bene. tu inter mulieres. Magna voce clamauit, vbi dñi sensit aduentū. quia religiosum credidit partū. Orig. Dicit āt, Benedicta tu inter mulieres. Nulla n. vnquā tātæ fuit gratiæ particeps, aut esse poterat. Vn⁹.n. diuini germinis parens est vnica. Beda. Eadem autē uoce ab Elisabeth, qua à Gabriele benedicitur, quatenus & angelis & hominib. veneranda mōstretur. Theo. Quia vero aliȩ sanctæ mulieres fuerunt, quæ tamē genuerunt filios peccato inquinatos, subiungit. Et ben. fru. uen. tui. Vel aliter intelligitur, dixerat benedicta tu inter mulieres. dein de quasi interrogāte aliquo subiungit. Et bened. fru. sicut dicitur in psal. Benedict⁹ qui uenit in nomine dñi, Deus dñs & illuxit nobis. Consueuit.n. sacra scriptura, & pro quia recipere. Orig. Fructum autem ventris Dei genitricis dñm dixit. quia nequaquā ex viro, sed ex sola Maria processit. Nam qui semē sumpserunt à patribus fuctus eorum existunt. Greg. Solus ergo hic fructus benedictus, quia absq; uiro & absq; peccato producitur. Bed. Iste est fructus qui Dauid ꝓmittitur. De fructu uentris tui ponā super sedē tua. Euse. In qua parte emergit Eutycis redargutio. dū fructus uentris Christus asseritur. Omnis.n. fructus est eiusdē naturȩ cum plant. unde & uirginē relinquitur eiusdē fuisse naturæ cū secundo Adā, qui tollit pctā mundi. Sed & quasi phātasticā opinionē de carne Christi cōfingūt in uero Dei genitricis partu erubescant; nam ipse fructu ex ipsa substantia procedit arboris. Vbi sunt ēt dicentes, quasi per aquæ ductū Christū transisse per virginē, aduertant ex dictis Elisabeth quā repleuit spiritus, Christū fructū fuisse vētris. Sequitur; Vnde hoc mihi, vt veniat mater Dñi mei ad me? Ambr. Nō quasi ignorans dicit. scit.n. esse sancti Spiritus gratiā & operationem, ut mater domini matrem prophetæ ad profectum suā

Fructus.

Mariæ laus.

pignoris salutet, sed quasi nõ humani hoc meriti, sed diuinę gratię munus esse cognoscat, ita dicit: Vnde hoc mihi, hoc est qua iustitia, quibus factis, pro quibus meritis? Ori. Cõuenit ãt hoc dicens cũ filio, nã & Ioannes indignũ se sentiebat aduẽtu Christi ad ipsum. Matrẽ ãt dñi nuncupat adhuc uirginẽ existẽtẽ, pòccupans euentũ ex dicto prophetico. Diuina ãt promissio duxerat Mariã ad Elisabeth, vt Ioãnis testimonium ab utero perueniret ad dñm, & tunc n. Ioannem dominus in prophetã constituit. vnde sequit: Ecce. n. vt facta est vox salutationis. &c. Aug. ad Dardanũ. Hoc autẽ ut diceret sicut euangelista præ locutus est, repleta est Spiritu sancto, quo procuidubio reuelante cognouit quid illa exultatio significasset: infantis. n. illius uenisse matrẽ, cuius ipse pręcursor, & demonstrator esset futurus. Potuit ergo esse ista significatio rei tantæ à maioribus cognoscendę, non à paruulo cognitæ, non. n. dixit; Exultauit in fide infans in utero meo, sed exultauit in gaudio. Videm⁹ autem exultationem nõ solum paruulorũ, sed etiam pecorum, nõ utiq; de aliqua fide uel religione, uel quacũq; rationabili cognitione uenientem, sed hæc inusitata & noua extitit, quia in utero & eius aduẽtu quæ omnium. Saluatorẽ fuerat paritura. Ideo hæc exultatio & tanquàm matri domini reddita resalutatio, sicut solẽt miracula fieri, facta est diuinitus in infante, non humanitus ab infante; quamquàm & si usque adeo in illo puero est acceleratus usus rationis & uoluntatis, ut intra uiscera materna iã posset agnoscere, credere, & consentire, etiam hoc in miraculis habendum diuinæ potentiæ nõ ad humanæ trahendum exemplar natura. Orig. Venerat autem mater domini uisura Elisabeth miraculosum conceptum, quẽ retulerat angelus, ut per hoc sequatur credulitas potioris ad uirginem manaturi. Et ad hãc fidem facit sermo Elisabeth, dicentis; Et beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea q̃ dicta sunt tibi à domino. Amb. Vides minime dubitasse Mariam, sed credidisse, & ideo fructum fidei consecutã. Beda. Nec mirum si dominus redempturus mundum operationem suam inchoauit à matre, ut per quã salus omnibus parabatur, eadem persona fructum salutis hauriret ex pignore. Amb. Sed & uos beati qui audiuistis, & credidistis: quæcunq; n. crediderit anima, & concipit & generat Dei uerbum, & opera eius agnoscit. Beda. Omnis autem anima quæ verbum Dei mentes cõcepit, uirtutum statim celsa cacumina gressu cõscendit amoris, quatenus ciuitatem Iuda, idest cõfessionis & laudis arcem penetrare & usque ad perfectionem fidei, spei, & charitatis, quasi tribus in ea mensibus ualeat cõmorari. Origen. super Ezech. Simul & de præterito, & de præsenti, & de futuro per prophetię spiritum tacta est, quæ & eã promissionibus angeli credidisse cognouit, & matrẽ nominãs, quia Redemptorem humani generis in utero portare intellexit, etiam cum omnia perficienda prædiceret, quid etiam de futuro sequeretur aspexit.

Exultatio Ioannis qualis.

Conceptᵘˢ mysticus Christi.

Et ait Maria: Magnificat anima mea dñm.

Ambro. Sicut peccatum à mulieribus cępit, ita & bona à mulieribus inchoant. vñ non occiosum uidetur q̃ ante Ioannẽ Elisabeth pphetizat, & Maria ante dñi generationẽ. Sequitur ãt, ut Mariæ quo psona melior, eo pphetia sit plenior. Basi. Virgo. n. intẽtione sublimi, ac speculatione pfunda, immensitatẽ contemplãs mysterij, quasi pfundius gradiẽs magnificat Deum. unde dicitur: Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Græcus. Quasi diceret: Mirabilia quæ Deus pronunciauit in meo corpore exercebit, sed anima mea infructuosa apud Deum nõ erit. Cõuenit autem mihi & uoluntatis fructum afferre; nam quãtum amplo doceor miraculo, tantum teneor glorificare in me mirabilia operantem. Orige. Si autem dominus nec augumẽtum, nec detrimentum recipere potest, quid est q̃ Maria loquitur, Magnificat anima mea dominum? Sed si considerem dominum Saluatorem imaginem esse inuisibilis Dei, & animam factã ad eius imaginem, ut sit imago imaginis, tunc uidebo quoniam in exemplo eorum qui solent imaginis pingere, quando magnificauero animam meam opere, cogitatione, sermone, tunc imago Dei grandis efficit, & ipse domin⁹, cuius imago est in anima

Magnificatio Dei.

Anima mea magnificatur.

Et exultauit spirit⁹ me⁹ in Deo salutari meo.

Basi. Primus spiritus fructus est pax, & gaudium. Quia ergo virgo sancta totā sibi hauserat spiritus gratiā, merito subiū-git: Et exul. spiritus &c. Idem animam dicit & spiritum. Consueta autē in scripturis exultationis prolatio in sinu, at alacrē quēdam & iocosum habitū animæ in his qui digni sunt. Proinde uirgo exultat in dño ineffabili cordis tripudio, & resultatione in strepitu honesti affectus. Sequit; In Deo salutari meo. Bed. Quia eiusdem Iesu. i. saluatoris spiritus uirginis, ęterna diuinitate lætatur, cuius caro temporali cōceptione fœtatur. Amb. Magnificat ergo anima Marię dñm, & exultauit spiritus eius in Deo, eo ꝙ anima & spiritu patre, filioque deuota, vnū Deū per quē oīa pio uenerātur affectu. Sit āt in singulis Mariæ, aīa ut magnificet dñm: sit in singulis spiritus Mariæ ut exultet in dño. Si secū-dum carnē una mater est Christi, secūdū fidem tñ omnium fructus est Christus. Omnis. n. anima accipit Dei uerbū, si tñ immaculata & immunis à uitijs intemerata castimoniā pudoris custodiat. Theo. Ille āt Deū magnificat, q̄ digne sequitur Christū; & dū christianus uocat, Christi non minuit dignitatē, magna & cœlestia operādo, & tunc spiritus eius. i. spirituale chrisma, exultabit i. pficiet, & non mortificabitur. Basi. Si quando uero lux in cor suū irrepserit, & ad eū diligendū & contemnenda corporea, per illam obscurā & breuem imaginem perfectam perceperit iustorum conscientiam, absque ulla difficultate cōsequenter in dño gaudiū. Orige. Prius autē anima magnificat dñm, ut postea exultet in Deo. nisi. n. antea crediderimus, exultare non possumus.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ ecce .n. ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Gręcus expositor. Causam manifestat cur se magnificare Deū deceat, ac exultare in illo, dicens: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, quasi diceret. Ipse prouidit, non ego expectaui, humilibus erā cō-tenta. Nunc autem ad ineffabile consiliū eligor, & exaltor de terra ad sydera. Au. in ser. de assum. O uera humilitas, q̄ Deū hominibus peperit, uitam mortalibus ędidit, cœlos innouauit, mūdum purificauit, paradisum aperuit, & hominū animas liberauit. Facta est Mariæ humilitas scala cęlestis, per quam Deus descendit ad terras. Quid. n. est dicere respexit, nisi approbauit? Multi. n. uidentur in conspectu hominum humiles esse, sed eorum humilitas dño non respicitur. Si enim ueraciter humiles essent, deinde ab hominibus non se laudari uellent, non in hoc mundo, sed in Deo spiritus eorum exultaret Ori. Sed quid humile atq; deiectum, quæ Dei filiū gestabat in utero? Sed considera quoniā humilitas in scripturis una de uirtutibus pdicatur, q̄ à philosophis modestia dicit. Sed & nos eā possumus appellare quodā circuitu, cū aliquis nō est inflatus, sed ipse se deijcit. Bed. Cuius autem humilitas respicit, recte beata ab oībus cognominatur. vñ sequitur: Ecce. n ex hoc beatā &c. Athana. Si. n. secundū prophetam beati sunt, q̄ habēt semē in Siō, & proximos in Hierusalē; quantū debet esse præconiū diuinæ, ac sacrosanctæ uirginis Mariæ, quæ secundū carnē uerbi genitrix est effecta? Gręcus. Non āt se beatam appellat inani uexata gloria. vnde n. locus in ipsa superbiæ q̄ se ancillā domini nuncupauit? sed sacro tracta Spiritu quæ futura sunt, pcinit. Decebat. n. ut sicut p superbiā primi parentis mors in mundum intrauit, ita p humilitatem Mariæ, uitæ introitus uideretur. Theo. Et ideo dicit. Omnes generationes: nō solum Elisabeth, sed etiam omnes credentium nationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est & sanctum nomen eius.

Theo. Ostendit uirgo non per suam uirtutem se beatam prædicādam, sed causam assignat, dicens Quia fecit mi. ma. q. po. est. Quæ tibi magna fecit? Credo ut creatura ederes creatorem, famula dominum generares, ut per te mundum Deus redimeret, per te illuminaret, per te ad uitam reuocaret. Titus. Quomodo uero magna, nisi ꝙ manēs illibata concipio superans nutu Dei naturam? Digna reputata sum uiro, non quomodocūque genitrix effici, sed unigeniti Saluatoris Beda. Respicit autem hoc ad ad initium carmi

Humilitatis laus.

Mariæ eximia laus.

Vmbra mortis.

nis, ubi dictũ est. Magnificat aĩa mea dñm. Sola.n. aĩa illa cui dñs magna facere digna tur dignis eũ præconijs magnificare põt. Titus. Dicit ãt: Qui potẽs est ut si qs diffi dat in cõceptionis negocio, dũ uirgo manens concepit, retorqueat miraculũ ad potentiã operantis. Nec q̃a unigenitus accessit ad fœminã ex hoc inquinaτ, q̃a sanctũ est nomen eius. Basil. Sanctum uero dicitur nomẽ Dei, non quia in syllabis quãdã significatiuam uirtutem cõtineat, sed q̃a quomodolibet Dei speculatio sancta dinoscitur & sincera. Bed. Singularis.n. potentiæ culmine transcendit omnem creaturam & ab uniuersis quę fecit lege segregatur, quod græca locutione melius intelligitur. In quo ipsum uerbum quod dicit agion, quasi extra terram esse significat.

Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.

Bed. In specialibus se donis ad generalia Dei iudicia conuertens totius humani generis statum describit, subdens: Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. q.d. Nõ solum mihi fecit magna qui potens est, sed in omni gente qui timet Deum acceptus est illi. Orige. Misericordia n. Dei, nõ in una gñatione, sed in sempiternum extenditur à generatione in gñationẽ. Græcus. Et misericordia eius quam hẽt in generatione generationum ego cõcipio, ac ipse corpori aĩato coniungitur, nostram tractans salutẽ solius intuitu pietatis. Miseretur autem nõ qualitercunq; sed his quos timor eius cõpescuit in qualibet natione. unde dicitur: Timentibus eum; qui.s. pœnitentia ducti & ad fidem & pœnitentiam conuertunτ. nam qui obstinati sunt incredulitatis uitio clauserunt sibi ianuam pietatis. The. Vel per hoc innuit q̃ timentes misericordiam consequẽtur in generatione ista, id est in præsenti seculo, & futuram, id est in seculo futuro. In hoc seculo centupiũ accipientes, in illo uero multo maiora.

Miseri-
cordia
Dei qua
lis.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

Bed Humani generis statũ describens, quid superbi & quid humiles mereantur ostẽdit, dicens; Fecit &c. Id est in ipso Dei filio. sicut.n. tuum brachium est quo operaris. sic brachium Dei dictũ est eius uerbum, per quod operatus est mundum. Orige. Timentibus aut se fecit potentiam in brachio suo, quia licet infirmus ad Deum accesseris, si timueris eum, promissam uirtutem cõsequeris. Theo. In brachio suo, .s. eius filio incarnato potentiam fecit, q̃a natura deuicta est uirgine pariẽte, & Deo humanato. Græcus. Vel dicit, Fecit pro faciet potentiam, non ut dudum per Moysen cõtra Aegyptios, nec per angelũ, puta quando multa milium rebellium prostrauit Assyriorũ, nec quoquam alio mediante nisi in proprio brachio triumphũ docuit intelligibiles hostes superando. unde sequitur; Dispersit &c. Scilicet quanlibet mentem elatam non parentem eius auctui, quinetiam aperuit, & uitiosas ostẽdit superbas cogitationes eorũ. Cyril. Magis autẽ proprie de dæmonum hostili caterua intelligenda sunt hęc. hos enim sęuientes in terra dissipauit aduenìens dominus, & cõpeditos ab eis obedientię suę restituit. Theoph. Potest hoc etiam de Iudæis intelligi, quos in omnem dispersit regionem, sicut nunc, dispersi sunt.

Deposuit potẽtes de sede, et exaltauit humiles.

Beda. Quòd dixit fecit potentiã in brachio suo; & q̃d præmiserat; Et misericordia eius à progenie in progenies, his uersiculis p̃ singula cõtinuata est annectendũ: q̃a scilicet per oẽs seculi generationes, & perire superbi, & humiles exaltari, pia iustaque diuinæ potẽtię dispensatione non cessant. uñ dicit. Deposuit po. &c. Cyril. Magna sapiebãt dæmones & diabolus, Gẽtiliũ sapiẽtes pharisęi & scribæ, hos tñ deposuit, erexitq; humiliãtes se sub potenti manu Dei dans illis uirtutẽ calcãdi serpẽtes, & scorpiones, omnemque potestatẽ inimici. Erant & quandoque Iudæi potestate superbi, sed prostrauit hos incredulitas. ex gentibus autem ignobiles & humiles per fidem ad apicem conscenderunt. Græcus. Deitatis enim tribunal noster intellectus esse cognoscitur, sed iniquæ uirtutes post transgressionem incubuerunt præcordijs protoplasti, tanquam in proprio solio. Ob hoc ergo uenit dominus, & spiritus iniquos eiecit à sedibus uolũtatum, & prostratos à dęmonijs

Miseri-
cordia
Dei qua
lis.

exaltauit

exaltauit eorũ conſcientias purgãs, & eorum mentem ſtatuens propriam ſedem.

Eſurientes ĩpleuit bonis, et diuites dimiſit inanes

Gl. Quia humana proſperitas pcipuè in honoribus potentium, & in abundãtia diuitiarum conſiſtere vr, poſt delectionẽ potentium & exaltationem humiliũ de diuitum examinatione & pauperũ repletione mentionem facit di. Eſuriẽtes &c. Baſi. ſup. Pſal. diſponit quidem nos pſens verbum ẽt quo ad ſenſibilia, edocens rerũ mũdanarũ incertitudinẽ. Caduca ſiquidẽ ſunt hæc; ſicut nuda q ab impetu ventorũ hincinde diffunditur. Intellectualiter aũt ſumẽdo eſuriebat gen⁹ humanũ exceptis Iudæis, hos nanq; ditauerat legis traditio & ſanctorũ dogmata prophetarũ. Quia vero nõ humiliter hæſerunt verbo humanato dimiſſi ſunt inanes, nihil deferentes, nõ fidẽ, non ſcientiã, & ſpe bonorũ priuati ſunt, & à terrena Hieruſalẽ, & à uita futura excluſi. Quos vero de gentib. fames & ſitis cõtriuerat, cũ hęſiſſent dño, repleti ſunt ſpiritualib bonis. Gl. Qui ẽt ęterna toto ſtudio quaſi eſuriẽtes deſiderãt, ſaturabunt, cũ Chriſtus apparuerit in gloria, ſed qui terrenis gaudẽt, in fine totius beatitudinis inanes dimittentur.

Eſuries humanæ naturæ.

Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſecula.

Glo. Poſt generalem diuinę pietatis & iuſtitiæ commemorationem, ad ſingularẽ nouæ incarnationis diſpenſationẽ cõuertit verba, di. Suſcepit &c. quaſi medicus ægrũ viſibilis inter homines factus, ut faceret Iſrael. i. vidẽtem Deum puerũ ſuũ. Baſi. Obedientem. ſ. & humilem. nam q contemnit humiliari, non poteſt ſaluari. Bed. Iſrael. n. dicit non materialẽ, quem ſola nobilitabat appellatio; ſed ſpiritualẽ qui nomen fidei retinebat, habens oculos tendentes ad Deum uidendũ per fidẽ. Poteſt ẽt ad Iſrael carnalẽ hoc adaptari, cum ex eo infiniti crediderunt. Hoc aũt fecit recordatus miſe. ſuæ. hoc. n. impleuit qđ Abrahæ promiſit, di. Quoniã benedicent in ſemine tuo oẽs cognationes terrę. Huius ergo promiſſionis Dei genitrix recordata dicebat: Sicut locutus &c. Nã & Abrahæ dictum eſt, Statuam pactum meũ

Mira expoſitio.

inter me & te; & inter ſemẽ tuũ poſt te in generationib. ſuis fędere ſẽpiterno vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te. Beda. Semen ãt dicit non tã carne progenitus q̃ fidei eius veſtigia ſecutus, q bus aduẽtus ſaluatoris in ſecula promiſſus eſt, Glo. Quia ipſa pmiſſio hæreditatis nullo fine claudet, & vſq; in finẽ ſeculi credentes nõ deerũt, & beatitudinis gloria erit perennis.

Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus & reuerſa eſt in domum ſuam.

Amb. Tãdiu mãſit Maria, quãdiu Eliſabeth pariendi tẽpus impleret. vnde dr: Mãſit aũt &c. Theo. In ſexto. n. mẽſe cõceptionis præcurſoris venit angelus ad Mariam quæ manſit cum Eliſabeth menſibus tribus, & ſic nouem menſes implentur. Am. Non autem ſola familiaritas eſt cauſa q diu manſit, ſed etiam tanti nati perfectio nam ſi primo ingreſſu tãtus progreſſus extitit, ut ad ſalutationem Mariæ exultaret infans in utero, repleretur ſpiritu ſancto mater infantis: quantũ putam⁹ vſum tãti temporis ſanctæ Marię addidiſſe præſentiã? Bene ergo inducitur exhibuiſſe officium, & myſticũ numerũ cuſtodiſſe Bed. Anima n. caſta, q̃ ſpiritualis uerbi deſideriũ cõcipit neceſſe eſt ut alta cęleſtis exercitus iuga ſubeat, & quaſi triũ mẽſiũ dies ibidẽ demorata, quouſq; fidei & ſpei charitatis luce radiet, perſeuerare nõ deſiſtat. Theo. Quando vero Eliſabeth paritura erat uirgo receſſit. vnde ſequit: Et reuerſa eſt &c. ſcilicet propter multitudinem q̃ ad partum congregari debebat. inconueniens autem erat in talibus uirginem eſſe præſentem. Gręcus Mos. n. eſt virginibus, cedere quoties pręgnans parit. Vt aũt propriam applicuit domum, alio quidem nullatenus abiit, ibi uero manebat vlterius, donec adeſſe partus horam cognouit, ibique Ioſeph dubitans ab angelo edocetur.

Iſrael ſpiritalis.

Eliſabeth aũt impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt uicini et cognati eius quia magnificauit dominus miſericordiam ſuam cum illa, & congratulabãtur ei.

Ambr. Si diligenter aduertas plenitudinis uerbum nuſquam inueniens poſitũ niſi in generatione iuſtorum, vnde & nũc dr, Eliſabeth autẽ &c. Plenitudinẽ. n. hẽt iuſti uita inanes autẽ ſunt dies impiorũ.

Chry. Iccirco ăt Deus Elisabeth partũ retardauit, ut gaudiũ augeretur, & famosioré faceret muliere. vñ sequit: Et audierũt vicini &c. Nã q sterilitaté eius cognouerãt, testes diuinæ gratiæ sunt effecti. Nemo ăt uiso infante cũ silẽtio discedebat, sed Deũ qui illũ ex insperato concesserat collaudabat. Ambr. Habet. n. sanctorũ editio lætitiã plurimorũ, qm̃ cõmune est bonum iustitia. n. cõmunis est virtus, & ideo in ortu iusti futuræ vitę insigne pręmitti, & gratia secuturæ uirtutis exultatione uicinorum præfiguratè designatur.

Et factũ est in die octauo uenerunt circumcidere puerum & uocabant eũ nomine patris sui, Zachariam: Et respondens mater eius, dixit; Nequaquam, sed uocabitur Ioãnes. Et dixerũt ad illã: Quia nemo est in cognatione tua, qui uocetũ hoc nomine; innuebant autem patri eius quẽ uellet uocari eum. Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. Apertum est autem silico os eius et lingua eius, & loquebatur benedicens Deum.

Cĩrcuncisionis ratio exponitur.

Chry. Circuncisionis norma primo tradita est Abrahæ in signũ distinctionis, ut genus patriarchæ impermixtum cõserue tur, & sic promissa bona consequi valeăt. Vbi autem pacti consummatur negociũ, appositum signum de medio tollitur. Sic igitur & per Christum circũcisione cessante baptismus succedit, sed antea Ioãne circuncidi decebat. vnde dicitur; Et factum est &c. Dixerat. n. dominus: Infans 8. dierum circuncidatur in uobis. Hanc autem temporis mensurã à diuina clementia cõstitutam autumo duplici de causa. Primo quidem vt in tenerrima ętate leuius patiatur dolorem sectionis carnis. Secundo ut ex ipsis operibus moneamur, quoniam hoc agebatur in signum. Tener n. puer minime discernit quę circa ipsum fiunt. Post circuncisionem autem nomen imponebatur. vnde sequitur; Et vocabant eum &c. Hoc autem ideo fiebat, quia pri⁹ oportet sumere signaculum domini, & postea nomen humanum. vel quia nullus nisi prius abijciat carnalia, quod significat circuncisio, dignus est ꝙ in libro uitæ nomen eius scribatur. Amb. Mirè ăt sanctus Euangelista ꝑmittendũ putauit, ꝙ plurimi infanté patris nomine Zachariã appellandũ putarunt, ut aduertas matri nõ nomen alicui displicuisse de genere, sed id sancto infusũ spiritu, qđ ab angelo ante Zachariæ fuerat pronunciatũ. Et quidé ille mutus intimare vocabulũ filij nequiuit uxori, sed ꝑ prophetiã Elisabeth didicit, quod nõ didicerat à marito. vñ sequit; Et respõdẽs &c. Ne mireris si nomen mulier qđ non audiuit asseruit, quando Spiritus ei sanctus q angelo mandauerat reuelauit. neq; poterat domini ignorare prępuntium, qui ꝓphetauerat Christum. Et bene sequitur. Et dixerunt ad &c. Vt intelligas nomen non generis esse, sed vatis. Zacharias quoque nutu interrogatur. vnde sequitur. Innuebant autem patri &c. Sed quia incredulitas ei affectum eripuerat auditum, quod uoce nõ poterat, manu & literis est locutus vnde sequitur, Et postulans &c. Hoc est, nõ ei nos nomen imponimus, qui iam à Deo nomen accepit. Orige. Zacharias quidem interpretatur memor Dei. Ioannes autem significat demõstrantem. Cæterum & absentis memoria; pręsentis demonstratio est. Debebat autem Ioãnes non memoriam Dei ut absentis exprimere, imo digito demonstrare pręsentem, dicens. Ecce agnus Dei. Chry. Quinetiam hoc nomen Ioannes gratia Dei interpretatur. Quòd ergo gratia diuina fauente non natura Elisabeth hunc filium concepit, beneficij memoriam in nomine pueri conscripserunt Theoph. Quia verò cum muliere circa hoc nomen pueri, pater mutus concordauit, sequitur. Et mirati &c. Nemo enim huius nominis erat in cognatione eorum, vt aliquis diceret, quòd antea hoc ambo cogitassent Greg. Nazanzenus. Editus ergo Ioannes, Zachariæ soluit silentium. vnde sequitur. Apertum est &c. Absurdum enim erat ut cum uox uerbi ꝓgressa fuisset, pater maneret elinguis. Ambro. Merito etiam continuo resoluta est lingua eius, quia quam uinxerat incredulitas, soluit fides. credamus igitur & nos, ut lingua nostra quæ incredulitatis uinculis est ligata, rationis voce soluatur. Scribamus spiritu mysteria, si volumus loqui scribamus prænuncium Christi, sed non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Etenim qui Ioanné loqui-

Ioannis commu nis ratio.

tur, Christum prophetizat. Sequitur.n. Et loquebatur &c. Bed. Allegorice aũt Ioãnis celebrata natiuitas gratia noui testamenti est inchoata, cui vicini & cognati nomẽ pr̃is, quàm Ioãnis imponere malebãt, q̃a Iudæi q. legis obseruatione quasi affinitate iũcti erãt, magis iustitiã q̃ ex lege est, sectari, quàm fidei grãm suscipere cupiebãt. sed Ioãnis hoc est grẽ Dei uocabulũ, mater uerbis, pater literis nunciare satagunt; quia & lex ipsa psalmisq; & ꝓphetæ apertis sn̄iarũ uocibus grãm Christi p̄dicãt, & sacerdotiũ illud vetus figurãs cærimoniarũ, ac sacrificiorũ umbris eidẽ testimonium perhibet. Pulchreq; Zacharias 8. die prolis æditæ loquitur, quia per domini resurrectionẽ q̃ octaua die, hoc est post septimum sabbati facta est, occulta legalis sacerdotij arcana patuerunt.

Natiuitatis Ioãnis allegorica.

Et factus est timor super omnes uicinos eorũ, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc, & posuerũt omnes qui audie rant in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo.

Theo. Sicut in taciturnitate Zachariæ miratus est populus, ita & cũ locutus est: vnde dicitur; Et factus &c. Et ꝓpter hęc duo magnum aliquid circa natum puerũ vniuersi existiment. hæc autem omnia dispensatiue fiebant, vt qui testis esse Christi debebat, existeret & fide dignus. vnde sequitur; Et posuerunt &c. Beda. Præcurrentia.n. signa præbent iter præcursori ueritatis, & futurus propheta præmissis cõmendatur auspiciis. vnde sequitur: Etenim &c. Glo. Prodigia enim Deus in illo peragebat, quæ non faciebat Ioannes, sed dextera diuina. Græcus. Mysticè autem tempore diuinæ resurrectionis prædicata gratia Christi salubris timor nõ solũ Iudæorum, quia erãt uicini uel situ loci vel scientia legis, sed ẽt exterarum gentium corda concussit; nec tm̃ mõtana Iudęæ, sed oĩa mundani regni, mundanæq; sapiẽtiæ culmina Christi fama transcendit.

Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto, & prophetauit, dicens: Benedictus dominus Deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ.

Amb. Bonus Deus & facilis indulgere peccatis nõ solum ablata restituit, sed ẽt insperata concedit. Nemo ergo diffidat, nemo ueterũ cõscius delictorũ pręmia diuina desperet. Nouit Deus mutare sentẽtiã, si tu noueris emendare delictum. Ille siquidẽ dudum mutus prophetizat. vnde dr̃: Et Zacharias &c. Chry. Scilicet operationi sancti Spiritus, nec quocunq; modo gratiã Spiritus sancti nactus, sed ad plenum, & fulgebat in eo prophetiæ donũ. unde sequitur; Et prophetauit. Orig. Plenus aũt Spiritu sancto Zacharias duas prophetias generaliter nũciat, primã de Christo, alterã de Ioanne, quod manifeste de verbis illius probatur, in quibus quasi de præsenti, & quasi iã versarentur in mũdo loquitur de Ioãne, & primo de Saluatore dicens: Benedictus dñs Deus Israel, quia visitauit &c. Chry. Dum Deum benediceret Zacharias; visitationẽ dicit esse factã ab eo erga populũ suũ, siue materiales Israelitas quis uelit accipere: venit.n ad oues quæ perierãt domus Israel; siue spũales.i. fideles qui digni fuerunt hac uisitatione efficacem erga se diuinã prouisionẽ facientes. Beda. Visitauit aũt dñs plebem suã quasi lõgã infirmitate tabescentẽ, & quasi vẽditam sub peccato uicini filii sui sanguine redemit. Quod, quia Zacharias proximo faciendum cognouerat, prophetico more, quasi iam factum narrat. Dicit autem, Plebem suam; nõ quia veniẽs suã inuenit, sed quia visitando suam fecit.

Dei liberalitas.

Visitatio Dei.

Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui.

Theo. Videbatur Deus dormire peccata multa respiciẽs, sed in nouissimis incarnatus tẽporibus excitatus est, & cõtriuit dæmones qui nos oderãt. vnde dr̃; Et erexit cornu salutis nobis; in domo Dauid pueri sui. Orig. Quia de semine Dauid, secũdũ carnẽ, natus est Christus. vnde dr̃: Cornu salutis nobis in domo Dauid, sicut & alibi dictũ est. Vinea facta est i cornu.i.in Iesu Christo. Chry. Cornu aũt nominat potestatẽ, gloriã, & famã; metaphoricè à brutis aĩalibus, illud accipiẽs, quibus loco muniminis & gloriæ cornua Deus dedit. Bed. Cornu ẽt salutis regnũ Saluatoris Christi vocat. Ossa siquidẽ oĩa carne inuoluta sunt. Cornu excedit carnẽ, & ideo cornu salutis regnũ Chr̃i vocat; quo

Cornu salutis

mundus

mundus & carnis gaudia superantur, in cuius figuram Dauid & Salomon cornu olei sunt in regni gloriam consecrati.

Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius.

The. Quòd de domo Dauid Christus nasceretur, Micheas mentionẽ facit, dicens. Et tu Bethlehẽ terra Iuda nequaquã minima es: ex te.n. exiet dux qui regat populũ meũ Israel. Sed oẽs prophetæ de incarnatione dixerũt. Et ideo dr: Sicut locutus est per os &c. Greg. Per qđ innuit Deũ per illos esse locutũ, & nõ esse humanum qđ dixerunt. Bed. Dicit aũt; Qui à seculo sunt; quia tota ueteris testamẽti scriptura propheticè de Christo procedit. Nã & ipse pater Adam & cæteri patrum factis suis eius dispensationi testimonium reddunt.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.

Iusiurãdum ad patres. Beda. Cum primo breuiter pmisisset; Erexit cornu salutis nobis; cõtinuo explanans quid dixerit, subdit. Salutem ex inimicis nostris. q.d. erexit nobis cornu. i. erexit nobis salutẽ ex inimicis nostris. Et de manu omnium qui oderunt nos. Ori. Nõ autem putemus nunc de corporalibus inimicis dici; sed de spiritualibus. Venit n. dominus Iesus fortis in prælio destruere omnes inimicos nostros, ut nos de eorum insidiis, & tentationibus liberos faceret.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis.

Beda. Dixerat dñm iuxta eloquiũ prophetarũ in domo Dauid nasciturũ; dicit eundem ad exemplum testamenti quod Abrahæ disposuit nos esse liberaturũ; quia his pcipue patriarchis de suo semine, vel congregatio Gentium, vel Christi est incarnatio promissa: pmittitur aũt Dauid, quia Abrahæ sanctus ecclesiæ cœtus est promissus: Dauid aũt ꝙ ex eo Christus nasciturus esset, audiuit. Et ideo post id quod dictũ est de Dauid, subdit de Abrahã, dicens: Ad faciendã misericordiã cum patribus nostris. Orig. Ego puto ꝙ in aduentu dñi Saluatoris & Abrahã & Isaac & Iacob functi sunt misericordia eiꝰ. Nõ est.n. credibile, vt qui prius uiderunt diẽ illius & lætati sunt, postea in aduentu ipsius nihil vtilitatis acciperent, cum scriptum sit: Pacem faciens per sanguinẽ crucis suæ: siue per terrã siue in cœlis. Theo. Christi etiam gratia se usq; ad illos extẽdit, qui mortui extiterunt; quia per eum resurgemus non solum nos, sed & qui fuerunt ante mortui. Fecit & misericordiã cum patribus nostris, secundum ꝙ eorum spem & desiderium impleuit. vnde sequitur: Et memorari testamenti sui sancti, illius. s. de quo dicitur. Benedicens benedicã tibi, & multiplicabo te. Multiplicatus est.n. Abraham in omnibus gentibus per imitationẽ fidei eius adoptatis in filios, sed etiam patres uidentes suos filios talia beneficia recepisse, cõgaudent & recipiũt misericordiam in seipsis. unde sequitur: Iusiurandum quod iurauit ab Abrahã patrem nostrum daturum se nobis. Basil. Nemo autem audiẽs ꝙ iurasset dominus Abrahæ, ad iurandum sit prõptus. sicut.n. furor de Deo dictus non significat passionẽ, sed punitionẽ: sic neq; Deus iurat ut homo, sed verbum eius loco iuramẽti nobis ad veritatem exprimitur immutabili snia, quod promissum est, approbans.

Vt sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.

Chry. Quia exortũ nobis cornu salutis ex domo Dauid dixerat; ostendit ꝙ per ipsum & gloriam participamus, & dispẽdia inimici uitauimus. unde dicit: Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi. Duo prædicta nõ facile reperiet aliquis se se comitantia. **Duo singularia.** Plures.n. euitãt pericula, sed uita gloriosa priuãtur; sicut sceleris patratores, qui de carcere ex indulgentia regia absoluuntur; econtra gaudent Angeli gloria, sed ob hanc periclitari cogũtur; sicut milites bellicosi vitã inclytam amplexãtes securitate multoties caruerũt. Sed hoc cornu & saluat & glorificat; saluat quidem, eripiens à manibus hostiũ, nõ leuiter, sed mirifice, vt nõ sit vltra timendum. Et hoc est quod dicit: Vt sine timore. Orig. Vel aliter crebro de hostium manu aliqui liberantur, sed non absq; timore. Cum.n. metus & discrimen ante præcesserint, & sic de inimicorũ manu quis eruatur, liberatus est quidem, sed

non

non sine timore: ideo dixit quòd Christi aduentus sine timore nos à manibus hostium eripi fecit. Non .n. eorum insidias sensimus, sed repente ab eis non segregás eduxit ad sortis propriæ mansionem.

In sanctitate, et iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

Sanctitatis & iustitiæ ratio. Chry. Glorificat Zacharias dñm, quia fecit nos sibi seruire cum plena fiducia nõ carnaliter, ut Iudæi in sãguine uictimarũ, sed spũaliter in bonis operibus. Et hoc est qđ dicit in sanctitate & iustitia. Est .n. sanctitas apta circa Deũ æquitas. Iustitia uero q̃ est circa hoĩes, pura ꝙ aliquis reuerẽter exequatur diuina, & quo ad hoĩes laudabiliter conuersetur. Dicit aũt non corã hominibus, vt hypocritæ uolentes hominibus placere, sed corã Deo, sicut hi quorum cõmendatio nõ est ab hoĩbus, sed à Deo, & hoc non semel aut ad tempus, sed singulis diebus, & quandiu uixerint. vnde dicit: Omnibus diebus no. Beda. Nam qui uel ante mortem ab eius seruitio discedit, vel immunditia qualibet siue iustitiã fidei siue sinceritatem commaculat, vel coram hominibus tantum, & non coram Deo sanctus, & iustus esse contendit, nondum perfecte de manu spiritualium inimicorum liberatus domino seruit, sed exemplo ueterum Samaritanorum dijs Gentiũ pariter, & dæmonio seruire conatur.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem domini parare uias eius.

Amb. Pulchrè cum de domino prophetaret, ad prophetam sua verba conuertit, vt hoc quoque beneficium esse dñi designaret. ne cũ publica numeraret, sua quasi ingratus tacuisse uideretur. vnde dr̃. Et tu puer proph. altis. voc. Orig. Ideo reor Zachariã festinasse vt loqueret̃ ad puerũ, quia sciebat eum post Paulum in heremo moraturũ, nec se eis posse habere præsentiã. Ambro. Sed miraris fortasse ꝙ octo dierũ infantem alloquitur, uerũ si tenemus superiora, intelligimus profecto, ꝙ potuit uocem patris natus audire, qui Mariæ salutationem antequam nasceretur audiuit, sciebat propheta alias esse aures prophetæ, q̃ spiritu Dei nõ corporis ætate referãtur, habebat intelligendi sensum, q exultandi habebat affectum. Beda. Nisi fortè putandus est Zacharias propter eos qui aderant potius instruendo futura sui filij, quæ dudum per Angelum didicerat mox vt loqui potuit prædicare voluisse. Audiant Arriani ꝙ Christum, quem Ioãnes prophetando præibat altissimum vocat, sicut in psalmo dicitur: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Chry. Sicut aũt regibus commilitones sunt qui ei viciniores existunt, sic Ioannes cum esset eis amicus sponsi, de prope eius aduentum præcessit. & hoc est quod subditur. Præibis enim ante faciem dñi parare uias eius. Alij .n. prophetæ eminus Christi mysterium prædicauerant, hic uero propius prædicauit, ut & Christum uideret, & cũ cæteris iudicauit. Greg. 1 mor. Quisquis autem prædicando à sordibus uitiorum corda audientium mundat, uenientis sapientiæ ad cor uiam præparat. Mysteriũ piissimum.

Ad dandum scientiam salutis plebis eius, in remissionem peccatorum eorum.

Theoph. Qualiter præcursor viam dñi ꝑparauit exponit, subdẽs. Ad dand. scien. sal. ple. eius. Salus dñs Iesus est: data est ãt plebi scientia salutis. i. Christi à Ioanne q testimonium perhibebat de Christo. Bed. Quia .n. Iesu, id est Saluatoris nomen exponere desyderat salutis mentionem frequentat, sed ne temporalem salutem promitti putarent, subdit; In remissionẽ peccatorum eorum. Thoph. Non .n. aliter cognitus esset Deus, nisi plebi peccata dimisisset. Dei .n. est peccata dimittere. Bed. Verum Iudæi non Christũ suscipere, sed Antichristum malunt expectare, quia non intus a peccati domino, sed foris ab humanæ se uitutis iugo cupiunt liberari. Ioannis præconium.

Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto.

Theoph. Quia Deus peccata nobis dimisit, non ꝓp opera nostra, sed propter misericordiã suam, ideo conuenienter addidit, per uiscera misericordiæ Dei nostri. Chry. Quam quidem misericordiam nõ ipsimet inquirentes inuenimus, sed desup nobis Deus aperuit. unde sequitur. In quibus scilicet misericordiæ operibus, Visitauit nos assumpta carne, Oriẽs ex alto. Græcus. In altis permanens, tamen in terrenis præsens, non diuisionem patiens neq; circum-

cumscriptionem, quod intellectus noster comprehendere non potest, nec ulla serie verborum exprimere.

Illuminare his q in tenebris, et in umbra mortis sedẽt, ad dirigẽdos pedes nostros in uiã pac.

Bed. Recte Christus oriens uocatur, q̃a nobis ortũ ueræ lucis aperuit. unde sequitur. Illuminare his q in tenebris, & in vmbra mortis sedẽt, &c. Chry. Tenebras hic appellat non materiales, sed errorẽ, & à fide distantiã. Basil. Tenebrosa.n.erat plebs Gentilis, quæ idolorũ cultu grauabatur, donec lux orta dispersit caliginem & splẽdorem ueritatis expandit. Grego.4.mor. Vmbra vero mortis, obliuio mentis accipitur. Sicut .n. mors hoc quod interficit, agit vt non sit in uita, ita obliuio hoc q̃d intercipit, agit ut non sit in memoria. unde Iudæorũ populus qui Dei oblitus fuerat, dr̃ in umbra mortis sedere. Vmbra ẽt mortis, mors carnis accipitur, quia sicut vera mors est, qua anima separat̃ à Deo, ita umbra mortis est, qua caro separatur ab anima. vnde uoce martyrum dr̃. Operuit nos umbra mortis. Per umbram etiã mortis imitatio diaboli, qui mors in Apocalypsi dicitur, designatur q̃a sicut umbra iuxta qualitatẽ corporis dr̃, ita actiones iniquorum de specie imitationis eius exprimitur. Chry. Recte aũt dicit. Sedẽt, non.n. ambulabamus in tenebris, sed sede-
Oriens Deus. bamus. Theoph. Non solum autem oriẽs dñs his qui in tenebris sedent illuminat, sed aliquid amplius facit. unde sequitur. Ad dirigendos pedes nostros in uiã pacis. Via pacis est uia iustitiæ, ad quam direxit pedes, idest affectus animarum nostrarũ. Greg. in ho. Tunc.n. gressus nostros in uiã pacis dirigimus, q̃n per illud actionẽ iter pergimus, in quo ab auctoris nostri gratia non discordemus. Ambro. Simul & illud aduerte, quam paucis Helisabeth, quàm multis Zacharias prophetizet, & vterque sancto impletus spiritu loquebatur. sed disciplina seruatur, vt mulier discere magis quæ diuina sunt studeat, quàm docere.

Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsque ad diem ostensionis suæ ad Israel.

Bed. Prædicator pœnitẽtiæ futurus, vt liberius auditores suos à mundi illecebris erudiendo subtollat primæuãm in desertis transigit uitam. unde dicitur. Puer aũt crescebat. Theoph. Secundũ corporalem Crescentia pueri Iesu.
ætatẽ, & confortabat̃ Simul.n.cũ corpore spũale donum crescebat, & spũs operationes in eo magis ac magis ostendebantur. Orig. Vel crescebat spiritu, nec in eandem permanebat mensura, qua cœperat, sed sẽper crescebat spũs in eo, semper voluntas eius ad meliora tendẽs habebat profectus suos, & mens diuinius aliquid cõtemplabatur. Exercebat se memoria ut pura in thesauro suo reconderet. Addit aũt; Et cõfortabatur. Infirma .n. est humana natura. Legimus.n. Caro autem infirma. Confortãda est itaq; spiritu; spiritus.n. promptus est. Multi confortantur carne athleta Dei spiritu roborandus est, ut sapientiam carnis elidat. unde recessit, fugiens tumultum urbium propter frequentiam. Sequitur.n. Et erat in desertis, ubi purior aer est, cœlum apertius, & familiarior Deus, ut quia nondum baptismi, & prædicationis tempus aduenerat, uacaret orationibus, & cũ Angelis cõuersaret̃, appellaret dñm, & illum audiret dicentem: Ecce adsum. Theoph. vel erat in desertis, vt extra multorũ malitiam nutriret̃, & ut neminẽ uereretur arguere. Si.n. fuisset in mundo, fortè fuisset amicitia, & cõuersatione hominum deprauatus. simul ẽt ut esset fide dignus q prædicaturus erat Christũ. Occultabat̃ aũt in desertis, donec placuit Deo ipso Israelitico populo demonstrare. unde sequitur. Vsque ad diem ostẽsionis suæ ad Israel. Amb. Pulchrę aũt tempus quo fuit in utero propheta describit̃, ne Mariæ p̃sentia taceatur, sed tempus siletur infantiæ, eo q̃ p̃sentia m̃ris dñi in utero roboratur, qui infantis impedimenta nesciuit.

CAPVT II.

FACTVM est autem in diebus illis exijt edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur, singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem, & Ioseph à Galilæa

lilaea de ciuitate Nazareth in Iudaeã ciuitatẽ David quae uocatur Bethlehem, eo quòd esset de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore praegnante.

Beda Nasciturus in carne Dei filius, sicut de virgine natus uirginitatis sibi decꝰ ostẽdit esse gratissimũ, ita pacatissimo tẽpore seculi procreaĩ: quia pacẽ q̃rere docuit, & pacis sectatores inuisere dignaĩ. Nullum ãt potuit magis esse pacis iudiciũ q̃ una totũ orbẽ descriptione cõcludi, cuius moderator Augustus tanta duodecim annis circa tẽpus dñicę natiuitatis pace regnauit, vt bellis toto orbe sopitis prophetę p̃sagium ad literã videaĩ implesse. vñ dr̃. Factũ est ãt in dieb. illis, Exiit edictum &c. Graecus. Tunc ẽt nascitur Christus, cũ principes Iudaeorũ defecerãt, & ad Romanos principes trãslatũ erat imperiũ, quib. Iudaei tributa soluebãt. & sic impletur ꝓphetia praedicens non deficere ducem de Iuda, nec principem de foemoribus eius, donec veniat qui mittendꝰ est. Iam uero Caesare Augusto 42. annum imperii peragente exijt ab edictum totum orbem conscribi ad tributa soluenda: quod cuidam Cyrino Cęsar commiserat, quem Iudaeae & Syrię praesidem statuit. vnde sequiĩ. Haec descriptio prima facta &c. Beda. Signat hãc descriptionem uel primam esse earum quę totum orbẽ concluserint, q̃a pleriq; iã partes terrarum saepe leguntur fuisse descriptae. vel primo tunc coepisse, qñ Cyrinus in Syriam missus est. Ambr. Pulchrae ãt praesidis nomen addidit, ut seriẽ tp̃is designaret. Nã si cõsulens ascribũtur tabulis emptionis, quanto magis redẽptioni omniũ debuit tempus ascribi? Bed. Superna ãt dispensationẽ professio censũs ita descripta est, vt in suam quisque patriã ire iuberetur, secundum quod sequitur; Et ibant omnes ut ꝓfite. singuli in ciuit. suam. Quod ideo factũ est, ut dñs alibi conceptus, alibi natus, insidiantis Herodi furorem facilius euaderet: unde sequiĩ; Ascen. au. & Ioseph à Galilaea &c. Chrys. Dño ãt dirigente Augustus hoc edictum censuit, ut vnigeniti praesentia famuleĩ: nã hoc edictum matrem attrahebat in patriam, quam prophetę prędixerant. s. in Bethelehẽ Iudę. unde dicit, Ciuitate Dauid, quae uocatur Bethlehẽ. Grecus: Ideo ãt addidit ciuitatẽ Dauid, vt promissionẽ factam Dauid à Deo ex fructu uẽtris eius rex ꝑpetuus adueniret, esse cõpletam annunciet, vñ sequiĩ: Et ꝙ esset de domo & familia Dauid. Per hoc ãt ꝙ Ioseph erat de cognatione Dauid, cõtentus fuit euangelista ipsam quoq; virginẽ de cognatione Dauid promulgare, cũ lex diuina ꝑciperet cõiugales copulas ex eadẽ ꝓgenie contrahi. vñ sequiĩ: Cũ Maria despõsata &c. Cyril. Dicit ãt eã fuisse desponsatam, innuens ꝙ solis sponsalibus pręcedentib. est cõceptio subsecuta; neq; .n. ex uirili semine sancta virgo concepit. Greg. in ho. Mysticè autem nascituro domino mũdꝰ describitur; quia ille apparebat in carne, qui electos suos ascriberet in aeternitate. Amb. Et dum professio secularis ostenditur, spiritalis implicatur: non terrarũ regi dicanda, sed coeli: professio ista fidei, cẽsus animorũ est. Abolito .n. synagogae censu uetusto, nouus census ecclesiae parabatur. deniq; ut scias censum nõ Augusti esse, sed Christi, totus orbis profiteri iubeĩ. Quis ãt poterat professionẽ totius orbis exigere, nisi qui totius orbis habebat imperium? Nõ .n. Augusti, sed domini est terra, &c. Bed. Qui ãt vocabulum Augusti ꝑfectissimae cõpleuit, utputa suos & augere desyderans, & augere sufficiens. The: Conueniens ẽt erat, ut per Christũ cultus multorum deorũ deficeret, & unus Deus coleretur. vnde vnus rex orbis imperasse describitur. Orig. Diligentius autem intuenti sacramẽtum quodam vr̃ figurari, ꝙ in totius orbis professione describi oportuit Christũ, ut cum oĩbus scriptus sanctificaret omnes, & cum orbe relatus incensum, communionem sui praeberet orbi. Beda. Sicut ãt tunc imperante Augusto & pręsidente Cyrino ibant singuli in suã ciuitatem, vt profiterentur cẽsum. sic modo imperante Christo per doctores ecclesiae praesides profiteri debemus censum iustitiae Ambro. Haec est ergo prima professio mentium domino cui omnes profitentur, non pręconis euocatione, sed uatis dicentis, omnes gentes plaudite manibus. Denique ut sciant censum esse iustitiae, ueniunt ad eum Ioseph & Maria, hoc

Tempꝰ natiuitatis Christi.

Descriptionis ratio.

Conceptio Christi post spõsalia.

Nascẽs Christꝰ describitur.

est iustus & uirgo. Ille, qui verbum serua ret: ista quæ pareret. Beda. Ciuitas nostra & patria, est patria beata, ad quam crescétibus quotidie uirtutibus ire debemus. Quotidie aūt sancta ecclesia suum comitata doctoré de tota mundanæ conuersationis, quod Galilęa sonat, in ciuitaté Iuda .s. confessionis & laudis ascendens, céssum suæ deuotionis regi æterno persoluit, quę in exemplo beatæ uirginis Mariæ concepit nos uirgo de spiritu, quæ alij quidem desponsata ab illo fœcūdatur, dū pręposito sibi pōtifici uisibiliter iūgit, sed inuisibilis spiritus uirtute cumulatur, indicans ipso nomine, ꝙ instantia loquentis magistri nil ualet, nisi augumentum superni iuuaminis ut audiatur, acceperit.

Factum est autē cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filiū suum primogenitū, & pannis eū inuoluit, et reclinauit eum in præsepio; quia non erat ei locus in diuersorio.

Ambro. Breuiter sanctus Lucas & quo modo, & quo tēpore, & quo loco secūdū carné Christus natus sit, explicauit, dicés: Factū est āt &c. Qūo quidē? q̄a nupta concepit, sed uirgo generauit. Grego. Nisenus. Apparés.n. ut homo nō per oīa legibus humanę naturæ subijcit̄. nā ꝙ ex muliere nascitur, humilitaté redolet. Virginitas uero q̄ ortui deseruiuit, ostendit ꝙ trāscenderet hominé. Huius ergo iucūda portatio, ortus immaculatus, partus facilis, absq; corruptela natiuitas, nec ex luxu incipiés, nec doloribus ædita, quia nāque ea q̄ naturę nostræ morté per culpam inseruit dānata est, ut cū doloribus pareret, oportebat parentem uitæ cū gaudio partū ꝑficere. Eo āt tempore per incorruptioné uirgineā ad uitā transmigrat mortalium, in quo diminui iucipiūt tenebrę, & nocturna immensitate exuberantia deficere cogitur. Mors.n. peccati finé prauitatis attigerat, sed de cætero tendit ad nihilum propter uerę lucis pręsentiam, quę radijs euangelicis totum orbé lustrauit. Beda. Eo etiam tempore dignatus est incarnari, quo mox nat⁹ césus Cęsaris ascriberetur, atque ob nostri liberationem ipsi seruitio subderetur. unde etiam non solum propter iudiciū regij schematis, sed etiam propter nominis sacramentum dn̄s in Bethlehem nascitur. Greg. Bethlehem quippe domus panis interpretatur. Ipse nanque est qui ait; Ego sum panis uiuus q̄ de cœlo descendi. Locus ergo in quo dn̄s nascitur, domus panis antea uocabatur, quia futurum erat, vt ibi ille per naturā carnis appareret, qui electorum mentes interna satietate reficeret. Bed. Sed & usque ad consummationem seculi dn̄s in Nazareth concipi, in Bethlehé nasci non desinit, cum quilibet audientium verbū flore suscepto domū in se ęterni panis efficit quotidie in utero uirginali, hoc est in aīo credétiū ꝑ fidē cōcipitur, ꝑ baptismū gignitur. Sequitur: Et peperit &c. Hier. contra Hel. Ex hoc Heluidius nititur approbare primogenitū dici non posse, nisi eū qui habeat & fratres, sicut vnigenitus ille uocatur, qui parétibus sit solus filius: Nō āt ita diffinimus. Vnigenitus est primogenitus, nō oīs primogenitus est unigenitus. Primogenitū nō esse dicimus eū, qué alij subsequunt̄, sed ante qué nullus. alioquin si nō est primogenitus, nisi is qué sequātur & fratres, tādiu sacerdotibus primogenita. nō debētur, quādiu & alij fuerint procreati, ne fortè partu postea nō sequente, unigenitus sit & non primogenitus. Bed. Est ét unigenitus in substantia diuinitatis, primogenit⁹ susceptione humanitatis. primogenitus ī gratia, unigenitus in natura. Hie. contra. Heluidium. Nulla auté ibi obstetrix, nulla mulierculartū solicitudo intercessit. Ipsa pānis inuoluit infantem, ipsa mater & obstetrix fuit. unde sequitur; Et pannis eum inuoluit. Beda. Qui totum mūdum uario uestit ornatu, pannis uilibus inuoluitur, ut nos stolam primam recipere valeamus, per quem oīa facta sunt manus pedesq; astringit̄, vt nostras manus ad opus bonum exercitet, pedesque sint in uiam pacis directi. Græcus. O admirabilem coarctationem & peregrinationem, quam subijt qui cōtinet orbem. ab initio captat penuriā, et eam in se ipso decorat, nimirum si voluisset venire poterat mouédo cœlum, concutiendo terram, emittens fulmina: non autem sic processit. non enim perdere, sed saluare volebat, ab ipsis primordijs humanā conculcares superbiam, atque ideo non tantum homo

mo

Margin notes: Natiuitatis Christi circunstantiæ. — Mystærium Bethelem. — Primogenitus.

mo fit, sed ēt homo pauper & pauperē matrē elegit; quæ caret his quibus natū infantē reclinet. Sequitur n. Et reclinauit eū in ꝑsepio. Bed. Duri ꝑsepis angustia cōtinet, cui cœlū sedes est, vt nos ꝑ cœlestis regni gaudia dilatet. qui panis est angelorū in ꝑsepio reclinat, vt nos quasi sancta animalia carnis suæ frumento reficiat. Cyril. Reperit ēt hominē factū bestialē in anima, & ideo in ꝑsepio loco pabuli ponit, vt vitam bestialē mutantes, ad consonā homini perducamur scientiam; pertingentes non fœnum, sed panem cœlestem vitæ corpus. Bed. Qui autem ad dexterā patris sedet, in diuersorio loco eget, ut nobis in domo patris sui multas mansiones præparet. unde sequitur: Quia non erat ei locus in diuersorio. Nascitur non in parētum domo, sed in diuersorio & in uia, quia per incarnationis mysteriū uia factus est, qua nos ad patriā ubi ueritate & uita fruemur adduceret. Gre. in ho. Et ut ostēderet, q a per humanitatem quā assumpserat, quasi in alieno nascebat, nō secundum potestatē, sed secundum naturam. Amb. Propter te ergo infirmitas in se potentia, propter te inopia in se opulētia. noli hoc æstimare qđ cernis, sed ꝙ redimeris agnosce. Plus domine Iesu iniurijs tuis debeo ꝙ redēptus sum, quàm opibus ꝙ creatus. Non prodesset nasci, nisi etiam redimi profuisset.

Nascentis Christi paupertas.

Et pastores erant in regione eadem vigilātes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce, angelus domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus; Nolite timere. Ecce enim euāgelizo vobis gaudium magnū, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie Saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.

Amb. Videte quēadmodum diuina curia fidē astruat. Angelum Mariam, angelus Ioseph, angelus pastores edocet. de q bus dr̄. Et pastores erant in regione eadē, uigilantes &c. Chry. Ioseph quidē in somnis apparuit angelus, pastoribus autem uisibiliter quasi rudioribus, non autē angelus iuit Hierosolymā, non requisiuit scribas & pharisæos; erant. n. corrupti, & præ inuidia cruciabantur. Sed hi erant synceri, antequā conuersationē patriarcharum Moysi colentes. Est āt semita q̄dam ad philosophiā perducens innocētia. Bed. in ho. Nusquā āt in tota ueteris testamenti serie reperimus angelos, q tam sedulo apparuere patribus, cū luce apparuisse. Sed hoc priuilegiū recte huic tpi est seruatū, qſi exortū est in tenebris lumen rectis corde. uñ sequit. Et claritas Dei &c. Amb. Ex utero fundit, sed coruscat à cœlo, terreno in diuersorio iacet, sed cœlesti lumine uiget. Græcus. Verū pauidi facti sunt in miraculo. unde sequitur: Et timuerūt &c. Sed angelus eū pauor increuerit, fugat ipsum. uñ sequitur. Et dixit illis &c. Non solum sedat terrorem, sed etiam alacritatem infundit. Sequitur. n. Ecce enim euan. &c. Non soli populo Iudæorum, sed etiā omnibus: Causa aūt gaudij ostēdit, nouus & admirabilis partus manifestat ex ipsis nominibus. Nā sequitur, Quia natus est uobis hodie Saluator, qui est Christus dn̄s, quorū primum, idest Saluator est actionis, tertiū autem, scilicet dn̄s maiestatis. Cyr. Sed id quod in medio ponitur, scilicet Christus, nō naturam significat. sed hypostasim cōpositam. In Christo. n. Saluatore unctionē fore celebratam fatemur, non tamē figuralem, sicut olim in regibus ex oleo quasi ex prophetica gratia, neq; ad perfectionē alicuius negocij iuxta illud Esaiæ. Hęc dicit dominus Christo meo. Cyr. Qui quanquam esset idololatra, dictus est Christus, ut cęlesti censura totam occuparet Babyloniorum prouinciam. Fuit autem unctus Saluator Spiritu sancto humanitus in forma serui. ungens autem ut Deus Spiritu sancto credentes in eum. Græcus. Huius autem natiuitatis & tempus ostendit, cū dicit, Hodie, & locum, cū subdit, In ciuitate Dauid, & signa, cum subiūgit, Et hoc uobis signum &c. Ecce pastoribus angeli pastorem præcipuū prædicant, tanquam agnum in antro manifestatum & æditū. Beda. Crebris autem infantia Saluatoris & angelorum pręconijs, & euangelistarū nobis est cōculcata testimonijs, ut nostris altius cordibus quid pro nobis factum sit infigatur. Et notandum ꝙ signum nati Saluatoris datur non tyrio exceptū ostro sed pannis squalentibus inuolutum, non in ornatis

Curiæ euangelistæ sedulitas.

Natiuitas Christi modus.

ornatis auro stratorijs, sed in præsepibus inueniédũ. Maximus in sermone nati. Sed si tibi panni fortassis vilescunt, Angelos collaudantes admirare. Si pſepe despicis, erige patumper oculos, & nouam in cęlo stellam protestantem mundo natiuitaté dominicam cótuere. Si credis vilia, crede mirifica; si de his quæ humilitatis sunt disputas, quæ alta sunt & cęlestia venerare. Greg. in ho. Mysticè át ꝙ vigilátibus pastoribus Angelus apparet, eosq; claritas Dei circũfulsit, hoc est ꝙ illi præ cæteris videre sublimia merenť, qui fidelibus gregibus præesse sollicite sciunt. Dumq; ipsi pie super gregé vigilant, diuina super eos latius gratia corruscat. Bed. in ho. Significant. n. mysticè pastores illi gregũ doctores quosque ac rectores fideliũ aiarum. Nox cuius vigilias custodiebát super gregé suũ pericula tentationũ indicat, à quibus se suosque subiectos custodire non desistunt. Et bene nato dño pastores super gregé vigilant, quia natus est qui dicit, Ego sum pastor bonus, sed & tempus imminebat quo idé pastor oues suas q̃ dispersæ erát, ad uitæ pascua reuocaret. Orig. Cęterum si ad secretioré oportet ascendere intellectũ; dicã quosdam fuisse pastores Angelos q̃ res humanas regerét. Et cum horum vnusquisq; suam custodiam cõseruaret, venisse Angelum nato domino, & annunciasse pastoribus ꝙ verus esset pastor exortus. Angeli enim ante aduētum Saluatoris parum poterát commissis sibi vtilitatis afferre. Vix enim aliquis vnus ex singulis Gentibus credebat in Deum: nunc autem populi accedunt ad fidem Iesu.

Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cęlestis, laudantium Deum, & dicentem, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Bed. Ne parua vnius Angeli uľ auctoritas, postquam unus sacramétum nouæ natiuitatis edocuit, statim multitudo cœlestium agminum affuit. unde dť: Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis. Bene chorus adueniens angelorum militiæ cœlestis uocabulum accipit. Qui & duci illi in prælio, qui ad debellandas aereas potestates apparuit, humiliter obsecundat, & ipse potestates easdem cõtrarias, ne mortales tãtũ tentáre ualeant quantũ uolunt, fortiter armis cęlestibus perturbat. quia uero Deus & homo nascitur, iure hominibus pax & Deo gloria canitur. unde sequiť. Laudantiũ Deũ & dicétiũ. Gloria in altissimis Deo. uno Angelo, uno euangelizante nuncio, natũ in carne Deũ mox multitudo militiæ cœlestis in laudé Creatoris prorũpit; ut & Christo deuotioné impendat, & nos suo instruat exẽplo, quoties aliquis fratrũ sacræ eruditionis uerbũ insonuerit, uel ipsi q̃ pietatis sũt ad mété reduxerimus, Deo statim laudes corde, ore, & opere reddamus. Chry. Et olim quidé Angeli ad puniendũ mittebãtur, puta ad Israelitas, ad Dauid, ad Sodomitas, ad gemitus conuallé, nunc econtra canunt in terra gratias agentes Deo, eo ꝙ suũ descensum ad homines eis reserauit. Gre. 28. mor. Simul ét laudant, q̃a redemptioni nostrę uoces suæ exultationis accõmodát, simul ét q̃a dũ nos conspiciũt recipi, suũ gaudét numerũ impleri. Bed. Optát ét pacé hominibus cùm subdunt. Et in terra pax hominibus; quia quos infirmos prius abiectosq; despexerát, nascente in carne domino iam socios uenerant. Cyr. Hæc autem pax per Christum facta est. Reconciliauit. n. nos per se Deo & patri, culpam hostilem de medio auferés, duos populos in unum hominé pacificauit, ac cœlicolas, & terrenos in unum gregé cõposuit. Bed. Quibus autem hominibus pacem poscát, exponunt dicentes: Bonæ uoluntatis, eis scilicet qui suspiciunt natum Christum: nõ enim est pax impijs, sed pax multa diligentibus nomen Dei. Orig. Sed diligens lector inquiret, quomodo Saluator dicat. Non ueni pacem mittere super terram, & nunc Angeli de eius natiuitate cantant, In terra pax hominibus, sed hoc ꝙ pax esse diciť in hominibus, bonæ uolũtatis, soluit quæstionem. pax. n. quam non dat dominus super terram, non est pax bonæ uoluntatis. Aug. 13 de Trini. Pertinet enim iustitia ad bonam uoluntaté. Chry. Aspice autem mirandũ processum, Angelos ad nos deduxit prius, ac deinde duxit hominem ad superna, factum est cœlum terra, cùm terrena deberet recipere. Orige. Mysticè auté uidebát Angeli se opus quod

Chori angelici ratio.

Pax allata per Christũ

quod eis creditũ fuerat implere nó posse absq; eo, qui uerè saluare poterat, & medicinam suam interiorem esse, q̃ hominũ cura poscebat. Vnde sicut si ueniat aliquis qui habeat summã in medicina notitiã, & illi q̃ prius sanari nequiuerant, cernẽtes ad magistri manus putredines cessare vulnerum non inuideant, sed in laudem medici erumpant, & Dei, qui sibi, ægrotantibusque tantę scientię hominem miserit, multitudo angelorum pro Christi aduentu Deum laudant.

Et factũ est, ut discesserunt ab eis Angeli in cælũ, pastores loquebãtur adinuicem. Transeamus usq; Bethlehem, & uideamus hoc uerbum q̃d factum est, quod fecit dominus & ostẽdit nobis. Et uenerũt festinãtes, & inuenerũt Mariã & Ioseph, & infantẽ positum in præsepio. Videntes autẽ cognouerunt de uerbo, quod dictũ erat illis de puero hoc. Et oẽs qui audierunt mirati sunt, & de his q̃ dicta erant à pastoribus ad ipsos; Maria autẽ cõseruabat omnia uerba hęc cõferẽs in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificãtes & laudãtes. Deum in omnibus quæ audierant & uiderant, sicut dictum est ad illos.

Græcus. Quę uisa sunt & relata stuporem ingesserunt pastoribus, & sic ouilia sua omiserũt, & ꝓfecti sunt nocte Bethlehem, lucẽ indagãtes Saluatoris. vñ dicit̃: Et factũ est &c. Bed. Vere quasi uigilantes nõ dixerũt uideamus puerũ; sed uerbũ q̃d factũ est, id est verbũ quod semper erat uideamus quõ ꝓ nobis caro factũ est, siquidẽ hoc ipsum verbũ dñs est. Sequitur enim. Quod fecit dñs & ostendit nobis, id est uideamus quõ verbũ ipsum ipse se fecerit, & ostendit nobis carnem suam. Ambro. Vide quàm singulariter scriptura singulorum libret momenta uerborum. Etenim cum caro domini uidetur, uf uerbũ quod est filius, nõ mediocre fidei tibi hoc uideatur exemplum, non uilis persona pastorum, simplicitas n. quæritur, non ambitio desideratur. Sequitur: Et uenerunt festinantes. Nemo. n. cum desidia Christum requirit. Orig. Quia uero festinantes uenerunt, & nõ pedetentim, ideo sequitur. Et inuenerunt Mariam, quæ scilicet fudit Iesum in partu; Et Ioseph. s. dispensatorẽ ortus dominici, Et infantem positum in præsepio, scilicet ipsum Saluatorem. Beda. Est autem iusti ordinis, ut honore digno celebrata uerbi incarnatione, ad ipsam quandoque uerbi gloriam intuendã pertingatur. vnde sequitur: Videntes autem cognouerunt de uerbo quod dictum erat &c. Gręcus. Occultata scilicet fide fœlicia relata contrectes, nec contenti de ueritate, stupere quæ primitus uiderant & perceperant Angelo nunciante, non solum Marię & Ioseph promebant, sed etiã cæteris, & quod est amplius, eorum mentibus infigebant vnde sequitur, Et omnes qui audierunt mirati sunt &c. Quomodo .n. non erat mirandum uidere cœlicolam in terrenis, & terram pace conciliari cœlestibus; & ineffabilem illum infantulum numine quidem cęlestia, humanitate uero terrestria connectentem adinuicẽ, & sui cõpagine fœdus mirandum præstantẽ? Glo. Nec solũ mirantur de incarnationis mysterio, sed ẽt de tãta pastorũ attestatione, q̃ fugere inaudita nescirẽt, sed simplici facundia uera ꝑdicarent. Ambro. Nec contẽnenda putes quasi uerba vilia prophetarũ, à pastoribus & Maria colligit fidẽ. vñ sequit̃: Maria ãt cõseruabat oĩa uerba hęc, conferens in corde suo. Discamus sanctæ uirginis in oĩbus castitatẽ, quę nõ minus ore pudica quã corpore, argumẽta fidei cõferebat in corde. Bed. in ho. Virginalis. n. pudicitię iura custodiens, secreta Christi q̃ nouerat, nemini diuulgare uolebat cõferebat ea q̃ faciẽda legerat, cum his quę iã facta cognouit, nõ ore promẽs, sed clauso in corde custodiẽs. Gręcus. Quicquid ẽt ei tulerat Angelus, quicquid à pastoribus audierat, cũcta cõgerebat in mente & adinuicem cõparans unã in oĩbus mater sapientiæ cernebat concordiã, uerè Deus erat qui natus erat ex ea. Athanasius. Singuli autẽ in Christi natiuitate exultabãt, nõ humanitus, sicut ĩ puero nato soliti sunt homines congaudere, sed in Christi præsentia & lucis diuinæ fulgore. vnde sequitur; Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudãtes Deum in omnibus quæ audierant. Bed. Scilicet ab Angelis: Et uiderant, scilicet in Bethlehem, sicut dictum est ad illos, id est in hoc glorificant, ꝙ non aliud uenientes inuenerant quã dictũ est ad illos, siue sicut dictũ est

Mysterium latet in uerbis.

Concordia uerbis, euãgelij.

ab illis, gloriam Deo laudesq; referunt. Etenim hoc illis facere dictum est ab angelis; non quidé verbo imperantibus, sed formá suç deuotionis offerentibus: cum Deo in excelsis gloriá resonarent. Beda. in ho. Mysticè autem intellectualiú pastores gregum, imò cuncti fideles exéplo horum pastoru transeant cogitatione usque in Bethlehem, & incarnationé Christi dignis celebrent honoribus. Transeamus ât abiectis cócupiscentijs carnalibus toto mentis desyderio, usq; in Bethlehé supernã, id est domum panis uiui, ut qué illi in prçsepio uidere uagientem, nos in patris solio mereamur uidere regnãtem. Nó est ât tanta beatitudo cum desidia ac torpore quçrenda, sed alacriter sunt Christi sequenda uestigia: Videntes ât cognouerunt. Et nos quæ dicta sunt de Saluatore nostro plena dilectione festinemus amplecti, ut hoc in futuro perfectæ cognitionis usu cóprehendere ualeamus. Bed. su. Luc. Dñici ét gregis pastores præcedentium patrũ uitã, in qua panis uitç seruaĩ, quasi Bethlehé portas cótemplãdo subeunt nihilq; in hac aliud reperiũt, q̃ uirginalé ecclesiæ pulchritudiné, quasi Mariã uirilé spiritualiũ doctorũ cœtũ, quasi Ioseph, & humilé Christi aduentũ scripturæ paginis sacrç insertũ, quasi in prçsepio positũ Christũ infanté Orig. Vel præsepe illud Israel erat secundũ illud Esaiç, Cognouit bos possessoré suũ, & asinus pſepe dñi sui. Bed. in hom. Nó celauere ât silẽtio pastores q̃ agnouerant, q a ecclesiæ pastores in hoc ordinati sunt, ut q̃ in scripturis didicerũt, auditoribus ostédant. Beda. sup Luc. Magistri ét spiritualiũ gregũ modo cçteris dormientibus cótemplãdo, cçlestia subeũt, modo fideliũ exempla quçrendo circumeunt, modo publicum pastoralis officij docendo reuertunĩ. Bed. in ho. Vnusquisq; ét qui priuatus uiuere credit, pastoris officiũ tenet, si bonorũ actuũ cogitationumq; mundarũ aggregãs multitudiné, hanc iusto moderamine gubernare, scripturarum pastu nutrire, & cõtra dçmonum insidias seruare contendit.

Et postquã consummati sunt dies octo, ut circũcideretĩ puer, uocatum est nomẽ eius Iesus; Qđ uocatũ est ab angelo priusquã ĩ utero cóciperetĩ.

Bed. in ho. Exposita natiuitate dñica, subiungit euangelista, atq; ait; Et postquã consummati sunt dies octo ut circuncideretur puer. Ambro. Quis puer nisi ille de quo dictũ est, Puer natus é nobis, & filius datus est nobis? factus est.n. sub lege, ut eos qui sub lege erãt lucrifaceret. Epiph. Dicunt autem Hebionis & Cherinthi sequaces sufficit Discipulo si sit sicut magister eius. Circuncidit autem se Christus, tu ergo circũcidaris. Falluntur autem de- Hæres expellitur. struentes sua principia. Si.n. fateretur Hebion Christum Deum cœlitus descendentem octauo die fuisse circuncisum; tunc præberet circuncisioni materiam argumẽti, sed cũ nudum hunc asserit hoiem, non puer est causa ut circũcidatur, sicut nec infantes sunt suç circũcisionis auctores. Nos .n. Deum ipsum fatemur cœlitus descendentem, & in claustro uirgineo morã debitam fçtibus protraxisse, quo adusque sibi ex utero uirgineo humanitatis carné perfecte cóponeret: quia circũcisus est ueraciter, non apparẽter octauo die: quatenus cũ ad spiritalé effectũ figuræ peruenerint, tã ab ipso quã à suis Discipulis diuulgenĩ nó ultra figurç, sed ueritas. Orig. Sicut .n. mortui sumus cũ illo moriéte, & cõsurreximus resurgẽti, sic cũ eo circũcisi sumus. vñ nequaquã nũc indigemus circũcisione carnali. Epiph. Pluribus ât ex causis circũcisus est Christus. Et primo quidé, Circũcisionis. Christi ratio. ut ostendat carnis ueritaté contra Manichçũ, & illos q apparenter eũ dicunt prodisse. Deinde ut pateat ꝙ nequaquã deitati cõsubstãtiale corpus extiterit, ut fatur Appolinaris; neq; cœlitus detulit illud, ut asserit Valẽtinus. & ut cõfirmet circũcisionem quã olim instituerat eius aduẽtui seruienté, quinetiam ut nulla sit Iudçis excusatio: nã nisi circuncisus fuisset obijcere poterant, ꝙ non possent incircumcisum Christum recipere. Beda in ho. Vel ét nobis obediendi uirtutem cõmendaret exẽplo, & ut eos qui sub lege positi legis onera portare nequiuerãt, sua cópassione iuuarenĩ, ut qui in similitudine carnis peccati aduenit, remediũ quo caro peccati consueuerat mundari nó respuit. Idem.n. salutiferæ curationis auxiliũ circũcisio in lege cõtra originalis peccati uulnus agebat Cõparatio circũcisionis & baptismi. quod

quod nūc baptismus relatæ gratiæ tpe cō sueuit: excepto ꝙ regni cœlestis ianuam nōdum intrare poterant, tm̄ in sinu Abrahæ post mortem beata requie cōsolati supernæ pacis ingressum spe fœlici expectabant. Atha. Nihil.n.aliud exprimebat circuncisio nisi generationis uetustæ spoliationē, per hoc ꝙ circuncidebatur pars corporis, q̄ corporalis natiuitatis cā existit. Hoc aūt tunc tpis agebatur in signum futuri per Christū baptismatis. Iccirco postquam uenit significatum, cessauit figura. Vbi nanq; tota uetustas tollitur per baptismum, superfluum est qđ partis sectio præfigurat. Cyr. Octauo aūt die consuetum erat carnalem celebrari circuncisionem. Octaua .n. die Christus à mortuis resurrexit, & insinuauit nobis spiritualem circuncisionem, dicens; Euntes docete oēs gentes baptizantes eos. Bed. In eius aūt resurrectione præfigurata est, vtraq; nostra resurrectio, & carnis, & spiritus. Christus enim circuncisus nostram naturā docuit, & nunc per ipsum à uitiorum labe purgādam, & in nouissimo die à mortis peste restaurandam, & sicut dominus octaua die, hoc est post septimam sabbati resurrexit, ita & ipsi post sex huius sæculi ætates, & septimam sabbati, animarum, quæ nunc interim in alia uita geritur, quasi octauo tpe surgemus. Cyr. Secundum aūt legis præceptum eodem die impositionē nominis recepit. unde sequitur: Vocatū est &c. Quod interpretatur Saluator. ęditus enim fuit ad totius orbis salutem, quam sua circuncisione præfigurauit, secundum quod Apostolus dicit. Circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione corporis carnis .s. in circuncisione Christi. Beda. Sed & hoc ꝙ eodem die suæ circuncisionis nomen accepit, ad imitationem priscæ obseruationis fecit. Abraham .n. qui primum circuncisionis sacr̄m accepit, in die suæ circūcisionis amplificatione noīs benedici promeruit. Orig. Nomen aūt Iesu gloriosum, omniq; cultu dignissimū, nomē qđ est super omne nomen, non decui⁹ primum ab hoībus appellari, neq; ab eis afferri in mundū, unde signanter Euangelista subdit. Quod vocatū &c. Bed. Huius aūt nominis ēt electi in sua spirituali circuncisione participes existere gaudēt; vt sicut a Christo Christiani, ita etiam à Saluatore saluati vocentur. quod illis à Deo vocabulum nō solum priusquam in utero ecclesiæ per fidem conciperent, sed etiam ante tempora secularia uocatū est. Iesu nominis laus.

Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum dn̄o sicut scriptū est in lege dn̄i; Quia omne masculinum adaperiens uuluam, sanctum dn̄m uocabitur. Et darent hostiam secundum quod dictum est in lege dn̄i; par turturum, aut duos pullos columbarū.

Cyr. Post circuncisionem rursus expectatur purgationis tēpus unde dr̄: Et postquam impleti, &c. Bed. Si legis ipsius uerba diligentius inspexeris, profecto reperies ꝙ ipsa Dei genitrix sicut à commixtione uirili, sic & legali fit iure immunis. Non.n. omnis mulier pariens, sed ea q̄ suscepto semine peperit designatur immundarituq; legis docetur esse mundāda, ad distinctionem .s. illius, quæ uirgo concepit & peperit. Sed vt nos à legis uinculo soluemur sicut Christus; ita & beata Maria legi est spōte subiecta. Titus. Vnde eleganter Euangelista protulit ꝙ completi sunt dies purgationis eius secundum legem. Nam reuera non incumbebat necessitas virgini sacræ, vt dies purgationis eius expectaretur, quæ cū ex Spiritu sancto cōcepisset, caruit coniugio. Sequitur: Tulerunt illum in Hierusalē vt sisterent eum domino. Atha. Sed qn̄ à paternis aspectibus latuit dn̄s? aut quis locus excipitur ab eius imperio; vt ibi existendo semotus a patre sit, nisi afferatur Hierosolymam, & intro ducatur in templum? Sed fortè causa nostri hmōi scripta sunt. Sicut n. non gratia sui homo factus est, circuncisus in carne, sed ut nos per gratiam faceret Deos, & ut spiritualiter circuncidamur, sic ꝑ p nos sistitur domino, vt discamus Deo præsentare nosipsos. Bed. Post tricesimum aūt, & tertium circuncisionis diem domino sistitur; mysticè insinuans neminē nisi circūcisum uitijs, dominicis dignū esse conspectibus, neminem nisi mortalitatis nexib. absolutū, supernæ ciuitatis gaudia posse ꝑfectè subire. sequitur: Sicut scriptum est in lege domini. Orig. Vbi sunt qui Deum

Manichæorū error eliditur.

legis negant à Christo fuisse in Euangelio ꝑdicatum? An putādum est ꝙ filiū suum bonus Deus sub lege inimici fecit, quā ipse nō dederat? In lege.n. Moysi scriptū est qđ sequitur. Quia oē masculinum adaperiens uluā, sanctum dñi vocabit̃. Bed. Qđ dicit adaperiēs vuluam, & hoīs, & pecoris primogenitū significat, quod vtrūque dño vocari, atq; ideo sacerdotis esse pręceptū est, ita dumtaxat ut pro hoīs primogenito preciū acciperet, & omne animal immundū redimi faceret. Greg. Nis. Hoc aūt legis decretum in solo incarnato Deo singulariter, & ab aliis differenter impleri vr̃. Ipse nanque solus ineffabiliter cōceptus, ac incomprehensibiliter æditus uirginalem uterum aperuit, non ante a connubio referatū, seruans, & post partū mirabile inuiolabiliter signaculū castitatis. Ambr. Non.n. virilis coitu vuluæ virginalis secreta reserauit, sed immaculatū semē inuiolabili vtero Spiritus sanctus infudit. Qui ergo vuluam sanctificauit alienā, ut nasceretur propheta, hic est qui aperuit matri suæ vuluā, vt immaculatus exiret. Bed. Qđ ergo ait, Adaperiens vuluā consuetæ natiuitatis more loquitur, non ꝙ dñs sacri uentris hospitium quod ingressus sanctificaret, egressus deuirginasse credendus sit. Greg. Nis. Solus aūt hic partus masculinus spiritualiter esse conspicitur, qui nil de fœmineitate culpæ portauit, vnde reuera sanctus uocatus est. unde, & Gabriel, quasi hoc decretum, ad ipsum solū pertinere memorans, dicebat. Quod ex te nascet̃ sanctum vocabit̃ filius Dei. Et in cæteris quidē primogenitis sanctos illos vocari euangelica solertia statuit, tanquā oblatione diuina sortitos hmōi nomē at in totius primogenito creaturæ quod nascitur sanctum pronunciat angelus, quasi proprie sanctū existens. Ambr. Solus.n. per oīa in natis de fęmina sanctus dñs Iesus, q̃ terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate non senserit, & cęlesti maiestate depulerit. nā si literam sequimur, quō sanctus oīs masculus, cū multos scelerati ssimos fuisse non lateat? sed ille sanctus ꝑ quem figuram futuri mysterij legis diuinæ ꝑscriptæ signabāt, eo ꝙ solus sanctus ecclesię uirginis ad generandos populos aperiret genitale secretū. Cyr. O profunditas scientiarū sapientiæ, & scientiæ Dei, offert hostias qui ꝑ singulas hostias honorat̃ cum patre, figuras legis custodit veritas, qui legis est conditor sicut Deus, legem custodiuit vt homo. vnde sequitur: Et ut darent hostiam secundū, ꝙ dictum erat in lege dñi: Par turturum, aut duos pullos columbarum. Bed. in ho. Hostia autem hæc pauperum erat, præcepit quippe dñs in lege, ut qui possent agnum pro filio aut filia, simul & turturem siue columbā offerrent. Qui uero non sufficiebant ad offerendum agnū, duos iā turtures vel duos columbæ pullos offerrent. ergo dñs cū diues esset, pauper fieri dignatus est, ut nos sua paupertate diuitiarum suarum donaret esse participes. Cyr. Videndum autem quid hæc oblata insinuant? Nimirum loquacissima est turtur in auibus, at columba est animal mansuetum. Talis aūt factus est erga nos Saluator, mansuetudinē perfecte colens, & ut turtur orbem allexit, replens ortum suum proprijs melodijs. Occidebat̃ ergo turtur aut colūba, ut ipse ꝑ figuras nobis pandat̃ passurus in carne ꝓ uita mundi. Bed. in ho. Vel columba simplicitatē, turtur indicat castitatem, quia & colūba simplicitatis, & castitatis amator est turtur, ita ut si cōiugē casu ꝑdiderit, nō ultra aliā q̃rere curet. Merito ergo turtur, & columba dño offerunt̃ in hostiā quia simplex & pudica fidelium cōuersatio est illi iustitiæ sacrificium gratum. Atha. Ideo uero bina iussit offerri, quia homine consistente ex anima & corpore, duplum à nobis poscit Deus, castitatē, & mansuetudinem non solum corporis sed etiā animæ, alioquin erit homo fictor & hypocrita, gerens in tegumentum occultæ malitiæ innocentem apparentem. Bed. in ho. Cum uero utraque auis propter consuetudinem gemendi præsentes sanctorum luctus designat, in hoc tamen differunt, ꝙ turtur soliuagus, columba autem gregatim volare consueuit, & ob id est secretas orationum lachrymas, illa publicos ecclesiæ conuentus insinuat. Beda. sup. Luc. Vel columba, quæ gregatim uolat, actiuę uitæ frequētiam demonstrat. Turtur, qui singularitate gaudet, speculatiuę uitę culmina

Iesu legis obseruator.

Binæ oblatio.

Tropologia de columba

minā denunciat. Et quia æquè utraq; cōditori accepta est hostia, consultè Luces vtrum turtures an pupilli colūbarū pro domino sint oblati non dixit; ne vnum alteri uiuendi ordinem præferret, sed utrūque sequendum doceret.

Et ecce, homo erat in Hierusalē cui nomē Simeon. Et homo iste iustus et timoratus, expectās cōsolationē Israel & Spiritus sanctus erat in eo & responsum acceperat à spiritu sancto, nō uisurū se mortē, nisi prius uideret Christū dñi. Et uenit in spiritu in templū. Et cum inducerent puerū Iesum parētes eius, ut facerēt secūdū cōsuetudinē legis p eo, & ipse accepit eū in ulnas suas.

Ambr. Nō solū ab angelis & pphetis, à pastorib & à parētib. sed ēt à seniorib. & iustis, generatio dñi accepit testimoniū. vñ dr. Et ecce homo erat in Hierusalē, cui nomē Simeō, & homo iste iustus & timoratus. Bed. Quia difficulter iustitita sine timore custodit; nō illū dico timorē qui tēporalia sibi bona subtrahi perhorrescit, quē pfecta dilectio foras mittit, sed timorē dñi sanctū q manet in secula, quo iust⁹ Deū quāto ardētius diligit, tanto solerti⁹ offendere cauet. Amb. Et bene iustus, qui nō suā, sed populi gratiā requirebat. vñ sequit; Expectans cōsolationē Israel. Greg. Nisc. Non utiq; mundanā fęlicitatem in consolationem Israel prudens Simeō expectabat, sed ueram translationem ad ueritatis decorem per separationem à legis umbra. habuerat nāq; per oracula ꝙ visurus esset Christū domini, priusquam de seculo præsenti transmigraret. vnde sequtur; Et spiritus sanctus erat in eo, à quo. s. iustificabatur. Et respon. ac. à Spiritu sancto &c. Amb. Cupiebat ipse quidem corporeę uinculis fragilitatis absolui, sed expectabat uidere promissum. sciebat. n. q a beati oculi qui viderent. Greg. 38. mora. In quo etiā discimus quanto desiderio ex plebe Israelitica sancti viri incarnationis eius mysterium videre cupierūt. Bed. Videre autem mortē, experiri eā significat. multumq; fœlix mortem uidebit carnis, quicunque Christum dñi prius oculis carnis uidere sategerit, cōuersationē habendo in cœlesti Hierusalē, tēpli Dei limina frequētādo, hoc est sanctorū in quib. De⁹ habitat exēpla sectando. Eadē aūt spiritus

Videre mortē quid sit.

gratia qua olim uenturū pcognouerat, & nūc uenientē cognouit. vñ sequit, Et uenit in spiritu in tēplū. Orig. Et tu, si uis tenere Iesum & amplexari manib. oi labore nitere, vt ducē habeas spiritū, uenias q; ad tēplū Dei. sequitur. n. Et cū inducerēt puerum Iesum parentes eius. s. Maria mater, & Iosephus, q putabaē pater. Vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in ulnas suas. Grego. Nisc. Quam beatus ille sacer ad sacra introitus, per quem ad uitę terminum maturauit. Beatæ manus quæ uerbum uitæ palpauerunt, & ulnæ quoq; quas ad susceptionem parauit. Beda. Accepit autem iustus secundum legem puerū Iesum in ulnas suas, ut significet iustitiā operū, quæ ex lege erat per manus & Brachia figuratorum, humili quidem sed salutari fidei euāgelicę gratiæ imitandum. Accepit senior infantem Christum, ut insinuet hoc seculum quasi senio iam defessum ad infantiam & innocentiam Christianæ conuersationis rediturum.

Et benedixit Deū, & dixit; Nūc dimittis seruum tuū dñe, secūdū uerbū tuū in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuū, Quod parasti ante faciē omnium populorum. Lumē ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Orig. Si autem ad tactum fimbriæ uestimenti mulier sanata est, quid putandū est de Simeone, qui in suas ulnas accepit infantem, & gaudebat uidens paruulū à se gestari? qui uenerat ad uinctos resoluēdos, sciēs neminem eum posse de claustro corporis emittere cū spe futuræ uitæ, nisi is quem in brachiis continebat? unde dicitur: Et benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum dñe. Theo. Quod dicit dñe, cōfitentis est, ꝙ ipse mortis est & uitæ dñs, & sic puerū quē suscepit, Deū cōfitet. Orig. Q. d. quandiu Christum nō tenebā, clausus eram, & de uinculis exire nō poterā. Basi. Si aūt uoces iustorum inquiras, oēs super hoc mundo, & eius flebili mora ingemiscunt. Heu mihi, dicit Dauid, quia incolatus meus prolongatus est. Ambr. Vidit ergo iustum uelut corporeę carcere molis inclusum uelle dissolui, ut incipiat esse cum Christo. sed qui vult dimitti, ueniat in templum, ueniat in Hieru

salem, expectet Christum dñi, accipiat in manibus uerbū Dei, & cōplectatur uelut quibusdā fidei suæ brachiis; tunc dimittetur, vt nō videat mortē qui uiderit uitā. Græc. Simeon aūt benedicebat Deum inter cętera, ꝙ ꝓmissa sibi facta sortita erāt efficaciæ veritatē; nā consolationē Israel oculis perspicere meruit, & manibus portare, & ideo dicit, secundū verbum tuū. i. cum finē obtinuerim promissorum, at ubi uisibiliter sensi qđ desiderabā, nunc soluis tuum seruum, nec gustu mortis attonitum, nec hęsitationis cogitationibus cōturbatū: Et ideo subditur: In pace. Greg. Nisſ. Quia postquā Christus culpam hostilē destruxit, nos quoq; patri reconciliauit. facta est translatio sanctorū in pace. Orig. Quis est autem qui de seculo isto recedit in pace, nisi is qui intelligit ꝙ Deus erat in Christo mundū recōcilians sibi? nihilq; hēt inimicū Deo, sed oēm pacē bonis in se operibus assumpsit. Græc. Fuerat aūt sibi repromissum, nō uisurum se mortē nisi prius uideret Christū dñi: & ideo hoc impletum ostendens subdit: Quia uiderūt oculi mei salutare tuum. Gre. Nis. Beati oculi tui, tā aīæ quām corporis; hi quidē visibiliter Deū suscipientes, illi uero nō solū q̄ uisa sunt attendentes, imò illuminati fulgore spiritus dñi verbum in carne cognoscētes, salutare nanq; qđ tuis oculis pcepisti; ipse Iesus est quo noīe salus declaratur. Cyr. Fuerat āt Christi mysterium, qđ patuit in vltimis tēporibus seculi pparatū ante mundi originem. vnde sequitur: Qđ parasti ante faciē &c. Atha. Scilicet confectā toti mundo p Christum salutem; qualiter ergo supradictum est, ꝙ expectabat Israel cōsolationē? eo ꝙ. s. tūc futuram esse consolationē Israel agnouit in spiritu, cum & in oībus populis paratū est salutare. Græc. Attende ēt sagacitatē digni & uenerādi senis; antequam dignus uideretur beatæ uisionis, ꝑstolabatur solamen Israel. Vt autem quod sperabat obtinuit, exclamat se vidisse salutem omniū populorum. adeo enim infantis ineffabile iubar illustrauit eum, ut processu temporis secutura mox sibi fierent nota. Theo. Signanter autem dicit, Ante faciē; vt. s. omnibus eius incarnatio appareret. hoc autem salutare dicit esse gentium lumen, & gloriam Israel. unde sequitur: Lumen ad reuelationem gentium. Athan. Gentes enim ante Christi aduētum in ultimis tenebris erant constitutæ, cognitione diuina priuatæ. Cyril. Sed Christus adueniens factus est lux tenebrosis & erraticis, quos diabolica manus pressit. Vocati sunt autem à Deo patre ad notitiam filii, qui est lux uera. Atha. Israel autem licet tenuiter lege illuminabatur. & ideo non dicit ꝙ lumen illis protulerit, sed subdit: Et gloriam plebis tuæ Israel. Memorans antiquā historiam; ꝙ sicut olim Moyses dominum alloquendo gloriosam retulit faciem, sic & ipsi diuinā humanitatis lucem pertingentes, vetus abiicientes uelamen, in eandem imaginem transformarētur de gloria in gloriam. Cyril. Nam etsi quidam eorum inobedientes fuerint, tamen reliquiæ saluæ factæ sunt, & p Christum peruenerunt ad gloriam. Harum primitiæ fuere diui apostoli, quorum fulgores vniuersum orbem illumināt; fuit etiā Christus singulariter Israel gloria, quia secundum carnem ex eis processit; quanuis cunctis, vt Deus præesset per secula benedictus. Gregor Nisſe. Et ideo signanter dixit, Plebis tuæ: quia non ab eis tantum est adoratus, sed insuper ex eis est secūdū carnem natus. Beda. Et bene reuelatio gentium Israelis gloriæ præfertur, quia cum plenitudo gentium introierit, tunc omnis Israel saluus erit.

Benedictio Simeonis.

Intellectus verborum.

Et erant pater eius & mater eius mirātes super his quæ dicebātur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariā matrē eius: Ecce positus est hic in ruinā, & in resurrectionē multorum in Israel, & in signum cui cōtradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Græcus. Transcendentium rerū notitia, quoties in memoriā uenerit, toties renouat in mēte miraculum, vnde dicitur: Et erāt pat. eius & mat. &c Orig. Tam ab angelo q̄ à multitudine cęlestis exercitus. necnon & à pastoribus & ipso Simeone. Beda. Patrem Saluatoris appellat; non ꝙ uere pater fuerit ei, sed quo ad famā Mariæ conseruandam pater sit ab omnibus æstimatus. Aug. Quanuis & eo modo pater

Ioseph quō pater Iesu dicitur.

ter illius ualeat dici quo & vir Mariæ; recte intelligit sine cōmixtione carnis, ipsa copulatione coniugij multo videlicet cō iunctus, quàm si esset aliunde adoptatus. neque.n. propterea non erat appellandus Ioseph pater Christi, quia non eum concumbēdo genuerat, quādoquidem pater esset & ei, quem non ex sua coniuge procreatum aliūde adoptasset. Ori. Quia autē altius aliquid inquirit, pōt dicere quoniam generationis ordo à Dauid usq; ad Ioseph deducitur: ne uideretur frustra Ioseph nominari, quia pater nō fuerat Saluatoris, ut generationis ordo hēret locū, pater dñi appellatus est. Græcus. Laudibus autem diuinis exhibitis, vertit se Simeon ad benedictionem adducentium puerū. vnde sequitur. Et benedixit illis Simeon. Benedictione igitur utrunque donat, occultorum uero præsagia dirigit tātum ad matrē, quatenus per cōmunē benedictionē non priuet Ioseph similitudine patris, p ea uero quę dicit matri seorsum à Ioseph, uerā eā pdicit genitricem. unde sequitur. Et dixit ad Mariā matrē &c. Amb. Vide vberē in oēs gratiā dñi in generatione diffusam, & pphetiam incredulis negatā esse, nō in iustis. Ecce & Simeō prophetizat, in ruinā & resurrectionē multorū uenisse Christū Iesum. Ori. Qui simpliciter exponit, pōt dicere in ruinā eū uenisse in fideliū, & in resurrectionem credentium. Chry. Sicut.n. lux, etsi oculos debiles turbet, lux est, hoc modo Saluator pseuerat, etsi corruāt plurimi. neq;.n. est eius officiū destructio, sed eorū uesaniæ, quamobrē nō solū ex salute bonorū, sed ēt ex malorum dissipatione uirtus eius ostēditur. Nam sol, quoniam multū radiat, propterea uisus debiles pręcipuè pturbat. Greg. Nis. Attēde aūt distinctionis exquisitā plationem: præparatio quippe salutis dr corā omni populo, sed casus & subleuatio plurium. Diuinum.n. ppositū est salus, & nō deificatio singulorum, casus āt & subleuatio cōsistit in plurium intentione credentiū & nō credentium. Quòd āt iacentes & increduli subleuātur, nō est absurdū. Ori. Qui aūt curiosus interpres est, dicit nequaquā eum cadere qui ante nō steterit. Da mihi igitē qs fuerit ille q stetit, in cuius ruinam Saluator aduenerit. Gre. Nis. Sed per hoc designat ruinam ad infima, quasi nō puniendus ęqualiter ante incarnationis mysterium, & post datam dispensationē & pdicationē. Et maxime hi sūt ex Israel, quos necesse erat & pristinis bonis carere, & pęnas luere grauiores, quā omnes aliæ gentes, eo q dudum prophetatum in eis & adoratum, & ex eis productū minimè susceperunt. Idcirco specialiter eis minatur ruinā non solū à spirituali salute, sed ēt pp destructionē urbis & habitantium ciuitatem. Resurrectio uero pmittitur credentibus, partim quidem uelut sub lege iacētibus & ab eius seruitute subleuandis: partim vero velut cōsepultis cum Christo & ei consurgentibus. His autē uerbis intellige per cōcordiam intellectuum, ad dicta prophetica unū & eundē Deum & legislatorem, & in prophetis in nouo testamento locutum esse. Lapidē nāque ruinæ & petram scandali futurū, ne confundātur credētes in eū sermo ppheticus declarauit. Orig. Est āt & altius quid intelligendū aduersus eos q cōtra cōditorem latrāt, dicētes. Ecce Deus legis & prophetarū, uidere qualis sit. Ego (inquit) occidā, & ego uiuificabo, si pprerea cruentus est iudex & crudelis cōditur, manifestissimū est & Iesum esse illius filiū. eadē siquidē de eo hic scripta sunt, q ueniat in ruinā & resurrectionē multorū. Amb. Vt scilicet iustorū iniquorumq; merita discernat, & p nostrorū qualitate factorum iudex uerus & iustus, aut supplicia decernat, aut pmia. Ori. Videndū est āt ne forte Saluator nō æquè alijs in ruinā uenerit & in resurrectionē q.a.n. in peccato stabam, primo mihi utilitas fuit ut caderē, & peccato morerer. Deniq; & sancti & prophetæ quando angustius aliquid contemplabantur, cadebant in faciē suā, ut peccata p ruinam plenius purgarētur, hoc ipm & Saluator tibi primum concedit, peccator eras, cadat in te peccator, ut possis dehinc resurgere & dicere. Si cōmortui sumus, et cōuiuemus. Chr. Resurrectio quidem est cōuersatio noua, cū.n. lasciuus castus efficitē, auarus misericors, atrox mā suescit, resurrectio celebratur, mortuo quidē peccato, resurgente uero iustitia. Sequit. Et in

Christus lux est mundi.

Iesus Dei filius.

Ruinæ & resurrectionis significatio.

sig. cui contrad. Basi. Signum cōtradictionem accipiēs propriè crux dr̄ à scriptura. Fecit .n. (inquit) Moyses serpentē æneū, & posuit pro signo. Greg. Nis. Miscet aūt dedecus gloriæ. Huius.n. rei nobis Christicolis est hoc signum indicium, contradictionis uero, dum ab his quidem accipit ut ridiculosum ac horribile, ab his uero admodum aduenerandum. Vel forsan ipsum Christum nominat signum, tāquam supra naturam existentēm, & signorū authorem Basi. Est.n. signum alicuius rei mirabilis & occultæ indicatiuum, uisum q̄dē à simplicioribus, intellectum uero ab habentibus exercitatum intellectū. Orig. Omnibus autē quę de Christo narrat historia contradicitur, non q̄ cōtradicāt hi qui credebāt in eum. Nos quippe scimus omnia uera esse quæ scripta sunt, sed quia apud incredulos uniuersa quæ de eo scripta sunt, signum sunt cui contradicetur. Gre Nis. Hæc siquidem de filio dicuntur. spectant tamen ad eius genitricē, dum singula sibi assumit simul periclitata & glorificata, nec tū ꝓspera, sed illa denunciat ēt dolorosa. Nā sequit̄: Et tuā ip. ani. pertrā. glad. Ori. Nulla docet historia beatā Mariā ex hac uita gladij occisione migrasse, ꝓsertim cū nō anima sed corpus ferro soleat interfici; vn̄ restat intelligi gladiū illum de quo dicit̄, Et gladius in labijs eorū, hoc est dolorē dn̄icę passionis animā eius ꝑtransisse, q̄ etsi Christū utpotē Dei filiū spōte propria mori, mortemque ipsam nō dubitaret esse deuicturum, ex sua tamen carne procreatum, non sine doloris affectu potuit uidere crucifigi. Ambr. Vel prudentiam Mariæ nō ignarum mysterij cœlestis ostendit, uiuum est enim verbū Dei & ualidū, & acutius oī gladio acutissimo. Aug. de q.no. & uet te Vel per hoc significauit quòd Maria per quam gestum est incarnationis mysterium, in morte dn̄i stupore quodā dubitauit, uidēs filiū Dei sic humiliatū, ut usq; ad mortem descēderet. Et sicut gladius ꝑtransiens iuxta hominē timorem facit, nō percutit; ita & dubitatio mœstitiam fecit, nō tamē occidit; quia non sedit in animo, sed pertrāsijt quasi per umbrā. Gre. Nise. Sed nec ipsam solam in ea passione occupari significat, cum subditur: Vt reuel. ex mul. cor. cogitationes. quod dicit, ut euentum designet, nō autem causaliter ponitur. His enim omnibus euenietibus, secuta est erga multos intētionum directio. Quidam.n. Deum fatebāntur in cruce, alij ne sic ab infamijs & criminationibus desistebāt. Vel hoc dictum est, quatenus tempore passionis pateant ex plurium cordibus meditationes, & emendentur per resurrectionē; uelox.n. illis post ambiguitatē certitudo superuenit, nisi forte reuelationem, illuminationē quis ęstimet, ut solitū est scripturæ. Bed. Sed & usq; ad cōsummationē seculi præsentis ecclesiæ animam gladius durissimæ tribulationis pertransire nō cessat, cū signo fidei ab improbis cōtradici; cum audito Dei uerbo multos cum Christo resurgere, sed plures à credulitate ruere gemebunda pertractat, cum reuelatis multorū cordiū cogitationibus, ubi optimum euangelij seuit semen, ibi zizania uitiorum vel plus iusto pręualere, vel sola germinare conspicit. Orig. Cogitationes etiam malæ in hominibus erant, quę propterea reuelatæ sunt, ut occideret eas ille qui pro nobis mortuus est. quandiu.n. absconditę erant, impossibile erat eas penitus interfici; unde & nos si peccauerimus, debemus dicere. Iniquitatē meā nō abscōdi. Si.n. reuelauerimus peccata nostra, nō solum Deo, sed his q̄ possunt mederi vulneribus nostris, delebūtur peccata nostra.

Gladius Simeonis qualis.

Et erat Anna ꝓphetissa filia Phanuel, de tribu Aser, hæc ꝓcesserat in diebus multis, et uixerat cū uiro suo annis septē à uirginitate sua. Et hęc uidua usq; ad annos octoginta quatuor; quę nō discedebat de tēplo ieiunijs, & obsecrationibus seruiēs nocte ac die. Et hac ipsa hora superueniēs confitebatur domino, & loquebat̄ de illo oībus qui expectabant redemptionem Israel.

Confessio Christi nascētis.

Amb. Prophetauerat Simeon, prophetauerat copulata cōiugio, prophetauerat uirgo; debuit et uidua prophetare, ne quasi professio deesset aut sexus, & ideo dicit̄; Et er. An. pro. &c. Theo. Immoratur Euāgelista circa Annę descriptionem, & patrem & tribū enarrās, testes quasi multos adducens, qui patrem & tribum uiderūt. Gre Nis. Vel quia tunc temporis cū hac aliæ q̄dam eodem nomine nuncupabant̄.

Vt

Vt igitur ad eã manifesta discretio fieret, patrem eius cõmemorat, & generis quali taté describit. Amb. Antea vero & stipẽdijs uiduitatis & morib. talis inducit̃ ut digna fuisse credat̃, q̃ redẽptoré oĩum nũciaret. vnde sequit̃. Hæc ꝓcesserat in diebus multis, & vixerat cũ ui. &c Orig. Neque. n. Spiritus sanctus fortuitu habitauit in ea, bonũ. n. est primũ si qua potest uirginitatis gratiã possidere. Si ãt hoc nõ potuerit, sed euenerit ei ut ꝑdat uirũ, uidua ꝑseueret, qđ quidẽ non solũ post mortẽ uiri, sed ẽt cũ ille uiuit, dẽt habere in anima, ut ẽt si non euenerit, uoluntas ipsius & ꝓpositũ à dño coronet̃, & dicat. Hoc uoueo, hoc promitto, si mihi humanũ aliquid quod nõ opto cõtigerit, nihil aliud faciã q̃ ut incontaminata & uidua ꝑseuerẽ. Iustè ergo sancta mulier spiritũ ꝓphetandi meruit accipere, q̃a longa castitate longis ẽt ieiuniis ad hoc culmen ascenderat. vñ sequitur, Quæ nõ discedebat de tẽplo, ieiunijs & obsec. &c. Greg. In quo liquet ꝙ ceterarũ uirtutũ inerat ei congeries, & aspice conformem Simeoni uirtutibus, simul. n. erat in templo, simul etiã digni reputati sũt ꝓphetica gratia. uñ sequit̃: Et hæc ipsa ho. superu. &c. Gre. Nis. Hoc est, regratiabatur uidẽdo mũdi salutem in Israel, & confortabatur de Iesu, qm̃ ipse esset redẽptor, idemq; Saluator, unde sequitur: Et loq: de il. om. &c. Verũ quia Anna ꝓphetissa modicũ aliquid & non nimis clarũ de Christo disseruit Euangelium non seriatim induxit quæ ab ea sunt dicta Forsan autẽ ob hoc aliquis Simeonem præuenisse fatebitur, eo ꝙ is q̃dem formam legis gerebat: nam & ipsũ nomen notat obedientiam, illa uero gratiæ, qđ interpretatio noĩs manifestat; inter quos Christus medius erat, idcirco illũ quidem dimisit cum lege morientem, hanc uero fouet ultra uiuentem per gratiam. Bed. Iuxta intellectum ẽt mysticũ Anna ecclesiam significat, q̃ in p̃senti spõsi sui est morte quasi uiduata. Numer⁹ ẽt annorum uiduitatis eius tempus ecclesiæ designat, quo in corpore constituta peregrinatur à dño septies quidem duodeni, 84. faciunt, & 7. quidem ad huius seculi cursum, qui dieb. 7. uoluitur, 12. uero ad perfectionẽ doctrinæ apostolicę pertinẽt. Ideoq; siue uniuersalis ecclesia, seu q̃libet aĩa fidelis q̃ totũ uitę suę tẽpus apostolicis curat mãcipare institutis, octoginta quatuor annis dño seruire laudat̃. Tẽpus ẽt septẽ annorũ, quo cũ uiro suo manserat, cõgruit; nã pp dñicę priuilegiũ maiestatis, quo in carne uersatus docuit, in signũ ꝑfectionis simplex septẽ annorũ est numerus expressus. Arridet etiam ecclesię mysteriis Anna, & gratia eius interpretatur, & filia Phanuelis, q̃ facies Dei dr̃. & de tribu Aser, idest beati, descendit.

Laus uiduitatis (margin)

Sensus allegoricus. (margin)

Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suã Nazareth. Puer autẽ crescebat, et cõfortabãtur plen⁹ sapiẽtia, & gratia Dei erat in illo. Et ibãt parentes eius per omnes annos in Hierusalem, in die solemni Paschæ.

Bed. Pretermisit hoc loco Lucas, quæ à Mattheo satis exposita nouerat: dominum uidelicet post hoc ne ab Herode necandus inueniretur, in Aegyptum à parẽtibus esse delatum, defuncto Herode sic demũ in Galilęam reuersum, Nazareth ciuitatem suam inhabitare cępisse. Solẽt. n. euangelistę singuli sic omittere quædã, quę uel ab aliis commemorata uiderunt, uel ab aliis cõmemoranda in spiritu prçuiderunt, ut continuata suę narrationis serie, quasi nulla prętermisisse uideantur, quę tñ alterius euangelistę considerata scriptura quo loco transita fuerint, diligens lector inueniat. Vnde multis prętermissis Lucas dicit: Et ut perfe. om. &c. Theo. Erat quidẽ eorũ ciuitas Bethelehẽ sicut patria, Nazareth uero tanquã habitaculũ. Aug. de con. euan. Fortè ãt hoc mouet qũo dicãt Matthęus propterea cũ puero parentes eius iisse in Galilęam, quia metu Archelai in Iudęam ire noluerunt, cum propterea magis iisse in Galilęam uideant̃, q̃a ciuitas eorum erat Nazareth Galilæę, sicut Lucas hic nõ tacet? Sic intelligendum est ubi Angelus in sõnis in Aegypto dixit ad Ioseph; Surge & accipe puerum & matrem eiu & uade in terram Israel; sic intellectũ primo esse à Ioseph, ut putaret iussum se esse pergere in Iudæam; ipsa. n. intelligi primitus potuit; terra Israel porro autem postea qm̃ competit

Mos euãgelistarum. (margin)

tium numerus debebatur. Basi. Possumus & hoc dicere, quia sicut septenario nume ro, sic & duodenario q multiplicatis inter se inuicem septenarij partibus cōstat, uel rerū vel temporū uniuersitas ac perfectio designet, atq; ideo quo oīa loca uel tpa doceat occupari rectè a duodecimo numero iubat Christi sumit exordiū. Beda in ho. Quòd aūt dñs per oēs annos cum parentibus in pascha Hierosolymā uenit, humilitatis est humanæ indiciū: hoīs nanque est ad offerenda Deo sacrificia cōcurrere, & cū orationibus conciliare. Fecit ergo dñs inter homines homo natus, qđ faciendum hominibus per Angelos imperauit Deus. vnde dr; Secundum cons. di. se. Sequamur igitur iter humanæ conuersationis eius, si deitatis gloriā delectamur intueri. Græc. Celebrato aūt festo alijs remeantibus, Iesus latenter remansit. unde sequit: Consummatisq; diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalē, & non cognouerūt parentes eius. Dicit aūt, Cōsummatis diebus, quia septem diebus durabat solemnitas. Ideo autē latenter remanet, ne parentes impedimēto essent disputationi peragēdæ cum legisperitis, uel forsitan hoc euitans, ne uideatur parentes contemnere, si mandantibus non pareret. Latēter ergo remanet, ne aut retrahatur, aut sit inobediens. Orig. Non autē miremur parentes uocatos, quorum alter ob partū, alter ob obsequium patris, & matris paruerunt vocabula. Beda in ho. Sed quæret aliquis. Qūo Dei filius tanta parentum cura nutritus potuerit obliuiscendo relinqui? Cui respondendū: Quia filijs Israel moris fuit, ut temporibus festis Hierosolymā confluentes, uel ad propria redeuntes, seorsum uiri, seorsum fœminæ incederent, infantesq; vel pueri cum quolibet parente indifferenter ire potuerint, ideoq; Mariā uel Ioseph vicissim putasse puerū Iesum quē secū non cernebant, cū altero parente reuersū. unde sequit: Exist. aut. il. es. &c. Orig. Sicut aūt qñ insidiabātur ei Iudæi, elapsus est de medio eorum, & nō apparuit, sic & nūc puto remansisse puerū Iesum, & parentes eius ubi remanserit ignorasse. Sequit. n Et nō inueniētes, regressi sunt Hier. &c. Gl. Vna qdē die reuersi sunt à Hierusalem, secūda quærunt inter cognatos, & notos, & non inuenientes tertia die regressi sunt in Hierusalem, & ibi inuenerūt unde sequitur: Et factum est post &c. Orig. Non statim ut quæritur inuenitur: non. n. inter cognatos & carnis propinquos inuenit Iesus, neq;. n. poterat humana cognatio. Dei filiū cōtinere. Nō inuenit inter notos, quia maior est mortali notitia, in multorum comitatu nō pōt inueniri, nec ubiq; inuenerunt, sed in templo. Et tu ergo quære Iesum in tēplo Dei, quære in ecclesia, ubi Christi sermonē atque sapiētiam. i. filium Dei reperies. Ambr. Post triduum reperitur in templo, vt esset indicio, quia post triduum triumphalis passionis in sede cœlesti & honore diuino fidei nostræ sic ostēderet resurgens qui mortuus credebatur. Gl. Vel quia quæsitus aduentus Christi à patriarchis ante legem nō est inuentus, quæsitus à prophetis & iustis sub lege nō est inuentus, quæsitus à Gentibus sub gratiæ inuenit. Ori. Quia verò paruulus erat, inuenit in medio præceptorū sanctificans, & erudiens eos. unde dr: Sedentem in medio &c. Et hoc pietatis officio, ut nos doceret quid pueris quāuis sapientes & eruditi sunt conueniret, vt audiant potius magistros q̄ docere desiderent, & se uana ostentatione non iactēt. Interrogabat aūt nō ut addisceret, sed vt interrogans erudiret. ex uno quippe doctrinæ fonte manāt, & interrogare, & respondere sapienter. vnde sequit: Stupe. au tē &c. Bed. Ad ostendendū. n. quia homo erat, hoīes magistros humiliter audiebat, ad ꝓbandum uero, quia Deus erat, eisdē loquentibus sublimiter respōdebat. Græc. Quærit. n. rationabiliter, audit prudēter, respondetque prudētius, quod stuporem faciebat. unde sequitur: Et ui. admi. sunt. Chry. super Ioā. Nullum quippe miraculum egit dñs in pueritia, hoc tamē unum prodit Lucas, per quod mirabilis uidebatur. Bed. Diuina siquidem lingua sapientiam prodebat, sed infirmitatem ætas prætendebat humanam. vnde Iudæi inter alta quæ audiunt, & infirma quæ uident, dubia admiratione turbant. nos aūt nequaquam miremur si scientes secundum prophetam ꝙ sic paruulus natus est nobis, ꝙ

Exemplum Christi proponitur.

Parētes Christi quomodo intelligendi.

Tridui Christi mysterium.

permanet Deus fortis. Græc. Miranda uero Dei genitrix maternis affecta uisceribus, quasi cum lamentis inquisitionē dolorosam ostendit, & oīa sicut mr̄ & fiducialiter & humiliter, & affectuose exprimit. unde sequitur: Et dixit mr̄ eius ad illū, Fili &c. Orig. Nouerat virgo sacrata hunc non esse filium Ioseph, & tñ patrē vocat illus spōsum suū, pp Iudæorum suspicionem æstimantium vulgo fore conceptū. Dicetur aūt forte simplicius, ꝙ eum honorauit Spiritus sanctus patris nomine, eo ꝙ puerū Iesum educauit, artificiosius uero, eo ꝙ genealogiā Ioseph ex Dauid ꝓduxit, ne superflua censeretur. Cur aūt dolentes eum quærebāt, an ex eo ꝙ perierit an errauerit? Absit Nunquid.n.fieri poterat ut perditum formidarent infantē quē dñm esse cognouerant? sed quō tu si qñ scripturas legis, quæris in eis sensum cum dolore, nō ꝙ scripturas errasse arbitreris, sed ueritatem quā intrinsecus habēt quæris inuenire: ita illi quærebant Iesum, ne forte relinquens eos reuersus esset ad cœlos, cum illi placuisset iterum descēsurus. Oportet ergo eum qui quærit Iesum non negligenter & dissolutè trāsire sicut multi quærunt & non inueniunt, sed cū labore & dolore. Glo. Vel metuebant eum ne qđ Herodes in infantia eius patrasse quæsierat, tunc iam in pueritia positum inuēta opporunitate alij interficerent. Græc. Sed ipse dñs respōdet ad oīa, & corrigens quodammodo dictum eius, de eo qui putabatur pr̄, verum patrem manifestat, docens non per infima gradi, sed in altū extolli. unde sequitur: Et ait ad illos &c. Beda. Et ꝙ potius debebat ei cui est æternus filius, mentis oculos attollere cogit. vnde sequitur: Nesciebatis quia &c. Amb. Duæ sunt in Christo generationes, una est paterna, altera materna. paterna diuinior, materna uerò quæ in nostrum laborem, vsumq; descendit. Cyri. Hoc igitur dicit ostendens se mensuram humanā transcēdere, & innuens ꝙ sacra uirgo effecta sit ministra negocij cum peperit carnem, ipse uero naturaliter & uerè Deus erat, & filius patris excelsi. Hinc aūt Valentini sequaces audiētes ꝙ templum erat Dei, pudeant dicere ꝙ creator & legis Deus & tēpli non ipse pr̄ est Christi. Epip. Attendat & Hebion ꝙ post annos 12. & nō post 30. annū Christus repertus stupēdus in sermonibus gratiæ. quamobrem nō est dicere, ꝙ postquam uenit ad eū spiritus in baptismo, factus fuit Christus, sed ab ipsa pueritia, & templū agnouit & patrē. Græ. Hæc est demonstratio prima sapientiæ, & virtutis pueri Iesu, quæ nanq; puerilia eius uocant diabolicæ putamus esse considerationis, nisi quis ea sola uelit acceptare nequaquā his quæ tenemus oppugnantia, sed magis consona propheticis dictis, qa speciosus præ filijs hoīum, & mr̄i obediens, & moribus facetus, & uisu nō modicū venerandus & placidus, ad loquēdū facundus, dulcis & prouidus, & multum strenuitate cognitus tanquā qui repletus sapientia fuerat, & sicut in alijs sic conuersationis humanæ atq; locutionis, quāuis supra hoīem terminus & rō mansuetudo .n. sibi præcipuum elegit locū. Super hæc aūt oīa nihil ascendit sup uerticem eius, nec humana manus excepta materna. Hinc aūt possumus vtilitatem consequi: Dū .n. Mariam increpat dñs quærentē ipsum inter propinquos, omissionē uinculorum sanguinis apertissime suggerit, ostēdens ꝙ non contingit metā perfectionis attingere eū qui adhuc vagat̄ in his q̄ corpori conferūt, & ꝙ homo defici à perfectione per affectum cognatorū. Sequitur. Et ipsi nō &c. Beda. Quia .s. de sua diuinitate ad eos loquebat̄. Orig. Vel nesciebāt vtrum dicens, in his quæ patris mei sunt, significaret in templo, an aliquid altius & quod magis ædificat. Vnusquisque enim nostrum si bonus fuerit, potius sessio Dei patris est. Si quis autem nostrum sessio Dei patris est, habet in medio sui Iesum.

Et descēdit cū eis, et uenit Nazareth, et erat subditus illis. Et mater eius cōseruabat oīa uerba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.

Græc. Totā intermediā Christi uitam quæ est inter ostensionē ætatis & tempus baptismatis, uelut inmunē alicuius famosi & publici miraculi & doctrinæ, euāgelista sub uno verbo colligit, dicēs: Et descē. &c. Orig. Crebro Iesus descendit cū discipulis suis, nec semper uersatur in monte, quin

Honor delatus Ioseph.

Maria ministra sacraméti

Sessio spūalis

quia non valebant qui uarijs morbis laborabant ascendere in mõtẽ: iccirco & nũc descendit ad illos qui deorsum erãt. Sequitur, Et erat subd. &c. Græcus. Qñq;.n. verbo prius leges instituẽs, ipse secũdario ope cõprobabat, sicut illud; Bon⁹ pastor aĩam suã ponit pro ouib. suis. Ipse nanq; paulo post nostrã salutẽ exquirẽs aĩam exposuit propriã; aliquãdo vero prius viuendi proponit exẽplar & postea promebat verbo tenus sãctionẽ, sicut hic: hæc tria p̃ cæteris opere mõstrãs, diligere Deũ, honorare parẽtes, Deũ uero & ipsis p̃ferre parentibus. Cum.n. reprehenderetur à parẽtibus, minoris curæ reputat quã q̃ sunt Dei, denique; ipsis quoque parentibus obedientiam præstat. Bed. Quid.n. magister virtutis nisi officium pietatis implerent? Quid inter nos aliud quã qđ agi a nobis vellet, ageret? Orige. Discamus ergo & nos filij parentibus nostris esse subiecti ꝙ si patres nõ fuerint: subiiciamur his qui patrũ habent ætatẽ. Iesus filius Dei subiicitur Ioseph & Mariæ, ego vero subiiciar episcopo, qui mihi constitutus est pater. puto ꝙ intelligebat Ioseph, quia maior se erat Iesus, & trepidus moderabatur imperium. Videat ergo unusquisq; ꝙ sæpe qui subiectus est, maior sit. quod si intellexerit, nõ eleuabitur superbia, qui est sublimior dignitate, sciens sibi meliorem esse subiectum. Gre. Nise. Amplius. q̃m impuberib. adhuc est imperfecta discretio, egetque per prouectos ad statum ꝑuenit perfectiorem: ideo cum pertigisset duodecimum annũ, paret parentibus, ut ostendat ꝙ quicquid per ꝓmotionem perficitur, antequã ad finẽ ꝑueniat obedientiam tanquam ꝑducẽtem ad bonum utiliter amplexat̃. Basil. in lib. relig. Ab ip'a ãt primeua ætate parẽtibus obediẽs quẽlibet laborẽ corporeũ humiliter & reuerẽter sustinuit. Cũ n. hoies essent honesti & iusti, egeni tñ necessariorũ penuriã patientes, teste p̃sepi partus uenerãdi ministro, manifestum est, ꝙ sudores corporeos continuo frequentabãt, necessaria vitæ sibi q̃rentes. Iesus ãt obediens illis, ut scriptura testatur, ẽt in sustinendo labores subiectionem plenariã sustinebat. Amb. Et miraris si patri defert, qui subdit̃ matri? nõ utiq; infirmitatis, sed pietatis est ista subiectio. Attollat licet caput hæreticus, vt alienis auxiliis asserat, qui mittitur indigere. Nunquid & humano egebat auxilio, ut materno seruiret imperio? deferebat ancillę, deferebat simulato patri, & miraris si Deo detulit? an homini deferre pietatis est, deferre Deo ĩfirmitatis. Bed. Virgo ãt siue quæ ĩtellexit, siue quæ nondum intelligere potuit, oĩa sua pariter in corde quasi ruminãda & diligẽtius scrutanda recondebat vnde sequitur; Et mater eius, &c. Græcus. Considera prudentissimam mulierem Mariam, ueræ sapientiæ matrem, qualiter scholaris sit pueri. Nõ.n. ut puero neq; vt uiro, sed ut Deo uacabat: ulterius & illi⁹ uoces diuinas & opera reputabat, iccirco nil ex dictis aut actis ab ea incassum illi patebat; sed sicut ipsum uerbũ prius in uisceribus, ita nunc eiusdẽ modos & dicta concipiebat, & in corde suo quodãmodo fouebat, & hoc quidẽ iã in secũ in pręsenti contẽplabat̃, hoc ãt expectabat in futurũ clarius reuelandũ. & hac quidẽ tanquã regula & lege per totam uitam utebat̃. Vñ sequitur. Et Iesus proficiebat &c. The. Sed inquiunt. Qũo potest ęqualis patri esse in substantia, qui quasi imperfectus crescere dr̃? non autem in eo ꝙ est uerbum dr̃ incrementũ suscipere, sed ĩ eo, ꝙ factus est homo. Si.n. uerè profecit, postquam factus est caro qui ante imperfectus extiterat, quid ergo gratias agimus ei uelut incarnato pro nobis? Qualiter ãt si ipse est uera sapientia, in sapientia põt augeri? vel qualiter qui cęteris largitur gratiam, ipse in gratia promouetur? Amplius, si nemo scandalizat̃ cum audit, ꝙ verbum seipsum humiliauerit, infirma quædã de Deo uerbo sentiens, sed potius miratur misericordiam eius, qũo nõ est superuacaneũ scandalizari audiendo ꝙ ꝓficit? Nã sicut pro nobis humiliatus est, sic pro nobis profecit, ut nos in eo proficiamus, qui lapsi fuimus ꝑ peccatũ. nã quicquid spectat ad nos ipse uere pro nobis Christus suscepit, ut cũcta reformet in melius. Cyril. Et attende ꝙ nõ dixit proficere uerbum, sed Iesum ne simplex uerbum proficere intelligas, sed uerbũ caro factũ. The. Et sicut uerbum in carne passum fatemur quamuis sola caro fuit passa, quia caro uerbi erat, quę patiebatur; ita proficere dicitur ex eo, ꝙ huma-

Tria præcepta pręcipua.

Doctrina moralis.

Maria prudentia.

nitas proficiebat in ipso. Gre. Nazan. Dicitur ãt secundũ humanitatẽ proficere, non ꝙ ipsa suscipiat augmẽtũ q̃ ab initio fuit perfecta, sed ex eo ꝙ paulatim manifestabatur. The. Naturalis. n. lex respuit hominẽ sensu maiore uti q̃ ætas corporis patiatur, erat itaq; verbũ factũ homo pfectũ, cũ sit virtus & sapientia patris. Verũ quia dandũ erat aliqd nostræ naturę morib. ne aliquod extraneũ à vidẽtib. reputetur tãquã homo paulatim crescẽte corpore manifestabat seipsum, & quotidie sapiẽtior ab audientibus & videntibus censebatur. Græcus. Proficiebat ergo secundum ætatem quidem corpore in virilem statum ꝓmoto; sapientia autem, per eos qui ab eo diuina docebantur. gratia vero, qua cum gaudio promouemur, credẽtes in fine obtinere quę ab ipso promissa sunt, vt hoc q dem apud Deum, ex eo ꝙ assumpta omne paternum opus peregit: apud homines uero, per cõuersationem eorum à cultu idolorum ad summę trinitatis notitiã. The. Dicit enim, Apud Deum & homines, qa prius decet placere Deo, & postea hominibus. Greg. Nil. Differenter etiam proficit verbum in his qui ipsum suscipiunt; secũdum enim mensuram illius apparet aut infans, aut adultus, aut perfectus.

Dictamen legis naturalis.

Profectus Iesu.

CAPVT III.

ANNO ãt quintodecimo imperij Tyberij Cęsaris, pcurante Pontio Pilato Iudæã, tetrarcha ãt Gallilaę Herode, Philippo ãt fratre eius tetrarcha Iturea, & Thraconitidis regionis et Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principib. sacerdotũ Anna & Caipha factũ est uerbũ dñi super Ioannem Zachariæ filium in deserto.

Gregor. in ho. Redemptoris præcursor quo tempore verbum predicationis accepit memorato Romanæ reip. principe & Iudææ regibus designantur, cum dicitur. Anno autem quinto decimo impe. Tyb. Cæs. Quia enim illum prædicare veniebat, qui ex Iudæa quosdam, & multos ex Gentibus redempturus, erat per regem Gentium & principes Iudæorum prædicationis eius tẽpora designare. Quia aũt gẽtilitas colligenda erat, in Rom. repu. unũ pfuisse describitur, cũ dr̃ Imp. Tyb. Cęs. Græcus. Mortuo. n. Augusto monarcha à quo Romani principes nomẽ Augusti adepti sunt, Tyberius post illum ad iura monarchiæ succedens 15. annũ suscepti principatus agebat. Ori. Et in prophetico qđ ẽ sermone solis Iudæis pdicato, solũ Iudęorũ regnũ describit. Visio (inquit) Esaiæ in dieb. Oziæ, Ioatham, & Achaz regũ Iuda. At in euan. quod erat prędicandum vniuerso mũdo, dominũ describit. Tyb. Cæs. qui totius orbis dominus uidebatur uerum si solũ hi qui sunt de Gẽtibus essẽt saluandi, satis erat solius Tyberij facere mẽtionẽ. Sed qa oportebat & Iudęos credere, ob hoc etiã Iudæorum regna describunt, seu tetrarchæ, cũ subditur: Procur. Pon. &c. Grego. in ho. Quia etiam Iudæa erat pro culpa perfidiæ dispergẽda, in Iudææ regno per partem & partem plurimi principabãtur; secundum illud, Omne regnũ in seipsum diuisum desolabitur. Bed. Pilatus quidem 12. anno. Tyb Cæs. in Iudæam missus procurationẽ Gẽtis suscepit atq; ibi per 10. continuos annos usq; ad ipsum penè finẽ Tyberij pdurauit Herodes aũt & Philippus & Lysanias filij sunt Herodis illius, sub quo dominus natus est, inter quos & ipse Herodes Archelaus frater eorũ 10. annis regnauit, qui à Iudæis apud Augustũ criminat᷒ apud Viẽnã exilio perijt. Regnũ aũt Iudææ quo min᷒ ualidũ fieret, idẽ Augustus per tetrarchias diuidere curauit. Gre. in ho. Et quia Ioannes illum prædicauit, qui simul rex & sacerdos existeret, Lucas Euãgelista pdicationis eius tẽpora nõ solũ per regnũ, sed ẽt p sacerdotium designauit. unde subditur. Sub pri. sac. An. & Ca. Bed Ambo q dem incipiente prædicatione Ioannis. i. Annas & Chaiphas principes fuere sacerdotũ, sed Annas illũ annũ, Caiphas uero eũm quo crucẽ dominus ascendit, administrabat, trib. alijs in medio põtificatu pfunctis, uerum hi maxime qui ad domini passionem pertinent, ab Euangelista commemorantur. Legalibus nanque tunc pceptis ui & ambitionẽ cessantib. nulli põtificat᷒ honor uitæ uel generis merito reddebat, sed Romana potestate summa sacerdotij

Differẽtia Christi & prophetarum

dotij

dotij præstabatur. Ioseph⁹. n. refert q̄ Valerius Gracchus Anna à sacerdotio deturbato Ismaelem pótificem designauit filiũ Baphi, sed ét hũc nõ multo post abijciés, Eleazarũ Ananiæ pótificis filiũ subrogauit Post annũ uero & hunc arcet officio, & Simoni cuidã Chaiphæ filio pontificatus tradidit ministerium, quo nõ amplius ipse q̃ unius anni spatio perfunctus Iosephũ, cui & Chaiphas nomen fuit, accepit successoré, itaq; hoc omne tépus quo dñs noster docuisse describitur, intra quadriénnijs spatia coarctatur. Amb. Cógregaturus āt ecclesiam Dei filius ante operaī. in seruulo. Et ideo bene dr: Factũ est uer. do. sup. Io. &c. ut ecclesia nõ ab homine cœperit, sed à uerbo. Bene āt Lucas compendio vsus est, ut Ioané declararet prophetã, dicens. Factũ est sup cũ uerbũ Dei, alias non adderet: nullus. n eget iudicio sui qui uerbo Dei abundat. unum itaque dicens, omnia declarauit. At uero Matthęus & Marc⁹, & uestitu, & cinctu, & cibo ꝓphetam declarare uoluerunt. Chry. Verbum autem Dei hic mandatũ esse dicitur, q̄ non à se uenit Zachariæ filius, sed Deo ipsum mouente. Theo. Per totũ autem tempus præteritum usq; ad sui ostensioné occultus fuit in deserto, & hoc est q̄ subdit, In deserto, ut nulla suspicio innascaī hominibus, ut gratia affinitatis ad Christũ uel cõuersationis à teneris annis, talia de ipso testaretur, unde ipse testificans dicebat: Ego nesciebam illum. Greg. Nis. Simul etiam qui in spiritu & uirtute Helię hanc uitam ingressus est, amotus a cõuersatione humana inuisibiliũ speculationi uacãs, ne huiusmodi fallaciis quæ per sensus ingeruntur assuetus, quandã confusionem ac errorem incurreret erga uiri boni discretionem. Et ideo ad tantum diuinarum gratiarum eleuatus est apicé, ut plusquam prophetis sibi gratia infunderetur, quia mũdum & expers cuiuslibet naturalis passionis desiderium suum à principio usque ad finem diuinis aspectib. obtulit. Ambro. Desertum etiam est ipsa ecclesia quia plures filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum. Factum est ergo uerbũ domini, ut q̃ erat ante deserta, fructum nobis terra generet.

Simon fili⁹ Caiphę.

Et uenit in omné regioné Iordanis, prædicās baptismũ pænitentiæ in remissionem peccatorũ sicut scriptum est in libro sermonũ Esaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto, parate uiā domini, rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, & aspera in uias planas. Et uidebit omnis caro salutare Dei.

Ambr. Factum uerbum, uox secuta est. Verbũ. n. prius intus operatur. sequitur nobis officiũ, ubi dr. Et uē in omné regioné Iordanis. Ori. Iordanis idé est quod descendens, descendit. n. Dei filius aqua salubris. Quæ āt loca decebat perambulare Baptistã, nisi Iordani circumadiacentia? ut si qué pœnitere contingeret, protinus occurreret fluenti humilitas ad recipiendũ pęnitétię baptismũ. Subditur. n. Prædicans ba. pę. in remis. peccatorũ. Gre in ho. Cũctis legétib. liquet, quia Ioannes baptismũ pęnitétię nõ solũ prædicauit, uerum etiam quibusdam dedit, tamé baptismũ suum in remissionem peccatorũ dare nõ potuit. Chry. sup. Ioan. Cum. n. nondum oblata esset hostia, nec descendisset spiritus, qualiter erat fićda remissio? Quid est ergo q̄ Lucas dicit, In remissioné peccatorum? Erant siquidem Iudæi ignari, nec culpas proprias perpendebant. Quoniam igitur hæc erat causa malorum, ut peccata agnoscerent ad redemptorem quærendum uenit Ioannes hortans illos pœnitentiã agere, ut per pœnitentiã effecti meliores, atq; contriti ad recipiendã ueniam satagāt Aptè ergo cum dixisset q̄ uenit pręędicans baptismum pęnitentię in remissionem peccatorum. q. d. Idcirco suadebat illis pęnitere, ut subsequentem ueniã facilius impetrarent, credentes in Christum. Nã nisi pęnitentia ducerentur, nequaquã exposcerent gratiã: unde baptisma illud nullam aliam habet causam, nisi q̄ ꝓparatorium erat ad fidem. Christi. Greg. in ho. Vel Ioannes dicitur prædicans baptismum pęnitentiæ in remissionem peccatorum, qm baptismum quod peccata solueret, quia dare non poterat, prędicabat, ut sicut incarnatum uerbum patris pręcurrebat uerbo prædicationis, ita baptismũ pęnitentiæ quo peccata soluuntur, pręcurreret suo baptismate, quo peccata solui nõ possunt.

Remissio peccatorũ qualis.

possunt. Amb Et ideo plerique sancto Ioã-ni typum legis imponunt, eo q lex pecca tum denũciare potuit, donare nõ potuit. Grc. Nazan. Et ut aliquatenus de baptismatum differẽtia disseramus, baptizauit Moyses, sed in aqua, nube, & mari; hoc ãt figuraliter agebatur. Baptizauit quoque Ioãnes nõ utiq; ritu Iudæorũ, non n. solum in aqua, sed ẽt in remissionem peccatorũ, non tñ oĩno spiritualiter, neq; n. addit in spiritu. Baptizat Iesus, sed in spiritu, & hic est pfectio. Est quoq; quartum baptisma, qđ fit p martyriũ & sanguinẽ, quo ẽt ipse Christus est baptizatus, quod cæteris est uenerabilius nimis, eatenus, quatenus iteratis cõtagiis nõ fœdatur. Est ẽt quintum ex lachrymis, laboriosius tñ, iuxta qđ quidẽ singulis noctibus suũ rigat cubile & stratum in lachrymis. Sequitur; Sicut scriptũ est in lib. Esaię pphetę; Vox clamantis in deserto. Ambr. Bene vox dr̃ Ioãnes verbi pnuncius, quia vox præcedit inferior, verbũ sequitur qđ præcellit. Greg. Qui ẽt in deserto clamat, quia derelictæ ac destitutæ Iudææ solatiũ redemptionis annunciat. Quid aũt clamaret aperitur, cum dr̃. Parate uiã dñi, &c. Omnis .n. qui fidem rectam & bona opera prædicat, quid aliud quàm uenienti dño ad corda audientiũ uiam parat; vt rectas Deo semitas faciat, dum mũdas in aĩo cogitationes per sermonem bonæ prædicationis format? Orig. Vel in corde nostro uia præparãda est dño, magnũ.n. est cor hoĩs & spaciosum, si tñ fuerit mundum, neq; in corporis quantitate, sed in virtute sensuũ magnitudinem eius intellige, q̃ tantam sciẽtiam capiat veritatis. Præpara ergo in tuo corde viã dño per cõuersationem bonã, & egregiis uel perfectis operibus dirige semitã uitæ, vt in te sermo Dei absq; offensa perambulet. Basil. Et q.a semita est uia quam præcedentes calcauerant, & quam priores hoĩes corruperunt, eã iterato dirigere iubet sermo illis qui à præcedentiũ zelo recedunt. Chry. Clamare autem, Parate viã dñi, nõ regis erat, sed præcursoris officium. Et ideo eum uocauerat uocem, q.a uerbis erat præcursor. Cyril. Sed quasi quis responderet & diceret, Qualiter uiã præparabimus domino, vel qualiter eius semitas rectas faciemus, cũ plurã sint impedimenta honestam uitã uolentibus ducere? Adhoc propheticus sermo respondet: Sunt.n. viæ quędã & semita, nequaquam ad eundem habiles, adeo ut alicubi ad tumulos & iuga tollantur, alicubi decliues sint, & ad hoc remouendum dicit, Oĩs ua. impleb. & omnis mons &c. Quędã uiarũ inęqualiter dispositę sunt, & dũ nunc sursum erigunt, nunc uergunt deorsum, valde sunt ad eundem difficiles, & quantum adhoc subdit, Et erunt praua in directa, & aspera in uias planas. Hoc aũt intelligitur actum esse per nostri. Saluatoris potentiã quondam.n euangelicæ cõuersationis & uitæ iter erat ad eundũ difficile, eo q & menses singulorum mundanæ voluptates oppresserant: vt autẽ Deus factus homo peccatũ damnauit in carne, explanata sunt oĩa, & reddita sunt ad eũdum facilia, & nec collis nec uallis proficere volentibus obuiat. Orig. Qñ.n uenit Iesus & spiritum suũ misit, omnis vallis repleta est operibus bonis, & fructibus Spiritus sancti; quos si habueris, nõ solũ vallis esse desistis, sed ẽt mons Dei esse incipies. Greg. Nisc. Vel quietã in uirtutibus cõuersationem significat per cõualles, secundum illud Psalmi: Valles abundabunt frumẽto. Chry. Elatos aut superbos noĩe mõtis denunciat, quos Christus humiliauit. Colles aũt desperatos appellat, nõ solum ob superbia mentis suæ, sed propter desperationis sterilitatem; collis.n. nullos fructus producit. Orig. Vel intelligas qm mõtes & colles qui sunt aduersariæ potestates, per aduẽtum Christi prostrati sunt. Basi. Sicut autem colles respectu mõtium magnitudine differunt, in aliis sunt idem, sic & aduersæ potestates proposito quidẽ conformes sunt, immanitate tamen offensionum secernentur. Greg. in ho. Vel vallis impleta crescit, mons aũt & collis humiliatus decrescit, quia in fide Christi & gentilitas plenitudinem gratiæ accepit; & Iudæa per errorem perfidiæ hoc unde tumebat perdidit. Humiles enim donum accipiunt, quod à se corda superbientium repellunt. Chrysost. Vel per hoc declarat legis difficultatem in fidei facilitatem cõuersam, ac si dicat, Non ulterius sudores

Baptismatum differentia.

Viarum varietas

Legis & euangelij distinctio.

res & dolores imminent, sed gratia & remissio peccatorũ facilé viã pariunt ad salutem Greg. Nis. Vel iubet ualles impleri deijci vero colles & mótes, volens ostẽdere, ꝙ nec ob defectum uirtutis ordo sit cõcauus, nec discrepet ob excessum. Gre. in ho. Praua aũt directa fiũt, cum malorũ corda ꝑ iniustitiã detorta ad iustitiæ regulã dirigũtur. Aspera ãt in vias planas immutanť, cũ immites atq; iracũdę mẽtes ꝑ infusioné supernæ gratię ad leuitaté mãsuetudinis redeũt. Chry. Deinde horũ subijcit causam, dicens: Et vi. om. ca. &c. Ostẽdens quoniã vsq; ad fines mũdi diffundeť euãgelij uirtus, atque cognitio ex more ferino & obstinata voluntate, ad mansuetudiné & lenitaté humanũ genus cõuertẽs. Nõ ãt solũ Iudæi & proselyti, imo tota humana natura salutare Dei vidcbit. Chry. Idest patris q filium misit ut nostrum Saluatorem. Caro autem ad ꝓsens accipitur pro toto homine. Greg. in ho. Vel aliter: Omnis caro, idest omnis homo salutare Dei, uidelicet Christum in hac uita videre non potuit. ꝓpheta ergo oculũ ad extremum iudicij dié tendit, qñ hũc oẽs et electi et reꝓbi pariter uidebũt.

Dicebat ergo ad turbas q̃ exibant ut baptizarẽtur ab ipso: Genimina uiperarũ, quis ostendit vobis fugere à uẽtura ira? facite ergo fructꝰ dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere, patrem habemus Habraham. Dico enim uobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis adradicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur & in ignem mittetur.

Baptizã dus qualis.

Chry. Manẽs aliquis in pristino stat & mores suos & cõsuetudiné nõ relinquẽs, nequaquã rite ad baptismũ uenit. Si qs ergo velit baptizari egrediať. vñ signanter dř. Et dice ad tur q̃ exi. ut bap. ab ipso. Egrediẽtibus itaq; ad lauacrũ turbis loquitur q̃ sequuntur. Si. n. iã egressi essent, nequaquã ad eos diceret, genimina uiperarũ. Chry. Ille itaq; cultor deserti, uidens oẽs incolas Palestinę circũstãtes ipsum & admirãtes, nõ flectebať ꝓ tãta reuerẽtia, sed insurgens in ipsos arguebat eos. Sacra ãt scriptura secundũ stimulãtes passiones plerunq; ferarũ nomina imponit hominib. Interdũ canes eos nominãs causa procacitatis, equos ob luxũ, asinos pp dementiã, & leones & pardos causa rapacitatis & petulãtiæ, aspides causa doli, serpentes & viperas causa ueneni et callididatis. Vñ & nũc Ioãnes Iudęos, audacter genimina uiperarũ uocat. Basi. Oportet aũt scire ꝙ hęc nomina, natus & filius, de animalibꝰ dicunť: genimé uero põt dici fœtus antequã efficiť, fructus ẽt palmarũ genimina dicunť; raro ãt in animalibꝰ accipiuntur, & semper in malo. Ori. Ferunt autem uiperã maré coeũdo necare, cuius fœtus excrescens perimit matrem, & sic ꝓdit in lucem scisso parentis vtero in uindictã quodammodo parẽtis genitoris, itaq; parricida est proles uipera. Tales erant Iudæi q patres spiritales eorũ atq; doctores occidebant. Quid aũt si inuenit eos peccantes sed incipientes conuerti? non debebat eis cõuitiari, sed permulcere. Dicẽdum ꝙ nõ adhibebat mẽtem his quę fiebãt exterius, mẽtis. n. eorũ arcana cognouerat dño reuelãte. nimis. n. se iactabãt in ꝓgenitoribus. Hãc ergo radicé scindens nominat illos genimina uiperarũ, non quidé uituperãs patriarchas, aut eos uiperas nominãs. Gre. Sed qa ꝑ hoc ꝙ bonis inuidẽt eosq; ꝑsequuntur, patrũ suorũ carnalium uias sequentes, quasi uenenati filij de ueneficis parẽtib. nati sunť. Quia uero supradicta sentẽtia intẽdit ꝙ extremo Christus examine ab oĩ carne uidebiť, recte subditur. Quis ostẽ. vobis &c. Vẽtura ira est animaduersio vltionis extremæ. Amb. Ostendiť ãt his Dei miserationes infusa prudẽtia, ut gerãt suorũ pœnitẽtiã delictorũ, futuri terroré iudicij ꝓuida deuotione metuẽtes, aut fortasse iuxta qđ scriptũ est. Estote prudẽtes sicut serpen. ostẽdunť habere prudentiã naturalé q profutura uideant & sponte deposcãt, sed adhuc noxia nõ relinquant Gre. in ho. Quia uero tunc fugere ab ira peccatorum non valeat, qui nunc ad lamenta pœnitentiæ nõ recurrit subditur, facite ergo &c. Chry. Nõ enim satis est pœnitentibus peccata dimittere, sed opus est eius fructus ferre, secundum illud. Declina à malo, & fac bonum. sicut non sufficit ad sanationem saggittã euellere, sed oportet ulceri medicamentum apponere. Non autem dicit fructum, sed

Coitus uiperæ.

fructus, copiā designans. Gre. in ho. Nec solum fructus pœnitentię, sed dignos pœnitentię admonet esse faciendos. Quisquis .n. illicita nulla commisit, huic concedit ut licitis utatur. ac si quis in culpā lapsus est, tanto à se licita debet abscindere, quāto meminit se perpetrasse illicita. Neque enim par fructus esse boni operis dēt eius qui minus, & q amplius deliquit: aut eius qui in nullis, & eius qui in quibusdam facinoribus cecidit. per hoc ergo cuiuslibet conscientia conuenitur, ut tanto maiora quęrat bonorum operum lucra per pœnitētiam, quāto grauiora sibi intulit damna per culpam. Maxi. Pœnitentię fructus est impassibilitas animę qua plenariè nō fruimur, dū interdū passionibus instigamur. nondū.n fructus penitētię dignos per egimus; pœniteamus ergo ueraciter ut à passionibus expediti peccatorum ueniā cōsequamur. Greg. in ho. Sed Iudęi de generis nobilitate gloriātes, iccirco se agnoscere peccatores nolebāt, qa de Abrahæ stirpe descēderant, quib. rectè dr. Et ne cœperitis dicere, patrē habemus Abrahā. Chry. Nō hoc indicās ꝙ ab Abrahā naturali origine nō descēderant, sed qa nihil ꝓdest ab Abrahā descēdisse, nisi secundū uirtutē cognationē obseruēt. Cognationis nāq; leges cōsueuit scriptura uocare, nō eas q̄ secundū naturā cōsistunt, sed q̄ deriuātur à uirtute uel uitio. Quibus nāq; se quisq; conformē statuit, horū filius uel frater uocatur. Cyr. Quid.n. cōfert carnalis generositas, nisi cōsimilibus studijs fulciat? uanū est igit extolli de bonis p̄decessoribus, & deficere ab eorū uirtutib. Basi. Neq;.n. equū uelocē esse facit patris erga cursum strenuitas, sed ueluti cæterorū animaliū ꝓbitas consideratur in singulis; sic quoq; laus ꝓpria uiri discernit, quā pręsentium bonorum in se cōprobat argumentū. Turpe nāq; est alienis ornari decoribus, quē uirtus propria nō uenustat. Greg. Nis. Sic igitur Iudæorum promulgato exilio, cōsequēter ingerit cōuocationē Gentilium, quos lapides appellat. vñ sequit: Dico n. vobis &c. Chr q.d. Ne putetis ꝙ si uos perieritis, filijs priuetur patriarcha: potest.n. Deus etiam ex lapidibus homines illi p̄bere, & ad illum ꝓducere sanguinem. Nā ab ipso principio sic euenit. Et nanq; qd̄ est ex lapidibus homines fieri, æquipollet exitus filij ab illo emortuo utero Sarræ. Amb Sed licet Deus possit diuersas conuertere & mutare naturas, tamen mihi plus mysterium quàm miraculum ꝓdest. Quid.n. aliud quàm lapides habebantur, qui lapidibus seruiebāt? similes utiq; his qui fecerant eos. Prophetatur igitur saxosis Gentilium fides infundenda pectorib. & futuros per fidem Abrahæ filios oraculo pollicentur. Vt autem scias quia lapidibus comparati sunt homines, arboribus quoq; homines cōparauit cum subdit: Iā .n. securis posita est ad radicem arboris. Exempli āt ideo facta est mutatio, ut illo cōparationis processu quidā intelligatur homini clementior iā profectus. Orig. Et quidem si iā ingrueret cōsummatio & tēporū finis instaret, nulla mihi q̄stio nasceretur. dicerē.n. ꝓpterea hoc prophetatū esse, qa illo tēpore cōplebitur. Cū āt tāta post secula fluxerint quo Spiritus sanctus hoc dicit, ego puto Israelitico populo ꝓphetari ꝙ pcisio eius uicina sit. His.n. qui egrediebantur ad eum ut baptizarentur, hæc inter cętera loquebat. Cir. Securim ergo in p̄senti nominat mortiferā irā, q̄ diuinitus irruit in Iudæos pp exercitatā impietatē in Christū, nō tn̄ hæsisse radici securim p̄nunciat, sed ad radicē.i. iuxta radicē positā. Decisi nanq; fuerūt rami, nec radicitus extirpata est plāta, reliquiæ .n. Israel saluæ fiēt Gre. in ho. Vel aliter: Arbor huius mūdi est vniuersum genus humanū. Securis vero est redēptor noster, q velut ex manubrio & ferro tenet ex humanitate, sed incidit ex diuinitate: q uide licet securis iā ad radicem arboris posita est, quia etsi per patientiam expectat, uſ tamen quid factura est. Et notandum est, ꝙ non iuxta ramos securim positam, sed ad radicem dicit. Cum.n. malorum filij tollūtur, quid aliud quā ramis infructuosæ arboris abscinduntur? Cum vero tota simul progenies cum parente tollitur, infructuosa arbor radice abscissa est. Vnusquisque autem peruersus paratam citius gehennæ cōcremationem inuenit qui fructum boni operis contemnit. vnde sequitur: Omnis ergo &c. Ghry. Eleganter dictum

Fructus pœnitētię qui sit.

Filij Abrahę qui sint

Inertię nocumētum.

ctum est, Nõ faciens fructũ, & adiicitur, Bonum. officiosum.n.hoc aĩal Deus creauit, & naturalis est sibi exercitiorũ instantia: ociũ uero innaturale. Obest.n. inertia et cunctis corporis mẽbris, nulli ãt vt aĩæ. Ea nanq; cum cõtinuo sit naturaliter mobilis, ociari nõ patitur. sicut ãt ocium malum est, ita & indecẽs exercitiũ. Ex eo aũt ꝙ præmisit pœnitentiã prædicat ꝙ securis adiacet, non quidem incidens, sed terrorẽ incutiens. Ambr. Faciat ergo fructũ qui potest gratiæ, qui debet pœnitentiæ; adest dominus qui fructum requirat, fœcundos viuificet, steriles reprehendat.

Et interrogabant eũ turbæ, dicẽtes: Quid ergo faciemus? Respondẽs ãt dicebat illis; Qui habet duas tunicas, det non habenti; & qui habet escas, similiter faciat. Venerũt ãt & publicani ut baptizarẽtur, ẽt dixerunt ad illũ. Magister, qd faciemus? At illi dixit ad eos: Nihil amplius quã quod cõstitutũ est nobis, faciatis. Interrogabant ãt eũ et milites, dicentes: Quid faciemus et nos? Et ait illis: Neminẽ concutiatis, neq; calũniam faciatis, & cõtenti estote stipendiis uestris.

Greg. in ho. In præmissis verbis Baptistę Ioan. constat, ꝙ audientium corda turbata sunt q̃ consiliũ quærebant, cũ subinfertur. Et interrogabant &c. Ori Tres ordines inducunt scitantium Ioannẽ sup salute sua: vnus quẽ scriptura appellauit turbas, alius quẽ publicanos nominat, tertius qui militũ appellatione censetur. The. Et quidẽ publicanis & militibus à malo abstinere pcipit. Turbis ãt quasi nõ malitiosis existẽtib. bonũ aliquod pcipit obseruari: vñ sequit: Respondens ãt &c. Grego. in ho. Propter hoc ꝙ tunica plus est necessaria usui nostro ꝙ pallium, ad fructum dignum pęnitentię pertinet, ut non solum exteriores quæcunq;, sed ipsa nobis ualde necessaria diuidere cum proximis debeamus. i. vel tunicam qua uestimur, vel escã qua carnaliter viuimus. vnde sequitur: Et qui habet escas &c. Basil. Hic autem docemur ꝙ ex oĩ eo quod affluit supra proprij victus necessitatem, tenemur erogare illi qui non habet, propter Deum, qui quęcunq; possidemus largitus est. Greg. in ho. Quia.n. in lege scriptũ est. Diliges proximum tuum sicut teipsum, minus ꝓximum amare conuincitur qui non cũ eo in necessitate illius, etiã ea quæ sunt sibi necessaria partitur: iccirco de diuidendis cum proximo duabus tunicis datur præceptum. quoniam si vna diuiditur, nemo uestitur. Inter hæc autem sciendum est quãtum misericordiæ opera valeant, cum ad fructus dignos pęnitentiæ ipsa præ cæteris pręcipiuntur. Amb. Alia.n. officiorum præcepta propria sunt singulorum, misericordia cõmunis est vsus ideo cõmune ꝓceptum est oĩbus, vt conferant nõ habẽti. Misericordia est plenitudo virtutum, misericordiæ tamen ipsius pro nobilitate cõditionis humanæ mẽsura seruatur, vt nõ sibi vnusquisq; totũ eripiat, sed quod habet cum paupere partiatur. Orig. Profundiorem aũt locus iste recipit intellectum. Quomodo.n. non debemus duobus seruire dominis; sic nec duas habere tunicas, ne sit vnũ indumentũ veteris hominis & alterum noui, sed debemus nos exuere veterẽ hoĩem, & ei dare qui nudus est. Alius .n. habet vnum, alius uero omnino nõ habet. Contraria.s. fortitudo, & quomodo scriptum est, ut in profundum maris ꝓiciemus nostra delicta, sic proijci à nobis oportet vitia atq; peccata, & iacere sup eum qui eorũ nobis causa extitit. Theo. Quidam autẽ tunicas duas esse dixit; spiritum scripturæ & literã, habentem vero duo hæc monet Ioãnes ut instruat ignorãtem, & det ei ad minus literã. Beda. Quantã aũt Baptistæ sermo virtutem habuerit, hinc ꝓbatur, cũ & publicanos & milites ad consilium salutis suæ coegerit inquirẽdum. vnde sequitur: Venerunt autem &c. Chry. Magna est virtutis fortitudo, dum fœlicitatis viã requirũt ab indigno locupletes. Beda. Pręcepit ergo eis ne vltra pręscriptum exigant. vnde sequitur Et ille dixit ad eos. Nihil amplius quã qđ vobis constitutum est, faciatis Puplicani uero appellantur hi, qui vectigalia publica exigunt, siue qui cõductores sunt uectigalium fisci, vel rerum publicarum, necnon & hi qui seculi huius lucra per negotia sectantur, eodem vocabulo censentur. quos omnes pariter in suo, quemque gradu ab agenda fraude coercet, vt dum primo se ab aliorum tentarent appetitu, tãdem ad propria cum proximis cõmunicanda per

Misericordiæ ꝓ commẽdatio.

Virtus verborũ Ioannis Baptistæ

tingerent. Sequitur; Interro. aut &c. Iustissimo ãt moderamine pręmouet ne ab eis calumniãdo p̄dã requirãt, quib. militãdo prodesse debuerãt. vnde seq̃t. Et ait illis, Nemine concutiatis. i. p̄ violentiã, Neq; calumniã faciatis. s. per fraudulentã militiã. Et cõtẽti estote stipẽdijs vestris. Amb. Docens iccirco stipẽdia militiæ cõstituta, ne dũ sumptus q̃ritur, p̄do grassetur. Gre. Naza. Stipendum. n. appellat imperialem p̄uisionem, & deputata per legem dignitatib. munera. Aug. con. Faust. Sciebat. n. eos cũ militarent non esse homicidas sed ministros legis: & nõ vltores iniuriarum suarũ, sed salutis publicæ defensores. alioquin responderet eis, Arma abijcite, militiam istã deserite, nemine percutite, vulnerate, prosternite. Quid. n. culpat̃ in bello an quia moriũtur q̃nque morituri, vt domentur in pace victuri? hoc reprehẽdere timidorũ est nõ religiosorũ. nocendi cupiditas vlciscẽdi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua talia. Hęc sunt q̃ in bellis iure culpant̃, q̃ plerunq; vt ẽt inde puniãtur aduersus violẽtiã resistentiũ, siue Deo siue aliquo legitimo imperio iubente, gerẽda ipsa bella suscipiũtur à bonis, cũ in eo rerũ humanarũ ordine inueniunt̃, vbi eos vel iubere tale aliq̃d, uel in talib. obedire iuste ipse ordo constringit. Chr. su. Mat. Volebat ãt Ioãnes q̃n publicanis & militib. loquebat̃, ad aliã maiorẽ philosophiã ipsos traducere: sed q̃m nõdũ erant ad illa idonei, minora referat; ne si potiora proferret nequaquam illis intenderent, & his etiam priuarentur.

Militia bona describit.

Existimãte ãt populo, et cogitantib. omnibus in cordib. suis de Ioanne ne forte ipse esset Christus, respõdit Ioannes dicens oĩbus. Ego quidẽ aqua baptizo vos; uenit ãt fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiã calceamẽtorũ eius, ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius uẽtilabrũ in manu eius, et purgabit aream suam, et cõgregabit triticum in horreum suum, paleas autẽ cõburet igni inextinguibili.

Orì. Dignum erat vt plus Ioãni, quã cęteris hominibus deferretur, qui aliter quã cũcti mortales vixerat: quã ob causam diligebãt quiedm eũ iustissimè, sed non seruabãt in charitate modum vñ d̃r: Existimante autem &c. Amb. Quid est inepti⁹ quã q̃ is q̃ in alio æstimãtur, in seipso esse nõ credit? quem per mulierem venturum putabant, per virginẽ venisse nõ credunt, & vtique diuini aduẽtus signum in virginis partu, nõ in mulieris constitutum est. Ori. Habet aũt periculum dilectio, si modum transeat: debet. n q̃ aliquem diligit naturam & causas considerare diligendi & nõ plus diligere quàm meretur. nã mẽsuram charitatis modũq; si trãscẽderit & q̃ diligit & qui diligitur iu peccato erũt. Greg. Vnde Ioannes nõ fuit gloriatur inhabita opinione de ipso ab omnibus, nec aliquatenus visus est primatum appetere, sed infimã humilitatẽ amplexatus est, vñ sequitur Respondit Ioan. &c. Beda. Quomodo autem respondit eis, qui in secreto cordis, quia Chris⁹ esset cogitabant, nisi quia nõ solum cogitabãt, sed etiam sicut alius euangelista declarat, missis ad eũ sacerdotibus ac Leuitis an esset Christus inquirebant? Ambro. Vel videbat Ioannes cordis occulta. Sed consideremus cuius gratia; Dei. n. munus est qui reuelat, non virtus hominis qui diuino magis adiuuatur beneficio, quã naturali cernit officio. Cito ãt r̃ndens probauit nõ esse Christum qui visibili operatur officio, nam cum ex duab. naturis. i. ex aĩa homo subsistat & corpore, visibile per uisibilia, inuisibile p̄ inuisibile mysterium consecrat̃. aqua. n. corpus abluitur, spiritu aĩæ delicta mũdãtur, licet ẽt in ipso fonte sanctificatio diuinitatis aspiret. & ideo aliud fuit baptisma pœnitentię, aliud est gratiæ. Illud baptisma ex vtroq; illud ex vno. opus hominis est gerere penitentiam delictorũ, Dei manus est gratiam implere mysterij. Declinans ergo maiestatis inuidiam nõ verbo, sed opere declarauit non esse se Christum vnde sequitur; Venit autem &c. In hoc quòd dicit fortior me, comparationẽ non fecit. neque enim inter Dei filium & hominem vlla poterat esse comparatio, sed quia multi fortes, fortior nemo nisi Christus. Denique non fecit comparationem eo quòd addiderit; cuius nõ sum dignus &c. Augu. de cou. euange. Matthæus quidem dicit; Cuius non sum dignus calceamenta portare. Itaq; si ad rem p̄tinet aliquid

Periculũ dilectionis.

Ioannes occultorũ cognitor.

aliquid aliud intelligere in eo ꝙ dictũ est. Calceaméta portare, & corrigiam calcea mentorum soluere, ut unus euangelistarum hoc, alij aliud dicerent, oẽs verũ nar rauerunt. Si át nihil intendit Ioannes cum de calceamentis dñi diceret, nisi excellentiam eius & humilitatem suam, qđlibet horũ dixerit, siue de soluenda calceamentorum corrigia, siue de portandis calceamentis, eandem tñ sñiam tenuit. Quisque ét verbis suis per calceamentorum memoriam eãdem significationem humilitatis expressit. Amb. Per hoc ét ꝙ dicit, Cuius nõ sum dignus calceamenta portare, euãgelicę prędicationis ostendit apostolis gratiã esse collatam, qui sunt calceati in euãgelium; vř tñ ideo hoc dicere, ꝙ plerunq; Ioannes psonam accipit populi Iudęorũ. Greg. Sed & Ioannes se indignum esse ad soluendum corrigiam calceamenti eius denunciat, ac si aperte dicat. Ego redemptoris vestigia denudare non ualeo, qui sponsi nomen mihi immeritus non vsurpo. Mos. n. apud veteres fuit, ut si quis, eã q̃ sibi cõpeteret accipere nollet vxorem, ille ei calceamentum solueret qui ad hãc sponsus iure propinquitatis veniret. Vel q͞a calceamenta ex mortuis aĩalibus fiũt: incarnatus dñs quasi calceatus apparuit, q̃ morticina nostræ corruptionis assumpsit. Corrigia ergo calceamenti est ligatura mysterij. Ioães itaq; soluere corrigiã calceamenti eius nõ ualet, q͞a incarnationis mysterium nec ipse inuestigare sufficit, qui hanc prophetiæ spiritum agnouit. Chr. Et q͞a dixerat ꝙ suum baptisma nil plus haberet q̃ aquã, cõsequẽter ostendit excellentiã exhibiti per Christũ baptismatis; cũ subdit. Ipse uos baptizabit in Spiritu sãcto & igni. Per ipsam dicti metaphorã ostendens abundãtiã gratię: non. n. ait, Dabit vobis Spiritũ sanctũ; sed baptizabit. Ac rursus p id qđ de igne subijcit ostẽdit uirtutẽ gratiæ; & sic Christus aquã vocat spiritus gratiã, ostendens per uocabulũ aquę, nitorem qui contingit ex ea, & consolationem immensam quę mentibus capacib. illius ingeritur. sic & Ioannes per ignis vocabulum exprimit feruorẽ & rectitudinem gratiæ, necnon & peccatorũ consumptionem. Bed. Póť & Spiritus sanctus noĩe ignis sanctificatus intelligi, q͞a incendit per amorẽ, & per sapientiam corda q̃ replet, illuminat; vñ & Apostoli baptisma spiritus in ignis uisione percipiũt. Sunt qui ita exponũt, ꝙ in præsenti in spiritu, & in futuro baptizaremur in igne, ut uidelicet, sicut in remissionem oium peccatorũ ex aqua & spiritu renascimur, ita & tũc de leuibus quibusdam peccatis purgatorum ignis baptismate mũdaremur. Ori. Et quõ Ioãnes iuxta Iordanẽ fluuium uenictes ad baptismum prestolabatur, & alios abigebat dicens, Generatio uiperarũ, eos uero qui confitebant̃ peccata suscipiebat, sic stabit in igneo flumine dñs Iesus iuxta flammeam rõphæã, vt quicunq; post exitum uitę huius ad paradisum transire desiderat, & purgatione indiget, hoc eum lauamine baptizet, & ad paradisum transmittat; cum uero qui non hẽt signũ priorũ baptismatum lauacro igneo nõ baptizet. Basi. Nõ ãt pp hoc ꝙ dicit, Baptizabit uos in Spũ sancto, integrũ quis esse baptisma fatebitur, in quo nomen solius spiritus inuocatum est; opertet. n. semper illibatam manere assignatam traditionẽ in uiuificante gratia. Nam addere uel minuere quicquã excludit a uita ꝑpetua. sicut. n. credimus, sic baptisma suscipimus in noĩe Patris & Filij & Spiritus sancti. Grec. Per hoc ergo ꝙ dicit, Baptizabit in Spiritu sancto, ostendit abundantiam gratię & beneficij copiam. Ne ãt ali qui putent ꝙ dona largiri, & potestas & uoluntas est creatori; punire vero inobediẽtes, nullã sibi fore causam, ob hoc subdit. Cuius uentilabrum in manu eius. Ostendens ꝙ non solum munificus est dignus, sed ét præuaricationum ultor. Ventilabrum aũt promptitudinẽ iudicij exprimit. non. n. cũ inducijs, sed in instãti & absque quolibet interuallo separat damnandos a collegio saluandorum. Cyril. Per hoc ãt quod subdit, & permũdabit aream suam, designat Baptista ecclesiam pertinere ad Christum quasi ad dominum. Beda. Per aream enim pręsens ecclesia figuratur, in qua multi sunt uocati, pauci uero electi, cuius areæ purgatio & nunc uiritim geritur, cum quisque peruersus uel ob manifesta peccata de ecclesia sacerdotali castigatione eijcitur

Mox ueterum.

Iudicij signatio

citur, vel ob occulta post mortẽ diuina districtione damnaĩ. Et uniuersaliter in fine perficietur: qñ mittet filius hominis angelos suos & colligent de regno eius oĩa scãdala. Amb. Ventilabri ergo indicio discriminandorum dñs declaratur ius habere meritorum, eo ꝙ dum frumenta uẽtilanĩ in aerea, plena a uacuis uelut quodam aureæ spirantis examine separãtur. vnde sequitur: Et cóg. triti. in horreum suũ, &c. Per hanc cõparationem dñs ostendit ꝙ iudicij die solida merita fructusq; uirtutis ob inanis iactantię exilijq; factorũ infructuosa leuitate discernat; perfectioris meriti uiros locaturus in mãsione cœlesti. Ipse .n. perfectior fructus est qui meruit eius esse cõformis, qui sicut granũ tritici excidit ut plurimos fructus afferret. Cyril. At paleæ lentos & inanes signãt, & quolibet uento peccati uentilatos & uolubiles. Basi. Conferunt ãt his qui digni sunt regno cęlorum velut paleæ tritico, non tñ intuitu diuinæ charitatis & proximorum hoc faciunt, siue spiritualibus donis, siue corporalib. beneficijs. Orig. Vel quia absque uento nõ possunt triticum & paleæ separari; ideo hẽt uẽtilabrum in manu sua, qđ alios paleas alios triticũ esse demonstrat. Cum .n. esses palea leuis, i. incredulus, ostẽdit te esse tentatio qđ latebas, cum ãt fortiter tẽtamenta toleraueris, non te faciet fidelem tentatio atq; patientem, sed uirtutem quę in te latebat profert in mediũ.

Præmia bonorũ & malorum.

Gre Nis. Expedit ãt scire ꝙ nec dona quę per repromissiones reposita sunt, honeste uiuentib. talia sunt, ut uerbo ualeant explicari; quia nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽderunt. Nec peccatorum pœnæ ad aliquid eorũ quæ in præsenti sensum afficiunt proportionẽ habent, & quanuis aliqua illarum pœnarum per nostra nominentur uocabula, differt tamen non modicum. Cum .n. audis ignem, aliud quidam conijcere doceris ex eo quod additur, Inextinguibili: quod in istum ignem nõ cadit. Gre. in 15. mor. Miro modo expressus est ignis gehennæ. Ignis nanque noster corporeus per congesta ligna nutritur, nec ualet nisi fotus subsistere. At contra gehennæ ignis cum sit corporeus, & in se missos reprobos corporaliter exurat, lignis nõ nutritur, sed creatus semel inextinguibilis durat.

Multa quidẽ & alia exhortans euangelizabat populo. Herodes ãs Tetracha cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de oĩbus malis quæ fecit Herodes, adiecit et hoc super omnia & inclusit Ioannem in carcerem.

Orig. Annunciauerat Ioannes Christũ baptismum Spiritus sancti prædicabat, & cętera quę euangelij tradit historia. Exceptis ergo his alia annunciasse monstratur in eo qđ dř. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. Theo. Exhortatio .n. eius erat bona doctrina, & iõ conuenienter euangelium dř. Orig. Et quę in euangelium secũdum Ioannem de Christo refertur, qa multa, & alia locutus est, sic & in pñ̃ti loco intellige qđ Lucas hic dixit, qm maiora qđam a Ioanne annunciantur, quàm ut deberet literis credi. Miramur ãt Ioannẽ quo inter natos mulierum maior nemo fuerit, qđ in tãtam opinionẽ meritis uirtutis ascenderit, ut a plerisq; Christus putaretur. Sed illud multo mirabilius ꝙ nõ timuit Herodem, nõ formidauit interitum. vnde sequitur: Hærodes ãt tetrarcha, cum corri. ab illo. Euse. Dicitur ãt tetrarcha ad differẽtiã alterius Herodis, quo regnante natus est Christus. Erat .n. ille rex, hic ãt tetrarcha. Erat ãt illi coniux Arethæ regis Arabum filia, quã cum cõiux esset, fratris sui Philippi more sacrilegio duxit, quãuis prolem haberet à fratre; his enim solum licebat hoc agere, quorum fratres sine prole uitã compleuerant. Super hoc Herodem reprehenderat Baptista, primo quidem diligẽter eius audiebat sermones, cũ sciret eos põderosos, & cõsolatione plenos, sed Herodiadis cõcupiscentia cogebat eum aspernari uerba Ioãnis, unde & eum detrudit in carcerẽ. Et hoc est quod dicitur, Adiecit & hoc super om. & inclu. Ioan. in car. Bed. Non autem his dieb. captus est Ioannes, sed iuxta euangelium Ioannis post aliqua gesta signa a domino, & post eius baptismũ diffamatum, sed a Luca propter exaggerãdam malitiam Herodis præoccupatum est, qui cum uideret ad prædicationẽ Ioannis multos confluere, milites tradere, publicanos pœnitere, totũ uulgus baptisma suscipere,

Ioannis sanctitas.

re,

re: ipse econuerso non solum Ioannem contemnit, sed vinculat & occidit. Glo. Ante ét q̃ Lucas aliquid narret de actib. Iesu, dicit Ioannem ab Herode captum, vt ostendat se solummodo eadẽ facta præcipue descripturũ quæ ab anno gesta sunt quo Ioannes captus est vel punitus.

Factum est aũt cũ baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orãte, apertum est cęlũ, & descẽdit Spiritus sanctus corporali specie sicut colũba in ipsum, & vox de cęlo facta est. Tu es filius meus dilectus, in te cõplacui mihi.

Ambr. Pulchrè in his quæ in cæteris dicta sunt, Lucas cõpendiũ sumpsit. Et intelligẽdũ magis ꝙ à Ioanne dñs baptizatus est, quam expressum reliquit. vnde dr̃. Factũ est aũt cũ baptizaret̃ &c. Baptizatus est aũt dñs non mũdari volens, sed mundare aquas, vt ablutæ ꝑ carnẽ Christi q̃ peccatũ nõ cognouit baptismatis ius haberẽt. Greg. Naza. Accedit ét Christus ad baptismũ, forsitã sanctificaturus Baptistam, qđ aũt nulli dubium est, vt totũ veteranũ Adã immergat aquę. Ambr. Quę ét sit dominici causa baptismatis; dñs ipse declarat, dicens: Sic decet implere oẽm iustitiam. Quæ est ergo iustitia, nisi quia ꝙ alterũ tibi facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios horteris exemplo? Nemo igitur refugiat lauacrum gratiæ, qñ tempus lauacrum pœnitẽtiæ non refugit. Chri. Fuerat autẽ baptisma Iudaicum, qđ sordes carnis amouebat, non conscientiæ crimina. Nostrum aũt baptisma separat à peccatis, lauat animã & spiritus copiam elargitur. Baptisma vero Ioãnis Iudaico præstantius fuit: neq;.n. ad obseruantiam corporalium mundificationũ inducebat, sed monebat à vitio in virtutem cõuerti, Nostro vero baptismate minus, eo quòd nec Spiritum sanctum administrabat, nec remissionẽ quæ per gratiã fit exhibebat, cum quasi finis quidam esset vtrorumq; baptismatũ, sed neq; Iudaico baptismate, nec nostro baptizatus est Christus q̃a nec indulgentia peccatorum egebat, nec illa caro expers erat Spiritus sancti, q̃ per Spiritum sanctum ab ipso principio concepta est, sed baptizatus est Ioannis baptismate, vt ex ipsa natura baptismatis scias; quia neq; causa peccati, neque propter indigentiã doni baptizatus est. Dicit aũt baptizato & orante, vt perpendas ꝙ suscepto baptismate oportuna sit iugis oro Bed. Quia etsi peccata sunt oĩa in baptismo laxata, non adhuc terrenæ carnis est fragilitas solidata, nam quasi transito mari rubro gratulamur submersos Aegyptros, sed in deserto mundanæ conuersationis hostes occurrũt alij, qui duce Christi gratia nostro sudore vincant̃, donec ꝑueniamus ad patriã; Chry. Dicit át Apertum est cęlum; tanquam hactenus reclusum fuisset. Iam aũt ouili superno & infimo in vnũ redacto, & vno existente ouiũ pastore, cęlum patuit, & homo terricola aggregatus est angelis. Bed. Non.n. ei cęlum tunc apertum est, cuius oculi cęlorũ interiora cernebant, sed virtus ibi baptismatis ostenditur, de quo quisq; cũ egredit̃, regni cęlestis ei ianua aperit̃; dumq; caro innoxia frigiẽtibus tangit̃ aquis, opposita quondã noxijs rõphæa extinguit̃ ignea. Chry. Descẽdit ét Spiritus sanctus ad Christũ tanquã ad generis nostri principium, vt in Christo sit primo, qui non sibi, sed nobis potius illũ suscepit. vnde sequit̃. Et descendit Spiritus sanctus &c. Nõ existimet aliquis ꝙ cũ non habuit eum, suscepit ipsum. Ipse nanq; illũ de sursum tanquã Deus mittebat, at idẽ vt homo recipiebat interius. Igitur ex eo deuolauit in eum, ex ipsius deitate ad eius humanitatẽ. Aug. 15. de Trinitate. Absurdissimũ aũt est, cũ iam 30. annorũ esset, accepisse Spiritum sanctum; sed venit ad baptismũ sicut sine peccato, ita nõ sine Spiritu sancto. Si.n. de Ioanne scriptum est, Spiritu sancto replebitur ab vtero matris suæ, qđ de homine Christo credẽdũ est, cuius carnis ipsa cõceptio nõ carnalis, sed spiritualis fuit? Nunc ergo corpus suum. i. ecclesiã præfigurare dignatus est, in qua baptizati precipuè accipiunt spiritum sanctũ. Chry. Redolebat illud baptisma aliquid vetustatis, & partim sapiebat nouitatem: ꝙ.n. baptisma susciperet à ꝓpheta, ostẽdebat aliquid vetustatis, ꝙ autẽ Spiritus descenderit, nouum aliquid designabat. Ambro. Merito aũt Spiritus se in corpore demonstrauit, quoniam in diuinitatis substantia non videtur. Aduertamus

Baptismi Christi ratio.

Apertionis cęlorum ratio in baptismo.

myſterium, quare ſicut colũba: ſimplicitaté .n. lauacri requirit gratia; qm̃ in typo veteri colũba quondã ad illã arcam q̃ ſola fuit diluuij immunis, reuerſa eſt. Chry. Vel nunc vt mãſuetudiné magiſtri declararet, in ſpecie columbina apparet: in Pẽtecoſte aũt quemadmodũ ignis, vt oſtendat pœnã. Cum.n. oportebat delictis ignoſcere, manſuetudo neceſſaria erat, ſed vt adepti ſumus gratiã, reſtat examinis & iudicij tp̃s. Cypri. de vnit. eccleſiæ. Eſt auté colũba ſimplex & lætum animal, nõ felle amarũ, nõ morſibus ſæuum, non vnguIæ laceratione violẽtũ, hoſpicia humana diligere, vnius domus noſſe conſortium; cũ generant filios ſimul ſedere, cũ cõmeant volatu inuicẽ cohærere cõuerſatione cõi vitã ſuam degere, oris oſculo cõcordiam pacis agnoſcere, legẽ circa oĩa vnanimitatis implere. Chry. Et quidé Chriſtus in ortu ſuo p plurima ſe manifeſtauerat oracula, verũ quia noluerunt aduertere, cũ medio latuerit tp̃e, rurſum ſe ab alio clariore patefecit principio, nõ ſtella, ſed deſuper indicat pater in vndis Iordanis, & ſpiritus deuolabat protrahens illam vocẽ ſuper verticẽ eius qui baptizabatur. vnde ſequitur: Et vox de cœ. fa. eſt, Tu es filius meus dilectus &c. Amb. Vidimus ſpiritum, ſed in ſpecie corporali. Et patrem quem videre non poſſumus, audiamus. Inuiſibilis.n. eſt pater, ſed & filius inuiſibilis ſecundũ diuinitatem, ſed demonſtrare ſe uoluit in corpore, & quia pater corpus non gerebat, ideo probare voluit nobis in filio ſe ſe pręſentem, dicens. Tu es filius meus Athana. Sacra quidem ſcriptura ex nomine filij duplicem intellectum oſtendit. vnum quidem, vt in euangelio dr̃. Dedit eis poteſtatem, vt fiant filij Dei. Alterum auté intellectum, iuxta quem Iſaac eſt filius Abrahæ. Chriſtus ergo non ſimpliciter dr̃ Dei filius, ſed cum articuli additione, vt comprehendamus qm̃ ipſe eſt qui re vera & ſecundũ naturam eſt filius; quamobrem & vnigenitus dicitur. Nã ſi ſecundum inſaniam Arij dr̃ filius, ſicut q hoc nomen per gratiam aſſequuntur, in nullo à nobis differre videbitur. Reſtat ergo ſecundum alium intellectum fatendũ eſſe Chriſtum filium Dei, ſecundum qué Iſaac filius Abrahæ eſſe cognoſcit. quod .n. ab alio naturaliter gignit, non aũt ab extrinſeco ſumit exordium, filiũ natura recẽſet. ſed dicit: Nunquid vt hominis eſt paſſibilis natiuitas filij? minime. ſed Deus cũ ſit indiuiſibilis impaſſibiliter pater eſt filij. vnde verbũ patris dr̃, quia nec ipſe, vt humanum paſſibiliter producit, & cũ ſimplex ſit natura diuina, vnius ſolius filij pr̃ eſt, & pp hoc addit, Dilectus. Chry. Cum.n. quis vnum ſolũ poſſidet filiũ, maxime diligit, ſi vero pr̃ factus ſit plurimũ, diſpartitus affectus remittit. Athana. Cũ aũt antea propheta ꝓtulerit Dei ꝓmiſſa dicentis, Mittam Chriſtum filium meũ, nunc apud Iordanem quaſi conſummato promiſſo decenter ſubiungit, In te complacui. Bed. Ac ſi dicat, in te placitũ mihi cõſtitutum. i. hoc p te gerere qđ mihi placet. Gre. ſuper Ezech. Vel aliter. Omnis qui pœnitendo corrigit aliqua q̃ fecit, eo ipſo ꝙ pœnitet ſe ſibi diſplicuiſſe indicat, quia emendat qđ fecit. Et quia omnipotens pater humano modo de peccatoribꝰ locutus eſt, dicens Pœnitet me feciſſe hominẽ, quaſi ſibimetipſi diſplicuit in peccatoribus quos creauit in ſolo aũt Chriſto ſibi cõplacuit, quia in ſolo eo non inuenit culpam, in qua ſe reprehẽdat quaſi per pœnitentiã. Aug. de con. euan. Quòd auté Matthæus dicit. Hic eſt filius meus. Lucas auté. Tu es filius meus dilectus, ad eandem ſnĩam explicãdam valet. vox .n. cęleſtis unum horũ dixit, ſed Matthæus oſtendere uoluit ad id ualere quod dictũ eſt, hic eſt filius meus, ut illis potius qui audiebant indicaretur, ꝙ ipſe eſſet filius Dei. non .n. Chriſto indicabatur qui ſciebat, ſed audiebant qui aderant, propter quos etiam ipſa uox facta eſt.

Colũbæ ſignificatio.

Filij nomé exponitur.

Conſenſus Euãgelicus.

Et ipſe Ieſus erat incipiẽs quaſi annorũ triginta, vt putabatur filius Ioſeph. Qui fuit Eli, qui fuit Mathar, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioſeph, q fuit Mathatię, q fuit Amos, qui fuit Naũ, qui fuit Heſli, qui fuit Nagge, qui fuit Mahath, qui fuit Mathathię, q fuit Semei, qui fuit Ioſeph, q fuit Iuda, q fuit Iehãna, qui fuit Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, q fuit Addi, qui fuit Coſan, q fuit Helmadã, qui fuit Her, q fuit Ieſu, q̃ fuit Heliezer, qui fuit Iorim,

qui fuit Mathat, q fuit Leui, qui fuit Simeõ, qui fuit Iuda, q fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Heliachim, qui fuit Melcha, q fuit Menna, qui fuit Mathathia, q fuit Nathã, qui fuit David, q fuit Iesse, qui fuit Obeth, qui fuit Booz, q fuit Salmõ, q fuit Naas.n, qui fuit Ammadab, qui fuit Ara, q fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iudę, q fuit Iacob, qui fuit Isaac, q fuit Abrahæ, q fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, q fuit Heber, q fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, q fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusalē, qui fuit Enoch, qui Iareth, qui fuit Malachel, q fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

Orig. Cum aũt baptizatum dominum dixiſſet generationē dñi exponit nō à ſuperioribus ad inferiora deducens, ſed à Chriſto uſq; ad ipſum peruenit Deum. vnde dicit: Et ipſe Ieſus erat &c. Quando.n. baptizatus eſt, & myſterium ſecũdę generationis aſſumpſit, tunc dicit incepiſſe, ut tu quoq; priorē natiuitatē deſtruas, & in ſecũda regeneratione naſcaris Gre. Naz. Eſt ergo cõſiderandũ qs eſſet q baptizatus eſt, & à quo, & qñ. Mũdus liquidē, et à Ioãne, & iã inceptis miraculis, ut ex hinc ſuſcipiamus, doctrinã nos pmundandi, & humilitatē amplexãdi, quin & in pfectione & ſpiritalis & carnalis ætatis pdicãdi. Quorũ primũ dictũ eſt baptiſma ſuſcipiẽtibus, & non pmunientibus ſe per habitũ bonũ: nã etſi relaxationē peccatorũ faciat donũ baptiſmi, uerendũ tñ eſt, ne ad eundem uomitum reuertamur. Secundum dictũ eſt aduerſus inſurgentes cõtra diſpenſatores myſterij: ſiquidem ipſi dignitate præcellunt. Tertium editum eſt illis q de iuuẽta cõfidunt, & quodlibet tempus arbitrantur ad prelationem uel doctrinam ſpectare. Purgat Ieſus, & tu purgationē cõtemnis, à Ioãne, ac tu in tuum monitorem inſurgis, tricenarius, tu autē docẽdo ſeniores lanuginem præuenis. Sed aſſunt Danielis & ſimilium exempla in ore; nã quilibet noxius ad reſpõdẽdum paratus eſt. Nõ eſt autem lex eccleſiæ, quod raro contingit; eo ꝙ nec unica hirundo Ver ſtatuit. Chry. Vel iccirco uſq; ad illã ætatē quæ cuncta peccata recipit, expectat totã legem perficiens, ne quis dicat, ꝙ ideo legem ſoluit, quod eam non poterat cõſummare. Grecus. Ob hoc etiam tricenarius accedit ad baptiſma, ut oſtẽdat ꝙ ſpiritalis regeneratio uiros parit perfectos ſecundum ſpiritalem ætatem. Beda. Poteſt etiã tricenalis baptizati Saluatoris ętas noſtri etiã baptiſmatis intimare myſterium, ꝓpter fidem. ſ. Trinitatis & operationē decalogi. Greg. Nazan. Baptizandus eſt tamen infantulus, ſi neceſſitas urgeat. nam utilius eſt inſenſibiliter ſanctificari, quã nõ ſignatos transmigrare. Sed dices, Chriſtus tricenarius baptizatur, cum Deus eſſet, tu vero iubes accelerare baptiſma, cũ dixiſti Deus, id obiectum ſoluiſti. Ipſe nõ indigebat purgamine, nec aliquod immi nebat ei periculum dum differret baptiſma; at tibi in paruum non redundat piaculum, ſi tranſmigres in corruptione natus, non autem incorruptionis ueſte indutus. Et quidem bonum eſt baptiſmi munditiã cuſtodire, ſed potius eſt interdũ pauliſper maculari, quã gratia carere omnino. Cy. Licet tñ Chriſtus ſecundũ carnē careat patre, ſuſpicabãtur aliqui eũ patrē habere. vñ ſequit: Vt putabat filius Ioſeph. Amb. Bene, Vt putabatur, q uerè non erat, ſed ideo putabatur, q a cũ Maria quę Ioſeph uiro ſuo erat deſpõſata, genuerat. Cur ãt Ioſeph magis quàm Marię generatio deſcribitur, cum Maria de Spiritu ſancto genuerit Ghriſtũ, & Ioſeph a generatione domini uideatur alienus? dubitare poſſemus, niſi conſuetudo nos inſtrueret ſcripturarum, quę ſemper uiri originem quęrit; maxime cum in Ioſeph etiã ſit origo Marię. nam cum uir iuſtus fuerit Ioſeph, utiq; ex tribu ſua, & ex patria ſua accepit uxorem. itaq; & cenſus tempore aſcẽdit Ioſeph de domo & de patria Dauid, ut profiteretur cum Maria uxore ſua, quę ex eadem domo & ex eadem patria profeſſionem defert. utique eiuſdem tribus, & eiuſdem patrię ſe eſſe deſignat. unde generationem Ioſeph explicans ſubdit: Qui fuit Eli. Illud autem aduertamus, ꝙ ſanctus Matthæus Iacob, qui fuit pater Ioſeph, filium Nathan eſſe cõmemorat; Lucas vero Ioſeph cui deſpõſata fuit Maria, filium Eli eſſe deſcripſit; quomodo unius duo patres; ſcilicet Eli & Iacob eſſe potuerunt?

Baptiſmi Chriſti circũſtantiæ.

Baptizãdi pueri

runt? Grego.Naz. Dicunt aũt quidam ꝙ vnica ē succesſio à Dauid vſq; ad Ioſeph; ſed diuerſis nominibus ab vtroq; euāgeliſta narratur. Sed hoc abſurdè fatetur; qm̃ initium huius generationis duos fratres obtinuit, Nathan.ſ. & Salomonem, vnde generationes diuerſimodè ꝓfluerunt. Euſe. Ipſorum ergo verborum ſententię intellectum attenti⁹ explicemus. ſi.n approbāte Matthæo Ioſeph eſſe filiũ Iacob, Lucas ſimiliter approbaſſet Ioſeph eſſe filiũ Eli, eſſet aliqua cõtrouerſia. Cæterũ cũ approbante Matthęo Lucas pluriũ opinionē declaret, nõ propriā dicens, vt putabat, nõ arbitror aliquod relinqui dubiũ cũ.n. eſſent inter Iudęos diuerſæ opiniones de Chriſto, & oẽs reducerẽt ipſum ad Dauid ꝑꝑ ꝓmiſſiones ei factas. plurimi āt aſſererẽt Chriſtũ à Dauid eſſe futurũ, ꝑ Salomonē & alios reges, quidā hanc opinionē vitabant, eo ꝙ plurima de regib. dicũtur enormia. Et q̃a de Iechonia Hieremias dixit, ꝙ nõ orietur ſemē ex eo collocãdũ in ſede Dauid, quorum opinionē cõmemorat Lucas ſentiens enarrare Matthęum, qualis eſſet veritas generationis, & hęc eſt prima ratio. Eſt & alia profundior. Mat.n.cũ inciperet ſcribere, ante cõceptionē Marię & carnalē natiuitatē Ieſu, opportune velut in hiſtoria ꝓmittit carnalē ꝓgeniē, vñ & generationē à ſuperiorib. deriuat deſcēdens. Cũ.n.verbũ Dei carnē accipere, deſcendebat: ſed Lucas ad factā ꝑ lauacrum regenerationē proſilit, & ibi aliā generũ ſucceſſionē exponit, & ab imis ad prima ſubleuans pariter & peccatorũ quos narrauit Mat. memoriā abdicat (eo ꝙ quicũque in Deo renaſcitur, fit alienus à criminoſis parentibus, Dei filius factus) & eorũ qui ſcd̃m Deum vitā duxerũt honeſtam, meminit. Sic.n. Abrahæ dictum eſt, Tu ꝓficiſceris ad patres tuos; nõ quidem carnales, ſed in Deo patres, ꝑꝑ ſimilitudinem honeſtatis. Igitur ei qui in Deo naſcitur, aſcribit parẽtes qui ſunt ſcd̃m Deum per æquiparentiam morum. Aug. de q no. & uet. teſta. Vel aliter Matthęus à Dauid ꝑ Salomonem deſcendit ad Ioſeph, Lucas vero ab Eli, qui tempore fuit Saluatoris, aſcendit per traducem Nathā filij Dauid & Eli, & Ioſeph iunxit tribum, oſtendens unius generis eſſe vtrunq;, ac per hoc non ſolum Ioſeph filiũ eſſe Saluatoris; ſed & Eliæ. Ipſa.n. rõne qua Ioſeph filius dicitur eſſe Saluator, ipſa ēt eſt & Eli filius, & cæterorum omniũ, qui de eadem tribu ſunt. Hinc eſt ꝙ dicit Apoſtolus: Quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſcd̃m carnem. Aug. de quęſt. euan. Vel tres cauſæ occurrunt, quarum aliquam euangeliſta ſecut⁹ ſit: aut n. vnus Euangeliſta patrem eius a quo genitus eſt nominauit, alter vero uel auum maternum vel aliquē de cognatis maioribus poſuit: aut vn⁹ erũt Ioſeph naturalis pater, & alter eum adoptauit: aut more Iudæorum cũ ſine filijs vnus deceſſiſſet, eius vxorem propinquus recipiens filium quem genuit ꝓpinquo mortuo deputauit. Amb. Traditur.n. Nathan, qui à Salomone genus duxit, Iacob generaſſe filiũ, & vxore ſuperſtite deceſſiſſe; quā poſtea Melchi accepit vxorem, ex qua generatus eſt Eli. Rurſus Eli fratre Iacob ſine liberis decedente, copulatus eſt fratris vxori, & generauit filium Ioſeph, q̃ iuxta legē Iacob filius dicitur; qm̃ ſemen fratris defuncti iuxta legis ueteris ſeriem ſuſcitabat. Beda. Vel aliter: Iacob fratris Eli ſine liberis defuncti vxorem de mãdato legis accipiens genuit Ioſeph, natura quidē geminis filiũ ſuum, ſcd̃m vero legis præceptum efficitur filius Eli. Aug. de qu. no. & ue. teſt. Probabilius.n. intelligimus Lucā adoptantis originem tenuiſſe, q̃ noluit Ioſeph genitum dicere ab illo, cuius filium eſſe narrauit; cõmodius. n. filius dict⁹ eſt à quo fuerat adoptatus, quā diceretur ab illo genit⁹ cuius carne nõ erat natus. Mathæus āt dicens, Abraham genuit Iſaac, Iſaac aũt genuit Iacob, atq; in hoc uerbo quod eſt genuit, perſeuerans, donec in ultimo diceret, Iacob aũt genuit Ioſeph; ſatis expreſſit ad eum ſe patrem perduxiſſe originem generantium, à quo Ioſeph nõ adoptatus, ſed genitus erat, quāq̃ ſi ēt genitum Lucas diceret Ioſeph ab Eli; nec ſic nos hoc uerbum perturbare deberet, neque enim abſurde quiſque dicitur nõ carne, ſed charitate genuiſſe, quem ſibi filium adoptauit. Merito autem Lucas adoptionis originē ſuſcepit, quia per adoptionem efficimur filij Dei, per carnalem uero

Conſenſus Euāgelicus.

ro generationē filius Dei potius pp nos filius hominis factus est. Chry. Quia uero hæc pars euangelij consistit in serie nominum, nihil pretiosum exinde acquiri existimant. Ne igitur hoc patiamur, experiamur ēt hūc passum scrutari. Est.n. ex nudis nominib. copiosum haurire thesaurū, quia plurīū rerū indicatiua sunt nomina; nā & diuinā clemētiā, & oblatas à mulierib. gratiarū actiones sapiunt. cū.n. filios impetrabant, nomē imponebant à dono. Gl. Interpretatur igitur Eli, Deus meus, uel scādēs. Qui fuit Matha.i. donans peccata. Qui fuit Leui, i. additus. Amb. Pulchre Lucas, qū filios Iacob non poterat plures cōprehendere, ne extra generationē euagari superflua serie uideretur, licet in alijs.i. lōge posteriorib. patriarcharū tū antiqua nomina nō prætermittēda arbitratus est, Ioseph, Iudę, Simeonis, & Leui. Quatuor .n. genera in his cognoscimus fuisse uirtutum, in Iuda passionis dominicæ per figurā mysteriū pphetatum, in Ioseph precessisse castitatis exemplum, in Simeone uindictam pudoris, in Leui officium sacerdotis. uñ sequit: Qui fuit Melchi.i. rex meus. Qui fuit Ianne, id est dextra. Qui fuit Ioseph, id est accrescēs. fuit autem alius iste Ioseph. Qui fuit Mathatiæ, id est donum Dei, uel aliquādo. Qui fuit Amos, id est onerans uel onerauit. Qui fuit Nauum, i. consolatio, uel consolator. Qui fuit Hesli .i. addiuua me. Qui fuit Nage.i. meridies, uel meridianum Qui fuit Nahath.i. desideriū. Qui fuit Mathathiæ, ut supra. Qui fuit Semes.i. obediens. Qui fuit Ioseph.i. augmentum. Qui fuit Iuda.i. cōfitēs. Qui fuit Ioana.i. dñs uel gratia eius, uel dñs misericors. Qui fuit Resa.i. misericors. Qui fuit Zorobabel.i. princeps uel magister Babylonis. Qui fuit Salathiel, id est petitio mea Deus. Qui fuit Neri.i. lucerna mea. Qui fuit Melchi, id est regnum meū. Qui fuit Addi.i. robustus uel uiolētus. Qui fuit Cosan.i. dominās. Qui fuit Helmadā, quod est Dei mensura. Qui fuit Her, qđ est uigilans, uel uigilia, uel pelliceus. Qui fuit Iesu, qđ est Saluator. Qui fuit Eliezer.i. Deus meus auditor. Qui fuit Iorā.i. dñs exultans uel exaltans. Qui fuit Mathat, ut supra. Qui fuit Leui, ut supra. Qui fuit Simeō.i. audiuit tristitia uel signū. Qui fuit Iuda, ut supra. Qui fuit Ioseph, ut supra. Qui fuit Iona.i. colūba uel dolens. Qui fuit Eliachim, qđ est Dei resurrectio. Qui fuit Melcha, id est rex eius. Qui fuit Menna, qđ est uiscera mea. Qui fuit Mathatia.i. donū. Qui fuit Nathā.i. dedit uel dantis. Amb. Per Nathan autem expressam aduertimus prophetiæ dignitatē, ut quia unus omnia Christus Iesus, in singulis quoq; maiorib. genera uirtutū diuersa pcederēt. Sequitur; Qui fuit Dauid. Orig. Dñs descendens in mundum assumpsit peccatorum omnium personā, & nasci uoluit de stirpe Salomonis, ut refert Matth. cuius peccata scriptura sunt, & cæterorum, ex quibus multi fecerunt malū in conspectu Dei. Qui uero ascēdit, & secūdo per baptismum ortus esse describit; ut refert Lucas, nō p Salomonē, sed per Nathā nascitur, q arguit patrē sup Vriæ morte ortuq; Salomonis. Augu. in lib. retrac. Dicēdum autē q̄ huiusmodi nominis ppheta arguit Dauid; ne putetur idē fuisse homo cum alter fuerit. Gre. Nazā: Sed à Dauid ultra, secundū utrunq; euangelistam est generis processus indiuisibilis. unde sequitur: Qui fuit Iesse. Gl. Interpretatur Dauid manu fortis, Iesse incensum. Sequit; q fuit Obeth, quod est seruitus. Qui fuit Booz, qđ est fortis. Qui fuit Salmō, qđ est sensibilis uel pacificus: Qui fuit Naazon, quod est auguriū uel serpentinus. Qui fuit Aminadab.i. populus uolūtarius. Qui fuit Arā, qđ est erectus uel excelsus. Qui fuit Esron.i. sagitta. Qui fuit Phares, quod est diuisio. Qui fuit Iuda.i. confitēs. Qui fuit Iacob, qđ est supplantator. Qui fuit Isaac, quod est risus uel gaudium Qui fuit Abraham, quod est pater multarum gentium, uel uidens populum. Chry. Matthæus quidē tanquā qui Iudæis scribebat, nihil statuit ulterius scribere, nisi q̄ ab Abrahā & Dauid Christus procesferat; hoc.n. maximè placabat Iudæos. Lucas uero sicut qui oībus cōmuniter loquebatur, ulterius pprendit sermonem attingens usq; ad Adā. unde sequitur: Qui fuit Thare. Gl. Quod interpretatur exproratio siue nequitia. Qui fuit Nachor, qđ est requieuit lux. Qui fuit Seruth, quod est

Mysteria ex noibus.

Allegorica expositio.

Ratio genealogię Christi.

est corrigia vel cóprehendens lorũ vel pfectio. Qui fuit Ragu, qđ est ægrotus vel pascés. Qui fuit Pharés, quod est diuidés uel diuisum. Qui fuit Heber, quod est trásitus. Qui fuit Sale, quod est tollens. Qui fuit Cainan: qđ est lamentatio uel possessio eorũ. Bed. Nomen & generatio Cainá iuxta hebraicá veritaté neq; in Gen. neq; in verbis dierũ inuenit; sed Arphaxat Selaa vel Sale filiũ nullo interposito genuisse phibeť. Scito ergo Lucam hanc generationé de 70. interptum æditione sumpsisse, ubi scriptũ est ꝙ Arphaxat. 135. anno. genuerit Cainan, & ipse Cainá cũ 35. fuerit annorũ genuerit Sale. Sequiť. Qui fuit Arpha. Gl. qđ est sanãs depopulationem. Qui fuit Sé, qđ est, nomen vel nominatus. Qui fuit Noe, qđ est requies. Amb. Noe q̃dé iusti inter dñicas generationes commemoratio nó debuit ptermitti, vt quia ædificator ecclesiæ nascebať; cum sui generis auctoré pmisisse videať, q a eá in typo ante fundauerat. Qui fuit Lamech. Glo. Qđ est humiliatũ vel pcutiété, pcussum, vel humilé. Qui fuit Mathusalé, quod est mortis emissio, uel mortuus est & interrogauit. Amb. Huius ultra diluuiũ numeranť. anni; vt qm̃ solus est Christus vnus cuius uita nullá sentit ætaté, in maiorib. quoq; suis nó sensisse diluuia uidereť. Qui fuit Enoch, & hic pietatis dñicę & diuinitatis manifestũ indiciũ est, eo ꝙ nec morté senserit dñs, & ad cęlũ remeauerit, cuius generis auctor raptus ad cęlũ est. uñ manifestũ est Christũ potuisse nó mori, sed uoluisse, ut nobis mors illa prodesset, & ille quidem raptus ne malitia mutaret cor eius, dñs autem qué malitia seculi mutare nó poterat eò uñ uenerat; naturę suę maiestate remeauit. Beda. Pulchrè auté à baptizato Dei filio usque ad Deum patré ascendés, 70. gradu Enoch ponit, qui dilata morte translatus est in paradisum, ut significet eos q in gratiam adoptionis filiorum ex aqua & Spiritu sancto regeneranť interim post corporis absolutionem æterni suscipiendos in requiem. Septuagenarius. n. pp septimam sabbati illorum requiem significat, qui iuuãte Dei gratia decalogum, legis impleuerunt. Gl. Interpretatur autem Enoch, dedicatio. Qui fuit Iared, quod est descendens siue continens. Qui fuit Malaleel, quod est laudatus Dei. uel laudans Deum. Qui fuit Cainan, ut supra. Qui fuit Enos, idest homo desperans uel uiolétus. Qui fuit Seth, quod est positio, siue posuit. Amb. Seth posterior filius Adæ nó siletur, ut cum duæ sint populi generationes significarentur in typo, in posteriore potius, quàm in priore generatione Christum numerádũ. Sequiť. Qui fuit Adã Gl. Quod est homo uel terrenus uel indigés. Qui fuit Dei. Amb Quid pulchrius potuit cóuenire, quã ut sancta generatio a Dei filio inciperet, & usque ad Dei filiũ duceret? creatusq; pcederet in figura, ut natus in ueritate seq̃retur; ad imaginé factus piret, pp qué Dei imago descenderet? Putauit ét Lucas ad Deũ Christi originé referédã, ꝙ uerus Christi generator Deus sit, uel secundũ generationé uerã pater, uel secũdũ lauacrũ, & regenerationé mysticè auctor muneris. Et ideo nó primo generationé eius cœpit describere, sed postea quàm baptisma eius explicuit; ut & secundum naturam & secundũ gratiam Dei filium demonstraret. Quod aũt euidentius diuinæ generationis indiciũ, quàm ꝙ de generatione dicturus patrem pmisit loquentem, Tu es filius meus dilectus? Aug. de con. euan. Satis ét p hoc demóstrauit, nó se ideo dixisse Ioseph filiũ Eli, ꝙ de illo genitus, sed ꝙ ab illo potius fuerit adoptatus, cũ etiã ipsum Adã filium dixit, cum sit factus à Deo, sed per gratiam quam postea peccando amisit tãquam filius in paradiso constitutus sit.

Noe typus Christi.

Theo. Ideo etiam generationem finit in Deum, ut addiscamus, ꝙ qui in medio sunt patres. Christum ad Deum eriget, & filios Dei faciet, ut etiã crederetur Christi generatio siue semine fuisse. q. d. Si non credis ꝙ secundus Adã factus sit sine semine, deuenias ad primũ Adam, & inuenies absque semine factum à Deo. Aug. de có. euan. Et Matthæus quidem significare uoluit dominum descendentem ad nostram mortalitaté, ideò generationes ab Abraham usq; ad Christi natiuitaté descendédo cómemorauit ab initio euãgelij sui. Lucas ãt ab initio, sed à baptismo Christi gñationes narrat, nec descédédo, sed ascédendo

Aperitur mysterium.

dendo tanq̃ sacerdoté in expiandis peccatis magis assignans, vbi testimonium peribuit dicens; Ecce qui tollit peccata mũdi. Ascẽdendo ãt peruenit ad Deũ, cui mũdati & expiati recõciliamur. Ambr. Nec sic euangelistæ discrepare videantur, qui veteré ordiné sunt secuti. Nec mireris si ab Abraham plures secundum Lucã successiones vsq; ad Christũ sunt; pauciores secundũ Matthæũ cũ per alias p̃sonas generationẽ fateaeris esse decursam Põt.n.fieri vt alij longęuam transegerint vitam, alterius verò gñationis uiri immatura ætate decesserint; cũ videamus quamplures senes cũ suis nepotib. uiuere, alios verò viros statim filijs obire susceptis; Augu. de con.euan. Cõuenientissimè ãt Lucas baptizato dño gñations per 77. p̃sonas sursum versus numerat. Mi & ascendens ad Deũ, cui per peccatorũ abolitionem recõciliamus expressus est, & per baptismum fit hoĩ oĩum remissio peccatorũ, quę illo numero significaẽ; nã undecies septẽ 70. & septẽ sunt. In denario ãt perfectio beatitudinis est. vñ manifestum est ꝙ transgressio denarij designat peccatum p̃ superbiam plus aliquid habere cupientis. Hoc ãt septies p̃pea ducitur, ut motu hoĩs facta significetur illa transgressio. Ternario enim numero incorporea pars hoĩs significatur, quaternario uero corpus, mot⁹ ãt in numeris nõ exprimitur, cum dicimus, unum, duo, tria, sed cum dicimus semel, bis, ter. vnde per species 11. significatur motus hominis facta transgressio.

Consensus Euãgelistarum ſtionis.

CAPVT. IIII.

IESVS autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane. & agebatur spiritu in desertum dieb. quadraginta, & tẽtabatur à diabolo. Et nihil mãducauit in dieb. illis, & cõsumatis illis esuriјt. Dixit ãt illi diabolus. Si filius Dei es, dic lapidibus ut panis fiat. Et respõdit ad illum Iesus; Scriptum est, Quia non in pane solo viuit homo, sed in omni verbo Dei.

Theo. Post baptismum Christus tentatur, innuẽs nobis ꝙ post q̃ erimus baptizati tentationes imminent nobis. vñ dr̃: Ies. au. ple. spi. san. &c. Cyril. Dudum dixit Deus, Non permanebit spiritus meus in hoibus istis, eo ꝙ sunt caro; ubi uero regeneratione per aquam & spiritũ ditati sumus, facti sumus diuinæ naturæ participes; p̃ spiritus ãt participationem primogenitus, aut in multis fratribus primus recepit spiritum, qui & spiritus dator est, ut ẽt ad nos per ipsum peruenit gratia Spiritus sancti. Orig. Qñ igitur legis, Iesum plenum Spiritu sancto, & in Actibus scribit de apostolis, ꝙ repleti fuerint Spiritu sancto, uide ne æquales putes esse apostolos Saluatori. Qũo.n. si uolueris dicere; Hæc uasa plena sunt uino uel oleo, non statim dices ꝙ æquali mensura sunt plena; sic & Iesus & Paulus pleni erãt spiritu sancto, sed uas Pauli multo minus erat quã Iesu, & tñ erat secundum mensurã suã utrunq; repletum; accepto itaq; a Saluatore pleno Spiritu sancto baptismo, qui super eum in specie columbę de cœlis uenerat, ducebatur a spiritu; quia quotquot spiritu ducuntur, hi filij Dei sunt: iste ãt supra oẽs propriè filius Dei erat. Bed. Ne cui ãt ueniret in dubiũ a quo spiritu ductum siue expulsum, alij euangelistæ dicerent in desertum, cõsultè Lucas demum intulit; Et ageb. in des. a spir. 40. dieb ne quid contra eũ ualuisse spiritus putaretur immundus, qui plenus Spiritu sancto quæcunq; uolebat, agebat. Græc. Si uero nos arbitrio p̃prio nostram uitam disponimus, qũo ipse trahebatur inuitus? Quòd ergo dr̃ agebatur spiritu, huiusmodi hẽt intellectũ. Spõte spiritualem duxit conuersationem, ut locum exhiberet tentanti. Basi. Nõ.n. uerbo prouocans inimicum, sed opere uisitãs quærit desertum; delectatur.n. diabol⁹ in deserto, non patitur esse in urbibus, cõtristat ipsum cõcordia ciuium. Amb. Agebatur igitur consilio in desertum, ut diabolum prouocaret. nam nisi ille certasset, nõ mihi iste uicisset. Mysterio, ut illum Adã de exilio liberaret, qui de paradiso in desertum eiectus est. Exemplo, ut ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere, & tunc magis esse cauendum ne mysterij gratiam deserat mentis infirmitas. unde sequitur; Et tentabatur a diabolo. Cyrillus. Ecce factus

Iesus qũo plenus spiritu sancto.

est

est in athletis iubens agones Deus in his qui coronat sanctorum vertices. Greg. 3. mor. Hostis tñ noster mentem mediatoris Dei & hoim tētatione quassare nō valuit hic.n. dignatus est tentationes exterius suscipere, ut tñ eius mens interius diuinitati inhærens inconcussa permaneret. Ori.

Tētatio Iesu qualis.

Tentatur āt Iesus a diabolo 40. diebus, & quę fuerint tētamēta nescimus: quæ ideo fortasse prętermissa sunt, q.a maiora erant q̃ ut literis traderentur. Basil. Vel dñs per quadragenā intentatus mãsit, nouerat.n. diabolus ꝙ ieiunabat & nō famescebat, & ideo nō audebat accedere. vñ sequitur: Et nihil mã. in die. &c. Ieiunauit siquidē, ostendens ꝙ illi, qui se vult ad pugnas tentationum accingere, sobrietas est necessaria. Ambr. Tria igitur sunt quæ ad vsum proficiūt salutis humanę; sacramentum, desertum, ieiunium. Nemo, nisi qui legitimè certauerit, coronatur: nemo autē ad certamē virtutis admittitur, nisi prius ab oibus absolutus miraculis delictorū gratię cęlesti munere cōsecret̃. Gregor. Naz. Quadraginta siquidē diebus ieiunauit nihil manducans, erat.n. Deus: nos āt ieiunium possibilitati proportionamus, licet zelus aliquib progredi suadeat vltra posse. Basi. Sed tñ non sic utendū est carne, ut per egestatem alimenti naturalis uigor eius soluatur, neq; ut ad vltimatū torporē intellectus urgeat̃ per dissolutionis excessum. vnde dñs noster semel hoc peregit, sed per totū cōsequens ordine debito gubernauit corp᷑, & similiter Moyses, & Elias. Chry. Valde āt prudenter factū est ꝙ in ieiunando eorum nō excessit numerum, ne.s. putaretur apparenter uenisse, nō āt recepisse uerā carnem aut pręter humanā esse naturam. Ambr. Quadraginta āt dierum mysticum numerum recognoscis: tot.n. diebus aquas abyssi effusas esse meministi, & tot ieiunio dierum sanctificato refusam cęli senioris ostendit clemētia tot ieiunio dierū Moyses perceptionē legis emeruit, tot annos in heremo cōstituti patres panē angleorum cōsecuti sunt. Aug. de con. euan. Numerus āt iste laboriosi huius temporis sacramentum, quo sub disciplina regis Christi aduersus diabolum dimicamus. Hic.n. numerus tēporalē uitam significat: tempora.n. annorum quadripartitis vicibus currunt 40. āt quater habēt decem. Porrò ipsa decē ab uno vsq; ad quatuor progrediente numero cōsummantur. qđ declarat ꝙ 40. dierum ieiunium, hoc est humiliationem aiæ cōsecrauit & lex & prophetę per Moysen & Eliam, & Euangelium per ipsius dñi ieiunium. Basil. Verum quia nō esurire supra hoiem est, assumpsit dñs passionem famis, indicans eam non esse peccatum, & concessit cū uoluit naturę humanę quæ sua sunt pati & agere. unde sequitur. Et cōs. il es. Nō coactus ad necessitatem q̃ pręest naturæ, sed quasi prouocans diabolū ad duellum. Sentiens.n. diabolus quia ubi fames, ibi imbecillitas, aggreditur, ad tētādū, & quasi tentationum excogitator, famē Christo patienti suadebat lapidib. appetitum suadere. unde sequitur: Di. au. il. dia Si fil. Dei es, dic lap. hu. ut pa. fiat. Ambr. Tria pręcipuè docemur tela esse diaboli, quib ad conuertēdam mentem hoīs cōsueuit armari; gulę unum, aliud iactātię, tertium ambitionis. Inde ergo cœpit, unde iam uicit. s. Adam. Discamus igitur cauere gulam, cauere luxuriā, quia telū est, diaboli. Sed quid sibi uult talis sermo. Si filius Dei es, nisi quia cognouerat Dei filiū esse uenturum, sed uenisse per hanc infirmitatem corporis non putabat? Aliud est explorantis, aliud tentātis, ideo profitetur se credere, & homini conat̃ illudere. Ori. Rogato āt patre a filio panem, nec dante lapidē pro pane iste quasi aduersarius, & fallax, pro pane dabat lapidem. Basi. Suadebat quidem lapidib. appetitū se dare, hoc est permutare desiderium ab alimēto naturali ad existentiam præter naturam. Orig. Puto ēt & usq; hodie lapidem diabolus ostendit, ut horretur singulos ad loquendū, dic ut lapis iste panis fiat. Si uideris hæreticos dogmatum suorem mendacium pro pane comedere, scito lapidē eorū esse sermonē quē mōstrat ei diabolus. Basi. Dissipator āt tentationum Christus, nō repellit a natura famē. unde sequitur. Et respon. ad il. Ie. Scriptum est &c. Theophy. q.d. Non solis panibns humana natura sustentatur, imò sufficit uerbū Dei ad uniuersam naturam humanā. Taliter

Argumenta duplicis naturæ in Christo.

Tria tela diaboli.

pastus

pastus est Israeliticus populus colligēs annis 40. manna, & gaudens volatiliū prędа diuino cōsilio Elias cōuiuas habuit coruos, Eliseus herbis agrestibus socios nutriuit. Cyril. Vel aliter. Terrenis cibis, terrenū nostrū alitur corpus, anima vero rōnalis, diuino verbo vigorat ad bonā beatitudinē spiritus: nō.n. naturā incorporeā corpus alit. Greg. Nisſe. Vnde non alitur pane, nec per carnes benè se habet anima & pinguescit, alijs epulis vita sublimis educat & crescit nutrimentū boni, castitas panis, sapientia pulmentū, iustitia potus, impassibilis status delectatio bene sapere. Amb. Vides igiť quo genere vtatur armorū quo hominē à spiritualis nequitiæ incursione defendat aduersum incitaméta gulæ. nō.n. quasi Deus vtiť potestate, q.d.n. mihi proderat? Sed quasi homo cōi sibi accepit auxilio, vt diuino pabulo lectionis intētus famē corporis negligat, alimentū verbi acquirat. non.n. pōt, qui verbū sequiť, panē desiderare terrenū, humanis.n. diuina præstare nō dubiū est. simul cū dicit, nō in solo pane viuit homo, ostendit hominē esse tētatum, hoc est susceptionē nostrā, non suam diuinitatem.

Arma nequitię spiritualis.

Et duxit illum diabolus, & ostendit illi oīa regna orbis terræ in momēto tpis, & ait illi: Tibi dabo potestatē hāc vniuersam & gloriā illorū, quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa. Tu ergo pcidēs si adoraueris corā me, erūt tua oīa. Et respondens Iesus dixit illi: Scriptum est, Dominū Deū tuū adorabis, & illi soli seruies.

Theo. Primo inimicus Christum de gula tātauerat sicut & Adam, deinde de cupiditate siue auaritia in hoc ꝙ ostēdit ei omnia regna mūdi. vnde sequitur. Et du. illū Diabolus &c. Greg. in ho. Quid mirū si se permisit ab illo in montem duci, qui se pertulit ét a membris ipsius crucifigi? Theo. Sed qualiter ostendit ei omnia regna orbis terræ? Quidam dicunt ꝙ méte hæc ei ostēdit, ego aūt dico ꝙ sensibiliter & in fantasia apparere fecit. Titus. Vel descripsit orbē verbo & velut quandam domum intentioni eius manifestat, vt existimabat. Ambr. Bene auté in momento tpis secularia & terrena monstrantur, nō enim tam conspectus celeritas indicatur, ꝗ̄ caducæ fragilitas potestatis exprimit. In momento.n cuncta illa prætereunt, & sæpe honor seculi abijt antequam venerit. Sequitur: Et ait illi, Tibi dabo po. &c. Titus. In vtroq; mentiebatur, neq;.n. habebat, nec conferre poterat quo carebat; nullius.n. obtinet potestatem, sed ad pœnā est aduersarius derelictus. Amb. Alibi.n. legitur: q̄a omnis potestas à Deo est. itaq; à Deo est potestatū ordinatio, à malo ambitio potestatis, nec est potestas mala, sed is qui malè vtitur potestate. Quid ergo, bonū est vti potestate, studere honori? bonum si deferatur, non eripiatur. Distingue tñ hoc ipsum bonū, alius.n bonus in seculo, alius perfectæ virtutis vsus. Bonum est.n. Deum quærere, & cognoscendæ diuinitatis studiū nullis occupationibus impediri, ꝙ si is qui Deū quærit propter fragilitatem carnis & mentis angustias sæpe tentatur, quanto magis qui seculū quærit obnoxius est? Docemur ergo ambitionē despicere, eo ꝙ diabolicæ subiecit potestati. Titus. Habet aūt forēsis gratia domesticū periculum, & vt dominetur, alijs prius seruit, curuať ad obsequiū vt honore donetur, & dum vult esse sublimior, simulata humilitate fit vtilior. vnde subdit: Tu ergo si adoraueris corā me, erunt tibi oīa subdita. Cyr. Qūo tu, cuius sors est inextinguibilis flāma, qualiter omnium dño quæ sua sunt spōdes? putasti cultorē habere cuius metu tremūt vniuersa? Orig. Vel aliter totū: Duo reges certatim regnare festināt, peccati rex peccatoribus diabolus, & iustitię rex iustis Christus; sciensq; diabolus adhoc venisse Christū vt regnū eius tolleret, ostendit ei oīa regna mundi. Nō quidem regnum Persarum & Medorum, sed regnum suum qūo regnaret in mundo, qūo. s. alii regnantur à fornicatione, alii ab auaritia. Et ostendit ei in puncto temporis, hoc est in præsenti temporum cursu, quia ad cōparationem æternitas pūcti obtinet instar. neq;.n. necessarium habebat Saluatori, vt ei diutius huius seculi negocia monstrarentur, sed statim vt aciē luminum suorum ad cōtemplādum vertit, & peccata regnātia, & eos q regnarētur à vitiis cōspexit. dicit ergo ad eū. Venisti vt aduersus me de imperio dimices? adora-

Tētatio nis Christi ratio.

Duo reges compugnāt.

adorã me, & accipe regnum qđ teneo. Verum dñs vult quidé regnare, quasi iustitia, & vt absq; peccato regnet, vult gentes sibi esse subiectas, vt seruiant veritati: nec sic vult regnare cęteris, vt ipse regnet ab alio. vnde sequitur: Et respon. Iesus dixit illi; scriptũ est, Domi. &c. Bed. Dicés diabolus Saluatori, Si procidens adoraueris me, ecõtrario audit, q ipse magis adorare eum debeat quasi dñm & Deũ suũ. Cyr. Qualiter aũt si secundum hęreticos filius est creatura, adoratur? qđ crimé inferetur aduersus eos qui seruierunt creaturæ & nó creatori, si filium secundũ eos creaturã existétem colimus tanquã Deũ? Orig. Vel aliter: Hos inquit oés propterea mihi volo esse subiectos, vt dñm Deum adorent & ipsi soli seruiant. tu aũt à me vis incipere peccatum, quod ego dissoluturus huc veni. Cyr. Hoc autem mandatum, eius tetigit intima: ante aduentum enim eius ipse vbiq; colegatur: lex aũt diuina eijciens ipsum à dño vsurpato, adorare statuit solũ eum q naturaliter Deus est. Bed. Quærat autem aliquis, qũo conueniat quod hic præcipitur, soli domino seruiendũ, Apostoli verbo qui dicit, Per charitatem seruire inuicem; Sed in græco dulia intelligitur seruitus cõmunis, hoc est, siue Deo siue homini exhibita: secũdum quam iubemur seruire inuicem. Latria aũt vocat seruitus diuinitatis cultui debita: qua iubemur soli Deo seruire.

Cultus diaboli ante aduentum Christi.

Et duxit illum in Hierusalem, & statuit eũ super pinnaculũ tẽpli & dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptũ est enim, quòd Angelis suis Deus mandauit de te, vt conseruent te, & quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondẽs Iesus, ait illi; Dictum est, Non tentabis dominũ Deum tuum. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.

Amb. Sequitur iactãtiæ telum, quo in procliue delinquitur: quia dum homines gloriam virtutis suę iactare desiderãt, de loco meritorũ & statione decidunt. vnde dr: Et duxit illum in Hierusalé &c. Ori. Sequebatur planè quasi athleta ad tentationem sponte proficiscens, & quodãmodo loquebatur: Duc quo vis, & inuenies me in omnibus fortioré. Amb. Ita est autem iactãtia, vt dum se putat vnusquisq; ad altiora conscendere, sublimium vsurpatione factorum ad inferiora trahatur. vnde sequit: Et dixit illi, Si filius Dei es, mit. &c. Atha. non aũt contra diuinitaté certamen diabolus iniit, neque.n. audebat, & ideo dicebat. Si filius Dei es, sed cum homine certamen iniit, quem quõdam seducere potuit. Amb. Verè aũt diabolica vox est, q́ menté hominis de gradu altiore meritorũ pcipitare cõtendit: simul infirmitatem suam Diabolus malitiamq; designat: q a nemini põt nocere, nisi ipse deorsum se miserit; nã q relictis cęlestibus terrena elegit, volũtariũ quoddã præcipitium vitæ labentis incurrit, simul quoniã telum suũ diabolus vidit obtusum, qui oés homines propriæ subiecerat potestati; plus cępit hominé iudicare. Transfigurat aũt se Satanas velut Angelũ lucis, & de scripturis sæpe diuinis laqueũ fidelibus parat. vnde sequit. Scriptũ est.n. &c. Orige. Vnde tibi diabole scire q ista scripta sunt? nũquid legisti prophetas vel diuina eloquia? legisti quidé; non vt ipse ex lectione eorũ melior fieres, sed vt de simplici litera eos qui amici sunt literæ interficias. scis quia si de aliis eius voluminibus loqui volueris, non decipies. Ambr. Ergo nó te capiat hæreticus, quia põt de scripturis aliqua exépla proferre. vtitur & diabolus testimonijs scripturarum, non vt doceat, sed vt fallat. Ori. Vides aũt qũo & in ipsis testimonijs uersipellis est; vult enim minuere gloriam Saluatoris, quasi angelorũ indigeat auxilio offensurus pedem, nisi eorũ manibus subleuetur. Hoc enim testimonium non de Christo, sed de sanctis generaliter scriptũ est. neque enim indiget angelorum auxilio. qui maior est Angelis. quin potius disce diabole, q nisi Deus adiuuaret Angelos, offenderent pedem suum, & tu propterea cum fulgure cecidisti, quia credere Iesum Christum Dei filium noluisti: Quare autem siles quod sequitur? super aspidem & basiliscum ambulabis: nisi q a tu es basilicus, tu draco, tu leo? Ambrosius. Sed dominus rursus ne ea quæ de se fuerant prophetizata, ad arbitrium diaboli putaret esse facienda, sed diuinita-

tiã propriæ auctoritate seruata uersutiæ eius occurrit, vt quia scripturarũ exẽplũ ꝓtenderat, scripturarum vinceret exẽplis. vñ sequitur; Et respõ. Ies. ait illi. Dictũ est, quia nõ tentabis dñm Deum tuũ. Chry. Diabolicũ.n. est seipsum inijcere ad pericula, & tentare si eripiat Deus. Cyril. Nõ .n. tentatib. largitur Deus auxilia, sed credentibus in eum: vnde Christus tentantibus eum non ostendebat miracula, quib. dicebat: Generatio praua signum quærit, & non dabitur ei. Chryso. Aspice autem qũo non turbatus est dñs, imò de scripturis humillime cũ iniquo disceptat, vt conformeris Christo pro posse. Nouit diabol⁹ arma Christi quib. succubuit, ex mansuetudine eũ cœpit, ex humilitate deuicit. Tu quoq; cũ videris hominem effectum diabolũ & tibi obuiantẽ eo modo deuincas, doceas animã tuã formare os condecens ori Christi. sicut.n. cũ Romanus forsan residet iudex, nõ exaudiet responsum ignorãtis eo modo loqui ipse, sic & Christus nisi suo modo loquaris non exaudiet te, nec vacabit tibi. Gre. Nisen. Legitimè ãt pugnãti agonĩ reperit terminus vel ꝙ aduersarius sua sponte cedat vincẽti, vel trino casu deponitur secundum pugnatoriæ artis decretum. vnde sequitur. Et consum. om. &c Ambr. Non dixisset scriptura omnem tentationem cõsummatã, nisi in tribus præmissis esset omnium materia delictorum, quia causæ tentationum, causæ cupiditatum sunt. s. carnis oblectatio, spes gloriæ, auiditas potentię. Atha. Accesserat quidem ad eum hostis ut ad hominem, non inueniens autem in ipso antiq. sui seminis signa, discessit. Amb. Vides ergo ipsum diabolum in studio nõ esse pertinacem, cedere vere soluere virtuti, et si inuidere non desinat; tamen instare formidat, quia frequentius refugit triumphari audito itaque Dei noie recessit inqt usq; ad tempus. postea n. non tentaturus, sed aperte pugnaturus uenit. Theo. Vel quia de voluptate tentauerat in deserto, recessit ab eo usq; ad tempus crucis, in quo eũ erat de tristitia tentaturus. Maxi. Vel diabolus in deserto Christo suggesserat præferre mundi materiam diuino amori quẽ dñs retrocedere iussit; quod erat indiciũ

Christi mansuetudo.

Diaboli suggestio.

diuini amoris. vnde posteà satagebat præuaricatorẽ eum facere dilectionis ad proximos, & ideo docentẽ eo semitas uitę ꝓuocabat ad illius insidias Pharisæos & Scribas, vt ad eorum odium peruertãtur, sed dominus dilectionis intuitu quã habebat in eos monebat, arguebat, beneficia cõferre non cessabat. Aug. de con. euan. Totũ autem hoc similiter Matthęus narrat, sed nõ eodem ordine. vnde incertum est quid prius factum sit, vtrum regna terræ prius demonstrata sint ei, & postea in pinnam templi leuatus sit, an hoc prius & illud postea. nihil tamẽ ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit. Maxi. Ob hoc autem euangelistarum hanc iste, illam vero ille præmittit, quia inanis gloria & auaritia adinuicem se se gignunt. Ori. Ioannes autem quia à Deo exordium fecerat, dicens In principio erat verbũ, tentationem domini non descripsit, quia Deus tentari nõ potest, de quo ei erat sermo. quia vero in Matthæi euangelio & in Luca generatio hominis scribitur, & in Marco homo autem est, quia tentatur, ideo Matthæus Lucas & Marc⁹ tentationẽ dñi descripserũt.

Et regressus est Iesus in uirtute spiritus in Galilæam, & fama exiit per uniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus, & uenit Nazareth ubi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ, & ut reuoluit librum, inuenit locum ubi scriptum erat: Spiritus domini super me, propter quod unxit me; euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis uisum: dimittere confractos in remissionem, prædicare annum domini acceptum, et diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus uestris.

Orig. Quia dominus tentatorem vicerat, uirtus ei addita est, quãtũ scilicet ad manifestationẽ. vnde dicitur. Et regessus est Iesus &c. Beda. Virtutem spiritus signa miraculorum dicit. Cyril. Agebat autem miracula, non ab extrinseco & quasi acquisitam habens Spiritus sancti gratiam

Miracula Christi.

tiam sicut alij sancti, sed potius cum esset naturaliter Dei filius & consors omniũ q̃ sunt patris, tanquàm ꝓpria virtute & operatione vnit ea q̃ est spiritus sancti Decebat ãt ex tunc eũ notũ fieri, & humanationis fulgere mysteriũ apud eos, qui erãt de sanguine Israel. ideo sequit̃: Et fama exijt &c. Bed. Et quia sapiẽtia pertinet ad doctrinã, virtus vero refertur ad opera; vtraq; hic cõiunguñt. vñ sequitur; Et ipse docebat &c. Synagoga græcè latinè dicit̃ cõgregatio: quo noĩe nõ solũ turbarũ cõuentũ, sed & domũ in qua ad audiẽdum verbũ Dei cõueniebãt, Iudæi appellare solebãt, sicut nos ecclesias & loca & choros fideliũ vocamus. verum differt inter synagogã q̃ congregatio, & ecclesiã q̃ cõuocatio interpretat̃; quia s. & pecora & quęq; res cõgregari in vnũ possunt, cõuocari nõ possunt, nisi ratione utẽtia, ideo nouę gratiæ populũ quasi maiori dignitate ꝓditũ; rectius ecclesiã quã synagogã nominare apostolicis doctrinis visum est. Merito ãt & magnificatus à ꝑsentib. asseueratur ꝑcedẽtib. factorũ dictorũve indicijs cõsequit: Et magnifi. ab om. Ori. Caue aũt ne beatos tm̃ illos iudices, & te arbitreris priuatũ esse Christi doctrina; quia nũc ẽt in toto orbe doceat ꝑ organa sua, & tũc magis glorificatur ab oib⁹ quã illo tempore, quo tm̃ in vna prouincia cognoscebatur. Cyril. Largit ãt sui notitiã illis inter quos educatus est secũdũ carnẽ. unde sequitur: Et venit Nazar. &c. Theo. Vt & nos doceat prius proprios beneficiare & docere, deinde & ad reliquos amicitia spargere. Beda. Confluebant autem die sabbati in synagogis, vt feriatis mundi negocijs ad meditanda legis monita quieto corde residerẽt. vnde sequit̃: Et intrauit sc̃d̃m &c. Amb. Ita autẽ dñs ad oĩa se curuauit obsequia, ut ne lectoris quidẽ aspernaretur officiũ. vñ sequitur; Et surre. leg. & trad. &c. Accepit quidem librum, ut ostẽderet seipsum esse qui locutus est in prophetis, & remoueret sacrilegia perfidorum, qui alium Deum dicunt veteris testamenti, alium noui; vel qui initium Christi dicũt esse de virgine. Qũo. n. cœpit ex virgine, qui ante virginem loquebatur? Orig. Nõ autem fortuitu reuoluit librum, & caput

Beati qui sint iudicandi.

de se vaticinans reperit lectionis, sed hoc prouidentiæ Dei fuit. vnde sequitur. Et vt inue. loc. &c. Athan. Explicans enim nobis causam factæ in mundo reuelationis & suę humanationis hoc dicit. sicut enim filius cum sit spiritus dator, non recusat fateri tanquam homo, ꝙ in spiritu Dei eijcit dęmonia, ita non recusat dicere, spiritus domini super me, pro eo ꝙ factus est homo. Cyril. Similiter autem fatemur eum vnctum fuisse inquãtum carnem suscepit. vnde sequitur: Propter quod unxit me, nõ. n. vngitur diuina natura, sed quod nobis cognatum existit, sic etiam & ꝙ dicit se missum imputãdum est humanitati. nam sequitur. Euan. paup. mi. me. Ambr. Vides Trinitatem coęternam atq; perfectã, ipsum loquitur scriptura Iesum Deũ hominemq; in vtero perfectum, loquitur & Patrem, & Spiritum sanctũ, qui cooperator ostenditur, quando corporali specie, sicut columbam descendit in Christũ. Orig. Pauperes autem nationes dicit, isti autem erant pauperes nihil omnino possidentes, nõ Deum, non legem, non prophetas, nõ iustitiã, reliquasq; uirtutes. Ambr. Vel uniuersaliter ungitur oleo spirituali & uirtute cœlesti, ut paupertatem conditionis humanæ thesauro resurrectionis rigaret æterno. Beda. Mittitur etiam euangelizare pauperibus, dicens. Beati pauperes, quia uestrum est regnum cœlorum. Cyril. Forsitã. n. pauperibus spiritu in his ostendit exhibitum liberale donum inter omnia dona quæ per Christũ obtinẽtur. Sequitur Sanare contri. cor. uocat contritos corde debiles, fragilem mentẽ habentes, & resistere nequeuntes insultibus passionum, quibus remedium sanitatis promittit. Basil. Vt contritos corde uenit sanare. i. remedium dare habentibus cor cõtritum à Satana per peccatum, eo ꝙ præ cęteris peccatum cor humanum prosternit. Beda. Vel quia scriptum est. Cor contritum & humiliatum Deus non spernit, ideo missum se dicit ad sanandum contritos corde, secundum illud Psalmi, Qui sanat contritos corde Sequitur: Et præd. ca. rem. Chry. Captiuationis vocabulũ multiplex est. Est. n. captiuatio bona sicut Paulus di. Captiuantes omnem intellectum

Christ⁹ quomodo unctus.

Trinitatis apparitio

ad

ad obedientiã Christi. Est & praua & sensibilis, q̃ est à corporalibus hostibus, sed deterior est intelligibilis, de qua hic dicit. Fungitur.n. peccatũ pessima tyrãnide; p̃cipiens mala, & obediẽtes cõfundens. ad hoc intelligibili carcere nos Christus eripuit. Theo. Possunt aũt & hęc de mortuis intelligi, q̃ capti existentes, soluti sunt ab inferni dñio p̃ Christi resurrectionẽ. Sequit: Et visum cęcis. Cyril. Profiuẽtes.n. à diabolo tenebras ĩ corda humana Christus, quasi sol iustitiæ remouit, faciẽs homines filios nõ noctis & tenebrarũ, sed lucis & diei. Qui.n. aliquando errabãt, p̃ceperunt iustorum semitas. Sequit: Di. con. in re. Ori. Quid.n. ita fractũ atq; collisum fuerat, vt homo, q̃ à Iesu dimissus est, & sanatus? Bed. Vel dimittere confractos in remissionẽ, i. eos qui segis põdere importabili fuerant depressi releuare. Ori. ista aũt oĩa prædicta sunt, vt post visionẽ ex cæcitate, post libertatẽ ex vinculis, post sanitatem à diuersis vulneribus veniamus ad annum dñi acceptũ. vnde sequit. Pręd. an. do. ac. Aiunt aũt quidã iuxta simplicẽ intelligentiam anno vno euangeliũ Saluatorẽ in Iudæa p̃dicasse, & hoc est quod dr̃: Præd. an. do. acc. Vel annus dñi acceptus est totũ t̃ps ecclesiæ, quo dum versat̃ in corpore, peregrinatur a dño. Bed. Neque.n. solus ille annus quo dñs p̃dicabat, fuit acceptabilis, sed ẽt iste, quo prædicabat apostolus dicens; Ecce nũc t̃pus acceptabile. Post an ũ sanè domini acceptabilem subdit. Et idem retributionis, s. extremæ, quãdo reddet vnicuiq; secundũ opus suum. Amb. Vel diem hunc annum domini acceptum dicit perpetuis diffusum temporibus, qui redire in orbẽ laboris nesciat, continuationem fructus hominibus & quietis indulgeat. Sequit: Et cum pli. li. red. &c. Bed. Librum audientibus illis qui aderant legit, sed lectũ ministro reddidit, quia dum esset in mũdo, palã locutus est, docens in synagogis & t̃plo, sed ad cęlestia reuersurus, his q̃ ab initio viderãt, & ministri sermonis fuerant, euangelizandi officiũ tradidit. Stãs legit, quia nobis scripturas q̃ de ipso erant aperuit, quia in carne dignatus est operari, sed reddito libro resider, q̃ ã se supernæ quietis solio restituit. Stare.n. operantis est, sedere autem quiescentis vel iudicantis, sic & prædicator verbi surgat, legat, id est operetur & prædicet, & resideat, id est præmia quietis expectet. Reuolutũ aũt librum legit, quia ecclesiam misso spiritu omnem veritatem docuit, plicatũ ministro reddidit, quia nõ omnia omnibus dicẽda, sed pro captu audientium cõmittit doctori dispẽsandũ verbum. Sequit: Et om in syn. &c. Orig. Et tunc etiam si volumus, oculi nostri possunt intẽdere Saluatorem. Cùm.n. principale cordis tui direxeris ad sapientiam, veritatem, Deiq; vnigenitum contemplandũ, oculi tui intuẽtur Iesum. Cyril. Tunc aũt omnium oculos cõuertebat ad se, quodammodo stupẽdium qualiter literas nouit quas non didicit. Sed quoniam mos erat Iudæis promulgatas de Christo prophetias dicere consummari, vel in quibusdam eorum præpositis, vel in aliquibus sanctis prophetis, dominus hoc prædicauit, vnde sequitur: Cępit. au. di. ad il. &c. Bed. Quia scilicet sicut illa scriptura prædixerat, & magna faciebat, & maiora dominus euangelizabat.

Annus accept⁹ quid sit.

Libri plicati mysteriũ.

Et omnes testimoniũ illi dabant, & mirabãtur in verbis gratiæ, q̃ procedebãt de ore ipsius, & dicebãt. Nõ ne hic est filius Ioseph? Et ait illis: Vtiq; dicetis mihi hãc similitudinẽ, Medice cura teipsum. Quãta audiuimus facta ĩ Capharnaũ, fac et hic in patria tua. Ait aũt. Amẽ dico uobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In ueritate dico uobis, multæ uiduæ erãt in diebus Eliæ in Israel, q̃n clausum est cęlum annis trib. et mẽsibus sex, cũ facta esset fames magna in oĩ terra, et ad nullã illarũ missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonis, ad mulierẽ uiduã. Et multi leprosi erãt in Israel sub Elisæo p̃pheta, & nemo eorũ mũdatus est nisi Naamã Syrus.

Chry. Cùm venisset Nazareth dominus à miraculis abstinet, ne p̃uocaret eos ad maiorẽ liuorẽ. Prætendit aũt eis doctrinã nõn minus admiranda miraculis, erat.n. quædã diuina gratia ineffabilis in dictis Saluatoris concurrens, animas per mulcens auditorum. vnde dr̃: Et oẽs test. &c. Bed. Testimonium illi dabant attestãdo illũ verè esse vt dixerat, de quo propheta cecinerat. Chry. Sed stulti admirãtes sermonis virtutem, paruipendunt ipsum ab

Virtus Christi prædicãtis.

eo qui putabātur. unde sequit̃. Et di Non hic est fi. Io. Cyr. Sed quid impedit vt venerabilis & admirabilis sit, si filius esset vt putabat̃ Ioseph? Nōne vides diuina miracula? Satanā iam prostratū? nonnullos ab his ægritudinibus liberatos? Chry. Post multū.n tp̄s & signorū ostensioné profectus est ad eos, nec eum sustinuerunt, sed iterū se succendebant inuidia. vnde sequitur. Et ait il. vti. di. &c. Cy. Cōmune quidem prouerbiū erat apud Hebræos ad improperium excogitatū, clamabant n. aliqui contra medicos infirmos: Medice, cura teipsum. Gloss. Quasi dicerent. Qui in Capharnaū plures te curasse audiuimus, cura ēt teipsum, i. fac similiter in tua ciuitate, vbi cōceptus es & nutritus. Aug. de con. euā. Cum aūt iam magna ab illo facta fuisse cōmemorant, q̃ se nōdum narrasse scit, quid euidentius, q̃ hoc eū sciēter preoccupasse narrādum? Neq;.n. tantum ab eius baptismo progressus est, vt oblitus putet̃, nondum se aliquid cōmemorasse de his q̃ in Capharnaū gesta fuerant. Amb. Non occiosè aūt Saluator se excusat, ꝙ nulla in patria sua miracula virtutis operatus sit; ne fortassis aliquis vilẽ loré patriæ nobis esse debere putaret affectū. Nā sequitur: Ait aūt, Amen dico vobis, quia &c. Cyr. q. d. Vultis multa prodigia inter vos à me fieri, penes quos sum nutritus, sed non latet me quædam cōis q̃ multis accidit passio; contemnētur enim quodammodo semper ēt optima quæq; quādo non raro cōtingunt alicui, sed superunt ad velle, & sicēt contingit in hominibus, familiaris.n. quia semper præsto est, debita reuerentia priuat à notis eius. Bed. Prophetam autem dici in scripturis Christum, & Moyses testis est qui dicit: Propheta vobis suscitabit Deus de fratribus vestris. Amb. Hoc aūt exemplo declaratur ꝙ frustra opem misericordię cęlestis expectes, si alienæ fructibus virtutis inuideas. Aspernator.n. Deus inuidorū est, & ab his qui diuina beneficia in alijs persequuntur, miracula suę potestatis auertit. Dominicæ quippę carnis actus diuinitatis exēplum est, & inuisibilia eius nobis p ea quę sunt inuisibilia demonstrantur. Videte igit̃ quid mali inuidia afferat; in-

Inuidiæ detestatio.

digna pp inuidiā patria iudicat̃ in quā ciuis operet̃, quæ digna fuit in qua Dei filius nasceretur. Orig. Quantū ad Lucę historiā pertinet, nondū in capharnaū fecisse aliquod signū describitur; nā antequā veniret in Capharnaum, in Nazareth dixisse legitur quæcunq; audiuimus facta in Capharnaum, vnde puto in p̄senti sermone aliquid latitare misterij, & Nazareth esse typum Iudæorum, Capharnaū typū Gentiū. Erit.n. tēpus qñ dicturus est populus Israel: q̃ ostēdisti vniuerso orbi, ostende & nobis, p̄dica sermonē tuū populo Israel, vt saltē cū subintrauerit plenitudo gentiū, tunc omnis Israel saluus fiat. Quamobrē v̄r mihi conuenienter respondisse Saluator; Nemo propheta acceptus est in pa. sua. Plus iuxta sacramentū quàm iuxta literā, licet & Hieremias in Anathor patria sua non fuerit acceptus, & reliqui p̄phetæ, sed magis v̄r mihi intelligi, vt dicamus patriā omniū prophetarū fuisse populū circūcisionis. Et nationes quidē susceperūt vaticiniū Iesu Christi, magis habentes Moysen & prophetas de Christo p̄dicantes, quàm illi qui ex his non susceperunt Iesum. Amb. Bene autē apto cōparationis exēplo arrogantia ciuiū inuidorū retūditur, dominicumq; factum scripturis docetur veteribus conuenire. Nā sequit̃: In veritate dico vobis, multæ viduæ erāt in Israel in dieb⁹ Eliæ. Non q̃a Eliæ dies fuerunt, sed in quibus Elias operatus est. Chry. Ipse quidē terrestris angelus, cęlestis homo, qui nec tectū, nec mēsam nec amictum habebat vt multi clauem cęlorum gerit in lingua. Et hoc est quod sequitur: Quādo clas est cę. &c. Postquam autē cęlum serauit, terramq; reddidit sterilem, regnabat fames, & consumpta sunt corpora. vnde sequit̃. Cū facta esset fames in terra. Basi. Vt n. aspexit ex saturitate non modicū generari opprobrium, p famē illius ieiuniū attulit, quo culpam eorum quæ in immēsum crescebat, cohibuit. Corui aūt facti sunt iusto cibi ministri, qui cōsueuerūt aliorū pabula vsurpare. Chry. Sed quoniā exiccatus est fluuius ex quo procula iusto dabātur, uade (inquit Deus) in Sareptam Sidoniæ, illic mādabo mulieri viduæ vt pascat te. vnde

Nota uerba.

Vnde & hic sequitur: Et ad nullam earum missus est Helias nisi in Sareptā Sidoniæ ad mulierem uiduā. Quod ex quadā Dei dispensatione factū est; fecit.n Deus eum per longū iter pergere usq; in Sidoné, ut uisa mūdi peste posceat à dño pluuias. Multi aūt tunc tēporis opulenti erant, sed nullus tale aliquid fecit ut uidua: reuerentiā .n. mulieris ad prophetā non prædiorum, sed uoluntatis fiebāt diuitię. Amb. Mysticè aūt dicit, In diebus Helię, quia dies faciebat illis qui in eius operibus lucem uidebāt gratiæ spiritualis, & ideo aperiebatur cœlū vidētibus diuina mysteria, claudebatur qn̄ fames erat, quia nulla erat cognoscédę diuinitatis vbertas. In vidua autem illa ad quā Helias directus est typus ecclesiæ præmissus. Orig. Occupante.n.fame populum Israel.f. audiendi sermoné Dei, uenit propheta ad uidua, de qua dr̄. Multi filij desertæ, magis quá ei⁹ q̄ habet virū, & cū venisset, pané illius & alimēta multiplicat. Bed. Sidonia āt venatio inutilis, Sarepta incendiū, vel angustia panis interpretaī. Quibus oīb us gētilitas exprimit, quę inutili venationi dedita.i. lucris & negocijs seculi seruiés, incendiū carnaliū cupiditatū panisq; spiritalis angustias patiebatur, donec Helias.i. ꝓpheticus sermo cessante scripturarū intelligētia, pro ꝑfidia Iudæorū venit ad ecclesiā, ut receptus pasceret & reficeret corda credētiū. Basi. Quælibet ēt aīa viduata & priuata virtute & diuina notitia, postquā diuinū verbū recipit ꝓpria delicta cognoscés, docetur nutrire verbum uirtutum panibus, & irrigare fonte uitæ doctrinā veritatis. Orig. Sed & aliud ad eundem sensum pertinés loquitur; cū subdit: Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus, qui utiq; nō erat ex Israel. Amb. Mysticè aūt populus ecclesiā contingit, ut sequatur populus ille ex alienigenis congregatus, ante leprosus priusquā mystico baptizaretur in flumine.i. post sacramēta baptismatis, maculis corporis & mētis ablutis immaculata virgo cępit esse sine ruga. Bed. Naaman.n. qui decorus interpretatur, populum significat nationum, qui septies lauari iubeī, q a illud baptisma saluat quod septiformis spiritus regenerat. Caro eius post lauacrum sicut pueri apparet, quia mater gratia omnes in unam parit infantiam; vel quia Christo conformatur, de quo dicitur, Puer natus est nobis.

Interpretatio mystica.

Allegoria pulchra.

Et repleti sunt oēs in synagoga ira, hęc audiētes. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum usque ad supercilium montis super quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

Gręcus. Quia prauam eorum intentioné redarguerat, ideo indignantur. Et hoc est quod dicitur, Et rep. sunt om. in syna. ira. pro eo etiam ꝙ dixerat, hodie cōpleta est hæc prophetia; arbitrati sunt ꝙ seipsum compararet prophetis, & ideo indignantur & fugāt eum extra ciuitatem. vnde sequitur; Et sur. & eie. &c. Ambr. Nec mirū si ꝑdiderunt saluté, qui eiecerūt de suis finibus Saluatorē. Dn̄s āt qui docuerat Apostolos exēplo sui oībus omnia fieri, nec volentes repudiat, nec inuitos alligat; nec eijciētibus reluctaī, nec rogantibus deest. nō mediocriter āt inuidia ꝓditur, quę charitatis oblita, in acerba odia causas amoris inflectit. Cū.n. ipse domin⁹ per populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabāt. vnde sequitur; Et du. il. us. ad sup. &c. Bed. Peiores sunt Iudæi discipuli, diabolo magistro. Ille.n. ait; Mitte te deorsum illi vero facto mittere conāīur, sed illorum mente mutata subito vel obstupefacta descendit, quia adhuc illis pœnitentiæ locū reseruat. vnde sequitur; Ip. au. tran. &c. Greg. In quo & quæ sunt humanitatis, & quæ sunt diuinitatis ostédit; stare n. in medio insidiantium & non apprehendi, diuinitatis eminentiam ostédebat: discedere verò, dispensationis approbat mysterium. Ambr. Simul intellige non ex necessitate fuisse, sed voluntariam corporis passionem· etenim quādo vult capitur, quando vult elabitur. Nam quemadmodū à paucis teneri potuit, qui à populo non teneī? sed voluit sacrilegiū esse multorū, ut paucis quidem affligeretur, sed pro toto orbe moreretur. Quinetiā malebat Iudæos adhuc sanare quàm perdere, ut efficaci furoris exitu desinerent velle quod implere nō possent. Bed.

Passio Christi volūtaria.

Nondum & venerat hora passionis, q̃ in parasceue paschę futura extiterat; nec dũ locum passionis adierat, qui non in Nazareth, sed Hierosolymis hostiarũ sanguine figurabatur: nec hoc genus mortis elegerat, q crucifigẽdũ se a seculo ꝓconabat.

Et descẽdit in Capharnaũ ciuitatẽ Galilææ, ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebãt ĩ doctrina eius; quia in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens dæmoniũ immundũ, & exclamauit voce magna, dicẽs; Sine quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio te, quia sis sanctus Dei. Et increpauit illum Iesus, dicens; Obmutesce, & exi ab eo. Et cũ proiecisset illum dæmonium in mediũ, exijt ab illo, nihilq; illi nocuit. Et factus est pauor in omnib. & colloquebantur adinuicem, dicentes; Qđ est hoc verbum quia in potestate, & virtute imperat immundis spiritib. & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

Ambr. Non indignatione commotus dñs nec scelere offensus Iudæam deseruit, quinimò immemor iniuriæ, memor clementiæ, nunc docendo, nunc sanando in fide plebis corda demulcet. vñ dr; Et descẽdit in Capharnaum &c. Cyril. Quanuis. n. sciret ꝙ inobedientes essent, & duri cordis, tñ uisitat illos; sicut bonus medicus illos, qui ultima laborant ægritudine, tentat sanare. Docebat ãt in synagogis confidẽter, secundũ illud Esaię: Nequaquam occultè locutus sum, nec in obscuro loco terræ. In sabbato quoq; disputabat cum eis, quia vacabant. Mirati sunt ergo de doctrinæ, uirtutis; & potestatis magnitudine. vñ sequitur: Et stup. in doct. &c. Id est, non blãdus, sed imperiosus ad salutem. Iudæi aũt putabant esse Christum, sicut aliquẽ sanctorũ aut prophetarũ. Vt ãt maiorẽ de eo opinionem accipiant, trauscendit mensurã propheticam: non. n. dicebat, Hæc dicit dñs, ut prophetę consueuerant dicere: sed sicut dñs legis, quæ sunt supra legẽ proferebat, transferens litteram ad ueritatem, & figuras ad spiritualem intelligentiam. Beda. Sermo ẽt doctoris in potestate fit, cũ ea quæ docet operatur q. n. facto destruit qđ prædicat, contemnitur. Cyr. Opportunè aũt dogmatib. plerunq; ardua miscet opera. quos. n. nõ disponit ratio ad cognoscendũ, hos instigat signorũ ostẽsio. vnde seqtur; Et in syn. er. ho. &c. Amb. Sabbato medicinæ diuinæ opera cœpta significat, ut inde noua creatura cœperit, vñ uetus creatura ante desiuit. ne sub lege esse Dei filium, sed supra legem in ipso principio designaret. Bene ẽt sabbato cœpit, ut ipsum se ostenderet creatorem quia opera operibus interserit, & prosequitur opus qđ ipse ante iam cœperat. ut si domũ faber: renouare disponat, non a fundamentis sed a culminib. incipit soluere uetustatem, ita ut ibi prius manũ admoneat ubi ante desierat: deinde a minorib. incipit ut ad maiora perueniat. Liberare a dęmone ẽt homines (sed in uerbo Dei) possũt: resurrectionem a mortuis imperare, diuinæ solius est potestatis. Cyril. Calumniabantur ãt Iudæi gloriam Christi, dicẽtes: Hic non eijt dæmones, nisi in Beelzebub principe dęmoniorum. ad qđ remouendũ cũ representarentur dæmones inuictæ potestati eius, nec tolerarent congressum deitatis, sæuam uocem emittebant. unde & hic sequitur: Et exclamauit uo. ma. &c. Beda. q. d. Paululum a me uexando quiesce, cui nulla est societas cum nostra fraude. Amb. Nec quẽquã mouere dẽt, ꝙ Iesu Nazareni nomẽ in hoc libro, diabolus dixisse prim⁹ inducitur: nec. n. ab eo Christus nomen accepit, qđ de cœlo angelus ad uirginem detulit. Et huius impudẽtię diabolus, ut inter homines aliquid prim⁹ usurpet, & ad homines homines quasi nouum deferat, quo terrorem suæ ptãtis incutiat, unde sequitur. Scio. n. te &c. Atha. Nõ dicebat eũ sanctũ Dei, quasi alijs sanctis similis, sed quasi eo singulariter sancto existente cũ articuli adiectione. Ipse est. n. naturaliter sanctus, cuius participatione oẽs alij sancti uocantur. neq; tamẽ hoc dicebat quasi eũ ueraciter nosset, sed se cognoscere fingebat. Cyril. Putauerũt enim dæmones ꝙ per huiusmodi laude ipsum facerẽt ipsum inanis gloriæ amatorẽ, ut abstineret eorum cõtrarietate, utpote gratia gratiã recõpẽsans. Chry. Voluit ẽt dæmon perturbare ordinẽ rerũ, & Apostolorum rapere dignitatẽ, & suggerere multis, ut ei obediãt. Atha. Quanuis igĩ uera fateref. cõpescebat tñ eius sermonẽ, ne simul cũ ueritate ẽt suã iniquitatẽ promulget,

Visitatio Christi.

Significatio sabbati.

get, ut nos ēt assuefaciat ne curemus de ta lib. etsi uera loqui uideantur. Nefas est.n. vt cū assit nobis scriptura diuina, instruamur a diabolo. vñ seqtur. Et inc.il.Ic.&c. Bed. Diuina autem permissione liberandus à dæmone homo proijcit in medium ut virtus patefacta Saluatoris, plures ad uiā salutis inuitet, unde sequitur. Et cū ꝓiec.il. &c. Videtur autem repugnare qđ hic dr̄ Marco, q ait. Et discerpens eum spiritus immūdus, & exclamās uoce magna, exiuit ab eo. Nisi intelligamus hoc dixisse Marcū, discerpens eum, qđ hic Lucas dicit, Et cum proiecisset illū in medium, ut ꝙ secutus ait, Nihilque illi nocuit, intelligatur quia iactatio illa membrorum atq; vexatio non eum debilitauit: sicut solent exire dęmonia, ēt quibusdam mēbris amputatis & euulsis, unde meritò pro tā integra restitutione sanitatis mirantur, nam sequitur. Et fact⁹ est pauor in omnib. &c. Theo. Quasi dicant, qu ale est pręceptum hoc qđ præcepit exi ab eo, & exijt? Beda. Expellere quidem dęmonia & hoīes sancti, sed in uerbo Dei, possunt, ipsum autē Dei verbū propria potestate uirtutes operatur. Ambr. Mysticè āt qui in synagoga spiritum habebat immūdum, populus est Iudæorum, qui innodatus diaboli laqueis simulatam corporis munditiam interioris mentis sordib. inquinabat, & bene spiritum immundum habebat, quia Spiritū sanctum amiserat: introierat.n. diabolus, unde Christus exierat. Theo. Sciēdum est ēt, ꝙ multi nunc dæmonia habent, s. qui dæmoniorum desideria implent, ut furiosi habent dęmonum iras, & sic de cęteris, sed dñs in synagogā uenit cum mēs hominis fuerit congregata, & tunc dicit dęmoni inhabitanti, obmutesce, & statim eijciēs eum in medium, egreditur ab eo. non.n. decet hominē semper iracundum esse, bestiale nāq; hoc est nec semper absq; ira, insensibile nanq; hoc est, sed mediū iter ambulare oportet, & iram contra mala habere, & sic proijcitur homo, cum immūdus spiritus ab eo egreditur.

Consensus Euāgelicus.

Surgens āt Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus āt Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis.

Amb. Postquam Lucas uirum a spiritu nequitiæ liberatum ante præmisit, substituit fœminæ sanitatem. Vtrūq;.n. sexum dñs curaturus aduenerat, & prior sanari debuit, qui prior creatus est, unde dicitur. Surgens āt de synagoga &c. Chry. Manebat.n. apud Discipulos honorans ipsos, & ob hoc animosiores reddēs. Cy. Aspice āt qūo manet penes uirum inopem Christ⁹, qui spontanea uoluntate paupertatē pro nobis passus est, ut discamus cum pauperibus conuersari, nec spernere depressos, & pauperes. Sequitur: Socrus āt Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerūt illum pro ea. Hier. super Matthęum. Modo Saluator rogatus, modo ultro curat ęgrotos, ostendens se contra peccatorum quoque passiones & pręcibus semper annuere fidelīū, & ea quæ ipsi minimè in se intelligūt uel intelligēda dare, uel nō intellecta dimittere. secundum illud, Delicta quis intelligit? ab occultis meis mūda me domine. Chryso Quòd autem Matthæus hic reticuit, non differt. Illud enim est breuiatis, hoc autem exquisitæ interpretationis Sequitur, Et stās super illam &c. Basi. In quo Lucas figurauit sermonem tanquā de pręcepto animali sensibili facto, sic dicens febri imperatum, & ꝙ febris nō omisit imperantis operationem. vnde sequit̄. Et cōtinuo surgens &c. Chry. Quia enim morbus curabilis erat, per modum medēdi potestatem suam declarauit, faciens qđ minimè ars medicinę facere potuisset. Post febis enim sedationem, multo tempore patientes egent, ut pristinę restituantur sanitati, tūc autem simul omnia facta sunt. Amb. Si autem altiori cōsilia ista ꝑpendamus animi debemus intelligere, & corporis sanitatem, ut prius animu, qui serpentis laborabat insidijs, absolutus sit. Denique non prius Eua esurijt, quàm serpentis eam uersutia tentauit, & ideo aduersus ipsum authorem peccati prius debuit medicina salutis operari. Fortassis etiam in typo mulieris illius uarijs criminum febribus caro nostra languescebat, nec minorē febrem amoris esse dixerim, quàm caloris. Beda. Si enim uirum a dæmonio liberatum, moraliter animum ab

Clementia Christi.

immunda cogitatione purgatum significare dixerimus; consequenter fœmina febribus tenta, sed ad imperium dñi curata carnem ostendit a concupiscentię suæ feruore per continentiæ pręcepta frenatam. Cyri. Et nos ergo suscipiamus Iesum; cũ enim uisitauerit nos, & portamus eum in mẽte & corde, tunc enormiũ uoluptatum æstũ extinguet, & incolumes faciet vt ministremꝰ ei, hoc ẽ ei beneplacita pagumꝰ.

Cum aute sol occidisset, ẽs qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eũ. At ille singulis manꝰ imponẽs curabat eos. Exibant ãt dæmonia à multis clamantia & dicentia. Quia tu es filius Dei. Et increpans, nõ sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.

Theo. Considerandum est turbæ desyderium; nam cum sol occidisset, adducũt ad eum infirmos, nõ a tempore impediti. vñ dr: Cum au. sol. &c. Ori. Ideo quidem circa solis occasum. i. elapsa die illos educebant, quia verecundabantur, vel timebant Pharisæos, vel quia de die intenti, erant circa alia, vel quia putabant nõ licere sanare in sabbato. ipse aũt sanabat eos vñ sequitur; At il. sin. ma. im. &c. Cyril.

Tactus Christi ratio.

Quãuis ãt ut Deus potuisset oẽs uerbo pellere morbos, tñ tangit eos, ostẽdens ꝓpriã carnem efficacem ad pręstanda remedia, nam caro Dei erat. Sicut. n. ignis appositus uasi eneo, imprimit ei proprię calidi tatis effectum; sic omnipotens Dei uerbũ cum uniuit sibi ueraciter assumptum tẽplum ex uirgine animarũ & intellectum, particeps suæ potestatis eius effectum inseruit. Tangit & nos, imò potius nos illũ tangamus, quatenus & nos ab animarum infirmitatib. liberet, nec non à dęmonum impugnatione & superbia. Seqtur. n. Exibant ãt &c. Bed. Dęmonia filium Dei cõ-

Dæmonũ confessio.

fitẽtur; & sicut postea dr, Sciebant ipsum esse Christum. quia cum eum ieiunio fatigatum diabolus uideret, uerum hominẽ intellexit; sed quia tentando non pręualuit, utrum filius Dei esset, dubitabat, nũc ãt per signorum potentiam, vel intellexit, uel potius suspicatus est esse filium Dei. Non igitur ideo Iudæis eũ crucifigere ꝑsuasit, quia Christum siue filiũ Dei non esse putauit; sed q a se morte illius nõ pręuidit esse damnandum. De hoc. n. mysterio a seculis abscõdito dicit apostolos, ꝙ nemo principũ huiꝰ seculi cognouit. Si. n. cognouissent, nunquã dñm gloriæ crucifixissent. Chry. In hoc ãt qđ sequitur. Et incre. non si. &c. Percipe Christi humilitatẽ, non sinebat utidæmones immundi eũ manifestarent. Non. n. oportebat eos subripere officij apostolici, gloriam, nec decebat Christi mysterium lingua fœda publicari. Theo. Quia non est speciosa laus in ore peccatoris: vel quia nolebat inuidiam accendere Iudæorũ ex hoc ꝙ oĩbus laudaretur. Bed. Ipsi ãt apostoli præcipiuntur reticere de illo, ne diuina maiestate prædicata, passionis dispensatio differretur.

Facta ãt die, egressus ibat in desertum locũ, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia & alijs ciuitatib. oportet me euãgelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et erat prædicãs in synagogis Galilęę.

Chry. Postquam satis utilitatis populis miracula est collatum, oportebat eum abesse. maiora nanq; putantur miracula post absentiam operãtis, dum ipsa magis exclamãt, & uice uocis fruuntur. vnde dicitur; Facta autem die &c. Greg. Abijt etiam in desertum, ut Marcus dicit, & orabat, non ꝙ ipse oratione indigeret, sed ut nobis bonæ operationis fieret forma. Chry. Pharisæi quidem ipsis prodigijs prædicantibus potentiam Christi scandalizabantur. Populi uero eloquia audientes acquiescebãt & sequebantur unde sequitur; Et tur. req. eum, &c. Non quidem aliqui primatum, aut Scribarum, sed quoscunque malitiæ fucus non denigrauerat, & illęsam, habebant conscientiam. Græc. Quòd autẽ Marcus dicit apostolos peruenisse ad eum dicẽtes, quòd omnes quærunt te: Lucas uero dicat populos peruenisse, non discrepant abinuicem. Applicauerant. n. ad ipsum populi, apostolorum sequentes uestigia. Dominus autem gaudebat detentus, sed mãdabat ut eum dimitterent, ut etiam alij participes forent eius doctrinæ, quasi tempore suæ præsentiæ non multum duraturo. unde sequitur; Quibus ait; Quia & al. ci &c. Marcus dicit; Ad hoc ueni, ostendens diuinitatis eius celsitudinem, & uoluntariam exinanitionem. Lucas

Consensus euãgelicus.

eas vero dicit: Ad hoc missus sum, i. incar nationé ostendens, nec nó beneplacitum patris missionem appellans. & ille quidé simpliciter dicit, Vt prædicé. iste vero regnum Dei adiunxit, qđ est ipse Christus. Chry. Simul ét cósidera ꝙ poterat in eodem loco manendo oés attrahere ad se, non tñ hoc fecit, præbens nobis exemplũ vt perambulemus & requiramus pereuntes, sicut pastor ouem perditã, & medicus accedit ad infirmum. vna.n anima recuperata, poterit aliquis mille delicta abolere. vnde & hic sequit. Et er. præd. in sy. Gal. Frequentabat quidé synagogas, docens illos ꝙ non esset seductor. nã si iugiter inhabitata coleret, diffamarent eum velut latitantem. Bed. Si aũt occasu solis mysticè mors dñi exprimit, Die redeũte resurrectio illius indicatur, cuius manifestata luce à credentiũ turbis requiritur, & in gentiũ deserto inuentus, ne abeat, detinet, maximè cùm hoc contigerit prima sabbati quo resurrectio celebrata est.

CAPVT V.

FACTVM est autẽ cùm turbæ irruerent in eum ut audirent verbum Dei. & ipse stabat secus stagnum Genezareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum. piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas.

Amb. Vbi dñs impartiuit multis varia genera sanitatum, nec tempore nec loco cępit à studio sanandi turba cohiberi, vespera incubuit, sequebantur; stagnum occurrit, & turbæ vrgebant. vnde dr. Fa. est au. cum. &c. Chry. Erant.n. ei connexi diligentes eũ & mirantes, tenere cupientes. Quis.n. discessisset, dum huiusmodi miracula faciebat? quis noluisset solã prospicere faciem & os talia loquens, neque n. in agendo miracula solum: admirabilis erat, sed visus eius abũdabat plurima gratia. vnde & loquentem eum audiunt in silentio, seriem locutionis non interrumpẽtes. dicitur.n. Vt audirent verbũ Dei, &c.

Dulce Iesu có tubernium.

Bed. Stagnũ Genezareth idẽ dicunt esse qđ mare Galilææ, vel mare Tyberiadis, sed mare Galilææ, ab adiacente prouincia dr: mare aũt Tyberiadis à proxima ciuitate. Porro Genezareth à laci ipsius natura, q crispãtibus aquis de seipso sibi excitare auram perhibetur, græco vocabulo quasi generãs sibi auram dicitur. Neq; enim in stagni moré sternit aqua sed frequentibus auris spirãtibus agitatur. haustu dulcis & ad potãdum habilis. Sed Hebrææ linguæ consuetudinis oĩs aquarum cõgregatio siue dulcis, siue salsa, mare nũcupatur. Theo Fugit aũt dñs gloriã, quãto magis ipsa eum sequebatur, & ideo à turbis se separans ascendit in nauem. Et vid du na. &c. Chry. Quod signũ erat vacationis. Secundum vero Matthæum inuenit eos reficientes retia, tantus.n. erat paupertatis excessus, vt laniata repararẽt, noua nequeuntes habere. Volens aũt diligenter congregare spectaculũ, ut nemo remaneret post tergum, sed oẽs faciem ad faciem cernerent, ascendit in nauim. vnde dr. Asc. au. &c. Theo. Vide ãt Christi mãsuetudinem, qũo rogat Petrum; & Petri obedientiam, qũo in omnibus fuit obediens. Chry. Postquam uero multa peregerat miracula iterum doctrinã proponit, & existens in mari, piscatur existentes in terra. vnde sequitur Et se. doce. tur. de na. Greg. Nazã. Cunctis cõdescendẽs, vt à profundis extrahat piscem, hominẽ scilicet natantẽ in mobilibus reb. & amaris huius uitæ procellis. Bed. Mysticè aũt duæ naues circũcisionem & præputium figurant, quas videt dñs, quia in vtroque populo nouit qui sunt eius, & ad futuræ uitæ tranquillitatem quasi ad litus uidẽdo, hoc est misericorditer uisitando, proheuit. Piscatores sunt ecclesiæ doctores, q nos per rete fidei comprehẽdunt, & quasi litori, sic terræ uiuentium aduehunt. Sed hæc retia modo laxantur in capturam, modo lota plicantur; quia non omne tps est habile doctrinæ, sed nunc exercenda est lingua doctoris, & nunc suimet cura gerenda. Nauis Simonis est ecclesia primitiua, de qua Paulus dicit: Qui operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, bene una dicta, quia multitudinis

Allegoria pulchra.

creden-

credétium erat cor vnũ & aĩa una. Aug. de con.euã. De qua docebat turbas q̃a de authoritate ecclesiæ docet gentes; q̃p aũt dñs ascendẽs in nauim rogat eũ à terra reducere pusillũ significat tẽporatè vtendũ verbo ad turbas, vt nec terrena eis præcipiantur, nec à terrenis in profunda sacramentorũ recedatᷓ. Vel prius in proximis regionibus gentibus prædicandum, vt q̃d postea dicit, Duc in altum ad remotiores gentes postea prædicandum præcipiat.

Vt cessauit aũt loqui, dixit ad Simonẽ: Duc in altum, et laxate retia uestra in capturã. Et respondẽs Simon, dixit illi: Præceptor, per totã noctem laborantes nihil cepimus, in uerbo aũt tuo laxabo rete. Et cùm hoc fecissent, cõcluserũt piscium multitudinẽ copiosum. Rũpebatur aũt rete eorũ. Et annuerũt socijs q erãt in alia naui, vt venirẽt et adiuuarẽt eos. Et venerũt, & impleuerũt ambas nauiculas, ita ut pene mergerẽtur.

Cyr. Postquàm sufficienter populũ docuerat, regreditur iterũ ad magnificẽtias proprias, & p piscatoria ministeria piscatᷓ discipulos. vñ sequitᷓ; Vt au cessa. lo &c.

Piscantur apostoli.

Chry. Condescendens. n. hominib. sicut magos p sydus vocauit, sic & piscatores p piscatoriã artẽ. Theo. Petrus aũt nõ distulit vnde sequitur: Et respondens Si. di. il. Præc. &c. Non aũt addidit, Non te audiam, nec secundis laboribus me exponã, sed magis subdit: In ver. au. &c. Quia vero turbã de nauicula dñs instruxerat, nõ sine mercede nauiculę dñm dereliquit, dupliciter beneficians ipsum, quia primo dedit ei multitudinẽ piscium, & deinde discipulũ ipsum fecit. vnde sequitur: Et cũ hoc fe. &c. Tot autẽ pisces cepit, vt non posset eos foras educere, sed à socijs auxiliũ peteret. vnde sequitur, Rum. au. re. eo. &c. Per nutũ ipsos vocat, quia ex stupore pp capturã piscium loqui non poterat; & sequitur de eorũ auxilio cũ dr̃, Et ve. &c. Augu. de con. euan. Ioannes quidẽ videtur simile miraculũ dicere sed illud longe aliud est quod factum est post resurrectionem domini ad mare Tyberiadis; ibi enim non solum ipsum tẽpus valde diuersum est, sed ẽt res ipsa plurimũ distat; nã retia illic in dexteram partem missa, centum quinquaginta tres pisces ceperunt, magnos quidem, sed pertinuit ad euãgelistam dicere, q̃p cum tàm magni essent, retia non sunt disrupta; recipiẽtem scilicet, ad hoc factum quod Lucas cõmemorat, vbi præ multitudine piscium retia rũpebantur. Amb. Mysticè autem nauis Petri secundum Matthæum fluctuat, secundum Lucã repletur piscibus, ut & principia ecclesiæ fluctuantis, & posteriora exuberantis agnoscas. Non turbatur ista quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet; in vtraq; Petrus, sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caueamus igitur proditorem, ne per vnum plurimi fluctuemus. Illic turbatio ubi modica fides, hic securitas vbi pfecta dilectio. Denique etsi alijs imperatur, vt laxent retia sua, soli tñ Petro dicitᷓ, Duc in altũ, hoc est, in profundum disputationum. Quid est tam altum quàm scire Dei filiũ? Quæ sunt autem apostolorum quæ laxari iubẽtur retia, nisi verborum complexiones, & quasi quidã orationis sinus & disputationum recessus, qui eos quos ceperint non amittant? Et bene apostolica instrumẽta piscãdi retia sunt, q̃ nõ captos perimũt, sed reseruant, & fluctuãtes de infimis ad superna trãsducũt. Dicit aũt. Præc. p to. no. lab. ni. ce. quia non hoc humanæ facũdiæ opus, sed supernæ uocationis est munus. Qui autem ante nihil ceperãt, magna in verbo domini cõcludunt pisciũ multitudinem. Cyr. Hoc autẽ fugit figura futuri, non. n. incassum laborabunt euãgelicæ doctrinæ rete tendentes, sed greges gẽtium aggregabunt. Aug. de con. euã. Quòd aũt retia rumpebantur, & pisciũ copia nauiculæ impletæ sunt, ita vt penè mergerentur, significat hominũ carnaliũ multitudinem tantam futurã in ecclesia, ut ẽt disruptione pacis p hæreses & schismata scinderentur. Bed. Rumpitur autem rete, sed non labitur piscis, quia suos dñs inter persequentium scandala seruat. Amb. Alia autem nauis est Iudæa ex qua Ioannes & Iacobus eliguntur. Hi igitur de synagoga ad nauim Petri, hoc est ad ecclesiã cõuenerunt, vt implerent ambas nauiculas; omnes enim in nomine Iesu genuflectũt, siue Iudæus, siue Græcus. Beda. Vel alia nauis est ecclesia gẽtium, quæ & ipsa vna nauicula non sufficiente piscibus impletur

Allegoria de nauicula.

tur

tur electis. Quia nouit dñs qui sunt eius, & apud ipsum certus est suorũ numerus electorũ: dumq; tot in Iudæa credituros nõ inuenit, quot ad fidẽ vitamq; pdestinatos nouit æternã, qua si alterius nauis receptacula piscib. q̃rens suis corda quoq; gẽtiũ fidei gratia replet. Et bene, rupto reti socia nauis aduocatur qñ Iudas proditor, Simon Magus, Ananias & Saphira, & multi discipulorũ abierũt retro, ac deinde Barnabas & Paulus ad gẽtiũ sunt apostolatũ segregati. Amb. Possumus tñ & aliã ecclesiam intelligere nauim alterius; ab vna.n. plures ecclesiæ deriuant. Cyril. Innuit ãt socijs vt auxiliarentur eis. Multi n. sequũtur apostolorum labores, & prius illi qui euangeliorum ediderunt scripturas, post quos alii prę́sides & populorum pastores, & in veritatis doctrina periti. Beda. Harũ autem implectio nauiũ in fines seculi crescit: sed quòd impletæ merguntur, hoc est in submersione prę́muntur (nõ enim sunt submersæ, sed periplitatæ) Apostolus exponit, dicens. In nouissimis diebus erunt tempora periculosa. & erunt homines seipsos amantes &c. Nam mergi naues, est homines in seculo ex quo electi per fidẽ fuerant, morum prauitate relabi.

Credulitas gentium.

Quod cũ uideret Simon Petrus pcidit ad genua Iesu, dicẽs: Exi à me dñe, quia homo peccator sum. Stupor.n. circumdederat eũ, & oẽs q cũ illo erãt, in captura piscium quã ceperãt. Similiter ãt Iacobũ & Ioannẽ filios Zebedæi, q erãt socij Simonis, et ait ad Simonẽ Iesus: Noli timere, ex hoc iam eris homines capiẽs. Et subductis ad terrã nauib. relictis omnibus, secuti sunt eũ.

Amb. Admirabaẽ Petrus dona diuina & quo plus metuerat, præsumebat magis vnde dr: Quod cũ vi. Si Pet. pro. ad ge. Ie. di. Exi à me dñe, &c. Cyril. Reducens n. ad conscientiã patrata delicta, tremit & trepidat, & uelut immundus mũdum nõ credit se posse suscipere; acceperat.n. à lege, distinguendum esse inter maculatum & sanctum. Greg. Nice. Cum.n. mandásset demergere retia, tanta copia pisciũ capta est, quantum ipse maris dñs & terrę voluerat. Vox.n. verbi semper est vox virtutis, cuius præcepto in originem mundi lux & cæterę creaturæ prodibant. In his admiratur Petrus, vnde sequitur: Stupor .n. circundederat eum, & omnes qui cum il. er. &c. Aug. de con. euã. Andreã nõ nominat; qui tamen intelligitur in ea naui fuisse, secundum Matthæi & Marci narrationem Et ait ad Sim. Ie. Noli tim. Amb. Dic & tu, Exi à me domine, qa homo peccator sum. Vt respõdeat Deus; Noli timere. Indulgenti domino peccatum fatere. Vides quã bonus dñs, qui tantum tribuit hominibus, vt viuificandi habeãt potestatem, vnde sequit: Ex hoc eris iam homi. ca. Beda. Hoc ad ipsum Petrum specialiter pertenet: exponit.n. ei dominus quid hæc captura piscium significet, q. s. ipsi sicut nunc per retia pisces, sic aliquãdo per verba sit capturus homines; totusq; facti huius ordo quid in ecclesia, cuius ipse typũ tenet, quotidie geratur, ostendit. Chr. Considerat autem eorum fidẽ & obedientiam; habentes.n. opus prę manibus appetibilis piscationis, cum audissent mandantem; non distulerunt, sed relictis omnibus sequebantur. Talem.n. obedientiã requirit à nobis Christus, vt eam nõ prætermittamus, etiam si aliquid valde necessariũ urgeat. Vnde sequitur; Et subdu. ad ter. &c. Aug. de con. euan. Matthę́us & Marcus breuiter hoc perstringũt; quemadmodum gestum sit quod Lucas hic apertius explicauit Hoc tamen videtur distare, q tantum Petro à domino dictum commemorat, Ex hoc iam homines eris capiens, quod illi ambobus fratribus dictum esse narrauerunt. Sed potuit vtique prius hoc Petro dici, cum de capta ingenti multitudine piscium miraretur, quod Lucas insinuauit; & ambobus postea, quod illi duo cõmemorauerunt. uel intelligendum est hoc primo fuisse factum quod Lucas cõmemorat; nec tũc eos à dño uocatos, sed tãtum fuisse prædictũ Petro, q homines esset capturus; non aũt q nunquam pisces esset capturus. vnde datur locus intelligere: eos ad capturam piscium remeasse vt postea fieret quod Matthę́us & Marcus narrant, tunc non subductis ad terram nauibus tanquã cura redeundi, sed ita eum secuti sunt, tanquàm vocantem aut iubẽtem. Sed si secundum Ioannem iuxta Iordanem secuti sunt eũ Petrus & Andreas, quomodo ab alijs euangelistis dicitur, q eos

Typus ecclesiæ in Petro

Consensus Euãgelicus.

eos

eos in Galilæa piscantes inuenit, & ad discipulatũ vocauit? nisi quia intelligendũ est, nõ sic eos vidisse dominũ iuxta Iordanẽ vt ei inseparabiliter cohærerẽt, sed tantũ cognouisse quis esset, eumq; miratos ad propria remeasse. Ambr. Mysticè autẽ quos Petr⁹ in verbo capit, negat suã pdã, negat suũ munus. Exi (inquit) à me domine. Noli timere & tu quę tua sunt dño deferre, quia q̃ sua, nobis ille concessit. Aug. de q. euan. Vel aliter: Ex persona ecclesiæ carnalib. hoĩbus plene Petrus dicit: Exi à me quia homo peccator sum; tãquã ecclesia turbis carnaliũ impleta, & eorũ moribus penè submersa, regnũ spũaliũ in quibus maximè persona Christi eminet, à se quodãmodo repellit. Nõ.n. hoc voce linguæ dicunt homines bonis ministris Dei, vt eos à se repellant, sed voce morum & actuum suadent à se recedit, ne p bonos mergantur; & eo vehemẽtius, q deferunt eis honorem, vt honorificentiam eorum significauerit Petrus, cadens ad pedes domini; mores autẽ, in eo q dixit: Exi à me. Beda. Confortat ãt dñs timorẽ carnaliũ, ne quis vel de sua cõsciẽtia culpę tremẽs, vel de aliorũ innocẽtia stupẽs sanctitatis iter formidet ingredi. Au. de q. euan. Dñs ãt dũ nõ recessi ab eis, significat in bonis & spiritualib. viris nõ esse oportere hanc voluntatem, vt peccatis turbarũ cõmoti quo quasi securius tranquilliusq; viuant, munus ecclesiasticum deserant. Quòd ãt subductis ad terrã nauibus relictis omnibus secuti sunt eũ, potest significare finẽ tẽporis, quo ab huiusmodi salo, qui Christo inhæserunt, penitus recessuri sunt.

Vox hominum duplex.

Et factum est cum esset in una ciuitatũ et ecce uir plenus lepra, & uidẽs Iesum, et pcidẽs in faciẽ suã, rogauit eũ, dicens: Domine, si uis, potes me mundare. Et extendens Iesum manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse pcepit illi, ut nemini diceret: sed uade, ostẽde te sacerdoti, et offer p emundatione tua sicut pręcepit Moyses in testimonium illis. Perambulabat autẽ magis sermo de illo, & conueniebant turbæ multæ ut audirent & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum & orabat.

Ambr. Quarto signo ex quo in Capharnaũ dñs venit, leprosus sanatur. Si autẽ quarto die solem illuminauit & clariorẽ cęteris fecit, hoc clarius opus ęstimare debemus, de quo dicitur. Et fa. est cũ es. &c. Bene ubi leprosus mundatur, certus non exprimitur locus, ut ostendatur nõ vnum populum specialis alicuius ciuitatis, sed oẽs populos fuisse sanatos. Athan. Adorauit autem leprosus dominum Deũ existentem in corpore, & neque propter carnem putauit esse creaturã verbũ Dei: nec pro eo, q verbum erat vilipendi carnem, quã vestiebat: imò vt in tẽplo creato adorabat omnium creatorem, in faciem pcidens. Sequitur.n. Et uidens Iesum & procidens in faciẽ rogauit eum. Amb Quòd in faciem pcidit, humilitatis est & pudoris, ut unusquisq; de uitæ suæ maculis erubescat, sed confessionem uerecundia non repressit, ostendit uulnus, remediũ postulauit, dicens. Domine, si uis, potes me mũdare. De uolũtate domini nõ quasi pietatis incredulus dubitauit, sed quasi iniqtatis suæ conscius nõ pręsumpsit. religionis autẽ & fidei plena cõfessio est, quæ in uoluntate domini tribuit potestatẽ. Cyril. Nouerat.n. lepram experimentis medicorum non cedere, sed uidit diuina maiestate pelli dęmones, & cęteros ab alijs ualetudinib. curari, q̃ cõiecit diuina dextera fieri. Titus. Addiscamus etiã ex uerbis leprosi corporalium infirmitatum medelã nõ quęrere, sed diuino beneplacito totũ cõmittere, qui nouit opportuna, & oĩa iudicio disposuit. Amb. Eo ãt sanat genere quo fuerat obsecratus. unde sequitur; Et extendens Ies. &c. Lex tangi leprosos prohibet, sed qui dñs legis est, nõ obsequitur legi, sed legem facit. Nõ ergo tetigit, quia sine tactu mundare non poterat, sed ut probaret quia subiectus non erat legi, nec contagium timebat ut hoĩes, sed quia cõtaminari non poterat, quia alios liberabat simul econtrario ut lepra tactu dñi fugaretur, quæ solebat contaminare tangẽtem. Theo. Ipsius.n. sacra caro est purgatiua & uitam tribuens, sicut existens uerbi Dei caro. In hoc autẽ quod subdit: Volo, mundare: habes uoluntatem, habes & pietatis effectum. Cyril. A maiestate aũt processit imperiosum mandatũ. Qualiter igitur in seruis computatur unigenitus filius,

Corpus Christi templũ est.

lius, qui volendo tantummodo cuncta po test? Legitur de Deo patre ꝙ oĩa quæcũq; voluit fecit. Qui vero sui patris potestate fungitur quõ diuersificabitur in natura ab eo? Solent ẽt quæcunq; sunt eiusdem uirtutis, eiusdẽ esse substantiæ. Mirare tñ in his Christum diuinæ & corporaliter operantem: diuinum .n. est ita uelle, ut præsto fiant oĩa, humanum ãt extendere dexteram. Vnus itaq; Christus ex utrisq; peragitur; eo ꝙ uerbum caro factum est. Gre. Nise. Et quia cum utraq; hominis part. cu la, anima .s. & corpore, unita est deitas, ꝑ utraq; patebant supernæ naturæ indicia. Corpus .n. reconditum in se lumen declarabat, cum palpando præstabat remedia, sed aĩa præpotenti uoluntate diuinã ostendebat uirtutem. uelut .n. sensus tactus proprius corporis est, sic & animæ uolũtarius motus. uult anima, tangit corpus. Ambr. Dicit ergo Volo, ꝑꝑ Photinum, imperat ꝑꝑ Arrium, tangit ꝑꝑ Manichæum. Nihil autem medium est inter opus Dei atq; præceptum, ut intelligat medentis affectum, uirtutem operis. unde sequitur, Et confest. lep. discess. ab il. Sed ne lepra transire possit in medicum, unusquisq; dñicæ humilitatis exemplo iactantiam uitet. nã sequitur; Et præcl. il. ut ne. di. ut. s. doceret non uulganda nostra beneficia, sed præmenda; ut non solum a mercede abstineamus pecuniæ, sed ẽt gratiæ, aut fortasse illa silentij causa est imperati, ꝙ meliores putabat qui fide magis spõtanea, q̃ speratis beneficijs credidissent. Cyril. Leproso ẽt silente sufficiebat ipsa negocij uox ad narrandum omnibus agnoscẽtibus per eũ potestatem curantis. Chry. Et quia ut plurimum homines dum ægrotant, Dei sunt memores; ut ãt conualescunt, hebetãtur; mandat ut Deũ præ oculis habeat, dãs gloriam Deo. unde sequitur; Sed va. ost. te sa. ut. s. mũdatus leprosus committeret se sacerdotis aspectui, ac si per illius censuram numeraretur inter suos. Amb. Et ut ẽt intelligeret sacerdos non legis ordine, sed gratia Dei supra legem esse curatum, ut dum mandatur sacrificium secundũ præceptũ Moysi, ostenderet dñs quia lege nõ solueret, sed adimpleret, unde sequitur; Et off. pro em. tua si præc. Mo. Aug. de q̃st. euan. Vt hic approbare sacrificium quod per Moysem præceptum est, cũ id non recipiat ecclesia, quod ideo iussisse intelligi põt, quia nondum cœperat esse sacrificiũ sanctum sanctorum, quod corpus eius est. non .n. oportebat auferri significatiua sacrificia, prius q̃ illud quod significabatur confirmatum esset cõtestatione apostolorum prædicantium & fide credẽtium populorum. Amb. Vel quia lex spiritalis est, ut sacrificium mandasse spetiale. uñ dixit Si præc. Mo. Deniq; addidit; In test. il. Titus. Hæretici perperam hoc accipiunt dicentes, in opproprium legis esse dictum. Qualiter ãt iuberet offerre pro emundatione secundũ præceptũ Moysi. Cyril Dicit ergo, In testimoniũ illis, quia ex hoc facto ostendit Christum incõparabili excellẽtia Moysi ꝑferri. quia Moyses insufficiens erat a sorore lepræ pellere morbum orabat dñm ut eã liberaret, sed Saluator in potestate diuina protulit, Volo, mundare. Cyr. Vel in testimoniũ illis, hoc est ad reprehensionẽ eorũ & ad probationem ꝙ legem reuereor. Cũ .n. te curauerim, mitto te ad sacerdotum experientiam, ut attesteris mihi ꝙ non sum præuaricatus in legẽ. Et quanuis dñs impendens remedia moneret nemini dicere, instruens nos euitare superbiam; fama tñ eius uolabat undiq; instillans auditui cunctorum miraculũ, uñ sequitur; Peram. au. ma. se. de il. Beda. Vnius aũt perfecta saluatio multas ad dñm cogit turbas. unde sequitur; Et con. tur. mul. ut &c. Vt .n. leprosus exterius & interius se sanatũ doceret, perceptum beneficium, ut Marcus ait, ẽt iussus non tacet. Greg. 6. moral. Redemptor autem noster per diẽ miracula in urbibus exhibet, & ad orationis studium in nocte pernoctat. unde sequit. Ipse au. se. in de. & ora. ut perfectis, uidelicet prædicatoribus innuat, quatenus nec actiuam amore speculationis funditus deserant, nec contemplationis gaudia operationis nimietate contemnant, sed quieti contemplantes sorbeãt, quod occupati erga proximos loquẽtes profundant. Bed. Quod autem secedit orare, nõ ei naturę tribuas quę dicit, Volo, mundare, sed ei, quæ extendens manũ tetigit leprosum non ꝙ iuxta Nestorium

Tres errores excluduntur.

Reprehẽsio Iudęorum

geni-

gemina sit filij persona, sed eiusdem psonæ, sicut naturę, sic & operationes sunt duæ. Greg. Naza Et opera quidē in populo, orationes aūt in deserto peragebat, vt plurimū, sanciēs ꝙ liceat parumper quiescere, vt mente syncera cū Deo colloquamur. Neque.n. ipse indigebat remotione, quia non erat in eo qđ remitteretur, cum Deꝰ esset: sed vt pateat nobis & operationis hora, & altioris solertię. Beda. Typicè āt leprosus humanum genus languidum, peccatis designat plenum lepra, quia oēs peccauerunt, & egēt gratia Dei, vt. s. extēta manu. i. uerbo Dei, humanam contingente naturā, à prisci erroris uarietate mūdentur, & offerant pro emundatione corpora sua hostiam uiuam. Amb. Si āt leprę medicina verbum est, contemptus verbi lepra mentis est. Theo. Vide aūt ꝙ postquam mundatus est aliquis, tunc dignus est offerre hoc munus. s. corpus & sanguinem dñi, quod est diuinæ vnitum naturæ.

Quæ loca Christus elegerit.

*Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens, & erāt Pharisæi sedentes & legisdoctores qui venerant ex oī castello Gallileæ & Iudææ & Hierusalem, & virtus dñi erat ad sanandum eos. Et ecce viri potentes in lecto hominē qui erat paraliticus, & quærebant eū inferre, & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectū & per tegulas submiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum. Quorum fidem, vt vidit dixit. Homo remittuntur tibi peccata tua. Et cęperunt cogitare Scribæ & Pharisæi, dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphemia? Quis pōt dimittere peccata, nisi solus Deus? Vt cognouit āt Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere, dimittuntur tibi peccata an dicere surge et ambula? Vt āt sciatis quia filius hominis hēt potestatem in terra dimittēdi peccata (ait paralytico.) Tibi dico surge, tolle * grabatum tuum, & vade in domum tuam. Et cōfestim surgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abijt in domum suam, magnificans Deum. Et stupor apprēdendit omnes, et magnificabant Deum, & repleti sunt timore, dicentes: quia vidimus mirabilia Dei.*

* lectū.

Intellectus historiæ.

Cyril. Scribę & Pharisæi qui facti fuerant prodigiorum Christi visores, audiebant ipsum quoq; docentem, vnde dr. Et fa. est in vn. die. &c. Nō quasi mutuo ācciperet potestatem alterius, sed quasi Deus & dñs propria operabatur uirtute. fiūt āt hoīes sæpe donorū spiritalium digni, sed plerunq; deficiūt ea ratione quā nouit donorum largior, qđ in Christo nō accidit: affluebat.n. in præstandis remedijs uirtus diuina. Quia uero necessarium erat ubi tāta Scribarum & Pharisæorum turba conuenerat, aliquid fieri ex his quę uirtuti attestarentur ipsius, corā eis qui eum paruipendebāt, factum est quoddā miraculum in paralytico in quo quia defecisse uidebatur medicinalis ars, portabatur, a proximis ad supernum & cęlestē medicum. vñ sequitur; Et ec. ui. &c. Chr. Mirandi vero sunt qui paralyticum adduxerunt, qualiter cum nequissent infrare per ostium, nouum aliquid & alienum attentauerūt. vñ sequitur: Et nō inu. &c. detegentes āt tectū deponunt grabatū & ponūt in medio paralyticū. unde sequitur; Et per teg. &c. Dicet aliquis demissum fuisse locū, a quo per tegulas deposuerunt paralytici lectū. Beda. Hominem āt dñs a palypsi curaturus primò peccatorum uincula dissoluit, ut ostenderet eum ob nexus culparum artuū dissolutione damnari, nec nisi his relaxatis membrorum posse recuperatione sanari. vñ sequitur: Quorū fid. ut ui. &c Magnus dñs qui aliorum merito ignoscit alijs, & dum alios probat, alijs relaxat errata. Cur apud te homo collega non ualeat, cū apud Deum seruus & interueniendi meritū & ius habeat impetrandi? si grauium peccatorum diffidis ueniā, adhibe peccatores, adhibe ecclesiam quæ pro te precetur, cuius cōtemplatione qđ tibi dñs negare posset, ignoscat. Chr. Occurrebat āt & in hoc ipsius patiētis fides. non.n. sustinuisset se inferius submitti, nisi credidisset. Aug. de con. euan. Quòd autem dicit Homo, dimittūtur tibi peccata, ad hoc insinuandū ualet, quia homini dimittebañt peccata, qui eo ipso ꝙ homo erat, nō posset dicere, Nō peccaui. Simul ēt ut ille qui homini dimittebat, intelligeretur Deus. Chry. Nos autē si corporaliter patimur; satagimus nociuū abijcere; cū uerò malè sit aīæ, differimus, atq; ideo nec a corporis nociuis curamur. Abscindamus igiť

Inertia hominū

fontem

fontē malorum, & cessabunt ęgritudinū fluxus. Metu aūt multitudinis suā intētionem aperire Pharisæi nō audebāt, sed solum in cordibus suis meditabantur. unde sequit: Et cœp. &c. Cyril. In quo mortis precipitant sententiam. Erat n. mādatum in lege, ꝙ quicūq; blasphemaret in Deū, morte puniretur. Ambr. Itaq; ab ipsis ex operibus suis Dei filius accipit testimonium. Nam & validius est ad fidem ꝙ cōfitentur inuiti, & perniciosius ad culpam, ꝙ negant qui suis assertionibus relinquūtur. vnde sequit: Quis potest pec. &c Magna in fide plebis amentia, ut cū confessa fuerit solius Dei esse donare peccata, non credat Deo peccata donanti. Beda. Verū .n. dicunt; quia nemo peccata dimittere nisi Deus potest, q per eos quoq; dimittit, quibus dimittendi tribuit potestatem. Et ideo Christus verè Deus esse probatur, q̄a dimittere peccata quasi Deus potest. Amb. Dn̄s aūt saluos uolens facere peccatores, ex occultorū cognitione Deū se esse demōstrat. vn̄ sequitur: Vt aūt cogno. &c. Cyr. q. d. O Pharisęi q̄a dicitis, Quis pōt peccata dimittere, nisi solus Deus? Respōdeo vobis: Quis potest secreta cordis scrutari, nisi solus Deus? q per ꝓphetas dicit. Ego dn̄s scrutās corda & ꝓbans renes. Cy. Si ergo increduli estis erga primū s. remissionē peccati, ecce aliud adijcio, dū intima uestra patefacio. quinetiā aliud dum paralytici corpus cōsolido. vnde subdit. Quid est facilius &c. Palā quidem est, quia consolidare corpus facilius est: quātō nanq; nobilior est aīa corpore, tanto est excellentior absolutio criminū; verum quia illud nō creditis eo ꝙ lateat, adijciam quod minus est, apertius tamē, quatenus quod est magis occultū per hoc demonstretur. Et quidem cum allocutus est infirmātem, nō dixit dimitto tibi peccata, propriā exprimens potestatē, sed remittuntur tibi peccata. Cogētibus autem illis, euidentius propriā declarat potestatem, dicens; Vt autem sciatis &c. The. Vide ꝙ in ter. di. pec. Dū. n. sumus in terra, peccata nostra delere possumus. Postquā verò à terra tollimur, nō ualebimus cōfiteri, clauditur. n. ianua. Chry. Demōstrat autem peccatorum veniā per corporis sanationem. vnde sequitur; Ait par. di. Sur. Ipsam vero corporis sanitatē demonstrat per lecti portationem, ut sic nō reputetur fantasia quod factum est. vnde sequitur: Tolle grabatum tuum &c. q. d. Ego volebā per tuā passionem curare illos qui sani videntur, infirmantur autē in aīa, sed q̄a nolunt, uade tuam correcturus familiā. Amb Nec mora vlla sanitatis interuenit, vnum dictorum remediorumq; mon. ē. ū est vnde sequitur: Et cōfestim surgens &c. Cyril. Quo facto patuit, ꝙ filius hominis potest in terra relaxare peccata, quod ꝓ se & pro nobis dixerat ipse nāq; ut Deus factus homo tanquā dn̄s legis peccata dimittit. Sortiti sumus etiā nos ab eo tam mirabilem gratiam. Dictum est. n. discipulis, Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, Qūo autem non magis ipse peccata dimittit, qui ceteris potestatem faciendi hoc tradidit? Chry. Reges autem terreni & principes homicidas absoluētes à pęna præsenti liberant, à criminibus autem expiare nō possunt, Ambr. Spectāt āt surgentē increduli, mirātur abeuntē. vn̄ sequitur; Et stupor &c. Chry. Paulatim serpūt Iudæi magnificātes Deū, nō tn̄ putant eū Deū esse, obstabat. n. eis caro, nec tn̄ erat modicū æstimare eū ꝑcipuum esse mortaliū & à Deo ꝓcessisse. Ambr. Diuini aūt operis miracula malunt timere quàm credere. vnde sequitur; Et repleti sunt timore, &c. Si autem credidissent non timuissent utique, sed dixissent, perfecta. n. dilectio foras timorem excludit. Non occiosa autem huius paralytici nec angusta medicina est, quoniam orasse præmittitur, non propter suffragium, sed propter exemplū. Augu. de q. euan. De paralytico. n potest intelligi animam dissoluāt membris, hoc est operationibus Christum quærere, idest volūtatem verbi Dei. Impediri autem à turbis, scilicet cogitationum, nisi tecta, idest operta scripturarum aperiat, & per hoc ad notitiā Christi perueniat; hoc est ad eius humilitatem fidei pietate descendat. Beda. Et bene domus Iesu tegulis cōtecta describitur, quia sub contemptibili literarum uelamine spiritalis gratiæ uirtus inuenitur. Ambrosius. Vnusquisque autem æger petendo prædicatores salutis

[Margin: Corporis & aīę comparatio.]

[Margin: Moralis intellectus.]

debet

debet adhibere, per quos nostræ vitæ cõpago resoluta, actuumq; nostrorũ clauda vestigia uerbi cœlestis remedio reformentur. Sint igit aliqui monitores mẽtis; qui aĩum hoĩs, quãuis exterioris corporis debilitate torpentem ad superiora erigant, quorum rursus adminiculis & attollere, & humilitare se facilis ante Iesum loceť, dñico videri dignus aspectui. humilitatẽ .n. respicit dñs. Aug. de q. euang. Hi ergo à quib. deponiť, bonos doctores ecclesiæ possunt significare. ꝙ āt cura lecto deponitur, signat ab homine in ista carne adhuc cõstituto Christũ debere cognosci. Amb. Dñs āt plenã spẽ resurrectionis ostendens, peccata donat animorũ, debilitatẽ carnis excludit; hoc est .n. totũ hominẽ esse curatũ. Quãuis igiť magnũ sit hominib. peccata dimittere, tñ muto diuinius est resurrectionẽ donare corporib⁹; qm̃ quidẽ Deus resurrectio est. lectus āt qui tolli iubetur, nihil aliud est q̃ corpus humanũ. Aug. de q euan. Vt nõ iã in carnalibus gaudijs tanquã in lecto requiescat infirmitas aĩæ, sed magis ipsa contineat affectiones carnales & tendat ad domũ suã. i. requiẽ secretorũ cordis sui. Amb. Vel domũ repetere suã, hoc est ad paradisum redire: ea .n. est vera domus, quæ hominem prima suscepit, non iure amissa, sed fraude. Merito ergo restituitur, quoniam venerat qui nexum fraudis aboleret, iusque reformaret.

Et post hæc exiit, et uidit publicanũ nomine Leui, sedẽtẽ ad teloneũ; & ait illi. Sequere me, Et relictis omnib. surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuiũ magnũ Leui in domo sua, & erat turba multa publicanorũ et aliorũ q cum illis erant discumbẽtes. Et murmurabãt Pharisæi et Scribę eorum, dicentes discipulos eius. Quare cũ publicanis & peccatorib. manducatis & bibitis? Et respondẽs Iesus dixit ad illos. Nõ egent q sani sunt medico, sed qui male habent. Nõ ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Aug. Post paralyticũ sanatum de conuersione publicani subiũgit, dicẽs; Et post hæc exijt & vi. pu. no. Le. se. ad telo. Ipse est Matthæus qui & Leui. Bed. Sed Lucas & Marcus propter honorẽ euangelistę nomen tacent vulgatum. Matthęus āt in sermonis principio accusator sui factus, Matthæum se & publicanũ nominãt, ne quis à salute desperet ꝑ immanitate peccatorum, cum ipse de publicano in Apostolũ sit mutatus. Cyril. Publicanus .n. fuerat Leui, vir auarus, effrenis erga superflua, alieni amator. Hoc est .n. publicanorum officium. sed ab ipsis officinis malitiæ detrahitur, Christo eũ vocante. vnde sequiť; Et ait il. Sequere me. Ambro. Sequi iubet nõ corporis gressu, sed mentis affectu. Itaque ille verbo vocatus, propria dereliqt qui rapiebat aliena. vnde sequitur. Et relict. om. sur. sec &c. Chry. Vbi & vocãtis virtutem, & vocati obedientiam considera. Neq; .n obstitit, neq; vacillauit, sed ꝓtinus paruit; nec in propriam domum ire voluit, vt suis hoc intimaret, sicut nec piscatores. Basil. Nec solum fœnora telonei postposuit, sed etiam contempsit pericula quæ sibi ac suis accidere poterant, dũ calculos telonei dimitteret ipserfectos. The. Et sic ab accipientem censum ad transeũtibus, Christus censum accepit; non quidẽ eius accipiens pecuniam, sed totaliter eũ transferens ad suum consortium. Chrys. Vocatũ āt Leui dñs honorauit, dũ cũ eo confestim epulatus est: hoc .n. ei maiorẽ præstabat fiduciam. vnde sequitur. Et fe. ei. con. ma. Le. in do. sua. Nec solum cum eo discumbit, imò cum pluribus. vnde sequitur; Et erat tur. mul. pu. & ali. qui cum il. erat, di. Conuenerant n. publicani ad eum sicut ad collegam & hominem eiusdem officij, sed & ipse glorians de præsentia Christi conuocauit omnes. Christus ēt quodlibet genus remedij exhibebat, & non solum disputando & pręstando sanitatis remedia, uel etiam redarguendo æmulo, sed etiam comedendo nonnullos errantium corrigebat, inde nos instruens, ꝙ quodlibet opus & tempus põt nobis utilitatem afferre. Sed nec publicanorũ participationẽ uitauit pp vtilitatẽ sequentem, more Medici, qui nisi tangeret saniem, non liberaret à morbo. Amb. Cum peccatoribus .n. manducando ēt cũ Gentibus nõ prohibet nos inire conuiuiũ. Chry. Sed tamen dominus inculpatus est inde à pharisæis inuidentibus & uolentibus à Christo discipulos separare. vñ sequitur; Et murmu. pha. &c. Amb. Serpentina vox est, hanc primam vocẽ serpẽs emisit, dicens

Census Christi.

Consensus euãgelicus.

dicens

Eux; Quid dixit Deus, nolite manducare &c ergo patris sui venena diffundunt. Augu de con. euan. Vr at Luca hoc aliquáto differentius ab alijs euangelistis cómemorasse: nó. n. dicit tantú dño obiectú esse, ꝙ cú publicanis & pharisæis máducaret & biberet, sed discipulis, ꝙ de ipso ac de ipsis acciperet. Propterea. n. Mat. & Marcus de Christo discipulis obiectú narrát, quia ꝙ discipuli cú publicanis & peccatoribus máducabant magistro magis obijciebat; qué sectando imitabant: vna ergo sñia est táto melius insinuata, quáto quibusdam verbis manente veritate varia. Chr. Ipse át dñs in contrariú eorú sermoné conuertit, ostendés nó esse culpá cú peccatorib. conuersari, sed ét cósonú misericordię ꝓprię vñ sequitur: Et respon. Ie. dixit da. il. Nó egét me. qui sa. sunt. sed qui male habét. In quo cómonet eos cóis ĩfirmitatis, & de numero lãguentiú eos esse ostédit; se vero medicú esse latenter subiũgit: Nó. n. ve. voca. iu. sed peccatores. Greg Ni. q. d. Adeo peccatores non abominor, quia eorum tantum gratia veni, nó vt maneát peccatores, sed vt conuertantur, & boni fiant. Aug. de con. euan. Vnde addidit: In pœnitentiam: quod ad explanandam sententiam valet, ne quisquã peccatores ob hoc ipsú ꝙ peccatores sunt diligi arbitretur à Christo, cum & illa similitudo de ęgrotis bene intimet quid velit Deus vocã do peccatores tanquam medicus ægrotos vt ab iniquitate tanquam ab ægritudine salui fiant. Amb. Sed quomodo dum iustitias dilexit, neque vidit Dauid iustum derelictum, si iustus derelinquitur, peccator asciscitur? intelligas ꝙ eos iustos dixit, qui ex lege præsumát, & euangelij gratiã non requirant. Nemo auté iustificatur ex lege, sed redimitur ex gratia, nó vocat ergo eos qui se iustos dicunt; vsurpatores. n. iustitiæ non vocantur ad gratiam. nam si gratia est ex pœnitétia, vtiq; qui fastidit pęnitétiã, abdicat gratiam. Bed. Peccatores autem uocat eos qui sua mala attendétes, nec per legé iustificari se posse putantes, Christi gratiæ se pęnitendo deijciũt. Chry. Ironicè auté dicit illos iustos, sicut quando dicitur: Ecce Adã factus est, quasi vnus nostrum, ꝙ autem nullus erat iustus super terram, ostendit Paulus, dicés: Omnes peccauerunt & egent gratia Dei. Grego. Ni. Vel dicit non egere sanos & iustos medico. s. angelos: sed malè habentes & peccatores. i. nos, q a morbum peccati incurrimus qui in cęlis nó est. Bed. Per Mathęi autem electioné fides gétium exprimitur, qui prius mundanis inhiabant, sed nunc Christi corpus sedula deuotione cósiciunt. The. Vel publicanus est qui principi mundi seruit & debitum carni reddit, cui gulosus reddit escas, adulter voluptaté, & alius aliud. Cú aút viderit eú dñs sedenté in teloneo. i. nó mouenté se ad maioré nequitiã, tunc à malo erigeť & sequitur Iesum, & suscipiet in domo aĩæ dñm. Amb. Qui ãt domicilio Christú recipit interno, maximis delectationibus exuberãtium pascitur voluptatú. itaque libenter dñs ingreditur, & in eius recumbit affectu, sed rursus accenditur inuidia perfidorú, & futuræ pœnæ species præfiguratur: epulantibus. n. fidelibus in regno cœlorú perfidia ieiuna torquebitur. Beda Vel per hoc designatur Iudæorú inuidia, quę de gentium salute torqueť. Ambr. Simul ẽt ostenditur quantũ sit inter æmulos legis & gratiæ. ꝙ illi qui legé sequuntur, métis famã patientur æternam. qui vero verbũ in interioribus animæ receperunt, alimenti cęlestis & fontis vbertate recreati, esurire & sitire non possunt. Et ideo qui animo ieiunabant murmurabant.

Magni scrupuli discussio.

Differẽtia legis & gratia.

At illi dixerũt ad eũ, Quare discipuli Ioãnis ieiunãt frequẽter et obsecratiões faciũt similiter et Pharisæorum: tui ãt edunt et bibunt? Quib. ipse ait. Nunqd potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare? Venient ãt dies, & cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabant in illis diebus. Dicebat ãt & similitudinẽ ad illos; quia nemo cõmissurã à nouo uestimẽto immittit in uestimẽtũ uetus, ali- quin et nouũ rũpit & ueteri nõ cõuenit cõmissura à nouo. Et nemo mittit uinũ nouũ in utres ueteres: alioqn rũpit uinũ nouũ utres, & uinũ effundet & utres peribũt. Sed uinum nouum in utres nouos mittendũ est, et utraq; cõseruaẽ, Et nemo bibẽs ueteus statĩ uult nouũ. dicit. n. Vetus melius est.

Cyril. Postquàm primũ verbum acceperunt a Christo, ab alijs ad alia se trãsferunt, uolétes ostédere sacros discipulos &

ipsum cũ eis Iesum minimè curasse de lege. vñ sequitur: At il. di. ad eũ, Quare di. Io. &c. Quasi dicant; comeditis cum publicanis & peccatoribus, cum iubeat lex immundo non communicare, sed in excusationé præuaricationis uobis accedit misericordia. Cur ergo non ieiunatis, ut mos est secundum legẽ uolentibus uiuere? Sed sancti quidé idcirco ieiunãt, ut corpus affligẽtes quietẽt passiones ipsius. Sed Christus nõ agebat ieiunio ad perfectioné uirtutis, cũ tanq̃ Deus absolutus esset a quolibet vinculo passionis; sed nec eius comitiua ieiunio egebat, sed particeps gratiæ, eius sine ieiunio decorata uirtuose cõuersabatur. Quòd si tps quadraginta dierum ieiunauerat, non hoc fuit ut in se passioné mortificaret, sed ut normam abstinentiæ ostendat carnalib. Aug. de con. euan. Euidenter aũt Lucas alios de alijs hoc dixisse narrauit. unde ergo Mat. dicit Tunc accesserunt ad eũ discipuli Ioãnis dicẽtes. Quare nos & Pharisęi ieiunamus nisi q̃a & ipsi aderant, & oẽs certatim ut quisq; poterat, hoc obiecerũt? Aug. in eodé. Est ãt duplex ieiunium: unum in tribulatione, ad propiciandũ Deũ in peccatis: aliud in gaudio, cum tanto minus delectant carnalia, quãto spiritualiũ maior sarcina est. Interrogatus ergo dñs cur discipuli eius non ieiunarent, de utroq; ieiunio respondit; & primo de ieiunio tribulationis. sequit̃ n. Quib. ip. ait. Nun pot. filios &c. Cyr. q. d. Præsens tps lætitiæ est & alacritatis; non igitur immiscéda sunt tristia. Cyr. Saluatoris. n. nostri in hoc seculo demõstratio, nihil aliud fuit, quá quædam festiuitas intelligibiliter quasi quandam sponsam copulans illi nostram naturam: ut quondam sterilis fœcũda fieret. Igitur filij spõsi esse noscuntur quicunque uocati sunt ab eo p nouam & euangelicam disciplinam. non aũt Scribæ cum Pharisæis, qui solam legis vmbram considerant. Aug. de con. euan. Per hoc autem ꝙ solus Lucas dicit, Nun. potestis filios spõ. facere ieiunare. intelligitur eos ipsos qui loquebantur fuisse facturos ut lugentes ieiunarent filij sponsi, quoniã ipsi essent sponsum occisuri. Cyr. Vbi uero concesserat filius sponsi ꝙ non docebat eos laborare, tanquam qui spiri-

Consen. sus euãgelicus.

talem solemnitatem habebant, ne inter nos annularetur ieiuniũ, dispẽsatiuè subiungit di. Ve. au. di. & cũ ab. s. ab eis spon. tũc ie. in il. die. Aug. de cõ. euan. q. d. Tũc desolabũtur & in mœrore & luctu erunt, donec eis p Spiritũ sanctum gaudia consolatoria retribuantur. Ambr. Vel aliter. Non hoc ieiuniũ relegatur quo cõficitur caro, & corporis luxuria castigat̃. ieiuniũ nos commendat Deo; sed nõ possumus ieiunare qui Christum habemus, & Christi carnem epulamur & sanguiné. Basi. Filij ẽt sponsi ieiunare nequeũt, hoc est animæ nutrimentum non sumere, nec uiuere in oĩ uerbo qđ de ore Dei ꝓcedit. Amb. Sed qui sunt illi dies quibus nobis Christus auferetur, cum ipse dixerit, Vobiscum ero usq; ad consummationem mundi? sed nemo tibi Christum põt auferre, nisi te illi ipse auferas. Bed. Quandiu. n. sponsus nobiscum est, in lætitia sumus nec ieiunare possumus, nec lugere. Cũ ãt per peccata ille recedit, tunc indicendum est ieiuniũ, & requirendus luctus. Amb. I eniq; de animi dictum est ieiunio, ut sequentia declarãt. Sequitur. n. Dic. ãt &c. quia ne. com. i. particulã ablatã a ue. no. immit: in ue. uetus. Appellauit ieiunium uestimentum vetus, qđ exeundũ apostolus æstimauit, dicẽs. Spoliate uos ueterem hominem cum actib. suis. in eadem igitur forma series cõuenit præceptorum, ne actus ueteris & noui hominis misceamus. Aug. de q. euang. Vel aliter. Dono Spiritus sancti percepto. Genus ãt ieiunij quod fit per lætitiam iã renouati in uitam spiritualem conuenientissimè celebrãt qđ antequam accipiãt, dicit eos esse tanquàm uetera uestiméta, quibus inconuenienter pannus nouus assuit̃, id est aliqua particula doctrinę q̃ ad nouę uitæ temperantiam pertinet quia si hoc fiat, & ipsa doctrina quodãmodo scindit̃, quæ docet generale ieiunium, nõ a cõcupiscentia ciborum tantũ, sed ab oĩ lætitia temporalium delectationum, cuius particulã quæ ad cibos ptinet, dicit non oportere hominibus adhuc ueteri consuetudini deditis impartiri. q̃a & illic quasi concisio uĩ fieri, & ipsi uetustati non conuenit. Dicit etiam eos esse similes ueteribus utribus, unde sequitur. Et nemo mit. vinũ

no.

no. in vtr. &c. Amb. Fragilitas humanę cō-
ditionis aperit, cum corpora nostra exu-
uijs defunctorum animalium cōparātur.
Aug. de q. euan. Veteribus āt vtribus com
parantur apostoli, qui vino nouo quasi spi
ritualibus præceptis facilius disrumpūtur
quàm contineant. vñ sequitur. Alioquin
rūpit vi.uo. vtr. & vinum ef. &c. Erunt āt
noui vtres cum post ascensionem accepto
desiderio consolationis eius, orando &
sperando innouabuntur. vnde sequitur:
Sed nouum vinum in vtres nouos mitten
dum est; & vtraq; cōseruantur. Bed. Vino
siquidem intus reficimur, ueste autem fo-
ris tegimur. Vestis ergo sunt bona opera q̃
foris agimus; quibus corá hominib. luce
mus, vinū feruor fidei, spei, & Charitatis.
Aliter veteres vtres sunt scribæ, & phari-
sei, nouus pannus & nouū vinum pcepta
euangelij. Gre. Nis. Vinum. n. de nouo eli
citū pp feruoré naturalis humidi fumosū
est, despumās naturali agitatione à se ma
terialē sorditiē. Talé vinū nouū testamen
tū est, quod antiqui vtres qui pp increduli
taté inueterati sunt, nō capiunt imò scin
dunt excellentia doctrinæ, necnon & gra
tiá spiritus incassum fluere faciunt, quia
in maliuolā aiam nō introibit sapientia.
Bed. Sed cuicunq; aię nōdum innouitate
sed in vetustate malitiæ pseuerāti, nouo
rū mysteriorū sacramēta nō dēt imitti; q
ēt pceptis euangelicis pręcepta legis mi-
scere volūt Galatæ, vinū nouū in vtres ve
teres mittūt. Sequit. Et nemo bibens vet[9]
statim vult nouū: dicit n. Vetus meli[9] est.
qa Iudæis vitæ veteris saliua imbutis no
uæ gratiæ pcepta sordebāt, qa maiorū tra
ditionib. cōmaculati dulcediné spiritua-
lium verborum percipere non valebant.

CAPVT VI.

*F*Actum est āt in sabbato
secundo primo, cum trā
siret per sata, vellebant
discipuli eius spicas,
& manducabant con-
fricantes eas manibus
suis. Quidam āt phari-
sæorū dicebāt illis quid
facitis qd nō licet in sabbatis? Et respondens Ie-
sus ad eos, dixit. Nec hoc legistis qd fecit Dauid
cū esurisset ipse & q cū illo erāt, qūo intrauit in
domū Dei, & panes ppositionis sumpsit et mādu
cauit, et dedit his q cū ipso erant, quos non licet
manducare nisi tātum sacerdotib. Et dicebat il-
lis, qa dominus est filius hominis etiam sabbati.*

Amb. Non solum cōprehensione ver-
borum, sed etiam ipso vsu specieq; gesto
rum incipit hominé dominus veteris ob-
seruatione legis exuere. vnde dr. Factum
est autem &c. Bed. Non habentes. n. disci
puli spatium manducandi propter impor
tunitatem turbarum, esuriebant vt homi
nes, sed vellentes spicas inediam consola-
bantur qd est indicium austerioris vitæ,
non præparatas escas, sed simplices quęre
re cibos. Theo. Dicit āt in sabbato secun- Sabbatū duplex.
do primo, quia Iudæi omnem festiuitaté
sabbatum nuncupant. requies. n. dicitur
sabbatum. Multoties ergo contingebat in
parasceue festiuitas, & vocabant parasce-
uem festum pp sabbatum, deinde princi-
pale sabbatum secūdum primum dicebat
quasi secundum existens a præcedentis
diei festiuitate. Chr Duplex. n. erat festū,
& principalis festi & alterius solénitatis
sabbati. Isido. Vel dicit secūdo primo, qa
secūdū erat pascha, primum autem azy-
morum, cum immolarent. n pascha in se-
ro, sequenti die festum azymorum cele-
brabant. qp autem ita sit, patet ex hoc, qp
apostoli vellebant spicas, & manducabāt.
in illo nanque tempore spicæ flectun. ur à
fructu. Epiph. Die igitur sabbati uisi sunt
transeuntes per segetes & spicas edebāt,
ostendentes quoniam dissolutum est vin
culum sabbati, vbi magnum aduenit sab
batum, hoc est Christus, qui fecit nos quie
scere ab opere delictorum nostrorum.
Cyril. Pharisęi autem & scribæ gnari sa-
crarum scripturarum, in vnum cōspiraue
rant ad reprehendendum Christi discipu
los. unde sequitur; Quidā autem pharisęo
rum dicebant illis. Quid facitis &c. Dic
mihi tu cum in sabbato tibi mensa propo
nitur, nonne frangis panem? Quid igitur
alios reprehendis? Bed. Alij uero dicunt
ipsi domino hæc fuisse obiecta, sed à di-
uersis, & ipsi domino, & discipulis po-
tuerunt obijci; & cuicunque obiectū, ad
ipsum maximè respicit. Ambro. Domi-

nus āt defensores legis arguit nescire q̄ legis sunt, exéplum inducés Dauid. vñ seq̄tur; Et respondens ad eos di: Nec hoc legistis &c. Cyril. Quasi dicat. Cũ expresse dicat lex Moysi: Iudicate iustũ iudiciũ, nec cõsiderabis psonã in iudicio, qualiter increpatis discipulos, q̄ vsq; in hodiernum dié extollitis Dauid vt sanctũ, & prophetã, cũ Moysi pceptũ nõ seruauerit. Chry. Et attéde. q̄ qñcunq; dño fit sermo p seruis, i. discipulis, seruos ducit in mediũ. s. Dauid & sacerdotes, qñ verò p se, introducit patré, sicut ibi. Pater meus vsq; modo operatũ; & ego operor. Theo. Aliter autem eos reprimit cum subditur. Et dicebat illis, quia dominus est filius hominis etiam sabbati. q. d. Ego sum Domin⁹ sabbati tanquã dispositor, & sicut legislator potestatem habeo soluere sabbatum. fili⁹ enim hominis vocatus est Christus, qui Dei existens filius, miraculose dignatus est filius hominis propter homines fieri & uocari. Chry. Marcus auté de cõi natura hoc ipsum protulisse fatetur: dicebat. n. propter homines sabbatum factum est, nõ homo propter sabbatum. Expedit igitur potius sabbatum homini subijci, q̄ huic colla subijcere sabbato. Ambro. Non mediocre autem mysterium hic est. Ager. n. est hic mundus, agri seges, in satione humani generis fœcunditas numerosa sanctorum. Spicę agri fructus ecclesiæ, quos operibus discutientes suis apostoli pascebantur; nostro sed alentes profectu, & tanquam folliculis corporum mentium fructus ad fidei lucem pręclaris operum suorum miraculis eruebant. Bed. Spicas enim confricant, quia in illis, quos in corpus Christi volũt traijcere, mortificant veterem hominem cum actibus suis à terrena intentione extrahendo. Ambrosius. Sed hoc putabant Iudæi sabbato non licere, Christus autem nouę gratiæ munere designabat ociũ legis opus gratiæ, mire tamé secundo primum, non primo secundũ sabbatum dixit. quia sabbatum illud ex lege solutum est, quod erit primum. & hoc primum factum est quod secundo constitutum est. Sabbatum igitur dicitur secũdũ, iuxta numerum primum, iuxta operationis gratiam. melius est. n. sabbatũ quo impunitas datur, quàm, quo pœna præscribitur. Hoc sort è primum est in prędestinatione consilijs. & secundum in sanctione decreti. Deinde q̄ Dauid cum socijs fugit, hic præfiguratus in lege Christus est, qui cum apostolis principem mundi lateret. Qũo autem ille obseruator legis atq; defensor panes & ipse manducauit & dedit his qui secum erant, quos non licebat manducare nisi sacerdotibus. nisi vt per illam demonstraret figuram sacerdotalé cibum ad vsum transire populorum, siue q̄ omnes vitam sacerdotalem debemus imitari, siue q̄ omnes filijs ecclesiæ sacerdotes sunt. ungimur. n. in sacerdotiũ sanctum, offerentes nosmetipsos Deo hostias spirituales. Si āt sabbatũ pp homines factũ est, vtilitas āt hoīum postulabat esurienté hominé. q̄ diu fuerit terræ fructibus abdicatus, veteris panis vitare ieiunia, nõ vtique lex soluitur, sed impletur.

Christ⁹ domin⁹ sabbati.

Dauid figurat Christũ.

Factum est āt & in alio sabbato, ut intraret in synagogã, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obseruabant āt scribę et pharisęi si in sabbato curaret, ut inuenirēt unũ accusarēt eum. Ipse verò sciebat cogitationes eorum, et ait homini q habebat manum aridã, surge, et stã in medium. Et surgẽs stetit. Ait āt ad illos Iesus: Interrogo uos si licet sabbatis bene facere, an male, animã saluã facere, an perdere? Et circunspectis omnib. dixit homini: Extẽde manum tuam. Et extendit, & restituta est manus eius, ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur adinuicem quidnam facerent de Iesu.

Amb. Hic ad alia progreditur domin⁹; nam qui totum hominem saluum facere disposuerat, per singula membra curabat. vñ dr. Factũ est āt in alio sabbato vt intraret in synag. & doceret. Bed. Sabbatis maximè curat & docet, nõ solũ pp insinuandum spiritale sabbatum, sed etiã pter celebriorem populi conuentum. Cy. Docebant āt reuera trascendentia intellectũ & quæ salutis futuræ per eum reserabant audientibus saluatam deinde præcedente doctrina subito diuinam ostendebat virtuté. vnde sequitur. Et erat ibi homo &c. Beda. Quia vero destructionem sabbati, quam in discipulis arguebant, probabili magister excusauerat exéplo, nunc ipsum obseruãdo magistrũ calũniari volũt. vnde

sequi-

sequitur: Obseruabāt autem scribę & pharisæi si in sabbato curaret, vt.s. si nō curet crudelitatis uel imbecillitatis, si curet trāsgressionis vitio arguant. vnde sequit: Vt inuenirent vnde accusarent eum. Cyril. Hic.n. est ad mos aduersarij, pascit in se doloris morbum aliorum præconijs: sed dñs nouit omnia, & corda rimatur. vnde sequitur: Ipse ve.sc.cog. &c. Et surgens stetit, ut forsan incitaret ad pietatem crudelem pharisæum, & ipsa passio flāmas mitigaret liuoris. Bed. Præueniēs āt dominus calumniam quā sibi pręparabant, arguit eos qui præcepta legis malè interpretando ēt a bonis operibus sabbato æstimabāt feriandum, cum lex a seruili opere.i. malis abstinere præcipiat in sabbato. vnde sequitur: Ait au ad il. Ie. Inter. &c. Cyr. Nimis est idonea quæstio. nam si licet in sabbato benefacere, nec aliquid obstat, vt laborātes a Deo misericordiam consequantur, desinas colligere aduersus Christū calumniam. Si āt non licet in sabbato benefacere, & lex prohibet animarum salutē, factus es legis accusator. Ipsum quoq; sabbati sanctionem si velimus discutere, ad opus pietatis introductum fuisse reperiemus. Iussit.n. in sabbato feriari, ut quiescat, inquit, puer tuus & ancilla tua, bos tuus, qđlibet pecus tuum qui vero bouis miseretur & cęterorum pecorum qūo nō miserebitur hominis graui morbo perplexi? Amb. Lex autem in præsentibus formam præfigurauit futurorum, in quibus vtiq; malorum feriæ sunt non bonorum. nam lice licet secularia opera cōquiescāt, non ociosus tamē boni operis actus est in Dei laudes requiescere Aug. de q. euang. Cùm autem dominus corpus curauerit, sic interrogauit. Animam saluam facere, an perdere? Vel q a illa miracula propter fidē faciebat, ubi salus est animæ: vel quia ipsa sanatio manus dexteræ salutem animæ significabat, quæ a bonis operibus cessans, aridam quodammodo dexteram habere uidebatur, vel animam pro homine posuit, sicut dici solet. Tot animæ ibi fuerunt. Aug. de con. euan. Sed potest moueri quomodo Matthæus dixerit, q ipsi interrogauerunt dominū, si licet curare sabbato, cum Lucas hic illos potius a domino interrogatos esse prohibeat? Itaque intelligendum est q illi prius interrogauerunt dñm, si licet sabbato curare. Deinde intelligens cogitationes eorum, additum accusandi quærentium, constituit in medio eum quem fuerat sanaturus, & interrogauit quæ Marcus & Lucas eum interrogasse commemorant. Sequitur: Et circū spectis omnib. Titus. Quasi collectis omnium oculis, quinetiam incitata mēte eorum ad considerationē negocij, dixit homini. Extēde manum tuam. Ego tibi mādo qui creaui hominem audit autem qui læsam habebat manum, & sanus fit. vnde sequitur: Et ex. & re. &c. Quos āt oportebat in miraculo stupere, augēt malitiam. vnde sequitur; Ipsi āt rep. &c. Chry. Et vt narrat Matth. exeunt & consiliantur, vt occidant eū Cyr. Cernis ò pharisæe operantem diuine, ad superna maiestate liberantem languentes, & mortem portas ex liuore. Beda. Homo iste humanum genus significat in fœcunditate boni operis arefactum pro manu in primo parente ad pomum extensa, quam sanauit innocēs manus in cruce extensa; & bene manus in synagoga erat arida, quia vbi maius donū scientiæ, ibi transgressor maiori subiacet culpæ. Amb. Audisti igitur uerba dicētis. Extende manum tuā. Cōis ista generalisq; medicina est. & tu qui putas manū habere te sanam, caue ne auaritia uel sacrilegio contrahatur. Extende sæpius eam, vt proximū iuues, ut uiduæ prę́sidium feras, eripias iniuriæ quē uides iniustæ contumeliç subiacere. extende ad pauperem qui te obsecrat, extēde ad dñm pro peccatis tuis sic manus extenditur, sic manus sanatur.

Factum est autem in illis dieb. exijt in montē orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cū dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit. Simonem quem cognominauit Petrū, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomęum, & Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, et Iudam Scariotem qui fuit proditor.

Glo. Insurgentibus aduersarijs contra Christi miracula & doctrinā, Apostolos elegit quasi defensores veritatis & testes,

Mos ad uersarij.

Consensus euāgelicus.

quorũ electioni orationẽ præmittit. vnde dicitur: Factum est autem &c. Amb. Noli insidiatrices aperire aures, vt putes filium Dei quasi infirmũ orare, vt impetret qđ implere nõ possit. Potestatis.n. obedientię magister ad præcepta virtutis suo nos informãs exẽplo. Cyril. Scrutemur igitur in his quę Christus egit, qualiter nos doceat orationib. diuinis insistere, semotim.s. & secretò nemine vidẽte: amota quoq; mũdana solicitudine, vt sursũ ad diuinæ speculationis initium erigatur intentio, qđ designat in hoc ꝙ semotim orabat Iesus exiens in mõtem. Amb. Vbiq; ẽt solus obsecrat. Dei.n. consilium humana vota nõ capiunt. Nec quisquam interiorũ põt esse particeps Christo, non ãt omnis qui orat ascendit, in montem, sed qui orat a terrenis ad superiora progrediens, sed non ille qui de seculi diuitijs, aut de honore sollicitus est. Omnes sublimes in montem ascẽdunt. quare in euangelio inuenies solos in montem cũ domino ascendisse Discipulos. Species ãt tibi Christiana datur, forma pręscribitur quam debeas æmulari, cum sequitur: Et erat peruoctans &c. Quid.n. te pro salute tua facere oportet, qñ pro te Christus in oratione pnoctat? Cyr. Exurge igitur & tu tẽpore noctis. Purior est.n. tunc temporis anima, ipsæ tenebræ, silentium nimium possunt sufficienter ad cõpũctionem perducere. Cęterum si ipsum quoq; cęlum inspicias punctarum stellis, quasi infinitis luminibus, si consideres ꝙ qui per diem saltant, iniurianturq;, hi tũc nihil a mortuis discrepãt: detestaberis quẽ libet ausum humanum. Hæc oĩa sufficiũt ad animam erigendã. tunc non vexat inanis gloria, non acedia, non concitatio occupat; non sic ignis ferri sequestrat rubiginem, uelut nocturna oratio ęruginem peccatorum. Quem de die solis æstus perussit, nocte refrigeratur; quemlibet rorem superant, nocturnæ lachrymæ, & contra cõcupiscẽtiam ualent & quemlibet timorem. si uero prædicto rore nõ foueatur homo, arescit sub die. Quopropter licet non multum ores noctu: semel ora vigilando, & sufficit. ostẽde ꝙ nõ solum ad corpus nox pertinet, sed etiam ad animam. Ambro. Quid autem te facere conuenit cum vis aliquod officium pietatis adoriri, quãdo Christus missurus Apostolos prius orauit? Sequitur enim. Et cum di. fa. est. vo. dis. suos. &c. Quos.s. ad propagandum auxiliũ salutis humanæ per terrarum orbẽ satores fidei destinauit Simul aduerte cœleste consilium. non sapientes aliquos, non diuites, non nobiles, sed piscatores & publicanos, quos diriget; ne diuitijs aut potentiæ nobilitatisque auctoritate traxisse aliquos ad suam gratiam videretur; vt veritatis, ratio non disputationis gratia pręualeret. Cyr. Attende ãt maximam euangelistæ sedulitatem, non solum dicit electos fuisse sacros Apostolos, imò nominatim eos enumerat, ne quisquam audeat alios inscribere Apostolorum catalogo, Simonem quem cognominauit Petrum, & Andreã fratrem eius. Bed. Non modo primum eum cognominauit, sed lõgẽ prius cũ ab Andrea Adducto dicitur. Tu vocaberis Cephas, qđ interpretatur Petr᷒. Sed volens Lucas nomina Apostolorum enumerare, cũ necesse haberet Petrum dicere, breuiter voluit innuere ꝙ non hoc antea cognominaretur, sed ita dñs cognominauerit. Euse. Secunda ãt combinatio est Iacobi & Ioannis, vnde sequitur, Iacobum & Ioãnem, ambos.s. filios Zebedęi, qui ẽt piscatores fuerunt. Post hos ãt dicit Philippũ & Bartholomæum: Philippum dicit Ioannes fuisse de Bethsaida conciuem Andreæ & Petri, ipse quoq; Bartholomęus uir simplex & expers scientię mũdanæ, & amaritudinis. Matthæus uero ex his qui prius census exigebãt uocatus est, de quo subdit, Matthęum & Thomã. Beda. Matthęus compari suo Thomæ in ordine, humilitatis causa se supponit, cum a cæteris Euangelistis prælatus sit. Sequit. Iacobũ Alphæi & Simonem qui vocatur Zelotes. Glos. Quia.s. fuit de Chana Galilææ qui interpretatur zelus, qđ addit ad differentiã Simonis Petri. Sequitur; Iudã Iacobi; & Iudam Scharioth, qui fuit proditor. Aug. de con. euan. In nomine Iudæ Iacobi Lucas vř discrepare, a Matthæo q eum Thadæũ appellat. Sed quis unquam prohibuit duobus uel tribus nominibus vnum hominem vocari? Eligitur autẽ Iudas proditor non per imprudentiã; sed per

Exẽplũ Christi.

Doctrina pulchra.

Concordia uerborum.

prouiden-

prouidētiam, susceperāt quidem hominis fragilitatem, & ideo nec has partes recusauit infirmitatis humanę; voluit ab apostolo suo tradi, vt à socio proditus moderatè feras, tuũ errasse iudiciũ perijsse beneficium. Bed. Mysticè āt mõs in quo apostolos elegit, altitudinem designat iustitiæ, quia instituendi erant & eã ꝑdicaturi, sic & lex in monte data fuit. Cy. Quòd si libet interpretationẽ apostolicorum nominum scire, scito ꝙ Petrus dr̃ dissoluens vel agnoscens, Andreas decora potentia, vel respondens, Iacobus autem supplãtator doloris, Ioannes dñi gratia Matthæus donatus, Philippus os magnum vel orificiũ lampadis, Bartholomæus filius aquas suspendentis, Thomas abyssus vel geminus, Iacobus Alphæi supplantator gressus vitæ, Iudas cōfessio, Simon obedientia.

Et descendens cũ illis stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalem, & maritima & Tyri & Sidonis, qui uenerant ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui uexabantur à spiritibus immundis curabantur, & omnis turba quærebat eũ tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Cyril. Celebrata ordinatione apostolorũ, pluribus congregatis & de regione Iudęorum, necnõ à maritima Tyri & Sidonis qui erant idololatræ: constituit eos totius orbis doctores, vtpote qui euocarent Iudæos à legis seruitute, cultores autẽ dæmonum ab errore Gentili ad veritatis cognitionem, vñ dr̃: Et descen. cũ &c. Beda. Non à proximo mari Galilææ maritimã dicit. qa hoc non miraculi loco poneretur, sed à mari magno cognominatã, ĩ quo etiam Tyrus & Sidon comprehendi poterant, de quibus sequitur: Et Tyri & Sidonis. Quæ quia ciuitates Gentium sunt, cõsultè nominatim ponuntur, vt quanta sit fama uirtusq; Saluatoris intimetã, quę externas quoq; ad sanitatem doctrinamq; capescendã ciuitates accersierat: vnde sequitur; Qui uenerant vt audirẽt eũ, The. Hoc est, ad animarũ medelã; vt sanarentã à languorib. suis, hoc est ad medelam eorũ corporũ. Cyril. Postquã āt sacerdos publicauit apostolos, plurima & ardua fecit miracula: vt q cõuenerāt Iudęi & Gentiles, scirẽtq; eos decoratos esse à Christo dignitate apostolatus, & ꝙ ipse nõ erat sicut vnus aliorũ hominũ, magis aũt Deus, vt verbũ incarnatum. vñ sequitur; Et om. tur. quæ. &c. Neque. n. alienam virtutem accipiebat Christus; sed cũ naturaliter esset Deus, propriam virtutem super infirmos emittens, sanabat omnes. Amb. Aduerte autem omnia diligenter, quomodo & cũ apostolis ascendat ac descendat ad turbas, quomodo eum turba sequitur ad excelsa; deniq; ubi descēdit, inuenit infirmos: in excelsis. n. infirmi esse nõ possunt. Beda. Raro hoc quoq; vspiam, vel turbas dominũ ad altiora sequi, uel quempiã debilem inuenies in monte curari: sed extincta febre libidinum, accensaque scientiæ luce pedetentim quemquàm ad culmen subire virtutum. Turba autem quæ dñm tangere potuit, spiritus illius uirtute sanatur, vt supra leprosus dño tangente mũdatã. Tactus ergo Saluatoris, opus est salutis; quẽ tãgere, est fideliter in eũ credere; à quo tangi, est eius munere sanari. Mysterium verborum.

Et ipse eleuatis oculis ĩ discipulos suos, dicebat. Beati pauperes, qa vestrũ est regnũ Dei. Beati q̃ nunc esuritis, qa saturabimini. Beati q nũc fletis, quia ridebitis. Beati eritis cũ vos oderint homines, et cũ separauerit uos, et exprobauerint et eiecerit nomen vestrum tanquam malum propter filiũ hominis. Gaudete in illa die, et exultate: ecce. n. merces uestra multa est in cęlo. Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorũ.

Cyril. Post apostolorum ordinationẽ ad euangelicæ vitæ nouitatem. Saluator suos discipulos rectificauit. Amb. Diuinitatis āt prompturus oracula incipit esse sublimior, etsi in humili stabat, tamẽ oculos eleuauit. vnde dicitur; Et ipse eleuatis oculis. Quid est leuare oculos nisi interius lumen aperire? Bed. Et quanuis generaliter omnibus loquatur, specialius tñ oculos in discipulos leuat. Sequitur enim: In discipulos suos. vt his qui verbum intenta cordis aure percipiunt latius saporis intimi lumen aperiat. Amb. Quatuor autem tantum beatitudines Lucas posuit, octo vero Matthæus: sed in istis octo, illæ sunt quatuor; & in istis quatuor, illæ octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplexus est cardinales, ille in illis octo mysticũ ordinem Oracula diuinitatis.

nem reserauit.sicut.n.spei nostræ octaua perfectio est,ita octaua summa virtutum est:Primã ãt beatitudinẽ paupertatis vterque Euãgelista posuit,ordine.n.prima est & parentes q̃dã virtutũ,q̃a qui cõtẽpserit secularia,ipse merebitur sempiterna Nec pót q̃squã meritũ regni cœlestis adipisci, qui mũdi cupiditatẽ post se emergẽdi nõ habet facultatẽ. vñ sequit̃: Dicebat, Beati pauperes.Cyril.In euãgelio quidẽ q̃d est secundum Matthæũ beatos fieri dixit pauperes spiritu,ut intelligamus esse pauperẽ spiritu,habẽtẽ intellectũ modestũ & quodãmodo remissum. vñ dicit Saluator:Discite à me, q̃a mitis sum & humilis corde.Hic.ãt beatos asserit pauperes non addito,spiritu ; pauperes appellans diuitias contemnentes;decebat.n. vt cum pronunciaturi essent salutiferi euangelij dogma mẽtẽ nõ gererẽt cupidã, sed promptũ affectũ haberẽt erga maiora.Cyr Non ãt oĩs quẽ paupertas premit beatus est, sed qui Christi p̃ceptũ mũdanis p̃tulerit opibus plures.n.pauperes sunt in substãtia,auarissimi tñ secũdũ affectũ,quos nõ saluat paupertas,sed affectus damnat. Nihil.n.inuoluntarioꝝ beatificabile est, eo q̃ oĩs virtus libero designatur arbitrio . Beatus ergo pauper quasi Christi Discipulus , qui pro nobis paupertatẽ sustinuit. Nam ipse dñi quodlibet opus impleuit quod ad beatitudinem ducit,se præbens exemplar discẽntibus . Euse. Sed cũ cœleste regnum in multis gradibus bonorum considereĩ. Primus gradus scandentium est eorum q̃ diuino intuitu colunt paupertatem; tales autem fecit eo : qui primo facti sunt eius Discipuli . Ob hoc in eorum p̃sona dicit; Quia vestrum est regnũ Dei . quasi demõstratiuè hoc proferens ad præsentes , ad quos.n.oculos eleuauit. Cyril.Postquam igiẽ mãdauit paupertatem colere:ea quæ consequuntur inopiã coronat honoribus Contingit autem.paupertatem colentes, necessariorum incurrere defectum,& vix acquirere victum,idcirco nõ sinut Discipulos pusillanimes super hoc fieri,dicens; Beati qui nunc esuritis . Cyril. Idest beati qui castigatis corpus vestrum, & seruituti subijcitis, qui in fame & siti verbo operã datis quia cœlestiũ tũc gaudioꝝ habebitis vbertate perfrui . Greg. Nis. Alius autem,sicut secundum sensibilem escam diuersificatur participantium appetitus ab comestibiliũ specices,sic & in cibo animę ab his quidem opinabile, ab his aũt appetitur q̃ naturaliter est bonũ, vñ hic secundum Matthæum beatificãtur, qui iustitiã loco cibi & potus reputant , non inquam particularem,sed vniuersalem virtutem; quam qui esurit,beatificãdum dicit.Bed. Apertissimè non instruens nunquam nos satis iustos æstimare debere, sed quotidianum iustitiæ semper amare profectũ , ad cuius perfectam saturitatem non in hoc seculo,sed in futuro possumus peruenire, Psalmista ostendit dicens satiabor cũ manifestabitur gloria tua vnde sequiẽ . Quia saturabimini.Greg.Ni. Auidis n. iustitiæ desideratorum copiam spondet. Nihil.n. eorum quæ secundum voluptatẽ in vita quæruntur satiat inquirentes . Solum aũt virtutis studium subsequitur præmium, quod indeficiens gaudium inserit animæ. Cyr.Consequitur autem inopiam non solum defectus rerum ad delectationes facientium,sed etiam depressus vultus propter mœstitiam. vnde sequitur; Beati qui nunc fletis.Beatificat flentes non eos qui simpliciter ab oculis lachrymas emittũt: cõe.n.est hoc tam fidelibus quã infidelib. si quid tristium accidat . Magis autẽ illos beatos asserit,qui lenem vitam & implicitam, carnalibus voluptatibus deditam vitant refutãtes delicias, & pene lachrymãtes propter odium mundanorum : Chry. Magnum quid vero secundum Deum tristitia est,& impetrat ei pęnitentiam in salutem.vnde Paulus , cũ non haberet suos defectus flere,pro alienis lugebat;talis luctus est alacritatis materia. vnde sequiẽ. Quia ridebitis.Etenim si nihil profumus his pro quibus flemus , tamen proficimus vobismetipsis. Nam qui sic aliena deflet, multo magis non præteribit inflebiliter sua delicta.Magis autem nec facilè labetur in scelus,nẽ dissoluamur in hac breui vita,ne suspiremus in infinita. Non quæramus delicias,à quibus manat luctus & dolor nimis,[sed tristemur tristitia , quæ germinat veniam . Est etiam dñm sępius reperire lugentẽ , ridentem nequaquam. Basil.

Quę paupertas beata.

Tristitia secundũ Deũ;

Basi. Promittit aūt flentibus risum, non quidē emissum p mandibulas sonum, sed merā & impermixtam cuilibet tristitiæ alacritatē. Bed. Qui ergo pp diuitias hæreditatis Christi, pp panē vitę æternę; pp spem cœlestium gaudiorum; fletus, esuriem, paupertatemq; pati desiderat, beatus est. Multo aūt beatior qui has virtutes inter aduersa seruare non trepidat. vnde sequitur: Beati eritis cū vos oderint homines. Licet n. homines odiant corde nephando, dilectum cor Christo lædere nequeunt. Sequitur; Et cùm sep. vos. Separent, & à synagoga expellant, Christus inuenit & confirmat. Sequitur; Et exprobrauerint. Exprobrent nomen crucifixi, ipse commortuos sibi corresuscitat, & consedere facit in cęlestibus. Sequitur; Et eie. no. vestrum tanquā malū vbi nomen christianorum significat, qđ à Gentilibus Iudęisq; sępissimè quantū ad ipsos memoriæ abrasum, & ab hominib. est abiectū, nulla existente causa odij, nisi pp filium hominis, qui. s. credentes nomen Christi, suum cognomen facere voluerūt. Docet ergo eos ab hominibus insectandos, sed vltra homines esse beandos. vnde sequit. Gau. in il. die & exul. ec. &c. Chry. Multū & paucū mensuratur dignitate proferentis. Quæramus igitur quis multā promisit mercedē? si quidē ppheta vel Apostolus velut homo paucum esse multum existimauit, nunc aūt dominus qui possidet perennes thesauros, opes, quæ quemlibet intellectum transcendunt. multā pollicitus est mercedē. Basi. Rursus magnū, aliquando absolutum habet intentionē, sicut magnum est cœlū, & magna est terra, aliquando vero ad aliquid habet relationem, vt magnus equus & bos in cōparatione similium, sic arbitror multam fore mercedem repositam patientibus opprobria propter Christum, non tanquam comparatam ad ea quæ penes non sunt, sed in se multam existētem, & tanquam à Deo donatam. Dama illa etiam quæ mensurari vel numerari possunt, terminatè ingeruntur; quod autem ex quadā excellentia omnem transcedit mēsuram & numerū, indeterminatè dicitur magnum & multum, puta quando dicimus multā

Nominis Iesu iniuria.

esse Dei misericordiā. Eusebius. Deinde muniens Discipulos ad pugnam aduersariorū quam passuri erant p totum orbem prædicantes, subdit, secundū hęc. n. facie. pro. pa. eorum. Amb. Quia prophetas vt Iudęi vsque ad mortē corporis persecuti sunt. Bed Quia vera dicentes solent persecutionem pati, nec tamē ideo prophetæ antiqui timore persecutionis à veritatis prædicatione defecerunt: Euse. Hoc āt dicebat muniens discipulos ad pugnam aduersariorum prędicantes per totum orbē. Amb. In hoc ergo qđ dicit Beati pauperes, habes temperātiam, quę te à peccato abstinet, seculum calcat, illecebrosa non q̄rit. Beati qui esuritis, habes iustitiam. qui enim esurit, esurienti compatitur, compatiendo largitur, largiendo fit iustus, quia iustitia eius manet in ęternum. Beati qui nunc fletis, habes prudētiā cuius est flere quotidiana, & ea q̄ eterna sunt querere. Beati eritis cū vos oderint homines, habes fortitudinē, sed eā quæ non odiū meretur ex crimine, sed persecutionem patitur ex fide. Sic enim ad passionis peruenitur coronam, si gratiam hominum negligas, diuinam sequaris. ergo temperantia cordis habet munditiam, iustitia misericordiam, pacem prudētia, mansuetudinē fortitudo. Connexę sibi sunt & cōcatenatæ virtutes, ut qui vnam habet plures habere uideatur, & sanctis vna cōpetit virtus, sed eius quæ fuerit vberior, vberius est pręmiū. Quanta hospitalitas in Abraham? quāta humilitas? sed quia fide pstitit, fidei p̄ cęteris meruit principatū. ergo unicuiq; plura pręmia, quia plurima incētiua uirtutū, sed quo in aliquo merito copiosus, hoc etiā in pręmio redundantius.

Virtutes connexę.

Verumtamen uę nobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Vę nobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ uobis qui ridetis nunc lugebitis & flebitis. Væ cum benedixerint vobis omnes homines, secūdum hæc enim faciebāt pseudoprophetis patres eorum.

Cyril. Prædicto q̄ paupertas propter Deū causa sit cuiuslibet boni, & q̄ esurire & flere non vacabit mercede sanctorū, trāsfert sermonem ad opposita, & innuit ipse damnationis & supplicij fore materiam, vnde dicitur. Veruntamē uę vobis

diui qui habetis consola. vestram. Cyril. Hæc. n. dictio væ, semper in scripturis dr̄ his qui nō possunt euadere à futuro supplicio. Ambr. Licet aūt pecuniarijs copiis multa sunt lenocinia delictorū, pleraq; tamen sunt incentiua virtutum; quanquā virtus subsidia non requirat, & cōmēdatior sit collatio pauperis, quàm diuitis liberalitas; tñ non eos qui habent diuitias, sed eos qui vti his nesciunt, sententiæ cœlestis auctoritas cōdemnat. Nā vt ille pauper laudabilior est, qui prōpto largit̄ affectu: ita criminosior diues est, qui de eo referre gratiā Deo debuit qđ accepit, nec cēsum ad cōem vsum datū sine vsu abscondere. Non census igit̄ sed affectus in crimine est. Et quanquā nulla pœna grauior sit quàm successorū pro futura cōpendiis anxio timore seruare, tñ quoniā auaritiæ desideria congerendi quadā voluptate pascuntur, qui consolationē vitæ p̄sentis habuerunt, remunerationē perpetuā perdiderunt. Possumus tñ hic diuitē intelligere populū Iudæorū vel hæreticos, vel certe pharisæos q vbertate verborū & quodam ambitiosæ facundiæ patrimonio delectati, simplicitatē veræ fidei supergressi thesauros inutiles cōdiderunt. Sequitur: Vę. vo. qui satu. estis, quia esuri. Bed. Diues ille purpuratus saturabat̄ epulās quotidie splendide, sed dirum vę sustinebat esuriens, qñ de Lazari quē despexerat, digito guttā aquæ quærebat. Basi. Quòd āt necessaria sit abstinentiæ ratio palā est ex eo ꝙ apostolus eam inter fructus spiritus enumerauit. Subiectio n. corporis ꝑ nihil aliud sic obtineī, sicut ꝑ abstinentiā; qua, sicut quodā freno, decet cōpescere iuuentutis feruorem. Est igitur abstinentia interēptio criminis, amotio passionū, vitæ spiritalis initium, obtundens in se illecebrarum aculeū. Ne aūt coincidentia fiat cū inimicis Dei, debet accipi quodlibet cum exigit tēpus, ad ostendendū ꝙ mundis oīa munda. Procedendo quidē ad necessaria vitæ, abstinendo aūt omnino ab his q̄ faciunt ad voluptatē. Attamen nec eandē horā sibi cunctis sancire possibile, nec modum nec mensurā. Sit aūt cōis intentio, non expectare repletionē. Replere nāque uentrē, ipsum quoq; corpus inutile facit ergà proprias operationes, somnolentum & ad nocumenta dispositū. Bed. Aliter: Si beati sunt illi qui iustitiæ semper esuriunt opera, infelices econtra æstimandi, qui sibi in desideriis placētes nullā veri boni famē patiuntur. Sequitur: Vobis qui ridetis &c. Basi. Cùm dñs ridētes nunc arguat, palā est ꝙ nunquam erit fideli tēpus risus; & pręcipuè in tanta multitudine eorū qui in peccato moriuntur, pro quib. oportet lugere. superfluus autē risus est immoderantiæ signū, & effrenis animæ motus. sed vsq; ad vultus iocūditatē exprimere passionē animæ non dedecet. Chry. Dic aūt mihi cur concuteris & defluis, qui debes assistere terribili iudicio, & ponere rationē de oibus hic operatis? Bed. Quia vero ipsa peccati nutrix adulatio, sicut oleū flāmis, sic in culpa ardentibus solita est ministrare fomentum. Subdit: Vę cū bene. uo. &c. Chry. Nō āt contrariū est qđ hic dr̄, ei quod alibi dominus dicit, Luceat lux ve. co. ho Vt scilicet manifestemus bene agere ad gloriam Dei, non ad propriā. Perniciosum. n. quid est inanis gloria & inde sumit ortum iniquitas atq; desperatio, & mater malorū auaritia. ꝙ si viam q̄ris diuertēdi ab hoc; dirigas aspectum semper ad Deū, & esto contentus ea quæ apud eum est gloria. nā si in qualibet facultate doctiores eligere oportet in arbitros, quomodo virtutis experimentum pluribus credis? non autem illi q præ omnibus eam nouit, & dare & coronare potest? à quo si gloriam cupis, vita laudē humanā. De nullo. n. alio magis cōsueuimus admirari, quā de respuēte gloriā, ꝙ si nos, multo magis dñs omnium. Deinde illud consideres, ꝙ hominum gloria celeriter deficit, quia ꝑ cursum tēporis obliuioni traduntur. Sequit̄: Sec. hoc en. fa. &c. Bed. Pseudoprophetæ significantur, eo ꝙ ad captandum vulgi fauorem futura præloqui conentur. Itaq; dñs in monte beatitudines solummodo probosum, in campo uerò ēt væ describit reproborum; quia rudes adhuc auditores necesse est terroribus ad bona compelli, perfectos autem satis est pręmijs inuitari. Ambr. Et attende ꝙ Matthæus pręmiis ad virtutem & fidem populos prouocauit,

Duplex pecunię usus.

Abstinētia quid

Gloriæ despectus mirabilis.

uocauit; hic autem etiam à criminibus atque peccatis futurorum suppliciorum denunciatione deterruit.

Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. Et qui te percutit in maxillam unam, præbe illi & alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omnia autem petenti te, tribue; & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Et prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

Bed. Qui dixerat supra quid ab inimicis pati possent, núc qualiter cum eisdem inimicis agere debeãt ostẽdit, dicens: Sed vob. di. qui aud. Amb. Non ociosè plurimorũ factorum cœlestiũ enumeratione progressus ad hunc locum serius uenit, ut populus diuinis miraculis roboratus ultra legis tramitem uirtutũ vestigijs pgredi doceretur. Deniq; inter tria maxima, spem, fidem, & charitatẽ maior est charitas, q ordinat cũ dicitur; Diligite inimicos vest. Basi. Inimici quidẽ propriũ est obesse & insidiari. Ois igitur q qualitercũq; nocet alicui, dicitur inimicus. Cy. Conueniens ãt erat hmói cõuersatio doctorib[9] sanctis, q prędicaturi erãt ubiq; terrarum salutarẽ sermonẽ, quos si cõtingeret velle recipere de psequẽtibus vindictã, omisissent eos ad cognitionẽ veritatis vocare. Chry. Non ãt dicit, Ne odio habeas: sed, Diligas. neq; simpliciter mãdauit diligere, sed ẽt benefacere. vñ sequitur: Benefa. his q ode. vos. Basi. Verũ quia homo ex corpore cõsistit & aïa; secundum animã quidem bene faciemus huiusmodi arguẽtes & cõmonentes eos & omnino ad conuersionem manu ducentes, secundum corpus autem benefacientes eis in necessarijs victui. Sequitur; Benedicite maledi. vob. Chry. Qui.n. percutiũt proprias animas, digni sunt lachrymis & fletibus, nõ maledictionibus. Nihil.n. detestabilius est aïa maledica, nec immundius lingua quę maledictiones offert. Homo es, aspidum uenena nõ euomas, nec uertaris in beluam. Est tibi datum os non ut mordeas, sed ut aliorum vulnera sanes. inimicos aũt mandauit nobis annumerare gradui amicorũ, nõ quorũcunq;, sed præcipuorum pro

Oris v- sus quis

quibus orare solemus. vnde sequitur: Orate pro per. vos. Pleriq; aũt ecõtra procumbentes, & fronte super terrã percutientes, & manus expandentes, nõ pro suis criminibus orãt Deum; sed aduersus inimicos; quod nihil aliud est, q̃ seipsum transfodere. Cum eũ qui prohibuit contra inimicos orare precaris, vt te maledicentem inimicis exaudiat, qũo possibile est audiri, quãdo prouocas exauditurum verberãdo inimicum corã rege, etsi nõ manibus, verbis tamen? Quid facis homo? stas ut veniam impetres peccatorum, & imples os amaritudine. Mitigationũ est tẽpus, orationis, & gemitus, non furoris. Beda. Sed merito mouetur quęstio qũo in prophetis inueniũtur multæ imprecationes aduersus inimicos? Vbi uidendum est, quia prophetæ per imprecationem quid esset futurũ cecinerũt, nõ optãtis voto, sed spiritu puidẽtis. Cy. Vetus ãt lex mãdabat nõ offendere alios, vel, si prius fuerimus læsi, nõ vltra proportiones lædentiũ iras protẽdere; sed pfectio legis in Christo est, & in suis mandatis. vñ sequitur; Et q te &c. Cy. Nã & medici cũ calce feriuntur ab insanis, tunc maximè miserẽtur eis, & accingunt se ad eorũ remedia. Tu quoq; similẽ habeas cõiecturã erga psequentes. Ipsi nãq; sunt q præcipuè infirmãtur, nec prius desistant[9], quã totã amaritudinẽ euomuerint. tũc vberes gratias agent tibi, & ipse Deus te coronabit, eo quod fratrem tuũ in pessima ægritudine liberasti. Beda. Ferè autẽ cuncti contra hoc mandatum procedimus, & præsertim potentes, vel principes, non solum si passi fuerint contumelias, sed & si præstita eis nõ sit reuerentia, aduersarios reputantes quicunque eos minus reueriti sunt, quã se reputauerint dignos. Est autẽ magna infamia, principis, esse prõtum ad vindictam; nam & qualiter aliũ docebit nil mali pro malo rependere, qui nocẽti retribuere satagit? Cyril. Vult autem dominus insuper esse contemptorem rerũ. vnde sequitur. Et ab eo qui &c. Hæc est.n. uirtus animæ quæ omnino aduersa est à passione cupiditatis diuitiarum. Decet.n. eum qui pius est, & obliuisci malorũ. vt & ea quibus charos amicos iuuamus, persequentibus conferamus. Chrysost. Non

Principiũ uindicatio.

autem

autem dixit. Per humiliter iniuriātis impetum, sed procedas per sapiētiam, & ulterius te disponas ad patiēdū q̄ ille cupiat facere superans insolentiā eius vbertate prudenti, vt habito pudore in excellenti patientia tua descēdat. Sed dicet aliquis: Qūo pōt hoc fieri? Cū videris Deum factum hominem, tot passum pro te, adhuc quæris & dubitas, qūo possibile sit nequitijs ignoscere cōseruorū. Quis tale passus est quale dn̄s tuus dum ligaretur, flagellaretur, sputa perferens, morté patiēs? vn̄ sequitur. Omni aūt pe. te tribue. August. de ser. do. Non dicit oīa petenti, sed vt id des qđ iustè & honestè potes. i. quod nec tibi nec alteri noceat, quantum sciri aut credi ab hoīe pōt, & cui iustè negaueris quod petit iudicanda est iustitia, & aliq̄n melius aliquid tribues, cū petentem iniusta correxeris. Chry. In hoc tn̄ peccamus non modicum, non solū non dando petētibus, sed & eos increpando. Cur inquis non laborat? cur otiosus alitur? Dic mihi, & tu laborando possides? Sed & si laboras, adhoc laboras, vt vituperes alium; propter vnicū panē, & tunicam, appellas cupidum, nihil tribuis. nec cōuitieris. Cur nec tu misereris, & uolentibus dissuades. Si cunctis indifferenter errogauerimus, semper miserebimur. Quia n. Abraham cūctos recipiebat, recepit & Angelos. Nā & si homicida sit & prædo, nonne tibi dignus vr̄ panis habendi? Non igitur simus seueri aliorū cēlores; ne nos quoq; exquisitè iudicemur. Sequit; Et qui au. qu tua. su. ne rep. Chryso. A Deo percimus oīa, quod āt dicimus meum & tuū, nuda tantum sunt verba. si nanq; domum tuā affe ris, emisisti verbum carens subsistētia rei. Nam & aer, & solum, & cementū creatoris sunt. Tu ēt ipse qui domum construxisti, sed & si tuus sit vsus dubitat, nō solū pp morté, sed ēt propter rerum euentus. anima tua non possidetur à te, & quo pacto tuæ reputabūtur opes? vult aūt Deus tua fore, q̄ tibi pro fratribus credita sunt, fient āt tua, si pro alijs dispensaueris. Sin verò affluenter expenderis, q̄ sunt tua, iam facta sunt aliena. Sed pp nefandam opum cupidinem homines in curiis cōrixantur, contra quod Christus ait. Et qui aufert q̄ tua sunt, ne repetas. August. de ser. do. Qđ de veste, domo, fundo, iumento, & generaliter oī pecunia dicit. Nō āt Christianū oportet sic possidere seruum qūo equū, aut argentum, seruus si honestius à te regeretur, quàm ab illo qui eum tibi cupit auferre, nescio vtrū quisquam dicere audeat eū debere cōtemni. Chry. Est aūt insita nobis lex naturalis p quam dinoscimus quid sit virtus & uitium, vnde sequitur: Et put vul. vt fa. &c. Nō ait: Quæcunq; non vultis vt faciant, nec vos faciatis. Cum. n. duæ sint uiæ q̄ ducunt ad uirtutem. s. abstinentia mali, & operatio boni; hanc ponit p istā, & per illam significās, & si quidē dixisset, Vt sitis homines, diligite bestias, esset mandatum difficile, si uero homines diligere iussit ad qđ naturalis monitio est, quam difficultatem res cōtinet, quam leones & lupi seruant, in quibus naturalis cognatio ad amicitiā cogit? Ostendit igitur q̄ Christus nihil statuit nostrā transcendens naturā, sed quod dudum inseruit conscientiæ nostræ, docet vt propria uoluntas pro lege sit tibi, ut si uis bene tibi, benefacias alii; si uis ut alius tui misereatur, proximi miserere.

Abrahæ hospitalitas.

Et si diligitis eos qui nos diligūt, quæ uobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se diligūt. Et si benefeceritis his qui uobis benefaciūt, q̄ uobis est gratia? Siquidē & peccatores hoc faciūt. Et si mutuū dederitis his a q̄bus speratis recipere quæ gratia est uobis? Nā & peccatores peccatoribus fænerātur, ut recipiāt æqualia. Verūtamē diligite inimicos uestros, bene facite, & mutuum date nihil inde sperātes, et erit merces uestra multa, & eritis filij altissimi, qa ip̄se benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est.

Duę uię virtutis.

Chry. Dixerat dn̄s diligendos esse inimicos: ne āt putares hyperbolicè esse dictum, ęstimans solum ad terrorem eis dici; adiicit rationem, dicens; Et si diligitis eos qui uos &c. Plures quidē causę sunt quę dilectiones cōstituunt: dilectio uero spiritalis uniuersas pręcellit. nihil. n. terrenum eam parit, non utilitas, nō beneficium, nō natura, non tempus, sed de cęlo descendit. Quid autem miraris si nō indiget beneficio ut cōsistat, quādo nec ex casu malorū peruertitur? pater quidē pas-

Causę dilectionum uarię.

suis iniurias rumpit fœdus amoris, côiux post iurgia uirū relinquit, filius si longęuū videat patrē, grauatur. At Paulus ibat ad lapidantes, benefacturus eis. Moyses lapidatū à Iudæis, & orat pro eis. Veneremur itaq; spiritales amicitias, quia sunt insolubiles. vnde arguens volentes pigrescere, subdit. Nā & pec.&c.q.d. Quia volo uos his amplius aliquid possidere, nō moneo solū amicos diligere sed ēt inimicos. Benefacientibus ēt benefacere cōmune est omnibus. Ostendit aūt se parum plus petere, quā sit moris peccatorū, qui benefaciūt amicis. vnde sequit; Et si ben. his &c. Beda. Non solum aūt dilectionem vel beneficium peccatorū quasi infructuosam redarguit, sed ēt mutuū. vnde sequit; Et si mut ded. &c. Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur. i. mutuantur, ut recipiant æqualia. Amb. In tres autem partes philosophia sibi videtur diuisisse iustitiā; vnā in Deū, q̄ pietas vocatur, alterā in parētes, vel reliquū genus humanū: tertiam in mortuos, ut his exequiarū iura soluātur. at. dñs legis oraculū ac ꝓphetiæ fastigiū supergressus in eos quoq; q̄ læserunt, pietatis porrexit officiū cū subdit; Verūtñ dil. &c. Chry. In quo plus tibi q̄ illi cōferes: ille.n. diligitur à cōseruo, tu vero efficieris similis Deo. est āt maximæ virtutis, quādo nocere volētes beneficijs cōplectimur. vñ sequitur; Et benefacite. Sicut .n. fornacē succensam aqua ꝓiecta extinguit, sic irā ratio cū lenitate; qđ.n. est aqua igni, hoc est iræ humilitas & māsuetudo. Et sicut non extinguit ignis ꝑ ignē, sic nec ira per iram mitigatur. Greg. Nis. Debet autem homo vitare damnosam sollicitudinem, ne quærat ab inope diuitiarum augmenta, æris, & auri metallorum sterilium exigens fructum. Vnde subdit; Et mut. da. ni inde sperā. &c. Malignum fœnorum excogitationem siquis appellet furtum & homicidium, nō peccabit. Nā quid refert suffosso pariete quemquā erepta possidere, ac fœnorum necessitate possidere illicita? Basil. Talis autem auaritiæ modus tochos merito nūcupatur in græco: à pariendo, propter mali fœcunditatem. Animalia siquidem tractu temporis adolescunt & pariunt, & fœnus statim

Tres partes iustitię.

cum oritur incipit procreare. Animaliū quæ citius pariunt, citius à generatione desistunt, sed nummus auarorū cum tēpore propagatur. aīalia trāsferentia partum ad proprios alumnos, ipsa parere cessant, æs autē auarorum & superuenientia procreat, & præcedentia renouat. Non attentes igitur mortiferā beluā. Quæ nanq; utilitās si caueē hodierna pauperies, quæ iterato irruet augmentata? iā meditare vñ restituas. Vnde intantum multiplicabitur census, ut tuā partim releuet egestatē, partim integret capitale, & insuper pariat fœnus. Sed ais: Qualiter ergo victum acquirā? Labora, serui, tandem mendica. vnūquodque tolerabilius est fœnoris mutuo. Dicis aūt, Quodnam est illud mutum cui spes retributionis non hæret? Considera virtutem sermonis, & miraberis pietatē authoris. Cum daturus es pauperi diuinæ charitatis intuitu, idipsum & mutuū est & donū; donū quidē ob insperatā retributionē, at mutuū ob beneficētiā dñi, qui vice illius restituit. vñ sequit; Et erit merces vestra multa. Nō vis oīpotentē tibi obligari ad restitutionē? an quenquā opulētiū ciuiū si fideiubeat acceptas, Deum āt pro pauperibus fideiubentē repudias? Chry. Attēde mutui naturā mirabilē: alius recipit, & alius obligat se ꝑ debitis, centuplū in ꝑsenti reddēs, in futuro vero uitā æternam. Ambr. Quanta misericordiæ merces, qui filijs diuinæ misericordiæ asciscitur? Sequitur enim. Et eritis filij altissimi. Sequere igitur misericordiam, ut merearis gratiam. late patet benignitas Dei. super ingratos pluit, malis fœcūda nō negat terra prouentu. Sequitur: Quia ipse benignus est sup ingratos & malos. Beda. Vel temporalia bona largiendo, uel cęlestia dona figurali gratia inspirādo. Cyril. Magnum est ergo præconium pietatis, reddit enim hæc uirtus nos Deo conformes, et quasi quędam signa sublimis naturæ nostris imprimit animabus. vnde sequtur: Estote ergo misericor. &c. Athan. Vt scilicet aspiciētes beneficia eius; bona quę faciamus non hominum, sed eius intuitu faciamus, quatenus à Deo, non ab hominibus præmia consequamur.

Nūmus auarorū

Nolite iudicare, & nō iudicabimini. Nolite condem-

condemnare, & non condemnabimini. Dimitte, & dimittemini. Date, & dabitur vobis. Mensurã bonã & cõfertã & coagitatam et superefluẽtem dabunt in sinum vestrum. Eadẽ quippe mẽsura qua mensi fueritis, remetietur vobis.

Ambr. Addidit dñs nõ temerè iudicãdum, ne cuius conscius ipse delecti in alterum cogari ferre sententiam. unde dicit: Noli. iudi. Chry. Nõ iudices praecedentes te. i. qui discipulus es magistrũ, peccator innocentem, quos non oportet increpare, sed monere, & charitatiuè corrigere; nec ẽt iudicandum est in incertis & qualibuscunq;, quæ nec similitudinem habẽt peccati aut quę non sunt grauia, siue prohibita. Cyr. Sedat ergo hic pessimam passionẽ nostram cõscientiarum contemptus principium. quanuis.n. deceat aliquos se circũspicere & secundũ Deum conuersari, hoc nõ faciunt, sed examinant aliena. Et si videant aliquos infirmari, tanquam propriarum passionum obliti faciunt hoc detractionis materiã. Chry. Nec facile reperies quenquã neq; patremfamilias neq; claustralem expertem huius erroris. Sunt ãt & hæ diabolicę tentationis insidiæ. nam qui seuerè discutit aliena, nunq̃ ꝓpriorũ reatum merebitur ueniam. vnde sequitur: Et non iudicabi. Sicut n. pius & mitis reprimit peccatorum timorẽ, sic seuerus & dirus adijcit criminib. ꝓprijs. Gre. Nis. Nõ igitur cum acrimonia præcipitetis in seruos sententiam, ne similia patiamini. uocat.n. iudicium asperiorem damnationẽ. uñ sequitur: Nolite con. & nõ cód. Nõ.n. iudicium cum venia prohibet. Bed. Breui ãt sententia cuncta quę de cõuersando cũ inimicis mandauerat, cõprehendendo cõcludit, di. Dimitt. & di. vo. &c. Vbi dimittere nos iniurias, & dare beneficia iubet, ut & nobis peccata dimittãtur, & uita detur æterna. Cyr. Quòd ãt ampliori manu recõpensationem accipiemus a Deo qui largiflue donat diligentib. eum, ostendit subdens. mensurã bonam & confertam & cogitatam, & superesfluentem dabunt in sinum uestrum. The. q. d. Sicut si farinam sine parcitate mensurare velles, cõferres eam, coagitare & superesfunderes abundè, sic dominus mensuram magnã, & superesfluentem dabit in sinum vestrum.

Error communis notatur.

Aug. de con. euan. Dicit autem, Dabunt, quia per illorum merita quibus uel calicẽ aquæ frigidæ in nomine discipuli dederunt, mercedem cęlestem recipere merebuntur. Sequitur; Eadem quip. &c. Basil. Qua.n. mensura unusquisq; vestrum mensurat in bene operando, aut peccando, eadem uel pręmia vel pœnas feret. Theo. Interrogabit ãt fortassis aliquis subtilius: Si.n. superesfluenter redditur, quo eadem est mensura? Ad quod dicimus ꝙ non dixit, In tanta mensura remetietur uobis, sed in eadem. Qui.n. bene fecit, bene fiet ei, quod est remetiri eadẽ mensura. Sed superesfluentem mẽsuram dicit, quia nulli es bene fiet ei. Sic & in iudicando. Qui enim iudicat, & deinde iudicatur, accipit eandem mensuram. secundum vero ꝙ ad plus diiudicabatur, quia sibi similem iudicauit, secundum hoc superesfluens est mẽsura. Cyril. Hoc ãt soluit Apostolus, di. Qui parce seminat, hoc est modicè & manu tenaci, parcè & metet, hoc est non copiose. & qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus & metet, hoc est copiose. Si quis autem non habet, si non faciat, nõ delinquit. in eo enim quod habet acceptatur, non in eo quo caret.

Subtilior intellect9.

Dicebat ãt illis & similitudinem: Nunquid põt cæcus cęcum ducere? Nonne ambo in foueã cadũt? Non est discipulus super magistrũ. perfectus aũt oĩs erit, si sit sicut magister eius. Quid ãt vides festucã in oculo fratris tui, trabem aũt quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quõ potes dicere fratri tuo. Frater, sine eijciam festucã de oculo tuo. ipse in oculo tuo trabẽ nõ vides? Hypocrita, eijce primũ trabem de oculo tuo, & tūc perspicies, ut educas festucã de oculo fratris tui.

Cyril. Addidit dñs prædictis parabolã valde necessariã. vnde dicitur: Dice. au. il. & simi. Erant.n. eius discipuli futuri mundi doctores, unde docebat eos scire uiam conuersationis honestæ, quasi illustratam mentem habentes diuino fulgore, ne cęci cœcos ducerẽt: & ideo subdit, Nũquid potest cęcus, &c. At sit contingat aliquos hoc attingere, vt ęqualem uirtutem docentium uirtuti possideant, sistant in mensura docentium, & illorum sequantur uestigia, vnde sequitur, Nõ est discipulus super &c. vnde & Paulus dicit: Imitatores

mei

mei estote, sicut & ego Christi. Christo ergo nō iudicāte cur tu iudicas? neque. n. uenit iudicare mundum, sed misereri. The. aliter: Si te alium iudicas, & ipse in eisdē peccas, nonne assimiliaris cęco cęcū ducētis? quō. n. ille a te ducetur ad bonum, cum & tu pecces? Nō est. n. discipulus super magistrū. Si igitur tu peccas qui te magistrū, & doctorem putas, ubi erit qui a te disciplinatur & ducitur? Perfectus. n. erit discipulus, si sit sicut magister eius. Beda. Vel sensus huius sententię pendet ex superioribus, ubi danda eleemosyna, & iniuriæ dimittenda præcipitur. Si te inquit ira cōtra uiolentum, & contra petentem auaritia cœcauerit, nunquid tu mente uitiata, uitium eius curare poteris? Si ēt magister Christus qui quasi Deus potuit suas ulcisci iniurias, maluit persecutores patiēdo reddere mitiores, eandē necesse est ꝙ Discipuli qui puri homines sunt, regulā perfectionis sequātur. Aug. de q. euan. Vel ꝙ dicit, Nunquid pōt cęcus cęcum ducere, ideo subiunxit, ut non sperarēt a Leuitis se accepturos mēsurā illam, de qua dicit. Dabūt in sinum uestrum: qm̄ decimas dabant eis, quos cęcos dixit, quia euangeliū non tenerent; ut illā remunerationem per Discipulos dn̄i potius plebs inciperet iam sperare, quos imitatores suos volens ostēdere addidit; Nō est discipulus super magistrum. The. Inducit āt dominus & aliā parabolam de eodem subdens; Qui āt vides festucam. i. modicum criminis in oculo fratris tui, Trabem āt quæ in oculo tuo est, &c. i. peccatum tuū maximum non cōsideras. Beda. Hoc āt ad superiorē sensum respicit, ubi cœcū a cęco duci, i. peccantē a peccatore castigari nō posse pręmonuit, unde dr̄; Aut quō potes dicere fratri tuo. Frater, sine eijciam, &c. Cyr. q. d. Qui grauib. obnoxias est peccatis quæ trabem uocat, qualiter damnat eum qui pauca uel quandoq; nil mali commisit? hoc. n. festuca significat. The. Cōuenit autem & hoc omnibus, & maximè doctoribus, qui subditorū cum minima peccata puniant, propria impunita relinquūt. propter hoc eos dn̄s hypocritas uocat, qui ex hoc aliorum peccata iudicant, ut iusti uideantur. unde sequitur: Hypocrita, eijce primum &c.

Dux cęcus.

Trabs euangelica.

Cyr. Videlicet teipsum primum mūdum ostendas a magnis peccatis, consequenter consules proximo modica cōtitenti. Basi. Videtur. n. reuera cognitio suijpsius grauissimum omnium. neque. n. solus oculus exteriora uidē super se uisu nō utitur, sed & ipse noster intellectus cum alienum uelociter conspectat peccatum, lentus est erga propriorum perceptionem defectuum.

Non est. n. arbor bona quæ facit fructus malos, neq; arbor mala faciens fructū bonum. Vnaquęq; enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus, neq; de rubo vindemiant uuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur.

Bed. Contra hypocritam, quæ cęperat dn̄s exequī, dicēs; Nō est. n. arbor bo. &c. q. d. Si Veram & non fictam uis habere iustitiam, quæ uerbis ostentas, ēt facto cōpēsa; quia si se bonum fingat hypocrita, nō est bonus qui facit opera mala, & si reprehendat insontem, non ideo malus est qui facit opera bona. Titus. Hoc āt audiēs nō sumas inde tibi fauorē inertię. naturaliter enim arbor mouetur, tu uero libero arbitrio fungeris, & ois arbor sterilis ad aliquid ordinata est, tu uero factus es ad opera uirtutum. Isido. abbas. Non ergo pęnitentiā sed ptinaciam mali excludit. cū. n. mala sit, non pōt fructus bonos producere; in uirtutem uero conuersa, fructificabit. Quod āt est arborib. natura hoc est nobis affectio. & si ergo arbor mala non pōt fructum bonū producere, poterit tn̄. Chr. Quanuis āt fructus causetur ex arbore, facit tn̄ notitiā arboris, eo ꝙ arboris distinctio per fructum apparet; unde sequitur; Vnaquęq; enim arbor &c. Cyr. Sed & uita morū uniuscuiusque erit significatiua; neque enim extrinsecis ornamentis & fictis humilitatibus uera fœlicitatis apprehēdit decor, sed ex his q̄ aliquis operaī; cuius rei exemplum ponens subdit: Neq; enim de spinis colligūt ficus. Amb. In spinis istius mundi ficus illa reperiri nō pōt, quæ fœcundis fructibus melior est, bene spes et resurrectionis aptatur. Vel quia ut legisti; Ficus dederunt grossos suos, ꝙ immaturos & caduc⁹ & inutilis in synago-

Pertinaciæ detestatio.

ga fructus ante præcessit, vel quia immatura nostra uita est in corpore, matura in resurrectione, & ideo procul a nobis debemus seculares sollicitudines abdicare, q̃ mordent animum, mentemq́; adurũt, vt moturos fructus culturæ diligentis possimus adipisci. Hoc ergo ad mundum & resurrectionem, alterum ad aiam & corpus referi, cũ subditur. Neq; de ru. Vel q̃ a nemo peccatis fructũ acquirit aïæ suæ, quæ sicut vua proxima terris corrumpitur, in superioribus maturatur. vel quia nemo pôt dãnationem carnis euadere, nisi quẽ Christus redemerit, qui sicut uua pepẽdit in ligno. Bed. Vel spinas & rubum seculi curas & punctiones puto esse uitiorum, ficus uero & vuam dulcedinem nouæ conuersationis & feruorem dilectionis. non fit de spinis ficus, neq; vua de rubro colligitur, quia mens adhuc ueteris hominis consuetudine depressa simulare pôt, sed fructus noui hominis ferre non potest. Sed sciendũ, q̃ sicut ferax palmes sepi inuolutus recumbit; portansq; fructum spina nõ suum usibus seruat humanis: sic dicta vel acta malorum si q̃n prosunt bonis, nõ hoc ipsi faciunt mali, sed fit de illis Dei consilio. Cyr. Postquam ât ostendit q̃ ex operibus pôt discerni homo bonus & malus, sicut ex fructibus arbor; nunc idem ostẽdit per aliud signum, dicens. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum &c. Bed. Idem est thesaurus cordis q̃d radix est arboris. Qui ergo in corde thesaurum patientię perfectiq; hẽt amoris, optimos fructus effundens diligit inimicũ, & cętera facit quæ supra edocuit; at qui thesaurum nequaquam corde seruat, contraria facit. Basi. Verbi ẽt conditio cor a quo processit manifestat, euidenter ostendens dispositionem præcordiorum nostrorum. vnde sequitur: Ex abun. n. &c. Chry. Naturalis n. consequentia est, vt cũ intus abũdet nequitia, effluant oretenus uerba nequam, vnde cum audieris hominem inhonesta proferentem, nõ tantam in eo putes latere malitiam quanta uerbis exprimitur, sed coniecta fontem riuo esse vberiorẽ. Bed. Per horis ẽt locutionem dominus uniuersa quę dicto, vel facto, vel cogitatu de corde proferimus insinuat. moris

Thesaurus cordis.

Mira verba.

enim est scripturarũ verba p̃ reb. ponere.

Quid autem vocatis me domine, domine; & non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit sermones & facit eos, ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, et posuit fundamentum super petram. Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere; fundata enim erat super petram. Qui autem audit & non facit, similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamẽto, in quã illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

Bed. Ne aliquis sibi frustra blandiretur ex eo quod dictum est, Ex abũdantia cordis os loquitur, quasi uerba solum & non magis opera ueri Christiani quęrãtur. cõsequenter dominus adiũgit. Quid autem vocatis me do. &c. q.d. Quid folia recte confessionis uos germinare iactatis, q̃ nullos operis boni fructus ostenditis? Cyril. Conuenit autem soli supernæ omniũ naturę dominationis & nomen & res. Athana. Nõ est ergo hoc verbum hominis, sed Dei ostendentis proprium ortum à patre: dominus. n. est qui natus est a solo domino, nõ timeas autem dualitatem. nõ. n. secundum naturam separãtur. Cyr. Quę autem sit utilitas in mandatorum obseruatione, quodue damnũ accidere possit ex inobedientia, ostendit subdens; Omnis q uenit ad me &c. Beda. Petra erat Christus qui fodit in altũ, qui præceptis humilitatis terrena omnia de cordibus fidelium eruit, ne propter commodum temporale seruiant Deo. Basi. Ponere autem fundamentum super petram, hoc est inniti fidei Christi, ut immobilis perseueret in aduersis, siue humanitus, siue diuinitus accidat. Beda. Vel fundamentum domus ipsa est intentio bonæ conuersationis, quæ perfectus uerbi auditor in adimplendis Christi mandatis firmiter inserit. Ambr. Vel omnium fundamentum docet esse uirtutum obedientiam cœlestium præceptorum, p quam domus hæc nostra, nõ in profluuio uoluptatum, non nequitiæ spiritalis incursu, nõ imbre mundano, nõ hæreticorum possit nebulosis disputationibus cõmoueri, vnde sequitur: Inundatione autem facta, &c. Beda. Inundatio tribus modis fit, vel

Obediẽtia est summa uirtus.

Vel immundorum spirituum, vel improborũ hominũ, vel ipsa mentis, aut carnis inquietudine, & quantũ proprijs viribus hoies fidunt inclinantur. quantũ vero inuictissimę illi petræ adherēt, ēt labefacti nequeunt. Chr Ostēdit ēt nobis dñs q nullā parit fides vtilitatē, si fœda sit cōuersatio, vñ sequitur; Qui āt audierit, & nō fa. similis &c. Bed. Domus diaboli, mundus qui in maligno positus est, quē sup terrā ędificat, quia obsequentes sibi de cęlis ad terrena detrahit, sine fundamento ędificat, quia omne peccatũ fundamentũ non habet, quia nō ex propria natura subsistit malum quippe sine substantia est, quod tamen quodcunque sit, in boni natura conualescit. Quia vero à fundo dicitur fundamentum, possumus etiam fundamentum profundo positũ, non inconuenienter accipere, sicut qui in puteo mergitur, putei fundo retinetur, sic anima corruēs, quasi in quodā fundi loco consistit, si se in aliqua peccati mensura continet. Sed cũ peccato in quo labitur non potest esse contenta, dum quotidie ad deteriora deijcitur, quasi in puteo in quo cecidit, fundum nō inuenit quo figatur Ingruente autē qualibet tētatione, & vere mali & fictè boni peiores fiunt, donec ad extremum perpetuam labantur in pœnam. vnde sequitur; In quam illisus est, &c. Potest ēt per impetum fluminis extremi iudicij discrimē intelligi, qñ vtraque domo consummata, ibunt impij in supplicium ęternũ, iusti autem in vitam ęternam. Cyril. Vel super terram sine fundamento ędificant, qui super arenam dubietatis, quæ secũdum opinionem est, ponit fundamentũ spiritualis fabricæ, quod paucæ stillæ tentationum dissiparunt. Aug de con. euan. Hunc autē sermonē dñi prolixum sic exorsus est Lucas, sicut & Matthæus: vterq; enim dixit, Beati pauperes. Deinde multa quæ sequũtur in vtriusq; narratione similia sunt, & ad extremũ sermonis ipsa cōclusio prorsus eadē repetitur, scilicet de homine qui ædificat super petram, & super arenam. Posset ergo facillimæ credi eundē Lucas domini interposuisse sermonē, aliquas tamen prætermisisse sententias, quas Mathęus posuit: itē alias posuisse, quas Matthæus non dixit, nisi moueret quòd Matheus in monte dicit habitum sermonem à dño sedente, Lucas autem in loco campestri à dño stante. non tamen istos duos sermones longa temporis distātia separari improbabiliter creditur, q & ante & postea quædam similia, vel eadem ambo narrarunt. quanquam illud possit occurrere, in aliqua excelsiori parte mōtis primo cum solis discipulis fuisse dominum, qñ ex eis illos 12. eligit. deinde cum eis descendisse de monte. s de ipsa montis celsitudine in campestrem. locum. i. in aliqua æqualitatem, quæ in latere mōtis erat, & multas turbas capere poterat, atq; ibi stetisse donec ad eũ tubæ cōgregarentur, ac postea cũ sedisset accessisse propinquius discipulos suos, atq; illis cęterisq; turbis præsentibus, vnum habuisse sermonem.

Mũdus est domus diaboli.

CAPVT VII.

CVM autē implesset oĩa verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaũ. Cēturionis āt cuiusdā. seruus malè habēs, erat moriturus, q̃ illi erat preciosus. Et cũ audisset de Iesu, misit ad eũ seniores Iudæorũ: rogãs eũ ut ueniret, et saluaret seruũ eius. At illi cũ uenissent ad Iesum, rogabāt eũ solicitè dicētes ei; qa dignus, est, ut hoc illi pstes Diligit enim gentē nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset à domo misit ad eum. Centurio amicos, dicens; Domine noli vexari Non enim sum dignus, ut sub tectum meum intres, propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, ut uenirem ad te, sed dic verbo, & sanabitur puer meus: Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade & vadit; & alio ueni, & uenit; et seruo meo fac hoc, & facit Quo audito, Iesus miratus est & conuersus, sequentibus se turbis dixit. Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni. Et reuersi, qui missi fuerant, domum, inuenerunt seruum, qui languerat, sanum.

Titus. Cum perfectioribus documētis suos refecisset discipulos, vadit Capharnaum, ibi prodigiosa operaturus, vnde dicitur; Cum autem implesset &c. August.

de con.euan. Hinc intelligendum est, quia non antequam hæc verba terminauit, intrasset, sed nō esse expressum post quantū temporis interuallum, cum istos sermones terminasset, intrauerit Capharnaum, ipso quippe interuallo leprosus ille mundatus est, quem suo loco Matthæus interponit. Amb. Pulchrè autem vbi præcepta compleuit, forma docetur suorum præceptorum exequi; nam statim Gentilis Centurionis seruus domino curādus offertur. vnde sequitur. Centurionis āt cuiusdā, &c. Quòd moriturū dixerit euangelista non fefellit; moriturus.n. erat nisi fuisset sanatus à Christo. Eus. Strenuus siquidē in bellis erat iste Cēturio, & militib. Romanis pfectus. Quia vero specialis seruiens eius domi languens iacebat considerās quales Saluator erga cæteras virtutes agebat sanādo languidos & iudicās q̄ nō secūdū vires humanas hæc agebant miracula, mittit ad eū, vt ad Deum nō habito respectu ad apparēs organū, quo cū hominibus cōuersabatur. vnde sequit: Et cū audisset de Iesu, &c. Aug. de con. euā. Qūo ergo verū erit q̄ Mat. narrat; Accessit ad eū quidam Centurio, cū ipse nō accesserit? vbi diligēter aduertentes intelligamus Matthęum nō deseruisse vsitatū modū loquendi. Si .n. ipsa peruētio vsitate dr̄ per alios fieri, quāto magis accessus p alios fieri pōt? Nō ergo absurde. Matthæus per alios facto accessu Centurionis ad dominum, compendio dicere voluit ipsum potius accessisse ad Christum, quàm illos per quos verba sua misit. quia quo magis credidit, eo magis accessit. Chry. Qualiter ēt Matthæus dicit q̄ ipse dixit, Non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Lucas autem hic dicit, quoniā rogat, vt veniat? Sed mihi videt̄ q̄ Lucas significat nobis Iudaicas blanditias. Credibile n. est, vt cum vellet abire Centurio, retraheretur à Iudæis blādientibus, & dicentibus, quia nos euntes ducemus eum. vnde & eorum preces adulationibus plenæ sunt. Sequitur.n. At illi cum venissent &c Decebat siquidē ipsos dicere, quoniam ipse volebat venire & supplicare, nos autem detinuimus calamitatem vidētes & cadauer, quod in domo iacebat, aut promere fidei eius immēsitatem; sed nolebant propter inuidiam fidē uiri detegere, ne magnus aliquis esse uideretur cui preces porriguntur. Quod autē Matthæus significat ipsum Israelitam nō esse, Lucas vero dicit, Quoniam ædificauit synagogam non est contrariū. Potuit enim & Iudęus non esse, & synagogā cōstruxisse. Bed. In hoc autem ostendunt, quia sicut nos ecclesiam, sic etiam illi synagoga, non conuentum solummodo fidelium sed etiam locum quo conueniebant sint soliti appellare. Eute. Et senioresquidem Iudæorum. p modicis sumptibus ad opus synagogæ datis gratiam poscunt, sed dn̄s non propter hoc, sed pro maiori, uolens scilicet generare credulitatem in cunctis mortalibus; per suam virtutem seipsum exhibuit. vnde sequitur: Iesus autem ibat cum illis. Ambro. Quod vtique non ideo faciebat, quia absens curare non poterat, sed vt formam tibi daret humilitatis imitandæ; ad reguli filium noluit pergere, ne uideretur magis diuitijs detulisse; hic ipse perrexit, ne videretur in Centurionis famulo conditionem despexisse seruilem. Centurio vero militari tumore deposito reuerentiam sumit, & ad fidem facilis, & ad honorificentiam promptus. vnde sequitur. Et cum iam non lōge esset &c. Nō enim hominis, sed Dei potestate coniecit dari à Christo hominibus sanitatem. Iudæi quidem dignitatem eius prætenderaut; ille vero indignum se asseruit, non solum beneficij, sed etiam susceptionis domini. Nō enim dignus sum, vt sub tectum meum intres. Chryso. Postquam enim liberatus est à Iudęorum tædio, nūc mittit dicens. Ne putes præ tædio me nō venisse, sed indignū reputauit te domi recipere. Ambr. Bene autem Lucas in occursum amicos dicit esse à Centurione transmissos, ne presentia sua & generare domini verecūdiam videretur & officio prouocasse. Vnde sequitur; Propter quod & meipsum nō sum dignus arbitratus, ut veni ad te sed dic tantum ver. & sana. pu. meus. Chrys. Vbi attende Centurionem debitam opinionem habentem de domino; nō enim dixit, Ora; sed tantummodo Iube, dubitans ne se humiliando renueret. Subdit. Nam & ego homo sum &c.

Céturio Romanus.

Cōsensus Euāgelicus.

Bed.

Bed. Hominem se vt potestati vel Tribuni vel Præsidis subditũ dicit, imperare tñ minoribus, vt subaudiatur eũ multo magis qui Deus sit, non per aduentum tantũ corporis, sed p angelorũ ministeria posse implere quod vellet; repellende.n.erant vel infirmitates corporum vel fortitudines contrariæ & verbo dñi, & ministerijs angelorum Chry. Est aũt hic notandum ꝙ hoc uerbum Fac, imperium designat dictum seruo: ob hoc Deus cum hominem vellet creare nõ ait unigenito, Fac hominem, sed faciamus hominem, vt per formam consensus verborũ declaret æquiparentiam. Quia ergo in Christo cõsiderabat excellentiã dominij, ob hoc ait; Dic verbo. nam & ego dico seruo meo &c. Christus aũt non eũ reprehendit, sed eius intentionẽ roborauit. vñ sequitur; Quo audito Iesus miratus est. Beda. Sed quis in illo fecerat ipsam fidẽ, nisi ille qui admirabatur? sed etsi alius eam fecisset, quid miraretur, qui præscius erat? ꝙ ergo miratur dñs, nobis mirandum esse significat: oẽs.n.tales motus cũ de Deo dicũtur, nõ perturbati animi signa sunt, sed docentis magistri. Chry. Vt aũt liqueat tibi ꝙ dñs hoc ideo dixit vt alios instruat. Prudẽter. enim euangelista hoc aperiens, subdit. Amen dico vobis nec in Israel, &c. Ambro Et quidẽ si sic legas; In nullo tantam fidẽ inueni in Israel, simplex intellectus & facilis est: si uero iuxta græcos, nec in Israel tantam fidẽ inueni, fides hõis etiã electoribus, & Deum videntibus anteferetur. Bed. Non aũt de oĩbus retro patriarchis & prophetis, sed de præsentis ęui loquitur hominibus, quibus ideo Cẽturionis fides antefertur, quia illi legis prophetarumq; monitis edocti, hic autem nemine docente sponte credidit. Ambrosi. Probatur autem fides domini, & serui sanitas roboratur. vnde sequitur: Et reuersi qui missi fuerant dominum, inuenerunt seruum, qui languerat, sanum. Potest ergo meritum dñi & famulis suffragari, nõ solũ fidei merito, sed & studio disciplinę. Beda. Plenius autem hæc explicat Matthæus, ꝙ dicente domino Cẽturioni, Vade, sicut credidisti fiat tibi, & sanatus sit puer ex illa hora, Sed beato Lucæ moris est quæ plenè viderit ab aliis euangelistis exposita abbreuiare, vel etiam de industria præterire: quæ uero ab eis omissa vel breuiter cognouerit tacta, dilucidare solertius. Amb. Mysticè autem seruo Centurionis populus nationum, qui mundanæ seruitutis vinculis tenebatur, æger letalibus passionibus beneficio dñi sanãdus exprimitur. Bed. Centurio autem cuius fides Israeli præfertur, electos ex gẽtibus ostendit, qui quasi Cẽturio milite stipati uirtutum spiritualium sunt perfectione sublimes; numerus.n.centenarius qui de lęua transfertur ad dexteram in cœlis uitæ significatione poni consueuit. Tales ergo ꝓ his necesse est domino supplicetur, qui adhuc spiritu seruitutis præmiuntur; nos autem qui de gentibus, credimus, nõ ipsi ad dñm venire possumus, quem in carne videre non ualemus, sed ad eum accedere debemus per fidem. Seniores ãt Iudęorum mittere, hoc est summos ecclesię uiros, qui nos ad dñm precesserũt, suppliciter obsecrando patronos acquirere, qui nobis testimonium reddentes, ꝙ ecclesiã ędificare curemus, pro nostris peccatis intercedant. Pulchrè autem dicitur, qui Iesus non longè erat à domo, quia prope timentes eũ salutare ipsius, & qui naturali lege rectè vtitur, quo bona quę nouit operatur, eo illi qui bonus est appropriat. Ambrosius. Non vult autẽ Iesum vexari Centurio, quia quem Iudęorum populus crucifixit, inuiolatum ab iniuria manere desiderat populus nationum, & quod ad mysteriũ spectat uidit in pectora adhuc Gentilium non esse penetrabilem Christum. Beda Milites autem & serui qui Cẽturioni obediunt, uirtutes sunt naturales, quarum copiam multi ad dominum uenientes deferunt secum. Theop. Vel aliter. Centurio est intellectus qui multorũ in militia princeps existit, dum multas in hac uita res habet. Habet autem seruum infirmum, irrationabilem animę partẽ, irascibilem & concupiscibilem dico. Et mittit ad Iesum mediatores Iudęos, id est confessionis cogitationes & uerba, & confestim suscipit seruum sanum.

Et factũ est, deinceps ibat Iesus in ciuitatem q̃ uocatur Naim, & ibant cũ eo discipuli eius,

Mysterium in uerbo.

Mos Lucę euãg.

Tropologica expositio.

et turba copiosa, Cum āt appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suę, et hęc uidua erat et turba ciuitatis multa cum illa. Quā cum uidisset dñs, misericordia mot⁹ super eam dixit illi. Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi āt qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cępit loqui, & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor: & magnificabāt Deum dicentes. Quia ꝓpheta magnus surrexit in nobis, et quia De⁹ uisitauit plebē suam. Et exijt hic sermo in uniuersam Iudęam de eo, & in omnem circa regionem.

Splendor diuinorum operum

Cyri. Mira dñs miris annectit, & supra quidē accersitus occurrit; hic vero non vocatus, accedit vnde dr: Et factum est deinceps ibat Iesus &c. Beda. Naim est ciuitas Galilææ in secundo milario montis Tabor. diuino āt nutu multa turba dominū comitatur, vt multi essēt tanti miraculi testes. vnde sequitur: Et ibant cū illo discipuli &c. Gre. Nis. Resurrectionis āt experimētū non ita uerbis sicut operib. à saluatore didicimus. qui ab inferiorib. inchoās opus miraculi, fidē nostram assuefacit ad maiora. Primo quidē in ęgritudine desperata serui Cēturionis, resurrectionis incepit potestatē: post hæc altiori potestate ducit homines ad fidē resurrectionis, dū suscitauit filium viduæ, qui ferebat ad monumentum. vnde sequitur. Cum autem appropinquaret, &c. Diceret enim aliquis de puero Centurionis, ꝙ moriturus non erat vt igitur temerariam linguam compesceret, iā defuncto iuueni Christum obuiare fatetur vnico filio viduæ. nam sequtur: Et hæc ui. erat & tur. ci. mul. cum illa Aerumnæ molem breuibus verbis explicuit. Mater vidua erat, & non sperabat vlterius filios procreare, nō habebat in quē aspectum dirigeret vice defuncti; hunc solū lactauerat, sol⁹, aderat alachritatis causa in domo, quicquid matri dulce a preciosum, hic solus extiterat. Cyril. Miserāda passio & ad fletū & ad lachrymas potens prouocare. vnde sequitur: Quā cum ui. do. mis. motus super eam dixit illi; noli flere. Beda. q. d. Desiste quasi mortuum flere, quem mox viuū resurgere videbis Chry. Iubens autem cessare à lachrymis qui cōsolatur mœstos, monet nos præsentibus defunctis cōsolationem recipere, resurrectionē sperantes: tenet āt feretrū uita obuians morti, uñ sequitur: Et accessit &c. Cyril. Ideo āt nō solū uerbo peragit miraculum, sed & feretrū tāgit, ut cognoscas efficax esse sacrū Christi corp⁹ ad humanā salutē. est. n. corpus uitę & caro uerbi oipotentis cuius habet uirtutē sicut. n. ferrum adiunctum igni perficit opus ignis, sic postquam caro unita est uerbo quoq; uiuificat omnia, ipsa quoq; facta est uiuificatiua & mortis expulsiua. Titus. Non autem Saluator similis est Heliæ, deflenti filium Sareptanę; nec qualis Helisens, q proprium corpus applicuit corpori defuncti; nec qualis est Petrus, qui pro Thabita orauit; sed ipse qui non entia uelut entia uocat, qui mortuos, ut uiuos alloqui potest unde sequit: Et ait, adolescēs &c. Gregor. Nisc. Qui dixit adolescentem, florentis significauit temporis horam primam producentem lanuginem, qui paulo ante mulcebris erat maternorum oculorum aspectui, iā aspirans ad tempus sponsalium uirga generis, successionis ramus, baculus senectutis. Titus. Incontanter autem erectus est, cui sunt mandata directa; diuina. n. potestas est irrefragabilis, nulla mora, nulla orationū instantia. unde sequit: Et resedit qui erat mor. & cę. lo. & dedit illum matri suæ. Incidia sunt hæc ueræ resurrectionis; corpus enim exanime. loqui nō potest; nec reportasset mulier ad domum defunctum filium inanimatum. Beda. Pulchrè autem Euangelista dominum prius misericordia motū esse super matre, ac sic filiū resuscitare testatur; ut in uno nobis exemplum imitandæ pietatis ostenderet, in altero fidem mirandę potestatis astrueret. unde sequitur; Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, &c. Cyril. Hoc magnum fuit in populo insensibili & ingrato; post modicum enim nec prophetā, nec ad utilitatem populi procedere ipsum existimauit. Neminem autem habitantium Iudæam hoc miraculum latuit. unde sequitur; Et exiit hic sermo in uniuersam &c. Amb. Idoneum autem est dicere, quòd septem resurrectiones ante dominicam narrantur; quarum prima est fili Sareptanæ, secun-

Corporis Christi sanctitas.

Septem resurrectiones.

secunda filij Sunāmitis, tertia quæ facta est in reliquijs Elisæi, quarta quæ facta est in Naim, quinta filię Archisynagogi, sexta Lazari, septima in Christi passione. nāq; corpora sanctorum surrexerūt, octaua est Christi qui expers mortis remāsit, vlterius in signum quod cōis resurrectio quę futura est in octaua ætate, non tollet morte, sed indissolubilis permanebit. Beda. Defunctus āt, qui extra portam ciuitatis multis est intuētibus elatus, significat hominem letali funere criminum soporatum, & animæ mortem non cordis adhuc cubili tegentem, sed ad multorū notitiam per locutionis operisve indicium, quasi per ciuitatis hostia propalantē. Portam.n. ciuitatis puto aliquem de sensibus esse corporalibus, qui bene filius vnicus matris suæ fuisse perhibetur, qui vna est ex multis personis collecta mater ecclesia; vidua āt esse ecclesiam, omnis anima quæ se domini morte redemptam meminit, agnoscitur. Amb. Hanc enim viduam populorum turba circūspectā plus video esse, quàm fœminam, quæ resurrectionē, vnici adolescentis filij a pompa funeris reuocat ad vitam, suarum contemplatione lachrymarum, quæ flere prohibetur eum cui resurrectio debebatur. Beda. Vel Nouati dogma confunditur, qui dum pœnitentiū mundationem euacuare conatur, matrem ecclesiam de natorum suorū spirituali extinctione plorantē, spe vitæ reddendæ negat consolari debere. Amb Hic āt mortuus in loculo materialibus quatuor ad sepulchrum ferebatur elementis, sed spem resurgendi habebat, quia ferebatur in ligno, quod & si nobis ante non proderat, tamen postea quàm Christus id tetigit proficere cœpit ad vitam, ut esset indicio salutem populo per crucis patibulū refundēdā. In secreto enim iacemus exanimes, cum vel ignis immodicę cupiditatis exęstuat, uel frigidus humor exundat, & pigra quadam corporis habitudine vigor hebetatur animorum Beda. Vel loculus in quo mortuus effertur male secura

Moralitas. desperati corporis conscientia est: qui vero sepeliēdum portant, vel immūda desideria, vel blandimēta sunt sociorum; qui domino loculum tangente steterūt, quia superni formidine iudicij tacta conscientia carnales sæpe voluptates & iniustè laudantes coercens ad se reuertitur. vocantique ad vitam respondet Saluatori. Amb. Si ergo graue peccatum est, qđ pœnitētiæ tuę lachrymis ipse lauare non possis, fleat pro te mater ecclesia assistat & turba iam resurgens a funere, & incipies alia uita loqui, timebunt omnes, vnius.n. exēplo oēs corriguntur. Laudabunt ēt Deum qui tāta nobis remedia vitandæ mortis indulsit. Beda. Visitauit āt Deus plebem suam non solum semel uerbum suum incorporando, sed semper in corda mittēdo. The. Viduam ēt potes intelligere animam virū amittentem, i. diuinū sermonem; filius.n. est intellectus qui extra ciuitatē affertur, uiuentium. Loculus eius est corpus eius, quod quidam dixerunt est sepulchrum. Tangens autem eum dominus eleuat ipsum iuuenescere faciens eum qui surgens a peccato incipit loqui & alios edocere. Non enim prius ei crederetur.

Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de oībus his. Et conuocauit duos de discipulis suis Ioānes, & misit ad Iesum, dicen; Tu es qui uēturus es, an aliū expectamus? Cum āt venissent ad eum viri, dixerūt; Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens. Tu es qui venturus es, an aliū expectamus? In ipsa āt hora multos curauit a languorib. suis & plagis, & spiritibus malis, & cęcis multis donauit visum. Et respondens, dixit illis. Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis. Quia cęci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, & beatus est quicunq; non fuerit scandalizatus in me.

Cyril. Miraculum quod omnes inhabitantes Iudęā & Galilęā sciuerant, referūt S. Baptistę quidem ex eius discipulis. vnde sequitur; Et nunciauerunt Ioanni &c. Beda. Non simplici corde, ut opinor, sed inuidia stimulate. Nā & alibi conquerũtur dicentes. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum: Chry. Tunc autē magis ad eum erigimur, cū incumbit necessitas; & ideo Ioannes detrusus in carcerem, quando magis discipulis eius indigebant Iesu, tunc mittit eos ad Christum, sequitur enim; Et conuocauit duos de discipulis su.

Io. & mi. eos ad Ie. di. Tu es qui venturus &c. Bed. Non ait, Tu es qui venisti, sed tu es qui venturus es. Et est sensus: Manda mihi, quia interficiendus ab Herode & ad inferna descensurus sum, vtrum te & inferis debeam nũciare qui superis nunciaui; an hoc non conueniat filio Dei, & alium ad hæc sacramenta missurus es? Cyr. Sed omnino reprobanda est talis opinio: nunquam. n. reperimus sacram scripturã dicere, ꝙ infernalibus prænũciauerit Baptista Ioãnes Saluatoris aduentum. Illud ẽt verum est dicere, ꝙ non ignorauit Baptista virtutẽ mysterij incarnationis unigeniti, vnde & hoc cum alijs nouerat, ꝙ illuminaturus erat in inferno manentes, cũ pro omnibus gustauerit mortem tam viuis quã mortuis. Sed qm̃ sermo sacrę scripturæ hunc quidem prædixit venturũ tanquam Deum & dominum, alij vero missi sunt sicut famuli ante Christum, ideo omnium Saluator & dñs à prophetis nominabatur, qui venit vel qui uenturus est, secundũ illud. Psal. Benedictus q̃ venit in nomine dñi, & in Abacuc, Post modicũ qui venturus est veniet, & nõ tardabit. Igitur diuinus Baptista quasi nomen accipiens, a sacra scriptura, misit quosdam discipulorum suorum quæsituros an ipse sit qui venit, vel qui venturus est. Ambr. Sed quõ fieri posset, vt de quo dixerat, Ecce q̃ tollit peccata mundi, adhuc eum Dei filium esse non crederet? aut. n. insolentiæ est ei tribuere diuina quæ nescit, aut de Dei filio dubitasse perfidiæ est. Nonnulli aũt de ipso Ioanne intelligunt magnum quidem ita prophetam, ut Christum agnosceret, sed tñ non tanquã dubiũ, sed tãquam piũ uatem, quem venturum crediderat, non credidisse moriturum. Nõ igitur fide, sed pietate dubitauit, sicut & Petrus dicens, propitius tibi esto dñe, non fiet hoc. Cyril. Vel ex dispensatione interrogat; nouerat enim vt ꝑcursor passionis Christi mysterium, sed vt discipulis sui constet quanta sit excellentia Saluatoris, ex proprijs discipulis prudentiores misit, quos pręcepit sciscitari & viua Saluatoris voce conijcere, si ipse est qui expectabatur, vnde subditur: Cum autem venissent ad eum uiri di. Ioannes Bap. mi. nos ad te, dicens. Tu es

Opinio Cyrilli.

&c. Sciens autem ut Deus quo animo misisset eos Ioannes, & causam aduentus eorum, tunc temporis egit vberiora miracula. vnde sequitur: In ip. au. ho. cu. mul. a lã guoribus &c. Non dicit eis expresse. Ego sum, se ducit eos magis ad rei certitudinẽ vt cõgrua ratione sumentes fidem ipsius reuertantur ad eum qui misit eos. vñ non ad verba, sed ad propositum mittentes responsum exhibuit. vnde sequit, & respõ. di. il. Euntes renun. Io. quæ ui. & au. q. d. narrate Ioanni, quæ quidem audistis per prophetas, cõsummari vero vidistis à me. Ea enim tunc agebat quæ prædixerãt prophetę eum facturum, de quibus subditur. Quia cœci vident, claudi &c. Ambr. Plenum sanè testimonium quo dñm propheta cognosceret. de ipso. n. fuerat prophetatum. Quia dñs dat escam esurientib. erigit elisos, soluit cõpeditos, illuminat cœcos, & qui ista facit; regnabit in ęternum. Ergo non humanę ista, sed diuinæ virtutis insignia sunt. Huius ãt euangelij exempla uel rara vel nulla inueniuntur, vnus Thobias oculos recepit, & hæc fuit Angeli non hominis medicina. Helias mortuos suscitauit, ipse tñ rogauit & fleuit, hic iussit. Helisæus leprosum mundari facit, non tñ ibi valuit præcepti auctoritas, sed mysterij figura. The. Sunt ẽt hæc verba Esaiæ dicentis. Deus ipse veniet & saluabit nos, tunc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorũ patebunt, tunc saliet sicut ceruus claudus. Bed. Et quod his non minus est, subditur. Pauperes euangelizantur, pauperes, scilicet spiritu, vel opibꝰ intus illuminantur, vt inter diuites & egenos in prædicatione nulla distantia sit; hoc magistri cõprobauit veritatem quando omnis qui apud eũ saluari potest, æqualis est. Ambr. Sed tamen parua adhuc ista dominicæ testificationis exempla plenitudo fidei, crux domini, obitus sepultura est. vñ addidit: Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Crux enim etiam electis scandalũ posset afferre, sed nullum hoc maius diuinę personæ est testimonium. Nihil enim est quod magis esse ultra humana videatur quàm totũ se vnum obtulisse pro mũdo. Cyril. Vel per hoc volebat ostendere quòd quęcunque versabantur in cordibus

Secretũ verborũ Christi.

Beneficia Dei.

bus eorũ, ab oculis ipsius effugere nequiuerunt; ipsi.n. erant qui scandalizabantur de ipso. Ambr. Mysticè autem in Ioanne supra diximus typum esse legis, quę prænuncia fuit Christi. Mittit ergo Ioãnes discipulos suos ad Christum, vt supplemétum sciétiæ cõsequamur, quia plenitudo legis est Christus. Et fortasse isti discipuli, sunt duo populi, quorum unus ex Iudæis credidit, alter ex Gentibus, qui ideo credidit, quia audiuit. Voluerunt ergo & isti videre, quia beati oculi qui vident. Cum autem venerint ad euangelium, & cognouerint illuminari cœcos, ambulare claudos, tunc dicent: Oculis nostris perspeximus. videmur enim nobis vidisse q̃ legimus, aut fortasse in parte quadam corporis nostri, omnes videmur inuestigasse dominicæ seriem passionis: fidem enim per paucos ad plures peruenit. Lex ergo Christum venturum annunciat, Euangelij scriptura venisse confirmat.

Allegoria pulchra.

Et cũ discessissent nuntij Ioãnis cœpit de Ioãne dicere ad turbas. Quid existis in desertũ uidere? Arundinẽ vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominẽ mollibus uestimentis indutũ? Ecce q in ueste preciosa sunt & delicijs, in domibus regnũ sunt. Sed quid existis uidere? Prophetã? Vtique dico vobis, & plusquam prophetam. Hic est de quo scriptũ est. Ecce mitto Angelum meũ ante faciem tuam, qui pręparabit uiam tuã ante te. Dico.n.nobis, maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptista nemo est. qui autem minor est in regno Dei, maior est illo.

Agni Dei mysterium.

Cyril. Coniecit dñs tanquã hominũ secreta, cognoscẽs aliquos dicturos, si vsque hodie ingnorat Ioãnes Iesum, qualiter eũ ostédebat nobis dicens: Ecce agnus Dei q tollit peccata mundi? vt igit̃ sanaret hanc passioné q̃ eis acciderat, damnũ qđ ex scãdalo ꝓcedebat exclusit. vñ dicitur: Et cũ discessissent nũcij Ioã. cœpit di. de Io. ad turbas. Quid existis in deser. videre? Arundiné véto agitatã? q d. mirati estis de Ioãne Baptista & pluries perrexistis ad eũ, ꝑcurrétes tã lõga deserti itinera: frustra siquidem si sic leuem ipsum existimatis, ut similis sit arundini declinantis quocunq; agitat ventus. Talis.n. esse videtur, si quę cognouit, ex leuitate se ignorare fatetur: Titus. Non autem existis in desertum, vbi nulla iocunditas ciuitatibus omissis, nisi de hoc viro curam gerentes. Gręcus. Hoc autem post recessum discipulorum Ioãnis dominus dixit. Non.n. præsentibus eis ꝑferre volebat Baptistæ præconia, ne blandientis verba esse putarentur Ambrosius. Non ociose autem Ioãnis hic persona laudatur, qui vitæ amore posthabito iustitiæ formam nec mortis terrore mutauit. Deserto enim mũdus hic comparari videtur adhuc sterilis, adhuc incultus, in quem negat nobis dominus ita prodeundũ, ut méte carnis inflatos vacuosq; virtutis internæ viros & fragilis gloriæ seculari sublimitate iactãtes, exemplari quodã, & imagine nobis putemus imitandos, quos procellis huius mundi obnoxios uita mobilis inquietat, iure arundini cõparandos. Gręcus. Est etiam infallibile testimonium uitę Ioannis uestitus cum carcere, in quem detrusus nõ fuisset, si sciuisset fauere principibus. vnde sequitur: Sed quid existis ui. hominẽ mollibus uestimẽtis indu. ec. qui in ue. pre. sunt, & deli. in do. re sunt. Mollibus vestimẽtis indutos, viuentes in delicijs significat. Chry. Mollis aũt uestis dissoluit rigidã animã, & si rigidũ corpus assumat & asperum, facile ꝑ huiusmodi mollitiẽ delicatũ reddit & fragile. Facto vero corpore molliori necesse est & aĩam participare lęsionẽ. Nã ut plurimũ operationes ipsius cõsonãt dispositionibus corporis. Cy Qualiter ergo tãta sedulitas religionis ut carnales passiones subijceret, ad tantam ignorantiam deueniret, nisi ex mentis leuitate, quam nõ asperitates, sed illecebræ mundanæ delectãt? Igitur si velut non colentem deliciosa Ioannem imitamini, date ei robur continentiæ competens; si vero nihil amplius debetur honestæ conuersationi, quid omissa reuerentia delicatorum, incolam deserti, uileq; tegumen & camelorũ uellus miramini? Chrysost. Per vtrunque autem dictorum designat, quòd Ioannes nec naturaliter nec facile mobilis erat, nec vlla voluptate flecteretur. Ambro. Et quanuis plerosque mollioris cura uestis effœminet, tamen alia videtur hic indumenta significare, humana, scilicet corpora, q̃bus anima nostra vestitur. Sunt autem mollia indumenta

Laus Ioannis baptistę.

mẽta delicioſi actus & mores. hi uero quibus fluida delicijs mẽbra ſoluunt regni cęleſtis exortes ſunt, quo rectores mũdi huius atque tenebrarum cęperũt. hi ſunt.n. reges qui dominantur ſuorum operum ęmulos. Cyril. Sed forte inconueniens eſt circa hoc excuſare Ioannem, fatemini.n. eum imutabilem eſſe; vnde ſubdit. Sed q̃d exiſtis videre? prophetam? utique dico vobis pluſquam prophetam. prophetæ nãque prædicabant uenturum, hic autẽ non ſolum uẽturum prædicauit, ſed & pręſentem indicauit, dicens. Ecce agnus Dei.

Ioannes finis prophetarũ.

Ambr. Maior ſanè propheta, in quo finis eſt prophetarum, quia multi cupierunt uidere quem iſte conſpexit, quem iſte baptizauit. Cyr. Cum igitur & a loco & a ueſtibus & ex concurſu hominum morem eius deſcripſerit, introducit prophetæ teſtimonium, dicens. Hic eſt de quo ſcriptũ eſt, ſcilicet in Malachia, Ecce mitto angemeũ. Titus. Angelũ appellat hominẽ, nõ quia natura eſſet Angelus, homo.n. naturaliter erat, ſed q̃a opus Angeli exercebat nunciando Chriſti aduentũ. Græcus. Quòd ãt ſubdit. An. fa. tuã, propinquitatẽ deſignat: apparuit.n. hoĩbus prope Chriſti aduentũ, qua pp̃ & pluſquam prophetam ipſum eſſe exiſtimãdũ eſt. nã & hi q̃ in militijs collaterales ſunt regibus, digniores & familiariores ſunt. Amb. Viam ãt dño nõ ſolũ naſcendi ſecundũ carnẽ ordine fideique nuncio, ſed etiam præcurſu quodam parauit paſſionis. vnde ſequitur; Qui præparabit viam tuam ante te. Ambro. Si autem & Chriſtus propheta, quomodo maior hic omnibus? ſed inter mulieris, nõ virginis natos; maior.n. his fuit. quibus æqualis poterat eſſe forte naſcendi. vnde ſequitur. Dico enim vobis. Maior inter na. mulierum propheta Ioanne Baptiſta non eſt. Chry. Sufficit quidem domini vox præbens teſtimoniũ præeminẽtiæ Ioãnis inter homines, reperiet autem qui vult & rei veritatem cõſonam, ſi mẽſam eius conſiderauerit, ſi vitã, ſi mentis excellentiam. velunt enim qui cœlitus deſcendiſſet, degebat in terra, ferè nullam gerens curam de corpore, intellectualiter erectus in cœlum, & ſoli Deo cõiunctus, de nullo mundanorum ſolicitus, ſermo ſe-uerus & lenis: nam cum populo Iudæorũ viriliter, & feruenter, cum rege audacter, cum proprijs diſcipulis leniter cõferebat; nil fruſtra uel leniter, ſed omnia conuenienter agebat. Iſid. Abbas. Maior etiam inter natos mulierum Ioannes, eo q̃ ab ipſo matris utero prophetauit, & poſitus in tenebris lumen quod iam venerat non ignorauit. Ambroſius. Denique eo uſque cum Dei filio non poterit Ioannis eſſe ulla collatio, ut & infra Angelos æſtimetur. vnde ſequitur. Qui au. mi. eſt in re. Dei, ma. eſt il. Beda. Hæc ſententia duobus modis põt intelligi; aut enim regnũ Dei appellauit quod nõdum accepimus, in quo ſunt Angeli & quilibet in eis minor, maior eſt quolibet iuſto portãte corpus, quod aggrauat animam: aut ſi regnũ Dei intelligi voluit huius temporis eccleſiam, ſeipſum dominus ſignificauit, q̃ naſcendi tempore minor erat Ioanne, maior autẽ diuinitatis auctoritate & poteſtate dominica. proinde ſecundum primã expoſitionem ita diſtinguitur: Qui autem minor eſt in regno Dei, ac deinde ſubinfertur: Maior eſt illo. ſecundum poſteriorem vero ita. Qui autem minor eſt, ac deinde ſubinfertur; In regno Dei maior eſt illo. Chryſo. Vt enim copia laudum Ioannis occaſionem Iudæis non daret præferendi Ioannem Chriſto, hoc ſubdidit. Ne autẽ putes q̃ comparatiue ſe dixerit maiorem Ioanne. Ambroſius. Alia enim eſt iſta natura, nec humanis generationibus cõparanda. Non poteſt enim homini cũ Deo vlla eſſe collatio. Cyril. Myſticè autẽ cum Ioãnis prærogatiuam oſtẽdit inter natos mulierũ, ponit ex oppoſito aliquid maius eo, ſcilicet q̃ per Spiritum ſanctum natus eſt filius Dei. regium enim donum Dei ſpiritus eſt. Quãuis ergo ſecũdum operationẽ & ſanctitatẽ minores ſumus his qui legis myſteriũ ſunt aſſecuti, quos Ioannes ſignificat, tñ maiora per Chriſtum attingimus participes facti diuinæ naturæ.

Expoſitio duplex.

Et omnis populus audiẽs, & publicani iuſtificauerũt Deũ, baptizati baptiſmo Ioãnis. Phariſæi autẽ & legiſperiti conſilium Dei ſpreuerũt in ſemetipſis, nõ baptizati ab eo. Ait autem dñs; Cui ergo ſimiles dicam homines generationis huius; et cui ſimiles ſũt? Similes ſunt pueris

ſeden-

sedentibus in foro, & loquentibus adinuicē, iet dicentibus. Cantauimus uobis tybijs, & nō saltastis, lamentauimus, & non ploraslis. Venit autē Ioannes Baptista, neque manducans panē, neq; bibens uinum, & dicitis. Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis, ecce homo deuorator, & bibens uinum, amicus publicanorum & peccatorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.

Chry. Præmissa cōmendatione Ioānis magnū pharisęorum & legisperitorū ꝓdidit crimen, qui nec post publicanos baptisma ioannis acceperūt. vnde dr̄: Et oīs populus audiens, & publicani &c. Amb. Iustificatur Deus per baptismum, dum se hoīes peccata propria confitendo iustificant: qui.n. peccat & confitetur Deo peccatum, iustificat Deū credens ei uincēti, ab eoq; gratiā sperans. In baptismate igiť iustificatur Deus, in quo est cōfessio & venia peccatorū. Euse. Quia ēt crediderunt, iustificauerūt Deū: apparuit.n. eius iustus in oībus q̄ fecit; pharisæi autē repellendo Ioannē tanquā inobedientes non consonabant prophetæ dicēti: Vt iustificeris in sermonib. tuis. vn̄ sequitur; Pharisæi āt &c. Bed. Hæc verba siue ex persona euangelistæ, siue ex persona Saluatores, vt quibusdā placet, dicta sunt. ꝙ āt dicit, in semetipsis vel cōtra semetipsos, significat, quia qui gratiam Dei respuit, contra semetipsum facit: vel ad semetipsos missum Dei consilium stulti & ingrati uituperantur noluisse recipere. Cōsilium ergo est Dei, ꝙ per passionem & mortē Christi saluare decreuit, quod Pharisæi & legisperiti spreuerunt. Amb. Non condēnamus ergo sicut pharisæi, consilium Dei quod est in Ioannis baptismate, hoc est consilium qđ magni consilii angelus reperit. Ioannis cōsilium nemo cōtemnit, Dei consiliū quis refutet? Cyr. Erat autem quidā modus ludendi talis cōsuetus apud filius Iudęorū, bipartiebatur puerorum caterua qui rerū præsentis vitæ deridentes repentinā trāsmutationē, hi quidē canebāt, hi uero mœrebant, sed nec gaudentibus congaudebāt mœrentes, nec qui gaudebant conformabant se flentibus. deinde arguebant se inuicem improperantes incompassionis malitiam. tale quid passam fuisse Iudæorum plebē vna cum principib. Christus innuebat. vnde ex persona Christi subdiť: Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt? Simi. sunt pue. se. in foro, &c. Bed. Generatio Iudæorū cōparatur pueris, quia doctores olim prophetas habebant, de quibus dr̄; Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Amb. Cantauerunt āt prophetæ spiritualibus modulis publicæ salutis oracula resultantes, fleuerunt threnis flebilibus Iudæorum dura corda mulcentes. Hoc canticum non in foro, non in plateis canebāť, sed in Hierusalē. ipsa est n. dominicum forum, in quo pręceptorum cœlestium iura conduntur. Greg. Nis. Canticum āt & lamentatio nil aliud est, quàm excessus; hoc quidē gaudii, illud uero mœroris. Resonat autē quædam cōsona melodia ex organo musico, secūdum quam dum homo pede & motu consono corporis cōmouetur, intrinsecam dispositionē manifestat, & ideo dicit, Lamentauimus &c Aug. de q. euan. Hæc autem pertinent ad Ioannē & Christum. Quod āt dicit, Lamētauimus, & nō plorastis, ad Ioannē pertinet, cuius abstinētia à cibis & potu luctum pęnitētię significabat. vnde exponendo subdit; Venit. n. Ioannes Baptista, neque manducans panem, neq; bibens vinum, & dicitis; Dęmonium habet. Cyril. Pręsumunt criminari uirum qualibet admiratione dignum. Dęmonium habere dicunt mortificantem legem peccati, quæ latet in mēbris. Augu. de q. euan. Quòd autem dixerat, Cantauimus tybiis, & non saltastis, ad ipsum dominum pertinet, qui utendo cum cęteris cibo & potu, lætitiam regni significabat. vn̄ sequitur: Venit filius hominis mãducans &c. Titus. Noluit. n. Christus abstinere ab hmōi cibis, nec occasionē daret hæreticis, qui dicunt creaturas esse malas, & vituperant carnes & vinum. Cyril. Vbi autē potuerunt ostendere dominum vorarorem? inuenitur. n. Christus ubiq; reprimere immoderantiam, & ad modestiā ducere. Conuersabatur autem cum publicanis & peccatoribus. vnde contra eum dicebāt: Amicus publicanorū & peccatorum, cum tamen nullatenus ipse posset in peccatum incidere, sed contra fiebat eis,

Iustificatio Dei qualis.

Ludus puerorū Hæbreorum.

Temperantia Christi.

causa

causa salutis. non.n.coinquinatur sol radians super totã terram, & frequenter superueniens immundis corporibus; nec sol iustitię lędetur conuersando cum prauis. Nemo autẽ conetur comparare propriã mensurã dignitatibus Christi, sed quilibet propriam fragilitatẽ considerans, uitet consortia talium. praua nanque colloquia, mores corrumpũt bonos. Sequitur. Et iustificata est sapien. ab omni.fi. suis. Amb. Sapientia Dei filius est per naturã, nõ per profectum, quę iustificatur per baptisma, in eo ꝙ non per contumaciam refutat, sed ꝑ iustitiã Dei munus agnoscitur. In eo ergo iustificatio Dei est, si nõ ad indignos & obnoxios, sed ad innocẽtes ꝑ ablutionẽ, sanctos. & iustos uideatur sua munera trãstulisse. Chry. Filios ãt sapiẽtię dicit sapiẽtes. cõsueuit.n. scriptura malos magis ex peccato q̃ ex nomine indicare, bonos ãt filios appellare informantis eos virtutis. Amb. Bene ãt dicit, Ab oibus, q̃ circa oẽs iustitia reseruatur, ut susceptio fiat fidelium, & eiectio perfidorum. Aug. de q. euan. Vel ꝙ dicit, iustificata est sapiẽtia ab omnibus filijs suis, ostendit filios sapientiæ intelligere, nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiã, sed in ęquanimitate tolerandi inopiam. non.n. vsus, sed concupiscentia reprehendẽda est, dũmodo congruas in generibus alimentorum his cum quibus tibi uiuendum est.

Filii sapientiæ qui dicãtur.

Rogabat aũt illum quidam de pharisæis, ut manducaret cũ illo. Et ingressus domũ pharisęi, discubuit. Et ecce mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit ꝙ Iesus accubuit in domo pharisæi, attulit alabastrũ unguẽti, et stãs retro secus pedes eius, lachrymis cępit rigare pedes eius, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Videns ãt pharisęus q̃ uocauerat eũ, ait intra se, dicẽs. Hic si esset propheta sciret utique quæ, & qualis est mulier q̃ tangit eũ, quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illũ. Simon, habeo tibi al. q̃d dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erãt cuidã fœneratori, unus debebat denarios q̃ngẽtos, et alius q̃nquaginta. Nõ habẽtib. illis unde redderent, donauit utrisq;. Quis ergo eũ plus diligit? respõdes Simõ dixit. Aestimo q̃a is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierẽ, dixit Simoni. Vides hãc mulierẽ? Intraui in domum tuã, aquã pedibus meis nõ dedisti, hęc ãt lachrymis rigauit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculũ mihi nõ dedisti, hęc ãt ex quo intrauit, nõ cessauit, osculari pedes meos. Oleo caput meũ nõ unxisti, hæc aũt unguento unxit pedes meos. Propter q̃d dico tibi, remittũtur ei peccata multa, q̃m dilexit multum. Cui ãt minus dimittitur, minus diligit. Dixit aũt ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et cęperunt qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. Vade in pace.

Bed. Quia superius dictum fuerat; Et oĩs populus audiens & publicani iustificauerunt Deũ baptizati baptismate Ioãnis. Idẽ Euangelista q̃ verbis proposuerat, ẽt factus astruit iustificatã, s. sapiẽtiã à iustis: & pœnitentib. dicens: Rogabat ãt illũ &c. Gre. Nis. Hæc conscriptio quendã vtilẽ intellectũ sapit. Sunt .n. pleriq; eorũ qui se iustificant inflata suspicione vani sensus, priusquã veniat verũ iudiciũ, separantes seipsos velut agnus ab hædis, nec tecto nec escis cũ plerisq; communicare volentes, abominantes omnes quicunque non extremum, sed mediũ tenẽt callẽ in vita. Lucas ergo plus medicus animarũ, quàm corporum, ostendit ipsum Deũ & Saluatorem nostrum pijssime alios visitantem. vnde sequit. Et ingres. do. pha. dis. Non vt aliquid de vitijs eius sortiatur, sed vt impartiat de iustitia propria. Cyril. Mulier aũt inhonestæ vitæ, promens autẽ fidelem affectũ venit ad Christum, quasi petentem veniam cõmissorum largiri. Sequitur.n. Et ecce mulierem &c. Beda. Alabastrũ est genus marmoris candidi, varijs coloribus intercincti, quod ad vasa vnguẽtaria cauari solet, eo quod optimè seruare ea incorrupta dicatur. Grego. in ho. Quia.n. hæc mulier turpitudinis suæ maculas aspexit, lauanda ad fontẽ misericordiæ cõcurrit, cõuiuãtes nõ erubuit. nã q̃a semetipsam grauiter erubescebat intus, nihil esse credidit q̃d verecundaretur foris. Discite quo dolore ardet, quæ flere & inter epulas nõ erubescit. Greg. Nise. Indignitatem autẽ suam ostendens stabat post tergum deiectis luminibus & effusa coma pedes amplectens lachrymisq; eos perfundens, rebus tristem animũ ostẽdebat ueniam implorans.

Doctrina salubris.

Magdalenæ humilitas. plorás. Sequitur n. Et stans retro &c. Grego. in ho. Oculis. n. terrena cupierat, sed hos iã p pœnitentiã cõterens flebat, capillos ad cõpositionẽ vultus exhibuerat, sed iã capillis lachrymas tergebat. vñ sequit; Et capillis ca. sui tergebat. ore superba dixerat, sed pedes dñi osculans hoc in Redẽptoris sui vestigia fiebat vñ sequit : Et oscu pe. eius. Vnguentũ sibi pro odore suæ carnis exhibuit. Qđ ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc iã Deo laudabiliter offerebat. vñ sequit Et vnguẽto. vnge. Quot ergo in se habuit oblectaméta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerũ, numerũ criminũ, vt totũ Deo seruiret in patiẽtia, quicquid ex se Deũ contempserat in culpa. Sic igit meretrix effecta est honestior virginib. Postquã. n. accẽsa est pœnitentia, exarsit in Christi amorẽ & hæc quidẽ q̃ dicta sunt agebantur exterius, q̃ vero reuoluebat eius intentio multo feruentiora his erant q̃ solus Deus inspiciebat. Gre. in ho. Hæc ãt pharisæus intuens despicit, & nõ solũ venientẽ peccatricẽ mulierẽ, sed ẽt suscipientem dominum reprehendit; videns autem pharisæ⁹ qui vocauerat eum, ait intra se dicens; Si hic esset propheta, sciret vtiq; quæ & qualis mulier est, quæ tangit eum. Ecce pharisæus veraciter apud se superbus & falaciter iustus ægrum reprehendit de ægritudine, medicum de subuentione; quæ profecto mulier si ad pharisæi pedes venisset, calcib. repulsa discẽderet. Inquinari. n. se alieno peccato crederet, qa hũc vera sua iustitia non replebat. Sic & quidã sacerdotali officio pditi, si qđ fortasse iuste exterius vel tenuiter egerint, protinus subiectos despiciunt, & peccatores quosque in plebe positos dedignant. Necesse est autẽ vt cũ peccatores quosq; cõspicimus, nosmetipsos prius in eorũ calamitate defleamus; quia fortasse in similib. aut lapsi sumus, aut labi possumus. Oportet ãt vt solicitè discernamus; qa districtionẽ debemus vitijs, cõpassionem naturæ. Si. n. feriẽdus est peccator, nutriẽdus est proximus. Cum uero iã per pœnitentiam percutit ipse quod fecit, iã noster ꝓximus peccator nõ est, qa hic in se punit, quod iustitia diuina reprehendit. Inter duos ergo ægros

Distinctio uitiis compassio. naturæ.

medicus aderat, sed vnus in febre sensũ tenebat, alter sensum perdiderat mẽtis. Illa qui flebat quod fecerat, Pharisæus aũt de falsa iustitia elatus, vim suæ valitudinis exaggerabat; Titus. Dñs autem nõ verba eius audiens, sed cogitationes inspiciens, dñm se prophetarũ ostendit. vñ sequitur: Et respõ. Ie. di. ad illũ: Simon ha. ti. ali. dice. Glo. Quod quidẽ dixit, eius cogitationi respõdens, Pharisæus ãt ex verbis dñi attentior est factus. vñ dr̃ At ille ait, Magister dic. Gre. De duob. ãt ei debitoribus paradigma opponitur, quorũ vnus min⁹, alius amplius debet. vnde sequit: Duo debi. erant cuidã feneratori, &c. Titus. q. d. Neq; tu absq; debito es, qđ igit si in paucioribus teneris, nõ superbias, qa tu quoq; venia eges. Vnde de venia subdit, dicens: Nõ habẽti, ãt il. vñ red donauit vtrisque. Glo. Nullus. n. potest p seipsum à debito peccati liberari, nisi diuina gratia veniã cõsequatur. Gre. in ho. Vtrunque autem debito dimisso, quis amplius largitorẽ debiti diligat, pharisæus interrogatur. Sequitur n. Quis ergo plus eum diligit? Quib. verbis protinus ille respõdit. Aestimo qa is cui plus donauit. Qua in re notandum est, ꝙ dum sua sententia pharisæus cõuincitur, quasi freneticus funem portat ex quo ligetur. vnde sequit : At ille di. ei, recte iudicasti. Enumerãtur autem ei bona peccatricis enumerantur & mala falsi iusti. vnde sequitur. Et cõ. ad mu. di. Sim. ui. hanc mu. int. in do. &c. Ambr. q. d. Facilis est vsus aquarũ, nõ est facilis lachrymarũ effusio, tu ꝓmptis nõ es usus, hæc effudit nõ prõpta, lauans lachrymis pedes meos, lauit maculas proprias, tersit comis, vt p eas sibi assumat sacros sudores, & q. b. uenata est ad peccatum iuuentutem, uenatæ est sanctitatem. Chry. Sicut autem ubi uehemens imber prorumpit fit serenitas, sic lachrymis effusis apparet trãquillitas, & perit caligo reatuum, & sicut per aquã & spiritum, sic per lachrymas & cõfessionẽ denuo mundamur. unde sequitur; ꝓpter quod di. ti. remit. ei peccata mul. quoniã dile. multum. Nã qui uehemẽter se ingesserunt malis, rursus & bonis uehementer insistẽt, cõscij ad quot debita se obligauerunt. Grego. Tanto ergo amplius peccati rubigo

Comparatio notanda.

rubigo consumitur, quãto peccatoris cor magno charitatis igne cócrematur. Tit⁹. Cõtingit át sæpius eũ qui multũ peccauit per confessionẽ purgari: pauca vero peccanté ex arrogantia nó venire ad cófessionis remediũ. vñ sequitur; Cui au. dimitt. minus diligit. Chry. Opus est ergo nobis feruenti aia, quia nihil impedit hominẽ fieri magnũ. Nullus ergo constitutorũ in peccatis desperet, nemo virtuosus dormitet, nec hic cõfidat, sępe.n. meretrix pcedet eũ; nec ille diffidat, possibile nanq; est eũ ét primos superare. vnde & hic subdit: Dixit át ad illã, Remittuntur tibi peccata tua. Gre. Ecce q̃ ad medicũ venerat ęgra, sanata est: sed de salute eius adhuc alij egrotant. Sequitur .n. Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se: quis est hic qui etiam peccata dimittit? sed cœlestis medicus ægros nõ respicit, quos ét de medicamento fieri deterioris vidit: eam autem quã sanauerat, per pietatis suæ sententiã confirmat. vnde sequitur: Dixit autẽ ad mulierem, Fides tua te saluam fecit. quia .s. hoc quod petijt, posse se accipere non dubitauit. Theo. Postquam át ei peccata dimisit, non sistit in remissione peccati, sed adijcit operationẽ boni. vñ sequitur. Vade in pace. i. in iustitia; quia iustitia est pax hominis ad Deum, sicut peccatũ est inimicitia inter Deũ & hoiem. q. d. operare omnia quæ ad pacẽ Dei te ducũt. Amb. Hoc át loco plerique pati uidetur scrupulum quæstionis, vtrum videantur euangelistę discordasse de fide. Gre. Quia .n. quatuor euangelistæ dicunt Christum vnctum fuisse vnguẽto à muliere; tres puto fuisse mulieres, ex personarum qualitate, ex modo agendi, ex differentia temporum. Ioannes quidem narrat de maria sorore Lazari, quoniam sex diebus ante pascha vnxit pedes Iesu in ꝓpria domo. At Mat. postquam dñs dixerat; Scitis qa post biduũ fiet pascha, subdit, ꝙ in Bethania in domo Simonis leprosi mulier fudit vnguentũ sup dñi caput non át vnxit pedes vt Maria. Marc⁹ ét Matthæo similiter. Lucas át non circa tẽpus paschę, sed in medio euangelii hoc refert. Chry. autem binas asserit has mulieres fuisse: vnam quidẽ quæ continetur in Ioanne, alteram verò

Opinio Græci.

cuius mentio fit à tribus. Ambr. Hanc ergo mulierem inducit Matthæus supra caput Christi effundentem vnguentum, & ideo noluit dicere peccatricem. Nam peccatrix secundum Lucam supra Christi pedes effudit vnguentum. Põt ergo non eadẽ esse, ne sibi contrariũ euãgelistæ dixisse videãtur, Põt ét quęstio meriti, & temporis diuersitate dissolui: vt adhuc illa peccatrix sit, iã ista perfectior. Au. de con. euang. Eandem.n. Mariam bis hoc fecisse arbitror intelligendum; semel.s. quod Lucas narrauit, cum primò accedens cũ humilitate & lachrymis meruit remissionẽ peccatorum. vnde Ioannes, cùm de Lazaro resuscitando cœpisset loqui, antequã veniret in Bethaniam dicit: Maria autem erat quę vnxit dñm vnguento & tersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Iam itaq; hoc Maria fecerat, Quod autem in Bethania rursum fecit, aliud est quod ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur ab alijs tribus. Greg. in Homil. Mystico autem intellectu pharisæus de falsa iustitia præsumens Iudaicum populum, peccatrix mulier, sed ad vestigia dñi veniẽs, & plorãs, conuersam gentilitatẽ designat Ambro. Vel princeps huius seculi quidam leprosus est, domus aũt Simonis leprosi terra est? ergo dñs ex illis superioribus locis descendit in terram, neq;.n. sanari potuisset hæc mulier quæ speciem habet animæ vel ecclesiæ, nisi Christus venisset in terram. Merito autem speciem accipit peccatricis, quia Christus quoq; formam peccatoris accepit itaq; si constituas animam fideliter appropinquantem Deo nó peccatis turpibus & obscœnis, sed piè seruientẽ Deo verbo, habentẽ immaculatæ fiduciã castitatis, ad ipsum Christi caput ascẽdit, caput autem Christi Deus est, sed qui caput non tenet Xpi, ille pedes teneat. Peccator ad pedes, iustus ad caput, habet tñ etiam ea quæ peccauit vnguentum. Gre. Quid aliud vnguẽto, nisi bonus odor opinionis exprimitur. si igit̃ recta opera agimus quibus opinione boni odoris ecclesiã respergamus, qđ in corpore domini, nisi vnguentũ fundimus? Sed secus pedes mulier stetit, contra pedes .n. domini stetimus

Anagoge pulchra.

mus

mus, cum in peccatis positi eius itinerib. retinebamur. sed si ad ueram pœnitentiã post peccata cõuertimur, iam retrò secus pedes stamus, quia eius vestigia sequimur quem impugnabamus. Amb. Defer & tu post peccata pęnitẽtiam; vbicunq; audieris Christi nomen, accurre. In cuiuscunq; interiorẽ domũ Iesum intrasse cognoueris, & ipse festina. cum repereris sapientiã cum repereris iustitiam in aliquibus penetralibus recumbentem, accurre ad pedes, idest vel extremam partem quære sapientiæ, lachrymis cõfitere peccata. Et fortasse ideo non lauit Christus suos pedes, vt eos lachrymis nos lauemus. Bonæ lachrymæ, quæ non solum possunt lauare delictum, sed ẽt uerbi cęlestis rigare vestigiũ, ut gressus eius nobis exuberent. Bonæ lachrymæ, in quibus non solùm redemptio peccatorum; sed ẽt iustorum refectio est. Grego. Lachrymis.n.domini pedes rigamus, si quibuslibet ultimis mẽbris domini cõpassitionis affectu inclinemur. Capillis pedes dñi tergimus, qñ sanctis eius, q. bus ex charitate compatimur ex his quæ nobis superfluunt miseremur. Ambrosi. Expande ẽt capillos, sterne ante eum oẽs corporis tui dignitates, non mediocres capilli sunt qui possunt pedes tergere Christi. Gre. Osculatur mulier pedes quos tersit, qđ nos quoq; plenè agim⁹ si studiosè diligimus, quos ex largitate cõtinemus. Põt quoq; p pedes ipsum mysteriũ incarnationis eius intelligi, osculamur igit̃ Redemptoris, pedes, cum mysterium incarnationis eius ex toto corde diligimus. Vnguento pedes ungimus, cum ipsam humilitatis eius potentiam sacri eloquij bona opinione p̃dicamus. sed hoc ẽt pharisęus vidit, & inuidit, quia cum Iudaicus populus Gentilitatem Deũ prędicare cõspicit, sua apud se malitia tabescit. sic aũt pharisæus retunditur, ut per eum perfidus ille populus ostendatur, quia videlicet infidelis ille populus, nec ea q̃ extra se erãt, vnquam pro dño tribuit. Cõuersa autem Gentilitas pro eo non solùm rerum substantiã, sed ẽt sanguinem fudit; vnde pharisæo dicit Aquam pedib meis non dedisti, hæc ãt lachrymis rigauit pedes meos. Aqua quippe extra nos est, lachrymarũ

Mystica officia circa Christũ

humor intra nos est. Infidelis & ille populus Deo osculum non dedit, quia ex charitate eum amare noluit, cui ex timore seruiuit: osculũ quippe dilectionis est signũ. vocata autem Gẽtilitas Redemptoris sui vestigia osculari nõ cessat, quia in eius cõtinuo amore suspirat. Amb. Non mediocris ãt hæc meriti est, de qua dicit̃. Ex quo intrauit nõ cessauit osculari pedes meos, ut aliud nisi sapiẽtiã loqui nesciat, nisi iustitiam diligere nisi castitatem libare, nisi pudicitiam osculari. Gre. Pharisæo autem dr̃: Oleo caput meũ non unxisti, quia ipsam quoq; diuinitatis potentiã, in qua se Iudaicus populus credere spopõdit, digna laude pręd icare neglexit. Hęc aũt vnguẽto unxit pedes meos, quia dum incarnationis eius mysterium Gentilitas credidit, summa laude eius ẽt prædicauit. Ambro. Beatus q potest & oleo vngere pedes Christi, sed beatior qui vngit vnguento. multorum.n.florum in vnũ collecta sparsit, & fortasse istud vnguentum nõ posset alius nisi ecclesia sola deferre, quæ diuersi spiraminis innumerabiles hẽt flores, & ideo nemo põt tantum diligere quãtum illa quę in pluribus diligit. In domo autẽ pharisæi, i. in domo legis & prophetæ, nõ pharisæus, sed ecclesia iustificatur. Pharisæus.n.non credidit, ista credebat. lex mysterium non hẽt quo occulta mundantur, & ideo qđ in lege minus est, cõsummatur in euangelio. Duo autem debitores duo populi sunt, fęneratori illi thesauri cœlestis obnoxij. Non materialem ãt fęneratori huic debemus pecuniam, sed meritorum examina, æra uirtutũ, quarũ merita grauitatis pondere, iustitię specie, sono confessionis expenduntur. Nõ mediocris ãt est iste denarius in quo regis imago formatur, væ mihi si non habuero qđ accepi; aut quia difficile quisquam est, qui fęneratori huic debitum integrum possit exoluere, vę mihi si nõ petiero cõcedi mihi debitũ. Sed quis est populus iste qui amplius dẽt, nisi nos quib. amplius creditum est? Illis credita sunt eloqa Dei, nobis creditur uirginis partus Emanuel. i. nobiscũ Deus, dñi crux mors, resurrectio. Itaq; nõ est dubium q̃ plus dẽt, qui plus accipit, secundum homines plus fortasse offendit, qui

Anagogicus sẽsus.

qui plus debuerit. Sed per misericordiam dñi causa mutatur ut amplius diligat qui amplius debuit, si tñ gratiá cõsequatur. Et ideo quoniã nihil est quod dignè Deo referre possimus, væ mihi & si non dilexero. Reddamus ergo amorem pro debito: amplius.n. diligit cui donatur amplius.

CAPVT VIII.

Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates et castella prædicans & euangelizans regnũ Dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erãt curatæ à spiritibus malignis et infirmitatibus, Maria quæ uocatur Magdalenæ, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna, uxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

Hier. Qui cœlitus descendit, ut exemplũ fieret nobis & forma, instruit nos non pigritare in docendo. vnde dicitur: Et factũ est deinceps, & ipse iter faciebat &c. Greg. Naz. Vadit quippe de loco in locũ, non solũ vt plures lucaretur, sed ẽt & multa didicet loca. Dormit. laborat, vt somnum & laborem sanctificet; plorat, ut det precium lachrymis: prædicat cœlestia, vt audientes exaltet. Titus. Qui.n. de cœlo ad terrã descendit, annunciat habitantib. terram regnum cœleste, vt terrã in cœlũ cõuertat. Quis ãt prædicare debebat regnum Dei, nisi filius Dei, cuius est regnũ? venerunt plures prophetæ, non tñ prædicauerunt regnum cęlũ. Nam qualiter eorum quę nõ viderunt sermonẽ prętenderẽt. Isidorus abbas. Hoc at regnum Dei aliquib. vr altius, ꝙ melius regno cœlesti, q. busdam uerò unũ & idem secundũ essentiã, sed diuersimodè nominari aliqñ quidem regnum Dei a regnante, aliquando ãt regnũ cęlorũ a subditis angelis & sanctis, qui cœli dicuntur. Bed. More autem aquilæ prouocantis ad volandum pullos suos, Dominus pedetẽtim discipulos suos ad sublimia erigit. Siquidẽ primò docet ĩ synagog:s & miracula facit; ex his duodecim quos apostolos nominat elegit: postmodum oẽs prædicans secũ ducit. vnde sequitur; Et duodecim cum illo. Non docentes aut prædicantes, sed instruẽdi ab eo. Ne ãt fœmineus sexus prohiberi videretur sequi Christum, subditur; Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ a spiritibus malis & infirmitatib. Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septẽ dæmonia exierãt. Bed. Maria Magdalena ipsa est; cuius tacito nomine proxima lectio pœnitẽtiã narrat. Nã pulchrè euangelista, ubi eã cũ dño iter facere commemorat, noto hanc vocabulo manifestat; ubi verò peccatricẽ sed pœnitentem describit, mulierem generaliter dicit; ne nomen tantæ famę prisci erroris nota fuscaret; de qua demonia septẽ exijsse referũtur Gre. in ho. Quid.n. per septẽ dæmonia, nisi vniuersa uitia intelliguntur? Quia.n. septem diebus oẽ tpš comprehẽditur, rectè septenario numero uniuersitas figuratur. Septem ergo dęmonia Maria habuit; quę uniuersis uitijs plena fuit. Sequitur; Et Ioanna, uxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multę, q̃ ministrabant ei de facultatibus suis. Hiero. contra Vigilantium. Cõsuetudinis Iudaicę fuit, nec ducebatur in culpa more gentis antiquo, ut mulieres de substantia sua uictum atque vestitum præceptorib. darẽt; hoc quia scandalum facere poterat in nationibus, Paulus se abiecisse cõmemorat Ministrabant ãt domino de substantia sua, ut meteret earum carnalia, cuius ipsæ metebant spiritualia. nõ ꝙ indigeret cibis dñs creaturarũ, sed ut typum ostenderet magistrorum, ꝙ uictu atque vestitu de discipulis deberent esse cõtenti. Beda. Interpretatur aũt Maria amarum mare propter pęnitentiæ rugitum. Magdalena turris, uel melius turrensis, à turre de qua dicitur. Factus es spes mea turris fortitudinis a facie inimici. Ioanna dominus gratia eius, vel dominus misericors interpretatur, videlicet quia eius est, omne quod uiuimus. Si autem Maria mũdata a sorde vitiorum ecclesiam de gentibus insinuat, cur non Ioanna eandem designat ecclesiam, quõdam idolorũ cultui subditam. Nã quilibet malignus spiritus dum pro regno diaboli facit, quasi Herodis ꝓcurator existit. Interpretatur Susanna lilium, aut gratia eius propter odoriferum

Regni Dei annuntiatio.

Magdalena nimia.

serum cœlestis vitæ candorem, aureumq; internæ dilectionis ardorem.

Cùm autẽ turba plurima conueniret, & de ciuitatibus pperarent ad eũ, dixit per similitudinẽ; Exijt q seminat, seminare semen suum. Et dũ seminat aliud cecidit secus uiã, & cõculcatum est, & volucres cœli comederũt illud. Et aliud cecidit super petrã, & natum aruit, quia nõ habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter spinas; et simul exortę spinę suffocauerũt illud. Et aliud cecidit in terrã bonã; & ortum, fecit fructũ centuplum. Hæc dicẽs, clamabat: Qui habet aures audiẽdi, audiat. Interrogabant ãt eum discipuli eius q̃ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit, Vobis datum est nosse mysteriũ regni Dei, cæteris ãt in parabolis; ut uidentes non videant, & audiẽtes nõ intelligant. Est autẽ hæc parabola. Semẽ est verbũ Dei. Qui autẽ secus uia, hi sunt q audiunt: deinde venit diabolus, & tollit uerbum de corde eorũ, ne credẽtes salui fiãt. Nã q sup petrã h sunt qui cum audierint, cum gaudio, suscipiunt verbum. Et hi radices nõ habent quia ad tẽpus credunt, & in tẽpore tentationis recedunt. Quod ãt in spinas cecidit hi sunt qui audierũt, & à solicitudinib⁹ et diuitijs et voluptatibus uitæ euntes suffocãtur, & nõ referunt fructum. Quod autẽ in bonam terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes uerbum retinent & fructum afferunt in patientia.

Theo. Quod Dauid in psona Christi pdixerat, aperiã in parabolis os meũ hic dñs implet vñ dicit: Cũ ãt turba plurima cõueniret, et de ciuitatibus pperarẽt ad eũ, dixit p similitudinẽ. Loquitur ãt domin⁹ per similitudinẽ. Primo quidẽ ut attentiores faceret auditores: cõsueuerunt. n. homines in obscuris se exercitare, & sperne re manifesta. deinde ut nõ caperent indigni quæ mysticè dicebãtur. Orig. Et ideo signanter dicitur. Cum turba plurima cõueniret, & de ciuitatibus. &c. Non. n. sunt multi, sed pauci qui per arctam uiam incedunt, & qui inueniũt uiã quæ ducit ad vitam. vñ Matthæus dicit, q extra domum docebat per parabolas, sed intra domum parabolam discipulis exposuit. Euseb. Satis autem congruè Christus primam proponit parabolam multitudini, non solũ tunc astantium, sed etiã futurorum post illos inducentem ad audientiam verborum suorum, cùm dicit. Exijt q se. semi. semen suum. Bed. Satorem istum nullum. melius quàm filium Dei intelligere possumus, qui de sinu patris quo creaturę nõ erat accessus egrediens, ad hoc venit in mũdum ut testimoniũ periberet ueritati. Chry. Exijt autẽ qui vbique est nõ localiter, sed p amictũ carnis nobis appropinquauit. Decenter autẽ aduentum propriũ Christus exitũ nominat; eramus n. exclusi à Deo, et sicuti cõdemnati et rebelles regi eiecti sunt, qui verò reconciliare vult eos, exeundo ad ipsos extra cũ eis loquit. donec dignos iã factos, aspecto regio eos introducat, si etiam Christus fecit Theo. Exijt autem nunc non ut agricolas perderet, aut combureret terrã, sed exijt seminare. sępe n. agricola q seminat ob aliam causam exijt, nõ solum ut seminet. Euse. Exiuerũt ãt nonnulli a patria cœlesti, & ad hoies descenderũt, nõ tñ vt sererẽt, neque. n. satores erant, sed ad ministratorij spiritus in ministeriũ missi Moyses ẽt pphetæ post eũ nõ in seruerũt hoibus mysteria regni cœlorũ, sed retrahẽdo insipiẽtes ab errore nequitiæ, & idolorũ cultu, quasi colebãt animas hominũ, & in noualia redigebãt. Solus ãt omniũ sator verbũ Dei exiuit euãgelizaturus noua, semina, scilicet mysteria regni cœlorum. Theo. Non cessat autem Dei filius semper in nostris animabus seminare, nõ solùm cũ docet, sed etiam cùm creat, in nostris animabus seminat semina bona. Titus. Exijt autem ut seminaret semen suum, nõ autem accipit verbum quasi mutuatum, cũ ipse naturaliter sit verbũ Dei uiui. Nõ est igitur suũ proprium semẽ. Pauli vel Ioãnis, sed habent cùm acceperint. Christus autẽ habet propriũ semẽ, proferens doctrinam ex sua natura. vnde et Iudæi dicebãt, qualiter hic literas nouit quas nõ didicit? Euseb. Docet igitur duos esse gradus eorum qui recipiunt semina primum quidẽ eorum qui digni facti sunt vocatione cœlesti, sed labuntur à gratia pp negligentiã & corporem. secũdum verò multiplicantium semen in bonis fructibus. Ponit autẽ secundũ Matthęum tres differentias in quolibet gradu. Nam qui corrumpunt semen, nõ similem habẽt perditionis modũ & q ab eo fructificant, non æquã. recipiũt copiam

Exitus filij Dei qualis.

Gradus duorum satorum

Theo. His autem qui sunt indigni tantis mysterijs obscurè dicuntur. vnde sequit; Cæteris autem in parabolis: ut uidentes non uideant, & audientes non intelligāt Videre.n.se putant, non uident autem: & audiunt quidem, sed non intelligunt. Huius ergo gratia hoc eis Christus abscondit, ne maius. eis preiudicium generet, si postquam nouerint Christi mysteria, contēpserint. Qui.n. intelligit & postea spernit, grauius punietur. Bed. Recte igitur in parabolis audiunt, qū clausis sensibus cordis non curant cognoscere ueritatem, obliti eius quod dominus dixerat; Qui habet aures audiendi, audiat. Greg. in hom. Dominus autē dignatur est exponere qđ dicebat. ut sciamus rerum significationes quęrere ēt in his quę per semetipsum uoluit explanare. Sequitur.n. Est āt hęc parabola; Semen est verbum Dei. Eusebi. Destructiū āt immissa semina suis animabus tres dicit esse causas. Quidā.n. destruunt in se semē reconditū, dātes leuiter auditū uolētibus fallere, de q̄bus subdit, Quod aūt secus uiā, hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus &c. Beda. Qui.s. verbū qđ audiunt, nulla fide, nullo intellectu nulla saltē tētandæ utilitatis actione pcipere dignātur. Euseb Quidā verò cū in mentis pfundo nō susceperint verbū Dei, facile extinguuntur adueniente aduersitate. de quibus subditur: Nam qui super petrā, hi sunt qui cùm audierint cum gau. sus. uer. & hi radi. nō ha. quia ad tempus cre. & in tempore tentationis recedunt. Cyr. Cùm .n. intrant ecclesiam letanter attentant diuina mysteria, sed ex leui volūtate: ut autem egressi sunt ecclesiam obliuiscuntur sacrarum disciplinarum, & si fides Christiana non fructuet, permanent, turbante vero persecutione, per fugam habent mētem, quia fides eorum caret radice. Gre. in ho. Multi boni operis initia proponet, sed mox ut fatigari aduersitatibus uel tētationibus cœperint, inchoata derelinquunt. Petrosa erga terra humorem non habuit, quę hoc quod germinauerat, ad fructus perseuerantiam non perduxit. Eusebi. Quidam verò suffocant reconditū in eis semen diuitijs & illecebris, quasi quibusdam suffocātibus spinis. de quibus subditur? Quod autē in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt &c. Greg. in ho. Mirū qūo dominus diuitias spinas interpretatus sit, cum illæ pungant istæ delectent, & tū spinæ sunt quia cogitationū suarū punctionibus mentē lacerant, & cùm vsq; ad peccatum pertrahūt, quasi inflicto vulnere cruentant. Duo autem sunt quæ diuitijs iungit, solicitudines, & voluptates, q a per curam mentem opprimunt, & per affluentiam resoluunt. suffocant autem semen, quia importunis cogitationib. guttur mentis strangulant, & dum bonū desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditum uitalis flatus vetant. Euse. Hæc āt ex prouisione à Saluatore prędicta sunt. Sic autem se habere patefacit effectus, nō .n. aliter aliquià verbo diuini cultus deficiunt, nisi secundum aliquem modorum prædictorum ab eo. Chry Et vt plura breuibus comprehendam, hi quidem tanquā negligentes audire, hi tanquam delicati & debiles. hi verò tanquā serui facti voluptatis, & rerum mundi à bono desistūt. Bonus etiam ordo viæ, petræ, & spinarū, opus est primo memorię & cautelæ, dein de fortitudinis, consequenter contemptus præsentium. Consequenter prout bonam terram contrario modo se habentem ad viam, & petrā & spinas, cùm subdit. Qđ autē in bonam terrā, hi sunt qui in corde bono & optimo verbum retinēt, &c. Nā qui secus uiam positi sunt, non retinent verbum, sed rapit eis semen diabolus, qui verò sunt in petra, non sustinent in patientia tentationis insultum propter imbecillitatem. qui verò sunt in spinis, non fructificant, sed suffocantur. Greg. in ho. Terra ergo bona fructum per patientiam reddit, quia nulla sunt bona quæ agimus, si non æquanimiter etiam proximorum mala toleramus, fructum ergo per patientiā reddunt, quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter cum gaudio suscipiuntur.

Fictio prauorum.

Negligētia uerbi Dei.

Nemo āt lucernā accedēs, operit eam uase, aut subtus lectū ponit, sed supra candelabrū ponit, ut intrantes uideant lumen. Non est enim occultum quod nō manifestetur, nec absconditū, quod nōn cognoscatur, & in palā ueniat. Videte ergo qđ audiatis. Qui enim habet, dabitū illi, et quicunque

unque non habet, etiam quod putat sed habere, auferetur ab illo.

Bed. Quia supra dixerat apostolis: Vobis datũ est nosse mysteriũ regni Dei, cęteris autem in parabolis: nunc ostendit ꝑ eos aliqñ ét cœteris idem mysterium esse reuelandum, dicens: Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit, &c. Euseb. qua. di. Si cut lucerna accenditur vt luceat, non vt operiatur sub modio vel lecto; sic etiã secreta regni cęlorum in parabolis edita, q̃uis lateant alienos à fide, non tamé penes omnes manifestũ habebũt sensum, unde subdit: Non.n. est occultum quod nô manifestetur, nec absconditum quod nô cognoscatur, & in palã veniat. quasi di. quãuis plurima in parabolis dicta sint, vt vi détes non videant, & audientes non intelligant, propter sui incredulitatem; totus tamé sermo patebit. Aug. de q. euan. Vel aliter: Totã his verbis typicè docet fiduciã ꝑdicandi, ne quis timore carnaliũ cómodorũ lucé scientię abscódat. uasis.n. & lecti nomine carné, lucernæ auté vocabulo verbũ designat; qđ ob metũ carnalium incommodorũ occultat, q ipsam carné ꝑponit manifestationi veritatis; & ea quasi operit verbũ, q prædicare trepidat. Supra candelabrũ át ponit lucernam, qui corpus suũ ministerio Dei subijcit; ut superior sit ꝑdicatio ueritatis, et inferior seruitus corporis. Ori. Sed & qui vult adaptare lucernam perfectioribus Christi discipulis, persuadebit nobis per ea, quæ dicta sunt de Ioanne, quoniã ipse erat lucerna ardens & lucens. non decet ergo eũ q lucernam rationalem accendit in anima, abscódere eam sub lecto, ubi quis requiescit, nec sub aliquo alio uase; quia qui facit hoc, non prouidet intrantibus domum. quibus lucerna paratur; sed oportet supponere candelabro, id est omni ecclesiæ. Chry. Hoc autem dicés inducit eos ad uitæ diligétiã, docens eos strenuos esse quasi expositos aspectibus omnium, ac pugnãtes in mũdo quasi in theatro. q. d. ne consideretis ꝙ manemus in modica parte mũdi; eritis.n. omnibus noti, quia tantam uirtutem impossibile est latere. Maxi. Vel forsan seipsum appellat dominus lucernã radiantem cunctis habitantibus & domũ id est mundum, cùm sit naturaliter Deus & factus dispésatiue caro, & sic quasi lux ad instar lucernæ retinetur in testa carnis per mediam animam, sicut per lychniũ ignis intesta lucernæ. Vocat autem candelabrum ecclesiã; supra quam verbum diuinum effulgens, quasi quandam domũ illuminat radijs ueritatis. Dixit auté similitudinarie uas aut lectum, corporalé cultum legis, sub quo contineri non vult. Beda. Instanter autem non dominus docet verbo auscultare; ut etiã & nostro illud pectore continuè ruminare, & alieno eructare sufficiamus auditui. vnde sequitur. Videte ergo quid audiatis, Qui.n. habet dabitur illi &c. Quasi dicat, tota intétione verbo quod auditis operã date, quia q amorem habet verbi, dabit illi & sensus intelligédi quod amat, at qui uerbi audiédi amorem nô habet, & si vel naturali ingenio, uel literario se callere putauerit exercitio, nulla sapientiæ dulcedine gaudebit. Sæpe.n. desidiosus ingeniũ accipit, ut de negligentia iustius puniatur. quia quod sine labore esse qui potuit, scire cótẽnit, & nonnunquam studiosus tarditate intelligentiæ præmitur, ut eo maiora præmia retributionis inueniat, quo magis studio inuentionis elaborat.

Venerunt autem ad illum mater et frater eius. & non poterant adire eum præ turba. Et nunciatum est illi, Mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre. Qui respondens, dixit ad illos; Mater mea & fratres mei, hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt.

Titus. Derelictis cognatis carnalibus dñs insistebat doctrinę paternæ. qa verò desiderabãt ꝑ ꝑ absentiã, accedunt ad eũ vñ dicit. Venerunt át ad illũ mater &c. Si audieris de fratribus dñi, adijce pietaté, & intellige gratiã. Nullus.n. secundũ diuinitaté Saluatoris frater est, unigenit⁹.n. est, sed pietatis gratia cómunicauit nobis in carne & sanguine, & factus est frater noster, cùm esse naturaliter Deus. Bed. Fratres autem dñi secundum carnem dicuntur, non filii beatæ Mariæ genitricis Dei secundum Heluidium, nec filij Ioseph de alia uxore secũdũ quosdam putãdi sunt, sed eorum potius intelligendi sunt esse cognati.

Secreta fidei qũo reueléda.

Aurea sententia.

gnati. Titus. Putabant āt fratres eius ꝙ cū eorū audiret pſentiā, dimitteret populū reueritus maternū nomen & fletus amore materno vn̄ ſequitur. Et nunciatū eſt illi, Mater tua &c. Chry. Cōſidera quale erat aſtante ei toto populo, & ab ore eius pēdente iā inchoata doctrina, eū foras extrahere. Ob hoc dn̄s quaſi increpando reſpondit. Sequitur: Qui reſpondēs, dixit ad eos, Mater mea &c. Ambr. Moralis magiſter, quidē cęteris pbet exēplū, pręſcriptu rus cęteris quoniam qui nō reliquerit patrem aut matrem ſuā, nō eſt filio Dei dignus, ſententię huic ipſe primus ſe ſubijcit non ꝙ maternę refutet pietatis obſequia, ipſius enim pręceptum eſt, qui non honorificauerit patrem & matrē, morte moriatur: ſed quia paternis ſe myſterijs amplius q̄ maternis affectibus debere cognoſcit. neq; tamen iniurioſè refutantur parentes, ſed religioſiores copulæ mentiū docentur eſſe quā corpo[illegible]. ergo hic nō vt quidam hęretici tendiculas accupantur, mater negatur, quę etiam de cruce agnoſcitur, ſed neceſſitudini corporali præſcriptorum cęleſtium forma pręfertur. Bed. Hi igitur qui verbum Dei audiunt, & faciunt, mater domini vocantur, eo ꝙ illū quotidie ſuo exemplo vel dicto quaſi parturit in cordibus proximorū, fratres quoque ſunt eius cùm & ipſi faciant voluntatem patris eius qui in cœlis eſt. Chr. Nō autem hoc dicit increpando matrem, ſed eam plurimum adiuuando. Nā ſi erga cęteros ſolicitus erat, vt generaret eis de ſe debitā opinionem, multo magis erga matrem: non autem eleuaſſet eam ad illa faſtigia, ſi ſemp expectaret honorari ab eo tāquam à filio, nō autem eum dominum reputaret. Theo. Quidam verò hoc ſic intelligunt, ꝙ Chriſto docēte quidam inuidentes, ſubſannantes eum ſuper doctrina eius dixerūt Mater tua & fratres tui ſtant foris volentes te videre; tanquam ꝓpter hoc ignobilem eū demonſtrarent. & ideo qui mentem eorū cognouit, ſic eis reſpōdit, quoniam non nocet vilis cōſanguinitas, ſed ſi ignobilis quis exiſtat, audiat autem verbum Dei, ipſum cōſanguineum reputat quia tam audire ſolum neminē ſaluat, ſed magis condemnat, ſubiūgit. Et faciunt Decet.n. audire & facere, verbū āt Dei dicit ſuā doctrinā. quæcunq;.n ipſe dicebat, patris erāt. Amb. Myſticè āt nō debuit foris ſtare, qui Chriſtū q̄rebat. Vn̄ & ille ait. Accedite ad eū, & illuminamini. Si.n. foris ſtant, nec ipſi agnoſcuntur parētes, & pp noſtrū fortaſſe nō agnoſcuntur exemplum, quemadmodum nos nō agnoſcimur ſi foris ſtemus. Illud quoque intelligere non abhorret, quia per figuram parentum demonſtrat Iudæos, ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, eccleſiamq; ſynagogę credidit præferendam. Beda. Intus enim eo docente venientes intrare nequeunt, cuius ſpiritualiter intelligere dicta negligunt, præoccupans autem turba intrauit in domum, quia differente Iudæa gentilitas confluxit ad Chriſtum, foris autem ſtantes volūt Chriſtum videre, qui ſpiritalem in lege ſenſum quærentes ſe ſe ad cuſtodiam literæ foris fixerūt, & quaſi Chriſtum potius ad docenda carnalia cogunt exire, quàm ſe ad diſcenda ſpirituali conſentiunt intrare.

Christ⁹ magiſter moralis.

Sacrum ſecretū.

Factum eſt āt in vna dierum, & ipſe aſcēdit in nauiculam, & diſcipuli eius, & ait ad illos, Trāſfretemus trās ſtagnum, & aſcēdunt. Et nauigantib. illis, obdormiuit: & deſcēdit procella uenti in ſtagnum et cōpellebātur & periclitabātur. Accedentes āt ſuſcitauerunt eum dicentes: Pręceptor, perimus. At ille ſurgens, increpauit uentum, & tēpeſtatem aquę, & ceſſauit, & facta eſt trāquillitas. Dixit autem illis: Vbi eſt fides ueſtra? Qui timentes mirati ſunt adinuicē, dicentes: Quiſputas hic eſt? Quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei.

Cyril. Quia diſcipuli omnes beneficiatos à Chriſto videbant, deſcebāt etiam ipſos ſenſim in beneficijs Chriſti delectari. non enim ſimiliter quis conſiderat, q̄ fiūt in alienis corporibus & in ſuo, & ideo dominus diſcipulos & mari & vētis expoſuit vnde ſequitur. Factum eſt autē in vna dierum, & ipſe aſcendit in nauiculam, & diſcipuli eius, & ait ad illos, Transfretemus trans ſtagnum, & aſcenderunt Chry. Vitans quidem Lucas quæſtionem quæ ſibi fieri poſſit de tenporū ordine, dicit eum in vna dierum intraſſe nauiculam. Cyrillus. Si autem vigilante domino accidiſſet tempeſtas, vel non timuiſſent diſcipuli, vel

vel non exhorruissent, vel nõ credidissent, eũ posse tale aliquid facere. Quapropterq; dormit, prçstans tempus timori. Sequitur enim. Nauigantib. ãt illis, obdormiuit, & descendit procella venti in stagnũ. Amb. Supra habes, quia pernoctabat in oratione; qũo hic in tempestate dormit? sed exprimitur securitas tempestatis, qũo omnibus timentib. solus intrepidus quiescebat sed quiescebat corporis somno, cum intéderet diuinitatis mysterio; nihil.n. sinę verbo fit. Cyr. Cum magna ãt dispẽsatione vřesse peractum, ne mox postquam tẽpestas inuadere cœpit nauiculam, quærerent ab eo suffragiũ. Sed post quam malũ inualuit, vt manifestior fiat diuinæ maiestatis potestas. vnde dr: Et compellebãtur & periclitabantur. Qđ quidem dñs permisit exercitationis gratia, vt cum confessi fuerint periculum, cognoscant miraculi magnitudinem. Vnde postquam magnitudo periculi in intolerabilem metum eos vrgebat, tanquam aliam spem non habentes salutis, nisi solum ipsum dñm virtutũ, eum excitauerunt. Sequitur: Accedentes ãt suscitauerunt eum, dicẽtes; Prçceptor, perimus. Aug. de con. euã. Matthæus quidem dicit; Domine salua nos, perimus. Marcus autẽ, Magister, non ad te attinet, quia perimus? Eadem autem est sententia excitantium dominum, volentiumque saluari. Nec opus est quęrere, qđ horum, potius Christo dictum sit; siue enim aliquid horum trium dixerint, siue alia verba quæ nullus euãgelistarum commemorauit, tantundem autem valentia, quid ad rem interest? quanquam etiam hoc fieri, potuerit, ut pluribus eum excitantib. omnia hæc, aliud autẽ ab alio diceretur. Cyril. Non autẽ erat possibile eos perire existente cum eis omnipotente. vnde illico surgit Christus, qui habet omnium potestatem, & sedat confestim procellam & uentorum impetum & cessauit tẽpestas, & facta est tranquillitas, in quo ostendit se Deũ esse, cui in psalmo dicitur: Tu dominaris potestati maris, motum autẽ fluctuum eius tu mitigas. Bed. Sic igitur in hac nauigatione dominus utramq; vnius eiusdemque personæ naturam ostendit, dum is qui vt homo dormit in naui, furorem maris vt Deus verbo coercet. Cyr. Simul ãt cum tempestate aquarũ soluit tempestatẽ animarũ. vnde sequitur. Dixit aũt illis, Vbi est fides vestra? In quo verbo ostẽdit, ꝙ timorem non facit tentationum inductio, sed imbecillitas mẽtis. Sicut.n. aurum probatur in igne, sic in tentationibus fides. Augu. de con. euang. Hoc ãt ab alijs euangelistis alijs verbis dictum est. Matthæus.n. dicit eũ dixisse, Quid timidi estis modicæ fidei? Marcus aũt ita dicit, Quid timidi estis, necdum habetis fidem? idest, illam perfectam velut granũ sinapis. hoc ergo & ille ait, Modicę fidei. Lucas autẽ: Vbi est fides vestra? Et totum quidem dici potuit, Quid timidi estis? Vbi est fides vestra? Modicæ fidei? vnde aliud hic, aliud ille commemorat. Ambrosius. Peccata igitur tempestate ad imperium Christi, Discipuli stupefacti miraculo susurrabant adinuicem. vnde sequitur: Qui timentes, mirati sunt &c. Non ãt Discipuli, ut ignorantes eum hoc dixerunt adinuicem. Nouerant.n. eum Deum esse & filiũ Dei Iesum: admirantur autem innatæ potestatis abũdantiã & diuinitatis gloriã quamuis similis nobis esse & visibilis secũdum carnem. vnde dicunt, Quis est hic.i. qualis & quantus, & in quanta virtute & maiestate? Imperiosum n. est opus, dominatiuũ prçceptũ, non seruilis petitio. Bed. Vel non Discipuli, sed nautæ, & alij mirãtur qui in naui erant. Allegoricè aũt mare vel stagnum, tenebrosus est & amarus mũdi ęstus. Nauicula arbor crucis, cuius beneficio fideles adiuti emersis mũdi fluctib. obtinent littus patriæ cœlestis. Amb. Itaq; dominus, qui se intelligit pp diuinum in terras mysterium venisse, relictis nauem ascendit parentibus. Bed. Ascẽdũt ãt & Discipuli admoniti cum eo. vñ ipse ait: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Discipulis nauigantibus, idest fidelibus seculum calcantibus, & futuri seculi animo quietem meditantibus, & per sancti spiritus flatum, vel etiam proprij remigij conatum insidos mundi fluctus certatim post terga iactantibus, subitò obdormiuit dominus, idest aduenit tẽpus dominicæ passionis, & descendit

Cõsensus Euãgelicus.

Allegoria pulcherrima.

procella,

procella, quia dño somnum mortis in cruce subeunte; fluctus persecutionũ dæmoniacis flatibus excitati exurgunt; fluctib. ãt non dñi patientia turbatur, sed discipulorũ imbecillitas cõcutitur & trepidat, q suscitarunt dñm, ne eo dormiente pereãt; quia cuius mortem viderant resurrectionem optant; quæ si differetur, ipsi in perpetuum perirent, vñ surgens increpat ventũ quia celeri resurrectione per mortem destruit superbiam diaboli, qui habebat imperium mortis. Tempestaté ãt aquę facit cessare, quia rabiem Iudęorũ morti eius insultantium resurgens labefacit. Ambr. Et aduertas sine tentatione neminé posse ex hoc vitæ curriculo demigrare, q a exercitium fidei tentatio est. Subiecti igitur sumus nequitiæ spiritualis procellis, sed quasi peruigiles nautę gubernatoré excitemus, qui non seruiat, sed imperet vétis, qui & si iam nõ dormiat sui corporis somno, caueamus tñ ne nostri corporis somno, nobis dormiat, & quiescat. Bene ãt arguũtur, qui præsente Christo timebant, cùm vtiq; ibi aderat, qui perire non posset. Beda. Cui simile est, qp post mortem Discipulis apparés, exprobrauit incredulitaté eorum, & sic timidis gurgitibus sedatis, patefecit cũctis potentiam suæ diuinitatis.

Et nauigauerunt ad regionem Gerazenorũ, quę est contra Galilæam. Et cum de naui egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dęmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neq; in domo manebat, sed in monumentis. Is vt vidit Iesum, procidit ante illum, & exclamãs voce magna, dixit; Quid mihi et tibi est Iesu fili Dei altissimi? Obsecro te ne me torqueas. Pręcipiebat.n. spiritui immundo, vt exiret ab homine. Multis.n. temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, et compedibus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserto. Interrogauit ãt illum Iesus, dicens; Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio; quia intrauerant dęmonia multa in eum: Et rogauerunt illum ne imperaret illis, vt in abyssum irent. Erat ãt ibi grex porcorum multorum pascentium in monte, & rogabant eũ vt permitteret eis his in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos, & impetu abijt grex per præceps in stagnũ, et suffocatus est. Quod vt viderunt factum qui pascebãt, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in villas. Exierũt ãt videre quod factum est, & venerunt ad Iesum, & inuenerũt hominem sedentem a quo dęmonia exierant, vestitum ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nunciauerunt ãt illis & qui viderant, quõ sanus factus esset à legione. Et rogauerunt illum oẽs multitudo regionis Gerazenorum, vt discederet ab ipsis; quia magno timore tenebãtur. Ipse autem ascendens, nauim, reuersus est. Et rogauit illũ vir a quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit ãt eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abijt per vniuersam ciuitatem, prędicans quanta illi fecisset Iesus.

Chry. Saluator nauigando vnà cũ Discipulis ad portũ peruenit. vnde dr̃, Et nauig. ad re. Gera. quę est contra Galilęam. Titus. Veraciora exemplaria nec Gerazenorum habent, nec Gadarorum, sed Gergexinorũ; est.n. Gadara ciuitas in Iudæa, stagnum ãt vel mare nullatenus inuenitũ in ea, sed Geraza ciuitas Arabiæ est, nec stagnum, nec mare iuxta habens. Est aũt Gergeza, a qua Gergezeni vrbs antiqua iuxta Tyberiacũ stagnum, circa quã est rupes stagno vicina, in quod ostéditur deiectos fuisse porcos a dęmonibus. quia tñ Geraza & Gadara confinium habent cum terra Gergezinorum; verisimile est inde ad horum terram porcos fuisse adductos. Bed. Geraza.n. vrbs est insignis Arabiæ trans Iordané, iuncta monti Galaad, quam tenuit tribus. Manasse, non longè a stagno Tyberiadis, in quo porci præcipitati sunt. Chr. Cùm ãt dñs descendisset à mari, occurrit ei aliud terribilius miraculum; nã dæmoniacus tanquam seruus videns dominum, seruitutem confitetur, vnde sequitur; Et cũ de naui egressus esset ad terram, occur. ei vir quidam &c. Aug. de concor. euan. Quòd Matthæus duos dicit fuisse dæmoniacos, Marcus & Lucas autem vnum commemorant, intelligas vnum eorũ fuisse personæ alicuius clarioris & formosioris, qué regio illa maximè dolebat, & pro cuius salute plurimum satagebat. Hoc volentes significare duo euãgelistæ, solum commemorãdum iudicauerunt; de quo facti huius fama latius pręclariusq; fragrauerat Chrys. Vel Lu-

Exemplarum varietas.

eas elegit ex illis duobus eum qui sæuior erat, vnde flebilius narrat ei⁹ infortuniū, cum subdit: Et vestimento non induebaī, neq; in do.ma.sed in mo. Visitant autem dęmones mortuorum sepulchra, volētes imbuere homines periculosa doctrina, q̄ scilicet mortuorū animæ dæmones fiunt. Cyr. Quòd āt nudus petebat defunctorū sepulchra, dæmoniacæ ferocitatis erat indicium. Permittit autem quosdam dispēsatiuè Deus subesse dæmonibus, vt nos p̄pendamus per eos quales sunt dęmones erga nos, vt renuam⁹ eis subijci velle, & sic vno patiente ædificentur complures. Chr. Quia verò hominem eum populi fatebātur, accesserunt dæmones diuinitatem p̄dicantes ipsius, quam ēt mare sua tranq̄llitate clamauerat. vnde sequitur: Is vt vidit Iesum procidit ante il. & excla. voce ma. & dixit. Cyr. Attendas hic timorem annexum audaciæ, & desperationi multę: signum.n. diabolicę desperationis est, in audendo dicere; Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? Timoris verò cum precatur. Obsecro te ne me torqueas. Sed si nosti eum esse filium Dei altissimi, fateris eū Deum cœli & terrę, & eorum quæ continentur in eis Qualiter igitur nō tua, imo sua vsurpas, & dicis: Quid mihi & tibi? Quis autem principum terrenorū omnino sustinebit a Barbaris, lacessiri suo subiectos imperio? vñ sequitur; Præcip.n. spi. immun. vt exi. ab hoīe. Et necessitatē, pręcepti ostendit subdens; Multis.n. ten. at ri. &c. Chr. Vnde quia nemo audebat demoniacum tenere, ipse Christus ad eū vadit alloquens ipsum. Sequitur: Interroga. au. il. Ie. di. Quod ti. no. est? Non veluti inscius nomen inquirit, sed vt confessa peste quam tolerabat, uirtus curantis gratior remicaret. Bed. Sed & nostri temporis sacerdotes, qui per exorcismi gratiam dæmones eijcere norunt, solent dicere, patientes nō aliter valere curari, nisi oē quod ab immundis spiritibus vigilantes dormientesve pertulerint confitendo patenter exponant: & maximè qn̄ corporis humani concubitū petere se ac patrare configunt. vñ & hic confessio subditur. At ille dixit, Legio, quia intra. dæ. mul. in eum. Greg. Nise. Imitantes quidem dęmones supernas militias & legiones angelicas dicunt se legionem sicut & eorum princeps dicit se positurū thronum super astra, ut fiat altissimo similis. Chr. Postquā āt Dñs super uenerat dæmonibus creaturam Dei p̄turbantibus putabant eum p̄p excessum eorum quæ fiebant non expectare tēpus supplicij, & quia culpam diffiteri non poterant, instant ne citò sustineant pœnā. vñ sequitur; Et rog. il. vt in abys. irēt. Theo. Qđ quidem postulant Dæmones volentes adhuc cū hōibus conuersari. Chry. Hoc āt palam est, q̄ æmulę cateruæ maiestatis diuinæ, ineffabili potentia Saluatoris detrudebant ad inferna. Maxi. Statuit autem Deus vnicuique materiei peccatorum cōsonā pœnam. gehennā ignis p̄p carnis incendium, stridorem dentium p̄p risum lasciuum, intolerabilem sitim p̄p uoluntatem & crapulā, peruigilē uermem p̄p obliquū & malignū cor, caliginē perpetuam p̄p ignorātiā & fallaciam, lymbū abyssi p̄p superbiam, vnde dæmonib. tanquā superbis abyssus delegatur. Sequitur: Erat āt ibi grex. &c. Aug. de cō. euan. Quòd Marcus dixit circa montem fuisse gregem porcorum Lucas āt in monte, non repugnat, grex.n. porcorum tam magnus fuit, ut aliquid eius esset in monte aliquid circa montem. erant enim duo milia porcorum, sicut Marcus expressit. Amb. Dæmones āt cœlestis luminis claritatē sustinere nō poterāt, ut qui oculos dolēt radios solis ferre nō possūt. Cyr. Et ideo turba immūdorū spirituū petit mitti in conformē sibi gregē immūdorū porcorū. Et sequiī, Et roga. eum ut p̄mitte eos in il. ingredi. Atha. in uita Ant. Quòd si super porcos potestatē nō habēt, multo magis nullam habēt dęmones cōtra homines factos ad imaginē Dei. oportet ergo Deū solū timere, contēnere āt illos. Cyril. Dñs aūt concessit eis potestatem, ut hoc inter cætera fiat nobis causa salutis, & roboris spes. Sequitur. Et permisit illo. Considerare ergo oportet, q̄ dæmones praui sunt, & hostiles his q̄ eis sunt subditi, & pōt patere ex eo q̄ præcipitauerunt & suffocauerunt in aquis. uñ sequitur: Exierunt ergo dęmo. ab. &c. Et ideo cōcessit eis Christus petētibus, ut euētu appareat quā sint crudeles.

Notula pulchra

Erat

Erat etiam necessarium ostendere, filium Dei prouidentiam rerum habere non mi nuns quã pater, ut æqualitatis decor in utroque appareat. Titus. Fugam autem pastores arripiunt, ne cũ porcis perierent. unde sequitur: Quod ut uide. fa. q pasce. fu. et nũcia. in ciui. et in uil. et huiusmodi terrorem ciuibus intulerunt. Duxit ãt eos ad Saluatorem damni necessitas. Sequitur: Exie. auté uide. quod factum est, & uenerunt ad Iesum. Vbi cõsidera ꝙ dum Deus hominibus punit in rebus, confert beneficiũ animabus. Cum ãt profecti essent, viderũt sanum eum qui iugiter uexabatur. Sequitur; Et inue. homi. fé. à quo dęmo. exi. uestitum, (qui antea continuò nudus erat) ac sana mente ad pedes eius. Non. n. discedit à pedibus, à quibus est nactus salutem & sic agnoscentes signum, mirati sunt passionis remedium, & obstupuerũt in facto. Sequitur; Et timuerunt. Hoc ãt factum partim visu cõperiunt, partim uerbis audiuerant. Sequitur. Nũciauerunt ãt illis q uiderãt quõ sanus factus est à legione. Oportebat ãt eos supplicare dño ne inde recederet, sed custos esset regionis, ne dæmones haberét accessum ad eos; sed ꝑ timore propriã salutẽ amiserũt, rogãtes Saluatorẽ recedere, Sequit; Et roga. il. om. multit. regionis Gerazenorũ, ut descederet, ab ipsis, q a timore magno tenebãtur. The. Timebãt. n. ne iterũ damnũ aliquod paterétur, sicut passi fuerãt in submersione porcorum. Chry. Attendas aũt Christi humilitatem; postquam. n. collocatis à se talib. beneficijs emittebãt eum, non obstat, sed discedit; eos qui seipsos indignos sua doctrina promulgauerãt relinquens. Sequitur; Ipse autem ascendẽs nauim, reuersus est. Titus. Sed eo discedente, ille qui passus fuerat, à Saluatore nõ discedit. Sequitur; Et rogabat illum à quo dæmonia exierant, ut cum eo esset. Theo. Nam sicut expertus timebat, ne fortè elongatus à Iesu rursus dęmonibus esset paratus: dominus autem ostendit ei, ꝙ quamuis non sit cum eo præsentialiter, tamen potest eum gratia sua protegere. Sequitur. n. Dimisit autem eum Iesus, dicens. Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Nõ autem dixit. Quanta tibi feci ego, formã prębens humilitatis, ut rectitudines nostras referamus in Deum. Titus. Nec tamen præuaricatur in lege ueritatis, quicquid n. filius operatur, pater operatur. Cur autem qui ubique omnes liberatos monebat nulli dicere, huic liberato à legione dicit, Narra quanta tibi fecit Deus? quia. s. tota regio illa Deum ignorabat irretita cultibus dæmonũ. Vel uerius, quãdoquidé ad patrem retorquet miraculũ dicit. Narra. cũ uero loquitur de seipso, monet nulli dicere. Ille autem qui liberatus est à dæmonibus, nouerat Deum esse Iesum, & ideo prędicauit quanta fecit illi Iesus. Sequitur. n. Et abijt per uniuersam ciuitatem &c Chry. Et sic illos qui se indignos sua doctrina promulgauerant derelinquens statuit eis eũ in magistrum, qui fuerat à dęmonibus liberatus. Beda. Mysticè ãt Gerasa significat nationé gentiũ, quas post passionẽ & resurrectionem suã dñs per prędicatores uisitauit. vñ Gerasa vel Gergesi, ut q dam legũt, interpretatur colonũ eijciẽs, id est diabolũ, à quo prius incolebaẽ, vel aduena propinquãs, q prius longe erat. Ambro. Licet autem discordet numerus curatorum à Christo secundum Lucam & Matthæum, tamen cõcordat mysterium. Vt. n iste qui habebat dæmonium populi Gẽtilis est figura, duo quoque illi similiter figuram populi Gentilis accipiunt, quoniam cum tres filios Noe generauerit, Sem, Cham, & Iaphet. Sem tãtũmodo familia in possessionem accita est Dei, & ex duobus illis diuersarum nationũ populi pullularunt, qui multis inquit tem poribus habebat dæmonium, ut pote, qui à diluuio usque ad aduentum domini uexabantur Nudus autẽ erat, quia tegumẽtũ naturæ suæ & uirtutis amisit. Aug. de quæst. euange. In domo non habitabat, hoc est in conscientia sua non requiescebat. In monumentis manebat, id est in mortuis operibus, hoc est peccatis delectabatur. Ambro Vel quid sunt corpora perfidorum, nisi quædam sepulchra in quibus Dei uerba non habitant? Augustin. de quæst. euange. Quòd autem compedibus ferreis & cathenis ligabantur, significat graues & duras leges Gentiũ, quibus etiam in eorum republica peccata

Punitio diuina.

Sensus misticus

rata cohibentur. ꝙ autem vinculis talibus diruptis agebatur à dæmonibus in desertum, significat ꝙ ét ipsis transgressus legibus ad ea scelera cupiditate ducebatur, quę iam vulgarem consuetudinem excederent: ꝙ vero in eo legio dęmonũ erat, significatę sunt gentes, quæ multis dæmonibus seruiebant: quod in porcos pascẽtes in montibus dæmonia ire concessa sunt, significat ét immundos & superbos hoĩes, quibus dæmonia dominantur ꝑ ꝑ idolorũ cultus. Amb. Porci.n.hi sunt, qui immundorum usu animaliũ uocis & rationis expertes, lutulentis vitæ suæ actibus naturalium coinquinauerunt ornamenta uirtutum. Aug. de con.euan. Quòd ãt in stagnum præcipitati sunt, significat ꝙ iã clarificatur ecclesia, & liberato populo gentium à dominatione dæmoniorum, in abditis agũt sacrilegos ritus suos, qui Christo credere noluerunt, cœca & profunda curiositate submersi. Ambr. Impetu autẽ feruntur in præceps, quoniam nullis meriti contemplatione reuocantur, sed tanquã de superioribus ad inferiora ꝑ improbitatis procliue detrusi, inter fluẽta mũdi huius intercluso pereunt spiritus cõmeatur. Neq;.n. in his q fluido æstu voluptatis huic atq; illuc ferunĩ illius spiritus põt esse uitale comerciũ. Videmus igitur, q a homo ipse suæ est auctor ærumnę: nã n isi qs porci more vixisset, nunq̃ accepisset in eũ diabolus potestatẽ: aut si accepisset, nõ ut ꝑderet, sed ut ꝓbaret. et fortasse diabolus post dñi aduentum bonos iam deprædari non poterat, nõ omnium hominum, sed leuium quærit interitum: ut latro nõ armatis, sed insidiaĩ inermibus. Viderunt hoc magistri gregum & fugerunt. Neque .n. vel philosophiæ professores, vel principes synagogæ, pereuntibus populis possunt ferre medicinã; solus est Christ⁹ qui aufert peccata populorũ. Aug. de q.euan. Vel ꝙ porcorum, pastores fugientes ista nunciauerunt, significat quosdã primates impiorum tanquam Christianam legẽ fugientes, potentiam tamen eius per gentes stupendo & mirando prædicare. ꝙ ãt Geraseni cognoscentis quod factum est, rogant Iesum ut ab eis discederet, magno timore perculsi, significat magnitudinẽ ve-

Homo ẽ causa sui mali.

tusta suauitate delectatam honorare quidem, sed nolle pati Christianã legẽ, dũ dicunt ꝙ eam implere nõ possunt. Admirãtes tñ fidelem populũ à pristina ꝑdita cõuersatione sanatũ. Amb. Vel in Gerasenorũ ciuitate species synagogæ vr existere, q rogabãt vt discederet, quia timore magno tenebanĩ, Infirma.n.mens non capit Dei verbũ; nec põt põdus sustinere sapiẽtiæ. Et ideo diutius molestus nõ fuit, sed ascẽdit ab inferiorib.ad superiora, à synagoga.s.ad ecclesiã, & egressus est per stagnũ: nemo.n.de ecclesia ad synagogã sine periculo transit salutis: sed ille qui de synagoga ad ecclesiã trãsire desiderat, crucẽ suã tollat, vt discrimen euadat. Augu. de con.euan. Quòd aũt ille sanatus cupit iã esse cum Christo; & dr ei: Redi in domũ tuam, & narra quãta tibi fecit Deus, sic intelligitur, ut sic quisq; intelligat post remissionem peccatorum redeundum sibi in conscientiam bonam sicut in domum, & seruiendum euangelio propter aliorũ salutem, ut deinde cum Christo requiescat; ne cùm præpropere vult esse cũ Christo, negligat mysterium prędicationis fraternæ redemptioni accommodatum.

Dominus quare remisit dęmoniacum.

Factũ est autem cum rediisset Iesus, excepit illũ turba. Erant autem omnes expectantes eũ. Et ecce uenit uir cui nomẽ Iairus, & ipse princeps synagogæ erat; & cecidit ad pedes Iesu rogãs eũ ut intraret in domũ eius quia unica filia erat ei ferè annorũ duodecim, & hæc moriebatur. Et cõtigit dũ iret, à turbis comprimebatur. Et mulier quædã erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari. Accessit retro & tetigit fimbriam uestimenti eius; & confestim stetit fluxus sanguinis eius: Et ait Iesus. Quis est q me tetigit? Negantibus aũt omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant; Præceptor, turbæ te cõprimunt & affligant, & dicis, qs me tetigit. Et dixit Iesus; Tetigit me aliquis. Nã & ego noui uirtutem de me exisse. Videns ãt mulier quia non latuit, tremens uenit, et procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodũ confestim sanata sit. At ipse dixit ei; Filia fides tua te saluam fecit; uade in pace.

Aug. de con. euan. Post narratum apud Gerasenos miraculũ, trãsit ad narrandum

de

Consensus Euangelic.

de archisynagogi filia dicens; Factũ est autem cùm &c. The. Simul quidẽ pp doctrinam & pp miracula. Aug. de con. euang. Quòd vero adiungit. Et ecce vir cui no. Iairus: nõ continuo factum accipiendum est, sed prius illud de conuiuio publicanorũ, sicut narrat Matt. cui rei sic coniungit hoc, vt nõ possit aliud factũ cõsequenter intelligi. Titus. Est ãt positũ nomẽ, Iudęorum causa, qui tũc nouerũt qđ accidit, vt nomẽ demõstratio miraculi fiat. Accessit ãt non aliquis infirmorũ, sed princeps synagogæ, vt magis obturarentur Iudęorũ ora. vnde sequit: Et ip prin. synag. erat. accessit ãt ad Christũ causa necessitatis. Vrget. n. aliqñ dolor ad agendũ ea q̃ decent, secũdum illud in Psalmi: In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui nõ approximant ad te: Theo. Vnde necessitate instante cecidit ad pedes eius. Sequitur. Et ce ad pe. Iesu. Decebat ut absque necessitate cogente caderet ad pedes eius, & cognosceret ipsum Deum esse. Chry. Sed considera eius inertiam quærit. n. à Christo vt in domum veniat. Sequitur; Rogãs eum vt intr. in domum eius, ignorans. s. ꝙ absens poterat liberare. nam si sciuisset, dixisset sicut Cẽturio; Dic verbo, & curabitur filia mea. Græc. Causa autem aduentus eius ponitur, cùm subditur: Quia vni. fi. erat illi: domus fundamẽtum successio generis. Ferè annorum 12. in ipso s. flore ętatis, & hæc moriebaĩ, pro thalamis efferenda ad tumulum. Chrys. Aduenerat ãt dñs, non vt iudicaret mundũ, sed vt saluarẽt. quapropter nõ examinat dignitatẽ petentis, sed ęquanimiter arripit opus, sciens ꝙ maius erat futurũ eo quod q̃rebatur. vocabatur ãt ad remediũ ęgrotãtis, nouit ãt se suscitaturũ iã mortuam, & inserturũ terrenis firmã spẽ resurrectionis. Amb. Suscitaturus ãt mortuã, ad faciẽdũ fidẽ, hemorroissam ante curauit, sic & resurrectio tẽporalis in passione domini celebratur, vt perpetua illa credatur. Et cõtigit, dum iret a turba cõprimebatur. Cyril. Quod maximum erat indicium, quòd veram carnem induerat, & omnem conculcaret superbiam. neque enim à longe sequebantur, sed eum circundabant. Grego. Quędam autem mulier graui morbo detenta, ob cuius infirmitatis curã medici omnes diuitias consumpserant, solam spem in tanta diffidentia reperit, vt procideret domino, de qua sequitur. Et mulier quę erat in flu. san. ab an. 12. &c. Tit. Qualiter ãt nõ est digna præconio hęc mulier, quę viribus extinctis corporeis ob continuum sanguinis fluxum, & tanto populo cõcurrẽte circa illum, affectu roborata & fide petierat populum & retro latens tetigerat fimbriam vestimenti? Sequitur. Teti. fim. vest. eius. Cyril. Neq; .n. licebat immundi vel tangere quenquam sanctorũ, vel appropinquare viro sancto. Chr. Ritu autem legis huiusmodi passio reputabatur immunditia magna aliter etiam. Nõdum. n. nec ipsa habebat dignam opinionem de eo, non. n. putanisset latere, sed tamen confisa de sanitate, accedit. Theo. Sicut autem cũ aliquis oculum lucernæ lucenti adhibet, aut igni spinas, statim operantur, fit quidem qui fidem affert potenti curare, statim curationem consequiĩ. Et cõse. ste. flu. san. eius. Chr. Non autem sola vestimenta ipsius mulierum saluauerunt nã & milites sortiti sunt ea inter se, sed fidei eius intentio. The. Credidit. n. & saluata est, & vt congruũ fuit primo tetigit Xp̃m intellectualiter, deinde corporaliter. Græc. Audiuit ãt dñs tacitas mulieris cõsiderationes, & tacẽs liberauit tacentẽ, passus sua spõte sanitatis rapinã, sed postea miraculum publicat, vñ sequiĩ. Et ait Iesus, Quis est q. me tetigit? Cy. Nõ. n. latuit dñm ꝑpetratũ miraculũ, sed qui cũcta cognoscit, quasi nesciret interrogat: Græc. Nescientib. ãt discipulis qđ querebaĩ, sed putãtibus de simplici quodã tactu dicere, dñi quæstioni respondent. Sequitur. n. Negantib. ãt &c. Et ideo dñs tactũ sua respõsione distringuit. Sequitur. n. Et di il. Ie. Tetigit me ali. sicut etiã dicebat Qui hẽt aures audiendi, audiat, quamuis oẽs habeant hmõi corporalẽ auditũ, sed nõ est vere audire si audiatur incautẽ nec vere tãgere, si infideliter tangantur Cyri. Propalat autẽ cõsequenter qđ factum est, cum subditur. Nã & ego noui uirtutẽ de me exisse. Materialius rñdet secundum opinionẽ audientium hic tamẽ nobis manifestatur ꝙ ipse uerus est Deus, & ex eo quod

quod prodigialiter factũ est, ēt ex sermonibus. transcendit.n.naturā nostrā, & forsan angelicā, posse quenquā virtuté emittere quasi à propria natura. Cõuenit auté hoc soli supremæ naturæ, nulla nāq; creaturarum aliquam gerit sanandi potestaté, vel ét aliqua alia.i.miracula faciendi, sed diuinitus pręstitam. non.n ambitione gloriȩ nó dimisit lateræ diuinȩ virtutis ostésioné, q multoties præceperat taceri sua miracula, sed quia spectabat ad vtilitaté eorum qui uocabãtur p fidé ad gratiam. Chry. Primò.n.soluit fœmineũ metum, ne remorsum cõscrentiæ pateretur quasi surripiẽs gratiā. Secundò corrigit eam, q a latere putauerat. Tertio fidé eius exprimit cunctis, vt & alij imitentur: proditq; non minus miraculum retentione sanguinis dum ostendit sibi cuncta patere. Cyr. Insuper principé synagogæ persuadebat indubitabiliter credere, q à laqueis mortis eripiet filiā eius. Chry. Ob hoc āt dñs non statim eam manifestauerat, vt ostéso q oĩa sibi liquent faciat mulierem prędicare qđ factum est, vt suspicione miraculum careat. vnde sequitur. Videns āt mu. quia non la. eum, tre. ve. &c. Orig. Eandé aũt sanitaté quam nacta est mulier ex cõtractu verbi confirmauit. Saluatur. vñ sequitur: At ipse dixit illi, fi. tua te sal. fe. vade in pace. i. esto sana à tuo flagello. & sanat quidé primò p fidem animam, deinde verò corpus. Titus. Vocat āt filiā iam fidei causa sanatam. fides.n. gratiam adoptionis impetrat. Euseb. in ec. hist. Dicunt ét hanc mulieré in Paneade, quæ est Cæsarea Philippi vnde fuit oriunda statuisse triumphos insignes collati sibi beneficij à Saluatore. stabat nāq; super altam basim ad limina domus eius æneum simulachrũ mulieris flexis genibus, manibusq; iunctis quasi præcaretur, ex cuius opposito aliud erectum simulachrum ad instar viri, eiusdemq; materiæ amictum diploide & manum uersus mulieré extédens: ante cuius pedes super ipsam basim aliena speciesplātæ orta, q̄ vsq; ad æneæ diploidis oras pertingens medicina oĩum passionum esse ferebatur. Hanc autem statuam dicebāt repræsentare Christum, quam Maximus destruxit. Amb. Mysticè āt reliquerat in Gerasenis synagogā Christus, & qué sui non receperant, recipimus alieni. Bed. Vel in fine seculi dñs est ad Iudæos rediturus, atque ab eis p fidei confessioné libenter excipiendus. Amb. Quem aũt putamus synagogȩ principem esse nisi legem, cuius contemplationem dñs synagogam nó penitus dereliquerit? Beda. Vel princeps synagogæ Moyses intelligit. vnde bene Iairus.i.illuminans vel illuminatus vocatur, quia qui accipit verba vitæ dare nobis, & per hoc cæteros illuminat, & à spiritu sancto illuminatur. Cecidit auté Archisynagogus ad pedes Iesu, quia legislator cum tota patrum progeniæ Christum in carne apparentem longè sibi præferendum esse cognouit. Si.n. caput Christi Deus, conuenienter pedes accipiendi sunt incarnatio, qua terrā nostræ mortalitatis tetigit. Rogauit autem intrare in domum eius, quia eius videre desiderabat aduentum. Filia aũt vnica eius est synagoga, q̄ sola legali est institutione composita, quæ 12. ætatis anno, hoc est tpe pubertatis appropinquāte moriebatur, quia nobiliter à prophetis educata, postquam ad intelligibiles annos peruenerat, in quibus spiritales Deo fructus gignere debebat, subito errorum languore consternata, spiritalis vitæ viā amisit, & si Christus nó succurreret, corruisset in mortem. Ad puellā aũt sanandam pergens dñs à turba cóprimitur, quia genti Iudææ salutaria monita præbens carnaliũ populorũ est cõsuetudine grauat⁹. Amb. Ad hanc aũt principis filiam dum properat Dei verbum, vt saluos faceret filios Israel, sancta ecclesia ex gentibus congregata, quę inferiorum lapsu criminum deperibat, paratam aliis fide præripuit sanitatem. Bed. Dupliciter autem sanguinis fluxus põt intelligi, hoc est & super idololatriȩ prostitutione, & super his q̄ carnis & sanguinis oblectatione patrantur. Amb. Quid autem sibi vult q hæc principis filia annorum 12. moriebatur, & mulier ista fluxu sanguinis ab annis 12. laborauit, nisi vt intelligatur, quia quandiu synagoga viguit, laborauit ecclesia? Beda. Vna.n. penè seculi ætate synagoga in patriarchis nasci cœpit, & Gentiliũ nationē idololatria fœdauit. Ambro. Sicut autem

Allegoricus sensus.

Medicorum tropologia. illa in medicos erogauerat omnē substantiā suam, ita cōgregatio gentiū amiserat oīa dona naturæ. Bed. Medicos āt intellige, siue falsos theologos siue philosophos, legumq; doctores secularium, q multa de virtutib. vitijsq; disserētes, vtilia se viuendi instituta mortalib. dare promittebāt, seu ipsos immūdos spiritus, q velut hominib. cōsulendo, se ꝓ Deo colendos ingerebāt, quib. audiendis gentilitas quātò magis naturali industriæ vires expenderat, tantò minus potuit ab iniquitatis suæ sorde curari. Amb. Audiens āt ægrotare populū Iudæorū, sperare cępit salutis suæ remediū. Tēpus venisse cognouit, quo medicus adesset de cęlo, surrexit vt occurreret fide prōptior, pudore cōtatior hoc.n. est pudoris & fidei, agnoscere infirmitatē, nō desperare veniā. Verecunda ergo fimbriā tetigit, fidelis accessit, religiosa credidit, sapiēs sanatā se esse cognouit; sic sācta plebs gētiū q̄ Deo credidit, peccatū erubuit vt desereret, fidē detulit vt crederet, deuotionē exhibuit vt rogaret, sapiētiā induit vt sanitatē suā ipsa sentiret, fiduciā sumpsit vt fateretur ꝙ ꝑripuisset alienū Retro āt tāgitur Christus, quia scriptum est, Post dominum Deum tuum ambulabis. Beda. Et ipse ait; Si quis mihi ministrat, me sequatur. siue quia præsentem in carne dn̄m nō videns, vel quia peractis dispensationis sacramentis per fidem cœpit vestigia eius subsequi. Greg. 3. Moral. Premēte autem turba vna redemptorem nostrum mulier tetigit; quia carnales quique in ecclesia eum comprimūt à quo lōgè sunt, & soli tangunt qui huic veraciter humiles adiungunt. Turba igitur premit, & non tangit; quia & importuna est per ꝑsentiam, & absens per vitā. Beda. Vel vna credula mulier dominum tangit, quia q de diuersis hęresibus inordinatè affligit, solo catholicæ ecclesiæ corde fideliter q̄ritur. Ambro. Non.n. credunt qui comprimunt, credunt qui tangunt; fide tangitur Christus, fide videtur. Denique vt fidem credentis exprimere, dicit: Ego cognoui virtutem de me exisse, quod est euidentius indicium, quia non intra possibilitatem conditionis humanæ, atq; intra corporis claustrū diuinitas coarctata est, sed vltra fines nostræ mediocritatis virtus exūdat æterna. nō.n. humana ope plebs gētiū liberatur, sed Dei munus est cōgregatio nationū, q̄ et breui fide misericordiā inclinat æternā Nā si consideremus quanta sit fides nostra, & intelligamus quā tus sit Dei filius, videm⁹ q a cōparatione ei⁹ fimbriā tātūmodo tāgimus, superiora vero vestiméti eius nequimus attingere. Si igit & nos curari volumus, fide tāgamus fimbriā Christi, nō āt latet eū quicunq; tetigerit. Beatus q extremā partē verbi tetigerit, nā totū quis potest comprehendere.

Allegoricus sensus.

Adhuc illo loquēte, uenit quidā ad principē synagogæ, dicēs ei quia mortua est filia tua, noli uexare illū, Iesus āt audito hoc uerbo, respondit patri puellæ; Noli timere, crede tantū, & salua erit. Et cum uenisset domum, non ꝑmisit secū intrare quenquam, nisi Petrum & Iacobū & Ioānem, & patrē & matrem puellæ. Flebāt autem oēs & plangebant illā. At illa dixit. Nolite flere, nō est mortua puella, sed dormit. Et deridebāt eum scientes ꝙ mortua esset. Ipse autem tenens manū clamauit dicēs. Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit cōtinuo. Et iussit illi dare manducare. Et stupuerunt parentes eius, q bus ꝑcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

Chr. Opportunè dominus expectabat puellæ mortē, vt ꝑpalaretur resurrectionis miraculū; propter quod & tardius incedit, & loquitur cū muliere diutius, vt archisynagogi filia expiraret, & huius nūcii aduenirent: vnde dr̄. Adhuc illo lo. venit &c. Aug. de con. euang. Sed cum Matthæus archisynagogum non morituram filiam suam narret domino nunciasse, sed omnino defunctam. Lucas autem & Marcus nondum mortuā, usq; adeo vt venisse postea qui mortuā nunciarent, conside randum est ne repugnare videat Et intelligendū est breuitatis hoc causa Matthęū potius dicere voluisse rogatū esse dn̄m vt faceret quod eū fecisse manifestum est, vt s. mortuam suscitaret. Attendit .n. non verba patris de filia sua, sed quod est potissimum voluntatem. Sanè si alij duo vel quisquam eorum patrē commemorasset dixisse, ꝙ venientes de domo dixerunt vt iam nō vexaretur Iesus, quia puella mortua fuisset, repugnarent eius cogitationi verba quę posuit Matthæus. Nūc verò illud

Consensus Euāgelicus.

lud nunciantib. & prohibentib. ne magister veniret, non legiť ꝙ ipse consenserit. vnde dñs non diffidentē reprehendit, sed credentē robustius confirmauit. vñ sequitur; Iesus āt au hoc ver. re. &c. Athana. Fidē dñs exigit ab inuocantibus eū, nō quia indiget adminiculo aliorū (ipse nanq; & dñs & largitor est fidei) sed ne videreť ex acceptione psonarū sua dona cōferre, ostēdit ꝙ credentib. fauet, & ne sine fide accipiāt beneficia, & ea p infidelitatē aboleāt. vult.n. benefaciens durare gratiam, & sanans inconcussum permanere remedium. Theo. Mortuam autē suscitaturus eiecit omnes, quasi nos docens absq; inani gloria esse, & nihil ad demonstrationem facere, & ꝙ cùm quis debet miracula ꝑpetrare, nō decet ipsum esse in medio plurimorum, sed solitarium, & ab alijs separatū. vnde sequitur. Et cum venisset &c. Solos autem hos intromisit tanquam discipulorum vertices, & potentes miraculum occultare. non n. volebat ipsum ante temp⁹ pluribus reuelari, fortè propter inuidiam Iudęorum. Sic & cum quis nobis inuidet, non debemus iustitias nostras ei reuelare, ne ei maioris inuidiæ occasio tribuatur. Chry. Cæteros autem discipulos non assumpsit, prouocans eos ad appetitum maiorem, ob id quoq; ꝙ nondum erant plenè dispositi, vt & alij istos imitentur. Assumpsit ēt parentes in testes, ne quis dicere posset fallax esse resurrectionis indiciū. Ad hoc etiam illud nota, ꝙ deflentes exclusit à domo, & indignos ostendit huiusmodi visione Sequitur .n. Flebant autem omnes, & plangebant illam. Quòd si tūc exclusit, multò magis nunc: tunc n. nōdū patuerat in somnum mortē fuisse cōuersam. Nullus ergo de cętero se cōtendat iniuriam inferens Christi victoriæ qui superauit mortem, & eam in somnū cōuertit ad cuius ostēsionē subditur: At ille dixit. Nolite flere, nō est &c. Ostendens singula sibi fore in promptu, & quod eā viuificaret, quasi suscitaret a somno, nihilominus tñ deridebant eum. Sequitur.n. Et deridebant eū, &c. Quos nō obiurgauit, nec derisionē repressit, vt ēt derisio fiat mortis indicium. nā quia vt plurimū post acta miracula homines ꝑseuerant increduli, verbis proprijs eos præuenit; vt autē quasi per visum disponeret ad resurrectionis fidē, tenet manū puellæ. vñ sequiť; Ipse āt te. ma. eius cla. di. pu. surge. Cumq; tenuisset, suscitat eā vñ sequitur; Et reuer est spiritus eius, & sur continuò. Nō .n. infudit aliā animam, sed illā eādē q̄ expirauerat, restituit. Nec solūmodo suscitat, imò iubet ēt illā cibari. Sequitur. n. Et iussit illi da. man. ne s. phātasticū esse videatur qđ factū est nec ipse ꝑpinat, sed aliis mādat. Sicut & in Lazaro dixit. Soluit eū ac deinde participē mēsæ fecit. Græc. Deinde stupefactos miraculo, & penè clamantes parentes cohibet ne factum prędicent. Sequitur. n. Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat. Ostēdens ꝙ largito bonorum est, non autem cupidus gloriæ, datque totum nihil recipiens. Qui verò venatur operum gloriam, aliquid quidem exhibuit aliquid verò recepit. Bed. Mysticè autem saluata à fluxu sanguinis muliere mox filia principis mortua nunciatur. quia dum ecclesia à vitiorum labe mundata est continuò synagoga perfidia atq; inuidia soluta est. Perfidia quidem, quia in Christū credere noluit; Inuidia verò; q̄a ecclesiā credidisse doluit. Amb. Adhuc autem & seruuli principis increduli erāt ad resurrectionem, quam Iesus in lege prædixit in euangelio cōpleuit, vnde dicunt. Noli vexare illū, quasi sit sibi impossibile suscitare mortuam. Beda. Vel per eos significantur, qui adeo destitutū synagogę statum vident, vt restaurari posse non credant, ideoq; pro suscitatione illius supplicādū esse nō æstiment, sed quæ impossibilia sūt apud homines, possibilia sunt apud Deū. vnde dominus ei dixit. Noli timere, crede tantum, & salua erit. Pater puellę cętus doctorū legis accipitur, qui si credere voluerit, ēt subiecta ei synagoga salua erit. Amb Itaq; cum venisset in domum paucos futuræ resurrectionis arbitros asciuit, non.n. à multis continuò est credita resurrectio. Quę tamē tantę diuersitatis est causa? Supra publicè filius viduę suscitatur, hic remouenť plures arbitrij: sed puto ꝙ pietas ibi domini declaratur, quia vidua mater vnici filij nō patiebať moras;

Testes miraculi.

Mystica expositi

est enim forma sapientiæ in filio viduæ cito ecclesiam credituram. In archisynagogi filia credituros quidem Iudæos, sed ex pluribus pauciores. Denique dicente domino. Non est mor. puella, sed dormit, deridebant eum. Quicunq; .n. non credit, irridet. Fleant igitur mortuos, qui putant mortuos, vbi resurrectiones fides est, non mortis species, sed quietis est. Bed. Synagoga ét, quia sponsi lætitiam qua viuere possit amisit, quasi inter plangentes mortua iacens, nec hoc ipsum quare plangatur intelligit. Ambr. Tenens át dominus manum puellæ, sanauit eã. beatus.n. si cuius manus sapientia teneat, inducat in penetralia sua iubeat manducare; panis.n. cœlestis est Dei verbum, inde & illa sapientia quæ Dei corporis & sanguinis altaria repleuit alimentis. Venite (inquit) edite panes meos, & bibite vinum quod miscui vobis. Bed. Surrexit autem puella continuo, quia Christo manum confortante, homo a morte animæ resipiscit. Sunt enim nónulli qui iacente tantum cogitatione peccati sibi mortem consciscũt, sed tales se viuificare significans dominus suscitauit filiam archisynagogi. Alij vero ipsum malum quo delectantur agẽdo, mortuum suum quasi extra portas efferũt, & hos se suscitare demonstrans suscitauit filium viduæ extra portas ciuitatis. Quidã verò etiam peccati consuetudine se quasi sepeliendo corrumpunt, & ad hos etiam erigẽdos adest gratia Saluatoris, ad quod intimandum resuscitauit Lazarum quatuor dies in monumento habentẽ. Quanto autem grauior est mors animæ, tanto acrior penitentis feruor insistat. unde iacentem in cõclaui mortuam leui voce resuscitat, delatum foras iuuenem pluribus dictis corroborat. Ad quatriduanum verò suscitandũ fremuit spiritu, lachrymas fudit, & voce magna clamauit. Sed & hic notandum ꝙ publica noxia publico egẽt remedio, leuia peccata secreta quærũt pęnitẽtia deleri. Puella in domo iacens paucis arbitris resurgit, iuuenis extra domũ turba multa comitante suscitatur, Lazarus de monumento vocatus multis populis innotuit.

Peccantiũ gradus pulchrè notantur.

CAPVT IX.

Conuocatis autem Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt lãguores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via, neque virgam, neq; peram, neque panem, neq; pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quacunque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicunque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedũ vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes & curantes vbique.

Cyr. Decebat istituros ministros sacrarum doctrinarũ posse mira peragere. & p ipsos effectus credi ꝙ essent Dei ministri. vñ dr̃, Conuocatis át Ie. 12. Apostolis &c. In quo elatũ supercilium diaboli flectitur, qui dicebat aliqñ Non est qui contradicere valeat. Euseb. Et vt per eos venetur genus humanum, non solum dat eis, vt prauos spiritus pellant, sed ét quamlibet infirmitatem sanent ex eius imperio. vnde sequitur. Et ut languo. curarent. Cyr. Attẽdas hic diuinã filij potestatem naturæ corporali non venientem. agere nanq; miracula aderat sanctis, non natura, sed participatione Spiritus sancti. Super hoc autẽ alijs concedere potestatem prorsus alienũ erat ab eorũ uirtute. Qualiter.n. posset natura creata super spiritus dona possidere dominũ? At dñs noster Iesus Christus tanquam naturaliter Deus existens, impartiẽ huiusmodi gratiam quibus vult, nõ inuocans in eos alienã virtutẽ, sed infundẽs ex promptuarijs proprijs. Chry. Postquã át satis confortati fuerant ex eius comitiua, & competens nacti sunt argumentum virtutis eius, mittit eos. vnde sequitur. Et misit illos prędicare &c. Vbi considerã ꝙ nõ cõmittitur eis aliquod sensibile dicere, sicut Moyses & Prophetæ q. terrã & bona terrena promittebant. Hi vero regnũ cœlorum, & quęcunq; cõtinentᷓ in eo. Greg. Naza. Mittens autem discipulos ad pdicandum dominus multas eis iniũxit, quorũ summa est; sic eos virtuosos esse, sic cõstantes

Miraculorũ virtus vñ.

stantes atque modestos, & vt breuiter loquar, cœlestes, ut non minus pp eorũ modum viuendi, q̃ pp verbum euangelica doctrina propagaretur. Et ideo cum æris & baculi carentia, & amictus singularitate mittebantur. Et ideo subdit. Et ait ad illos nihil tule. in via, neq; uirgam, neque &c. Chry. Plurima quidem per hoc cõstituebat, primo quidẽ insuspectos reddens discipulos: secundo sequestrans eos à qualibet cura, vt totum studium adhiberent verbo: tertio docens eam propriam virtutem. Sed forsan dicet aliquis, cætera quidẽ habere rõnem, sed non habere perã in via, nec duas tunicas, neq; baculum, cuius rei causæ præcipit? Volens. s. excitare eos in qualibet diligentia. Et vt, ita loquar, ex hominibus Angelos faciebat eos, dirimens a qualibet cura vitæ, vt vna sola cura detineantur doctrinę. Euseb. Volẽs igit̃ eos carere cupidine rerũ in solicitudinib. vitę potestatus est hæc: sumebat. n. experimentum fidei & animositatis eorum, qui habito in mandatis extremæ uitã ducere paupertatis, nõ effugiunt quæ iubenĩ. decebat. n. eos quoddã commerciũ facere, & recipientes salubres virtutes recompẽsare obedientia mandatorum, & cũ milites eos faceret regni Dei, accingit eos ad pugnam in hostes monens colere paupertatem. Nullus. n. militans Deo implicat se vitæ secularis negocijs. Amb. Qualis ergo esse debeat, qui euãgelizat regnũ Dei pręceptis euangelicis designatur, hoc est, vt subsidij secularis amminicula nõ requirat, fideiq; totus inhærens putet quo minus ista requirat, magis posse suppetere. The. Sic. n. ipsos medicos mittit, ꝙ neque panes ipsos portare vult, nec aliq̃d aliud, quib. indigent multi. Aug. de con. euang. Vel dñs hæc possidere discipulos ac ferre noluit nõ ꝙ necessaria non sint sustentationi hui⁹ vitæ, sed quia sic eos mittebat, vt eis hæc deberi mõstraret ab illis, quib. euangelia credentib. annunciarent, vt sic securi nõ possiderent, neq; portarẽt huic vitæ necessaria, nec magna nec minima. Ideo posuit secundũ Marcum nisi virgã: ostendens a fidelibus suis oĩa deberi ministris suis, nulla superflua requirẽtib. Hanc ãt potestatẽ virgæ noĩe significauit, cũ diceret: Ne quid tollerent in via, nisi virgã tm̃. Amb. Possunt ẽt qui volũt hoc ad eũ deducere tractatũ, ut spiritualẽ tantummodo locus iste firmare videatur affectũ, qui velut indumentũ quoddam videatur corporis exuisse, non solũ potestate reiecta, contemptisq; diuitiis, sed ẽt carnis ipsius illecebris abdicatis. The. Quidam ẽt Apostolos non portare, peram, neq; baculum, aut duas tunicas, sic intelligũt, ꝙ non thesaurizent, hoc. n. per innuit congregans multa; neq; sint iracũdi & tribulati spiritus, qđ significat baculus; neque sint ficti, & duplici corde, qđ significat tunica duplex. Cyril. Sed diceret aliquis; vñ eis necessaria erunt? Et ideo subdit; Et in quamcunq; do. intra. ibi ma. & in. ne exe. q. d sufficiat vobis discipulorũ fructus, q recipientes a vobis spiritualia vos procurabunt. Iussit ãt eos in vna domo manere, vt nec hospitem grauent, eum. s. dimittendo nec ipsi gulositatis & leuitatis suspicionẽ incurrant. Amb. Alienum nanq; a p̃dicatore regni cœlestis asserit cursitare per domos, & inuiolabilis hospitii iura mutare. Sed vt hospitij gratia deferenda censeatur, ita etiã si non recipiantur excutiendum puluerem, egrediendumq; de ciuitate mandatur, cum sequitur: Et quicũque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa &c. Paulus excutitur de pedib. Apostolorũ in testimoniũ laboris sui, ꝙ ingressi sint in ciuitatẽ, & prædicatio apostolica ad illos vsq; peruenerit: siue excutitur puluis, cũ nihil ab eis accipiant, nec ad victũ quidẽ necessarium, qui euangelium spreuerũt. Chr. Nã improbabile valde est contemnentes sermonem & patremfamilias, se famulis benignos ostendere, vel benedictiones eorum exigere. Amb. Vel mediocris ẽt boni remuneratio docetur hospitij, ut non solum pacem tribuamus hospitib. verumetiam si qua eos terrenæ obũbrant delicta leuitatis, receptis apostolicę prędicationis vestigijs auferantur. Beda. Qui verò perfida negligentia, vel etiam studio verbum Dei contemnunt, horum vitanda communio est excutiendus puluis pedum, ne gestis inanibus pulueri cõparandis mentis castæ vestigium polluatur: Eusebius. Cùm autem præcinxisset

Pulueris excussio.

sit dominus Discipulos suos tanquã milites Dei diuinis virtutibus & sapiētię monitis, mittens eos Iudæis, vt doctores & medicos ipsi secundum hoc procedebant. vnde sequit. Egres. autem cir. per cast. euã. & cur. vbiq; Quasi doctores quidē euangelizantes, sed quasi medici præstantes remedia, & verba miraculis comprobantes.

Audiuit āt Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebāt ab eo, & hæsitabat eo q̄ diceretur à quibusdā, q̄ Ioannes surrexit à mortuis: à qbusdā vero, quia Elias apparuit: ab aliis autē, quia ꝓpheta unus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui. Quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

Chry. Multo transacto tempore non à principio percepit Herodes facta Iesu; vt pateat tibi tyranni superbia, vnde dicit: Audiuit autē Herodes &c. The. Iste Herodes erat filius magni Herodis, qui pueros interemit, sed ille quidē rex erat, iste autē Tetrarcha. Inquirebat.āt de Christo quis esset. vñ sequitur; Et hæsitabat. Chr. Peccatores.n. scientes & nescientes quemque strepitũ pertimescunt: peccatũ āt nemine arguente hominē prodit, nemine accusante cōdemnat, & timidũ & pigrũ reddit delinquentē. Causa āt timoris ponitur cōsequenter, cũ dr: Eo q̄ diceretē à quibusdam, &c. The. Iudæi.n. resurrectionē mortuorũ expectabāt in vita carnali, & in cōmessationib. & potib. sed resurgentes nō erunt in carnalibus actib. Chry. Cũ ergo audisset Herodes quib. Iesus vteretē miraculis, ait: Ioānem ego decollaui, quod nō erat ostentationis verbum, sed cōsolātis suum timorē, & persuadentis animę perturbatę recolere q̄ ipse eum occidit. Et quia Ioannē decollauerat, subdit: Quis āt est iste &c. Thæo. q.d. Si Ioannes est, & à mortuis resurrexit, vidēs eum cognoscā. vnde sequitur Et quæ.ui.eum. Au. de cō. euan. Lucas āt hunc eundem narrandi ordinem quem Marcus tenēs, non cogit credi rerum gestarum eundem ordinē fuisse. In his etiam verbis Marco attestatur; ad hoc duntaxat q̄ alij dixerint nō Herodem Ioannē a mortuis resurrexisse. sed q̄a hęsitantem cōmemorauit Herodem, intelligendum est, aut post istā hęsitationem cōfirmasse in aĩo suo, qđ ab alijs dicebatur.

Iudæorũ opinio.

cùm ait pueris suis, sicut Matthęus narrat Hic est Ioannes Baptista, ipse resurrexit à mortuis; aut ita pronũciāda sunt hæc verba Matthęi, vt hęsitare ad huc indicent.

Et reuersi Apostoli, narrauerunt illi q̄cunq; fecerunt, et assumptis illis secessit seorsum in locū desertũ, q̄ est Betsaidæ. Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illũ, et excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebāt sanabat. Dies āt cęperat declinare. Et accedētes duodecim dixerũt illi; Dimitte turbas, ut eũtes in castella villasq; q̄ circa sunt, diuertāt, & inueniant escas, quia hic in loco deserto sumus. Ait āt ad illos. Vos date illis manducare. At illi dixerunt. Nō sunt nobis plusquā quinq; panes & duo pisces, nisi fortè nos eamus & emamus in omnē hanc turbā escas. Erant āt ferè uiri quinq; milia. Ait āt ad Discipulos suos facite illos discumbere ꝑ conuiuia quinquagenos, & ita fecerũt. Et discubuerunt oēs. Acceptis āt quinque panib. & duobus piscibus, suspexit in cęlũ, & benedixit illis, & fregit, & distribuit Discipulis suis ut ponerent ante turbas. Et māducauerũt oēs, & saturati sunt. Et sublatũ est qđ superfuit illis, fragmētorum cophini duodecim.

Aug. de con. euan. Matthæus & Marcus ex præcedentium occasione narrant, quēadmodũ sit Ioannes ab herode occisus. Lucas. āt qui iam longè supra de passione Ioānis narrauerat, postquam commemorauit illā Herodis hęsitationem de domino quisnā esset, cōtinuò subiungit; Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcunq; fecerunt. Beda. Non solum autem narrāt quæ ipsi fecerũt & docuerunt, sed ēt quæ Ioānes eis in docendo occupatis sit passus, vel sui vel eiusdē Ioannes ei Discipuli renunciant, sicut Matthæus insinuat. Isido. Quia verò dñs viros sanguinũ abominatur, & commorantes cum eis, si à proprijs criminibus nō discēdāt, post occisionem Baptistæ deserēs occisores discessit. vñ sequit. Et assumptis illis secessit seorsum in locum deser. qui est Betsaidæ. Beda. Est ēt Betsaida i Galilæa ciuitas Andreæ & Petri & Philippi Apostolorum ꝓpe stagnũ Genezareth. Non autem timore mortis hoc egit, vt quidam arbitrantur, sed parcens inimicis suis ne homicidio homicidium iungerent, simul & opportunum suæ passionis tempus expectans.

Prauorũ vitanda consortio.

Chry.

Chryso. Non autē prius, sed relato sibi q̄d acciderat discessit, manifestans per singula carnis ueritatē. Theo. in desertum autē locum abiit dn̄s, quia operaturus erat miraculum panum, ne quis diceret, de ciuitate ꝓpè existēte oblati sūt panes. Chry. Vel uadit in desertum locū, ut nemo sequeretur. Sed nec sic plebs discessit, sed comitatur ipsum vn̄ sequitur. Q̄d eum cog. tur. secu. sunt illum. Cyr. Hi quidē postulantes à dæmonibus liberari, hi verò languorum remotionē, nec nō quos eius oblectabat doctrina illum attentissimè uisitabant. Beda. Ipse autē ut potēs piusq; Saluator excipiendo fatigatos, docendo inscios, sanando ægrotos, reficiēdo ieiunos, quantū deuotione credentiū delectet, insinuat. vnde sequitur: Et exce. il. & lo. il. de reg. Dei &c. Theo. Vt addiscas ꝙ q̄ secundum nos est sapientia diuiditur verbo & opere, & ꝙ decet dicere operata, & operari dicta. Reclinante āt die discipuli iā incipientes aliorū curā habere, turbę miserentur. uñ sequit̄. Dies au. cœpe. decl. &c. Cyr. Sicut. n. dictū est, diuersarum passionum postulabant remedia, & q̄a uidebāt discipuli solo nutu posse perfici q̄d infirmi petebāt, dicunt, Dimitte eos, ne amplius anxientur. Aspice āt exuberantem mansuetudinē, eius qui rogatur, non. n. illa tantū largitur, q̄ postulant discipuli, sed sequentib. ipsum adijcit bona munificę dextræ mundans eis escas exhiberi. vñ sequitur. Ait autem ad illos. Vos date illis manducare. The. Non āt hoc dicit eorū respōsionem ignorans, sed volēs ipsos inducere vt dicerēt quot panes haberēt, & sic magnū ostēderetur ex eorū cōfessione miraculū panum quātitate audita. Cyri. Sed quod mandabatur intolerabile discipulis, erat qui non habebant penes se nisi quinq; panes & duos pisces; vnde sequitur. At il. dixe. Non sunt nobis plusquam quinque panes & duo pisces, nisi fortè nos eamus & ema. in om. hanc tur. es. Aug de cō. euan. In quibus quidem verbis. Lucas in vnam sententiam constrinxit respōsionē Philippi dicentis. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisq; modicum quid accipiat, & respōsionem Andreæ dicentis. Est puer vnus hic q̄ habet

Consensus Euāgelicus.

quinq; panes hordeaceos & duos pisces, vt narrat. Io. Quod. n. ait, Non sunt nobis plusquam quinq; panes & duo pisces, ad Andreæ retulit responsionem. Quod verò adiūxit, Nisi fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas, videtur ad respōsionem Philippi pertinere, nisi ꝙ de ducentis denarijs tacuit, quanquā & in ipsius Andreæ sn̄ia hoc posset intelligi. Cum. n. dixisset, Est puer vnus hic, qui hēt quinq; panes hordeaceos & duos pisces; adiunxit, Sed hæc quid inter tantos? hoc est dicere, nisi fortè nos eam⁹ & emamus in oēm hāc turbā escas. Ex qua uarietate verborū, rerū autē sentētiarūq; ue cōcordia satis apparet salubriter nos doceri nihil q̄rendū in verbis, nisi loquentiū voluntatē. cui demōstrādæ inuigilare debēt oēs veridici narratores, cū de homine, vel de Angelo, vel de Deo aliq̄d narrāt. Cyr. Vt āt adhuc ad magis ardua feratur miraculū, ostendit, nō paruā fuisse multitudo virorū, cum sequitur. Erant autē viri ferè quinq; milia, exceptis. s. mulieribus, atq; pueris, vt alius Euangelista refert. Theo. Docet autem dn̄s ꝙ decet, cum hospitamur aliquem, reclinare ipsum, & omnis consolationis participem facere. vnde sequitur: Ait autem ad dis. &c. Au. de con. euang. Quod Lucas hic dicit quinquagenos iussos esse discumbere, Marcus vero quinquagenos & centenos, ideo non mouet, quia vnus partem dixit, alter totum verum si alius de quinquagenis tantū cōmemoraret, alius de centenis tantū, valde videretur esse contrarium, nec satis dinosceretur vtrūq; dictum esse vnum autē ab altero, alterum ab altero esse commemoratum, & tñ attentius consideratum inueniri, debuisse q̄s nō fateatur, hoc ideo dici, quia existūt sæpe aliqua eiusmodi q̄ parum intendentibus, temere iudicantib. contraria videantur, & nō sint? Chry. Et quia credendū erat Christum venisse à patre, facturus miraculum aspexit in cœlū. vnde sequitur: Acce. āt quinque panibus & c. Cyr. Hoc etiam dispensatiuè pro nobis fecit, vt discamus ꝙ in principio mensę cum frangere debemus panem, debem⁹ Deo offerre & elicere super ipsum benedictionem supernam. vnde sequitur. Et

Consensus Euāgelicus.

bene-

bene. & fre. &c. Chry. Dat quidem eis p manus discipulorum honorando eos, & ne dent obliuioni iá peracto miraculo. nó át ex nó entib. facit escas ad pascendũ turbas, vt obturet os Manichæi asserẽtis alienã esse ab eo creaturã, ostendẽs se esse victualiũ largitorẽ, & cũ qui dixit: Germinet terra. Multiplicat quoq; pisces ad significandũ ꝙ tã mari quã aridæ dominabaẽ. bene ãt in languentib. speciale peregit miraculũ, agit & beneficiũ generale, alẽs oẽs ẽt nó languentes. vñ sequitur; Et mã. om. & sa. sunt. Gre. Mis. Quibus nec cœlũ fluebat manna, nec tellus iuxta sui naturã producens frumentũ eorum satisfaciebat egestati, sed ex ineffabilib. horreis diuinæ potentię beneficiũ affluebat. Panis paraẽ factus in manib. ministrantiũ, nec nõ per saturitatẽ edentiũ augmentaẽ. Esum ẽt piscium eorũ necessitati nõ administrabat mare, sed ille qui in mari pisciũ genus inseruit. Amb. Nõ exiguo, sed multiplicato cibo populũ liquet esse satiatum, vides incõprehensibili quodã ritu inter diuidẽtiũ manus quas nõ fregerãt multiplicare particulas, & intacta frangentiũ digitis spõte sua fragmẽta surripere. Cyr. Nec vsq; adhuc tãtũ peruenit miraculũ, sed sequitur; Et subla. est ꝙ su eis fra. coph. 12. Vt hinc esset manifesta certificatio ꝙ opus charitatis in proximos vberem vẽdicat retributionẽ à Deo. The. Et addisceremus quantũ hospitalitas potest, & quantũ augẽtur nostra cùm indigentib. subuenimus. Chr. Fecit autem superabundare nõ panes, sed fragmenta; vt ostendat illorũ panum esse reliquias, quæ tot factæ sunt, vt totidem essent cophini quot & discipuli. Ambro. Mysticè autem postquã illa quę ecclesia typum accepit, fluxu curata sanguinis, postea quam Apostoli ad euangelizandum sunt destinati, gratię cœlestis impartitur alimentum. Sed quib. impartiatur aduerte, non ociosis, non in ciuitate quasi in synagoga vel seculari dignitate residẽtibus, sed inter deserta quærentibus Christũ. Beda. Qui derelicta Iudæa quæ prophetiæ sibi non credendo caput abstulerat, in deserto ecclesiæ quæ virum nõ habebat, verbi pabula largitur. Petẽtem verò deserta dẽtium Christũ multę fidelium cateruæ relictis mœnibus priscę cõuersationis & variorum dogmatũ sequunẽ. Amb. Qui aũt fastidiunt, ipsi excipiũtur à Christo, & cũ ipsis loquitur Dei verbum, nõ de secularibus, sed de regno. Et qui corporalis gerunt vlcera passionis, his medicinã suam libẽter indulget. Vbi ãt mysterij ordo seruatur, vt prius p remissionem peccatorũ vulneribus medicina tribuaẽ, postea verò alimonia mẽsę cęlestis exuberet. Bed. Die autem declinãte turbam reficit, in fine seculorum appropinquante, vel cũ sol iustitiæ ꝓ nobis occubuit. Amb. Quã quã non dũ validiorib. hęc turba reficiaẽ alimẽtis. Primum. n. in modũ lactis quinq; sunt panes secũdũ septẽ, tertiũ ipsum corpus Xp̃i est esca solidior. Si qs autẽ petere cibum vereẽ ipse relictis suis oibus festinet ad Dei verbum. Dum ãt aliqs audire incipit Dei verbũ, incipit esurire. Incipiũt apostoli esurientẽ videre, & si illi adhuc nõ intelligãt qđ ẽsuriãt intellexit Xp̃s, scit ꝙ non secularẽ cibum esuriant, sed cibum Christi, nõdum. n. intellexerãt apostoli cibum credentes nõ esse venalẽ. Nouerat Christus nos potius esse redimẽdos, suas verò epulas esse gratuitas: Bed. Nõdum ãt erãt Apostolis nisi quinq; panes Mosaicæ legis & duo pisces vtriusque testamenti, quę in abdito misteriorum latẽtium, quasi aqs abyssi tegebanẽ. Quia verò quinq; sunt exteriores hoĩs sensus, quinq; milia viri dñm secuti, designant eos qui in seculari adhuc habitu positi exterioribus q̃ possident bene vti nouerunt: qui quinq; panibus aluñẽ, q̃a tales necesse est legalib. adhuc p̃ceptis instrui. nam q̃ mũdo ad integrũ renũciat, euangelica refectione sublimes sunt. Diuersi aũt cõuiuantiũ discubitus designant diuersos p orbem terrarum ecclesiarũ conuentus, qui vnam catholicã faciunt; Amb. Hic verò panis quem frangit Iesus, mysticè quidẽ Dei verbũ est & sermo de Christo, qui cum diuidiẽ augetur. de paucis. n. sermonibus populis redundantẽ alimoniã ministrauit. Dedit sermones nobis velut panes, qui nostro dũ libantur ore geminantur. Bed. Turbis aũt esurientibus Saluator nõ noua creat cibaria, sed acceptis his q̃ habuerũt Discipuli benedicit: q̃a veniens in carne non alia

Allegorica expositio.

Quinq; sẽsus exteriores

YY quàm

q̃ prædicata sunt prædicat. sed prophetię dictam ysterijs gratiæ gravida demonstrat, Respicit in cęlũ, vt illud dirigendam mẽtis aciem, ibi lucẽ scientiæ doceat esse q̃rendã. Frangit, & ante turbas ponẽda distribuit discipulis, quia legis & prophetię sacramẽta eis, vt p mũdũ prædicent pate fecit. Ambr. Nõ ociosè ãt q̃ turbæ supersunt à discipulis colliguntur, quia ea q̃ diuina sunt apud electos facilius possis quã apud populos reperire beatus ille qui põt colligere, quę ẽt doctis supsunt. Qua ratione ãt cophinos Christus 12 impleuit, nisi vt illud populi Iudaici solueret, Quia manus eius in cophino seruierunt? hic est populus qui ante lutũ in cophinis colligebat, sed iã p crucem Christi vitæ cęlestis operatur alimoniã. Nec paucorũ hoc munus, sed oĩum est. nã p 12. cophinos tãquã tribuũ singularum fidei firmamentum redundat. Bed. Vel per cophinos 12. apostoli figurãtur, & omnes sequentes doctores foris quidem hominibus despecti, sed intus salutaris cibi reliquijs cumulati.

Et factũ est cum solus esset orans, erant cum illos et discipuli, et ĩterrogauit illos, dicẽs. Quẽ me dicunt esse turbæ? At illi respõderũt & dixerũt. Ioãnẽ Baptistã, alij ãt Heliam, alii verò q̃a unus propheta de priorib. surrexit. Dixit ãt illis Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simõ Petrus, dixit. Christum Dei. At ille increpans illos præcepit ne cui dicerent hoc dicens, quia oportet filium hominis multa pati, et reprobari à senioribus, & à principibus sacerdotum, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere.

Cyr. Sequestratus à populis dñs, & seorsum positus vacabat orationib. vñ dr̃. Et factũ est cùm solus esset orans, &c Formã.n. in hoc seipsum cõstituebat, docens discipulos artẽ facilẽ doctrinaliũ dogmatũ. Reor.n. oportere populorũ antistites ẽt meritis pesse subditis suis in reb. necessarijs iugiter conuersantes, & illa tractantes quib. Deus placatur. Bed. Aderãt ãt discipuli dño, sed ipse patrem solus orauit: q̃a possunt sancti dño fidei amorisq; societate cõiungi vbiq; solus obsecrat, quia Dei consiliũ humana vota nõ capiũt, neq; q̃squã põt interiorũ particeps esse cũ Christo. Cyril. Poterat autẽ orationis negociũ turbare discipulos. videbant.n. humanit⁹ orare, quem olim viderant auctoritate diuina peragentem miracula. Vt igitur huius propelleret turbationem eos interrogat. non quia nesciret ab exterioribus sibi collata præconia, sed vt eos à plurimo opinione auferret, & rectam fidem eis insereret. vñ sequitur: Et inter. il. dic. Quẽ me di. es tur bæ? Beda. Pulchrè dñs fidem discipulorum exploraturus, prius turbarum sniam interrogat, ne illorum cõfessio nõ veritatis agnitione probata, sed vulgi videatur opinione formata: nec comparata credere, sed instar Herodis de auditis hæsitare putentur. Aug. de con. euan. Põt ãt illud mouere, q̃ Lucas dñm interrogasse discipulos suos quem illum dicerent homines, tunc dixit, cum esset solus orãs, & adessent ẽt ipsi. porrò autẽ Marcus in via dicit illos hoc ab eodem interrogatos. sed hoc eum mouet quia nunquam orauit in via. Amb. Non est autem ociosa turbæ opinio, quam discipuli respondet, cũ subditur. At illi respon. & dixe. Ioannẽ Bapt. quẽ decollatum sciebant. Alij ãt Eliã, quẽ venturum putabant. alij ãt quia ꝓpheta vnus de prioribus surrexit. Sed hoc quærere alterius prudentiæ est. nã si Paulo apostolo satis est nihil scire, nisi Christum Iesum & hunc crucifixũ, quid amplius mihi, desiderandum est scire quã Christum? Cyril. Vide ãt in interrogationibus elegãtiam. Dirigit.n. prius eos ad extrinsecas laudes, vt eis euulsis veram opinionẽ generet vñ cum dixissent discipuli plebis opinionem, eorum sniam interrogat, cùm subditur: Dixit au. il. Vos au. quẽ me es. dici. O q̃ præcipuũ illud Vos. Excipit eos ab alijs, vt eorũ vitent opiniones. q. d. Vos qui cẽsura mea vocati estis ad apostolatũ. testes miraculorum meorum, quẽ me esse dicitis? Præuenit autẽ Petrus cæteros, fitq; os totius collegij, eructatq; diuini amoris eloquia, pfertq; fidei confessionẽ, cùm dr̃: Respondens autem Petrus dixit, Christum Dei. Nõ ait simpliciter eum esse Christum Dei, sed magis cum articulo: vñ in Græco habet, Ton Christon Nam plures diuinit⁹ vncti diuersimodè vocati sunt Christi. Quidam.n. vncti fuerunt in reges, quidam in prophetas nos autẽ per Christũ sancto peruncti spiritu, nomẽ obtinui- Opinio turbę de Christo

tinui-

tinuimus Christi, sed vnus solus est, q est Christi Dei & patris, quasi ipso solo proprium habente patrẽ qui in cęlis est, & sic Lucas cócordat quidẽ in sentẽtijs cũ Matthæo, qui narrauit Petrum dixisse: Tu es Christus fi. Dei viui: sed vtẽs breuiloquio, ait eũ dixisse Christũ Dei. Amb. In uno.n. hoc noie, & diuinitatis & incarnationis expressio, & fides est passionis. Cóplexus est itaq; oia, q & naturã & nomẽ expressit, in quo summa virtutũ est. Cyr. Sed notandũ & vnũ cófessus est esse Christũ prudẽtissimus Petrus cõtra psumentes Hemanuelẽ in duos Christos diuidere. Neq; n. sciscitatus est eos, di Quẽ dicũt hoies esse diuinum verbũ? sed filiũ hominis, quẽ Petrus cófessus est esse filiũ Dei. In hoc ergo admirãdus est, & dignus factus tã pcipuis honoribus, quia quẽ admiratus est in forma nostra, hunc credidit esse Christũ patris. s. hominẽ factum uerbũ qđ processit de patris substantia. Amb. Dñs autẽ Iesus Christus pdicari se primò noluit, ne ullus strepitus nasceret. vnde sequit. At ille increp. eos & c. Multis ex causis iubet tacere discipulos vt fallat principẽ mundi, vt declinet iactantiã, doceat humilitatẽ. ergo Christus noluit gloriari, & tu qui ignobilis natus es gloriaris? simul ne rudes & imperfecti adhuc discipuli maxime pdicationis molibus opprimant. Prohibẽtur ergo euangelizare eũ Dei filiũ, vt euangelizarent postea crucifixum. Chry. Opportune etiam dñs tunc vetuit nulli dicere q ipse esset Christus, quatenus sublatis de medio scandalis & crucis cõsummato patibulo, habitualiter imprimeretur audientiũ menti conueniens de eo opinio. nã radicatum semel & post modum euulsum, uix unquam denuo insitum retinebitur. Quid ãt semel insitum pseuerat immobile, de facili concrescit. nã si Petrus ex solo auditu scandalizatus est, quid quamplures paterentur, cùm audissent filiũ Dei esse, viderent aũt crucifixũ & cõsputũ? Cyril. Oportebat ergo discipulos eum ubiq; terrarũ pdicare. hoc.n. erat opus electorũ ab eo ad apostolatus officium. Sed vt sacra scriptura testatur, tempus est unicuiq; rei. Decebat.n. vt crux & resurrectio impleretur, & sic sequeretur apostolorũ prædicatio. nvẽ sequit. Hæc dicẽs, quia oportet, & c. Amb. Fortasse qa sciebat dñs difficile passionis & resurrectionis mysteriũ ẽt discipulos crediturus, ipse voluit esse suæ passionis & resurrectionis assertor.

Notanda sentẽtia.

Mysterium insinuatur

Dicebat aũt ad oẽs: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucẽ suã quotidie, & sequatur me. Qui.n. voluerit animã suã saluam facere perdet illã. Nam qui perdiderit animã suam propter me, saluam faciet illã. Quid enim proficit homo, si lucretur uniuersum mundum, se aũt ipsum perdat, & detrimẽtum sui faciat? Nam qui me erubuerit & meos sermones, hũc filius hominis erubescet, cùm venerit in maiestate sua & patris, & sanctorũ angelorũ. Dico aũt vobis, verè sunt aliqui hic stantes, qui nõ gustabunt mortem donec videant regnum Dei.

Cyr. Ducum magnanimi strenuos in armis ad audaciam prouocant, nó solum eis honores pollicendo victoriæ, sed etiã ipsum pati generosum esse fatentes. Tale qd uidemus docere dñm Iesum Christũ; prędixerat.n. apostolis q oportere eũ perpeti Iudæorum calumnias, occidi, & tertia die resurgere. Ne igitur putarẽt Christum quidem passurum persecutiones p uita mundi, eis uerò liceret lentã uitã ducere, ostendit necessario q per æqua certamina gradi decet cupientes eius gloriã obtinere. vnde dr. Dicebat aũt ad oẽs. Be. Pulchrè posuit ad oẽs, qui superiora q̃ ad fidem dominicæ natiuitatis uel passionis pertinent cũ solis discipulis seorsum egit. Chry. Cũ ãt Saluator sit pius & benignus, nullum inuitũ aut coactũ habere vult famulũ, sed spõtaneos & gratias agentes ei pro famulatu; & ideo neminẽ cogẽdo aut necessitatẽ imponendo, sed persuadendo & benefaciendo vniuersos uolentes, attrahit, di Si quis vult. Basi. Vitã aũt propriã in formam optimę conuersationis tradidit volẽtibus ei obedire, cũ dicit: Post me venire. Non obsecutionẽ corporalem insinuans (esset.n. in omnibus impossibilis dño iam in cęlis existente) sed debitam cóuersationis pro posse imitatione. Beda. Nisi aũt quis à semetipso deficiat ad eum qui supra ipsum est non appropinquat, vnde dicitur: Abneget semetipsum. Basil. Abnegatio quidẽ sui ipsius est totalis præteritorum obliuio, & recessus à ppriis uo-

luntatibus.Orig. Abnegat ēt aliquis seipsum, dū vitā prius in malitia cōsuetā alteratione debita cōmutat; puta qui dudū in lasciuia vixerat, abneget semetipsum lasciuū cū sit castus; & similiter abstinētia cuiuslibet criminis sui ipsius abnegatio est. Basi. Appetitus mortis tolerandæ pro Christo, & mortificatio membrorū q̄ sunt super terrā, & viriliter disponi ad omne periculū sustinendū pro Christo, & nō afici quenquā ad vitā p̄sentē, hoc est tollere crucē suā. vñ subdit; Et tollat crucē suā quotidie. Theo. Crucē hic dicit mortē exprobrabilē, innuens ꝙ si quis vult Christū sequi non debet effugere pp ipsum ēt exprobrabilem mortem Grego in Ho. Duobus etiā modis crux tollitur, dum aut per abstinentiam affligitur corpus, aut per cōpassionē afficitur animus. Græcus Rectè autem cōiūgit hęc duo, abneget semetipsum, & tollat crucem suā. Sicut.n. q paratus est ascendere crucē, sumit in mēte sua mortis intentionē, sicq; vadit nō æstimās amplius hāc vitā participare: ita qui sequi vult dñm, primo dēt abnegare seipsum & sic tollere crucē, vt eius voluntas sit prōpta ad omnem miseriam sustinendam. Basi. In hoc igitur consistit perfectio, vt impassibiliter se habeat secundum affectum etiam ad ipsum viuere, & habeat in prōptu mortis responsum, vt nequaquam in seipsos confidat. Sumit autem exordiū p̄fectio ab exteriorum alienatione, puta possessionum, vel inanis gloriæ, vel precisæ affectionis inutiliū rerum. Bed. Prædictā igitur crucē & quotidie tollere, & ea sumpta dñm sequi iubemur, q crucē propriam baiulauit. uñ sequitur; Et sequatur me. Orig. Huius āt causam assignat, subdens; Qui.n. voluerit animam suam saluā facere, perdet illam. i. qui uult secundum uitam præsentem uiuere, & propriam animam in sensibilibus conseruare, hic eam perdet, nō ducens eam ad terminos beatitudinis. Et contrario autem subdit; Nam qui perdiderit animam suam propter me, saluā faciet illam. i. qui negligit sensibilia intuitu ueritatis exponens se morti, hic tanquam animam perdens pro Christo cā potius saluabit Itaque si animam saluari beatum est, relatū ad eam quę est in Deo

Abnegatio sui qualis sit.

Animæ perditio qūo intelligenda.

salutē: debet esse & q̄dam bona perditio aīę, quę sit intuitu Christi. Videtur ēt mihi persimile ei, qđ est abnegare seipsum secundū p̄dicta dicere, pdere quemlibet ꝓpriā animam peccatricē, ut sumat eam q̄ p uirtutem saluatur. Cyr. Quòd āt incōparabiliter exercitū pacis Christi superet delicias & preciosa mundi, insinuat subdens; Quid proficit homini si lucretur uniuersum mūdū, seipsum aūt perdat, & detrimentum sui faciat? quasi dicat. Cum aliquis aspiciens præsentē dulcedinē, aut utilitatem, renuit quidem pati, eligit aūt splendidè uiuere si sit opulentus, quod inde sibi cōmodo erit cum perdiderit animam? Transit.n. huius mundi figura, & amœna uelut umbra discedunt; Nō.n. ꝓderunt thesauri impietatis; eripit autē à morte iustitia. Greg. in ho. Quia ergo sancta ecclesia habet aliud tempus persecutionis, atque aliud pacis, dominus utraq; tempora designauit in præceptis. Nam persecutionis tempore ponenda est anima, quod significauit dicens. Qui perdiderit animam. Pacis autem tempore ea quæ amplius dominari possum frangenda sunt desideria terrena, quod significauit dicens: Quid proficit homini? Plerunque āt labentia cuncta despicimus, sed tamen adhuc humanę verecundiæ usu præpedimur, ut rectitudinem quam seruamus in mente, non eum exprimere valeamus in uoce. Sed huic quidem vulneri congruū dominus subiungit medicamentum, dicens. Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet. Theoph. Erubescit Christum qui dicit: Nunquid credam crucifixo? Sed & sermones eius erubescit, qui euangelij ruditatem contemnit: quòd autem hunc dominus erubescet in regno suo tale est, sicut si aliquis paterfamilias habens seruū prauum erubescat eum nominare. Cyr. Incutit autem eis timorem dicens se cœlitus descensurum, non in pristina humilitate, & mensura proportionabili nobis, sed in gloria patris ministrantibus angelis. Sequitur enim: Cum uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorū. Pessimum igit̄ & damnosum notari inimicitia, & operis inertia, quando tantus iudex

Erubescere Christū quis dicatur.

descederit

descenderit āgminibus circumstantib. angelorum. Hinc āt percipias, ꝙ carne sumpta & sanguine filius nō minus est Deus, ꝙ se pollicetur in maiestate Dei patris venturum, & ꝙ ei tanquam iudici oium ministrabunt Angeli, qui factus est homo similis nobis. Amb. Semper aūt dn̄s sicut erigit ad pręmia futura virtutum, atq; vtilé secularıū rerum docet esse cōtēptū, ita ēt infirmitatem mentis humanæ, p̄sentium remuneratione sustentat. Arduum quippe est crucé tollere, & aīam periculis morti corpus offerre, negare quod sis, cū velis esse quod non sis, raroq; quanuis excelsa virtus futuris commutat præsentia; ergo bonus magister ne quis desperatione frangatur, au. tedio, continuo seuidendnm fidelibus pollicet̄, dicens. Dico āt vobis ve. sunt ali hic stan. qui nō gustabunt morté, donec vi. regnum Dei. The. Idest gloriā in qua iusti erunt: hoc āt dixit de transfiguratione, q̄ forma erat futuræ gloriæ, ac si diceret, sunt aliqui hic stantes f. Petrus, Iacobus & Ioannes, qui attingent morté, donec in t pe transfigurationis videant, in in qua gloria erunt qui me confitentur. Gre. in ho. Vel regnum Dei hoc loco pręsens ecclesia vocat̄: & quidam ex discipulis, vsq; adeo id corpore uicturi erant, vt ecclesiam Dei constructam conspicerent, & contra mundi huius gloriam erectam. Amb. Itaq; si & nos volumus morté non timere, stemus vbi Christus est. Soli.n. nō queunt gustare mortem, qui stare possunt cum Christo: in quo licet ex verbi ipsius qualitate perpēdere, nec tenué quidé sensum mortis habituros, qui Christi videantur meruisse consortia. Certè mors corporis libando gustetur, & vita animę possidendo teneatur. Non.n hic mors corporis, sed animæ denegatur.

Factum est āt post hæc verba ferè dies octo, & assumpsit Petrū, Iacobum, & Ioannem, & ascendit in montem vt oraret. Et facta est, dum oraret species vultus eius altera. Et vestitus eius albus, & refulgens. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses et Helias visi in maiestate: et dicebant excessum eius, quē completurus erat in Hierusalem.

Euseb. Cum dn̄s discipulis suis secum apparitionis suæ promulgauerit ingés mysterium ne solis verbis credere viderent, procedit ad opera ostendens eis oculata fide imaginem regni sui. vnde dr̄: Factū est āt post hæc verba ferè dies octo, & as. Petrum, Ia. & Io. & ascen. in mōtem, vt oraret. Damas. Matthæus quidem & Marcus sexto die post factā promissioné discipulis, Lucas āt post octauum dicit celebratā fuisse transfigurationé, nec est dissonātia in dictis, sed qui sex numerauerūt dēptis extremis (primo dico & ultimo, quo pollicitus est, & quo fecit) medios computauerunt. At qui octo connumerauit, vtrūque p̄dictorum computauit. Sed cur non oēs, sed aliqui vocati sunt ad hanc visionem? vnus quidé erat qui solus indignus erat diuinitatis visione. s. Iudas, secūdum illud. Tollat̄ impi⁹, ne videat gloriā Dei. Si solus ergo esset dimissus, tanquam inuidus ad maioré esset malitiā prouocatus. Proinde proditori tollit proditionis occasioné, cū dimisit inferius reliquā apostolorū cōgerié. Assumpsit āt tres, vt in duobus vel trib. testib stet oé verbum. Petrū quidé assumpsit, volens testimoniū q̄d testatus fuerat, ei ostédere p̄ patris testimoniū confirmari, & quasi p̄ fidé futurum totius ecclesiæ. Sed Iacobum assumpsit tāquam moriturū pro Christo ante oēs discipulos Ioannem verò tanquā theologiæ purissimum organū, vt visa gloria filij, quæ nō subiacet t pi, resonet illud: In principio erat verbū. Amb. Vel Petrus ascendit, qui claues regni cœlorum accepit. Ioānes, cui cōmittitur mater, Iacobus qui primus solum sacerdotale cōscendit. Theo. Vel assūmit hos tāquam hanc rem celare potétes, & nulli alij reuelare. Ascendit autem in montem ut oraret, docēs nos solitarios & ascendentes orare ad nihil terrenorum declinantes. Damasc. Aliter tn̄ orant serui, aliter orabat dn̄s. Nam serui orātis oratio est per intellectus ascensum ad eū, sed sacer intellectus Christi, qui secundū hypostasim Deo unitus erat manu ducés nos ad ascensum quo per orationem ad Deū ascenditur, & docens quòd aduersarius, Dei non est, sed tanquam principium veneratur genitorem, quinetiam aliciens tyrānum explorātem si Deus esset, quod miraculorū uirtus prędicabat, quasi sub

Cōsensus Euāgelicus.

Christi Oratio.

quadam esca hamum contegeret, vt qui spe deificationis hamauerat hominē, corporis amictu decenter hamaretur. vnde sequitur: Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera. Cyr. Non tanquàm corporis humanam formam mutāte, sed quadam splendida gloria superueniente. Damasc. Videns āt diabolus orationib. refulgentē, recordatus est Moysi, cuius glorificata est facies. sed Moyses quidē glorificatur extrinsecus adueniente gloria, dñs āt ex innato gloriæ diuinæ fulgore. Cum.n. secundum hypostati vnionem vna & eadem sit gloria verbi & carnis, transfiguratur non quasi accipiens quod nō erat, sed qđ erat manifestās discipulis; vñ secundū Matthæum dr̄; ꝙ transfiguratus est corā eis, & ꝙ facies eius refulsit vt sol; quod.n. est in sensibilib. sol, hoc in intelligibilibus Deus. Et sicut sol qui est lucis fons de facili videri non pōt, lux āt eius ex eo ꝙ ad terram peruenit aspicitur; sic facies Christi intēsius refulget vt sol, vestimenta aūt eius dealbantur vt nix. Vnde sequitur; Et vestitus eius albus refulgens. Illustratus.s. per diuinę lucis participationem. His aūt ita se habentibus, vt vnus ostēderetur dñs noui & veteris testamenti, & hæreticorū ora obturētur, & fides fiat resurrectionis, necnon qui transfigurabatur viuorum & mortuorū dñs crederet, Moyses & Elias tanquā famuli assistunt dño in gloria. vnde sequitur; Ecce duo viri lo. &c. Oportebat.n. vt videntes conseruorum gloriam, fiduciam. mirarentur quidē pium domini cū descensum, zelarēt verò eos qui prius laborauerant, visuri amœnitatem futurorum bonorum, & magis fortificarentur in laboribus. nam qui laborū nouerit emolumēta, labores facilius tolerabit. Chrys. Aliter quoq; qm̄ vulgus asserebat eū esse Eliam, vel Hieremiam, vt discerneretur, inter dominū & famulos, & vt pateat eū non esse aduersarium Dei, & legis transgressorem, eos sibi assistentes monstrauit: nō.n. legislator Moyses, & qui pro gloria diuina zelatus est Elias astitissent ei. sed & propter virtutes virorum demonstrandas. Nam vterque pro mandatis diuinis quam pluries se morti exposuerat. Volebat etiā discipulos eos imitari in regimi-

Consonantia testamētorum.

ne populi, vt fierent mites sicut Moyses, & zelantes sicut Elias. Inducit ēt omnes vt ostendat crucis gloriam, ad consolādū Petrū, & alios passionē timentes. vñ sequitur; Et dicebant excessum eius quē cōpleturus erat in Hierusalem. Cyr. Videlicet mysterium dispēsationis in carne, necnō salutiferam passionem completam in venerabili cruce. Amb. Mysticè autem post verba prędicta trāsfiguratio Christi ostēdit, qm̄ is qui verba Christi audit & credit, resurrectionis gloriam videbit. Octaua.n. Die facta est & resurrectio: vnde & pleriq; psalmi pro octaua scribuntur, aut fortè ut ostenderet nobis quod dixerat: ꝙ is qui pp Dei uerbum perdiderit animam suam, saluam fecit eam, qm̄ promissā suis in resurrectione restituet. Be. Nā sicut ipse post septimā sabbati, qua in sepulchro quieuerat, a mortuis resurrexit, & nos post sex seculi huius ętates & septimam quietis animarum quæ interim in alia vita geritur, quasi octaua ętate resurgemꝰ. Ambr. Sed Matthæus & Marcus post dies sex assumptos hos esse commemorarunt, de quo possēmus dicere ꝙ post sex milia annorum: mille.n. anni in conspectu Dei, tāquàm dies vna, sed plures quàm sex milia cōputant anni, & maluimus sex dies per simbolū intelligere, ꝙ sex dieb. mundi opera, sunt creata, vt per tp̄s operā, & per opera mundum intelligamus. Et ideo mundi temporibus impletis, resurrectio futura monstratur, aut quia is qui mundū ascenderit; & huius post seculi momenta transcenderit, velut in sublimi locatus futurę resurrectionis fructus expectabit in æternum. Be. Vnde in montem oraturus, & trāsfiguraturus ascendit, vt ostēdat eos qui fructum resurrectionis expectāt & regem in decore suo videre desiderant mētē in excelsis habitare, & continuis precibus debere incumbere. Amb. Putarē in tribus qui dicuntur ad montem mysticè genus humanū comprehensum, quia ex tribus filijs Noe genus oē defluxit humanū nisi electos cerneré: tres igitur eliguntur qui ascendunt in montem, quia nemo pt̄ resurrectionis videre gloriā, nisi qui mysteriū trinitatis incorrupta fidei sinceritate seruauerit. Be. Trāsfiguraturus autem

Salua-

Trinitatis mysteriũ.

Saluator gloriã futuræ vel suæ vel nostrę resurrectionis ostendit, qui qualis tunc apostolis apparuit, post iudicium cũctis apparebit electis. Vestitus ãt dñi sanctorum illius chorus accipitur, qui videlicet dño in tertio consistente despectus vibebatur, sed illo montẽ petente, nouo candore refulget: quia nũ filij Dei sumus, & nondũ apparuit quid erimus. Scimus ãt qm̃ cum apparuerit, similes ei erimus. Ambr. Vel aliter; Pro tua possibilitate tibi verbũ aut minuit, aut crescit: ac nisi altioris prudentiæ cacumẽ ascẽdas, non tibi apparet quãta sit gloria in Dei verbo. Vestimenta ãt verbi sunt sermones scripturarum: & q̃dã intellectus indumẽta diuini: Et sicut vestitus alb. refulsit, ita in oculis tuę mẽtis diuinarũ lectionũ sẽsus albescit. Inde apparet Moyses & Elias, hoc est lex & ꝓpheta in verbo. neq; .n. lex põt esse sine verbo, nec ꝓpheta nisi qui de Dei filio prophetauit.

Petrus verò, & q cũ illo erãt grauatis erat somno: Et euigilantes, viderũt maiestatẽ eius et duos viros qui stabãt cum illo Et factum est, cũ discederet ab illo, ait Petrus ad Iesum; Praeceptor, bonũ est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, unũ tibi, & unũ Moysi, & unũ Heliæ, nesciens quid diceret Hæc ãt illo loquẽte, facta est nubes & obumbrauit eos; & timuerunt intrantibus illis in nubem. Et uox facta est de nube, dicens; Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et dum fieret uox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ uiderant.

The. Christo vacante orationi, Petrus somno deprimitur: infirmus .n. erat & qđ humanum erat impleuit. vnde dr̃. Petrus verò &c. Excitati autem gloriam eius cernunt, & duos uiros cum eo: unde sequit: Et euigilantes uiderunt maiestatem eius, & duos uiros qui stabant cum illo. Chry. Vel somnum uocat ingestum eis nimium stuporem ex illa uisione: neque .n. nocturnum tẽpus erat, sed lucis excellentia grauabat oculorum debilitatem. Amb. Premit .n. incomprehensibilis splendor diuinitatis nostri corporis sensus: nam si solis radiũ ẽ regione oculorum contuẽtiũ corpora nequit acies cõtinere, qũo Dei gloriã humanorũ ferret corruptela mẽbrorũ? Et fortasse ideo grauati somno erant, vt resurrectionis viderent speciẽ post quietẽ. Itaq; vigilantes viderũt maiestatẽ eius: nemo .n. nisi vigilans gloriã videt Xp̃i. Delectatus est Petrus; & quẽ seculi huius illecebrosa nõ caperent gloria resurrectionis illexit. vñ sequitur. Et factũ est cũ discederent &c. Cy. Aestimabat forsan diuus Petrꝰ imminere tẽpus regni Dei, & ideo approbat montis incholatum. Damas. Non est ãt bonũ Petre tibi, q Christꝰ ibi moretur, qm̃ si mãsisset, nequaquã tibi facta ꝓmissio consequeretur effectum, neque .n. claues obtinuisses regni, nec mors tyranni abolita esset. Non quæras ante tempus fœlicia, vt Adam deificationem. Erit qñ hunc aspectum indesinenter percipies, & cohabitabilis illi q lux est & vita. Ambr. Petrus autem non solum affectu, sed etiã sanctorum deuotione præstantior ad ædificanda tabernacula tria impiger operarius cõis obsequij ministeriũ pollicetur. Sequitur .n. Et faciamus tria tabernacula, vnum tibi, &c. Dama. Nõ autem te dominus tabernaculorũ, sed vniuersalis ecclesiæ constructorẽ constituit. verba tua tui discipuli, oues tuæ mãdauerunt. effectui, Christo tabernaculum construentes, nec non & seruis eius Hoc autem nõ ex intẽtione Petrus proferebat, sed inspiratione spiritus reuelantis futura. vnde sequitur. Nesciens quid diceret. Cyr. Nesciebat ẽt quid diceret: neque .n. aderat tempus finis seculi, nec participandæ à sanctis promissæ spei. Et cum iam sumeret exordiũ dispensatio, quo pacto Christum oportebat desistere à mundi dilectione, volentem pati pro eo? Tamen decebat etiam non solum perstringere fructum incarnationis ad opus existentium in monte, sed diffundi ad omnes credẽtes, quod per crucem & passionem erat consumandum. Titus. Ignorabat etiã Petrus quod dixerat, quia non oportebat tribus tria tabernacula facere. Non enim connumerantur domino famuli, nec comparatur creaturæ creatori. Ambro. Neque capit humana conditio in hoc corruptibili corpore facere tabernaculum Deo, siue in anima, siue in corpore, siue in quolibet alio loco. Et quamuis nesciret quid diceret, tamen pollicebatur officiũ, cui non incon

Splẽdor diuinitatis inuisibilis.

Nota mysterium verborũ

sulta petulātia, sed primatū deuotio fructus pietatis accumulat. Nā ꝙ ignorabat, conditionis fuit, ꝙ promittebat, deuotionis. Chr. Vel ali. Audiebat ꝙ oportebat ipsum mori, & tertia die resurgere; videbat āt multā distantiā & solitudinē. vñ cōsiderauit ꝙ plurimā haberet locus tutelā ob hoc dixit. Bonum est nos hic esse. Aderat quoq; Moyses q̨ nubē intrauit, & Elias qui in mōtē ignē deduxit. Igitur euangelista cōfusionē mētis eius ex qua hoc ꝓferebat ostēdens, dixit: Nesciens quid diceret.

Consensus Euāgelicus.

Aug de con. euan. Quòd āt hic Lucas dixit de Moyse & Elias, Et factū est dū discederent ab illo, ait Petr⁹ ad Iesum: Præceptor, bonū est nos hic esse; nō debet putari contrariū ei, qđ Mat. & Marcus ita cōiunxerunt Petrū hæc suggessisse, quasi adhuc Moyses, & Helias cū dño loquerent nō.n. expresserunt tūc, sed tacuerūt poti⁹ qđ ille addidit, illis discedētibus hoc Petrū dño suggesisse. The. Petro autem dicente. Faciamus tria tabernacula, dominus tabernaculū non manufactū fabricāt, & in eum ingreditur cum prophetis. vnde subdit: Hoc autem illo loquente facta est nubes & obumbrauit eos; vt ostēderet ꝙ nō minor est patre. Sicut.n. in veteri testamento in nube habitare dominus dicebatur, sic & nunc nubes suscepit dominum, nō caliginosa, sed lucida. Basi. Nā obscuritas legis transierat. sicut.n. fumus ab igne, sic nubes a luce causata est. Verū quia nebula signum tranquillitatis est, quies futuræ mansionis ostenditur per nubis operimentum. Amb. Diuini enim spiritus est obumbratio ista, quæ non caligat affectibus homium, sed reuelat occulta. Orige. Hanc autem gloriam Discipuli sufferre nequeuntes, procubuerūt humilitati sub potenti dextra Dei nimiū timentes, cùm scirent qđ dictum fuit Moysi: Nō videbit homo faciem meā & viuet. vnde sequit, Et ti. intran. il. in nu. Amb. Cognosce autem nubem istam nō coacti aeris caligine piceam, & q̄ cęlum tenebrarum horrore subtexat, sed lucidam nubem, q̄ nos non pluuialibus aquis immadidet, sed de qua mentes hominum in voce Dei omnipotētis emissa fidei ros rigauit. Sequit enim. Et vox fa. est de nube, di. Hic est filius

Nubes lucida.

meus dilectus. Non Helia filius, nō Moyses filius, sed hic est filius, quem solum videtis. Cyr. Qualiter ergo oportebat eum qui re uera filius est factum uel creatum existimare? Deo patre desuper intonante, Hic est filius meus, q.d. non unus ex filijs, sed qui uerè & naturaliter est filius, ad cuius exemplar alij sunt adoptiui. Illi ergo iussit obedire cum subdit: Ipsum audite. Et magis quàm ad Moysen & Heliā; quia Christus est finis legis & prophetarum. unde signanter euangelista subdit; Et dū fieret uox inuen. est Ie. so. Theo. Ne scilicet putaret aliquis hoc dictum, hic est filius meus dilectus, de Moyse uel Helia fuisse prolatum Amb. Recesserunt ergo illi ubi cœperat dominus designari; tres etiam in principio uident, unus in fide. perfectę.n. fidei unum sunt. Ergo & illi quasi recipiūtur in Christi corpus, quia & nos unum erimus in Christo Iesu: aut fortasse, quia lex & prophetę ex uerbo. Theo. Quæ autē ex uerbo cœperunt, in uerbo designūt; per hoc.n. innuit ꝙ usque ad tempus aliquod lex & ꝓphetę apparerent, sicut hic Moyses & Helia. Postmodum autem solus Iesus illis recedentibus. nam tunc euāgelium manet transactis legalibus. Beda. Et nota sicut domino in Iordane baptizato, sic etiam in monte glorificato totius Trinitatis mysterium declarari, quia gloriam illius quā in baptismate cōfitemur, in resurrectione uidebimus. Nec frustra Spiritus sanctus hinc in lucida nube, illic apparet in columba, quia qui nunc simplici corde fidem, quam percipit seruat, tuuc luce aperte visionis quæ crediderat contemplabitur. Orig. Non uult autem Iesus dici quæ ipsius spectāt ad gloriam ante suam passionē. uñ sequit; Et ipsi tacuerunt & c. Offensi.n. fuissent, & ꝑcipuè uulgus si uidisset crucifigi eum qui sic fuerat glorificatus. Damas. Hoc ēt præcipit dñs, sciens Discipulos imperfectos, qui nondū sortiti erant plenam spiritus participationem, ne corda aliorum qui non uiderant subuerterentur tristitia, & ne proditor incitaretur ad inuidiæ rabiem.

Trinitatis mysterium

Factū est āt in sequēti die, descēdētibus illis de mōte, occurrit illis turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit, dicēs, magister, obsecro te respice

respice in filiũ meũ: qa unicus est mihi. Et ecce spiritus apprehendit eũ. & subito clamat, & elidit & dissipat eum cũ spuma & vix discedit dilaniãs eũ. Et rogaui discipulos tuos vt eijcerẽt illud; & non potuerunt. Respondens ãt Iesus, dixit; O generatio infidelis & peruersa, vsq; quo ero apud vos, et patiar vos? Adhuc huc filium tuum. Et cum accederet elisit illum dæmonium, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritũ inmũdũ & sanauit puerũ, et reddidit illũ patri eius. Stupebant autem omnes in magnitudine Dei.

Bed. Loca rebus congruunt. In monte orat dñs, transformatur, Discipulis arcana suæ maiestatis aperuit, in inferiora descendens, turbæ occursu excipitur. vñ dr̃. Factum est ãt in sequenti die descendentibus illis de monte, &c. Sursum patris vocem pãdit, deorsum spiritus malos expellit. vnde sequitur; Et ecce vir de turba exclamauit, dicens, magister, obsecro te respice in filium meum, &c. Titus. Vr̃ mihi

Filiorũ amor.

sapiens quidem hic esse, non. n. dixit Saluatori, Fac hoc vel illud, sed respice, hoc. n. sufficit, ad salutem, sicut propheta dicebat, Respice in me & miserere mei. Et dicit, In filium meum, vt rationabilem demonstret inuerecundum, ꝙ solus in multitudine clamat. Addit; Quia vnicus est mihi q. d. nullus alius expectatur futurus remedium senectutis. Consequenter explicat passionem, ut audientem moueat ad pietatem, dicẽs. Et ecce spiritus apprehendit eum, &c. Deinde vr̃ criminari Discipulos. Sed magis respondet ꝙ iustè verecundiã deposuerit, dicens. Et rogaui discipulos tuos vt eijcerent illud, & nõ potuerunt, q. d. nõ putes ꝙ leuiter ad te peruenerim, stupẽda est dignitas tua, nec statim te molestaui, ad Discipulos tuos accessi primo, nunc quia non curauerũt, cogor proficisci ad te. vñ & dñs non ipsum, sed genus incredulum increpat. Sequitur. Respondens ãt Iesus, &c. Chr. Sed hunc hominem multum infirmari in fide, euangeliorum scriptura ostendit ex plurib. ex eo. s. ꝙ dixit. Adiuua incredulitatẽ meã, &, si potes, & ex eo ꝙ Christus dixit, Credẽti oĩa possibilia sunt. Cyr. Vnde melius puto incredulum reputatũ dæmoniaci patrẽ, ꝙ & sacros Apostolos abiurgauit, dicens eos non posse imperare dæmonibus;

potius ãt erat honorando Deum ab eo petere gratiã, annuit. n veneratus. Qui ãt dicit debilitari erga uirtutem quę est in spiritus malignos, eos q. a Christo adepti sũt potestatem eijciendi eos, gratiã magis calumniatur quàm fulgentes ea, in quibus Christus operatur. vñ offenditur Christus accusatis sanctis, quib. est commissum verbum ꝑdicationũ sacrarum, ꝑꝑ quod dñs increpat eum & cõcordes ei dicens. O generatio infidelis & peruersa, q. d. Causa tuę infidelitatis gratia effectũ sortita non est Chr. Nõ ãt dirigit sermonem ad eum tantum, sed ad oẽs Iudæos, ne faciat eum hæsitare oportebat. n. scandalizari quamplures. The. Quòd ãt dixit Peruersa, demonstrat ꝙ non a principio neq; naturaliter inerat eis malitia sed natura quidem erant recti semen Abrahæ existentes, sed per malitiam erant peruersi. Cyril. Quasi nescientes procedere rectis incessibus, cũ eis ãt qui sic sunt dispositi. Christus commorari dedignatur. vñ dr̃. Vsq; quo ero apud vos, & patiar vos? ferens quasi molestè eorum conuersationem ꝑꝑ prauitatẽ ipsorum. Chry. Per hoc ẽt ostendit desideratum sibi esse suum recessum, & quod non erat graue crucis patibulum, sed magis ipsorum conuersatio. Bed. Non ꝙ tædio superatus sit mansuetus & mitis, sed in similitudine medici si ægrotum videat contra sua præcepta se gerere dicat, vsq; quo accedam ad domum tuam? me aliud iubente, te aliud faciente? Intantum autẽ non est iratus homini, sed vitio, ut statim intulerit. Adhuc huc filium tuum. Titus. Poterat quidem solo iussu eum liberare, sed propalat suam passionem subijciens, infirmum præsentium visioni. Deinde dæmonium postquam dominum sensit. concutit puerum vnde sequitur. Et cum acce. eli. illum dęmo. & dissipauit, vt sic prius exprimatur passio, deinde adhibeatur remedium. Chryso. Non tamen hoc dominus ad ostentationem facit, sed causa patris, vt cum viderit dęmonium conturbari propter solam vocationem, sic saltem inducatur ad fidem futuri miraculi. de quo sequitur. Et incre. Iesus spiritum immũ & senauit puer. & red. il. pa eius. Cyr. Antea autem nõ erat patris, sed dæmonis

Calumnia gratia.

occupantis. Subdit át euangelista stupere plebẽ in magnalijs Dei, dicens, Stupebant aút oés in magnitudine Dei: qđ dicit pp domũ Christi, qui sacris quoq; Apostolis contulit potestatẽ agẽdi diuina miracula, & imperandi dæmonib. Bed. Mystice aút pro qualitate meritorũ quotidie aliis descendit dñs, dũ perfectos, quorũ cõuersatio in cęlis est sublimius extollendo glorificat, & de æternis instruit, & docet quæ à turbis audiri nó valent. Alijs át descẽdit, dum terrenos & insipientes confortat, docet, & castigat. Hunc autẽ dæmoniacum Matthęus lunaticum, Marcus surdum, & mutum describit. Significat.n illos qui vt luna mutantur p diuersa vitia crescentes & decrescentes; qui muti sunt non confitendo fidem. Sic surdi, nec ipsum fidei audiendo sermonem. Dum puer aút ad dominum accedit eliditur, quia conuersi ad dñm plerunq; à dæmonio grauius pulsantur; vt vel odiũ uirtutis incutiat, uel expulsionis suæ uindicet iniuriam; sicut ecclesiæ primordijs tot grauissima intulit certamina, quod suo regno doluit subito illata dispendia. Non puerum autem qui vim patiebatur, sed dæmonium qui inferebat, increpat. quia qui peccantem emendare desiderat, vitium arguendo, & odiẽdo depellere, sed hominem debet amando refouere, donec sanatum spiritalibus ecclesiæ possit reddere patribus.

Tropologia pulchra.

Omnibusq; mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad Discipulos suos, Ponite vos in cordib. uestris sermones istos; Filius.n. hoĩs futurũ est, ut tradat̃ ĩ manus hominũ. At illi ignorabãt uerbũ istud, et erat uelatũ ante eos, ut non sentirẽt illud, et timebãt eũ interrogare de hoc uerbo.

Cyr. omnia quæcunq; operabatur Iesus admiratione digna penes oés erát. irradiabant.n. quiddam præcipuum & diuinum in qualibet operatione ipsius secundum illud; gloriam decorem superpones ei. Et si oés quidem mirarentur in his quę faciebat, ipse tñ hæc quæ sequuntur non omnibus, sed Discipulis retulit. vnde dr; Omnibusq; miran. &c. Ostenderat in mõte discipulis gloriam suam, & post hoc liberauerat quẽdam à spiritu nequam sed oportebat eum sustinere passionem pro nobis. Poterant aút discipuli conconturbari, dicentes. Nũquid decepti sumus, dũ Deũ esse eum arbitraremur? Vt ergo scirent quid circa ipsum futurum erat, uelut quoddã depositum iubet eos in mente habere passionis mysteriũ, dicens; Poni. vos in cor. vestris. Quòd dicit, Vos; distinguit eos ab aliis. Neque.n. oportebat vulgares scire qm̃ passurus esset, sed erãt potius certificandi qm̃ mortuus resurgeret destruẽs mortem, ne scandalizarentur. Titus. Cunctis igitur admirantibus signa ipse prænũciat passionem; non.n. signa saluant, sed crux beneficia p̃stat, vnde subdit; Filius.n. hominis futurũ est, ut tradatur in manus hominum. Orig. Non aũt exprimit manifestè à quo tradendus sit: aliquis.n dicit eum tradendum à Iuda, aliquis à populo. Paulus aũt dicit, q̃ Deus pater pro nobis omnibus tradidit eũ, sed Iudas tanquàm pro pecunia tradens eum hostiliter prodidit, sed pater beneficij causa. Theo. Eorũ aũt infirmitati dñs condescendens, & eos disciplina quadam gubernans, qđ de cruce dictum est, intelligere non permisit. vnde sequitur. At illi ignorabant &c. Beda. Hæc ignorantia Discipulorum, non tam de tarditate, quàm de amore nascitur, q carnales adhuc & mysterij crucis ignari, quem Deũ verum crediderunt, moriturũ credere nequiuerunt. Et quia per figuras eum sæpe loquentem audire solebant, et quę de sua traditione loquebatur, figuratiuè eum illud significare putabant. Cyr. Dicet autem aliquis forsan, qualiter ignorauerunt Discipuli crucis Christi mysterium, cũ per vmbram legis in pluribus locis tangeretur? Sed vt Paulus commemorat, usque ad hodiernum diem quando legitur Moyses, velamen adiacet cordi eorum Expedit ergo accedentes ad Christũ diceret: Detege oculos meos & contemplabor mirabilia de lege tua. The. Vide etiam Discipulorum reuerentiam in hoc quod sequitur: Et time. interro. &c. Nam timor gradus est reuerentiæ.

Sententia pulchra.

Intrauit autẽ cogitatio in eos, qui eorum maior esset. At Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, et statuit illum secus se, & ait illis: Quicunque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit. Et quicunque me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui

minor

minor est inter uos oēs hic maior est. Respondens autē Ioānes, dixit. Præceptor, uidimus quendā in nomine tuo eijcientē dæmonia, & prohibuimus eū, quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illos IESVM: Nolite prohibere. Qui enim nō est aduersum uos, pro nobis est.

Cyr. Insidiatr diabolus multimodè diligentibus optimam uitam, & si quidem per carnales illecebras obsidere ualeat alicuius mētē, affectus uoluptatum exacuit; si quis āt hos effugerit laqueos cupidinis, glorię suscitat passionem, q̄ quidem passio uanę glorię inuasit quędam apostolorum suorum. vnde dr; Intra. au. co. in eos, quis eo. esset ma. hoc n. cogitare, est cupiētis cęteris superesse. Importabile autem puto omnes discipulos hanc ægritudinē incurrisse, & ideo ne crimen aliquod contra aliquem discipulorum Euāgelista machinari videretur, exprimit indeterminatè dicens, ꝙ intrauit in eos cogita. Theo. Vr āt hāc passionem ex hoc ortam fuisse, ꝙ dęmonia cū curare nō ualuerūt, eis de hoc altercantibus, uno dicente ꝙ non ꝑ meā impotentiā, se alterius curari non ualuit, ut ex hoc accēsa contentio fuerit, qs eorū maior esset. Bed. Vel quia viderant Petrū, Iacobū, & Ioannē, seorsum ductos in mōtē, & Petro claues regni cęlorū ꝓmissas fuisse, irati sunt, uel ipsos tres cæteris, vel Petrū oibus esse prælatū, vel quia tributi solutionē Petrū ipsi dn̄o parificatū viderāt, ipsum ꝑ cæteris, arbitrabātur præferendum. Sed diligens lector hanc intra eos quæstionem ēt ante didragma redditum inueniet fuisse versatam. Denique Matthæus hoc in Capharnaum memorat esse gestum; dicit autem Marcus, Et uenerunt Capharnaum, q cùm in domo essent interrogabat eos, quid in uia tractabatis? At illi tacebant. Siquidem inter se in uia disputauerant quis illorū esset maior. Cyril Dn̄s āt qui nouit saluos facere uidens in mente discipulorum super hoc cogitationem exortam, velut quādam amaritudinis radicem, priusquam augmentum susciperet, radicitus eam euellit. cum. n. inchoant passiones in nobis, facile deuincūtur: sed auctæ difficilè sunt mobiles. vnde sequit; At Iesus ui. &c. Discat qui nudū hominē putat esse Iesum se errasse: quan uis. n. uerbum caro factum sit, mansit tn̄ Deus. Nam solius Dei est posse rimari corda & renes. Quòd aūt puerū assumpsit, & ponebat penes se, agebaē causa apostolorū utilitatis & nostræ. Depascit. n. inanis gloriæ morbus ut plurimum eos q ꝑeminent in hoībus alijs. Puer āt sinceram gerit, mentem, immaculatum cor, et manet in simplicitate cogitationum: non ambit honores, nec nouit cuiusuis prærogatiuæ modum, nec refugit uideri minus se habere, non multam gerit seueritatem in mente & corde. Tales autem dn̄s amplexatur & diligit, & ꝓpè se dignaē habere, quasi q elegerūt q̄ sua sunt sapere. Ait. n. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. vn̄ sequit; Et ait il. quicūq; susceperit puerum istum in noīe meo, me recipit. q. d. quando vna & eadē est merces honorantibus sanctis, siue forsan minimus sit, siue præclarus honore & gloria, qa in eo Xp̄s suscipitur, qūo nō uanū est petere inuicē fungi ꝑrogatiua? Bed. In hoc āt nōsimpliciter pauperes Xp̄i ab his q uelint esse maiores ꝓ eius docet honore suscipiendos, vel malitia paruulos istos esse suadet. vn̄ cū diceret; Quicunq; susceperit puerum istū: addit, in noīe meo, ut. s. formā uirtutis quā natura duce puer obseruat, ipsi ꝓ noīe Christi rōnis industria sequanē. Sed quia & se in puero suscipi docet, & ipse puer natus est nobis, ne putareē hoc esse solū qđ uidebatur, subiūxit; Et quicūq; me receperit, recipit illū q me misit. ꝉ alē se vtique ac tantum credi volens, qualis & quantus est pater. Ambr. qui n. imitatorē Christi recipit, Christum recipit: & qui imaginem Dei recipit, Deum recipit. Sed quia imaginem Dei non poteramus uidere, facta est nobis per incarnationem verbi præsens, ut reconciliaretur nobis quæ supra nos est diuinitas. Cyr. Adhuc autē magis insinuat promissi uerbi intentionē, dicens: Nam qui minor est inter uos oēs, hic maior est. Quod de modesto dicit, q nihil de se sublime putat propter honestatē. Theoph. Quia ergo dominus dixerat, Qui minor est inter uos omnes, hic maior est, timuit Ioannes ne fortè malum aliquod fecerin, propria potestate quendam hominem prohibentes. nam prohibitio-

Nota mysteriū verborum.

Iesus uidet cogitationes.

Pauperes Christi qui sint.

hibitio non minoré prohibentē ostendit, sed maius aliquid sapiētem. vñ subditur: Respondens autem Ioannes dixit: Praeceptor, uidimus quendam in noie tuo eijciétem dæmonia, & prohibuimus eum. Non quidé inuidientes, sed operationem miraculorum diiudicantes: non.n.cum eis miraculorum potestaté acceperat, neq; eum dñs miserat sicut illos, neq; Iesum in omnibus sequebatur. vnde subdit. Qui nō sequitur te nobiscum. Amb. Ioannes.n. plurimum diligens, & ideo reamatus plurimum, excludendum putat beneficio eum qui non utatur obsequio. Cyr. Sed oportebat magis pensare nō hunc ipsum esse miraculorum auctorem, sed gratiam q̄ est in eo qui in uirtute Christi miracula ꝑficit: Quid autem si non connumerent Apostolis qui Christi gratia coronantur? Multæ sunt differentiæ Christi donorum, sed q.a tradiderat Saluator potestaté Apostolis, vt spiritus īmundos eijcerent, putauerūt nulli aliorū q̄ sibi solis licere cōcessam generé dignitaté, & ideo accedūt sciscitātes si liceat & alijs hoc agere. Amb. Nō reprehendit auté Ioānes, quia amore faciebat, sed docet, ut nouerit infirmorum esse firmorūq; distantiā. Et ideo dñs & si fortiores remunerat, tñ nō excludit infirmo. vñ sequit; Et ait ad il. Ie. Noli. prohi. Qui.n. nō est aduer. vos ꝓ uo. est. Bene dñe. nā & Ioseph & Nicodemus occulti discipuli ꝑp metū, in tépore tū suū tibi officiū non negauerunt: sed tamen quia alibi dixisti, qui non est mecum aduersum me est, & qui mecum non colligit, dispergit; aperi nobis, ne uideatur esse contrarium. & puto quia si quis mentium cōsideret scrutatorem, nō debeat dubitare uniuscuiusq; factum mente discerni. Chry. Illic n. cum dixit; Qui non est mecum aduersum me est, ostendit diabolum & Iudæos sibi esse contrarios, hic āt ostēdit eum qui in noīe Christi dæmones eijciebat, in parte cum eis existere. Cyr. q.d. Pro uobis qui Christum diligitis, sunt qui prosequi volunt q̄ ad ipsius gloriam spectāt, eiusdem gratia coronati. The. Mirare āt Chisti uirtutem qualiter per indignos, & non discipulos eis gratia operatur, sicut & per sacerdotes sanctificātur homines, quamuis sacerdotes sancti non fuerint. Amb. Cum autē hic eos qui possunt per manus impositionē immundis imperare spiritibus in nomine Iesu, neget esse prohibendos, secundū Matthæum dicit his, Nō noui uos. Sed aduertere debemus nō esse sententiarum discordiam, sed illud censeri, q̄ non solum officij in clericis, sed ēt uirtutis opera requirantur, tantumq; esse Christi nomen ut etiam parū sanctis opituletur ad præsidium, & si non ad gratiā: unde nemo purgati hominis sibi gratiā uendicet, in quo æterni nominis uirtus operata sit; non.n. merito suo diabolus, sed odio sui uincitur. Bed. Itaq; in hęreticis & malis catholicis non sacramenta cōia, in quibus nobiscum sunt, & aduersus nos nō sunt, sed diuisionem paci, ueritatiq; cōtrariā, qua aduersum nos sunt, & dominum non sequuntur nobiscum detestari & ꝓhibere.

Authoris miraculorum gratia. — *Christi uirtus mirāda.*

Factū est autē dum cōplerentur dies assumptionis eius, & ipse faciē suā firmauit, ut iret in Hierusalē. Et misit nuncios ante conspectū suū, & euntes intrauerunt in ciuitatē Samaritanorum ut pararēt illi. Et nō receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cum uidissent autē discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt. Domine, uis dicimus ut ignis descendat de cælo & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis. filius hominis non uenit animas perdere sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.

Cyr. Cū immineret tépus quo decebat dñm peracta passione salubri cęlū ascēdere, decreuit ascēdere Hierosolymā, vñ dicitur: Factū est āt, &c. Tit⁹. Quia ibi oportebat verū agnū offerri, ubi figuralis agn⁹ immolabatur. Dicit āt firmauit faciē suā .i. nō huc & illuc ibat, nec perābulabat uicos & municipia: sed iter tenebat uersus Hierusalé. Bed. Cessent ergo pagani quasi hominé uidere crucifixū, qué & tépus suę crucifixionis constat quasi Deum præuidisse, & quasi spōte crucifigēdus locū quo crucifigendus erat firmata facie .i. obstinata atq; imperterrita mente petisse. Cyril. Misit autem nūcios paraturos ei, & comitibus eius hospitium, qui cum iuissent ad terram Samaritanorū, non fuerunt admissi vñ sequit. Et mi. nun. ante conspectum suū, & euntes intrauerunt in ciui. Samari.

Argumētum contra paganos.

ut

vt para.il. & non rece.illum. Amb. Disce quia recipi noluit ab his, quos sciebat nó simplici méte côuersos. Nã si voluisset ex indeuotis deuotis fecisset, sed. Deus quos dignatur vocat, & quem vult religiosum facit. Cur autem nó receperunt, euangelista memorat, dicens: Quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Theo. Sed intelligamus ꝙ pp hoc illum non receperũt, quia ire Hierusalé determinauerat inueniũtur hi excusati qui non receperunt eum. Sed dicendum est ꝙ in hoc qđ dixit euangelista. Et non receperunt illum intelligitur, illud ꝙ neq; in Samariam venit, deinde quasi aliquo interrogante, quare non receperunt ipsum neq; eos adiuit, soluens hoc dicit: nó quia impotens esset, sed ꝙ illuc ire nolebat, sed magis Hierosolymã. Be. Vel Hierusalé ire conspicientes Samaritani dñm non recipiunt; non.n. coutunt Iudæi Samaritanis, vt Ioannes ostédit. Cyr. Sed cũ dñs qui ante oĩa nouerat, sciret ꝙ eius nuncij non esset a Samaritanis recipiendi, ideo tñ præcepit eis qđ præcederẽt, quia mos erat ei oĩa satagere erga ꝓfectum discipulorũ. Ascendebat quidem Hierosolymam propinquante tpe passionis; vt igitur qñ pati eum viderent nó scãdalizarentur? considerantes ꝙ oportet patientes esse cum contumelias inferũt aliqui, præmisit quasi quoddam præludium Samaritanorum repulsam. Profuit aũt eis & aliter. Futuri.n. erant doctores orbis terrarum, ciuitates & villas percurrentes ad prædicandum euangelicam doctrinã, q. bus aliqñ occurrerent aliqui minime recipientes sacram prædicationem: quasi nó concedentes secũ cõmorari Iesum, Docuit igiť eos ꝙ diuinam annunciantes doctrinã pleni esse debebant patientia & mãsuetudine. Non autem hostiles & iracundi, & in peccantes in eos atrociter insurgẽtes: sed adhuc non erant tales, imò zelo feruido concitati, volebant ignem de cœlo super eos deducere. Seqtur; Cũ vi.au. dis.eius; &c. Amb. Sciebant n. & Phinees reputatũ ad iustitiam, quia sacrilegos interemerat, & ad preces Eliæ ignem descẽdisse de cœlo, ut prophetæ vindicaretur, iniuria. Bed. Sancti.n. viri qui optime scirent mortem istam quę animam dissoluit a corpore non esse formidandam, sed eorum tñ animum qui illam timerent, non nulla peccata morte punirẽt; quo & uiuẽtibus vtilis metus incuteretur, & illos qui morte puniebantur nó ipsa mors noceret sed peccatum quod augeri posset si viuerent. Amb. Sed vindicetur qui timet, vindictam non quærit qui non timet; similiter ostenditur nobis in apostolis fuisse merita prophetarum, qñ eandẽ sibi potestatẽ quam propheta meruit impetrandi iure prçsũmunt, & bene præsumunt qđ ad sermonem suum ignis de cœlo descenderet, quoniam filij sunt tonitrui. Titus Censetur autem ab eis multo iustius esse Samaritanos perire dominum non admittentes, q̃ quinquaginta seruũ excludere tẽtãtes. Dñs autem in eos non cõmouetur vt ostenderet quia non habet vltionis studium perfecta uirtus, nec vlla sit iracũdia vbi plenitudo charitatis. Nam nec excludenda est infirmitas, sed iuuanda, procul sit a religiosis indignatio, procul à magnanimis cupiditas vltionis, vnde sequitur. Et cõ.incre.il.& di. Nesc.cu.spi.estis. Beda. Reprehendit in eis dñs non exemplum prophetæ sancti; sed ignorantiã vindicãdi quæ adhuc erat in rudibus, animaduertens eos non amare correctionem, sed odio desiderare uindictam. Itaq; postea quàm eos docuit quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infuso etiã Spiritu sancto non defuerunt tales uindictæ, quamuis multo gratius quàm in uetere testamento. quia sicut sequitur, Filius ho.non.ue. ani.perde.sed sal. quasi di. Et vos ergo qui eius spiritu signati estis, etiã acta eius imitamini, nunc piè consulẽtis, sed in futuro iuste iudicantes. Ambr. Nó enim semper in eos qui peccauerunt est vindicandum, quia nonnũquam amplius prodest clementia tibi ad patientiã, lapso ad correctionẽ. Deniq; Samaritani citi⁹ crediderũt, à qb⁹ hoc loco ignis acerẽ.

Patientia suadetur.

Factũ est autem ambulantibus illis in uia, dixit quidam ad illum. Sequar te quocunq; ieris. Dixit illi Iesus, Vulpes foueas habent, et uolucres cœli nidos, filius autẽ hominis nõ habet ubi caput suum reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit; Domine, pmitte mihi primũ ire & sepelire patrẽ meũ. Dixitq; ei Iesus

Sine

Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autē vade, & annuncia regnum Dei. Et ait alter. Sequar te domine, sed permitte mihi primum renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus. Nemo mittens manum suam in aratrum & aspiciens retro, aptus est regno Dei.

Cyr. Et si munificus sit omnium dominus, non simpliciter et improuide singulis dat superna et diuina dona; sed illis qui digni sunt recipere, qui scilicet animā suam alienāt à maculis prauitatum, & hoc nos docet euāgelicorum verborum uirtus cū dicitur, factum est autē, &c. Primo quidē plurima cōtinetur in accessu inertia, cōsequenter ostenditur, ꝙ plenus sit impudētia nimia. neque.n. simpliciter Christum sequi petebat, sicut alij plures de populo, sed magis insiliebat ad apostolicas dignitates, cùm Paulus dicat: Non assumat quis quā sibi honorē, sed à Deo uocatꝰ. Atha. Ausus ēt fuit æquiparare se incomprehensibili Saluatoris potestati, dicens. Sequar te quocunq; ieris. eo ꝙ sequi Saluatorem simpliciter ad eius audiendā doctrinā possibile est humanæ naturę proprietate, qua fungiꝰ erga homines; nō est āt possibile se cum cōcurrere vbilibet existēti. ipse namque incōprehensibilis est, & non circunscribitur loco. Cyr. Alio quoq; modo nō immerito recusabilē facit eū. decebat.n. ipsum crucē suā accipere ad sequendū dominū, & ab renūciare plenis vitæ affectibus, & hoc dñs in eo reprehēdit, nō vituperās, sed corrigens. Sequitur Et ait il. Ie. Vul. fo. ha. &c. Theo. Quia.n. uiderat dominū multū populū adducētē, putauit ꝙ ab eis habere precium. & quod si ipse dominum sequeretur, posset pecuniam congregare. Bed. Vnde dr̄ ei: Quid me ꝓpter diuitias & lucra huius seculi cupis sequi; cum tātæ sim paupertatis, ut nec hospitiolum quidem habeam, & non meo utar tecto? Chry. Aspice qualiter paupertatem quam dominus docuerat per opera demōstrat. Non erat ei mensa, non candelabrū, non domus, nec quicquam aliud talium. Cyr. Mystica autē significatio vulpes, volatilia cœli malignas & astutas potestates dæmonum uocat. q. d. qſi vulpes & volatilia in te mansionem habēt, qualiter Christus in te requiescet? Quid cōmune est luci & tenebris? Atha. Vel in hoc dominus magnitudinē sui muneris docet. q. d. Omnia generabilia circunscribi possunt, verbum vero Dei incomprēhēsibilis potestatis est. Et ideo ne dicas: Sequar te quocunque ieris. Cęterū si velis Discipulus fieri, abdices irrationabilia; eo ꝙ impossibile est eū qui moratꝰ in irrationabilitate, verbi Discipulum fieri. Amb Vel vulpes hæreticis comparat, fallax quippe animal & insidijs semper intētum, & rapinam fraudis exercet. Nihil tutum, nihil ociosum, nihil patitur esse securum, eo ꝙ intra ipsa hospitia prædam requirunt. Ita sunt hęretici, qui domū sibi parare non morūt, sed circunscriptionibus suis alios decipere conantur. hoc animal neque mansuescit vnquam. vñ Apostolus ait, Hæreticum post vnam & secundam correctionem deuita, volucres vero cœli frequenter ad nequitiæ spiritualis similitudinē deriuantur, & veluti nidos quosdam struunt in pectoribus improborum. & ideo dominante uersutia in affectibus singulorū nulla potest diuinitatis esse possessio. Vbi autem mentē ꝓbauerit innoxiā, supra ipsum quodāmodo uim suæ maiestatis reclinat qa pro fusiore quadā gratia bonorū peccatoribꝰ inseratur, Sic igiꝰ nō vr̄ cōuenire rationi vt simplicē fidelemq; ipsum arbitremur, qui dñi dignatione respuiꝰ; cū iudefessi famulatus obsequiū spopōdisset. Sed dñs nō obsequiorū speciē, sed puritatē quærit affectus. nec obsequiū eius admittiꝰ, cuius nō ꝓbatur officium, circunspectum etenim fidei debet esse hospitiū, ne dū infidelibus nostræ domus interna referamus, in alienā perfidiā improuida credulitate labamur. Itaq; ut aduertas Deū non cultus aspernantē esse, sed fraudis, qui repudiauit fraudulentiū, elegit innocentē. Sequitur Ait autē ad alterum. Sequere me. Sed hoc dicit ei, cuius patrem iā sciebat mortuum. vnde sequitur. Ille autem dixit. Domine, &c. Bed. Nō discipulatum respuit, sed expleta primū paterni funeris pietate liberior assequi desiderat. Ambro. Sed dominus qui miseratur aduocat. vnde sequitur; Dixitq; Iesus; Sine ut mor. se. &c. Cum religiosum humani corporis sepeliēdi acceperimꝰ officiū, quo paterni quoq; funeris

Temeritas arguituri.

Hæreseos detestatio.

funeris sepultura prohibetur, nisi vt intelligas humana post habenda diuinis? bonū studium, sed magis impedimentum, nam qui patitur studium deriuat affectum, qui diuidit curam differt profectū, ergo prius sunt obeunda quæ maxima nam & Apostoli ne occuparentur studio dispensaudi, ministros pauperibus ordinarunt. Chrys. Quid autem magis necessarium paternis exequijs? quid facilius? cum non esset multum temporis dandum, per hoc docemur & minimum temporis frustra ducere, & si mille cogentia sunt imò præferre spiritalia cunctis admodum necessarijs. Diabolus.n. insistit attentus volens aliqué additum inuenire; & si modicam sumat negligentiam, magnam operatur pusillanimitatem. Amb. Non ergo paterni funeris sepultura prohibetur, sed necessitudini generis diuinę religionis pietas anteferē. Illud consortibus relinquitur, hoc mandatur relictis, quomodo autem mortui sepelire, mortuos possunt? Nisi geminā hic intelligas mortem: vnam naturę, alteram culpę. Est etiam mors tertia; in qua peccato morimur, Deo viuimus. Chrys. Cum ergo dixisset mortuos suos; ostendit hunc non esse mortuum eius: puto enim de numero infidelium fuisse defunctum. Amb. Aut quia sepulchrum patés est guttur impiorum, memoria eorum abolenda præscribitur, quorum simul corpore meritum occidit; nec reuocatur ab officio patris filius, sed fidelis a pfido cōicatione se cernitur. non interdictum est muneris, sed religionis mysterium, communionem nobis cum gentibus mortuis non futuram. Cyr. Vel ali. Erat.n. pater senectute grauatus putat āt honestū aliquid agere dū proponeret obseruare ei debitam pietaté: secundum illud, Honora patrem tuum & matré tuam. vnde vbi vocatus est ad euāgelicum mysterium dicente domino, Sequere me; quærebat inducias quæ sufficere possent ad decrepiti patris sustentationem, di. Permitte mihi primum ire & sepelire patrem meum, non ꝙ defunctum patrem sepelire rogaret, neq; enim Christus hoc agere volentem impedisset, sed dixit sepelire, idest sustentare in senectute, vsque ad mortem: Sed dominus ad eū dixit. Sine mortuos sepelire mortuos suos erant n. & alij curatores linea parentelæ astricti; sed vt æstimo mortui, eo ꝙ nondum Christo crediderant. Hinc percipe, ꝙ præferenda sit pietas qua Deo tenemur amori parentum, quibus reuerentiā exhibemus, quia per eos geniti sumus. Sed omnium Deus cum non essemus, ad esse nos conduxit, parentes autem facti sunt ministri introitus ad esse. Aug. de con. euang. Hæc ergo dicebat dominus illi cui dixerat, Sequere me. Alius vero discipulus misit se in medio, cui nemo aliquid dixerat. vnde sequitur: Et al. ait: Sequar te domine, &c. Ne fortè qūo fieri solet quærant me Cyr. Imitanda autem huiusmodi promissio & omni laude plena, sed quęrere renūciare his qui domi sunt licentiando se ab eis ostendit, ꝙ vtcunq; diuersus fit a domino, dum hoc perfectè adire proposuerit mente. nam velle cōsulere proximos non consensuros huic proposito, indicat se vtcūque labantem, propter quod dominus hoc improbat. Sequitur; Ait ad il Ie. Ne mit. & c. Aposuit manum aratro; qui affectuosus est ad sequendum: tamé respicit retro, qui dilationem petit occasione redeūdi ad domum, & cū propinquis conferendi. Aug. de ver do. q. d. ei: Vocat te oriens & tu attendis occidentem. Beda. Manum etiam cuilibet in aratrum mittere, est quasi quodam cōpūctionis instrumento ligno & ferro dominicæ passionis duritiem sui cordis atterere, atque ad ferendos bonorum operum fructus aperire: quam si quis excolere incipiēs cum vxore Loth ad ea quæ relique rat respicere delectatur, futuri iam regni munere priuatur. Græcus, Crebri nanque intuitus eorum quæ deseruimus propter consuetudinem trahunt ad retroacta. Violentum enim quid vsus est ad retinendum sibi Nōne habitus ex vsu, ex habitu vero natura innascitur? Naturam vero amouere, vel alterare difficilè: nam & si paulisper declinet coacta, redit ad seipsam velociter Beda: Si autem secuturus dominū discipulus, quia vel domi renunciare velit arguitur; quid fiet illis qui nulla vtilitatis gratia sæpe visitant domos illorum, quos in mundo reliquerunt.

Altitudo mandatorū Dei ostēditur.

Pietas in Deū præferēda.

Vsus est qd violentum.

CAPVT

CAPVT X.

Post hæc autem designauit dominus, & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis; Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate autem dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

Cyr. Certificauerat Deus per prophetas ꝙ euãgelij prædicatio salutaris comprehensura erat nõ solum Israel, sed etiã Gẽtiũ greges. Et iõ a Christo post 12. Apostolos, & alij 72. sunt instituti. vñ dr̃. Post hæc au. design. dñs, &c. Bed. Bene 72. mittuntur, quia totidem mundi gentib. euangelium prędicandum erat, vt quõ 12. primo pp 12. tribus Israel, ita & hi pp exteras gentes destinarentur imbuẽdas. Aug. de q. euan. Sicut ẽt 24. horis totus orbis ꝑagitur atq; lustratur, ita mysterium illustrandi orbis per euangelium Trinitatis in 72. discipulis intimat. ter. n. 24. septuaginta duo faciunt. Beda. Sicut ãt 12. Apostolos formam episcoporum præmonstrare nemo est qui dubitet, sic & hos 72. figurã presbyterorum. i. secundi ordinis sacerdotũ gessisse sciẽdum est, tam & si primis ecclesiæ temporibus, ut apostolica scriptura testis est, vtriq; presbyteri, vtrique vocabãtur & episcopi: quorum unum sapiẽtiæ maturitatem, aliud industriã curæ pastoralis significat. Cyril. Huius etiã forma in verbis Moysi figurabatur, qui iubente Deo 70. elegit, quibus Deus spiritũ insundebat: In Numeris etiam scriptum est de filijs Israel ꝙ venerunt in Elim, quod interpretatur ascensus: & erat ibi 12. fontes aquarum & 70 palmę. Conuolantes. n. ad augmentum spiritale repetiemus 12. fontes. s. sacros apostolos: a quibus haurimus salutis scientiam, sicut a fontibus saluatoris & 70. palmas, hos. s. qui nunc destinati sunt a Christo. Est. n. palma arbor bonæ medullę, bene radicata, & fertilis, & semper nascens in aquis, alto simul & frondes porrigens sursum: Sequitur: Et mi. il. bi. Greg. in ho. Binos in prędicatione discipulos mittit, quia duo sunt ꝓcepta charitatis, Dei. s. amor, & proximi. Et minus ꝙ inter duos charitas haberi non potest; quatenus hic nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum nõ hẽt, prędicationis officium suscipere nullatenus dẽt. Orig. Sicut ẽt ex 12 bini & bini numerati fuerunt, vt in eorum Catalogo Matthæus ostendit. q. n. bini famularẽtur Dei verbo antiquum esse vr̃. Eduxit. n. Deꝰ Israel de Aegypto per manus Moysi & Aaron. Iosue quoq; & Caleph concordantes prę̃cauerunt prouocatum à 12. exploratoribus populum. vnde dicitur. Frater a fratre adiutus ut ciuitas vallata. Basil. Simul ẽt per hoc indicauit ꝙ si aliqui pares sunt in spiritalibus donis, hoc nõ sinet in eis prę̃ualere propriæ opinionis passionem. Grego. in ho. Bene autẽ subditur; Ante fa. su. in om. ci. &c. Prædicatores ãt suos dñs sequitur, quia prędicatio prę̃uenit, & tunc ad mentis nostræ habitaculũ dominus venit, qñ verba exhortationis præcurrunt, atq; per hoc veritas in mente suscipitur. Hinc prædicatoribus Esaias dicit. Parate viam domini, rectas facite semitas Dei nr̃i. Theo. Designauerat autem dominus disdipulos propter multitudinem doctoribus indigẽtẽ. sicut. n. nostri agri spicati multos messores desiderant, sic qui credituri erant innumerabiles existentes, multis doctoribus indigebãt. vnde sequitur; Mes. quid. mul. Chr. Sed qualiter messem vocat, cum res ad præsens exordium sumatur; nõdum iacto a atro aut sulcis productis de messib. tractat. poterant. n. discipuli vacillare, & secum meditari & dicere, qualiter nos numerus breuis emẽdare poterimus totum mundum idiotæ sophistas, munitos nudi, dominantes subditi? Ne igitur consideratione talium turbarentur, vocat euangelium messem, q. d. parata sunt omnia: mitto vos ad paratam collectionem fructuum, eodẽ die & serere potestis, & mettere. Sicut ergo colonus exiens ad messes lætaẽ, sic ẽt vos multo amplius & alacrius necessarium est exire in mundum. nam hoc negotium messis est, agros nobis exhibens præparatos. Grego. in ho. Sed non sine graui mœrore loqui possumus, quod subditur: Oper. an. pau. &c. quia & si sunt qui bona audiant, desunt qui dicant.

Mos ecclesiæ primitiuæ.

Prædicatores bini & bini.

Messis Euangelij.

Ecce

Ecce mundus sacerdotib. plenus, sed tñ in messe Dei rarus, valde reperitur operator, qa officiũ quidẽ sacerdotale suscipimus, sed opus officij nõ implemus. Beda. Sicut ãt messis multa est oĩs turba credentiũ ita operarij pauci, sunt Apostoli, & imitatores eorũ qui mittuntur ad messem. Cyr. Sicut ãt agri spaciosi messores multos exigunt, sic & multitudo creditorũ Christũ. vnde subdit; Ro. er. do. mes. vt mit. op. in mes. suã. Illud ãt attende q̃ cũ dixisset Rogate do. messis, vt mittat operarios ĩ messem suã, ipse postmodũ hoc peregit. Ipse igitur est dñs messis, ac per eũ, & cum eo Deus pater oĩbus dominatur. Chr. Multiplicauit aũt postmodũ eos; nõ addens ad numerum, sed concedens uirtutem. Insinuat aũt q̃ magnum domũ est operarios mitti in messem diuinam, per hoc quòd dicit dominũ messis super hoc esse rogãdum. Greg. Per hoc ẽt inducẽdi sunt subditi, vt pro suis pastoribus rogẽt, vt digna eis operi valeãt, nec ab exhortatione torpeat lingua. Sæpe. n. pro sua nequitia prædicantium restringitur lingua. Sæpe vero ex subiectorũ culpa agitur, ut eis qui pręsunt prædicationis sermo subtrahatur.

Doctrina moralis.

Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculũ, neq; peram, neq; calceamenta, & neminem per viam salutaueritis.

Cyril. Narrat Lucas consequenter 70. discipulos vendicasse sibi à Christo apostolicam eruditionem, modestiã, innocentiam, æquitatem, nihilq; mundanorũ sacris p̃dicationibus præferre: aspirare autẽ adeo ad fortitudinẽ mentis, ut nullũ terribiliũ formident, neq; ipsam mortem. vñ dicit, Ite. Chry. Erat. n. inter oĩa pericula eorum solatium virtus mittentis eos: & ideo dicit, Ecce ego mitto vos. q. d. hoc sufficit ad cõsolationẽ vestrã, hoc sufficit ad sperandum & non timendũ superuenientia mala q̃ significat subdens, sicut agnos inter lupos. Isido. Abbas. Denotans simplicitatem & innocentiã: nam debacchantes & sua enormitate iniuriantes naturæ, nõ agnos appellat, sed hœdos. Ambr. Cõtraria autẽ sunt sibi ista animalia, vt alii ab aliis deuorentur, idest agni à lupis, sed bonus pastor lupos gregi suo timere non nouit. Ideoq; isti discipuli non in prædã, sed ad gratiam diriguntur. solicitudo. n. pastoris boni efficit, vt lupi in agnos audere nihil possint. Mittit ergo agnos inter lupos, vt cõpleretur illud; Tunc lupi & agni simul pascentur. Chry. Hoc. n. fuit manifestum indiciũ præclari triumphi, vt circundati essent discipuli Christi ab hostibus, quasi agni inter lupos, eos tamen conuerterẽt. Bed. Vel specialiter lupos uocat scribas & pharisæos, qui sunt clerici Iudæorũ. Amb. Vel lupis sunt hæretici cõparandi. Lupi. n. bestiæ sunt q̃ insidiantur ouilibus, & circa pastorales uersanĩ casas. Habitacula domorum intrare non audent, somnũ, canum absentiam, aut desidiã pastorum explorant, ouium guttur inuadũt vt cito strangulent, feri, rapaces, natura corporis rigidores, vt se facilè nõ possint inflectere, impetu quodam suo feruntur, & ideo sæpe deluduntur. Si quem priores hominem viderint, vocem eius quadam naturæ vi feruntur eripere; si autẽ homo prius eos viderit, exagitari memorantur, Sic hæretici insidiantur ouilibus Christi, fremunt circa casas nocturno tẽpore, semper. n. perfidis nox est, qui lucem Christi nebulis prauæ interpretationis obducunt, stabula tamen Christi intrare non audẽt, & ideo nõ sanãtur, sicut curatus est ille in stabulo qui incidit in latrones. Explorant pastoris absentiã; quia præsentibus pastoribus oues Christi incursare non possunt. Quadam etiam mẽtis intentione duri & rigidi nequaquã solent à suo errore deflectere. quos scripturę verus interpres Christus illudit, ut in uanum suos effundãt impetus, & nocere nõ possint. qui si quẽ uersuta disputationis suæ circumscriptione præueniunt, faciunt obmutescere; mutus est. n. qui verbum Dei nõ eadẽ qua est gloria confitetur. Caue igitur ne tibi uocem tollat hęreticus, ne priorem non ipse deprehenderis; serpit. n. dum latet eius perfidia si autem commenta impietatis eius agnoueris, iacturam pię vocis timere non poteris. Guttur inuadunt, vitalibus vulnus affigunt dum animam petunt. Si etiã audies aliquem sacerdotẽ dici & rapinas eius cognoscis, foris ouis, intus lupus est: qui humanę necis insaturabili crudelitate rabiem suam desiderat explere.

Hęretici lupis comparantur.

Reprehẽsio prauorũ p̃latorũ.

ZZ Grego.

Greg. in pasto. Multi.n.cũ regiminis iura suscipiunt, ad lacerandos subditos inardescunt, terroré potestatis exhibent. Et q̃a charitatis viscera non habent, dñi videri appetunt, patres se esse minime recognoscunt, humilitatis locũ in elationé dominationis immutant. Contra q̃ oĩa considerandũ nobis est, quia sicut agni inter lupos mittuntur, vt sensum seruantes innocétiæ, morsum malitiæ nõ habeam⁹. Qui.n.locũ pdicationis suscipit, mala inferre nõ dét, sed tolerare. Qué & si qñ zelus rectitudinis exigit, vt erga subiectos sæuit, intus paterna pietate diligat, quos foris quasi insequendo castigat. Qđ tunc rector bene exhibet, cũ terrenæ cupiditatis honorib. nequaquã mentis colla supponit. vñ subdit: Nolite portare sacculũ neq; perã. Greg. Naz. Quorũ summa est, ut adeo virtuosi existant, q̃ nõ minus pp vitę modum, quàm pp eorũ verbũ euangeliũ proficiat. Greg. in Ezechielé. Tanta.n.prædicatorũ debet esse in Deo fiducia, ut p̃sentis vitæ sumptib. quamuis nõ prouideat, tñ sibi hos nõ deesse certissimè sciat. Nedum mens eius occupatur ad temporalia, minus aliis prouideat æterna. Cy. Sic igit̃ præceperat nec de ipso subiecto curã habere, cũ dixerat. Mitto vos sicut agnos inter lupos. Nec ét concessit solicitos esse erga extrinseca corpori, cum dixit; Nolite portare sacculũ neq; perã. Nec ét cõcessit portare aliquid eorũ quę nondum vnita sunt corpori, vnde subdit; Neq; calceaméta. Non solum ãt sacculum & peram portare prohibuit, sed nec aliquã studij distractioné permisit assumere, qui nec ob obuiantiũ salutationem distrahi volunt. vnde subdit. Et neminem per viã salutaueritis. Quod & dudũ ab Eliseo dictũ fuit. q d. recto tramite ad opus procedite, nõ alternantes benedictionib. benedictiones. Dãnum.n.est expendere tp̃s prędicationibus competens. Amb. Non ergo hic dominus prohibuit q̃ beniuolentiæ displiceret officium, sed q̃ persequédæ deuotionis inténtio plus placeret. Grego. Naz. Mandauit etiam hoc eis dominus ad verbi gloriam, ne videretur in eis magis urgere blanditias: voluit etiam eos non esse solicitos in verbis alienis. Greg. in ho. Hęc aũt verba si quis ét per allegoriam uelit intelligi: pecunia clausa in sacculo est sapientia occulta. Quid igitur sapientiæ verbum habet, & hoc erogare p̃ximo negligit, quasi pecuniam in sacculo ligatam tenet. Perperam uero onera seculi, p calceaméta mortuorum operũ exempla significantur. Qui ergo officium prædicationis suscipit, dignũ non est, ut opus secularium negociorum portet: ne dũ hoc eius colla deprimit, ad prędicanda cœlestia non assurgat: nec debet stultorum operum exempla cõspicere, ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munire, ne.s.quia alios talia fecisse considerat, se ét facere licenter putet. Amb. Nihil ét dñs in nobis mortale vult esse. Mortale.n.atq; terrenum calceaméntum Moyses iubetur soluere, cum mitteretur ad populum liberandum. Quòd si qué mouet, qua ratione in Aegypto calceati iubentur edere agnum, Apostoli autẽ sine calceamento ad prædicandũ euangelium diriguntur? Is considerare debet, quia in Aegypto positus dét adhuc morsus cauere serpentes; multa enim venena in Aegypto. Et qui typo pascha celebrat, patere põt vulneri: qui aũt minister est veritatis venena non trepidat. Grego. in ho. Omnis autem qui salutat in uia, ex occasione salutat itineris, nõ ex studio optãdæ salutis. Qui igitur non amore æternæ patriæ, sed præmiorum ambitu salutem audientibus prędicat, quasi in itinere salutat, quia ex occasione, & non ex intentione salutem audientibus exoptat.

Officiũ prædicationis.

In quãcunq; domũ intraueritis, primũ dicitur, pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illũ pax vestra; si autẽ, ad uos reuertetur. In eadẽ autem domo manete, edẽtes & bibẽtes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite trãsire de domo in domũ. Et in quamcunq; ciuitatẽ intraueritis, et susceperint vos, manducate quæ apponũtur uobis, et curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis; Appropinquabit in uos regnũ Dei. In quãcunq; aũt ciuitatẽ intraueritis, & non susceperint uos, exeuntes in plateas eius, dicite; Etiam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos. Tamen hoc scitote quia appropinquauit regnũ Dei. dico uobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati.

Chry.

Pax mater omniũ bonorum.

Chry. Bonorum omniũ mater pax est, sine qua cætera inania sunt: pp quod dñs Discipulis intrantibus domos, illico pacẽ iussit proferre tãquam bonorũ indicium, dicens: In quancunq; domum intraue. primum dicite: pax huic domui. Ambr. Vt. s. pacis perferamus nuncium, ipse primus ingressus pacis benedictione celebret. Chr. Vnde pontifex ecclesiæ tradit eam dicẽs; Pax vobis. Implorant ãt pacẽ sancti, non solũ eam quæ versatur inter hoĩes adinuicem, sed & eam quæ pertinet ad nosipsos. Nam sæpius in pectore bellũ gerimus, & nullo molestante turbamur: necnõ praua desyderia contra nos crebro insurgũt. Titus. Dr̃ ãt pax huic domui. s. habitantibus domum oẽs alloquantur maiores pariter & minores, neq; cum indignis uestra salutatio dirigetur vñ subditur; Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. q. d. vos quidem profertis verbũ, res ãt pacis applicabitur meo iudicio vbicunq; dignũ esse videbitur. Si quis aũt non sit dignus, non estis delusi, nec verborum vestrorũ gratia petijt, imò reciprocatur ad vos. Et hoc est qđ subditur: Sin autẽ, ad vos reuertetur. Greg. Pax. n. quæ ab ore prædicatoris offert, aut requiescet in domo, si in ea fuerit quisquam prędestinatus ad vitã, & cœleste verbum sequit quod audit: aut si nullus audire voluerit ipse prædicator sine fructu non erit, quia ad eum pax reuertitur, dum ei a dño pro labore sui operis merces recompensatur. Si ãt pax nostra recipitur, dignũ est ut ab eis terrena stipendia consequamur, quib. patrię cœlestis p̃mia offerimus. vñ sequitur. In eadem ãt domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt. Ecce qui peram & saculum portari prohibuit, sumptus & alimenta ex eadem prædicatione concedit. Chry. Sed ne aliquis diceret cõsumo res proprias parando aduenis mensam: illum primo intrantem facit tibi pacis donum offerre cui nihil est æquale, vt scias te maiora quàm des suscipere. Tit⁹. Vel aliter continua. Quia nõ estis constituti indices eorum qui sunt digni vel indigni, edatis & bibatis quæ nobis offeruntur ab eis. Dimittite autem mihi eorum qui vos recipiunt examen, nisi vobis quo que sit notum nõ esse ibi filium pacis, tũc enim fortassis retrocedere debetis. Theo. Vide igitur qualiter Discipulos mendicare instituit, & pro precio eos nutrimentũ habere uoluit. nam subditur dignus. n. est operarius mercede sua Greg. Sunt. n. iam de mercede operarij ipsa alimenta sustentationis, ut hic merces de labore prædicationis inchoetur, quæ illic de veritatis visioue perficitur. Qua in re considerãdum est, q̃ vni nostro operi duæ mercedes debentur: vna in uia quæ nos in labore sustẽtat, alia in patria q̃ nos in resurrectione remunerat. Merces itaque quæ in præsenti recipitur. hoc in nobis dẽt agere, ut ad sequentem mercedem robustius tendatur. Verus ergo quisq; prædicator non ideo p̃dicare dẽt, ut in hoc tempore mercedem accipiat, sed ideo mercedẽ recipere, ut p̃dicare ualeat. Quisquis nanq; ideo prædicat, ut hic laudis, uel muneris mercedem recipiat, æterna mercede se priuat. Amb. Subdit uirtus alia; ne de domo ad domũ quis uaga facilitate demigret. Sequitur. n. Nolite transire de domo in domum: ut. s. amore hospitali seruemus constantiam, neq; aliquam amicitiæ, necessitudinẽ facile resoluemus. Bed. Descripto ãt diuersę domus hospitio, quid iam in ciuitatib. agere debeant, docet: pijs. s. in omnib. cõmunicare, ab impiorum uero per omnia societate secerni. unde seqtur. Et in quacunq; ciuitatẽ intraueritis, & susceperint uos, manducate quæ apponuntur uobis. Theo. Quamuis modica existant & uilia, nihil amplius inquirentes. denunciat etiã eis, ut operantes miracula homines ad suas prędicationes attraherẽt. unde subdit; Et curate infirmos, qui in illa sunt. Et dicite illis; appropinquauit in uos regnum Dei. Si enim prius curaueritis deinde docueritis, prosperabitur sermo, & homines credent regnum Dei appropinquare: non. n. curarentur, nisi hoc aliqua uirtus diuina perficeret. Sed etiam cum secundum anima curãtur appropinquat in eos regnum Dei, quod longe est ab eo cui dominatur peccatum. Chry. Vide autem dignitatem Apostolorum nihil sensibile monent proferre, qualia circa Moysen & prophetas, scilicet bona terrena, sed quædam noua,

Pax p̃dicatorum.

Professus euãgelij.

& mirabilia.f. regnū Dei. Maxi. Dr̄ autē appropinquauit, non vt ostendat tēporis breuitatem, neq; n. regnum Dei venit cū obseruatione, sed ostēdit dispositione hominum ad regnum Dei, quod quidē potētia est in omnibus credentibus, actu vero in his qui respuunt corporalem vitam, & solam eligunt spiritalem, qui dicere possunt, Viuo āt nō ego, sed viuit in me Christus. Amb. Deinde docet excutiendum de pedibus puluerem, si quis recipiendos ciuitatis hospitio non putauerit, dicens: In quamcunq; ciuitatem intra. &c. Bed. Vel ad contestationem terreni laboris quem pro illis inaniter susceperunt, vel ut ostendatur vsq; ad eo se ab ipsis nihil terrenum quærere, ut ēt puluerem de terra eorū nō sibi patiantur adhęrere: vel per pedes ipsum opus & incessus prædicationis significatur, puluis uero quo asperguntur, terrenæ leuitas est cogitationis, a qua & summi doctores immune esse nequeunt. Qui ergo spreuerit doctrinā, labores, & pericula docentium ad testimoniū suæ dānationis in flectunt. Orig. Extergendo ergo puluerem pedum in eos quodāmodo dicūt, puluis peccatorum vestrorum merito veniet super vos. Et attende ꝙ quæcunq; ciuitates nō suscipiunt Apostolos sanamq; doctrinā habent plateas: iuxta illud, Lata est via quæ ducit ad perditionem. Theo. Et sicut recipientib. Apostolos, appropinquare regnū Dei dr̄ in beneficium, sic nō recipiētibus in præiudiciū. vn̄ subdit: Tn̄ hoc scitote quia appropinquauit regnum Dei. Sicut aduentus regis est quibusdam ad pęnam, quibusdam vero ad honorem. vnde de eorum pœna subditur: Dico autē vobis &c. Euse. Nam in ciuitate Sodomorū non caruerūt angeli hospitio, sed Loth inuentus est dignus eos hospitari. Si ergo ad accessum Discipulorum nec vnus inuenietur in ciuitate qui eos recipiat, qūo nō peior erit ciuitate Sodomorū? Hic sermo docebat eos audacter aggredi regulā paupertatis, non. n. posset consistere ciuitas & villa, nec vicus sine aliquo incola noto

Compa ratio pulchra

Deo. Nā nec Sodoma subsisteret nō reperto Loth quo recedente tota repēte periit. Bed. Sodomitę quoq; ipsi etsi in hospitales fuerint inter cętera carnis animięq; flagitia, nulli tn̄ apud eos tales hospiter quales Apostoli reperti sunt, & Loth quidem aspectu & audito iustus erat non tn̄ aliqd docuisse aut signo fecisse perhibetur.

Væ tibi Corozaim, væ tibi Betsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere sedentes pæniterent. Veruntamen Tyro, & Sidoni remissius erit in iudicio, quā vobis. Et tu Capharnaum vsq; ad cœlum exaltata vsq; ad infernum demergeris. Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit me, spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit.

Amb. Docet domin⁹ grauiori pęnę obnoxios fore, qui euangelium non sequendum quā qui legem iudicauerunt esse soluendā, dicens; Vę tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida. Bed. Corozaim, Bethsaida, & Capharnaū, Tyberias quoq; quam Ioannes nominat, ciuitates sunt Galilææ, sitæ in littore laci Genezareth, q ab euangelistis mare Galilææ, vel Tyberiadis appellaī. plangit ergo dominus has ciuitates, ꝙ post tanta miracula atq; virtutes non pœnituerunt: peioresq; sunt Gentilibus naturale tantum ius dissipantib. quia post descriptæ legis contemptum, filium quoque Dei & gloriam eius spernere non timuerūt. vn̄ sequit; Quia si in Tyro & Sidone &c. In cilicio quod de pilis caprarū contexitur asperam peccati pungentis memoriā significat. In cinere autem mortis considerationem, per quam in puluerem redigimur demonstrat. Porrò in sessione humilitatē proprię cōscientię significat, impletum āt videmus hodie dictum. f. Saluatoris, q a Corozaim & Bethsaida pręsente domino credere noluerunt. Tirus autē & Sidon & quondam Dauid ac Salomoni amici fuere, & post euāgelizantib. Christi credidere Discipulis. Chrys. Deplorat autem dominus has ciuitates ad nostrum exemplū, eo ꝙ effusio lachrymarum & gemitus amarus super patientes insensibilitatem doloris, non modicum antidotū est, & ad correctionem patientium, & ad remedium ingemiscentiū super eos. Non solum autem per deplorationem inducit eos ad bonum, sed etiam per terrorē. vnde sequitur: Veruntamen Tyro &c. Hoc & nos audire debemus, non enim solis illis,

lis, sed et nobis peius iudicium statuit, nisi receperimus intrantes ad nos hospites, quorum puluerē prçcepit excutere. Cum aūt plurima signa fecisset dñs in Capharnaum, & eā incolam habuisset, videbatur super alias ciuitates exaltata: sed pp incredulitatem cecidit in ruinam. vñ sequitur: Et tu Capharnaum vsq; in cœlū &c. vt. s. iudicium sit proportionabile honoris. Be. Duplex āt in hac sñia sensus est. Vel ideo ad infernum demergeris, quia contra prædicationem meam superbissime restitisti, vt. s. intelligatur in cęlū exaltata per superbiam. Vel ideo quia es exaltata vsq; ad cęlum meo hospitio & meis signis, maioribus plecteris supplicijs, qa his quoq; credere noluisti. Et ne quis putarent hanc increpationem vel tantummodo ciuitatib. vel personis conuenire q̄ dñm in carne videntes spernebant, & oībus qui hodie quoque euangelis verba despiciunt, consequēter adiunxit di. Qui vos audit &c. Cyril. Per quod docet, qcquid per sanctos apostolos dr̄, acceptādū esse; quia qui illos audit Christum audit; Ineuitabilis ergo pœna hęreticis imminet, quia apostolorum negligunt verba. sequit̄. n. Et qui vos sper. &c. Bed. Vt. s. in audiendo quisq; vel spernendo euangelij prædicationem nō viles quasq; personas, sed dñm Saluatorē, imò ipsum patrem spernere se uel audire disceret. nā sequitur, Qui āt me spernit &c. Quia in discipulo magister auditur, & in filio pater honoratur. Aug. de ver. do. Si autem sermo Dei ad vos quoq; peruenit, & in eo loco vos constituit; videte ne spernatis nos, ne ad illum perueniat, quod nobis feceritis. Bed. Pōt & ita intelligi: Qui vos spernit me spernit. i. qui non facit misericordiā vni de fratribus meis minimis, nec mihi facit. Qui āt me spernit nolēs credere filiū Dei, spernit eū qui me misit, qa ego & pater vnum sumus. Titus. Simul āt in hoc discipulos consolatur, quasi dicat; Nō dicatis, cur imus passuri cōtumelias? accommodate linguam, ego præbeo gratiam, in me vestra redundat contumelia.

Sensus duplex.

Reuersi sunt āt septuagintaduo cum gaudio, dicentes; Domine, ēt dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam Satanā sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super oēm virtutem inimici; & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subijciuntur, gaudete autē quod nomina vestra scripta sunt in cęlis.

Cyr. Supra dictū est, q̄ dñs misit discipulos gratia spirit⁹ sancti insignatos, & facti prædicationis ministri potestatem sup immundos spiritus acceperunt; nūc āt reuersi confitentur honorantis eos potentiā vñ dr̄; Reuersi sunt āt septuagintaduo cū gaudio, dicentes Domi. &c. Videbantur quidem gaudere magis q̄ facti sunt miraculorum auctores, qua facti erant prædicationis ministri. Erat āt melius eos gaudere in illis quos cęperant sicut vocatis p ipsum, dicit Paulus Gaudium meū & corona mea. Gre. 24. Mora. Mire āt dñs vt in discipulorū cordib. elationem præmeret, indiciū ruinæ retulit, qđ ipse magister elationis accepit, vt in auctore superbiæ discerent, quid de elationis vitio formidarēt. vñ sequitur: Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. &c. Basi. Dr̄ Satanas, eo qđ aduersatur bono: hoc. n. significat nomen hebraicum, sed diabolus dicitur eo q̄ cooperatur nobis in malo, & accusator sit. Natura eius est incorporea, locus aereus. Bed. Nō āt dicit: Modo video, sed prius videbam, qñ corruit. Quòd aūt ait: Sicut fulgur, vel pręcipitem, de supernis ad ima lapsum significat; vel quia derectus adhuc transfigurat se in angelum lucis. Titus. Se āt dicit uidisse tanquam iudicem, qui nouit incorporeorū passiones vel dicit: Sicut fulgur, quia natura fulgidus erat ut fulgur, sed factus est tenebrosus pp affectū, quia qđ Deus fecit bonum hoc ipse in se alterauit in malum. Basi. Supernę. n. virtutes non sunt naturaliter sanctæ, sed secundū analogiam diuini amoris mensuram sanctificationis sortiuntur. Et sicut ferrum positū in igne non desinit esse ferrum, vehemēti tamē flammę unione tā affectu, quàm aspectu in ignem pertrāsit. sic & almę uirtutes ex participatione eius qđ est naturaliter sacrū, insitā habent sanctificationē. neq;. n. cecidisset Satanas si natura fuisset insusceptibilis mali Cyr. Vel ali. uidebam Satanā sicut fulgur de cœlo cadentem. i. ab ultima virtute in

Angeli quō sancti.

extremã fragilitatem. Nam ante Saluatoris aduentum subegerat sibi orbem, & ab omnibus colebatur, sed cum vnigenitum verbũ Dei de cœlo descendit, corruit tanquam fulgur, quia conculcatur ab adorãtibus Christum. vñ sequitur; Et ecce dedi vobis &c. Titus. Serpentes quidem aliqñ figuraliter in deserto mordebant Iudæos, & necabant eos, eo ꝙ infideles erant. venit ãt qui serpẽtes illos perimeret æneus, serpens crucifixus, vt si quis credens in eũ prospexerit, liberetur a morsibus & saluetur. Chry. Deinde ne putaremus hoc dici de bestijs, subiunxit: & supra oẽm virtutẽ inimici. Bed. Hoc est oẽ genus immũdorũ spirituum de obsessis corporibus eijciẽdi, & quantum ad ipsos subdit; Et nihil vobis nocebit. Quãuis ad litteram possit accipi. Paulus.n. a vipera inuasus nihil mali patitur, & Ioannes hausto veneno non leditur. Hoc ãt inter serpentes qui dente, & scorpiones qui cauda nocent, distare arbitror, ꝙ serpẽtes apertè sæuientes, scorpiones clanculo insidiantes, vel homines, vel dęmones significent, vel serpentes qui inchoandis virtutibus venena prauæ ꝑsuasionis obijciunt, scorpiones qui consummatas virtutes ad finẽ vitiare intendunt. The. Vel serpentes sunt qui visibiliter nocent, veluti fornicationis homicidij dæmon; qui vero inuisibiliter nocẽt scorpiones vocant̃ sicut in vitijs spiritalib. Greg. Nise. Voluptas etiã serpens dr̃ in scriptura cuius natura est, ꝙ si caput eius muri, stricturam attigerit, totum sequẽs corpus ad se trahit; sic natura necessarium concessit homini domicilium, sed per hãc necessitatem aggrediẽs voluptas animum, ad immoderatum quendam ornatũ peruertit, ad hoc subsequentem auaritiã trahit, quam impudicitia sequitur.i. vltimũ membrum & cauda bestialitatis. Sed quẽadmodum non est per caudam serpẽtem retrahi, sic non est incipiẽdum ab ultimis ad euellendum voluptates; nisi quis priorem aditum obtuserit malitię. Athana. Deludunt ãt nunc per Christi, virtutem pueri voluptatẽ, quæ quondam seducebat grandęuos: & uirgines perseuerant cõculcantes serpentinę voluptatis fallacias. Sed & qdã ipsum aculeũ scorpionis.i. diaboli

Mysticus sensus litteræ.

conculcantes.s. mortem, nõ timuerunt interitum, verbi gratia martyres facti; plerique vero postpositis terrenis libero gressu conuersantur in cęlis, principem aeris nõ timentes. Titus. Sed quia lætitia, qua eos lætos videbat, inanem gloriam sapiebat. gaudebant.n. ꝙ quasi sublimes effecti terribiles hominib & dæmonibus erãt. ideo dñs subiungit. Veruntamen in hoc nolite gaudere &c. Bed. De subiectione spirituũ cum caro sint, gaudere prohibentur, quia spiritus eijcere sicut & virtutes alias facere interdũ non est eius meriti, qui operatur, sed inuocatio nominis Christi hoc agit ad condemnationem eorum qui inuocant, vel ad vtilitatẽ eorum qui vident & audiunt. Cyr Sed cur dñe non sinis lætari in honorib. a te collatis, cum scriptũ sit, In nomine tuo exultabũt tota die? Sed dñs eos ad maius gaudium erigit. vñ subdit. Gaudete ãt quia &c. Beda. q.d. Non oportet vos de dæmonum humiliatione, sed de vestra sublimatione gaudere. Salubriter ãt intelligendum est, ꝙ siue cœlestia, siue terrestria quis opera gesserit, per hoc quasi literis annotatus apud Dei memoriam sit æternaliter affixus. Theoph. Scripta sunt.n. nomina sanctorũ in libro vitæ non encausto, sed memoria Dei, & gratia Et diabolus quidem desuper cadit, homines vero inferius existentes superius ascribuntur in cœlis. Basi. Quidam autem sunt qui scribuntur quidẽ non in uita; sed secundum Hieremiam in terra, ut secundum hoc intelligatur duplex quædam descriptio; horum quidem ad uitam, illorũ ad perfectionem. Quòd autem dicitur, Deleantur de libro viuentium, intelligitur de his qui digni putabantur in libro Dei conscribi. Et secundum hoc fieri dicitur scripturæ mutatio, quando a virtute delabimur in peccatum, vel econtra.

Liber vitę qualis.

In ipsa hora exultauit in Spiritu sãcto, et dixit; Cõfiteor tibi pater dñe cęli et terræ, ꝙ abscõdisti hæc a sapientib. & prudentib. & reuelasti ea paruulis. Etiam pater qm̃ sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit quis sit filius, nisi pater, & quis sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.

The. Sicut benignus pater videns filios suos dirigi, gaudet, sic & Christus exultat

quòd

ꝙ Apostoli tantis bonis facti sunt digni, vnde dr. In ipsa au. hora &c. Cy. Inspexit quidẽ ꝑ spiritus operationẽ quã apostolis tradidit pluriũ acquisitionẽ. unde in spiritu sancto lætatus dr. i. in affectibus qui ꝑ Spiritũ sanctũ proueniũt. quasi. n. amator hominũ, gaudij reputabat materiã cõuersionem errantiũ, de quo gratias agit. vñ sequitur. Cõfiteor tibi pater &c. Bed. Cõfessio nõ semper pœnitentiã, sed & gratiarũ actionẽ significat; vt in psalmis sæpissime legimus. Cyr. Ecce autẽ inquiunt illi quorum corda peruersa sunt gratias refert filius patri tanquam minor. Sed quid impedit consubstantialem filium laudare proprium genitorem mundum saluantem ꝑ eum? ꝙ si censes confessionis causa hunc esse minorem, aspice ꝙ vocat eum patrẽ suũ & dominũ cœli & terræ, Titus. Alia. n. per Christum ex non entibus producta sunt, sed solus ipse incomprehẽsibiliter à patre est genitus, solus. n. vnigeniti tanq̃ veri filij naturaliter pater est. vñ solus patri dicit. Confiteor tibi domine pater, hoc est glorifico te. Nec mireris si patrẽ filius glorificat; tota. n. hypostasis unigeniti, genitoris est gloria. nam & q̃ facta sunt, & cœlum & angeli gloria sunt creatoris, uerum quia hæc nimis infimè sita sunt respectu dignitatis ipsius, solus filius cum Deꝰ perfectè sit similis genitori, perfectè glorificat patrem. Atha. Nouimus etiam sæpiꝰ Saluatorẽ humana proferre. habet. n. adiunctam humanitatẽ diuinitas, nec tamẽ ꝑꝑ corporis tegimen Deum ignores. Sed quid respondent in hoc qui uolunt subsistentiam esse mali, formant uero sibi Deũ alium à uero patre Christi? Et hunc dicũt esse unigenitum mali creatorem, & nequitiæ principem, necnõ mundialis machinæ conditorem. Ait aũt dñs approbãs uerba Moysi. Cõfiteor tibi pater dñe cœli & terræ Epiph. Editũ ãt à Martione euangeliũ habet. Regratior tibi dñe cœli, tacens qđ dr. Et terræ, & qđ dicitur, Pater: ne intelligatur ꝙ uocat Christus patrẽ creatorẽ cœli & terræ. Amb. Postremo aperit cœleste mysterium quo placuit Deo, ut paruulis magis quã prudẽtib. huius mũdi suã gratiã reuelaret. vñ sequit. Quòd abscondisti hæc à Sapient. &c. The. Potest sic distinGui, ut dicatur à sapientibus. i. à pharisæis & scribis legem interpretantibus. Et prudentibus. i. ab his qui à scribis fuerant docti: sapiens. n. est qui docet, prudens uero qui docetur. Paruulos uero uocat dominus suos discipulos, quos non legis doctores, sed de turba & piscatores elegit, qui sunt uocati paruuli quasi non maliuoli. Amb. Vel paruulum hic accipiamus qui se exaltare non nouerit, & phaleratis sermonibus artem suæ iactare prudẽtiæ, qđ pharisæi pleriq; e faciũt. Bed. Gratias igitur agit ꝙ Apostolis quasi paruulis aduẽtus sui aperuit sacramenta, quæ ignorauerunt scribæ & pharisæi, qui sibi sapientes uidentur, & in conspectu suo prudentes. Theo. Abscõdita igitur sunt mysteria ab his qui putãt se esse sapiẽtes, & non sunt: nam si essent, eis reuelata fuissent. Beda. Vnde sapientibus & prudentibus non insipientes & hebetes, sed paruulos, idest humiles opposuit, ut probaret se tumorem damnasse non acumen. Orig. Sensus enim defectus, præparatio fit superuenientis ꝑfectionis. Qui. n non sentit ꝙ careat uero bono propter bonum præsens quod sibi inesse uidetur, uero bono priuatur. Chryso. Non autem lætatur & gratias agit, quòd Dei mysteria latebant scribas & pharisæos; hæc. n. non erat materia alacritatis, sed gemitus. sed de hoc gratias agit, quia qđ sapientes nõ nouerãt, hi nouerũt. Gratias autem super hoc agit patri cum quo ipse simul hoc facit, ostendens nimiam dilectionem qua diligit nos. Ostendit autem consequenter ꝙ huius rei primum uoluntas sua sit & patris, q̃ propria uoluntate hoc agebat. vñ sequit: Etiam pater, &c. Grego. His uerbis exempla humilitatis accipimus, ne temere discutere superna consilia de aliorum uocatione, aliorũ de repulsione præsumamus. iniustum. n. esse nõ potest, quod placuit iusto: in cunctis ergo quæ exterius disponuntur, aperta causa rationis est occultæ iustitia uoluntatis. Chryso. Cum uero dixisset, Confiteor tibi quia reuelasti ea paruulis: ne putares quòd ipse Christus hac uirtute priuatus nõ posset hoc facere, subiungit; Omnia tra. &c. Athana. Hoc non recte intelligentes Arrii sequaces, delirant

Christꝰ q̃uo genitus à Patre.

Mysterium reuelatũ à paruulis

in dñm dicētes. Si data sunt ei oīa .i. dñm creaturę; fuit tēpus quo ea non habuit, & sic non est de substantia patris; nā si esset, nō esses ei opus recipere, sed ex hoc magis dementia eorū carpetur. Si. n. priusquā reciperet, vacabat creatura à verbo, qualiter saluabit̄ illud? Oīa in eo cōsistūt; Caterū si simul postq̄ facta est creatura, tota fuit tradita ei, nō erat opus tradere: p ipsum namq; facta sunt oīa. Non ergo, vt ipsi putāt, significat̄ hic creaturæ dñium, imò significatiuum est hoc verbum factæ dispēsationis in carne. postquā. n. homo peccauit, perturbata sunt omnia: vnde verbū caro factum est, vt oīa restauraret. Data sunt ergo ei omnia, non quia potestate careret, sed vt Saluator emendet vniuersa, vt sicut per verbū oīa in principio introducta sunt in esse, ita cum verbum caro factum est, in ipso oīa restaurentur. Beda. Vel dicit omnia sibi tradita, non mundi elementa, sed hi quibus paruulis spiritu sacraméta filij pater reuelauit, & de quorū salute cum hic loqueretur exultauit. Au. Vel cum omnia legis, omnipotenté agnoscis, non degenerem patris. Cum tradita legis, filium confiteris, cui per natura omnia vnius substantiæ iura sunt propria, nō dono collata per gratiam. Cum āt dixisset omnia sibi forè à patre tradita, ascēdit ad propriam gloriā & excellentiam, ostēdēs in nullo se superari à patre, subdit; Et nemo nouit quis sit filius &c Nō valet. n. creaturæ intentio cōprehēdere modū diuinę substantię, quę omnē superat intellectū, & decor eius qualibet considerationem transcēdit, sed à seipsa quid sit natura diuina cognoscitur: Itaque pater per id quod est nouit filium, & filius per id quod est nouit patrem, nō interueniente aliqua differentiam quātum ad diuinitatis naturā. q̄p. n. sit Deus, credimus; quid āt naturaliter, sit incōprehensibile. Si vero creatus est filius; qūo solus sciret patrem, aut qūo solum à patre sciretur? Scire nanque naturā diuinā, impossibile est cuilibet creaturæ. scire āt quodcunq; eorum quæ creata sunt quid sit, non transcendit quélibet intellectum, quāuis superet nostrum sensum. Atha. Hoc autem dño dicente constat Arrianos ei obsistere, dū dicūt nō videri patrē à filio. Sed eorum ostēdit̄ insania si seipsum nō nouit verbū, qđ oībus patris & sui pstat notitiā. Sequit̄. n. Et cui voluerit filius reuelare. Titus: Est āt reuelatio traditio notionis iuxta proportionē naturæ & virtutū vniuscuiusq;, & vbi q̄dē est natura cōsimilis, ibi est cognitio sine doctrina; hic āt est p reuelatione: disciplina. Ori. Vult āt reuelare, vt verbū nō irrationabiliter, & tāquam iustitia q̄ nouit dignè & tēpora reuelandi & mensuras reuelationis. Reuelat āt remouēs oppositū cordi velamē, necnō tenebras quas posuit in sui latibulū Sed qm̄ hoc putant q̄ alterius sunt opinionis construere nefarium suum dogma, q̄p. s. ignotus erat pater Iesu sanctis antiquis, dicendum est eis, quoniā quod dr̄ cuicunque vult filius reuelare, non solum retorquerūt ad tempus futurū ex quo Saluator hoc protulit, sed ét ad tēpus præteritum, quòd si velint hoc verbum reuelare, pro peccato sumere, dicendum est eis q̄p nō est idem cognoscere & credere Alij dat̄ per spiritum sermo scientiæ, alij fides in eodem spiritu. Erāt ergo primo quidem credentes, non autem cognoscentes. Amb. Vt scias autē, quia sicut filius patrem quibus vult reuelat, ét pater reuelat quibus vult filium. Audi dominum dicentem; Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est.

Christi duplex natura.

Gratiæ gratis datæ.

Et conuersus ad discipulos suos, dixit; Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Dico. n. uobis, quod multi prophetæ, & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & nō uiderunt; & audire quę uos auditi, & non audierunt.

The. Quia superius dixerat. Nemo nouit q̄d sit pater nisi filius. & cui voluerit filius reuelare, verificat discipulos, quibus pater p eum reuelabatur. vnde dr̄: Et conuer. ad disci. suos di. Beati oculi &c. Cyr. Conuertitur quidē ad eos, quia reppellēs Iudæos surdos cęcam mentem gerentes nec videre volentes, totum se prębebat diligētibus eum, & beatos asserit oculos videntes, quæ prius aliis ipsi videbant. Illud tamen scire conuenit, quia videre non significat actū oculorū, sed mentis recreationem in præstitis beneficiis: puta si quis dicat, Iste vidit bona tempora .i. gauisus est

Videre misticū.

est in bonis temporibus, secundū illud, videas bona Hierusalē. Multi.n. Iudæorū viderunt Christū diuinè operantē, corporali.s. intuitu, nec tñ oībus beatificatio conuenit. non.n. crediderūt, sed neq; viderūt gloriā Dei oculis mentis. Beatificati sunt ergo oculi nostri in hoc, ꝙ fide viuimus verbū pro nobis hominē factū imprimens nobis decorem sui numinis, vt nos sibi cōformes faciat per sanctificationē atq; iustitiam. The. Beatificat aūt eos & oēs simpliciter qui eum fide respiciunt, ex hoc ꝙ antiqui prophetæ & reges Deū in carne videre & audire optauerunt, vnde sequitur. Dico.n. vobis ꝙ multi prophetæ &c. Bed. Matthæus apertius prophetas & iustos appellat; ipsi.n. sunt reges magni, q̄a tentationum suarū motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præesse voluerunt. Chry. Ex hoc aūt dicto plures existimant prophetas caruisse Christi notitia, sed si optauerunt videre q̄ viderunt Apostoli, nouerunt illū venturum ad homines, & dispensaturū q̄ dispēsauit, Nullus.n. habet eorum appetitū, quæ mēte nō concepit, nouerant ergo filium Dei. vnde nō simpliciter dicit, Voluerūt videre me, sed quæ vos videtis; nec audire me, sed q̄ vos auditis. Viderant.n. ipsum non tñ iam incarnatum, nec sic cum hominibus conuersantem, nec tanta maiestate eis loquētem. Bed. Illi.n à longe inspicientes, per speculum, & in ænigmate viderunt. Apostoli autem in præsentiarum habentes dominum, quęcunque voluissent interrogādo discentes, nequaquam per angelos aut alias visionum species opus habebant doceri. Orig. Sed quare dicit plerosque prophetas optasse, non autem omnes? quia de Abraham dr̄ quòd vidit diem Christi, & lætatus est, quam visionē non plures, imò pauci cōtigerunt; fuerunt autem alii prophetæ & iusti nō cauti vt visionem Abrahæ & peritiam apostolorum attingerent. Et hos dicit non vidisse, sed optasse.

Nota uerba.

Et ecce quidā legisperitus surrexit, tentās ipsum & dicens. Magister, qd faciendo vitā ęternam possidebo? At ille dixit ad eum; In lege qd scriptum est? Qūo legis? ille respōdens dixit: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus uiribus tuis, et ex oī mēte tua, et proximū tuū sicut teipsum. Dixitque illi; Rectè respondisti. Hoc fac, & viues.

Bed. Dixerat supra dñs ꝙ nomina eorum scripta sunt in cęlis, vnde vt puto occasionē tentandi dñm Legisperitus assumpsit. vnde dr̄; Et ec. qu. legis. sur. tentans illum Cyri. Erant.n. quidā verbosi circuneuntes totam regionē Iudęorū incusantes Christū, & dicentes, ꝙ pręceptū Moysi inutile diceret: ipse aūt quasdam nouas doctrinas promeret. volens ergo legisperitus seducere Christum, vt aliquid contra Moysen loqueretur, adest tentans ipsum, magistrum vocans, doceri nō patiens. Et quia dñs solitus erat his qui veniebant ad eum loqui de vita æterna, vtitur legisperitus eius eloquiis. Et qđ tentabat astutè nihil aliud audit nisi quæ p Moysen ædita sunt Sequitur. At il. di. ad eum; In lege qu. scrip. est? qūo legis? Amb. Erat.n. ex his qui sibi legisperiti videntur, qui verba legis tenent, vim legis ignorant, & ex ipso legis capitulo docet esse legis ignaros, probans ꝙ in principio statim lex patrem & filiū prædicauerit, & incarnationis dominicæ annunciauerit sacramentū. Sequit̄.n. Ille respon. di. Diliges dñm &c. Basil. Qđ dr̄; Tota mente tua, in cætera non recipit sectionem. Nam quācunq; dilectionem in infirmis expenderis, hoc tibi necessario à toto deficiet. Sicut n. in vase aliquo pleno aliquo re quantum emanat foras, tantum necesse est plenitudini derogari, sic & in anima inquantum emanauerit ab ipsius dilectione ad illicita, intantū minui necessariū est amorē ad Deū Gre. Nise. In tria autē quędā animę uis discernitur. Hęc.n. est augmentatiua solum & nutritiua, quę etiam in plantis reperitur. Alia est quę sensualiter disponitur, quę saluabatur in natura irrationalium animalium. Perfecta autem uis animæ est rationalis, quę in natura humana cōnspicitur: Dicendo ergo cor, substantiam corporalem significauit, scilicet nutritiuam: dicendo uero animā, mediocrem, idest sensitiuam, dicendo uero mentē, altiorē naturā.i. intellectiuam & consideratiuam potentiā. Theophyl. Hic igitur intelligendum est, & oportet nos omnem uirtutem animę amori diuino subijcere, & hoc uiriliter, & non.

non remisse, vnde additur: Et ex omnib. viribus tuis. Maxi. Cum hac igitur intentionem trinā ad Deū dilectionē lex ꝑ trac-tat, vt auellat nos à trinū mūdi habitudine, quæ respiciī ad possessiones, ad gloriam, & ad voluptates, in quibus ēt tētat⁹ est Christus. Basil. Si quis āt q̄rat, quo pacto diuina dilectio poterit obtineri? dicemus q̄m indocibilis est diuina dilectio, nā nec lucis gaudere p̄sentia, nec vitā amplecti ab alio didicimus vel amare parentes aut alumnos, & multo magis diuinæ dilectionis doctrina. Sed seminalis q̄dā ratio nobis insita est, intrinsecus habens causas, vt homo Deo adhæreat, quā rationē accipiens doctrina diuinorū p̄ceptorū colere diligenter, cauteq; fouere, & ad perfectionē diuinæ gratiæ p̄ducere cōsueuit. Naturaliter.n. bonū amamus, amamus ēt ꝓpriū, & cognatū, necnō benefactorib. spōte affectionem totam profundimus. Si igitur bonus est Deus, omnia vero bonū desiderant, qđ voluntatiè perficitur, naturaliter bonis inest; quē & si p̄ bonitatem minime nouissemus, ex hoc ipso tamē ꝙ ab ipso ꝓcessimus tenemur ipsum vltra modum amare, tāquam scilicet nobis cognatum. Maior ēt est & benefactor omnibus qui naturaliter diliguntur. Est igitur primū, ꝙ præcipuū mādatū diuinæ dilectionis, secūdum autem primi completiuū & ab eo cōpletum, quo monemur diligere proximum vñ sequitur: Et proxi. tuum sicut teipsum. Sortimur autē a Deo potentiam ad huius executionem mādati. Quis autem non nouit quoniam māsuetum & cōmunicatiuum animal est homo, nō autem solitarium & syluestre? Nihil.n. tam proprium est nostræ naturæ, sicut adinuicē cōmunicare, & mutuo indigere, & cognatum diligere. Quorū ergo cōueniens nobis tradidit semina, horum consequenter fructus requirit. Chry. Tu tamen attēde qualiter ferrè cum eodē excessu postulat vtrunque præceptū, de Deo.n. ait, To to corde tuo de proximo. Sicut teipsum. Quod si diligenter obseruaretur, nec seruus esset nec liber, nec uictor; nec uictus, nec diues, nec pauper, nec notus unquā esset diabolus. Potius.n. palę ignis sustinerent immissionē, quàm seruorem charitatis diabolus, adeo cuncta superat dilectionis constantia. Gre. 26. mor. Cū āt dicatur, Diliges proximum tuū sicut teipsum: qūo alteri miserando pius est, qui adhuc iniustè uidendo fit impius sibimetipsi? Chr. Cū āt legisperitus respondisset q̄ cōtinebant in lege, Christus cui nota sunt omnia scindit fallaciæ eius retia. Sequitur.n. dixitq; illi, rectè respōdisti, hoc fac & uiues. Ori. Ex his indubitāter colligitur ꝙ uitā q̄ p̄dicat secūdum mūdi creatorē Deū & antiquas scripturas ab eo traditas, uita perpetua est. Attestatur.n. dominus sumēti ex Deuterono. quidem illud, diliges do. Deum tuum, ex Leuitico uero illud, Diliges proxi. tuum sicut teipsum. Hæc autem dicta sunt contra sequaces Valentini, Basilidis, & Marchionis. Quid enim aliud uoluit nos facere ad quęrendum uitam ęternam nisi quę continent lex & prophetæ?

Dilectio Dei quo modo obtinet.

Intellectus primi mandati.

Ille āt volens iustificare seipsum dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suscipiens aūt Iesus dixit: Homo quidā descēdebat ab Hierusalē in Hierico & incidit in latrones, q ēt despoliauerunt eū, et plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit āt ut sacerdos quidā descenderet eadē uia, & viso illo pterijt. Similiter et leuita, cū esset secus locum & uideret eū, pertrāsijt. Samaritanus āt quidā iter faciens uenit secus eū, & uidens eū, misericordia motus est. Et appropiās, alligauit, uulnera eius īfundēs oleū et uinum, et imponens illum in iumentum suū, duxit in stabulum, et curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, et dedit stabulario, et ait. Curā illius habe, et quodcunq; supererogaueris, ego cū rediero, reddā tibi. Quis horū trium uidetur tibi proximus fuisse illi q incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus. Vade & tu fac similiter.

Cyr. Laudatus legisperitus à Saluatore ꝙ rectè respondit, in superbiam prorupit, nullum sibi proximū putās esse, quasi nullus esset ei in iustitia cōparādus. vnde dr: ille au. uo. iustifi. seip. di. ad Iesum: Et quis est meus proximus? Circumueniunt enim eum quodāmodo alternatim uitia, à fallacia qua tentando q̄siuerat, ad arrogantiam lapsus. In hoc autem ꝙ quærit; Quis est meus ꝓximus? uacuus à dilectione proximi ostenditur, cū non æstimet aliquem sibi proximum esse, & p̄ cōsequens à dile-

à dilectione diuina, quoniam cū fratrem nō diligat quem uidet, non potest Deum diligere quem non uidet. Amb. Respōdit etiam ꝙ nesciret proximum suum, quia non credebat in Christum, & qui Christū nescit, nescit legem. Cum.n. ueritatem ignoret, quomodo potest scire legem quę annunciat ueritatem? Theo. Saluator aūt non actibus aut dignitatibus, sed natura determinat proximum.q.d non putes qđ quamuis iustus sis, nullus tibi sit proximus. Omnes nanque qui eandem naturā communicāt, proximi tui sunt; fias igitur & tu eorū proximus, nō loco, sed affectu; & circa eos cura, & ad hoc Samaritanū in exemplū ducit. vnde sequitur: Suscipiens autem Iesus dixit: Homo quidā descēde. &c. Gręcus. Bene est generis appellatio, non.n ait, Descendit quidā, sed homo q-dam: nā sermo fuit de tota humanitate. Augu. de q. euang. Homo enim iste, ipse Adam intelligiť in genere humano. Hierusalem ciuitas pacis, illa cœlestis, à cuius beatitudine lapsus est. Hierico interpretatur luna, & significat mortalitatē nostrā; pp hoc ꝙ nascitur, crescit, senescit, & occidit. Aug. contra Pela. Vel Hierusalē quę interpretať uisio pacis, paradisum dicimus. Ante.n. ꝙ̄ peccaret homo in visione pacis erat, hoc est, in paradiso, quicq d uidebat, pax erat & lætitia. Inde descendit quasi humiliatus & miser factus ꝑ peccatū Hierico.i. in mūdū, in quo oīa orta occidūt, sicut luna. The. Nō āt dicit, Descēdit, sed descēdebat, semper.n humana natura ad inferiora tēdebat, & nō in parte, sed in toto uitę attendebat passibili. Basi. Cōuenit ēt hoc si qs loca perspexerit. Hierico.n. tenet loca cōuallia Palæstinæ, Hierusalem uero in cacumine sita est occupans apicem mōtis, venit igitur homo ab altis ad infirma ut à latronibꝰ caperetur, qui incolebant desertum. vñ sequitur; Et incidit in latrones. Chry. Primum istius hominis miserādus est casus, q inermis ac destitutus in latrones inciderit, quisq; improuidus incautusq; eā uiā elegerit, qua euadere prædonū manus nequiuerit. Nō enim posset inermis armatos, improuidus pessimos, incautus nociuos effugere. Quippe cū malitia semꝑ armata sit dolis, crudelitate septa, munita fallacia, & ad nocēdi sæuitiā ꝑparata. Amb Qui sunt autem isti latrones nisi angeli noctis atque tenebrarum? in quos non incidisset, nisi eis mandati cœlestis deuius se fecisset obnoxium. Chry. in exordio igitur mūdi nocendi fallaciam diabolus est operatus in hominem, in quē fallendi uirus exercuit, & malitiæ nocentiam dedicauit. Aug cōtra Pelagium. Incidit ergo in latrones, id est in diabolū & angelos eius, qui per inobediētiā primi hoīs humanū genus despoliauerunt morum, scilicet ornamentis, & vulnerauerunt dono, scilicet possibilitatis liberi arbitrij perdito. vnde sequitur; Qui etiam despolia. eum, & plagis impo. abierunt. In illo enim peccante plagā fecit, in nos uero plagas, cum per vnū peccatū quod cōtrahimus, superaddimus multa peccata. Aug. de.q. euan. Vel spoliauerunt hominem immortalitate, & plagis impositis peccata suadendo reliquerunt semiuiuū, quia ex parte qua pōt intelligere & cognoscere Deū uiuus est homo, ex parte āt qua peccatis cōtabescit & pmiť, mortuus est. & hoc est qđ subdiť, semiuiuo relicto. Aug cōtra Pela. Semiuiuus.n. habet uitalē motū, id est liberū arbitrium vulneratū, ꝙ ad æternā uitā quā perdiderat redire nō sufficiebat, & ideo iacebat, q a uires ei ꝓpriæ ad surgēdū nō sufficiebāt, ut ad se sanandū medicū, id est Deum reqreret. The. Aut semiuiuus dicitur homo post peccatum quia aīa immortalis, est, corpus vero mortale, ita ut medietas hoīs morti succumbat; aut quia humana natura in Christo sperabat consequi salutē, ita ut nō omnino morti succumberet, se inquantum Adam peccauerat, mors in mundum intrauit, in Xp̄i uero iustificatione mors erat destruēda. Amb Vel spoliant quæ accepimus indumēta gratiæ spiritalis, & sic vulnera inferre cōsueuerunt. nam si intemerata q̄ sumpsimus indumēta seruemus, plagas latronum sentire non possumus. Basi. Vel potest intelligi ꝙ expoliauerunt eum, plagis prius impositis, ꝓcedunt enim vulnera nuditatem, ut intelligas ꝙ peccatum gratiæ pręcedit carentiam. Bed. Dicuntur autem plagæ peccata, qa his naturę humanę integritas uiolatur.

Proximꝰ quis dicatur.

Anagogica pulchra.

Homo quis semiuiuus

latur. Abierunt ãt non ab insidijs cessando, sed insidiarum fraudes occultando. Chr. Hic itaq; homo. i. Adam iacebat destitutus salutis auxilio, confossus vulneribus delictorũ, cui nec sacerdos Aaró transiés sacrificio potuit profuisse. Sequitur. n. Accidit ãt vt sace. &c. Nec ẽt eius frater Moyses leuita per legem potuit subuenire. vnde sequitur. Similiter & leuita cum esset secus locum &c. Aug. con. Pelag Vel in sacerdotale & leuita duo tempora intelligũtur, legis. s. & prophetarũ: in sacerdote lex per quam sacerdotium & sacrificia instituta sunt, in leuita vaticiniũ prophetarum, quorum temporib. humanum genus sanari non potuit, quia per legẽ cõtradictio peccati non aboleuit. Theo. Dicit ãt præterijt, q a lex venit & stetit vsq; ad tẽps præfixum, deinde non valens curare, abijt. vide ẽt ꝙ lex non ad hoc data est præcogitatiuè vt hominem curaret: non enim poterat homo a principio suscipere Christi mysterium, & ideo dr̃: Accidit vt sacerdos quidam, qđ consueuimus dicere in his quæ non præmeditatiuè fiũt. Aug. de uer. do. Vel quia homo descendens a Hierusalem in Hierico Israelita fuisse intelligitur, qđ intelligi põt quia transiens sacerdos vtiq; genere proximus præterijt iacentem. transijt leuita, & hic genere proximus iacentem, & ipse contempsit. Theo. Miserti inquam illius fuere cum cogitauerunt, postmodum vero tenacitate deuicti abierũt retrorsum, hoc. n. designat qđ dicit, Præterijt. Augu. de ver. do. Transijt Samaritanus genere longinquus, misericordia proximus, fecit, qđ sequitur. Samaritanus au. qui iter fa. ve. se. eum. In quo Samaritano se voluit intelligi dñs noster Iesus Christus. Samaritanus. n. custos interpretatur, & de ipso dr̃. Nõ dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel, quia resurgens a mortuis iã non moritur. Deniq; cũ dictum esset illi, Quia Samaritanus es, & dæmoniũ habes, negauit se habere dęmonium, quia se nouerat dęmonũ expulsorem, non se negauit infirmi custodem. Græc. Vocat ãt hic Christus se Samaritanũ oportunè: cũ. n. alloqueretur legisperitũ superbientẽ in lege, voluit exprimere qm̃ nec sacerdos, nec leuita, & qui cõuersabãtur in lege, legis propositũ implebãt, sed ipse venit cõsummaturus legis propositum. Amb. Hic ãt Samaritanus ẽt erat descẽdẽs. Quis. n. est qui descendit de cœlo, nisi qui ascendit in cœlum filius hominis qui est in cęlo? Theo. Dicit autem, Iter faciens, quasi ex proposito hoc statuens, vt nos curaret. Aug. con. Pelag. Venit ãt in similitudine carnis peccati, ideo secus eum quasi in similitudine. Græc. Vel secus uiá venit, fuit. n. verè viator, nõ deuiator gratia nostri descendens ad terram. Amb. Veniens ẽt factus est compassionis nostrę susceptione finitimus & misericordiæ collatione uicinus. vñ sequitur. Et uidens eũ, &c. Aug. con. Pelag. Videns quidem eũ iacentem, non valentem, non currẽtem, & ideo misericordia motus est, q a in eo nullũ meritum inuenit quo curari dignus esset, sed ipse de peccato damnauit peccatũ in carne. uñ sequitur. Et appro. alli. uul. eius, infun. &c. Aug. de uer. do. Quid. n. tã longinquum, quid tã remotum, qui Deus ab hominib. immortalis a mortalibus, iustus a peccatoribus? nõ loco longe, sed dissimilitudine. Cũ ergo haberet in se duo bona. s. iustitiam & immortalitatem, & nos duo mala. s. iniquitatem & mortalitatem. si utrunq; malum nostrũ suscepisset, par noster fuisset & liberatore nobiscum opus haberet, ut ergo esset non hoc quod nos, sed prope nos, non est ille peccator vt tu, sed factus est mortalis qđ tu, suscipiendo pœnam, & nõ suscipiendo culpã, deleuit & pęnã. Aug. de q. euan. Alligatio uulnerum est cohibitio peccatorũ, oleum cõsolatio spei bonæ apud indulgẽtiam datæ ad reconciliationem pacis. uinum exhortatio ad operandũ feruentissimè in spiritu. Amb. Vel cõstringit uulnera nostra austeriore præcepto, sicut oleo fouet remissione peccati, sic uino cõpungit denunciatione iudicij. Grego. 20. mor. Vel in uino morsum districtionis adhibet, in oleo mollitię pietatis, per uinum ungãtur putrida, per oleũ sananda foueantur. Miscenda est ergo lenitas cũ seueritate, & faciendũ est quoddam ex utroque temperamentũ, ut neq; multa asperitate exulcerẽtur subditi neq; nimia benignitate soluantur. Theo. Vel aliter. Quæ secundum hominem est.

[Margin, left: Samaritanus Christ⁹.]

[Margin, right: Expositio tropologica.]

conuersio

cōuersio, oleū est quę uero secundū Deū, vinum est, quod diuinitatē significat, quā nemo potuisset sustinere, nisi oleū haberetur. i. conuersatio humana. vnde quędā operatus est humanè, quędam diuinitus. Infudit ergo oleū & uinum, quia nos humanitate & diuinitate saluauit. Chr. Vel vinum infudit. i. sanguinē passionis & oleum chrismatis, ut indulgētia daretur p sanguinem, sanctificatio conferretur per chrismatis unctionem. A cœlesti medico conscissa loca ligantur, & intra semetipsa retinentia medicinam operāte medicamine, pristinę sanitati reduntur. Infuso ergo vino & oleo, imposuit eū super iumentū. vnde sequitur, Et impo illū &c. Aug. de q. euan. Iumentū eius est caro, qua ad nos venire dignatus est. Imponi iumento, est in ipsam incarnationem Christi credere. Amb. Vel iumento imponit dum peccata nostra portat & pro nobis dolet: homo n. iumento similis factus est, & ideo supra iumentū suū, nos īposuit, ne nos essemus sicut equus & mulus, ut per nostri corporis assumptionē infirmitatē nostræ carnis aboleret. The. Vel imposuit in suū iumetū. i. in corpus suū, membra nāq; sua nos fecit & participes corporis eius, et lex quidē nō oēs suscipiebat. Moabitæ (inquit) & Ammonitę nō intrabūt in ecclesiā Dei, nūc vero in oī gēte qui timet dñm ab eo suscipitur, volēs credere & pars ecclesiæ fieri. ꝓpter hoc dicit, ꝙ duxit eū in stabulū. Chry. Est .n. stabulū ecclesia q̄ in itinere mūdi lassatos, & sarcinis delictorū defessos, suscipit veniētes: ubi deposito onere peccatorum viator lassus reficitur, & refectus salubri pascua reparat. Et hoc est qđ dr; Et curam illius egit. Totū. n. quicqd cōtrariū nocēs & malum est, foris est quia intra stabulū requies omnis salubritasq; inclusa est. Beda. Et bene iumento impositum duxit in stabulum, quia nemo nisi per baptismum corporis Christi adunatus ecclesiam intrabit. Amb. Sed quia nō uacabat Samaritano huic diu in terris degere, redeundum erat, vñ descenderat. unde sequit; Et alte. die. &c. Quis est iste alter dies, nisi forte ille dominicæ resurrectionis? de quo dictum est, Hæc est dies quā fecit dñs. Duo āt denarij, sunt duo testamenta q̄ imaginē

Ecclesia stabulo cōparatur.

in se habēt ęterni regis expressam, quo[illegible] precio vulnera nostra curantur. Augu. de q. euang. Vel duo denarij sunt duo præcepta charitatis, quam per Spiritū sanctum acceperunt apostoli ad euangelizandum cæteris, vel promissio uitæ præsentis & futuræ. Orig. Vel duo denarij uidētur mihi esse scientia sacramenti qūo pater in filio & filius in patre sit; qua velut mercede donatur ecclesiæ angelus, ut diligentius curet hoiem sibi cōmēdatum, quem pro angustia tēporis etiā ipse curauerat. Et promittitur ei quicquid de suo in medela semiuiuentis expenderet, illico esse reddendum. vnde sequit: Et quodcunq; supererogaueris, ego cū rediero reddam tibi. Augu. de q. euan. Stabularius fuit Apostolus qui supererogauit, aut illud consilium qđ ait; De uirginibus autem præceptum domini non habeo, consilium āt do: aut ꝙ ēt manibus suis operatus est, ne infirmorum aliquem in nouitate euangelij grauaret, cū ei liceret ex euāgelio pasci. Multū ēt supererogauerūt Apostoli, sed & pro tēpore doctores, q uetus & nouū testamentū exposuere supererogauerūt, pro qbus retributionē accipiēt. Ambr. Beatus ergo ille stabularius q alterius vulnera curare potest. Beatus ille cui dicit Iesus: Quodcūq; supererogaueris reuertēs reddā tibi. Sed quādo reuerteris dñe, nisi iudicij die? Nā licet ubique sis semp, & stās in medio nostrū nō cerneris a nobis, erit tñ tēpus quo vniuersa caro te respiciet reuertentē. Red des ergo qđ debes beatis, quibus es debitor. Vtinā nos simus idonei debitores, ut quod accipimus possimus exo uere. Cyr. His ergo pręmissis, opportunè iam dominus legisperitum interrogat subdens.

Quis horum trium tibi uidetur proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit; qui fecit misericordiam in illum.

Neq; enim sacerdos, neque leuita factus fuit proximus patientis, sed ille q est eius miserť. Inutilis est. n sacerdotij dignitas & legis scientia, nisi per bona opera cōfirmetur. unde sequitur, Et ait il. Iesus &c. Chry. q. d. Si quem uides oppressum, non dicas, utique nequam est; sed siue Gentilis sit, siue Iudæus & ope indigeat, non cu[illegible] uilleris auxiliari quæcunque mala fuerit passus.

Proximus qs sit.

pastus. Aug. de doct. Christ. Ex hoc intelligimus eũ esse proximum, cui vel exhibendũ est officium misericordię si indiget & exhibendũ esset si indigeret. Ex quo iã cõsequens est, vt ẽt ille a quo nobis vicissim exhibendũ, est proximus noster, sit proximi.n. nomen ad aliquid est, nec quisquam esse proximus nisi proximo põt Nullũ ãt exceptum esse cui misericordiæ denegetur officium, quis non videat? dicente domino, Benefacite his qui vos oderunt. vñ manifestum est hoc pcepto quo iubemur diligere proximum, ẽt sanctos angelos cõtineri, a quibus tanta nobis misericordię impendunt officia, ex quo & ipse dñs proximum nostrum se dici voluit significans se opitulatum esse semiuiuo iacẽti in via. Amb. Non.n. cognatio facit proximũ sed misericordia; quia misericordia est secũdũ naturam. nihil.n. tam secundum naturam, quàm iuuare consortem naturæ.

Factum est au: ẽ dum irẽt, et ipse intrauit in quoddam castellum; & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suã, et huic erat soror nomine, Maria. Quæ ẽt sedens secus pedes dñi, audiebat verbum illius. Martha ãt sa:agebat circa frequens ministerium. Qui stetit, & ait. Dñe, non est tibi curæ ꝙ soror mea reliquit me solã ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et respondens, dixit illi dominus. Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò, vnum est necessarium Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Bed. Dilectio Dei & proximi, quę superius verbis & parabolis continebatur, hic ipsis rebus ꝙ varietate designatur. Dr̃ enim Factum est ãt dum irent, &c. Orige. Cuius quidẽ nomen Lucas hic tacet, sed Ioannes exprimit vocãs ipsum Bethaniã. Aug. de ver. do. Sed dñs qui in sua propria venit, & sui eũ non receperunt, susceptus est tanquam hospes. Sequitur.n. Et mu. q̃dam Martha, &c. Sicut solent suscipi peregrini, sed tñ suscepit famula dñm, ægra Saluatorem, creatura creatorem. Ne quis ãt dicat, O beati qui Christum suscipere, in domum propriam meruerunt, noli dolere cum inquit, Quod.n. vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis accepta aũt formã serui in illa pasci a seruis voluit dignatione, non conditione. Habebat carnẽ in

Dominus Iesus hospes.

qua quidẽ esuriret & sitiret, sed in heremo esuriẽti angeli ministrabant ergo quo pasci voluit, pascẽti præstitit. Martha igit dñm pascere disponens & pręparãs, circa ministerium occupabatur. Maria vero soror eius pasci magis elegit a dño. Sequitur enim Et huic erat soror nomine Maria, q̃ ẽt sedẽs secus pedes domini audiebat verbũ illius. Chr. Non simpliciter dr̃ de Maria ꝙ sederet prope Iesum, sed secus pedes illius; vt ostẽdat diligentiã, assiduitatem, & solertiam erga auditionẽ, & multam reuerẽtiam quam habebat ad dñm. Aug. de ver. do. Quãto ãt humilius ad pedes sedebat, tanto amplius capiebat confluit.n. aqua ad humilitatem cõuallis, denatat de tumoribus collis. Basi. Omnis ãt operatio & verbũ Saluatoris, regula est pietatis & virtutis. ob hoc.n. induit corpus nostrum, vt nos cõuersationem illius imitemur pro posse. Chrys. Exemplo igit suo docet discipulos qualiter se gerere debeãt in domibus eorum qui eos suscipiunt, vt scilicet applicantes ad domum non resupini quiescant, sed potius repleant suscipientes sacris & diuinis doctrinis. hi uero qui domum parant, exeant obuiam hilariter & feruenter duabus de causis. Primo quidẽ ædificabuntur in doctrinis eorũ, quos suscipiunt, deinde & recipiẽt charitatis mercedẽ. Vnde & hic sequitur; Martha au. satagebat &c. Aug. de ver. do. Bene Martha circa corporalẽ dñi necessitatẽ uel uoluntatẽ ministrabat quasi mortali, sed qui erat in carne mortali, in principio erat uerbum. Ecce quod Maria audiebat, Verbum caro factũ est. Ecce cui Martha ministrabat laborabat ista, uacabat illa ueruntamen Martha laborans multũ in illa occupatione & negocio ministrãdi interpellauit dominum & de sorore conquesta est. Sequitur.n. Et ait, domine non est, &c. Erat.n. Maria intenta dulcedini uerbi domini, à Martha conuiuium dño parabat, in cuius conuiuio Maria iam iocundabatur. Cum ergo suauiter audiret uerbum dulcissimum & corde intẽtissimo pasceretur, interpellato domino a sorore sua, qũo putamus eam timuisse ne diceret ei dominus: Surge & adiuua sororẽ tuam? Mira enim suauitate tenebatur, quæ profecto

Documẽtum morale.

fecto maior est mentis quā vētris, sed causam suam tanquā ociosa iudici maluit cōmittere, nec in rñdendo voluit laborare. si .n. pararet. respondendi sermonem, remitteret audiendi intentionem. Respōdit ergo dominus qui in verbo non laborabat, quia verbum erat. Sequitur .n. Et respon. di. il. do. Martha, &c. Repetitio nominis indiciū est dilectionis, aut forte mouēdę intentionis, vt audiat attentius. Bis vocata audit. Turbaris erga plurima. i. circa multa es occupata. vult. n. homo occurere qñ ministat, & aliqñ non potest. quęrit quod deest, paratur quod adest distendit animus nā si Martha sufficeret, adiutoriū sororis non posceret. multa sunt, diuersa sunt, q a carnalia sunt, q a tēporalia sunt. Pręponitur āt vnū multis non .n. à multis vnū, sed multa ab vno. vñ sequit. Porrò vnū est necessariū. Circa vnū se voluit occupari, secūdū illud: Mihi adherere Deo bonū est, vnū sunt pater & filius & spiritus sanctus, ad hoc vnū nō nos pducit, nisi multi habeamus cor vnū. Cyri. Vel aliter. Cū susceperint aliqui fratres Deū, nō solicitētur erga multum officium, nec poscāt quæ præ manib. non sunt, & opus exuperāt. grauat. n. passim in qualibet re qđ superfluit. generat. n. volentibus conferre tædium: conuiuis autem videtur ꝙ sunt alijs causa laboris. Basil. Absurdum etiā est cibus ad sustentationē corporis sumere; ac per eos iterū officere corpori, & impedire ipsum erga mandatorum diuinorū officiū Si ergo adueniat aliquis pauperū, sumat formā & exemplar modestię ciborum, nec causa viuere volentiū in delicijs mensam propria pręparemus; vniformis .n. est Christiani vita ad vnam intendens intentionem. s. ad gloriam Dei. Multiformis vero & varia vita eorum qui de foris sunt, pro libitu variata. Tu vero cur dum copiam ciborū & causa delectationis fratri præparas mensam, criminaris eū voluptatis & diffundis in eū gulositatis opprobria, arguens delicias eius in eo quod præparas? non cōmendauit dominus Marthā occupatam circa frequens mynisterium. Aug. de ver. do. Quid ergo putamus reprehensum esse ministerium Marthę, quā cura hospitalitatis occupauerat, q̄ tanto hospite lætabat? hoc si uerum est, dimittant hoīes ꝙ ministrant egentibus, vacent verbo, occupentur circa sñiam salutarem, nihil sit cura eis, quis peregrinus in vico sit, quis egeat pane, vacent opera misericordię, vni instet scientię The. Non ergo dñs hospitalitatē prohibet, sed plurimorū turbationē. i. abstractionē & tumultū, & vide consiliū dñi, ꝙ prius dñs nihil dixerat Marthæ, sed postquā illa sororē ab auditu studebat auellere, tunc dñs occasione habita increpauit eā; Vsq; .n. adeò honorat hospitalitas, donec ad necessaria nos attrahit. Cū verò incipit ab vtilioribus impedire, manifestū est ꝙ honorabilior est diuinorum auditus. Aug. de ver. do. Non ergo dominus opus reprehendit, sed munus distinxit. Sequitur. n. Maria optimā illa partē elegit &c. Nō tu malā, sed meliorē, vnde meliorē? q a ab ea nō auferet, à te auferetur aliquando onus necessitatis. Non. n. cum ueneris ad illā patriam inuenies peregrinū quem suscipias hospitio, sed bono tuo auferet, ut qđ melius est detur, auferetur à te labor, requies detur. Tu nauigas, illa in portu est, æterna. n. est dulcedo ueritatis, in hac tamē uita augetur, in illa pficietur, nunquam auferetur. Amb. Agat ergo te sicut Mariam desiderium sapientiæ, hoc. n. maius, hoc perfectius opus, nec ministerij cura cogitationē uerbi cęlestis auertat. Nec arguas eos, & ociosos iudices, quos uideas sapientiæ studere. Au. de q. euan. Mysticè autem ꝙ Martha excepit illum in domū suā, significat ecclesiā, quæ nunc excepit dominum in cor suū. Maria soror eius q̄ sedebat ad pedes domini & audiebat uerbum eius, significat eandem ecclesiam, sed in futuro seculo, ubi cessans ab opere ministerioq; indigentiæ, sola sapientia pfruit. Quòd autē conqueritur, quod soror eius eā non adiuuet, occasio datur sententię dñi, qua ostendit istam ecclesiā sollicitam esse, & turbari erga plurima, cū sit unum necessarium, ad quod per ministerij huius merita peruenitur. Mariā vero dicit optimā partem elegisse, quia per hanc ad illam tēditur, & nō aufertur. Greg. 6. mora. Vel per Mariam quę uerba domini residens audiebat, contemplatiua uita exprimitur, per Martha

Anagoge Augustini.

Allegorica expositio.

Martham exterioribus obsequijs occupatam, actiua vita significatur, sed Marthæ cura non reprehenditur, Mariæ vero laudat, quia magna sunt actiuę vitę merita, sed cōtemplatiuæ potiora, vñ nec auferri vnquam Mariæ pars dr, quia actiuæ vitæ opera corpore transeunt, contemplatiuæ autem gaudia melius ex fine conualescunt.

CAPVT XI.

ET factum est cum esset in quodā loco orās, ut cessauit, dixit unus ex Discipulis eius ad eū. Dñe, doce nos orare, sicut docuit Ioānes discipulos suos. Et Ait illis. Cū oratis dicite. Pater sanctificetū nomē tuū, adueniat regnum tuū, panē nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis peccata nrā siquidē et nos dimittimus debētis nobis, & ne nos inducas intētationē.

Bed. post historiā sororum quę duas ecclesiæ vitas significauerunt, nō frustra dominus & ipse orasse, & disdipulos orare docuisse scribitur, qa & oratio quam docuit, vtriusq; in se vitæ cōtinet mysteriū, & ipsarum perfectio vitarum, nostris non viribus est obtinenda, sed precibus. vñ dr: Et factum est cum esset &c. Cyr. Cum autem habeat omnis boni plenitudinē, cur orat si plenus est, & in nullo penitus eget? Ad hoc dicimus quod cōpetit ei ex modo dispensationis in carne, cum voluerit humana prosequi tēpore ad hoc cōuenientē Si.n. comedit & bibit, non incongruè vtebatur oratione, vt doceat nos nō esse erga hoc tepidos, sed attentius insistere orationib. Titus. Cum autem nouam cōuersationē vidissent Discipuli, nouā formam orationis postulauerunt, cum plures orationes continerentur in veteri testamēto. Vnde sequit: Vt cessauit, dixit &c. Domine, docet nos orare, ne s. contra Deum peccemus, aliqua quærētes pro alijs, vel Deo assistentes in oratione nō eo modo quo expedit. Orige. Et vt orationis doctrinam proferat infert; Sicut & Io. disci. suos; de quo, scilicet nos docuisti, quod inter natos mulierum nullus eo maior surrexit, & quia præcepisti nobis petere æterna & grādia. vnde erit nos ad horum peruenire notitiam, nisi à te Deo & Saluatore nostro? Greg. Nis. Orationis ergo doctrinam explicat Discipulis qui solerter notitiam orationis expostulant, ostendēs qualiter implorare oporteat diuinū auditum. Basil. Duo autem sunt modi orationis. Vnus quidē laudis cum humilitate, secūdus vero petitionis remissior. Quoties ergo oras, nō prius ad petendum prorumpas. Sin autem tuum criminaris affectum quasi necessitate coactus supplices Deo. Sed cū incipis orare quālibet desere creaturam visibilem & inuisibilem. Sumimus āt exordium à laude illius qui cūcta creauit. vñ subditur; Et ait illis, Cum orauerītis dicite; pater. Au. de ver. do. Primus sermo quantæ gratiæ? faciem tuā non audebas ad cęlum attollere, & subito accepisti gratiā Christi. Ex malo seruo factus es bonus filius, ideo præsume non de tua operatione, sed de Christi gratia. Non ergo hic arrogantia est, sed fides: prędicare qd acceperis non est superbia, sed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrem, qui te perlauacrum genuit, qui per filium te redemit, patrem dicas quasi filius Sed noli tibi aliquid specialiter vendicare, solius Christi specialis est pater, nobis est pater oībus ī cōi, quia illum solum genuit, nos āt creauit. Et ideo secūdum Matth. dr, Pater noster, & additur, qui es in cęlis: In illis. s. cœlis de quibus dictum est: Cœli enarrāt gloriam Dei. Cœlū est ubi culpa cessauit. vbi nullum mortis est uulnus. Theo. Non autem dicit, Qui es in cœlis, tanquàm ibi circumscribatur. sed ut ad cęlos erigat auditorē & abstrahat à terrenis. Greg. Nisc. Vide autem quantæ preparationis opus est, ut audacter possis Deo dicere, pater; quia si ad res mundanas intuitum dirigis, aut humanam gloriam ambis, aut sordes passibilis appetitus, & hanc orationē enūcies: audire mihi uideor Deum dicentem Cū corruptæ fueris uitæ, si patrem vocas incorruptibilitatis genitorē, fęda uoce inquinas incorruptibile nomen. Nā qui patrē mandauit uocare, proferre mendaciū nō concessit. Omnium uero bonorū exordiū est glorificare nomen Dei in uita nostra. unde subdit Sanctificetur nomē tuū. Quis n. est adeo bestialis qui uidens credentibus

Oratio suadet.

Copiosa Christi gratia.

dentibus vitam purā, nō glorificet nomē inuocatū in tali vita? Igitur q. dicit in oratione, Sanctificetur in me inuocatū nomē tuū, hoc orat, siam tuo cōcurrente subsidio iustus, abstinēs à quolibet malo. Chr. Sicut.n.cum quis cęli pulchritudinē aspicit, dicit, gloria tibi Deus: sic etiā cū aspicit alicuius uirtutē, quia hōis virtus multo magis q̄ cœlū glorificat Deū. Aug. de ver.do. Vel dr̄, Sanctificetur nomen tuum in nobis, vt ad nos possit eius sanctificatio peruenire. Titus. Vel dicit, Sanctificeť nomen tuū.i.nota sit tua sanctitas toti mundo, & laudet te decenter. Rectos āt decet collaudatio. Iussit igitur orare pro emundatione mundi totius. Cyr. Qm̄ penes eos ad quos nondū peruenit fides contemnit adhuc nomen Dei, sed vbi iubar veritatis super eos illuxerit, eū fatebuntur sanctum sanctorū. Titus. Et q̄a in nōie Iesu est gloria Dei patris, tunc nomen patris sanctificabitur, qn̄ Christus erit notus Orig. Vel quia nomen Dei ab errantib. attribuitur culturis & creaturis, nondū est sanctificatū, vt sit separatū à quibus debuit separari. Decet ergo nos orare, vt nomen Dei adaptetur soli vero Deo, cui adaptatur qđ subditur: Adueniat regnū tuū, ut.s. euacuetur principatus & potestas & uirtus] & regnū mūdi, quin ēt peccatū qđ regnat in mortalibus nostris corporibus. Greg. Nis. Imploramus ēt a dn̄o liberari a corruptione, exui a morte. Vel secundū quosdā Adueniat regnū tuum.i.veniat super nos Spiritus sanctus tuus, ut purificet nos. Au. de ver.do. Tūc.n.venit regnum Dei, qn̄ eius sumus gratiā consecuti. Ipse.n.ait; regnū Dei intra vos est. Cyr. Vel qui hoc dicunt videntur optare rursum refulgentem in mundo oīum Saluatorem. Mādauit āt in oratione petere illud tp̄s reuera terribile, vt sciant q̄ viuere decet eos non lente vel remisse, vt illud tp̄s non paret eis flammā & vindictā, sed magis honestè secundum voluntatem ipsius, vt eis tp̄s illud nectat coronas. vnde secundū Mat. sequitur: Fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra. Chr. q.d. Pręsta nobis dn̄e cōuersationem imitari cęlestem, quatenus quæcunq; tu uis, nos ēt velimus. Gre. Nis. Qm̄ n. vitā humanā post resurrectionem similem dicit esse venturā vitæ angelicæ, consequens est ut uitā mundanam ad uitam q̄ postmodum sperat dispoņi, vt in carne viuentes carnaliter nō uiuamus. Per hoc autem verus medicus animæ soluit morbi naturam, vt quos occupauit infirmitas, per hoc q̄ a uoluntate diuina recesserāt, a morbo denuo liberet copulatio ad uoluntatem diuinā. Est.n. sanitas animæ executio debita uoluntatis diuinæ. Aug. in Ench. Apud euangelistam igitur Matthæū, septem petitiones continere vr̄ dominica oratio: Euāgelista uero Lucas in oratione dominica petitiones non septem, sed quinque complexus est, nec ab illo utiq; discrepauit. Sed quō illa septem sint intelligenda, ipse sub breuitate commonuit. Nomen quippe ei sanctificatur in spiritu, Dei aūt regnum in resurrectione futurum est. Ostendens ergo Lucas tertiam petitionem duarum superiorum esse quodammodo repetitionem, magis eam prætermittendo voluit intelligi. Deinde tres alias adiūxit. Et primo de pane quotidiano, dicens: Panē no. quo.da.no.hod. Aug. de ver.do. In gręco dr̄ epiusion, hoc est supersubstātialem nō iste est panis qui vadit in corpus, sed ille panis uitæ ęternæ, qui animæ nostrę substantiam fulcit. Latinus autem hunc quotidianum panem dicit, quem gręci dicunt, aduenientem. Si quotidianus ille est panis, cur post annum illum sumas, quemadmodum Græci in oriente facere consueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit: sic uiue q̄ quotidie merearis accipere. Mors domini significatur, & remissio peccatorum. qui vulnus habet, medicinam quærit. vulnus est, quia sub peccāto sumus, medicina est cœleste & uenerabile sacramentum. Si quotidie accipitis, quotidie tibi est hodie. Christus tibi quotidie resurgit; hodie.n. est, qn̄ Christus resurgit. Titus. Vel panis animarum diuina est virtus, afferens futuram vitam perennem, sicut panis ex terra prodiens, vitam temporalem conseruat Cum āt quotidianum dixisset, diuinum qui aduenit & futurus est significat, quem nobis hodie præstari requirimus, poscentes quoddā eius principium atque gustum quando spiritus in nobis inhabitans virtutem operatur

Iesu nomē gloriosum.

Anagoge pulchra.

Panis super-substantialis.

tur, quæ superat oẽm virtutẽ humanã: puta castitatem, humilitatẽ. Cyr. Putant aũt forsan aliqui indecens esse sanctos à Deo quærere corporalia, & ob hãc causam applicant quod dr̃ ad spiritualem considerationem. Ego aũt concedã ꝙ oportet sanctos præcipuè satagere ad obtinenda spiritualia dona. Illud tamen decet inspicere ꝙ irreprehensibiliter petunt, dño præcipientes panẽ cõem. ex eo.n.ꝙ panẽ iussit quærere. i. quotidianũ alimentũ, vt ꝙ nihil credat eos habere, sed magis honestã colere paupertatem: non.n. est habentium panem petere, sed oppressorum penuria. Basil. q. d. Panem quotidianũ qui nostræ substantiæ cõpetit ad vitam diurnam, nõ tibi ipsi cõmendes, sed ad Deũ causa eius refugias, exponens ei necessitatem naturæ. Chry. Postulanda ergo sunt diuinitus necessaria vitæ, nõ ciborum diuersitates, & vina odorifera, & cætera quæ delectãt guttur, onerant aũt ventrem, & mentem perturbant, sed panis, qui põt substãtiam corporis sustentare, & ille qui nobis hodie tantũmmodo sufficit, vt de crastino nõ cogitemus. vnam aũt solam petitionẽ sensibilem quærimus, vt præsentibus non affligamur. Grego. Nis. Postquam aũt per bona opera fiduciam sumere docuit, consequenter remissionem reatum docet implorare. Sequitur.n. Et dimitte no. pec. nostra. Titus. Hoc etiam adoratũ est necessario pro eo quòd nullus sine peccato reperitur, ne impediamur à sancta participatione ꝓp humana peccata. Cum.n. teneantur exhibere Christo omnimoda sanctitatẽ, qui Spiritũ sanctum habitare facit in nobis, redarguendi sumus si nõ obseruemus ei templũ mundũ. Huic aũt defectui subuenitur per Dei bonitatem indulgentem humanæ fragilitati peccatorũ punitionẽ. Hoc aũt ipsum iuste fit a iusto Deo, qñ nos quasi debitorib. relaxamus, hic. s. qui nobis nocuerunt, & debita non exhibuerũt. vnde subditur: Siquidem & nos dimit. deben. nobis. Cyril. Vult.n. vt ita loquar, patientia quam homines colunt imitatorẽ fieri Deum, vt qualem ipsi exhibuerunt conseruis bonitatem, talem pari lance recipere perant à Deo, qui iuste recompensat, & nouit omnium misereri. Chry. Hæc igitur animaduertẽtes grates agendæ sunt debitoribus nostris, sunt.n. nobis si sapimus causa indulgentiæ maximæ, & pauca exhibẽtes, plurima reperiemus. Nã & nos multa debemus & magna debita domino, quorũ si minimã partẽ à nobis vellet exigere iam perissemus. Aug. de ver. do. Debitum ãt quid est nisi peccatũ? Ergo si nõ accepisses alieni fœnoris pecuniam nõ deberes, & ideo peccatũ tibi imputatur. Habuisti.n. pecuniam cum qua diues nasceris ad imaginẽ & similitudinem factus Dei, se ꝑdidisti qđ habebas, sicut dũ arrogantiã desiderans vendicare, perdidisti humilitatis pecuniã, accepisti à diabolo debitum, qđ nõ erat necessariũ, cautionẽ tuã tenebat inimicus, sed eam dñs crucifixit, & suo cruore deleuit. Potens est aũt dñs q abstulit peccatũ; & debita nostra donauit, custodire nos aduersus diaboli insidias q culpam generare consueuit. vnde sequit: Et ne nos indu. in tentationem, quã. s. ferre non possumus. Sed quasi athleta talem vult tẽtationem, quam ferre possit humana conditio. Titus. A diabolo.n. nõ tentari est impossibile, sed ne à Deo derelinquamur ad tentationes hoc deprecamur. Qđ aũt ex promissione diuina contingit illud Deus quandoq; facere dr̃ in scriptura, & secundum hoc nisi prohibeat tentationis inualescentiã quæ supra nos est, tunc nos in tentationem inducit. Maxim. Vel mandat dñs vt petamus, Ne nos inducas in tẽtationem. i. non permittas voluptuosarũ & spontanearum tentationum nos experientiam pati. Iacobus aũt docet pro ueritate certantes non remitti in tentationib. inuoluntarijs, & causatiuis laborum, dicens Omne gaudiũ æstimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. Bas. Non tñ decet nos omnino petere afflictiones corporales; vniuersaliter n. præcepit orare, nõ subire tentationem, sed postquã aliquid subit, expedit à domino petere virtutem perferendi, vt consumetur in nobis illud: Qui sustinet vsq; ad finẽ, saluus erit. Augu. in Enchir. At vero quod Mattheus in vltimo posuit; Sed libera nos à malo, iste non posuit, ut intelligamus ad illud superius quod de tentatione dictum est pertinere. Ideo quippe ait, Sed libe-

Corporalia quõ petenda.

Nullus sine peccato.

Concordia scripturarũ

ri, non ait, Et libera, tanquam vnã petitionem demonstrans, noli hoc, sed hoc: sed sciat vnusquisq; in eo se liberari à malo, quod nó infertur in tẽtationem. Aug. de uer. do. Vnusquisq; .n. petit. ut à malo, hoc est ab inimico & peccato liberetur, sed qui Deo sed cõmittit, diabolum non timet. Si enim Deus pro nobis, quis contra nos?

Et ait ad illos. Quis uestrũ habebit amicum, et ibit ad illũ media nocte, et dicet illi. Amice, cõmoda mihi tres panes, quoniã amicus meus uenit de uia ad me & nõ habeo quod ponã ante illũ, & ille deintus respondẽs dicat, noli mihi molestus esse, iã ostiũ clausum est, & pueri mei mecũ sunt in cubili, nõ possum surgere et dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans, dico uobis, et si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.

Chry. Docuerat supra Saluator ad petitioné apostolorũ qualiter oporet orare: poterat ãt cõtingere eos qui hoc salutare documẽtũ receperãt, effundere quidé preces iuxta traditã formã, sed negligenter & remisse hoc facere, deinde cũ nõ exaudirent per primã, vel secundã orationé, desistere ab orationibus. Itaq; ne hoc pateremur, p modũ parabolæ manifestat, quod pusillanimitas in orationibus dãnosa est. Vtilissimũ vero est in eis patientiã habere. vñ dr; Et ait ad illos, Quis uestrum habebit amicũ? Theo. Amicus iste Deus est, q oés amat et oés saluos vult fieri. Amb. Quis ét est nobis amicior, quàm qui pro nobis corpus suum tradidit? Datur autem nobis hic alius pręcepti modus, ut omnibus momẽtis, non solum diebus, sed etiam noctibus oratio deferatur. Sequitur. n. Et ibit ad illum media nocte. Sicut petijt Dauid qñ dicebat, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Neq; .n. timuit excitare dormientem, quem scit semper esse uigilãtẽ. nam si ille tam sanctus, & qui regni erat necessitatibus occupatus, septies in die laudem domino dicebat, quid nos facere debemus? qui eo amplius rogare debemus, quo frequentius carnis ac mentis fragilitate delinquimus, quod diligendo dominum Deum tuum nõ solum tibi, sed et ad alijs poteris mereri. Sequitur. n. Et dicet illi; Amice cõmoda mihi tres pa. &c.

Amicissimus Christ[9].

Augu. de uer. do. Qui autem sunt isti tres panes, nisi mysterij cœlestis alimentum? Fieri n potest ut aliquis passus fuerit amicum aliquid interrogantem, quod respondere non possit, & tunc se inuenit non habere, quando coactus est dare. Venit ergo tibi amicus de uia, id est uita hui[9] seculi, in qua omnes velut peregrini transeunt, nec vllus quasi possessor manet, sed omni homini dicitur: Transi, da uẽturo locum, aut forte de uia mala, hoc est de uita mala fatigatus nescio quis amicus tuus non inueniens ueritatem, qua audita & percepta beatus fiat, uenit ad te tanquàm ad Christianum, & dicit; Redde mihi rationem. Et interrogat quod fortè tu per simplicitatem fidei nesciebas, & non est unde reficias esurientem, & compelleris quærere in dominicis libris. Fortassis. n. quod ille interrogauit, in libro politum est, sed obscurum est, ipsum Paulum aut Petrũ, aut aliquem prophetam interrogare non sineris. Iam. n. requiescit familia ista cum dño isto suo, & seculi huius ignorãtia ualida est, hoc est nox media, & urget amicus esuriẽs, cui simplex fides non sufficit. Nunq̃d deserẽdus est? ergo ad ipsum dñm cũ quo familia requiescit, pulso orãdo, de quo subdit, Et il. de in. respõ. di. Noli mihi molestus esse. Qui differt dare. vult amplius desideres dilatũ, ne uilescat citò datũ. Basi. Forsitã ét ob hoc differt, quasi ingeminãs tuã assiduitatẽ, & frequentiã erga se, & ut cognoscas q̃d donũ Dei sit, & in timore donata custodias. Quicq̃d. n. aliqs multo labore acquirit, nititur custodire, ne cùm illud perdiderit, suum laborem amittat. Glo. Non ergo aufert impetrandi licentiam, sed uehementius accendit, desiderium orãdi, ostensa difficultate cõsequendi. Sequitur enim; Iam ostium clausum est. Ambr. Hoc est ostium quod aperiri sibi etiam Paulus exposcit, nõ solum suis, sed etiã populi orationibus obsecrãs se iuuari, ut aperiatur sibi ostiũ ad loquẽdum mysterium Christi. Et fortasse illud est ostiũ quod apertum uidit Ioannes, cui dictum est, Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri. Aug. de quæ. euan. Significatur ergo tempus famis verbi, cum intelligentiã claudit, & illi qui apostoli-

Libri cõsulendi.

cam sapientiam, tanq̃ panem erogantes p orbem terrę prędicauerũt, iam sunt in secreta quiete cũ domino. Et hoc est quod subdit: Et pueri mei mecũ sunt in cubili. Greg. Nis. Opportunè eos qui per arma iustitię impassibilitatẽ uendicauerunt sibi, pueros appellat, docens ꝙ bonum quod per studia in nobis acquirit, ab initio fuerat in natura repositum. nã qñ aliquis abrenuncians carni, per rationem exercitio vitę uirtuosę passionem confutauit, tunc quasi puer insensibiliter se habet erga passiones. Cubile autẽ requiem intelligimus saluatorum. Glo. Et propter pręmissa subdit: Non possum surgere & dare tibi; qđ est ad difficultatem impetrãdi referẽdũ. Aug. de q. euã. Vel aliter; Amicus ad quẽ venitur media nocte, ut accõmodet tres panes, utique ad similitudinẽ ponitur secundum quam qui rogat Deum in media tribulatione constitutus, ut ei tribuat intelligentiam Trinitatis, qua pręsentis uitę consoletur labores. Ipsa.n. angustia media nox est, quàm cogitur uehementer instare. In tribus autem panibus etiam illud significatur, unius substantię esse. Trinitatem: amicus autem ueniens de uia, intelligit hoĩs appetitus, q dẽt rationi seruire. seruiebat ãt cõsuetudini tẽporali, quã uiã vocat pp oĩa transeũtia. Conuerso ãt homine ad Deũ, ẽt ille appetitus à cõsuetudine reuocat. Sed si nõ cõsoletur interius gaudiũ de doctrina spiritali, qua creatoris Trinitas prædicatur, magnæ angustiæ sunt in hoĩe quẽ premit ærũna mortalis, cũ ab his q̃ foris delectãt, ꝑcipitur, abstinẽtia & intus non est refectio de lætitia doctrinæ spiritalis, & tamen orando efficit ut accipiat, desiderãs intellectum à domino, etiamsi homo desit per quẽ sapientia prędiceretur. Sequitur.n. Et ille si perseuerauerit &c. Comparatio est à minori. si.n. amicus homo surgit de lecto, dat nõ amicitia, sed tædio compulsus, quanto magis Deus dat, qui sine tædio largissime donat quod petitur? Aug. de uer. do. Cum autem perueneris ad tres panes, hoc est ad cibum & intelligentiam Trinitatis, habes & unde uiuas, & vnde paschas, ne timeas, na finias; non.n. panis ille finietur, sed indigentiam tuã finiet. disce, & doce, uiue, & pasce. The. Vel ali. Media nox finis est uitæ, in quo multi ad Deum adueniunt? Amicus autem est angelus qui accipit animã. Vel media nox est profundũ tentationũ in quo constitutus petit à Deo tres panes necessitatẽ s. corporis, animæ, & spiritus, per quem in tentationibus non periclitamur. Amicus autem qui de uia uenit, ipse Deus est, qui tentationibus nos probat, q non habet quod apponat; qui in tẽtatione infirmatur. Quòd autem dicit, Et clausa est ianua, intelligendum est ꝙ docet nos ante tentationes præparatos esse postquàm uerò tẽtationi incidimus, præparationis ianua clauditur, & imparati inuenti, nisi Deus adiuuet, periclitamur.

Trinitas prædicatur.

Et ego dico vobis, Petite, & dabitur uobis. Quęrite, et inuenietis; Pulsate, et aperietur uobis. Oĩs.n. qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperiet. Quis autem ex uobis patrẽ petit panẽ, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscẽ, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouũ, nunquid porriget illi scorpionẽ? Si ergo uos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quãtò magis pater uester cœlestis de cælo dabit spiritum bonum petentibus se?

Aug. de ver. do. Posita similitudine adiunxit exhortationẽ dñs, & oĩno stimulauit nos quærere, petere, pulsare, donec accipiamus qđ petim⁹. vñ dicit: Et ego dico vobis petite & dabit uobis. Cyril. Quòd dicit, dico uobis, uim habet iuramẽti. Deus.n. nõ mẽtitur. Quandocunq; ãt innuit audiẽtibus aliqd cũ iuramẽto, ostẽdit inexcusabilẽ nostræ fidei paruitatẽ. Chry. Per petitionem ãt rõnem ostendit, p inquisitionẽ uerò studiũ & solicitudinẽ, cũ subdit; Quærite & inuenietis, quæ.n. quæruntur plurima cura indigent, quod maximè est in Deo. Plura nanq; sunt, quæ sensum nostrum impediunt: sicut ergo aurũ perditum quærimus, sic Deũ solicitè perquiramus. Ostendit etiam ꝙ quamuis non aperiat ilico ianuam, tñ immorãdum est. vnde subdit: Pulsate, & aperietur uobis, quia si quærens immoraberis, utiq; recipies: ob hoc reclusum est ostiũ, ut faciat te pulsare; ideo nõ mox annuit ut exposcas. Græc. Vel per hoc ꝙ dicit, Pulsare, forsitã insinuat petere cum effectu, pulsat.n. aliquis manu. Boni ãt operis signum est manus

Vis iuramenti in uerbis.

nus, vel hæc tria possunt aliter distingui. virtutis.n.initium est petere notam fieri viam veritatis. Secundus verò gradus est quærere qualiter oporteat transire p viã. Tertius gradus est, vt cùm virtute attigerit, pulset ad ostiũ, vt intret spaciosam cognitioné, quæ omnia orãdo aliquis acquirit. Vel petere quidé est orare, quærere verò, per bona opera agere orationi condigna. Pulsare ãt est orationi immorari, nec desistere. Aug. de ver. do. Non aũt nos tm̃ hortaretur vt peteremus, nisi dare vellet. Erubescat humana pigritia. plus vult ille dare quàm nos accipere. Amb. Qui ãt promittit aliquid, spem debet afferre promissi, vt mandatis obediẽtia deferat, promissis fides. & ideo subdit: Omnis.n.qui petit, acci.&c. Orig. Quæret ãt aliquis, qualiter quidã orantes non exaudiantur? Ad qđ dicendũ, ꝙ quicunq; recto tramite ad quærendũ accedit, nihil omittens ex his q̃ conferunt ad petitorũ obtẽtum, accipiet reuera qđ precatus est dari sibi. Si quis aũt diuertens à proposito debitæ petitionis, cum non petat vt decet, non petit. Quo fit vt cũ non recipiat, qđ hic dr̃, nõ fallitur. Nã & magistro dicente: Quicunq; veniet ad me, assequetur disciplinarum peritiã, adire magistrũ realiter accipimus, hoc est vt feruenter & diligenter vacet documentis ipsius, vnde & Iacobus dicit, Petitis, & nõ accipitis: eo ꝙ malè pietatis.s.causa voluptatum vanarũ. Sed dicet aliquis, imò cũ aliqui rogant ꝓ diuina notitia obtinẽda, & recuperatione virtutum, non obtinent. cui dicendũ ꝙ non ꝑꝑ se bona petierunt accipere, sed vt cõmendentur per ea. Basil. Si quis etiã ob torporé exhibeat se desideriis & traditor sui fiat in manus hostiũ, hunc Deus nec adiuuat, nec exaudit. eo ꝙ ꝑ peccatũ alienũ se fecit à Deo. decet ergo offerre quidé quicq̃d interest sua, clamare aũt ad Deum vt adiuuet eũ. Est aũt diuinum subsidium implorãdum non remisse, nec mente huc illucq; vagãte: eo ꝙ talis non solum non impetrabit qđ petit, sed magis dñm irritabit. nã si aliquis corã principe stans fixũ habet intrinsecum & extrinsecum oculũ, ne forsitan puniatur, quanto magis coram Deo attẽtum ac tremebundũ oportet assistere? Si verò debilitatus à peccato fixè nequis orare, quãtuncunq; potes teipsum cohibeas, vt stando corã Deum ad eum dirigas intellectũ, & Deus ignoscit, eo ꝙ nõ ex negligentia, sed ex fragilitate non potes, vt oportet assistere corã Deo Si sic ergo teipsum cõpellis ne discedas donec accipias. Ideo ergo quandoq; petis & non accipis, quia perperã postulasti, vel infideliter, vel leuiter, vel non conferentia tibi, vel destitisti. Sępius aũt quidam obuiant dicentes, Quare oramus? an ignorat Deus quibus opus est nobis? Nouit quippe, & oĩa spiritualia vberius dat nobis, & antequàm postulemus, sed opera virtutis & regnũ cęlorum oportet prius optare, optantem verò quærere, ingerentẽ ꝑ fidem & patientiam quicquid interest sua, in nullo delicto redargutum à propria conscientia. Amb. Ergo ꝓceptiuus locus frequenter orãdi, spes est impetrãdi: ratio aũt persuadendi prius fuit in pręcepto, postea fit in exemplo qđ ostẽdit subdẽs: Quis au.ex vobis &c Cyr. In quo instruit nos Saluator quiddã necessariũ, frequenter.n.inconsulto voluptatũ impetu irruimus ad perniciosa desideria. Cũ igitur aliquid taliũ à Deo petimus, nequaquã impetrabimus, ad qđ ostendendũ vtitur patenti exemplo ex his q̃ penes nos sunt. Cum.n.filius tuus petit panẽ, gratãter propinas, quia cibum petit opportunũ. Qñ verò sensus penuria lapidẽ poscit vt comedat, non affers ei, sed potius ꝓhibes eũ à nociuo desiderio, vt sit sensus: Quis au.ex vo.pe.panem. quem.s.pater dat. Nũquid lapidem dabit illi.s.si petierit? Eadẽ quoq; ratio est in serpẽte & pisce, de quo subdit: Aut pis. nun. pro pis. ser da. il. Et similiter in ouo & scorpione, de quo subdit: Aut si pe.ouum &c. Orig. Tu tamen attẽde si panis quidem est animæ cibus in cogitatione, sine quo non contingit saluari, puta perspicax ratio vitæ debitę. Piscis aũt est amor disciplinæ: puta mundi constitutionem agnoscere, elementorum effectum, & quæcunq; consequenter differit sapientia. Itaque nec vice panis Deus propinat laudem, quem volebat diabolus à Christo manducari, nec vice piscis serpentem quem comedunt Ethiopes, indigni pisces comedere, nec simpliciter dat vitæ

Quęstio pulchra

Instructio Iesu.

vitæ nutritiuę & vtilis nõ comestibilia & nociua, qđ refertur ad scorpioné & ouũ. Aug. de quæst. euan. Vel potius intelligatur charitas pp maiorem appetitum tam necessarium ut sine illa cętera nihil sint, sicut sine pane mensa inops; qui contraria est cordis duritia quam lapidi cõparauit. Piscis ât intelligit fides inuisibiliũ vel pp aquam baptismi, vel quia de inuisibilibus locis capitur. Quòd ét fides huius mundi fluctib. circumiactata non frangitur, rectè pisci cõparatur cui contrariũ posuit serpẽtem pp venena fallaciæ, quæ ét primò hominis malè suadẽdo pręseminauit. In ouo intelligitur spes. Ouum.n. nondum est fœtus perfectus, sed fouendo speratur. Cui contrarium posuit scorpioné, cuius aculeus uenenatus retro timẽdus est, sicut cõtrarium spei est retrò respicere, cum spes futurorum in illa quæ ante sunt se extendat. Aug. de ver. do. Quanta tibi loquitur mundus, quanta post dorsum strepit, vt retro respicias? O mũde immũde, quid strepis? quid auertere conaris? tenerisve periens, quid faceres si maneres? qué nõ deciperes dulcis, si amarus alimẽta mẽtiris? Cyr. Ex pręmisso ât exemplo concludit; Si ergo vos cum sitis mali. i. cum mentem susceptiuá prauitatis geratis, nõ ât vniformé & fixã in bono, sicut Deus. Be. Vel malos vocat seculi amatores, qui dant illa, q secundũ sensum suũ iudicãt bona, quę ét in sua natura sunt bona, & ad vsum infirmæ uitę pertinent. vñ subdit; Nostris bona data dare filijs vestris. Apostoli ét qui meritò electionis bonitaté humani generis excesserãt, supernæ bonitatis respectu mali esse dicũtur, qa nihil p semetipsum bonũ nisi deitas sola, Quòd uerò subdit; Quãto ma. pa. ve. de cęl. da spiri. bo. pe. se? Pro quo Mattheus posuit; Dabit bona cõpetentib se. ostẽdit Spiritum sanctũ plenitudiné bonorũ Dei, quia oés vtilitates, q ex donorum Dei gratia suscipiunt, ex isto fonte emanat. Athanasius. Nisi ât Spiritus sanctus esset d. substãtia Dei, qui sol' est bonus, nequaquam hic appellaretur bonus, qñ dñs renuit dici bonus in eo q homo factus est. Aug de ver. do. Ergo auare quid quæris? aut si aliud petas, quid tibi sufficiat, cui Deus non sufficit.

Tres virtutes theologicę.

Et erat Iesus eijciens dæmoniũ, et illud erat mutũ. Et cũ eieciffet dæmonium, locutus est mutus, admiratæ sunt turbæ. Quidã aũt ex eis dixerũt; in Beelzebub principe dæmoniorũ eiicit dæmonia. Et alij tẽtãtes, signũ d' cęlò qrebãt ab eo.

Glos. Promiserat dominus quòd spiritus bonus daretur orantibus; cuius quidé beneficiũ subsequenti miraculo demonstrat. vñ sequit; Et erat Ie. eijciẽs dæ. &c. The. Dr aũt mutus, vt in pluribus qui non loquitur, dr etiã & qui nõ audit, sed magis proprie q nec audit nec loquitur. Qui autem a natiuitate, nõ audiuit; ex necessitate nõ loquitur. Ea.n. loquimur, quæ per auditum loqui docemur. Si quis tñ ex aliqua passione superueniẽte auditum amiserit, hunc nihil prohibet loqui. Quiauté dño oblatus fuit, & mutus erat lingua, & surdus auditu. Titus. Mutum autem vel surdum dicit dæmonium, quod hanc ingerit passionem q nõ audiatur diuinum verbum. Nam dęmones auferentes aptitudiné humani affectus, obtũdunt animæ nostrę auditum, idcirco venit Christus ut & eijciat dęmonium, & audiamus verbũ veritatis: vnum enim sanauit, vt uniuersalem prægustationé faciat humanæ salutis. vndè sequitur; Et cùm eiecisset dæmonium, locutus est mutus Beda. Dæmoniacus autem iste apud Matthęum nõ solum mutus, sed & cœcus fuisse narratur. Tria igitur signa simul in vno homine ppetrata sunt. Cœcus uidet, mutus loquitur, possessus à dæmone liberatur, quod quotidie completur in conuersione credentium, ut expulso primum dęmone, fidei lumé aspiciant, deinde ad laudes Dei tacẽtia prius ora laxentur. Cyril. Hoc auté miraculo peracto extollebat eum multitudo pręconijs & gloria, quæ Deum decet. unde sequitur. Et admiratæ sunt turbæ. Bed. Turbis autem quæ minus eruditæ uidebanť, dñi semper facta mirãtibus, scribæ & pharisæi uel negare, vel sinistra interpretatione peruertere laborabant, quasi non diuinitatis, sed immundi spiritus opera fuissent. vnde sequitur; Quidam autem ex eis dixerunt; In Belzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Beelzebub Deus erat, Acharon. Nã Beel quidem ipse Baal, zebub auté musca uocatur. Dicitur auté

Dęmoniũ quõ mutũ dicitur.

Beelze-

Beelzebub quasi vir muscarum, ex cuius spurcissimo ritu principé dæmoniorũ cognominabant. Cyri. Alij verò paribus stimulati liuoris aculeis, petebant ab eo cœleste videre portentũ, vnde sequitur. Alij tentantes sign. de cœlo quærebant ab eo. Quasi dicerent, quamuis ab hoïe dęmoniũ eieceris, non tamen hoc est diuinæ operationis argumentum: nondum.n. vidimus aliquid prioribus simile miraculis. Moyses.n. transduxit populum per mediũ maris. Iosue verò successor eius Solem retardauit in gabaon, tu verò nihil horũ ostendisti. Quærere enim prodigia de cęlo innuit; quòd huiusmodi cogitationib. tũc temporis afficiebantur erga Christum.

Signum de cęlo.

Ipse autẽ vt vidit cogitationes eorũ dixit eis: Omne regnũ in se diuisum desolabitũ, & domus supra domũ cadet. Si ãt et Satanas in seipsum diuisus est, quõ stabit regnũ eius? quæ dicitis in Beelzebub eijcio dęmonia, filij uestri in quo eijciunt? Ideo ipsi indice uestri erũt. Porrò si i digito Dei eijcio dęmonia, pfectò puenit i uos regnum Dei.

Chr Cũm pharisęorum suspicio irrationabilis esset: metu multitudinis no audebant eã diuulgare, sed in aĩo suo eã vertebãt. vnde dr̃: Ipse autem vt vi. co. eorũ dixit eis: Omne regnũ in se diuisum &c. Bed. Non ad dicta, sed ad cogitata respũdit, vt vel sic cõpellerentur credere potentiæ eius, qui cordis videbat occulta. Cyri. Non autem respõdebat ex scripturis, q a non attendebant falsos eas exponẽtes; sed ex his respondet quæ cõiter accidunt. Domus.n. & ciuitas si fuerit diuisa, velociter dissipatur, & etiam regnum quo nihil est validius. firmat.n. regna & domos subitorum cõcordia. Si ergo (inquit) ego per dœmoné dęmonia eiicio; dissensio inter eos est, & perit virtus eorum vnde subdit: Si autem sata. in seip. diui. est, &c. Non.n. satanas sibi ipsi repugnat, ne suis satellibus nocet; sed potius statuit regnum suũ. Restat. ergo q diuina virtute conteram satanam. Amb. In hoc etiam ostẽdit regnum suum indiuiduũ esse atq; perpetuum, & ideo qui non in Christo spem gerunt, sed in princ pe dęmoniorum eiicere dęmones opinantur, eos regni negat esse perpetui, quod spectat etiã ad populum Iudæorũ. Quõ.n. potest regnũ Iudæorũ esse perpetuũ qñ à legis populo Iesus negatur, qui ex lege debẽbatur ita ex parte se fides Iudaicę plebis impugnat, impij gloria diuidit, diuidẽdo dissoluitur. & ideo regnũ ecclesiæ manebit æternũ, quia indiuidua fides corpus est vnũ. Bed. Regnũ ẽt Patris & filij & Spiritus sancti nõ est diuisũ, quod est æterna stabilitate mãsurũ. Desistant igit Arriani iuniorẽ patrẽ filiũ, filio verò Spiritum sanctum dicere; quia quorum vnũ est regũ, horũ est & vna maiestas. Chry. Hæc igitur est prima solutio. Secunda verò quæ est de discipulis, quam ponit subdens: Si autem ego in Beel. eijcio dęmonia, filij vestri in quo eijciunt? Nõ dicit discipuli mei, sed filij vestri, volens eorum permulcere furorem. Cyril. Iudæi nanq; & à Iudæis secundum carnem exorti sunt Christi discipuli, q potestatem in spiritus immundos adepti erant à Christo, & oppressos ab eis in noĩe Christi liberabant. Cum ergo filij vestri satanam in nomine meo conterunt, quomodo non habet multam amentiã dicere me à Beelzebub virtutem habere? Damnabimini igitur ex fide natorum vestrorum. vnde subdit; Ideo ipsi iudices vestri erunt. Chry. Quoniam .n. ex vobis emanentes, mihi obediunt, liquet q condemnabunt operantes contraria. Beda. Vel aliter filios Iudæorum exorcistas gentis illius significat, q ad inuocationem Dei eijciebant dæmones. q.d. Si expulsio dæmonũ in filijs vestris Deo non demonibus deputatur, quare in me idem opus non eãdem habeat causam? Ergo ipsi vestri iudices erunt non potestate, sed operatione, dum illi expulsionem dæmonum Deo assignant, uos Beelzebub principi dæmoniorum. Cyril. Postq ergo quod dicitis calumniæ notã habet, manifestum est q in spiritu Dei eiicio dæmonia. vnde subdit; Porrò si in digito Dei eijcio dęmonia, profectò puenit i uos regnũ Dei. Aug de con. euan. Quod Lucas digitum Dei dicit, vbi Matth. dixit spũm, ab eadẽ sententia non recedit, quin potius & aliquid docet, vt nouerimus queadmodum intelligamus vbicunque scripturarum legerimus digitum Dei. Augus de. quæst. euang. Dicitur autem Spiritus sanctus digitus Dei propter participationẽ donorum

Regnũ Christi stabile.

Digitus Dei quis.

rumq; in eo dantur unicuiq; propria, siue hominũ siue angelorũ:in nullis.n. membris nostris magis apparet partitio quã in digitis. Cyril. Vel Spiritus sanctus dr̃ digitus Dei, filius.n. manus, & brachium patris dictus est: operatur n. pater cuncta per eum. Sicut igitur digitus nõ est alienus à manu, sed ei naturaliter insitus, sic Spirit⁹ sanctus consubstantialiter connexus est filio, & p eum oĩa filius operatur. Ambr. Nec tñ tibi mẽbrorũ cõpactione nostrorum portio quædã videat̃ facienda virtutis, indiuiduæ.n. rei nõ potest esse diuisio & ideo ad formã vnitatis, non ad distinctionẽ potestatis, referenda digiti nuncupatio est. Atha. Ad p̃sens ãt nõ renuit dñs gratia suæ humanitatis, dicere se minorẽ Spiritus sancto, dicens se in eo dæmones eijcere, quasi nõ sufficiente humana natura ad dęmonũ expulsionem, nisi virtute Spũs sancti. Cyr. Et ideo conuenienter dr̃, peruenit in uos regnũ Dei. i. si ego homo existens in spiritu diuino eijcio dęmones, ditata est humana natura in me, & aduenit regnũ Dei. Chr. Dicit ãt. Super vos, vt eos attraheret. q. d. si vobis aduenerũt prospera, cur vestra bona fastiditis? Amb. Simul ostẽdit ẽt imperialẽ quandã esse Spũs sancti potestatẽ, in quo regnũ est Dei, nos quoq; in quib. habitat spũs, esse regalem domũ. Titus. Vel dicit, peruenit in vos regnum Dei, vt intelligatur, peruenit contra vos, non pro vobis horrendus enim est perfidis Christi secundus aduentus.

Cũ fortis armatus custodiat atriũ suũ, in pace sunt ea q̃ possidet. Si ãt fortior illo superueniens vicerit eũ uniuersa arma eius auferret, in q̃bus cõfidebat, et spolia eius distribuet. Qui nõ est mecũ, cõtra me est, & q nõ colligit mecũ dispergit.

Cyri. Quia necessarium erat per multas cõsiderationes detrahentium retractare sermonem, vtitur nũc exemplo manifestissimo, quod demonstrat volẽtib. intueri, q̃ principẽ huius seculi virtute sibi insita vicit, dicens: Cum for. ar. custo atrium suum, &c. Chry. Fortem vocat diabolũ, nõ quia naturaliter huiusmodi sit, sed insinuens antiquã eius tyrannidem, quam pusillanimitas nostra causauit. Cyr. Erat.n. ante Saluatoris aduentum violentia multa, rapiens alienos greges, i. Dei, & quasi ad propriũ ducens ouile. Theo. Arma aũt eius sunt oẽs species peccatorũ, in quibus confidẽs inualuit cõtra homines. Bed. Atrium verò illius mũdum vocat, q in maligno positus est, in quo vsq; ad Saluatoris aduentũ potiebat̃ imperio, q̃a in cordib. infideliũ sine vlla cõtradictione quiescebat. sed fortiori potentia Christus victor, oẽs homines liberãdo ipsum eiecit. unde subdit. Si ãt fortior illo superueniens &c. Cyr. Postquã n. Dei summi verbũ totius fortitudinis dator & dominus uirtutũ factum est homo: inuasit illam, & arma ei⁹ abstulit. Beda. Sunt ergo arma eius astutiæ, dolique nequitiæ spiritualis: spolia uerò eius ipsi homines sunt ab eo decepti. Cyrill. Nam qui dudum irretiti fuerant ab eo Iudæi in diuinam ignorantiã & errorem, euocati sunt per sanctos apostolos ad notitiam veritatis, & oblati sunt Deo patri per fidem adhibitam filio. Basil. Distribuit etiam spolia exhibens fideles custodiæ angelorum ad hominum salutem. Beda. Victor etiam Christus spolia distribuit, q̃ est insigne triumphantis, quia captiuam ducens captiuitatem dedit dona hominibus, quosdam quidem apostolos, alios Euangelistas, hos prophetas, illos pastores ordinans & doctores. Chr. Deinde ponitur quarta solutio, cum subdit. Qui non est mecum, aduersum me est. q. d. ego uolo homines offerre Deo, satanas autem contrarium. Qualiter ergo qui mihi non cooperatur, sed dissipat quæ mea sunt, tã mihi consentaneus fieret, ut unà mecum eijcere dæmones. Sequitur. Et qui nõ colligit mecum, dispergit. Cyrill. Quasi dicat, ego ueni ut filios Dei ab e o dispersos congregem, & ipse satanas cum mecũ nõ sit, quæ collegi & saluaui tentat dispergere. Qualiter ergo qui meis dispensationibus refragatur, virtutem mihi ministrat? Chry. At si quis non cooperatur, aduersarius est, multo magis q obstat. uidetur tamen mihi & Iudæos ad præsens sub ęnigmate tangere, ordinans eos cum diabolo: nam & ipsi agebant contra eum, & dispergebant quos cõgregabat.

Gratiæ aduẽtus Christi.

Cùm immundus spiritus exierit de hoĩe, ambulat p loca inaquosa, q̃rens requiem, & nõ inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, unde

exiui

exiui. Et cũ uenerit, inuenit eã scopis mũdatam. Tũc uadit, & assumit septẽ alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitãtibus: & fiũt nouissima hominis illius peiora prioribus.

Cyr. Post præmissa ostendit dñs vnde contingit populo Iudæorum, vt ad huiusmodi opiniones laberentur de Christo, dicens: Cum immundus spiritus exierit ab &c. Quòd.n. hoc exemplũ ad Iudæos spectet Matthæus expressit, dicens: Sic erit & gñatiõni huic pessimæ. Quandiu.n. erant in Aegypto uiuentes ritu Aegyptiorũ, inhabitabat in eis spiritus malignus, qui expulsus est ab eis, qñ mactauerunt agnũ in figurã Christi, & liniti sunt eius sanguine, & sic euitauerũt destructorem. Ambr. Ita in vno hoie totius populi Iudaici cõparatio est; à quo per legẽ spiritus immũdus exierat. Sed quia in gentibus quorum corda prius arida erant, sed postmodũ ꝑ baptisma rore spiritus humescebant pp fidem Christi requiem diabolus inuenire nõ potuit. Immundis.n. spiritibus Christus incendiũ est, ideo regressus est ad plebẽ Iudæorũ. vñ sequitur. Et non inue. dicit. Reuertar in do. me. vñ exiui. Ori. i. ad eos q̃ sunt ex Israel, quos vidit nihil diuinũ in se cõtinentes, sed desertos & vacantes habitationi eius vñ sequit̃. Et cũ ue. inue. eã sco. mun. Amb. Forensi.n. & ꝑfunctoris specie cõpta animo manet interiore pollutior. Neque.n. sacri fontis irriguo aut abluebat, aut restringebat ardorem, meritoq; ad eũ spirit⁹ redibat immũdus, adducens secũ septẽ spiritus nequiores. vñ sequit̃. Et tũc ua. & as. ad se. sep. ali. spi. ne. se, & ingres. ha. ibi. Qm̃.s. in hebdomada legis & octauæ mysteriũ cõmisit: Itaq; ut nobis multiplicat̃ septiformis spirit⁹ gratia, ita illis immundorum spirituum omnis cumulat̃ iniuria. Vniuersitas.n. hoc numero aliquoties comprehenditur. Chry. Incolunt ãt animas Iudæorum dæmones peiores prioribus. Nam tunc temporis in prophetas sæuiebant, nunc uerò ipsi dño prophetarũ iniuriãtur, atq; ideo à Vespasiano & Tito peiora passi fuerunt, quã in Aegypto & Babylone. vñ seqtur. Et fiũt no. ho. illius peio. prioribus. Tunc etiam aderat eis diuina prouisio, & gratia Spiritus sancti, nunc verò etiã hac cura priuãtur propter quod virtutis maior penuria nunc, & ærumna intensior, & dæmonũ exactio sęuior. Cyr. Sunt etiam nouissima peiora prioribus, secũdum illud apostolicum. Melius erat eis veritatis uiã nõ agnoscere, q̃ post agnitam retroire. Bed. Potest etiam hoc accipi de hæretico quolibet vel schismatico, vel etiã malo catholico de quo tempore baptismatis spiritus exierat immundus, locaq; inaquosa peragrat, .i. corda fidelium, quæ à mollitie fluxæ cogitationis expurgata sunt, callidus insidiator explorat si quos ibi nequitię suę gressus figere possit. Dicit. autẽ. Reuer. in do. meã vñ exiui. In quo timẽdũ est, ne culpa quã in nobis extinctã credebamus, ꝑ incuriã nos uacantes opprimat. Inuenit ãt eã scopis mũdatã, hoc est gratia baptismatis à peccatorũ labe castigatã, sed nulla boni operis industria cumulatã. Per septẽ autẽ malos spiritus quos assumit, vniuersa uicia designat. Nequiores ãt dicunt̃, q̃a non solũ habebit illa septẽ uitia, q̃ septẽ spiritualibus sunt cõtraria uirtutibus, sed etiã ꝑ hypocrisim ipsas se virtutes habere simulabit. Chry. Nõ solũ ãt illis, sed & nobis fore dicta accipiamus, q̃ sequuntur. Et erunt nouissima hoĩs illius peiora prioribus, q̃a si illustrati, & à pristiuis malis remoti, denuo redimus ad eandẽ nequitiã, grauior deinceps erit pœna sequẽtiũ peccatorũ. Bed. Posset ẽt simpliciter intelligi dominũ hæc ad distinctionẽ suorũ & satanæ operũ adiunxisse, q̃.s. ipse semper polluta mundare, satanas uerò mundata grauioribus sordibus contaminare festinet.

Allegoricus sẽsus.

Hæreticorum taxatio.

Factum est autem cum hæc diceret, Extollẽs vocẽ quædã mulier de turba, dixit illi: Beatus vẽter q̃ te portauit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmò, beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud.

Bed. Scribis & pharisęis dominũ tẽtantibus simul, & blasphemantibus incarnationẽ eius, magna fiducia quędam mulier confitet̃. vnde seqtur. Factũ est autẽ cum hæc diceret, Extol. uocẽ quædã mulier de tur. dixit illi, Beatus uenter qui te portauit &c. ubi & præsentiũ calumniã & futurorũ cõfundit hæreticorũ pfidiã. Nã sicut tũc Iudæi sãcti spirit⁹ opera blasphemãdo uerũ Dei filiũ negabãt, sic hæretici

Præconiũ mulieris.

postea

postea negando Mariam semper virginē Spiritus sanctis cooperāte virtute, nascituro vnigenito Deo carnis suæ materiā ministrasse, verum consubstantialemq; patri filium hominis fateri nō debere dixerūt. Sed si caro verbi Dei secundum carnē nascentis à carne virginis matris ꝓnunciatẽ extranea, sine causa venter qui eum portasset & vbera quæ lactassent beatificanẽ. Qua verò consequentia eius lacte credatẽ nutritus, ex cuius semine negatur conceptus, cum ex vni⁹ & eiusdem fontis origine secūdū physicos vterq; vigor manare perhibetur? Non āt tantummodo eam quę verbū Dei corporaliter gñare meruerat, sed & oēs qui idē uerbum spiritualiler auditu fidei cōcipere, & boni operis custodia, uel in suo, uel in proximorum corde, parere, & quasi alere studuerint, asserit esse beatos Sequitur.n. At ille dixit, Quinimò, beati &c.Chry. Non fuit hoc respōsum repudiantis matrē, sed ostendentis ꝙ nihil ei partus profuisset, nisi ualde bona & fidelis fuisset. Cæterum si Marię non ꝓderat sine uirtutibus animę Christum ab ea ortum traxisse, multo magis nobis, siue patrem, siue fratrem, siue filium uirtuosum habeamus, nos āt absistamus ab illi⁹ uirtute, nequaꝗ hoc ꝓdesse ualebit Bed. Eadem autem Dei genitrix, & inde qdē beata, qa uerbi incarnandi ministra est facta tēporalis. sed inde multo beatior, quia eiusdē semp amādi custos manebat ęterna. Hæc ēt sententia sapiētes Iudęorū pcutit, qui uerbū Dei nō audire & custodire, sed negare & blasphemare quęrebant.

Mitigatio verborum domini.

Turbis āt cōcurrētib. cœpit dicere, Generatio hæc, generatio nequā est: signū quærit, & signum nō dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Nā sicut fuit Ionas signū Niniuitis, ita & erit filius hominis generationi isti. Regina austri surget in iudicio cū uiris generationis huius, et condēnabit illos, qa uenit à finibus terræ audire sapiētiā Salomonis. Et ecce plusꝗ Salomō hic. Viri Niniuitæ surgēt ī iudicio cū generatione hac, & cōdemnabunt illā, quia pœnitentiā egerunt in ꝑdicatione Ionæ. Et ecce plusquā Ionas hic.

Be. Duplici dn̄s fuerat q̄stione pulsatus. Quidā.n. calumniabanẽ cū in Beelzebub eiecisse demonia, quib. hactenus est respōsum; & aliis tentantes signū de cęlo quęrebant ab eo, quib. ab hinc respōdere incępit. uñ sequitur. Turbis āt cōcurrentib. cępit dicere &c. Ambro. Vt scias synagogę populū deformari, ubi ecclesię beatitudo laudatur. sicut āt fuit Ionas signū Niniuitis, ita erit & fili⁹ hominis Iudęis. uñ subditur, & signū nō dabiẽ ei, &c. Signū q̄rit. Basil. Signū est res in propatulo posita alicuius occulti cōtinens in se declarationē, sicut Ionę signū descensum ad inferos, ac iterum ascensum, Xp̄i resurrectionem à mortuis repręsentat. uñ subditur. Nam sicut Ionas fuit signum Niniuitis, ita & filius hominis gñationi isti. Beda: Signum eis tribuit, nō de cœlo, quia indigni erāt uidere, sed de profundo inferni; signum. s. incarnationis nō diuinitatis, passionis nō glorificationis. Amb. Vt āt Ionę typus signum dn̄icę passionis est, ita etiā grauiū quę Iudęi cōmiserūt testificatio peccatorum est simul aduertere, licet maiestatis oraculum, & pietatis iudicium; Nāq; Niniuitarum exemplo, & denūciatur supplicium, & remedium demonstratur: uñ etiam debent Iudæi non desperare indulgentiam, si uelint agere pœnitentiā. The. Sed Ionas post exitum suum à uētre, ceti sua prędicatione Niniuitas cōuertit Xp̄o uerò, resurgenti Iudęorum generatio nō credidit, unde ꝑiudicium fuit eis: de quo pręiudicio subditur duplex exemplū, cū dicitur. Regina Austri sur. in &c. Bed. Nō utique potestate iudicij, sed cōparatione facti melioris. vñ sequiẽ: Quia uenit à finibus &c. Hic, in isto loco non pro nomē est, sed aduerbium loci, & significat id est in præsentiarum inter uos cōuersatur, qa incomparabiliter est Salomone præstantior. Chry. Non autem dixit, Maior Salomone ego sum ut persuadeat nobis humiliari, & si fœcundi sumus spiritalium gratiarum. q. d. Festinauit ad audiendū Salomonem mulier Barbara per tam longum iter, auditura scientiam uisibilium animātiū, & uires herbarum; uos autē cū assistatis & audiatis de inuisibilibus, & cælestibus ipsam sapiētiā uos instruentē, & uerba si quis & operibus cōprobantem, alienamini cōtra uerbū, & miracula insensibiliter præteritis. Beda. Si autem regina Austri, q̄ electa esse non dubitatur, surget

Signorū ratio.

Iudæorum dānada perfidia

in

in iudicio cum reprobis, ostéditur vna cũ ctorũ, bonorũ.s. malorumq; resurrectio mortaliũ, & hoc nõ iuxta fabulas Iudæorũ mille annis ante iudiciũ, sed in ipso esse futura iudicio. Amb. In hoc quoq; Iudæorũ plebẽ damnans ecclesiæ mysteriũ vehementer exprimit, quæ in regna Austri per studium præcipiendæ sapiẽtiæ de totius orbis finib. cõgregat, vt pacifici Salomonis verba cognoscat, regina planè, cuius regnũ est indiuisum de diuersis, & distãtib. populis in vnum corpus assurgẽs. Greg. Nis. Sicut ãt illa regina erat Ethiopũ & longè distans, sic in principio nigra erat ecclesia Gentiũ, & multum distabat a veri Dei notitia. At vbi pacificus Christus emicuit, tũc cœcutientib. Iudęis accedunt Gentiles, offeruntq; Christo pietatis aromata, & aurũ diuinę notitiæ, & gẽmas, obedientiã.s. præceptorũ. The. Vel quia Auster laudatur in scriptura; sicut calidus, & viuificans. Aĩa igitur regnans in Austro.i. in spiritali conuersatione, venit audire sapientiam Salomonis regis pacifici dñi Dei nostri, i. in contemplatione erigitur, ad quã nullus perueniet, nisi regnet in bona vita. Ponit ãt consequenter exemplum de Niniuitis, dicens. Viri Niniuitæ surgẽt in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam. Chr. Cõdemnationis iudiciũ ex similib. vel dissimilib. fit, ex similib. quidẽ sicut in parabola de decẽ virginibus, & dissimilib. ãt sicut cũ Niniuitę cõdẽnãt eos qui erant tpe Christi, vt sic fiat condẽnatio clarior. Nã illi quidem Barbari, hi vero Iudęi: hi refecti propheticis documentis; illi nunquã acceperã auditũ diuinum, illuc iuit seruus, huc dñs, ille euersionẽ prędicabat, iste regnum cœlorũ annũciat. notum est ergo cuilibet q; Iudæos docebat potius credere, accidit ãt contrarium. vñ subdit: Quia pœnitentiam egerunt in prędicatione Ionæ, & ecce plus quã Ionas hic. Ambr. Secundum mysterium ãt ex duobus constat ecclesia, vt aut peccare nesciat, quod.s. pertinet ad Austri reginam: aut peccare desinat quod scilicet pertinet ad Niniuitas pœnitentiã agentes. Pęnitentia.n. delictum abolet, sapienti cauet. Aug. de con. euang. Hoc aũt Lucas narrat eo loco quidem quo Matthæus, sed aliquãtò dispari ordine. Quis ãt non videat superfluo queri quo illa ordine dñs dixerit, cũ & hoc discere debeamus per euangelistarũ excellentissimam auctoritatẽ nõ esse mendacium? sed quisque non hoc ordine cuiusquã sermonẽ digesserit, quo ille a quo pcessit, cũ ipsi⁹ ordinis nihil ĩtersit ad rẽ siue ita sit, siue ita.

Allegorica expositio.

Nemo lucernam accendit, & in abscõdito ponit, neq; sub modio, sed supra cãdelabrũ, vt qui ingrediũtur, lumẽ uideãt. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuũ lucidum erit. Si ãt nequaquã fuerit ẽt corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen qđ in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Cyril. Dicebant Iudæi dominũ exercere miracula non pp fidem, sed pp applausus videntiũ. Reprobat igitur præsentem calumniã, inducens exemplum lucernæ, cum dicit. Nemo lucernã accendit, & in abscondito ponit, neq; sub modio, sed supra candelabrum &c. Bed. De seipso dñs hic loquitur, ostendens, & si supra dixerit nullum generationi nequam nisi signum Ionę dandum; nequaquã tñ lucis suę claritatem fidelib. occultandam. Ipse quidem lucernam accẽdit, qui testam humanę naturę flãma suæ diuinitatis impleuit, quã pfectò lucernã nec credẽtib. absc õdere, nec modio supponere, hoc est sub mẽsura legis includere, vel intra vnius Iudęę gẽtis terminos voluit cohibere. Sed supra cãdelabrum posuit, i. ecclesiam, quia in nostris frontibus fidem suę incarnationis affixit. vt qui ecclesiam fideliter ingredi uoluerint, lumen ueritatis palam queant intueri. Deniq; præcipit ne opera tantũmodo, sed cogitationes & ipsas cordis intentationes mundare & castigare meminerit. nam sequitur. Lucerna corporis tui. Ambr. Vel lucerna fides est: iuxta qđ scriptum est, Lucerna pedibus meis verbum tuum domine. verbum enim Dei fides nostra est, lucerna autem lucere non potest, nisi aliunde lumen acceperit, vnde & uirtus nostrę mentis & sensus accẽditur, vt vnaquę perierat possit reperiri. Nemo ergo fidem sub lege constituat: lex enim intra

Allegoria pulchra.

tra mẽsurã est, vltrã mẽsurã gratia lex obumbrat, gratia clarificat. The. Vel aliter: Quia Iudæi vidẽtes miracula accusabant ex eorũ mentis malitia, pp hoc dicit dñs ꝙ accipientes lucernã à Deo, intellectũ s. æmulatione obscurati miracula & beneficia nõ cognoscebãt, sed ad hoc intellectũ à Deo suscepimus, vt supra cãdelabrũ poneremus, vt ẽt alij, qui ingrediuntur, lumen videant. Sapiens quidem iam ingressus est, qui verò addiscit, adhuc ambulat, quasi pharisæis dicat, Oportet vos vti intellectu ad miraculorum notitiam, & alij declarare, qm̃ quæ videris sunt opera non Beelzebub, sed filij Dei. vñ secundũ hunc intellectũ subdit. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Orige. Oculũ qppe appellat propriè intellectũ nostrũ, totam ãt aiam, quanuis nõ corporeã, hic tropologicè vocat corpus: illustratur. n ab intellectu anima tota. Theo. Sicut autem corporis oculus si lucidus fuerit, corp⁹ lucidũ erit: si verò tenebrosus, & corpus similiter tenebrosum sic cõparat intellectus ad animã. vñ subdit; Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuum lucidum erit: si ãt nequam, totũ corpus tuum tenebrosum erit. Orig. Intellectus. n. a suo principio in solo simplicitatis studio est, nullã continente duplicitatem, & dolum, & diuisionẽ in se.

Intellectu pro ratione

Chr. Si ergo intellectum corrupèrimus q potest soluere passiones, totam læsimus animã, patimurq; diram caliginem, peruersione excœcati intellectus. vnde subdit: Vide ergo ne lumen &c. Non sensibiles dicit tenebras, sed intrinsecam habentes originẽ, & quas nobiscum passim deferimus, extincto nobis oculo animæ, de cuius luminis virtute subdit, dicens: Si ergo corpus tuũ totũ lucidũ fuerit, &c. Orige. Idest si corpus tuũ sensibile factum est luminosum illustrato corpore a lucerna, adeo vt non amplius in te sit membrũ tenebrosum, multo magis te non peccante, in tantum fiet lucidum totum tuũ corpus spiritale, vt cõparentur splendores eius illustranti lucernæ, dũ lux quæ erat in corpore, quæ consueuerat esse caligo, dirigitur quocunq; præceperit intellectus. Gre. Nazan. Vel aliter: Ecclesiæ lucerna & oculus est prælatus, Necesse est ergo, vt sicut oculo puro verũ habente corpus dirigit, impuro verò existente deuiat, sic & in plato qualitercũq; se habeat, oportet pariter naufragium pati ecclesiam vel saluari. Greg. 28. Mor. Vel aliter; Appellatione corporis unaquæq; actio intelligitur, quę intentionem suam quasi intuentium oculũ sequitur. vnde dr̃. Lucerna itaq; corporis est oculus, quia p bonæ intẽtionis radiũ, merita illustrãtur actionis. Si ergo oculus tuus simplex fuerit, totũ corpus tuum lucidum erit. Quia si rectè intendimus per simplicitatẽ cogitationes bonũ opus efficitur ẽt si minus bonũ esse videatur. Et si oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosum erit. Quia cũ peruersa intentione quid vel rectè agitur, & si splẽdere corã hominib. cernitur, tñ apud examẽ interni iudicis obscurat̃, vnde & rectè subdit̃. Vide ergo ne lumẽ qđ in te est, tenebrę sint. Quia si hoc quod bene nos agere credimus, ex mala intẽtione fuscamus quanta ipsa mala sunt quæ mala esse, & cum agimus nõ ignoramus? Bed. Cum ãt subdit. Si ergo corpus tuum &c. Totum corpus nostrum oia opera nostra dicit. Si igitur bonum bona intentione patraueris non habens in tua conscientia aliquã partem tenebrosæ cogitationis, & si contigerit aliquem proximiorum tua bona actione noceri, tu tamẽ pro tuo simplici corde & hic gratia & in futuro lucis gloria donaberis. Quod significat subdens. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Hæc contra hypocrisim pharisęorũ sub dolo signa quærentium specialiter dicta sunt.

Intẽtionis bonę vtilitas.

Et cum loqueretur, rogauit illum quidã pharisæus, vt pranderet apud se. Iesus ãt ingressus, recubuit. Pharisæus ãt cœpit intra se reputans dicere, quare nõ baptizatus esset ante prãdium. Et ait dñs ad illum. Nunc vos pharisæi quod de foris est calicis & catini mundatis, quod ãt intus est vestrum, plenũ est rapina et iniquitate, Stulti, nõne qui fecit qđ de foris est, ẽt id qđ de intus est fecit? Veruntamen quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis: Sed væ vobis pharisæi, qui decimatis mẽtã & rutã & oẽ olus, & præteritis iudicium, et charitatẽ Dei. Hæc ãt oportuit facere, & illa non omittere. Vę vobis pharisęis, q̃a diligitis primas cathedras in synagogis et salutationes ĩ foro. Vę vobis

qui estis vt monumenta quæ non parent, & homines ambulantes supra, nesciunt.

Cyr. Pharisęus quamuis tenax esset sui propositi dñm tñ in propriam domum vocat. vnde dr; Et cum loque. rogat il. quidã phari. vt prãderet apud se. Bed. Consultè Lucas non ait: Et cum hæc loqueretur: sed cum loqueretur, ut ostendat eum non statim finitis, quę proposuerat verbis, sed aliquot interpositis apud pharisæum prandere rogatum. Aug. de con. euang. Vt.n. hoc Lucas narraret, digressus est a Matthæo circa illum locũ, vbi ambo cõmemorauerant qđ dictũ est a dño de signo Ionæ, & de regina Austri, & de Niniuitis & de spiritu immundo, post quẽ sermonem dicit Matthæus. Adhuc eo loquente ad turbas, Ecce mater eius & fratres stabant foris q̃rẽtes ei loqui. Lucas ãt in eo sermone dñi commemoratis ẽt quibusdam, quæ Matthæus dixisse dñm prætermisit, ab ordine quem cum Matthæo tenuerat digreditur. Be itaque postquam nunciatis sibi foris matre & fratrib. ait: Qui.n. fecerit volun tatem dñi, hic frater meus & soror mea, & mater est. Datur intelligi rogatus pharisęi intrasse conuiuium. Cyr. Sed ipse Christus qui eorum pharisæorum nequitiã nouerat dispensatiuè condescendit, satagẽs cõmouere eos ad similitudinẽ optimorũ medicorum, qui grauius infirmantib. asserunt remedia suæ industriæ. vñ sequitur. Et ingressus recubit. Dedit ãt occasionem verbis Christi indocibili pharisæus scandalizatus: quia cũ opinaretur eum iustũ & propheram, non conformabatur irrationabili eorũ cõsuetudini. vnde subdit. Pharisęus ãt cępit intra se & Aug. de uer. do. Omni.n. die pharisęi antequàm prãderẽt, abluebant se aqua, quasi quotidiana lauatio possit cordis esse mundatio. Apud seipsum autẽ pharisæus cogitauit vocẽ non vocem non sonuit. Ille tñ audiuit, qui interiora cernebat. vnde sequitur. Et ait dñs ad illum, Nũc uos pharisęi qđ de foris est calicis & catini mundatis, qđ ãt intus est vestrũ plenũ est rapina & iniquitate. Cyr. Poterat ãt dñs & alijs vti verbis commonens pharisæum insanum, captat tamen tẽpus & ex his qui erant præ manibus cõtexit documentum. Hora nanq; mẽsæ & pabuli, sumit pro exemplo calicẽ & catinũ, ostẽdens q̃ mundos & lotos decet esse syncere ministrantes i eo, nõ solũ a spurcitia corporali, imò & ea quæ latet intrinsecus penes mentem, sicut aliquid vasorũ, quibus seruitur in mensa. Bonum extrinsecis & intrinsecis carere contagijs. Amb. Vide aũt corpora nostra terrenorũ & fragilium expressione significari, quæ breui lapsu precipitata franguntur, & facile ea quæ mens voluit internæ, per sensus & gesta corporis prodit; sicut illa quæ calix interius continet foris lucent: vnde & posterioribus non dubium est vocabulo calicis, passionem corporis declarari. Cernis igitur q̃ nos non exteriora huius calicis & catini, sed interiora contaminant, quia dixit. Quod intus est vestrum plenũ est rapina & iniquitate. Augu. de ver. do. Sed qũo non pepercit homini a quo fuerat inuitatus? Magis quidem obiurgando pepercit, ut correctio in iudicio parceret. Deinde ostendit nobis, quia & baptisma, qđ semel adhibetur, per fidem mundat, fides ãt intus est, non foris. Fidem ãt contẽnebant pharisæi, & q̃ erat laudabant, intus inquinatissimi manebant: quod dominus improbat, dicens; Stulti, nonne qui fecit qđ de foris est, ẽt id qđ de intus est, fecit? Bed. q. d. Qui utranq; hominis naturam fecit, vtrãq; mundari desiderat; hoc est contra Manichæos, qui animam tantũ a Deo, carnem vero putãt a diabolo creatam. Hoc ẽt est contra illos qui corporalia peccata, fornicationem. s. furtum, & cętera talia peccata quasi grauissima detestãtur: spiritualia uerò, quę non minus dãnat apostolus, ut leuia cõtemnunt. Amb. Dominus ãt quasi bonus præceptor docuit quomodo nostri corporis mũdare cõtagium debeamus, dicens: Veruntamẽ qđ superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Vides quanta remedia. Mundat nos misericordia, mũdat nos Dei sermo, iuxta quod scriptum est, Iam uos mũdi estis pp sermonem quẽ locutus sum vobis. Au. de eleemosyna. Misericors monet misericordiã fieri, & quia seruare quærit quos magno redemit precio, post gratiã baptismi sordidatos docet denuo posse seruari. Chrysost. Dicit autem: Date

Consensus euãgelicus.

Corpora nostra fragilitas.

Superstitio pharisæorum

Eleemosynę commendatio.

te eleemosynam, non iustitiam; est.n.eleemosyna q̃ caret iniustitia qualibet. Hæc omnia facit munda, & ieiunio est pręstantior, quod quamuis sit laboriosius, illa tñ est lucrosior. Illustrat animã, impinguat, bonã efficit & decorã. Qui cogitat misereri roganti, citius a peccatis desistet. Sicut .n.medicus crebro qui uulneratis medet̃, frangitur de facili in ærumnis aliorũ, sic & nos si vacauerimus egenorum auxilijs, de facili contemnemus p̃sentia, & in cęlũ leuabimur. non paruũ est igitur eleemosynæ catapsalma, cũ valeat omnib. apponi uulneribus. Bed. Dicit ãt qđ superest, s. necessario victui & vestimento. Neq;.n. ita facienda iubetur eleemosyna, vt teipsum consumas inopia, sed vt tui cura corporis expleta, inopem quantum vales sustentes. Vel ita intelligendum. Quod superest.i. qđ tam multo scelere præoccupatis solum remedium restat. Date eleemosynam; qui sermo ad oĩa quæ vtili miseratione fiunt valet: non.n. solũ qui dat esuriẽti cibum & cæteri hmõi, uerumetiam qui dat ueniam peccãti, atq; orat pro eo, & qui corripit, & aliqua emendatioria pęna plectit eleemosynam dat. The. Vel dicit: Qđ superest, nã facultates præsidẽt cupido cordi. Ambr. Totus itaq; pulcherrimus ab hinc dirigitur loc⁹, vt quoniã nos ad studium simplicitatis inuitat superflua Iudæorum & terrena cõdemnet. Et tñ ipsis peccatorum abolitio promittit̃, si misericordiam cõsequãtur. Aug. de uer. do.

Deus mundat cori.

Si autẽ mundari non possunt, nisi credẽtes in eum qui fide mundat cor, quid est qđ dicit, Date eleemosynam, & hæc omnia munda sunt vobis? Attendamus, fortè & ipse exponit. Illi.n. de omnibus suis fructibus decimam partem detrahebãt, & eleemosynas dabant, qđ non facile aliquis facit Christianus. Irriserunt ergo illum eis hoc dicentem, quasi hominibus qui eleemosynas non facerent. Hoc Deus sciens subiungit? Sed væ uobis pharisæis qui decimatis mentã & rutam & omne olus, & pręteritis iudicium, & charitatẽ Dei. Nõ ergo est hoc facere eleemosynã, facere.n. eleemosynã est fecere misericordiã. Sed intelligis? à te icipe. Qũo.n es misericors alteri, si crudelis es tibi? Audi scripturam dicẽtem, miserere animę tuæ placẽs Deo. Redi ad cõscientiam tuam, quicunq; malè aut in fideliter viuis, & ibi inuenis me dicantem animam tuam, vel fortè egestate obmutescẽtem. In iudicio & charitate fac eleemosynam cũ aĩa tua. Quid est iudiciũ? Displiceat tibi Quid est charitas? Dilige Deum; dilige proximũ. Hãc eleemosynam si prętermittis quantumuis ames, nihil facis, qñ tecum non facis. Cyril. Vel hoc dicit in pharisæorum reprehensionẽ, quia illa sola præcepta attentius obseruari iubebant a populis subiectis, quæ causa erant illis reddituuum fœcundorum. vñ nec minima olerum postponerẽt. opus ãt ingerendæ dilectionis ad Deum, & iudicij iuxta censuram negligebãt. The. Quia enim Deũ cõtẽnebant indifferenter sacra tractantes, præcipit eis dilectionẽ Dei habere. Per iudicium uero dilectionẽ innuit proximi. Nam q̃ aliquis iustè iudicet proximo, ex eius dilectione prouenit. Ambr. Vel iudicium ideo, quia non oĩa q̃ agunt in iudicium referũt charitatem, quia non ex affectu diligant Deũ. Sed ne rursus fidei studiosos nos faciat operũ negligẽtes, perfectionẽ fidelis uiri breui sermone condit, ut fide & operibus approbetur, dicẽs; hæc ãt oportuit facere, & illa nõ omittere. Chr. Vbi quidẽ sermo Iudaicæ mundationis agebat̃, totaliter p̃teriuit, sed q̃a decima eleemosyna quædã est, & nõdũ erat t p̃s expresse interimẽdi legalia, pp hoc dicit. Hæc oportuit facere. Amb. Arrogãtiã quoq; iactantium Iudæorũ redarguit, dũ primatus appetunt. Sequitur.n. væ vobis pha: qui di. &c. Cyr. Per ea quibus illos reprehẽdit̃, nos facit meliores. Vult etenim nos ambitione carere, & non plus venari apparentiam quàm veri existentiam, quo tunc pharisęi agebant. Salutari.n. ab aliquibus & præsidere eis, non uere nos idoneos esse ostendit: pluribus.n. hæc contingunt, cum boni non sint. vnde subdit. Væ uobis qui estis ut monumenta, quæ non apparent. volentes.n ab hominibus salutari, & eis præsidere, ut magni æstimentur, ab occultis sepulchris non differunt; quæ nitent quidem extrinsecus ornamentis, sunt autem plena omni spurcitia. Ambro. Et quasi sepulchra quæ non apparent

Superflui rit⁹ arguuntur.

rent specie fallunt, visuq; decipiunt transeuntes. vnde sequitur; Et homines ambulantes supra nesciunt, ita. s. vt cum foris speciosa promittant, plena fetoris includant. Chry. Sed quod tales extiterint pharisei non est mirabile. Si autem nos digni reputati fieri templa Dei, fiamus repente sepulchra solum fœtorem cõtinétia, hoc est extremæ miseriæ. Cyr. Ait autem hic apostata Iulianus, vitáda esse sepulchra, quę Christus ipse ait esse ĩmúda, sed ignorauit vim verborum Saluatoris. Nó. n. iussit à monumétis discedere, sed eis comparauit pharisæorum fictitium populum.

Species falsa.

Respondens át quidã ex legisperitis, ait illi. Magister, hęc dicens, & cõtumeliam nobis facis. At ille ait; Et vobis legisperitis uæ, quia oneratis homines oneribus. quæ portare nõ possunt, & ipsi uno digito vestro nõ tãgitis sarcinas. Væ uobis q ædificatis monumenta prophetarũ. patres. ãt uestri occiderunt illos. Profectò testificamini quod consentistis operib. patrum uestrorũ, qm̃ quidẽ ipsi eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea & sapiẽtia Dei dixit, Mittã ad illos prophetas et Apostolos, et ex illis occident & psequentur: ut inquiratur sanguis omnium prophetarum, q effusus est à cõstitutione mũdi à generatione ista. à sanguine Abel usq; ad sanguinẽ Zachariæ, q periit inter altare, et ædẽ. Ita dico uobis, requiret ab hac generatione. Væ uobis legisperitis, qui tulistis clauẽ scientiæ ipsi non introistis, & eos q introibãt phibuistis Cũ ãt hęc ad illos diceret, cœperũt pharisæi & legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis insidiantes ei, & q̃rentes aliquid capere ex ore eius, ut accusarent eum.

Cyr. Redargutio quę mansuetos transfert in melius, superbis hominib. cõiter intolerabilis esse solet. vñ cũ Saluator reprehenderet pharisæos tanquã deuiãtes à recto calle pcellebat ex hoc legisperitorum caterua. vñ dr; Respondens ãt quidam ex &c. Bed Quã misera cõscientia q̃ audito Dei verbo sibi contumeliã fieri putat, & cõmemorata pęna pfidorum se semp intelligit esse dãnadã The. Erãt ãt alii legisperiti à pharisæis; nã pharisæi diuisi ab aliis quasi religiosi videbantur, legis ãt periti scribæ erant doctoresq; quęstiones legis soluentes. Cyr. Christus autem legisperitis inuectiuam ingerit, & deprimit vanum eorũ superciliũ. vñ sequit. At ille ait Et vobis legisp. &c. exemplo patenti vtitur ad eos dirigendũ. Erat lex onerosa Iudæis, ut fatentur Christi discipuli: ipsi verò fasces importabiles legis colligantes & subditis superponentes, ipsi nullatenus operari curabant. The Quoties ẽt doctor facit q̃ docet, alleuiat fascẽ, tradens ad exẽplũ se ipsum. Quando verò nil agit eorũ q̃ docet, tunc graues fasces videnẽ eis qui doctrinã suscipiunt, vtpote q nec à doctore possunt portari. Bed. Rectè ãt audiunt quod sarcinas legis uno digito nõ tangerẽt, hoc est nec in minimis quidẽ eam perficerent, quam se contra morẽ patrum sine fide & gratia Christi seruandã tradere præsumebant. Grego. Tales quoque modo plures sunt iudices seueri peccantium, & debiles agonistæ intolerabiles legislatores, & debiles portiores, nec appropinquare volentes, nec palpare vitæ honestatem, quã irremediabiliter exigunt à subiectis. Cy. postquã igiẽ reprobauit onerosam legisperitorum officinã, inducit cõem inuectiuã in cunctos principes Iudæorũ, dicens: Væ uobis qui ædificatis monuméta prophetarum, & patres uestri occiderunt illos. Ambro. Bonus est hic locus aduersus superstitionem vanissimã Iudęorum, q a ędificãdo sepulchra prophetarum patrũ suorũ facta damnabant; æmulãdo autem paterna scelera, in seipso sententiam retorquebant non. n. ędificatio, sed æmulatio loco criminis æstimatur. vnde subdit: Profectò testificamini quod consentitis &c. Bed. Simulabãt quidem sed ob fauorem vulgi captãdum, patrum suorum horrere perfidiam, memorias prophetarum, qui ab eis occisi sunt magnificè ornando; sed ipso ore testificantur quantum paterne nequitiæ consentiant, iniuriis agẽdo dñm à prophetis prenunciatum. vnde subditur; Propterea & sapiẽtia Dei dixit, Mittam ad illos prophetas & Apostolos, & ex illis occidẽt & persequentur. Amb. Dei sapientia Christus est: Denique in Matthæo habes, Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes. Bed. Si autem eadem sapientia Dei prophetas Apostolosque misit, cessent hęretici Christo ex uirgine principiũ dare, omittant aliũ legis & prophetarum, alium

Sapiẽtia Christi.

noui testamenti Deum prædicare: quāuis sæpe etiā apostolica scriptura prophetas nō solum qui futurā Christi incarnationem, sed eos qui futura cęlestis regni gaudia prædicūt, appellet. Sed nequaquā hos crediderim apostolis in catalogi ordine ꝑferendos. Atha. Siue āt occidant, mors occisorum altius contra eos clamauit; siue ꝑsequātur, memorialia suę iniqtatis emittunt. Fuga.n. ꝑsecutionē pastorū inmagnū redundat persequentium crimē. nemo.n. pium & mansuetū fugit, sed potius austerū & moribus imbutum iniqs. Et ideo sequit. Vt inquirat sanguis oium prophetarū, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista. Bed. Quæritur qūo sanguis oium prophetarū atq; iustorum abu na Iudæorū generatione requirat: cū multi sanctorū, siue ante incarnationem, siue post ab alijs nationibus sunt interempti? Sed moris est scripturarū duas sæpe generationes hoīum bonorū malorumq; computare. Cyr. Et si ergo dicat demonstrati ue à generatione ista, non exprimit tunc astantes & audientes, sed quemlibet homicidā: astruitur.n. simili simile. Chr. Cęterū si dicat Iudæos grauiora passuros hoc nō immerito fit, eo ꝙ & peiora oībus ausi sunt, & nullo ꝑteritorū castigati fuerunt, sed cū vidissent alios peccasse, & punitos fuisse, nō sūt meliores effecti, sed similia cōmiserunt; non āt ita ꝙ pro cōmissis aliorū alii luant penā. The ostendit autē dominus Iudęos esse hęredes malitię Cain, ex eo ꝙ subdit, A sanguine Abel, vsq; ad sang. Zachariæ &c. Abel siquidem à Cain occisus est Zachariam autem quem occiderunt inter altare & ædem, quidam dicunt esse antiquum Zachariam filium Ioiadæ sacerdotis. Bed. Quare igitur à sāguine Abel, qui primus martyrium passus est, mirum non est, sed quare vsque ad sanguinem Zachariæ, quærendum est, cū & multi post eum vsque ad natiuitatem Christi, & ipso mox nato innocentes perempti sint, nisi fortè, quia Abel pastor ouium, Zacharias sacerdos fuit, & hic in cāpo, ille in atrio templi necatus est, utriusque gradus martyres & laici.s. & altaris officio mancipati sub eorū intimanť vocabulo? Gre. Nis. Quidā āt dicūt ꝙ Zacharias pater Ioānis spiritu prophetiæ coniiciens misteriū uirginitatis intactæ Dei genitricis, nequaquā sequestrauit illā à loco tēpli uirginib deputato, volēs ostēdere ꝙ in potestate cōditoris oium erat nouū ortū ostēdere; ꝙ enixe vigorē cęlibatus non auferret. Erat āt hic locus medius inter altare & ædem, in qua erat altare æneum sitū, ubi pp hoc eum occiderunt. Aiunt ēt cū audirent regem mundi venturū, dispēsatiue metu subiectionis aggrediuntur eū qui attestabatur ortum ipsius mactantes sacerdotē in templo. Gre. Alij autem aliā causam dicunt esse interitus Zachariæ cū .n. occiderentur infantes, magnus Ioānes cum coætaneis suis occidendus erat, sed Helisabeth eripiens filiū de medio cędis, petiit heremum: vñ cum satellites Herodis Helisabeth, & puerum non inuenirēt, conuertunt iram in Zachariā. occidentes ipsum ministrantem in templo. Sequitur .n. Væ vobis legisp. qui tul. cla. sciētiæ. Basi. Hęc vox vę, quę intollerabilius ꝑfertur doloribus, eis cōuenit, qui paulo post detrudendi erāt in graue supplicium. Cyril. Clauem autem scientiæ ipsam dicim⁹ esse legē. Erat.n ex umbra & figura iustitiæ Christi. Decebat ergo legisperitos quasi indagantes legem Moysi, & dicta prophetarum reserare quodammodo populo Iudæorum ianuas notitiæ Christi. Hoc autem non fecerunt, sed econtra derogabant diuinis miraculis, & contra eius dogmata clamabant. Quid eū auditis? sic igitur tulerunt.i. abstulerunt clauem scię, uñ sequit. Ipsi nō introistis, & eos &c. Sed & fides est clauis scientię. fit.n. per fidem ueritatis cognitio, secundum illud Esaię. Nisi credideritis, non intelligetis. Sustulerunt ergo legisperitis clauem scientię, nō permittētes homines credere in Christum. Aug. de q euan. Sed & clauis sciētię est humilitas Christi quam nec ipsi intelligere, nec ab aliis intelligi uolebāt. Ambro. Arguuntur etiam adhuc sub nomine Iudæorum, & futuro supplicio statu unt obnoxii, quia cum doctrinam sibi diuinæ cognitionis usurpent, & alios impediant, nec ipsi quod profitentur agnoscunt. Augustin. de concor. euange. Hæc autem omnia Matthæus narrat esse dicta, post

quam

Quęstio utilis.

Iudęi hęredes

Historia pulchra

Clauis scientię

Consensus euangelicus. quàm dñs in Hierusalem venerat, Lucas ac hic narrat cũ adhuc dñs iter ageret in Hierusalem. vnde mihi similes videnť esse sermones, quorum ille alterum, iste alterum narrauit. Bed. Quantum ất vera persidiæ simulationis & impietatis suæ crimina audierint pharisęi & legisperiti, ipsi testantur qui non resipiscere, sed doctoré veritatis insidijs moliuntur aggredi. Sequiť enim: Cùm ất hoc ad il. di. cęperunt &c. Cyr. Sumitur ẽt insistere pro instare, vel inuidere vel sæuire cęperunt ất interrumpere sermonem eius in pluribus. vnde se-
54 quitur: Et os eius oppri. de mul. The. Cũ enim plures interrogant vnum de diuersis materijs, cum nequeat simul omnibus respõdere, videtur insipientibus ꝙ dubitet; hoc igitur ingeniabanť & illi nefarij contra ipsum; sed & aliter quærebãt eos eius opprimere. s. vt prouocarent eum ad aliquid dicendum, vnde posset damnari. vnde sequitur: Insidiantes ei & quęrẽtes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eũ. Quod primò dixerat Opprimere, nũc dicit Capere, vel rapere aliquid ex ore eius. Interrogabant eum nunc quidem de lege vt arguant eum quasi blasphemum obloquentem de Moyse, nunc verò de Cæsare, vt accusarent eum tãquam insidiosum & hostem maiestatis Cæsareę.

CAPVT XII.

Multis autem turbis concurrentibus, ita vt se inuicem conculcarent, cępit dicere ad discipulos suos. Attendite a fermento pharisæorum, quod est hypocrisis. Nihil.n. opertum est, qđ non reueletur, neq; absconditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur, & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.

Phariseorum perfidiã. Theo. Pharisęi quidem conabantur Iesum capere in sermone, vt populos ab eo abducerent, hoc autem in cõtrarium vertitur, Magis.n. adibãt populi per millenarios cõgregati adeò cupiẽtes hęrere Christo, vt se inuicem cõprimerent: tã ualidũ quid est veritas, & dolus imbecillis vbiq;. vnde dicitur: Multis autem tur. cõcur. ita vt se inui. concul. cœ. di. ad di. su. Attendite &c. Cyr. Quia.n. cauillatores erant, ob hoc Christus ab eis sibi cauere admonebat discipulos. Greg. Naz. Est ất qñ fermẽtum laudatur tanquã efficiens panem vitalem. Est ất qñ uituperatur, significãs vetustam & acidam malitiam. Theo. Vocat igitur fermentum hypocrisim tanquã alterantem & corrumpentem intentiones hominũ, quibus se ingesserit. Nihil.n. sic alterat mores vt hypocrisis. Bed. Nam sicut modicũ fermentũ totã farinę massam corrumpit, sic simulatio aĩum tota virtutũ synceritate & veritate fraudabit. Ambr. Pulcherrimum ất locum tenendæ simplicitatis & æmulandę fidei Saluator intexuit, ne Iudaicæ more perfidiæ alia promamus in affectu, alia voce simulemus, cum vltimo tpe occulta cogitationũ accusantium, aut ẽt defendentium secreta nostræ mentis aperitura videantur. vnde subditur. Nihil ất opertum &c. Orig. Aut ergo de illo tpe hoc dicit, qñ iudicabit Deus occulta hominum, aut id dicit, qa quantumcunq; conetur aliquis occultare bona aliorũ infamijs, bonum naturaliter latere non potest Chr. q. d. discipulis, quamuis nunc quidã uocent uos seductores & Magos, deteget oĩa tempus, & arguet eorum calumniam, & uestrã declarabit virtutem: unde quęcumq; uobis in paruo angulo Palestinæ locutus sum, hæc audacter & fronte detecta & qualibet sublata formidine toti orbi ꝑdicare. Et ideo subdit: Qm̃ quę in tenebris dixistis &c. Beda. Vel hoc dicit; quia quę inter tenebras quondam pasturarum carcerumq ue umbras locuti uel passi sunt apostoli, nũc clarificata per orbem, in ecclesia lectis eorũ actibus publicè prædicantur. Sanè quòd dicit, Prædicabitur in tectis, iuxta moré prouincię Palestinę loquitur, vbi solent in tectis resistere: non.n. tecta nostro more culminibus sublimata, sed plano schemate faciunt æqualia; ergo dicit, Prędicabitur in tectis, idest cunctis audiẽtibus palàm dicetur. Theoph. Vel hoc proponitur pharisæis. q. d. O pharisæi, quæ in tenebris idest qđ in opacis cordib. uestris tentare me conanimi, in lumine diceť. Ego.n. sum lux, & in me luce notũ fiet quicq.d vestra Tecta palęstinorum.

 machi-

machinas ꝯ calligo, & qđ in aure locutis estis, & i cubiculis, i. quicqd mutuis usur ris vestris auribus instillastis, pdicabit in tectis. i. ita mihi fuit audibile, ac si i tectis pdicatũ fuisset. Hic ẽt intelligere potes ꝙ lux sit euãgeliũ, tecta verò altę apostolorũ animæ. Quotquot verò cõciliati sunt pharisæi, diuulgata sunt postmodũ & audita in euãgelij luce: stante magno pcone Spiritu sancto super apostolorũ animas.

Dico aũt vobis amicis meis, ne terreamini, ab his qui occidunt corpus, et post hoc nõ habẽt amplius qđ faciant. Ostendã autem vobis quem timeatis; timete eũ, q postquã occiderit, habet potestatẽ mittere in gehennã. Ita dico vobis, hunc timete. Nõne quinq; passeres vęneunt dipõdio, et unus ex illis nõ est in obliuione corã Deo? Sed et capilli capitis vestri oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos.

Cyr. Qm̃ gemina est causa perfidiæ, q̃ aut ex insolita malitia, aut ex accidẽti metu nascitur, ne quis metu territus Deũ quẽ corde cognoscit negare cogatur, pulchrè addit: Dico aũt vo. ami. meis, ne &c. Cyr. Non quibuscunq; n. simpliciter hic sermo cõuenire vr̃, sed his qui Deum ex tota diligunt mente, quibus cõuenit dicere: Quis nos separabit à charitate Christi? qui aũt non tales sunt, labiles sunt, & ad prosiliendum parati porrò dñs dicit: Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, q̃ vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Qũo ẩt non est inconuenientissimũ Christo nõ rependere, qđ ab eo recipimus? Amb. mortem etiã docet non esse terribilem. quam locupletiore fœnore sit immortalitas redemptura. Cyr. Est ergo aduertendum ꝙ laboribus parãtur coronę, & honores, quibus mortales vsq; ad tps suã irain extendunt; n. q; illis nostrę persecutionis finis corporalis interitus. vñ subdit: Et post hoc nõ habent amplius faciant. Bed. Ergo superuacua furẽtiũ insania, q mortua martyrum membra feris auibusq; discerpenda proiiciunt, cum nequaquã omnipotentiæ Dei qui ea resuscitando viuificet resistere possint. Chry. Cõsidera qualiter dominus Discipulos omnibus superiores cõstituit ipsam mortem cunctis terribilem hortans contemnere. Simul autem & documenta immortalitatis animæ ostendit eis, cũ subdit: Ostendã ãt vobis quẽ &c. Ambr. Mors. n. naturæ finis non pœnę est, & ideo mortem supplicij corporales esse defectum pœnam verò animæ esse perpetuam, Deumq; solum esse metuendũ; cuius potestati non natura præscribat, sed eidem natura subiacere concludit: Ita dico hunc timere. Theo. Hinc nota ꝙ peccatoribus quidem mors ad supplicium fertur, & hic cruciatus ipsis per interitum, & cõsequenter in gehennã detrusis. Sed si sermonem discusseris quiddam aliud intelliges. non. n. dicit, Qui mittit in gehennam, sed qui potestatem habet mittere. Nõ. n. quicunq; cum peccato moriuntur, statim detruditur in pœnam, sed fit interdum remissi oblationum & orationum causa, q̃ pro defunctis dantur. Ambr. Inspirauerat ergo dñs simplicitatis affectum, virtutem mentis erexerat, fides sola nutabat. Benè eã de rebus vilioribus roborauit, subdens. Nõne quinq; passeres vęneunt dipondio, & vnus ex illis nõ est in obliuione coram Deo? q. d. si Deus obliuionẽ passerum non habet, hominum qũo habere põt? Bed. Dipõdius genus est põderis leuissimi ex duobus assibus cõpositũ. Glo. Qđ ãt in numeris est vnum, hoc in põderibus assis, quod duo, hoc dipõdius. Amb. Fortassis ãt dicet aliquis, quomodo apostolus dixit, Nonne de bobus cura est Deo, cum bos passere pretiosior sit? sed aliud est cura, aliud sciẽtia. Orig. Ad literam. Igitur acumen diuinæ prouisionis, qui procedit vsq; ad minima, per hoc significatur. Mysticè autem quinq; passeres, spirituales sensus iustè significãt, qui excelsa & supra homines sentiunt Deum intuentes, nocem audientes diuinam, gustantes panem vitæ, olfacientes odorem vnguentorum Christi palpantes viuum verbum. Qui dipondio væneuntes. i. vilipensi ab eis qui ea quæ sunt spiritus stultitiam iudicant, nõ dantur in obliuione coram Deo. Dicitur autẽ Deus aliquorum immemor fieri propter eorũ facinora. Theo. Vel hi quinq; sensus duob. assibus venduntur nouo. s. & ueteri testamẽto, & ideo nõ dãtur obliuioni à Deo, quorum. n. sensus traduntur verbo uitæ, vt sint apti ad spiritale pabulum, horum semper memor est dominus. Amb. Vel aliter:

Corona quibus parentur.

Acumẽ prouisionis diuinæ.

ter. Passer bonus est cui uolādi naturā suppeditat: volandi.n. nobis gratiā natura dedit, voluptas abstulit, quę malorū mœstis grauat aiam, atq; in naturā corporeę molis inclinat. Quinq; igitur corporis sensus si terrenarum sordium cibum quęrāt, ad superiorum operum fructus reuolare nō possunt. Est ergo malus passer qui uolādi vsum terrenę uitio labis aboleuerit, quales sunt isti passeres, q dipondio uęneunt luxurię.s. precio singularis. Aduersarius .n. tanquam captiua mancipia uilioris precio ęstimationis addicit. At dñs tanquam speciosa seruitia quę ad imaginem sui fecit, idoneos sui operis ęstimat, & magno precio nos redemit. Cyril. Est igit sibi curę diligēter nosse sanctorum uitam. vnde subditur. Sed cappilli capitis &c. Per qđ significat q oīa quæ ad eos spectant diligētissimè nouit, diligentiā n. curæ adhibitę numeratio manifestat. Amb. Denique numerus capillorū nō in actu cōputationis, sed in facilitate cognitionis accipit, bene tñ numerari dicuntur, quia ea quæ uolumus seruare numeramus. Cyril. Mysticè āt caput quidē hoīs est intellectus: capilli verò cogitationes q̄ patēt Deo. The. Vel caput uniuscuiusq; fideliū intelliges aptā Xp̄o cōuersatione, crines āt eius mortificatiua corporis opera, q̄ numerant à Deo, & digna sunt ꝓuisione diuina. Ambr. Si igit tāta Dei est maiestas, ut unus ex passeribus, aut nostrorū numerus capillorū pter sciētiā Dei nō sit, q̄ indignum est ęstimare q fidelis corda dñs aut ignoret, aut spernat q uiliora cognoscat? vñ conuenienter concludit. Nolite er. timere. mul. paf. plu. estis vos Beda. Non plures estis legendum est, quod ad comparationem numeri ptinet, sed pluris estis, hoc est apud Deum maioris dignitatis. Athan. Quæro autem ab Arrianis, si quasi dedignaretur Deus alia facere, solum filium fecit, cætera vero filio subrogauit, quomodo prouisione vtitur vsque ad tam modica, capillum & passerem? Quorum enim prouisione fungitur, horū creator est suo verbo.

Maiestas Dei magna.

Dico autē vobis, omnis quicunq; cōfessus fuerit me corā hominibus, et filius hominis cōfitebitur illū coram angelis Dei. Qui autē negauerit me corā hominibus, negabitur corā angelis Dei. Et omnis q dicit uerbum in filiū hominis, remittetū illi, ei autē qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetū. Cùm autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus et potestatis, nolite soliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere.

Bed. Supra dictū est opera quælibet & verba abscōdita esse reuelanda. Nunc aūt cōcludit hanc reuelationē nō in vili quolibet cōciliabulo, sed in cōspectu supernæ ciuitatis æterniq; regis ac iudicis agenda, dicens; Dico aūt vobis; oīs quicunq; cōfessus fuerit me &c. Amb. Præclarè āt fidem acuendo intexuit; & fidei ipsi virtutū fundamenta subiecit. Nam vt fortitudinis incentiuum, est fides, ita fidei fundamētum est fortitudo. Chry. Non est ergo dñs contentus intrinseca fide, sed exteriorem, cōfessionem expostulat, vrgens nos ad fiduciā & maiorem affectum. Et quia hoc omnibus vtile est cōiter loquitur, dicens: Oīs quicunq; con. fue. me. Cyr. Ait autē Paulus. Si confitearis ore tuo dñm Iesum, & credas in corde tuo q Deus eū à mortuis suscitauit, saluus eris. Totū Xp̄i mysteriū in his interpretatur, dicet.n. prius ortū à Deo patre verbū.i. unigenitum ex ipsius substātia fateri dñm oīum, nō tanquā ab extrinseco, & furtiuū sortitum dominiū, sed existētē reuera & naturaliter dñm, sicut & pater. Cōsequēter oportet fateri, q Deus hūc à mortuis suscitauit, ipsum.s. factū hoiem & passum in carne ꝓ nobis, sic .n. resurrexit à mortuis. Quisq; ergo sic cōfitebit Christū corā hominibus, videlicet vt Deū & dominū, Christꝰ eū cōfitebitur corā angelis Dei, tunc tēporis cū descēdet cum sanctis angelis in gloria patris sui in seculi consummatione. Euse. Quid autem erit gloriosius quā ipsum vnigenitū Dei verbum attestari pro nobis in diuino iudicio, ac ipso effectu remunerationē testimonij promere iudicium in aīam eius, cui testimonium ꝓhibetur? non.n. manēs extra eum cui testimonium reddetur, sed habitās in eo, & implens eum lumine suo testimonium dabit. Cum autem corroboraflet eos spe bona per tanta promissa, iterum eos inducit terribilioribus minis, dicens. Qui autem negauerit me &c. Chry.

Duplex fides poscitur.

Et in damnatione maius suppliciũ, & in bonis maior recompensatio ponitur .q.d. Tu hic confiteris, aut negas, ego aũt illic. Bonorũ.n.malorumq; retributio cũ augmento in futuro seculo te pstolat. Euse. Opportunè ât hác cõminationẽ ponit, ne cõfessionẽ ipsius contẽnerent pp pœnam ꝙ est negari à filio Dei, qđ est a sapientia denegari, & à vita deficere & lumine priuari, & oib. destitui bonis. Sed & hęc cuncta pati corá patre qui est in cęlis & angelis Dei. Chr. Negantes ât sunt primo q dẽ qui imminente psecutione fidẽ postposuerunt, abnegát et hæresum doctores, & discipuli. Chr. Sũt ẽt alij negationis modi, quos Paulus describit dicens: Cõfitenẽ se nosse Deũ, &c. Et iterũ: Si quis suorũ & maximè domesticorũ curá nõ hẽt, fidem negauit, & infideli est deterior. Item auaritiam fugite, ꝙ est idolatria, postquam ergo tot sunt modi negationis, palá est ꝙ totidem sunt confessionis, quos quicunq; seruauerit, audiet illá beatissimam vocẽ, qua Christus laudauit omnes qui confessi fuerint eum. Attende ât verborum cautelam. In græco.n.dicit, quisquis confitebitur in me: ostendens ꝙ non proprijs viribus, sed adiutus superna gratia Christum aliquis cõfitebitur. De negante verò non dixit in me, sed me: ná destitutus gratia denegat, redarguitur tamen, quia destitutio propter eum qui deseritur fit. Beda. Ne ât ex eo, ꝙ ait eos qui se negauerint esse denegandos, vna cunctorũ (hoc est eorum qui studio & eorum qui infirmitate, uel ignorantia negant) cõditio putaret, continuò subiecit; Et om. q di. &c. Cyr. Sed Si hoc uult innuere Saluator, ꝙ si quod iniuriosum verbum dicatur à nobis in hominem cõem, obtinebimus si peniteam⁹ veniam: nulla difficultas est in sermone, q̃a cum naturaliter bonus sit Deus, emendat volentes pœnitere. verũ si ad ipsum Christum retorqueatur sermo, qualiter incondemnabilis est, qui dicit verbum in eum? Amb. Vtiq; filium hoís Christum intelligimus qui de Spiritu sancto gñatus ex virgine est: eo ꝙ parens eius in terris sola sit virgo. Nunqđ ergo maior Spiritus sanct⁹ Christo, vt in Christũ peccantes veniam consequátur, in Spiritũ sanctũ delinquẽtes remissionẽ non mereãnẽ adipisci? Sed vbi unitas potestatis est, nulla cõparationis est questio. Atha. Viri quidẽ antiqui, studiosus Origenes & mirandus Thoegnostus hanc conscribunt esse Spiritus sancti blasphemiá, qñ qui digni reputati sunt dono Spiritus sancti per baptismum, regrediunt ad peccandum: ob hoc.n. aiunt illos nec veniam obtinere prout Paulus dicit; Impossibile est eos qui facti sunt participes Spiritus sancti, &c. Addit ât uterq; intentionẽ propriá. ná Origenes cám huius sic explicat. Deus quidẽ pater oĩa percurrit & singula cõtinet, uirtus ât filij ad sola rationalia extendit, Spiritus verò sanctus solus inest participantibus eũ in dono baptismatis. Qñ ergo cathecumeni peccant & Gentiles peccant in filium qui in eis manet, possunt tñ ueniam obtinere, cum digni fiunt dono regenerationis. qñ uero baptizati delinquunt, dicit hoc nephas attingere spiritũ, ad quem, cũ peruenissent peccauerunt, & ideo irreuocabilẽ fore dánationẽ. Theognostus verò ait, & qui primum & secundũ excessit limen, minorẽ pœnam mereẽ, sed qui tertium quoq; pertransit, nõ amplius accipiet veniá. Primũ q dẽ & secundũ limẽ uocauit doctriná patris & filij, tertiũ verò in participatione Spiritus sancti. Secũdũ illud: Cũm venerit spũs ueritatis, docebit uos oẽm veritatem nõ tanq̃ doctrina spiritus, dogma filij superet, sed quia filius cõdescẽdit ĩperfectis spũs verò signaculũ est eorũ, qui pficiunẽ. Sic igit̃ nõ q a supet spirit⁹ filiũ, expers est veniç blasphemia spũs, sed q dẽ q a impfectorũ est remissio, perfectis vero nulla restat excusatio, sed cũ filius sit in patre, est in illis in quib. est pater, nec abest spiritus. Indiuisibilis est.n. sancta Trinitas. Ad hęc si oĩa p filiũ facta sunt, & oĩa in ipso cõsistũt, erit ipse nimirũ in oĩbus, ut necessariũ sit peccátẽ in filiũ in patrẽ, & in spiritũ sanctũ peccare. sacrũ ât baptisma in noĩe Patris & filij & Spiritus sancti daĩ, & sic peccátes post baptismũ in sanctá. Trinitatẽ exercẽt blasphemiá. Cęterũ si pharisæi baptismũ nõ susceperant, qualiter redarguebat eos ac si blasphemasset in Spiritũ sanctum, cuius nondum erant facti participes; pręsertim cum nõ de pctis simpliciter sed

Modi abnegationis.

Nota expositioné antiquorum.

Christ⁹ filius hominis.

ſed de blaſphemia eos increpabat? differunt āt, qm̄ qui peccat, tranſgreditur legē: qui verò blaſphemat, in ipſam, offendit deitatē. Sed aliter ſi eius qui delinquunt poſt baptiſma, nō indulgeť vindicta reatuū, qualiter apoſtolus pęnitēti in Corintho cōdonat? Retrogreſſos verò Galatas parit quouſq; Chriſtus denuo formeť in eis. Cur āt & noua tum arguimus interimentē pęnitētiā poſt baptiſmū? apoſtolus āt ad Hebræos diſſipat pęnitentiā peccatorū? Sed ne putarent ſcdm ritū legis pœnitentiæ cā multa fore & quotidiana baptiſmata, ob hoc pœnitere q̄dem monet, vnicā āt fore inſinuat p̄ baptiſma renouationē. Talia verò cōſiderās recurro ad diſpenſationē q̄ fit in Chriſto, qui Deus exiſtens, homo factus eſt, tanq̄ Deus ſuſcitat mortuos, ſicut carne veſtitus ſitiebat, laborabat, & patiebať. Qn̄ igitur aliqui ſpectātes humana vident dn̄m ſitientē aut patiētem, & obloquunť in Saluatorē velut in hoīem peccant quidē, poſſunt tn̄ citò cū pęnituerint accipere veniā, p̄tendentes p̄ cā fragilitatē corporis. Qn̄ vero rurſus aſpicientes aliqui opera deitatis dubitāt de natura corporis, ipſi quoq; nimiū peccāt. Sed & his pęnitētib. citò pōt ignoſci, eo q̄ & ipſi excuſationem habent ab operum magnitudine. Qn̄ vero diuinitatis opera retorquent ad diabolū, meritò irreuocabilē ferunt ſnīam, qn̄ arbitrati ſunt diabolū fore Deū, & verum Deū nihil plus quā dæmones in operib. putauerunt habere. Ad hanc ergo pfidiā phariſæi peruenerāt. Saluatore.n.oſtēdente patris opera, mortuos ſuſcitans, cæcos illuminans, & ſimilia faciens, hmōi opera dicebāt eſſe Beelzebub; neque.n.dicere poterant videntes mūdi ordinē, & erga eum prouiſionē, q̄ mundus ab Beelzebub eſt creatus. quandiu igitur ad humana ſpectantes, mēte claudicabāt, dicentes; Nonne hic eſt carpentarij filius? & qūo literas quas nō didicit nouit? ſuſtinebat eos tanquā in filium hoīs peccātes; ſed vbi magis inſaniūt dicētes opera Dei eſſe Beelzebub, nō amplius eos ſuſtinuit. Sic.n. & tādiu patres eorū ſuſtinebat, quādiu cā panis & aquæ murmurabant, ſed poſtquā vitulum cōflantes in eum collata ſibi diuinitus beneficia referūt, puniti ſūt, primo quidē non paucis eorū occiſis, poſt modū dixit; Ego aūt in die vltionis viſitabo hoc peccatum eorū. Talē ergo & nunc phariſæi audiunt ſnīam, vt in flāma diabolo parata perpetuo corrodantur cū eo. Nō igitur faciendo collationē inter blaſphemiā dictam in ipſum & Spiritum ſanctū hæc dixit tanquā maior ſit ſpūs, ſed vtraq; blaſphemia in ipſum prolata, hanc minorē, illā validiorē oſtendit. ipſum.n.videntes hominē vituperabant, & eius opera Beelzebub eſſe dicebant. Amb. Sic igitur vť quibuſdā, vt eundē & filiū & ſpiritum ſanctū intelligamus, ſalua diſtinctione pſonarū et vnitate ſubſtantiæ, q̄a vnus & Deus & homo Xp̄s eſt Spūs, ſicut ſcriptū eſt. Spiritus ante faciē ueſtrā Chriſtus dn̄s. Idē Spiritus ſanctus, quia & pater ſanctus, & filius ſanctus, & Spiritus ſanctus. Si ergo vtrūq; Xp̄s eſt, q̄ eſt diuerſitas niſi vt ſciamus quia diuinitatē Chriſti nobis negare nō liceat? Be. Vel aliter; Qui opera ſpiritus ſācti dicit eſſe Beelzebub, iſti non dimittetur neq; in p̄ſenti ſeculo, neq; in futuro; nō q̄ negemus ei ſi pęnitentiā agere poſſit poſſe dimitti à Deo, ſed q̄ credamus eū blaſphemū exigētib. meritis, ſicut nunquā ad remiſſionē, ita nec ad ipſos dignæ pęnitētiæ fruct⁹ eſſe puenturū, ſcdm illud; Excæcauit oculos eorū ne cōuertāť, & ſanē illos. Cyr. Quòd ſi creatura eſſet Spiritus ſāctus, nō āt de diuina ſubſtantia p̄ris & filij, qualiter acta in eū cōtumelia tantā fert pęnā, quāta promulgať contra blaſphemātes i Deū? Be. Neq; tn̄ quicūq; ſpūm ſanctū nō eſſe, aut Deū non eſſe, ſed patre filioq; minorē cōfitenť hoc irremiſſibilis blaſphemiæ crimine teneňť, q̄a humana ignorātia ducti faciunt, non inuidētia diabolica ſicut princeps Iudæorū. Au. de ver. do. Vel aliter; Si hic diceretur qui blaſphemauerit quācunq; blaſphemiā in ſpiritū ſanctum oēm intelligere deberemus. Sed quia dictū eſt, Qui blaſphemauerit in ſpiritū ſanctum, ille intelligatur qui nō oī modo, ſed eo modo blaſphemauerit, ut ei nunquā poſſit ignoſci: ſic.n. dictū eſt Deus neminē tentat. ſ. non omni, ſed quodā tentationis modo. Quis autē ſit iſte modus blaſphemandi cōtra ſpiritum ſanctum dicamus. Primum quidē credētium

Diſpēſatio Chriſti.

Chriſti diuinitas aſſeritur.

beneficiũ est in spiritu sancto remissio peccatorũ, cõtra hoc donum gratuitũ loquitur cor impœnitens. Ipsa ergo impœnitẽtia est spiritus blasphemia quæ nõ remittitur neq; in hoc seculo, neq; in futuro, quia pœnitẽtia impetrat remissionẽ in hoc seculo, quę valeat in futuro. Cyr. Cum aũt tãtum metum incusserit dñs discedentibus à recta cõfessione, pręcepit de cætero nõ curare de responso, eo quod fideliter dispositis constituit verba cõgrua spiritus tãquàm doctor inhabitans. vnde sequitur: Cum aũt inducent vos &c. Glo. Dicit ãt: Qualiter, quãtum ad modum proferendi: Quid, quantũ ad modum inueniendi. Respondeatis interrogantibus: aut quid dicatis, discere volentibus. Bed. cum n. propter Christũ ducimur ad iudices, voluntatem tantum nostrã pro Christo debemus offerre. Cæterũ in respondendo Spiritus sancti gratia ministrabitur. vnde subditur: Spiritus. n. sanctus doce. vos &c. Chry. Alibi verò dr: Estote parati cunctis ad respondendum, quicũq; quæsiuerint à vobis rationẽ spei, quæ fouet vos. Quãdo nãq; oritur inter amicos agon pręcipit nos meditari: qñ verò terribile est prætoriũ & pauor circunquaq; dat proprium monimentum vt audẽdum sit & loquendũ, non aũt obstupescẽdum. Theo. Quoniam igitur duplex est nostra infirmitas, & aut pœnæ formidine martyriũ fugimus, aut quia rudes sumus, & nescimus reddere rationem fidei, vtrunq; exclusit, metum quidem pœnarum, in eo quod dixit, Ne timeatis occidentes corpus: timorẽ verò scientię, in hoc quod dixit, Nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis.

Infirmitas duplex.

Ait aũt ei quidã de turba, Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem supra vos? Dixitq; ad illos; Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet.

Ambr. Totus superior locus ad subeundam pro confessione dñi passionẽ, aut cõtemptu mortis, aut spe præmij, aut mãsuri denunciatione supplicij, cui nunquã venia laxetur instruitur. Et quoniã auaritia plerunq; solet tentare virtutem, ẽt cuius abolendæ rei pręceptum subiicitur & exemplum, cum dr: Ait aũt ei quidã de tur. &c.

Theo. Hi duo fratres quia de hæreditate paterna diuidẽda cõtendebãt, cõsequẽter erat vt alter alterum fraudare intẽderet. Dñs ãt docens nos quod non oportet ad terrena flecti, repellit vocantem eum ad hæreditatis diuisionẽ. vnde sequitur. At ille dixit ei, Homo, quis me con. &c. Bed. Qui magistro supernę pacis gaudia cõmendãti, terrenæ diuisionis vult ingerere molestiã, meritò homo vocatur, secundũ illud. Cũ sit inter vos zelus & contentio, nõne homines estis? Cyr. Fuit ãt Dei filius, quãdo factus est similis nobis, constitutus à Deo patre in regẽ & principem super Siõ montem sanctum eius, annuncians mandatum diuinum. Ambr. Bene ergo terrena declinat, qui pp diuina descenderat, nec iudex dignatur esse litiũ & arbiter facultatum, viuorum habens mortuorumq; iudicium, arbitriumq; meritorum. Nõ igitur quid petas, sed à quo postules intuẽdũ est, nec maioribus intento aĩo putes minoribus obstrependũ. vnde non immeritò refutatur hic frater, qui dispensatorẽ cœlestiũ gestiebat corruptibilibus occupare, cũ inter fratres patrimonium non iudex medius, sed pietas debeat sequestra diuidere, quamquàm immortalitatis patrimoniũ, nõ pecuniæ, sit hominibus expectandum. Beda. Occasione ãt huius stulti petitoris aduersus auaritiæ pestem, & turbas ẽt Discipulos pręceptis pariter & exemplis munire satagit. vnde sequitur. Dixitq; ad illos Videte &c. Dicit aũt, Ab omni, quia nõnulla simpliciter geri videntur, sed internus arbiter qua intẽtione fiant diiudicat. Cyr. Vel dicit, ab omni auaritia, s. magna & parua. Est. n. inutilis auaritia, dicẽte domino, domos zelatas ædificabitis, & non habitabitis in eis. & alibi: Decem iugera vinearum facient laguncula unam, & 30: modij semẽtis facient modios tres. Sed & secundum alium modũ est inutilis, quæ ostendit subdens: Quia nõ in abundantia &c. Theo. Hoc dicit dñs refellens auarorũ intentiones, qui videntur coaceruare diuitias quasi diu victuri. Sed nunquid te opulẽtia longæuum efficiet? Quid igitur manifestè sustines mala incertæ causa quietis? nam dubium est an debeat attingere senium, cuius gratia thesaurizas.

Auaritiæ detestatio.

Dixit

Dixit autẽ similitudinem ad illos, dicens Hominis cuiusdã diuitijs vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicẽs. Quid faciã qa nõ habeo quo congregẽ fructus meos? Et dixit Hoc faciã, destruã horrea mea, et maiora faciã, et illuc congregabo oĩa quę nata sunt mihi, & bona mea, & dicã animæ meę. Anima habes multa bona posita ĩ annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit ãt illi Deus Stulte, hac nocte aĩam tuã repetẽt à te. Quę ãt parasti, cui⁹ erũt? Sic est q sibi thesaurizat, et nõ est in Deũ diues.

Theo. Dicit q ex affluentia opum non protendatur vita humana, ad huius fidẽ parabolam subdit, dicens: Dixit autem similitudinem &c. Basi. Non facturi quidẽ ex vbertate fructuum aliquid boni, ut magis diuina longanimitas pateat, quæ vsq; ad malos suam bonitatem extendit, pluẽs super iustos & iniustos. Quæ verò sunt q̃ hic homo benefactori recompensat? Non meminit cõis naturę, nec arbitratus est oportere qđ superfluit dispẽsari egẽtibus, & horrea quidẽ crepabant p̃ copia cõditorũ, auarus tñ animus nequaquã implebat, nolẽs veteribus cedere pp auaritiã, noua nõ valẽs suscipere pp multitudinẽ, pp qđ imperfecta eius cõsilia & steriles curæ. vñ sequit; Et cogitabat &c. Conquerit̃ ęque pauperib⁹, an nõ quẽ premit inopia dicit, qd faciã? vñ vict⁹? vñ calceamẽta? & alia locuples ꝓfert. Vrgẽt.n. ipsius aĩam diuitiæ à ꝓmptuarijs emanantes, nec fortè cũ exierint ꝓsint egẽtibus; a simili gulosorũ, q mallẽt edacitate crepare, quã indigẽtibus de reliquijs impartiri. Greg. 15. Mora. O angustia ex satietate nata. dicens.n. quid faciã, profecto indicat quia uotorũ suorum effectibus pressus sub quodã rerũ fasce laborabat. Basi. Erat quidem in ꝓmptu dicere: Aperiã horrea, cõuocabo egenos, sed cogitat nõ vt distribuat, sed vt cõgreget. Sequitur.n. Et dixit, hoc faciã, destruam horrea mea. Bene facis, nã digna destructione nequitiæ ꝓmptuaria. Dissolue horrea, ex qbus nullus consolationem accepit, subdit; Et maiora faciam. At si & hoc impleueris, nunquid destrues iterũ? quid stulti⁹ quã in infinitũ laborare? Horrea sunt tibi si uis pauperum domus. sed dices: Cui iniuriam facio propria retinendo? Nam & sequitur: Et illuc congregabo omnia q̃ nata sũt mihi, & bona mea, Dic mihi quæ tua? vñ ea sumens in vitam tulisti? Sicut q præueniens spectacula, prohiberet aduenientes appropriãdo sibi quod ad vsum cõem ordinatur, similes sũt diuites, qui cõia quæ præoccupauerunt æstimãt sua esse. si.n. quilibet suæ necessitatis sufficientiam recipiens, relinqueret superfluum indigẽti, nõ esset diues nec pauper. Cyr. Attende & aliter esse friuolum ei⁹ verbum, cũ di. Cõ. om. quæ na. sunt mihi, quasi non putaret ea diuinitus obtinere, sed fructus esse laborum suorum. Basi. Cęterũ si fatearis ea tibi diuinitus prouenisse, an iniustus est Deus inæqualiter res nobis distribuens? Cur tu abundas, ille verò mendicat? nisi vt tu bonæ dispensationis merita cõsequaris, ille verò patientię brauijs decoretur. At tu nonne spoliatores, quæ dispensanda suscepisti, ꝓpria reputãdo? Est panis famelici quẽ tu tenes, nudi tunica quã in cõclaui cõseruas, discalceati calceus q penes te marcescit, indigentis argentũ qđ possides inhumatũ. quocirca tot iniurias, quot dare valeres Chr. Sed & in hoc errat q bona putat q̃ sunt indifferẽtia: rerũ.n. quædã sunt Bonæ quædam malæ quædã mediæ Bona q dem sunt castitas & humilitas, huiusmodi; q̃ cũ homo eligit, fit bonus. His ãt opposita sũt mala, quę homo dũ eligit, fit malus, Media verò sunt, vt diuitiæ quæ quãdoq; quidẽ ordinant̃ in bonũ. s. ad eleemosynã, quandoq; ad malum. s. ad auaritiã, & similiter inopia, qñq; ad blasphemiã, quandoq; ad sapiẽtiã secũdũ affectum vtentium. Cyril. Diues igitur non parat permanentia horrea, sed caduca, & quod stultius est, vitæ longitudinem sibi taxat: sequitur.n. Et dicam animæ meæ, Anima habes multa bona posita in annos plurimos. Sed ò diues fructus quidem habes in horreis, sed annos plurimos unde poteris obtinere? Atha. Si quis autẽ sic viuat quasi quotidie moriturus, eo q incerta est naturaliter vita nostra, non peccabit: semper.n. maior timor plurimũ voluptatis dissoluit. Sed ecõtrario diues lõgæuitatem sibi repromittẽs ad uoluptates aspirat. Sequitur.n. Requiesce, s. à labore. Comede, bibe, epulare, magno. s. apparatu. Basil. Tam improuidus ei erga

Suadetur eleemosyna.

Horrea Dei.

Verba ignita.

erga bona aíæ, vt escas corporeas aíæ ascribas: si quidem virtutem habet, si fecũda est operationum bonarũ, si Deo adhę sit, bona plurima possidet, & bono gaudio gaudet Verũ q a tot⁹ carnalis es passionibus subiectus, à uẽtre non ab aía clamas. Cyr. Nõ autem decet vacare delicijs et impinguare corpus, & attenuare aimá fascemq; ei grauare, & tenebras obducere, spissumq; velamen; eo ꝙ in delicijs dominatiuũ animæ seruit, seruile verò corpori dominatur. Alimentorum ãt indiget corpus nõ deliciarum, vt nutriatur, nõ vt scindaẽ & fluat. Neq;.n.aię soli, sed & ipsi corpori sũt nociuæ delicię, eo ꝙ ex forti fit debile, ex sano ægrotatiuum, ex agili graue, ex formoso deforme, ex iuuene veternosum. Bas. Permissus ãt est deliberare in omnibus & manifestare propositũ ꝓprium, vt cõdignam mereatur sui effect⁹ sententiam. Sed dum in abdito loquitur, eloquia eius examinanẽ in cęlo, vnde sibi responsa proueniunt. sequiẽ.n. Dixit autẽ il Deus; Stulet, hac nocte ani. tuã &c. Audi conueniens tibi stultitię nomen, qđ tibi nullus imposuit hominũ, sed ipse De⁹. Greg. 22. Mor Eadem nocte sublatus est, q multa tẽpora fuerat ꝑlolatus. vt.s. q in lõgũ sibi subsidia colligendo ꝓspexerat, subsequentẽ diẽ vel unũ minimè videret. Chr. Dicit aũt, repetẽt à te Exposcebãt.n. eã forsan terribiles quędã virtutes ad hoc missę: qm̃ si de ciuitate in ciuitatẽ trãseuntes egemus ductore, multo magis aía absoluta à corpore, & ad futurã vitã transmigrãs indigebit ducatu. Ob hoc multoties recusat aía, & regrediẽ in profundũ, cũ debet exire à corpore. semꝑ n. stimulat nos cõsciẽtia peccatorũ, sed pręcipuę cũm debemus trahi ad terribile iudicium. Tunc .n. tota congeries criminum innouatur et præ oculis posita mentem percellit: & sicut carcerati semper quidem dolorosi sũt, tunc ãt præcipuè cum debent iudici præsentari. sic & anima maximã in ipso tẽpore de peccato cruciatur & dolet. Multo ãt magis cũm fuerit euulsa Greg. 25. Moral. In nocte autem ablata est aía, quæ in obscuritate cordis est emissa. In nocte ablata est, quæ considerationis lucem habere no luit, ut quod pati poterat, ꝓuideret. Subdit ãt; Quę autem pa. cuius erunt? Chry. Hic.n. ea deseres, non solum nullum inde percipiens commodum, sed & sarcinam peccatorum portans super humeros proprios. Et quæ quidem à te congesta sunt, plerunq; in manus inimicorũ peruenient, à te verò super his ratio requireẽ. Seq tur. Sic est qui sibi thesau. & non est in Deum diues. Bed Hic.n. stultus est, & in nocte rapiendus. Ergo qui vult esse in Deum diues, non sibi thesaurizet, sed pauperibus possessa distribuat. Amb. Frustra.n. cõgreget opes, qui se his nescit usurum, neque .n. nostra sunt quæ non possumus auferre nobiscum. sola uirtus comes est defunctorum, sola nõ sequiẽ misericordia, quæ tabernacula defunctis acquirit ęternæ.

Sententia terribilis.

*Dixitq; ad discipulos su*os; *Ideo dico nobis, Nolite solicitt esse aiæ uestræ qd mãducetis, neque corporis vestro qd induamini. Anima plus est q̃ esca, & corpus plusquam uestimentum.*

The. Paulatim dñs peruenit ad perfectionẽ doctrinã. Docuit.n. supra cauẽdum esse ab auaritia, subditq; parabolã diuitis, insinuans ꝑ eã ꝙ stultus est q superflua cupit. Deinde, ꝓcedẽte sermone neq; de necessarijs sinit nos solicitudinem gerere, auaritiæ radicẽ euellẽs: vñ dicit. Ideo di. vobis. q.d. Postquã stultus est q sibi maiorẽ vitæ mẽsurã attribuit, & exinde magis efficitur cupidus, Nolite soliciti esse am. ve. quid mando. Non quia intelligibilis aía comedat, sed quia non uidetur aliter animã posse coniunctã manere corpori, nisi dum nutrimur, vel quia animati corporis est nutrimentũ suscipere, cõgruè aíæ nutriri attribuit; nã & virtus nutritiua dẽ aía vt sic ĩtelligaẽ; Ne soliciti sitis nutriti uę parti animę qd edatis: Põt ãt ẽt corp⁹ mortuũ uestri, uñ subdit; Neq; cor. ue. qd indua. Chr. Quòd autẽ dicitur, nolite soliciti esse, non idem est quod nolite operari, sed nolite rebus mundanis mẽtem affigi. Contingit.n. aliquem operãtem nihil solicitum esse. Cyrill. Præeminet autem anima cibo, & corpus uestitui. uñ subdit; Anima plus est quàm esca, &c. q.d. Deus qui quod maius est exhibuit, quomodo non dabit quod minus est? Non ergo multum nostra intentio modicis insistat, nec intellectus noster seruiat ad uesti-

Anima quomodo comedit.

tum

rum & victū quærēdum: magis āt cogitet quęcunq; saluant aīam, & subleuant ad regnū cęlorum. Ambr. Nihil āt moralius ad faciendam fidem omnia credentibus à Deo posse conferri, quā ꝙ aereus ille spiritus vitale collegium animę corporisq; contubernio fęderatum non deficit, nisi cum venerit dies supremā moriendi. Cū igitur aīa indumento corporis vestiať, & vigore aīæ corpus animetur, absurdū est, vt victus nobis copiā defuturam putem⁹, qui viuendi iugē substantiā cōsequamur.

Considerate coruos, quia nō seminăt neq; metunt, quibus non est cellarium, neq; horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitādo potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris solicitı estis?

Cyr. Sicut supra erigendo nos ad spiritualem audaciā, per aues induxit, dicens: Multis passeribus pluris estis vos, sic & nunc ex volatilibus firmā & indubitabilē fiduciā nobis adducit dicens Considerate coruos, quia non seminant neq; metūt. s. ad acquirendum cibum quibus nō est cellarium neq; horreum. s. adcōseruandū. Et Deus pascit illos, quātò magis vos pluris estis illis? Bed. Idest carius vos valetis, q2 rationale aīal sicut homo, sublimius ordinatum est rerū naturæ, quā irrationabilia, sicut sunt aues. Amb. Magnum āt qď fide sequamur exemplum. nā volatilib. cœli, quibus nullū exercitiū cultionis, null⁹ de messium fœcunditate prouentus est, indeficientem prouidētia diuina largiť alimoniam. Verum est igitur cām inopiæ nostræ auaritiam videri, etenim illis idcirco sine labore pabuli vsus exuberat, quo fructus ad escā cōem datos speciali quodam nesciūt vēdicare dominatu. Nos cōia amisimus, dū propria vēdicamus. nā nec ꝓpriū quicquam vbi perpetuum nihil, nec certa copia vbi incertus euentus. Chr. Cùm āt posset dñs exemplū ab hoibus sumere, q minime terrena curauerunt, Eliam dico, Moysen & Ioannem, & cęteros hmōi, cō memorauit uolatilia, sequens vetus testamentum in quod ad apē trāsmittit & formicam, & alia hmōi, quibus naturales quosdā mores inseruit cōditor. Theo. Ideo āt omissa mētione aliorum volatiliū, coruorum mentionem facit, quia pullos coruorum speciali prouidentia Deus nutrit. nā corui pariunt quidē, non āt nutriunt, sed negligūt pullos suos, quib. miro modo ab aere pabulum quadā aura delatum ad os peruenit, qď hiantes suscipiunt, & sic nutriūtur. Forsan ēt & talia per synecdochē dicta sunt, toto significato ꝑ partē: vnde in Matthæo dñs remittit ad volatilia cęli, hic vero specialiter ad coruos tanquam gulosiores & rapaciores. Eus. In coruis ēt aliquid plus significat. Auibus. n. colligentibus legumina promptius est alimētum: vescētibus verò carnibus sicut coruis difficilius est ad habendum; nec tñ hmōi aues defectū pabuli patiunt ꝑꝑ prouidentiam Dei diffusam vbiq;. Vtitur āt ad diem ad idem & tertio syllogismo, dicēs: Quis āt ve. cogi. &c. Chry. Nota ꝙ aīam quidē semel dedit Deus, eadē perseuerat, sed corpus quotidie sumit incrementum: pertransiens igitur aīam quasi nō recipientē augmentum, de solo corpore facit mentionē, dans intelligere ꝙ non augeť ꝑ solum alimentum, sed prouisione diuina, ꝑ hoc ꝙ nullus nutrimentū accipiendo aliquid ad suā staturā adijcere pōt. vñ cōcluditur. Si ergo neq; qď minimum est potestis, q d de cæt. so. estis; Eus. q. d. Si null⁹ sua cura corporea ingeniatus est sibi staturā, sed neque temporis uitæ potest aliquis vel breuissimum tps horæ excogitando adijcere, cur oportet superfluè de necessarijs vitæ cogitare? Bed. Illi ergo tegendi corporis curam relinquite cuius videtis cura factū esse, vt tantæ staturæ corpus habeatis. Aug. de q. euang. Cum autem de augenda corporis statura loqueretur, dicit quod minimum est, hoc scilicet Deo corpora operari.

Considerate lilia agri quō crescunt, non laborabant, neq; nent. Dico āt vobis neque Salomon in oī gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem fœnum quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quāto magis vos pusillæ fidei? Et vos nolite quęrere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli. Hæc āt omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit, quoniam his indigetis. Veruntamen quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

Chry.

Marginal notes: Homo sublimis in rerū natura. — Animæ perpetuitas.

Chr. Sicut superius dominus de alimẽtis mouebat, ita & nũc monet de vestitu, dicens; Considerate lilia agri quõo crescũt non laborant neq; nent, vt. s. sibi faciãt indumenta. Sicut ãt suprà cũ dñs dixit: Nõ seminant volatilia, non reprobauit semẽtem, sed superfluam curã. sic cũ dixit, Nõ laborant, neq; nent, non opus interimit, sed cogitationem. Euseb. Si quis aũt mortalium vult decorari precioso vestitu, videat oculate ꝙ Deus etiam vsq; ad flores qui ex terra oriuntur multiplicem sui sapientiam propagans, ornauit hos diuersis colorib. tenuibus membranis, florũ murice, & auro longè meliores tincturas accomodans, adeo ꝙ nec penes aliquem regẽ deliciosum, nec ẽt ipsum Salomonẽ (qui apud antiquos tã in diuitijs, quàm in sapiẽtia & in delicijs celeber fuit) tam preciosum opus fuerit inuẽtum. vnde sequitur: Dico au. vo. quia nec Salomõ in oĩ gloria sua vestie. &c. Chr. Non vtitur hic volatilium exemplo cygnum cõmemorans aut pauorem, sed lilia. Vult. n. vtrinq; declarare hyperbolen. s. ab infirmitate rerum, quę tantũ sunt sortitæ decorem, & a precio decoris, qui concessus est lilijs; vñ postmodum nõ vocat ea lilia, sed fœnum, cũ subditur; Si ãt fœ. quod in agro est hodie; nec dicit, Cras non entia, sed subdit; Et cras in cliba. mittetur, neque dicit simpliciter, Deꝰ vestit; sed dicit, Deus sic vestit, quod multam hẽt expressionẽ, & subdit, Quanto magis vos? quod est exprimentis preciositatem & prudentiam humani generis. Deniq; cum increpare deceret, vtiĩ & hic moderãtia, nõ infidelitatis, sed paucitatis fidei arguens, cum subdit; Pusillæ fidei, vt per hoc magis excitet nos a dictorum persuasionem, vt non solum non cogitemus de vestib. sed nec affectemus vestimentorum decorem. Cyril. Sufficit. n. prudentibus solius causa necessitatis aptũ habere vestitum, modestiam non excedẽtem, & ciborum quod satis est. Sufficiũt etiam sanctis quæ sunt in Christo spiritua les deliciæ, & subsequens gloria. Ambro. Non ociosum autem uidetur, ꝙ flos vel homini confertur, uel certè plus penè quã hominibus in Salomone pfertur, ut præ claritate coloris angelorum cœlestiũ gloriam putemus expressam, qui uerè mundi istius flores sunt, ꝙ eorum claritatib. mundus ornatur, & bonum odorem sanctificationis aspirant, qui nulla solicitudine præpediti, nullo usu laboris exerciti, diuinæ in se liberalitatis gratiam, & cœlestis feruãt dona naturæ. unde bene & hic uestitꝰ gloria sua Salomõ, & alibi coopertus ostẽdit; ꝙ infirmitatẽ corporeæ naturæ uelut uirtute quadam mẽtis adopertam operũ gloriam uestiebat. Angeli uerò quorum natura diuinior expers manet iniuriæ corporalis rectè licet maximo uiro pferũtur; nec tñ in nobis misericordiã Dei desperare debemus, quib. p resurrectionis gratiã dñs similem angelorum speciem pollicet. Cyr. Absonum ãt erat discipulos debẽtes normam, & exemplar conuersationis honestæ alijs tradere in ea incidere, a quibus discedendum esse oportebat eos consulere. Et ideo dominus subdit. Et uos no. quęre. quid mandu. &c. In hoc ẽt dominus cõsuluit nõ modicum studio sacrarum prædicationũ, monẽs discipulos solicitudinẽ humanam abijcere. Beda. Notandum tamen est ꝙ non ait, nolite quærere aut soliciti esse de cibo, aut potu aut indumẽto, sed quid manducetis, aut bibatis; ubi mihi uidentur argui, qui spretu uictu uel uestitu cõi, lautiora sibi uel austeriora ꝑ his cũ quibus uitam ducant alimenta uel indumenta requirunt. Greg. Nise. Sed dicetur, aliqui obtinuerũt dominia, honores, & diuitias, cum orassent, qualiter ergo ꝓhibes nos talia orando quęrere? Et quidẽ ꝙ omnia, hęc ad diuinum consilium pertineant, omnib. patet. Hæc tamẽ à Deo cõferũtur petentibus, uel discentes, Deũ nos exaudire in minoribus petitiouibus eleuamur ad altiorem affectũ; sicut in pueris uidemus, qui mox nati maternis adhærẽt uberibus; si uerò pubuerit paruulus, spernit mammas: quærit aũt monile, aut aliquid talium, quibus oculus delectatur, postquam autem mẽs cum corpore creuerit, cedens cunctis puerilibus desiderijs, quęrit a parentibus quæ conueniũt uitæ profectę. Aug. de q. euang. Prohibita autẽ solicitudine de alimentis, consequenter ne extollant admonuit, dicens; Nolite in sublime tolli. Primò. n. hoc ad necessitatem

Florum mirus ornatus.

Instantia solui tur.

lera complendam homo quærit: cum aût his absidauerit, incipit de talibus superbi re. Tale est hoc, ac si se vulneratus aliquis iactet, quia habeat multa emplastra in domo, cum hoc illi bonum esset, vt vulnera non haberet, & ne vno quidem indigeret emplastro. Theo. Vel eleuationem nihil aliud vocat, quã vagũ mẽtis motum, alias aliud meditantis, & ex hoc salientis ad aliud & sublimia cogitantis. Basi. Et ut intelligas huius eleuationem, memento uanitatis propriæ iuuentutis si qñ manẽs solus cogitasti de vita & promotionib. discurrens à principatu in principatũ, amplexus es diuitias, ædificasti palatia amicis benefecisti, vltus es inimicos. Est ãt peccatũ talis abstractio. Intenta.n.circa superflua delectatio à ueritate seducit. vñ cõuenienter subdit. Hęc.n.om.gen.mun. q̃rũt &c. Gre. Nis. Adhibere.n.solicitudinẽ rebus apparẽtib. propriũ est eorũ qui nullã supponunt spem futuri seculi, neq; metũ iudicij Basil. Sed de necessariis vitę subdit: Pater au.ve.scit; qm̃ his idigetis. Chr. Non dixit, Deus: sed, Pater, vt ipsos ad maiorẽ promoueret fiduciã. Quis.n.est pater qui patiatur necessaria filij non ministrare? sed & aliud adiicit. Non.n poteris dicere, q̃ pater quidem est, ignorat tñ his nos indigere. Nã qui naturã creauit, eius indigentiam nouit. Ambr. Ostendit aũtẽ consequenter nec ad præsens, nec in reliquum fidelib. gratiam defuturam, si modo qui diuina desiderant, terrena non q̃rant. Indecorum quippe est homines curare de cibo, qui militant pro regno. Nouit rex quemadmodum familiã suã pascat, alat, & vestiat. vnde sequitur: Veruntamẽ quærite primum regnum Dei, & hęc omnia adiicientur uobis. Chry. Non modo regnum, sed etiam opes Christus pollicetur cum eo. Si enim nos à curis eos eripimus, qui prætermittentes sua, nostrorum diligentiam habent; multo magis Deus. Beda. Iudicat enim aliud esse quod principaliter datur, aliud quod superadditur. quia nobis in intentione æternitas, in usu uerò temporalitas esse debet.

Solicitudo tollẽda.

Nolite timere pusillus grex, q̃a cõplacuit patri vestro dare uobis regnũ. Vẽdite q̃ possidetis, & date eleemosynã, facite uobis sacculos qui nõ ueterascunt, thesaurũ nõ deficientẽ in cœlis, quo fur non appropiat, neq; tinea corrumpit. Vbi.n. thesaurus uester est, ibi & cor uestrum erit.

Glo. Postquam dñs temporalium curã à cordibus discipulorum remouit, hic excludit ab eis timorẽ, ex quo superflua cura p̃cedit, dicens; Nolite timere &c. The. Pusillum gregem dñs vocat volentes discipulo eius fieri. vel quia in hoc seculo sancti parui uidentur causa uolũtariæ paupertatis, uel quia superantur à multitudine angelorum, qui incõparabiliter præcellunt quæ nostra sunt. Beda Pusillum ẽt dñs gregem electorum nominat, uel ad comparationẽ maioris numeris reproborum, uel poti⁹ ob humilitatis deuotionẽ. Cyrill. Quare autem timere non debent ostendit, subdens. Quia compla. patri uestro &c. q. d. Eum qui tam p̃ciosa largiř, qualiter pigebit erga uos clementiã exercere? quanuis.n. hic grex paruus sit, & natura & numero & gloria, bonitas tñ p̃ris concessit, & huic pusillo gregi cœlestium spirituum sortem.s.regnum cœlorum. ergo ut possideatis regnum cœlorum opes terrenas contemnite vnde subditur. Venditæ quæ posidetis &c. Beda. q. d. Nolite timere ne propter regnum Dei militantibus huius vitæ necessaria desint: quinetiã possessa propter eleemosynã uendite. qđ tunc dignè fit, quando qui semel pro dño suo omnibus spretis; nihilominus post hoc labore manuũ operatur, unde & uictum transigere, & eleemosynam dare queat. Chry. Non est.n. peccatum quod eleemosyna nequeat abolere, antidotũ est cuilibet conueniens vulneri; sed & eleemosyna non solum in pecuniis fit, sed & in rebus, dum aliquis alium protegit, dum medicus medetur, dũ sapiens consulit. Greg. Naz. Vereor autem ne putes pietatis tibi necessitatem non esse, sed arbitrium. opinabar & ipse hoc, sed terrent me hædi ad sinistram statuti, non quia rapuerunt, sed quia Christum in egentibus non placuerunt. Chry. Nã sine eleemosyna impossibile est regnũ uidere. Sicut.n. fons si aquas in se continuerit vitiatur, sic & diuites cũ omnia penes se teneant: Basil. Sed quæret aliquis, quid considerantem oportet uendere quæ possidentur? nunquid tanquam

Argumẽtum diuinæ pietatis.

eis

Quæstio pulchra. eis naturaliter noxijs, vel pp tentationē accidentē aīabus ex eis? Ad hoc dicēdum est, primo quidē ꝙ singulū eorū q̄ sunt, si p seipsum malū existeret, nō esset creatura Dei: oīs.n.creatura Dei bona: consequēter āt quia mandatum dn̄icum nō docuit abiijcere tanquā mala q̄ possidētur, sed dispensare, dicens: Et da.elec. Cyr. Molestū āt fortè est hoc mandatum diuitibus, sanam tn̄ mentē habentibus non est inutile: thesaurizant.n.regnum sibi cœleste. vnde sequitur: Fa.vo.saccu.&c. Bed. Eleemosynas uidelicet operādo, quarum merces in æternum maneat, vbi non hoc prǽceptū esse putandum est, ut nil pecuniæ reseruetur à sanctis vel suis uel pauperum usib. cum & ipse dn̄s cui Angeli ministrabant, loculos habuisse legatur à fidelibus oblata conseruans: sed ne Deo propter ista seruiatur, & ob inopiæ timorē iustitia deseratur. Gre. Nis. Præcipit autem sensibiles & terrenas opes sursum condere, quo uirtus corruptiua non attingit. unde subdit. The. non deficientē &c. Theop.q.d. Hic tinea demolitur, non autem in cœlis. deinde quia tinea quædam non demolitur, addit de fure. Aurum enim non emolitur tinea, sed fur tollit. Beda. Siue igitur hoc simpliciter accipiendū est, ꝙ pecunia seruata deficiat, data autem proximo perennem fructum conferat in cęlis, seu ita ꝙ thesaurus boni operis si commodi terrestris occasione condatur, facile corruptus intereat; at si cęlesti solum intentione cōgeratur, non exterius hoium fauore quasi à furè q̄ de foris rapit nō intus inani gloria, quasi à tinea quę interius scindit valet maculari. Glo. Vel fures sunt hæretici & dæmones, qui ad hoc intēti sunt, ut spiritualibus nos spoliēt. tinea quæ uestes latenter rodit inuidia est, q̄ studiū bonū lacerat, & compassionē vnitatis dissipat. Theo. Porrò quia nō omnia furto tolluntur, addit potiorem rationē & nullā prorsus patientem instantiā, dicens. Vbi.n.est the.ve.ibi & cor.ve.erint.q d. Est ꝙ nec tinea demoliatur, nec fur tollat, hoc ipsum quod est habere cor affixū thesauro sepulto, & diuinū opus.s.animā terræ immergere, quanto est dignum supplicio? Eusebius. Nam quilibet homo naturaliter dependet ab eo ergà quod studet, illuc totū animū applicat, ubi totū cōmodum possidere putauit. Vnde si quis in rebus p̄sentis vitę habet totā mentem & intentionē quam cor nominauit, in terrenis versatur. Si verò mentem applicauerit ad cęlestia, ibi mentem habebit, ut uideatur solo corpore cum hominibus conuersari, animo uerò iā sit aggressus mansiones cœlestes. Beda. Hoc autem nō solū de pecunia, sed de cunctis passionibus sentiendum est: luxuriosi epulæ sunt thesauri, lasciui ludicra, amatoris libido.

Sint lūbi uestri p̄cincti, et lucernæ ardētes in manibus uestris, & uos similes hominib. expectantibus dominū suū qn̄ reuertatur à nuptijs. ut cum uenerit & pulsauerit, confestim aperiāt ei. Beati serui illi, quos cū uenerit dn̄s, inuenerit uigilantes. Amen dico uobis quòd p̄cinget se, et faciet illos discumbere, & trāsiēs ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit beati sunt serui illi. hoc āt scitote, qn̄ si sciret paterfamilias qua hora fur ueniret, vigilaret utiq;, & nō sineret pfodi domū suam. Et uos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet.

Theo. Postquā suum discipulum modestū statuit dn̄s, spoliās eum qualibet uitæ cura & eleuatione, iā nunc ad ministrādum inducit, dicens. Sint lumbi ue.præcincti, idest semper procliues ad exequenda opera domini nostri. Et.lu.ardentes, i. non ducatis vitā in tenebris, sed assit vobis lux rationis, ostendens vobis agēda & fugienda. Est enim hic mundus nox, cincti verò lumbos sunt qui practicā exequūtur. nā talis est ministrantium habitus; q̄bus oportet adesse & lucernas ardentes, idest discretionis donum, ut ualeat dignoscere practicus, nō solū q̄d oporteat agere, sed & quomodo, alioquin ī præcipitio superbię homines ruunt. Notandū autem ꝙ primò iubet lumbos præcingi, secūdò lucernas ardere. nā primò quidem est operatio, deinde speculatio, quæ est illustratio mentis. Igitur studeamus exercere uirtutes, vt duas lucernas habeamus ardentes. s. conceptum mētis iugiter in anima emicantem quo nos illustramur, & doctrinam qua cæteros illuminamus. Maxi. Vel. lucernas accensas docet habere per orationem

Mūdus nocti cōparatur.

tionem

tioné & cótemplationé & spiritalem dile ctioné. Cyr. Vel fubcingi fignificat agilitaté & próptitudiné ad fubstinéda mala intuitu diuini amoris. Lucernæ aűt accen sio fignificat, vt non patiantur aliquos in tenebris ignorantiæ viuere. Greg. in ho. Vel ali. Lűbos præcingimus, cű carnis luxuria per cótinentiá coarctamus. viris.n. luxuria in lumbis, & fęminis in umbilico a principali igitur fexu lumborű noíe luxuria defignat. Sed q a minus est mala nő agere, nifi ét quifq; studeat bonis operib. in fudare, additur: Et lu.ar.in ma.ve. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cű per bona opera proximis nostris, lucis exépla móstramus. Aug. de q.euan. Vel docet & lumbos pręcingere, pp cótinentiá ab amore rerű fecularíű: & lucernas ardentes habere, vt hoc ipfum vero fi ne & recta intentione fiat. Gre.in ho. Sed fi vtrunq; horű agitur, restat vt quifquis ille est totá fpem fuam in redemptoris fui aduentu constituat. vnde fubditur. Et vos fim.ho.&c. Ad nuptias quippe dńs abiit, quia afcendens in cœlum, fupernam fibi multitudinem angelorű nouus homo co pulauit. The. Quotidie ét in cęlis despon fat fanctorű aías, quas ei Paulus vel alius fimilis offert uirginé castam. Redit át a nuptijs celebratis in cœlis, forfan q dé vniuerfaliter in confumatione totius, qń veniet de cęlo in gloria patris, forfan ét fingulis horis altás inopinatè particulari vniufcuiufq; cófumationi. Cyr. Confidera et q à nuptijs quafi a folemnitate venit, in qua femper exiftit diuinitas, nihil.n.pót incor ruptibili naturę inferre tristitiá. Gre. Niffe Vel aliter confumatis nuptijs, & difpó fata fibi ecclefia, & admiffa ea in thalamű fecretorum præstolabantur angeli reditű regis ad naturalé beatitudiné quibus fimi lem fieri decet nostrá vitam, ut ficut illi fine malitia côuerfantes parati fuerűt dñicum regreffum recipere, fic & nos vigilantes ad obedientiá promptos nos faciamus cum aduenerit pulfans. Sequitur.n. Vt cű uenerit &c. Greg.in ho. Venit quippe cű ad iudiciűm properat. pulfat verò cum iá per ægritudinis molestiam effe mortë vicinam defignat: cui cófestim aperimus, fi húc cum amore fufcipimus. Aperire.n.iudici pulfanti non vult, qui exire de corpore trepidat. & cum qué côtempfiffe fememinit videre iudicem formidat. Qui át de fua fpe & operatione fecurus est, pulfanti cófestim aperit, quia cum tṕs propinquæ mortis agnouerit, de gloria retributionis hilarefcit. vnde fubditur: Beati ferui, &c. Vigilat qui ad afpectum veri luminis mé tis oculos apertos tenet, qui feruat operádo quod credit, qui a fe torporis & negligétię tenebras repellit Gre. Ni e. Propter hác igitur vigiliá obferuandam fupra dńs monuit: ut fint lűbi pręcincti, & lucernæ ardentes. Lumen.n oppofitum oculis pel lit fomnolentiam oculorum. Lumbi etiá cingulo perstricti reddunt corpus infufceptibile fomni. Ná qui pręcinctus est castitate, & pura cófcientia illustratus perfeuerat in fomnis. Cyr. Cum igitur dńs veniens fuos infomnes inuenerit & præcinctos, cor illuminatum habentes, tunc eos promulgabit beatos. Sequitur.n. Amen di.vo. Ex quo pręcipimus ꝙ fimilia nobis retribuet, dű fuccinctis fe præcinget. Ori. Erit.n. ṕcinctus iustitia circa lűbos fuos fecundű Efaiam. Gre. Per quam præcingit fe, id est ad retributionem fe pręparat The. Vel pręcinget fe in eo quòd non totam vbertatem bonorű largitur, fed hanc cohibet fecundum certam menfurá. Quis enim Deű capere pót quátus est? vnde Seraphin mihi velari dicuntur pp excellen tiam diuini fplendoris. Sequitur. Et faciet illos difcumbere &c. Sicut n. difcumbens totum corpus facit paufare: fic in futuro aduentu Sancti totaliter requiefcent. hic enim non habuerunt requiem corporis, il lic verò fimul cű animabus fpiritalia cor pora incorruptioné fortita, plena gaudebunt quiete: Cyr. Faciet igitur illos difcűbere quafi feffos refocilans, apponens fpiritales delicias, & statuens dapfilé donorű fuorum menfam. Diony.in epi.ad Titum. Difcűbitum.n. opinantur quietem à multis laboribus, & uitam fine læfione, & côuerfationé diuinam in lumine & regione viuétium vniuerfo fancto affectu adimpletá, & copiofam donationem oíum donorű, fecundű quam lætitia adimpletur. hoc est.n. ꝙ Iefus faciet eos recumbere dans eis perpetuam quietem, & distribuens

Christ⁹ in cœlo defponfat aías.

Beati ferui quæ fint.

Difcubitus myfticus.

bués eis bonorum multitudiné, vñ sequi-
tur: Et transiens mihi illis. Theo. Quasi vi
cem æqualé eis reddens, vt sicut ipsi mini
strauerũt ei, ita & ipse eis ministret. Gre.
in ho. Transiens verò dictum est, cum de
iudicio ad regnũ redit, vel dñs nobis post
iudicium transit, qui ab humanitatis for-
ma in diuinitatis suæ contemplationẽ nõ
eleuat. Cyr. Nouit autẽ dñs lubricum fra
gilitatis humanę ad peccandum, sed qm̃
bonus est desperare nõ finit, sed magis mi
seretur, & dat nobis pœnitentiam in salu
tis antidotum. & ideo subdit. Et si vene-
rit in secunda vigilia &c. Diuidunt.n. ex
cubãtes in mœnijs ciuitatum, & hostium
seruantes aggressus, noctẽ in tres aut qua-
tuor vigilias. Gre. in ho. Prima ergo vigi-
lia primæuum tp̃s est uitæ nostræ, i pueri-
tia; secunda adolescentia, vel iuuẽtus; ter
tia āt senectus accipitur. Qui ergo vigila-
re in prima vigilia noluit custodiat vel se
cundam. Et qui in secunda noluit, tertiæ
vigiliæ remedia nõ amittat; vt qui con-
uerti in pueritia neglexit, saltem in tp̃e iu
uentutis vel in senectute resipicat. Cyril.
De prima tñ vigilia mẽtionẽ nõ facit, q̃a
pueritia nõ punitur à Deo, sed veniã me-
retur. Secundã verò & tertia ætas dẽt obe
dientiam Deo, & vitã honestam ducere ad
voluntatem ipsius. Græcus. Vel ad primã
vigiliã pertinet diligentius viuentes qua-
si primum gradum sortiti; ad secundã ve-
rò mediæ conuersationis mensurã tenen
tes; ad tertiã verò q̃ sunt infra hos; & idẽ
de quarta putandum est, & si cõtingat de
quinta. Diuersæ.n. sunt conuersationum
mensurę, & bonus remunerator metitur
vnicuiq; qđ dignũ est. The. Vel quia vigi
liæ sunt horæ noctis prouocantes soporẽ
hoĩnib. intelligas ẽt in vita nr̃a esse quas-
dam horas q̃ faciunt nos beatos, si insom
nes reperti fuerimus. Rapuit tibi aliq̃s fa-
cultates, defuncti sunt tibi filij, accusatus
es; sed si in his temporib. non feceris cõtra
Dei mãdata quicquã, vigillãtẽ te inueniet
in secunda & tertia uigilia. i. in tp̃e malo
perniciosum somnum animab lentis infe-
rentẽ. Greg. in ho. Ad excutiendum vero
nr̃æ mẽtis desidiã ẽt exteriora damna per
similitudinem ad mediũ deducuntur. nã
subditur. Hoc āt sci. &c. Theo. Quidam

Vigiliæ mysticæ.

hunc furem intelligunt esse diabolum, do
mum aĩam, patremfamilias hoĩem: nõ tñ
vr̃ hæc acceptio consonare sequentib. ad-
uentus.n. dñi cõparatur huic furi tãquam
ex innopinato proueniens, secundũ illud
Apostoli. Dies dñi sicut fur, ita in nocte
veniet. vñ & hic subditur. Et vos estote pa
ra. quia qua hora nõ pu. &c. Grego. in ho.
Vel aliter; Nesciente patrefamilias fur do
mũ perfodit, quia dũ a sui custodia spiri-
tus dormit, improuisa mors veniẽs carnis
nr̃ę habitaculũ irrũpit: furi āt resisteret si
vigilaret, quia aduentus iudicis qui occul
tè aĩam capit, præcauens ei pęnitendo oc
curreret, ne impęnitẽs periret. Horã verò
vltimã dñs idcirco nobis noluit esse inco-
gnitã; vt dum illã præuidere nõ possumus
ad illam sine intermissione præparemur.

*Ait āt ei Petrus, Dñe. ad nos dicis hanc pa-
rabolam, an & ad oẽs? Dixit āt dominus. Quis
putas est fidelis dispensator & prudens, quem
constituit dñs super familiam suam, vt de illi in
tempore tritici mensuram? Beatus ille seruus
quem cũ venerit dñs inuenerit ita facientẽ. Ve
re dico vobis quoniam supra oĩa quæ possidet,
constituet illum. Quòd si dixerit seruus ille in
corde suo, moram facit dominus meus venire, et
cœperit percutere seruos & ancillas, & edere,
& bibere & inebriari, et veniet dominus serui
illius in die q̃ nõ sperat, & hora qua nẽscit, et di
uidet eum partemq; eius cũ infidelibus ponet.*

Theo. Petrus cui iam commissa eccle-
sia fuerat quasi omniũ curam gerẽs, inqui
rit vtrum ad oẽs dominus parabolam pro
tulisset vnde dicitur, Ait autẽ ei Petrus.
Domine, ad nos dicis parabolã hãc, an ad
omnes? Beda. Duo dominus in præmissa
parabola mouerat, se videlicet subito ven
turum, & illum eos paratos expectare de-
bere. Sed de quo horum, an de vtroque
Petrus interrogauerit quousque sibi, so-
cijsq; suis comparauerit, cum ait: Ad nos
dicis, an ad omnes? nõ facilè patet. Et qui-
dem in eo quòd ait: Nos, & omnes; non
alios quam apostolos apostolorumque si-
miles, & cæteros fideles, vel Christia-
nos, & infideles, vel eos qui viritim, id
est sigillatim morientes, sui iudicis ad-
uentum nolentes, volentesque susci-
piunt, & eos q̃ in uniuersali iudicio viui,
sunt in carne reperiendi significare pu-
tandus

Expositio pulchra.

tadus est. Mirum est āt si Petrus dubitauit uel oībus sobriè & piè & iustè uiuēdū expectantib. beatā spē; vel inopinatū singulorū & oīum futurum esse iudiciū, vñ restat intelligi his.s.duob. iā bene cognitis ea q̄ nescire poterat q̄sisse, videlicet si sublimia illa vitę cęlestis instituta, quib. possessa vendere, sacculos qui nō ueterascerēt facere; lumbis p̄cinctis lucernisq; ardētib. vigilare p̄ceperat, ad apostolos solū similesq; eorū, aut ad oēs qui saluandi sunt, p̄tineant. Cyr. Validam autem mentem habentibus conueniunt ardua, & excellētia mandatorum sanctorum. His uerò q̄ nōdum ad hanc uirtutem attigerunt, conueniunt ea à quibus omnis facultas excluditur; unde dñs exemplo manifestissimo utitur, ostendens mandatum pręmissum conuenire his qui admissi sunt in gradum discipulorum. Sequit̄.n. Dixit āt dñs, Quis putas est fidelis dispensator? Amb. Vel aliter; Superioris quidem in omnes pręcepti forma est gñalis, uerum series sequentis exempli dispensatorib. hoc est sacerdotibus uf esse proposita unde sequit̄. dixit autem dñs. Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dñs super familiam suam, ut det illi in tempore tritici mensuram? Theo: q.d. Prædicta parabola cōiter omnes fideles attingit, sed quid uobis apostolis & doctoribus conueniat audiatis. Quæro.n. quis dispensator inueniatur in se habens fidelitatem & prudentiam. sicut.n. in dispensationibus facultatum, siue aliquis incautus sit fidelis domino existens, siue etiam prudens sit & infidelis, dispereunt res dñi, sic & in rebus diuinis opus est fidelitate & prudentia. Noui n. multos Deum colentes & fideles, q̄ uerò non poterant prudenter ecclesiastica tractare negocia, non solum possessiones, sed etiam animas destruebant, utētes in peccatores īdiscreta uirtute, per immoderata pœnitentiæ mandata, uel importunam mansuetudinem. Chry. Quærit autē hic dñs non quasi fidelē & prudentē dispēsatorē ignorans, sed uolens innuere raritatē rei, & huiusmodi p̄sulatus magnitudinē. The. Quisquis ergo fidelis fuerit inuētus & prudens, pręsideat familiæ dñi, ut singulis tēporibus det tritici mensurā, uel

Dispēsator euangelicus.

sermonē doctrinę quo pascant̄ aīę, uel operum exēplū quo uita informet̄. Aug. de q. euā. Mensurā āt dicit propter modum capacitatis quorumcunque audientium. Isido. Additū est etiā in tempore q̄ beneficium non suo tempore datum redditur cassum, & nomen beneficij perdit. Idē est panis esurienti quidem appetibilis, satiato autem non multum De huius. autē serui dispensatoris præmio subdit, dicens. Beatus ille seruus quem cùm uenerit dñs inuenerit sic facientem. Basi. Nō dicit agētem à casu, sed sic facientē, non. n. uincere solum conuenit, sed etiam certare legitimè. hoc āt est sic singula exequi, sicut recipimus in mandatis. Cyril. Sic ergo fidelis seruus & prudens opportuno tempore distribuens prudenter cibaria famulis; hoc est spirituales escas beatus erit iuxta dictum Saluatoris, in hoc.s. q̄ obtinebit adhuc maiora, & merebitur pręmia familiaribus debita unde sequitur. Vere dico uobis, quia super omnia &c. Bed. Quanta. n. inter bonos auditores & bonos doctores est meritorum distantia, tanta est etiam p̄miorum. Hos. n. aduenies cum uigilantes inuenerit, faciet discumbere; illos autem cum fideliter prudenterque dispensantes inuenerit, super omnia quæ possidet constituet, id est super omnia cœlestis regni gaudia, non utique ut horum soli dominium teneant, sed ut eorum abundantius cęteris sanctis æternæ possessione fruant̄. Theo: Vel super omnia bona sua constituet eum, non solum super suam familiā, sed ut tam terrena quàm cœlestia ei obediant, qualis fuit Iesus Naue & Elias, alter soli, alter nubibus mandans, & oēs sancti quasi Dei amici, reb. Dei utunt̄. Quicunq; etiā uitā uirtuosè peragit, & seruos suos. i. iram & cōcupiscētiam rectè disposuit, exhibens temporibus singulis mensuram frumenti; iræ quidē, ut afficiatur in habentes odio Deum, concupiscentiæ uero, ut necessaria utatur carnis prouisione, ordinans eam in Deum. Talis inquam cōstituetur super omnia quæ possidet dominus, dignus omnia per speculatiuum intellectum intueri. Chrysost. Dominus autē nō solum ex honore bonis reseruato; sed ex minis pęnę in malos corrigit auditorem.

Merces fidelis ministri.

corem. vnde sequitur: Quòd si dixerit seruus ille in corde suo, morã facit dñs meus venire. Beda. Nota inter vitia serui mali ascriptũ, ꝙ tardũ dñi sui reditũ putauerit nõ ãt inter boni virtutes annumeratũ, ꝙ hunc citũ sperauerit, sed tãtũ fideliter ministrauerit. Nil ergo melius est, q̃ vt patiẽter sustineamus, ignorare, qđ sciri nõ põt, sed tãtũ laboremus vt idonei inueniamur. The. Ex eo ãt ꝙ nõ consideratur hora finis, multa peccata eueniunt. nã si cogitaremus dominũ uenire, & ꝑsto esse terminũ vitæ nr̃æ, minus utiq; peccaremus vnde sequit̃; Et cœperit percutere pueros & ancillas, & edere & bibere, & inebriari.

Tropologica expositio.

Bed. In hoc seruo cũctorũ ꝑsulum malorũ narratur damnatio, qui neglecto domini timore nõ modo ipsi luxuriæ vocãt, sed ẽt subditos iniurijs stimulant, quanuis & typicè possit intelligi pueros & ancillas ꝑcuttere, corda infirmorum prauo exẽplo uitiare: edere autem, bibere & inebriari, facinoribus & seculi illecebris quæ hominẽ dementãt occupari. De eius ãt pœna subditur: Veniet dominus serui illius die qua non sperat. s. iudicij mortis. Et diuidet eum. Beda. Non quidem diuidit corpus, vt hoc quidem exponatur tormentis, illud vero dimittatur. Nã fabulosum est hoc, neq; iusti iudicij, cum deliquerit totum, dimidium pati pęnam nec anima secatur tota criminosam conscientiã possidens, & cum copore mala cooperans, sed diuiso eius est perpetua alienatio animæ à spiritu. Nunc. n. & si non sit gratia spiritus in indignis, vt tamẽ utcunq; adesse, cõuersionem eorum expectans ad salutem. tunc uero totaliter amputabitur anima, Spiritus ergo sanctus & brauium est iustorum, & prima cõdemnatio peccatorum, qm̃ eum indigni amittent. Beda. Vel diuidet eum fideliũ cõsortio segregando, & eis qui nunquã ad fidẽ pertinuerant sociãdo unde sequitur; Partemq́; eius cũ infidelib. ponet, quia qui suorũ & domesticorũ curã non habet, fidẽ negauit, & est infideli deterior, ut ait apostolus. The. Rectè ẽt infidelis dispẽsator cum infidelibus partem accipiet quia uera caruit fide.

Ille autẽ seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secũdum uoluntatẽ eius, plagis uapulabit multis. Qui ãt non cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Oĩs ãt cui multum datum est multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.

The. Hic nobis dominus maius aliqđ & terribilius ostendit, non. n. solum dispẽsator infidelis accepta priuabitur gratia, ut nihil eum iuuet ad vitãdum supplicia, sed magis fiet ei damnationis causa dignitatis immensitas. unde dr̃: Ille autem ser. &c. Chryso. Non. n. similiter in omnibus omnia iudicantur, sed maior cognitio fit maioris pœnæ materia. unde sacerdos eadem peccans cum populo, multo grauiora patietur. Cyr. Homo. n. perspicax qui turpioribus suam uoluntatem inclinauit, inexcusabile peccatum cõmisit, quasi ꝑp malitiam recedens à domini uoluntate, sed homo rusticanus rationabilius implorabit ueniam uindicantis: unde subditur: Qui au. non &c. Theo. Hic obijciũt aliq merito puniri qui sciens voluntatem domini non prosequit̃, sed cur punitur ignorans? quia cum ipse scire potuisset, noluit, sed pigritans ipse fuit ignorantię suæ causa. Basil. Sed dices; si hic quidem multa sustinet uerbera, hic autem pauca, qualiter dicunt quidam ꝙ non inponit finem supplicijs? Sed sciendum est ꝙ hoc quod hic dicitur, non numerum pęnarum, sed differentiam indicat. potest. n. aliquis esse dignus inextinguibili flamma, vel remissiori vel intensiori: & indeficiẽte verme, uel mitius torquente uel fortius. Theo. Ostendit autem consequenter quare doctorib. & scientibus intensior pęna debeatur, cũ dicitur. Omni autem cui multum &c. Datur quidem doctoribus gratia faciẽdi miracula, sed commendatur eis sermonis & doctrinæ gratia, sed in dato quidem non dicit aliquid plus petendum, sed in commendato siue deposito. Nam gratia verbi incremento eget, & à doctore requirit amplius: non enim decet eũ torquere, sed augere uerbi talentum. Beda. Vel aliter; Multum sæpe datur etiã quibusdam priuatis, quib. etiam cognitio dominicę voluntatis, & exequendi quæ cognoscũt facultas impenditur. Multum autem commẽdatur illi, cui cum sua salute dominici

Expositio duplex.

Gradus pęnarũ.

dominici quoq; gregis pascendi cura cōmittitur. maiori ergo gratia donatos, si deliquerint, maior vindicta sequitur. Mitissima autē omnium pœna erit eorū qui præter peccatum quod originaliter traxerunt nullum insuper addiderunt: & in cæteris qui addiderunt, tanto quisq; ibi tolerabiliorem habebit damnationem, quāto hic minorem habuit iniquitatem.

Ignem veni mittere in terrā, et quid volo nisi vt accendatur? Baptisma autem habeo baptizari, & quomodo coarctior, vsq; dum perficiatur? Putatis quia pacem veni mittere in terrā? Nō, dico vobis, sed separationem. Erunt enim ex hoc quinq; in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres diuidentur pater in filiū, & filius in patrē suū, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.

Ambr. Dispēsatoribus, i. sacerdotibus ꝑmissa videntur esse proposita, ꝙ sciāt sibi grauem in futurum pœnā esse subeundā, si familiā dñi gubernare neglexerint, sed quia exiguus est profectus metus supplicij ab errore reuocari, ideo dñs ad quærendā cupiditatem diuinitatis inflāmat, dicens. Ignē veni mittere in terram Non vtiq; illum consumptorem bonorū, sed bonæ voluntatis auctorem qui aurea dominicæ domus vasa meliorat, fœnum vero cōsumit & stipulam. Cyr. Mos est autē sacræ scripturæ ignē quandoq; dicere sacros & diuinos sermones. Sicut. n. qui aurum & argentum purgare nouerunt, per ignē cōsumunt eorum sorditiē: sic Saluator p euangelica documenta in virtute spiritus abstergit intellectum eorum qui credunt in eum. Hic est igitur ignis salubris & vtilis quo habitatores terræ frigidi quodāmodo & extincti propter peccatū incalescūt ad pietatis vitā. Chry. Terram. n. ad præsens vocat, non eam quā pedib. terimus, sed plasmatam manibus eius, s. hominem cui dñs ignem ingerit ad cōsumptionem peccatorum & innouationem animarū. Titus. Est aūt intelligēdum eum de cœlo venisse: non. n. si de terra venisset in terrā, diceret; Ignē ve. mit. in terram Cyr. Huius autem ignis dñs accelerat incendium. vnde sequitur; Et quid vo. ni. vt accendatur? Credebant n. iam quidam ex Israel, quorum exordium fuerant venerandi discipuli, sed ignis semel in Iudæa accensus totum orbē occupare debebat, cōsumata tamen passionis eius dispensatione. vnde sequitur; Baptisma au. ha. baptizari. Nā ante venerabilē crucem, & eius resurrectionem à mortuis, in sola Iudæa fiebat mentio prædicationis & miraculorum ipsius; postquam autē principem vitę insanientes occiderunt tunc Apostolis percepit dicens; Euntes docere oēs gētes. Greg. super Ezech. Vel aliter; Ignis in terrā mittitur, cum per ardorē sancti Spiritus afflata terrena mens à carnalib. suis desiderijs crematur, succensa aūt spirituali amore malum qđ fecit plāgit; & sic terra ardet, qū accusante se consciētia cor peccatoris in dolore pœnitentiæ crematur Bed. Addit aūt, Baptismo habeo baptizari. i. sanguinis proprij tinctione prius habeo perfundi, & sic corda credētium spiritus igne inflammari. Ambr. Tanta autem est dñi dignatio, vt infundēdæ nobis deuotionis & consumandæ perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis passionis studium sibi inesse testetur. vnde sequitur, Et quō coarctor vsque dum perficiatur? Quidam codices habent, Et coangor, i. contristor. Cum enim in se nihil habuerit quod doleret, nostris tamen angebatur ærumnis, & tēpore mortis mœstitiam prætendebat, quam nō ex metu mortis suæ, sed ex mora nostræ redēptionis assumpserat Qui. n. vsq; ad perfectionē angitur, de perfectione securus est, quia eum cōditio corporalis affectus, non formido mortis ostendit. nam qui corpus suscepit, oīa debuit subire q̄ corporis sunt, vt esuriret, sitiret, angeretur. & cōtristaretˀ; diuinitas sūt ꝑ hos affectus nescit cōmutari. Simul. ēt ostēdit, ꝙ in certamine passionis mors corporis, absolutio anxietudinis non coaceruatiuā sit doloris. Beda. Quomodo autem post baptisma suæ passionis, post ignis spiritalis aduentum terra sit arsura declarat, subdens; Putatis quia pacem veni dare &c. Chrysost. Quid dicis domine? Non venisti pacē daturus, qui factus es nobis pax, pacificans per crucem cœlestia & terrestria? qui dixisti, Pacem meam do uobis. Sed manifestum est ꝙ vtilis quidem est pax, quandoq; autē damnosa, & separans

Marginal notes: Homo terra vocatur. — Dignatio Iesu. — Pacis ratio exponitur.

ab amore diuino, per quam.s. consentitur his qui à Deo dissident, & ob hoc fœdera terrena docuit vitare fideles vt sequitur: Erũt.n.quinq; ex hoc in domo una diuisi tres in duos &c. Ambr. Cũ sex personarũ videatur facta subiectio: patris & filij, matris & filię, socrus & nurus, quinq; tñ sunt quia eadem mater quæ socrus accipi pōt; q.n.est mater filij socrus eius vxoris est. Chr. Per hoc āt futurũ euentũ ꝓtulit. Cōtingebat.n.in eadē domo aliquē esse fidelē, cuius pater uellet eũ ad infidelitatem protrahere, sed intantũ ꝓualuit uirtus doctrinæ Christi, ut filii patres cōuerterent, matresq; filię, & liberos parētes: Libuit.n. fideles Christi non solum contēnere propria, sed & cuncta simul pati dũmodo cultu fidei, non careant. Si āt purus homo esset, ubi suppeteret ei hoc posse meditari ꝙ à patrib. plus amarēt q̃ filij? & à filijs plus quā patres? & à viris plusquā coniuges? & hoc nō in una domo aut cētũ, sed vbique terrarũ. & nō solũ hoc ꝑdixit, sed ēt opere consumauit. Amb. Mystica āt interpretatione domus vna, homo unus est, duos āt legimus frequenter animā & corpus ꝙ si duob. conuenerit, efficit vtraq; unum aliud est qđ seruit, aliud cui subijcitur. Tres āt animæ affectiones sunt, una rationabilis, alia cōcupiscibilis, tertia irascibilis. Duo ergo in tres, & tres in duo diuidũtur. Etenim ꝑ aduētũ Xp̄i homo qui erat irrationabilis, rationabilis factus est. Eramus carnales terreni, misit Deus spiritum suũ in corda nostra, facti sumus filij spirituales. Possumus etiam dicere ꝙ in hac domo sunt alii quinq;, i. odor, tactus, gustus, visus, & auditus. Si ergo secundum ea, quæ audimus aut legimus sensu visus atq; auditus excludamus seperfluas uoluptates corporis quæ gustu tactuq; & odore percipiuntur, duo in tres diuidimus, eo ꝙ mentis habitus uitiorum non capiatur illecebris. Aut si quinq; sensus acceperimus corporales, vitia iam corporis & peccata se separant. Possunt etiā caro uideri atq; anima ab odore tactu gustuq; luxuriæ separata: fortior.n. rationis sexus uelut in uiriles fertur affectus hæc molliorem studet tenere rationem. Ex his itaq; diuersarum cupiditatum motus inoleuit,

Affectiones aīę tres.

sed ubi in se anima redit degeneres abiurat hæredes. Caro quippe cupiditatibus suis quas sibi ipsa generauit tanquā sentibus mundi doluit esse confixam. Sed uelut corporis quædā atq; animę nurus uoluptas motui prauæ cupiditatis innubit. Ergo quandiu mansit in vna domo cōspirantibus uitiis indiuidua cōsensio, nulla uidebatur esse diuisio ubi uero Christus ignē quo delicta cordis exureret, uel gladium quo secreta penetrantur misit in terras, tunc caro atq; anima regenerationis innouata mysterijs, copulam posteritatis eliminat, ut diuidantur parentes in filios, dum intemperans motus intemperātiām abdicat, & anima declinat in consortium culpæ Filii quoq; in parentes diuiduntur, dũ renouati homines uitia uetusta declinant, voluptasq; adolescentior seriosæ domus, refugit disciplinam. Bed. Vel aliter; Per tres significantur qui fidē trinitatis habent, per duo infideles qui à fidei unitate dissentiunt Pater autē diabolus est, cuius filij imitando eramus, sed postquā uenit ignis ille cœlestis, nos ab inuicem separauit, & ostendit alterum patrem qui est in cœlis Mater synagoga, filia est ecclesia primitiua; q̃ & eandē de qua genus ducit synagogam fidei persecutricem sustinuit & ipsa eidem synagogæ fidei veritate contradixit Socrus synagoga, nurus ecclesia de gentibus, quia sponsus ecclesiæ Christus filius est synagogæ secundum carnem Synagoga ergo in nurum & filium est diuisa, quę credentes de utroque populo persequitur; sed & illæ in socrum & in matrem sunt diuisæ, quia uolũt carnalem circuncisionem suscipere.

Dicebat autē ad turbas. Cum uideritis nubē oriētem ab occasu, statim dicitis, nymbus uenit. & ita fit, & cum austrum flātem dicitis, quia æstus erit & ita fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à uobisipsis nō iudicatis quod iustum est?

Theo. Cum de prędicatione disceptasset, & eā nominasset gladium poterāt audientes turbari nescientes quod diceret, & ideo dominus subdit, ꝙ. sicut aereas dispositiones per q̃dam signa cognoscũt, sic deberent eius aduentum cognoscere:

Cōparatio optima.

re: & hoc est ꝙ dicit. Cum videritis nubē orientem &c. Quasi dicat; Verba mea & opera mea me indicant cōtrarium vobis. Potestis igitur coniectare, quia non veni pacē dare, sed imbrem & turbinē. Ego.n. sum nubes & uenio ab occasu.i. ab humana natura pridem multa induta peccatorum caligine. Veni ēt ponere ignem, idest ęstum incitare. Sum.n. auster ventus calidus & oppositus Boreali frigiditati. Beda. Vel qui ex elemētorum immutatione statum aurarum, quia voluerunt, facillimè prænoscere potuerunt: possent ēt si vellēt, tempus aduentus domini ex dictis intelligere prophetarum. Cyr. Prophetę.n. multifariè prænunciauerunt Christi mysterium. Dicebat ergo, si prudentes essent ad futura prospectum intendere, nec ignorare futuras tempestates post vitam præsentem valerent. Erit.n. ventus & pluuia, & supplicium futurum per ignem, & hoc significatur cū dr, Nymbus venit: decebat ēt salutis tp̄s nō ignorare.s. aduentum Saluatoris, per quem perfecta pietas intrauit mundum, & hoc significatur cum dr. Dicitis quia ęstus erit. vnde in eorum reprehēsionem subditur; Hypocritę, faciem celi & terræ nostis probare &c. Basil. Est autē notādum quòd necessario sunt humanę vitę syderum cōiecturæ, dummodo quis vltra mensuram non perquirat eorum indicia. Est enim nōnulla de pluuijs futuris percipere, plura quoq; de æstib. & impetu ventorum vel particularib. vel vniuersalibus, vel violentis vel lenibus. Quanta vero commoditas ex eorum coniectura, vitæ prębeatur quis nescit? Interest enim nautę prognosticari procellarum pericula, viatori mutationem aeris, colono fructuum copiam. Beda. Sed ne aliqui de turba se, propheticę lectionis ignaros temporum cursus nos probare non posse causarentur, vigilanter adiungit: Quid autem & a nobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Ostendens eos & si literas nesciat, naturali tn̄ ingenio posse dignoscere eū qui opera fecit quæ nullus alius fecisset, supra hominem & Deum esse. Vnde post huius seculi iniustitias, iustum creatoris iudiciū esse venturum. Orig. Nisi autem esset nobis natura insitū id quod iustum est iudicare, nunquam Saluator hoc diceret.

Cōtemplatio syderali licita.

Cum āt vadis cum aduersario tuo ad principem in via da operā liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde, donec ēt nouissimum minutū reddas.

Theo. Postquàm ostendit dominus laudabilem discordiam, exhinc docet laudabilem pacem, cum dicit: Cum autem vadis, &c. Quasi dicat; cum trahit te aduersarius ad iudicium, da operam, idest omnib. modis excogites vt absoluaris ab illo. Vel da operam, i. & si nihil habeas mutuū accipe, vt absoluaris ab illo; ne te corā iudice conueniat. vñ sequitur: Ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, &c. Cyr. In quo angustias patieris, donec etiā nouissimum assem exigent. Et hoc est quod subdit: Dico tibi, non exibis &c. Chr. Videtur mihi de pręsentib. iudicibus dicere, & de itinere ad præsens iudicium, & de carcere huius mundi. Per hæc enim quæ apparent & in promptu sunt, irrationabiles homines se corrigere consueuerunt. frequenter.n. nō solum ex futuris bonis vel malis commonet, sed ēt ex præsentibus pp grossiores auditores. Ambr. Vel aduersarius noster diabolus est, qui serit illecebras delictorum, vt habeat in supplicio participes, quos habuit in errore cōsortes. Aduersarius ēt nobis est omnis vitiorum vsus. Denique aduersaria est nobis mala cōsciētia, quæ nos & hic efficit, & in futurū accusabit & prodet. Demus igitur operā dum in hoc sumus vitę curriculo constituti, tanquàm a malo aduersario, ita ab improbo liberemur actu. ne dum imus cum aduersario ad magistratū in via nostrum condemnet errorem. Quis autem est magistratus, nisi penes quē omnis potestas est? Hic autē magistratus, tradit reum iudici, ei scilicet cui uiuorum & mortuorum tribuit potestatē, scilicet Iesu Christo, per quem occulta redarguuntur, & improbi operis pœna mādātur. Ipse exactori tradit & in carcerē mittit. dicit.n. Tollite & mittite illum in tenebras exteriores, & exactores suos mōstrat esse angelos, de quibus dicit, exibunt angeli, & separabūt malos de medio iustorū, & mittent eos in caminum ignis. Sed subditur.

Aduersarij nobis sunt multis.

tur: Dico tibi, non exies donec etiam nouissimum minutum reddas. Si .n. qui pecuniam soluunt non prius euacuant fœnoris nomen, quã totius sortis vsq; ad minimũ quocunq; solutionis genere quantitas vniuersa soluatur, sic compensatione charitatis actuumq; reliquorum vel satisfactione quæcunq; peccati pœna dissoluitur. Orig. Vel aliter quatuor personas hic ponit, aduersarij, principis exactoris, & iudicis: apud Matthæum uero persona prętermissa est principis, & pro exactore minister incertus. Discrepant ẽt q̃ ille quadrãtem, iste minutum posuit, vterq; ãt dixit nouissimum. Cunctis ãt hominibus duos Angelos adesse legimus: malum qui aduersa exhortatur. bonum qui optima persuadet. Ille autem aduersarius noster quotiescunque peccamus exultat, sciens q̃m habet potestatem apud principẽ seculi huius, qui se miserat, exultandi & gloriãdi. Cum articulo ãt in græco eum posuit, vt ex plurib. vnum monstraret; quia vnusquisq; sub suę gentis est principe. Da ergo operam, vt libereris ab aduersario tuo, siue a principe ad quem te aduersarius trahit, habendo sapientiam, iustitiam, fortitudinẽ, & temperantiam. Si autem dederis operam, esto in eo qui dicit: Ego sum via, alioquin trahet te aduersarius ad iudicem. Dicit autem, Trahet, vt ostendat nolentes ad condemnationem compelli. Iudicem autem alium nescio, nisi dominum nostrum Iesum Christum, qui tradit exactori Singuli exactores proprios habemus: dominãtur exactores si debuerimus aliquid si omnibus vniuersa reddidero, nemo exactor est, & intrepida mente respondeo; Nihil tibi debeo. Quòd si debitor fuero: mittet me exactor in carcerẽ, nec patietur exire nisi debitum omnium persoluero: non enim hẽt exactor potestatem, vt mihi saltem quadrantem concedat; qui donauit debitori quingentos denarios, & alij quinquaginta, dñs erat. iste qui exactor est, dominus nõ est, sed a dño ad exigẽda debita præpositus. Nouissimũ aũt minutum dicit gracile & tenue; peccata enim nostra, aut pinguia sunt, aut tenuia. beatus igitur est qui non peccat. Secundo autem si tenue peccatum habeat, inter ipsa quoq; tenuia diuersitas est, alioquin non diceret, donec nouissimũ reddere minutum. Si .n. parum dẽt, nõ egredietur nisi soluat minimum quadrantẽ: qui ãt magno debito fuit obnoxius infinita ei ad reddendum secula numerabuntur. Be. Vel aliter: Aduersarius noster in via, est sermo Dei contrarius nostris carnalib. desiderijs in præsenti vita, a quo liberat̃ qui pręceptis eius subditur, alioquin tradet̃ iudici, quia sermone dñi cõtempto peccator reus tenebitur in examine iudicis; quẽ iudex exactori tradet, idest maligno spiritui ad vltionem, qui mittitur in carcerẽ .i. infernum: vbi quia semper soluere pęnas patiendo, sed nunquam persoluẽdo, veniã sequi non poterit, nunquam exinde exibit, sed cum terribilissimo serpẽte diabolo perpetuas pœnas luet.

CAPVT XIII.

Aderant autem quidam ipso in tẽpore, nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respondens dixit illis. Putatis quod hi Galilæi, præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, qui talia passi sunt? Non, dico vobis: sed nisi pœnitẽtiã habueritis, omnes similiter peribitis, sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eo. Putatis quia & ipsi debitores fuerint, præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non dico vobis: sed si non pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.

Glos. Quia de pœnis peccantiũ fecerat mentionem, opportunè nunciatur quorũdã peccantium pęna, ex cuius exemplo ẽt alijs peccatoribus pęnã cõminatur. vnde dicitur: Aderant aũt quidam ipso in tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cũ sacrificijs, eorum. Cyril. Erant .n. sequaces dogmatũ Iudæ Galilæi, cuius mentionem Lucas in actibus Apostolorum fecit, qui dicebat, nõ oportet quemquam vocari dominũ. vnde quamplures eorum, quia Cæsarem non fatebantur dominum à Pilato puniti sunt. Dicebant etiam nõ oportere alias à

Galileorum cõditio.

statutis

statutis victimis i lege Moysi offerre Deo vñ prohibebãt statutas a populo victimas pro salute Imperatoris, & populi Romani offerre. Pilat⁹ ergo indignãs in Galilęos iussit inter ipsas victimas quas ritu legis, se offerre putabãt occidi, ita q̃ sanguis offerentium oblatis victimis misceret. Credente ãt vulgo iustissimè prędictos talia passos esse quasi scãdala seminantes in populo, incitantes principes in odium subditorum, narrauerunt hæc Saluatori, volentes percipere quid ei super hoc videretur. Ipse aũt peccatores hos esse ponit, non tñ hic asserit talia passos esse, tanquam peiores non patientib. vñ sequitur: Et respondẽs dixit illis &c. Chr. Punit.n. Deus quosdam peccatores amputans eorum nequitiam, & pęnam illis statuens leuiorem, & plene se mouens eos ab alijs & viuẽtes in malitia corrigens per horum damnationẽ Rursus alios hic non punit, vt si sibi caue rint pœnitentes, præsentẽ pœnã effugient & futurum supplicium. Si vero perseuerauerint, maius patientur tormẽtum: Titus Manifestat & hic quia quæcunq; ex iudicijs accidunt in reorum supplicium, non solum iudicantium potestate, sed ẽt nutu Dei contingunt. vnde siue iusta conscientia puniat iudex, siue aliud intendens, cõdemnet, commendandum est negociũ diuinę censuræ. Cyr. Remouens ergo populares ab intestinis insidijs occasione religionis concitatis subiungit. Sed nisi pœnitentiam habueritis, nisi cessaueritis cõspirare contra principes, qđ nutu diuino nõ agitis, oẽs simul vel similiter peribitis, & vester sanguis vestris victimis coniunget. Chr. In hoc ãt ostẽdit, q̃ illos pmisit talia pati, ut viuẽtes alienis periculis territi fierent regni hęredes. Quid igitur dices, vt melior ego sum ille punitur? nõ ideo, sed punitur quidem pp propria crimina, fit uero ex hoc videntib. salutis materia Be. Sed quia pœnitentiam non habuerũt 40. dominicæ passionis anno, venientes Romani (quos designabat Pilatus ad eorum gentes pertinens) & incipientes a Galilæa (vñ dominica prædicatio cęperat) radicitus impiam gentem deleuerunt, & nõ solum atria templi quo sacrificia deferri cõ ueuerant, sed interiora domus humano, sanguine fędarunt. Chrys. Iterum autem alij decem & octo obruti fuerãt a quadã turre, de quibus eadem subdit dicens: Sicut illi 18. super quos cecidit turris in Siloe & occidit eos, putatis q̃a & ipsi debitores fuerunt præter omnes homines habitantes in Hierusalem? non, dico vobis. Non.n. hic omnes punit, dans alijs inducias pœnitendi; nec tamen cunctos futurę punitioni reseruat, ne plures prouidentiã abnegarent. Titus. Vna ãt turris comparatur toti ciuitati, vt pars totum perterreat. vnde subditur; Sed si non pœnitentiã egeritis; oẽs similiter peribitis. q.d. Tota ciuitas paulopost occupabit si pseuerauerint indignæ in infi delitate. Amb Mysticè ãt in illis quorũ sanguinem Pilatus miscuit; cum sacrificijs eorum figura quædam vt eos tangens, qui coactu diabolico non purè offerũt sacrificiũ, quorum oratio est in peccatum, sicut de Iuda scriptum est, qui proditionem sanguinis dominici inter sacrificia positus cogitabat. Bed. Pilatus.n. qui interpretatur os malleatoris, diabolũ significat semper cędere paratum, sanguis peccatum sacrificia bonas actiones exprimunt Pilatus ergo sãnguinem Galilęorũ cum sacrificijs eorum miscet; qñ diabolus eleemosynam & cætera bona fideliũ; vel carnis delectatione, ut humanæ laudis ambitione, vel qualibet alia peste cõmaculat. Illi ẽt Hierosolymitę, a ruina turris oppressi significant Iudęos qui pęnitere noluerunt cum mentib. suis esse perituros, ne frustra 10. & 8. qui numerus apud Græcos ex I. & H. hoc est eisdem literis, quib. nomen Iesu incipias, exprimitur. Significat autem Iudæos hinc maximè perituros, q̃ nomen Saluatoris recipere noluerunt. Illa turris significat illum qui est turris fortitudinis, quę merito est in Siloe q̃ interpretatur missus, significat.n. eum qui missus a patre venit in mundum, qui omnes super quos cecidit conteret.

Cõspiratio damnabilis:

Mysticus intellectus.

Dicebat autẽ, & hanc similitudinẽ. Arborẽ fici habebat, quidã plantatã in uinea sua: et uenit quærẽs fructum in illa, & nõ inuenit. Dixit ãt ad cultorẽ uineę: Ecce anni tres sũt ex quo uenio quærẽs fructum in ficulnea hæc, et non inuenio Succide ergo illã. Vt qđ ẽt terrã occupat? At ille respõdens, dixit illi: Domine dimitte illã

illam & hoc anno vsq; dum fodiam circa illā, & mittā stercora. Et si quidem fecerit fructum, bene; sin autem, in futurum succides eam.

Titus. Iactabant se Iudęi ex eo ꝙ lo. & 8. parierant, ipsi vero oēs remanserunt illæsi, vñ proponit eis fici parabolā. Dicit, enim. Dicebant āt hanc similitudinē, arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua. Amb. Vinea dñi sabaoth erat, quam dedit in rapinā Gētium. apta āt synagogæ arboris illius comparatio est, q̄ sicut illa arbor redundat folijs fluentibus, spem possessoribus suis cassa speratorum prouentuum expectatione destituit; ita ēt in synagoga dum doctores eius operibus infęcundi, verbis tñ velut folijs redundantibus gloriantur, inanis vmbra legis exuberat. Hęc ēt sola arbor ab initio germinat poma pro florib. & poma decidūt, vt poma succedant, manent tñ aliqua priorum parata nec decidunt. Etenim primū synagogæ populus velut inutilis decidit fructus, vt de pinguedine religionis antiquę nouus ecclesię popul⁹ emergeret, primi tñ ex Israel grossi maturescentis exēplo pulcherrimorum gratia fructuū cæteris præstiterunt, quibus dicitur; Sedebitis super 12. thronos nōnulli tñ ficum istam non synagogæ, sed malitiæ, & improbitatis figuram putant. Hi tñ in nullo distāt, nisi; ꝙ pro specie genus eligunt. Bed. Ipse āt dominus synagogam per Moysen instituit, in carne natus apparuit, & crebri⁹ in synagoga docens fructum fidei quæsiuit, sed in pharisæorum mente nō inuenit. vñ sequitur; Et venit fruct. quærens in illa, & non inuenit. Amb. Quærebat āt dñs, non quia fructum ficulneæ deesse nesciret, sed vt ostenderet in figura, quia fructum synagoga iam habere deberet. Denique ex sequentibus docet nō se ante tempus venisse, qui per triennium venit. Sic. n. habes; Dixit āt ad cultorē vineæ, Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & nō inuenio. Venit ad Abraham, venit ad Moysen, venit ad Mariam hoc est venit in signaculo, venit in lege, venit in corpore, aduentum eius ex beneficijs recognoscimus. Alibi purificatio, alibi sāctificatio, alibi iustificatio est. Circūcisio purificauit, lex sanctificauit, gratia iustificauit: ergo populus Iudæorū neque purificari potuit, quia circūcisionem corporis non animi habuit; neq; sanctificari, quia uirtute legis ignorans carnalia, magis quā spiritualia sequebatur: neq; iustificari, quia delictorum suorū pęnitentiā nō gerēs, gratiam nesciebat. Merito ergo nullus fructus in synagoga inuētus est, & ideo iubetur excidi. Sequitur. n. Succide ergo illā, vt quid ēt terram occupat? Bonus āt cultor, & fortassis ille in quo ecclesiæ fundamentum est, pręsagiens alterū ad gētes, se aūt ad eos qui ex circuncisione sunt esse mittendum, religiose ne excidatur interuenit fretus vocatione sua, ēt populum Iudęorum per ecclesiam posse saluari. vñ sequitur: At ille respōdens dixit illi, Dñe dimmitte illam & hoc anno: Cito duritiā superbiamq; Iudæorū causas esse sterilitatis agnouit. Itaq; venit excolere, qui nouit uitia reprehendere. vnde subdit: Vsq; dum fodiā circa illā. Pollicetur dura cordis eorum apostolicis ligonibus esse fodiēda, ne radicem sapiētiæ terrarum aceruus obruat & abscōdat. Subdit autem, & mittam stercora, idest humanitatis affectum, per quem in euangelium Christi ēt Iudę⁹ fore existimatur fructuosus. vñ subdit: Et si quidem fecerit fructum, bene. s. erit. Sin autem, in futurum succides illam. Beda. Quod quidem per Romanos factum est, a quibus gens Iudæa succisa, & a terra promissionis expulsa est. Aug. de ver. do. Vel aliter: Totum arbor ficulnea genus humanum est. Primus. n. homo qui peccauit, folijs ficulniæ pudenda velauit, hoc est mēbra. vnde nati sumus. Theo. Sed & quisq; nostrum ficus est in vinea Dei, hoc est in ecclesia vel in hoc mundo plantata. Grego. in ho. Tertio autem dñs ad ficulneam venit, quia naturā generis humani ante legē, sub lege, sub gratia, expectādo admonendo, visitando requisiuit. Sed tñ in tribus annis fructum se nō inuenisse cōqueritur quia quorundam prauorum mentes nec inspirata lex naturalis corrigit, nec pcepta erudiunt, nec incarnationis eius miracula conuertunt. Theo. Tertio autem natura nostra fructum petita non tribuit: semel quidem cum in paradiso pręuaricati sumus præceptum: secundo cum in lege

Allegorica expositio.

Aduentus domini multiplex.

Ficulnea genus humanum

ge vitulum conflauerunt; tertio cũ Saluatorem renuerunt. Sed id triẽnium intelligendum est pro tribus ętatibus, puerili, virili, & senili. Greg. in ho. Sed cum magno timore audiendum est qđ dr, Succi. ergo il. vt quid etiã terram occupat? Vnusquisque.n. iuxta modum suum, inquantum locum vitę pręsentis tenet, si fructum bonæ operationis nõ exhibet, velut infructuosa arbor terrã occupat, qa in eo loco in quo ipse est, & alijs operandi occasionem negat. Basil. Proprium.n. est diuinæ propitiationis non silenter pœnas infligere, sed pmittere minas reuocando ad pęnitentiã, sicut Niniuitis fecit, & nunc cultori, dicẽs Succide eã, puocãs quidem ipsum ad curam eius, suscitans uero sterilem animã ad producendos debitos fructus. Gre. Naza. Igitur nec nos feriamus subito, sed pręualeamus misericordia, ne secemus ficũ potentem adhuc fructum facere, quã forsitã curabit periti custodis studium. vñ & hic subditur; At ille respondens dixit illi, dimitte &c. Gre. in ho. Per cultorum uineæ, præpositorũ ordo exprimit, qui pręsunt ecclesię, dñicę vineę curam gerunt. The. Vel paterfamilia Deus pater est, cultor verò Xps, q ficũ amputari, vt sterilem nõ pmittit, quasi ad patrẽ diceret. Si p legẽ & pphetas fructũ pœnitẽtię nõ dederunt, mei sceos irrigabo passionib. & doctrinis, & forsitan dabũt obediẽtiæ fructum. Aug. de uer. do. Vel colonus q intercedit est oĩs sanctus q intra ecclesiam orat p eis qui sunt extra ecclesiam, dicens. Domine dimitte illam hoc anno. i. tẽpore illo sub gratia vsq; dũ fodiam circa illam. Circũfodere est humilitatem & patientiam docere. Fossa.n. est humilis terra, stercus autem in bono intellige, sordes sunt, sed fructum dant, sordes cultoris dolor est peccatoris. Qui autem agunt pœnitentiam in sordibus agant, & veraciter agant. Greg. in ho. Vel peccata carnis stercora uocant: ex stercore igitur ad fructum reuiuiscit arbor, quia de consideratione peccati ad bona se opera resuscitat anim^9. Sed sunt plerique qui increpationes audiunt, tamẽ ad pęnitentiam redire contemnunt, propter quod subditur. Et si quidem fece. fructũ. Augu. de ver. do. Bene. s. erit. Sin autem

Deus paterfamilias.

in futurum succides eam, quando scilicet in iudicio uenies iudicare uiuos & mortuos, interim modo parcitur. Gregor. in ho. Qui ãt non vult ad fęcunditatẽ pinguescere per increpationẽ, illic cadit unde iã resurgere per pœnitentiam non ualet.

Erat autẽ docẽs in synagoga eorum sabbatis: Et ecce mulier q̃ habebat spiritum infirmitatis annis decẽ & octo & erat inclinata, nec oĩno poterat sursum respicere. Quã cũ uideret Iesus vocauit eã ad se, & ait illi; Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, et cõfestim erecta est et glorificabat Deum. Respondens autẽ Archisynagogus indignãs, quia sabbato curasset Iesus; dicebat turbæ: Sex dies sunt in qbus oportet operari; In his ergo uenite & curamini, & non in die sabbati. Respondens autẽ ad illũ dominus, dixit; Hypocritæ, unusquisque uestrum sabbato non soluit bouẽ suum aut asinum à præsepio, & ducit ad aquare? Hanc autẽ filiã Abrahæ quã alligauit Satanas, ecce decẽ et octo annis, nõ oportuit solui à uinculo isto de sabbati? Et cum hæc diceret erubescebant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat in uniuersis quæ gloriose fiebant ab eo.

Amb. Cito q̃ de synagoga dixerat indicauit, ad ipsam utique arborẽ uenisse se mõstrat, q in eadẽ pdicabat. vñ dr; Erat ãt docens in synagoga eorum sabbatis. Chry. Docet quidem non seorsum, sed in synagogis secure in nullo dubitãs, nec aliquid contra legem Moysi statuens: sabbato autem quia tunc Iudæi legi uacabant. Cyr. Ad expugnationem autẽ corruptionis & mortis & inuidiæ diaboli cõtra nos prodijt incarnatione uerbi, & hoc apparet ex ipsis euentibus. Sequitur.n. Et ecce mulier quæ habebat &c. Dicit autem spiritum infirmitatis, quia mulier hæc patiebatur atrocitate diaboli, derelicta à Deo propter propria crimina, uel propter trãsgressionem Adæ, ob quã humana corpora infirmitatem & mortem incurrũt. Dat autem super hoc Deus diabolo potestatẽ, ut homines mole aduersitatis depressi uelint ad meliora transire. Genus autem infirmitatis ostendit, dicens. Et erat inclinata. nec omnino poterat surgum respicere. Basil. Brutorum siquidem caput humi deflexum est, terrã cernit. Caput hominis erectũ est in cœlũ, oculi superna cõspiciũt,

Processus Christi cõtra inimicos.

conuenit eum quęrere superna, transcen-
dere terrena intuitu. Cyr. Ostendit āt dñs
aduentum suum in hunc mundum disso-
lutiuum esse humanarum passionũ mulie
rem sanauit. vnde sequitur; Quam cũ vi-
disset Iesus, vocauit eam ad se & ait illi.
Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Vox
aptissima Deo, plena maiestate supna: fu
gat n. morbũ imperatorio motu, qui etiã
manus illi imponit. Sequit. n. Imposuit il
li manus, & cõfestim erecta est & glorifi-
cabat Deũ. In quo oportet perpendere sa-
crã carnẽ induisse virtutẽ diuinã, erat. n.
ipsius Dei, caro nõ āt alicui⁹ alterius qua-
si separatim existente filio hominis a fi-
lio Dei, sicut falso aliquib visum est. Sed
ingratę synagogæ pręsul, postquã vidit fę
minam humi repentẽ solo tactu erectã, &
diuina referentẽ magnalia ardens dñi glo
ria irretitur inuidia, arguitq; miraculum
quasi videretur solicitari pro sabbato. vñ
sequitur. Respõdẽs au. archisynago. indi.
quia sabbato curas. Iesus, dicebat turbæ.
Sex dies sũt in qui. &c. Hortaē cęteris die
bus dispersos & proprijs vocantes operib.
nõ sabbato videre & mirari ꝓdigia dñi,
ne forte credant. Sed dic: lex prohibuit ab
Expositio pulchra. opere manuali, die sabbati abstinere quid
& ab eo qđ verbo & ore fit? Cesses ergo
comedere & portare ac loqui & psallere,
in sabbato. Et si nec legẽ legis, cur tibi sab
batum? Cæterum si manuale opus lex pro
hibuit, qũo manuale opus est fęminã ver
bo erigere? Amb. Deniq; & Deus ab ope-
rib. mundi quieuit, non ab operib. quibus
sempiterna & iugis operatio est, sicut fili⁹
ait; Pater meus. vsq; modo operaē & ego
operor, vt ad similitudinẽ Dei secularia
nostra opera non religiosa cessarent. vnde
dñs specialiter ei respondit. Sequiē enim;
Respondit āt ad illum dominus & dixit:
Hypocrita vnusquisq; &c. Bed. Hypocri
ta est qui in teatro assumit alienam perso
nam, sic & in uita præsenti quidã alia ge-
runt in corde, & alia superficialiter osten
dunt hominibus. Chrys. Bene igitur dicit
hypocritam principem synagogę quia fa
ciẽ habebat legis cultoris, mens uero eius
erat versuti & inuidi; non. n. turbatur pro
pter sabbatum quia violatur, sed propter
Christum, quia glorificatur. Tu tñ attẽde
qđ vbi quidem opus fieri iussit, sicut cum
paralytico iussit grabatum tollere, trãstu
lit sermonem ad maius, conuincens eos ꝑ
dignitatem patris, cum dicit: Pater meus
vsq; modo operatur & ego operor: hic āt,
ubi totum faciens verbo, nihil aliud adij-
cit, ex his quę ipsi faciebant calumniã sol
uit. Cyr. Arguitur āt archisynagogus vt
hypocrita, dũ bruta quidem adaquat in
sabbato, mulierem verò non magis genę
re quàm fide filiam Abrahę non dignam Alia Abrahę
putat solui ab ægritudinis vinculo, vñ sub quę.
dit: Hanc āt filiam Abrahę quã alligauit
Satanas ecce 10. & 8. annis nõ oportuit so
lu a vinculo isto die sabbati? Malebat si q
dem mulierem tanquã quadrupedia cer-
nere terram, q̃ hominum staturam recipe
re, dummodo Christus non manifestare-
tur. Non āt erat eis quid responderẽt, sed
ipsi sibipsis erant irrefragabilis reprehen-
sio. vnde sequiē: Et cum hæc di. erub. om.
aduer. eius, sed populus quasi cõmoda ex
miraculis cõsequens lætabaē de signis. vñ
de sequiē. Et oĩs popul⁹ gaudebat. &c. Nã
claritas operũ oẽm quæstionem soluebat
apud eos qui non quærebant mentis per-
uersis. Greg. in ho. Mysticè āt hoc signifi
cat ficulnea infructuosa, quod mulier in-
clinata. humana. n. natura ad peccatũ ex
voluntate corruẽs, quia fructum obedien
tię ferre noluit, statũ rectitudinis amisit;
& hoc significat ficulnea reseruata, quod
mulier erecta. Amb. Vel ficus synagogam
figurat. Deniq; in muliere infirma quasi
ecclesiæ figura succedit, quæ cũ mensurã
legis & resurrectionis impleuerit, in illa
quiete perpetua in sublime erecta fasti- Allegorica
diũ, inclinationẽ nostrę infirmitatis senti- expositio.
re non poterit; nec aliter curari potuisset
hæc mulier, nisi qa legẽ ipleuit & gratiã;
nã in decẽ verbis legis pfectio est, i octauo
numero resurrectionis plenitudo. Greg. in
ho. Vel aliter. Sexto die hõ factus est atq;
eodẽ sexto die opera cũcta dñi pfecta sũt.
Senari⁹ āt numerus in trigonũ ductus, 10.
& 8. facit. quia ergo hõ, qui sexto die fa-
ctus est pfecta opera habere noluit, sed an
te legẽ, sub lege atq; i exordio inchoãtis
grę ifirm⁹ extitit, 10. & 8. annis muliercu
la fuit. A u. đ ver. do. Qđ ergo significauit
trienniũ in arbore, hoc 10. & 8. anni i illa
mulie-

muliere, quia ter seni. 10. & 8. faciũt. Curua át erat, sursum aspicere nõ poterat, q a sursum corda sine causa audiebat. Gre. in ho. Oĩs. n. peccator terrena cogitás cœlestia nõ requirens, sursum respicere nõ valet: quia dum desideria inferiora sequit, à menti suæ rectitudine curuatur, & hoc semp videt, & sine intermissione cogitat. Vocauit eã dñs, & erexit, quia illuminauit & auditur. Vocat. n. qñque sed nõ erigit, quia plerunq; videmus q agéda sunt, sed opera non implemus. vsitata. n. culpa obligat mentem, vt nequaquam surgere possit ad rectitudinẽ. Conatur & labitur; quia vbi diu sponte perstitit, ibi cum noluerit cadit. Ambro. Opus autem sabbati signum futuri est ꝙ vnusquisque perfunctus lege & gratia per misericordiam Dei corporeæ fragilitatis molestijs exuetur. Cur autem aliud animal iudicauit, nisi vt ostenderet futurum, vt Iudaicus & gentilis populus sitim corporis, æstusq; mundi huius dominici fontis vbertate deponat? & sic per euocationem duorum populorũ ecclesiam saluam futuram. Beda. Filia autem Abrahæ est anima quæcunq; fidelis, vel ecclesia de vtroque populo ad fidei vnitatem collecta. Idem ergo mysticè est bouem vel asinũ solutum à præsepio potum duci, quod est filiam Abrahæ à uinculo nostræ inclinationis erigi.

Opus sabbati quod.

Dicebat ergo, cui simile est regnũ Dei, & cui simile æstimabo illud? Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suũ, & creuit & factum est in arborem magnam, & volucres cęli requieuerunt in ramis eius. Et iterũ dixit, cui simile æstimabo regnũ Dei? Simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum.

Glo. Erubescentibus aduersariis & populo gaudente de his quæ gloriosè fiebãt à Christo, profectum euangelij consequẽter sub quibusdam similitudinibus manifestat. vnde dicitur; Dicebat ergo, Cui simile est regnum Dei, & cui simile æstimabo illud &c. Amb. Alio loco granum sinapis legitur ubi confertur, ergo si regnum cœlorum sicut granum sinapis est, & fides sicut granum sinapis, fides est utiq; regnũ cęlorum, quod intra nos est. Granum quidem sinapis, res est uilis & simplex, si teri

Fidei cõmendatio.

cęperit uim suam fundit. Et fides simplex primo videtur, sed si aterat aduersis gratiam suæ virtutis effundit. Grana sinapis martyres sunt: habebant odorẽ fidei, sed latebant. Venit persecutio, contriti sunt gladio, per totius mundi terminos granã sui sparsere martyrij. Ipse ẽt dñs granum est sinapis. Teri uoluit, vt diceremus, Xpi bonus odor sumus: seminati uoluit uelut granũ sinapis, qđ acceptũ homo misit in hortum suũ. In horto n. Christus capt⁹ & sepultus est, ubi ẽt resurrexit & factus est arbor. vnde sequitur; Et fa. est in arb. mag. Dñs. n. noster granũ est cũ sepelitur in terra, arbor cũ eleuat in cœlum. Est ẽt arbor mundum obumbrans, unde sequit: Et requie. uo. cœ. in ra. eius. Potestates cœlorũ & quicunq; spiritualib. factis euolare meruerunt. Ramus est Petrus, ramus est Paulus, in quorum sinus & quosdã disputationum recessus, qui eramus lõge assumptis uirtutum remigijs aduolamus, ergo semina in horto tuo Christum, hortus vtiq; locus est plenus florum, in quo gratia tui operis efflorear, & multiplex odor variæ uirtutis exalet. Ibi ergo Christus, vbi fructus est seminis. Cyr. Vel aliter: Regnum Dei est euágelium, per quod acquirimus posse regnare cum Christo. Sicut igitur sinapis semen superatur quidem quantitate à seminibus olerum oliorũ: crescit aũt adeo ut pluriũ fiat umbraculũ auiũ; sic & Saluatoris doctrina penes paucos erat in principio, sed postea recepit argumẽtum. Beda Homo autem Christus est, hortus est ecclesia eius disciplinis colenda, qui bene dicitur granum accepisse, quia dona quæ nobis cum patre tribuit ex diuinitate, nobiscum accipit ex humanitate. Creuit autem euangelij prædicatio cunctum disseminata per orbem. Crescit & in mẽte cuiusque credentis, quia nemo repente fit perfectus. Crescendo autem non herbarum quæ uelociter arescunt, sed arborum instar exurgat. Rami hui⁹ arboris dogmatum sunt diuersitates, in quibus animæ castæ uirtutum pennis ad superna tendentes nidificant & requiescunt. Theoph. Vel homo quilibet granum sinapis, idest euãgelicum sermonem accipiens, & in horto animę suæ serens arborem magnam facit,

git, vt & ramos pducat, & cęli volatilia, i. qui terrenis supereminent, in ramis pdicationis. i. in expãsis cõsiderationib. requiescũt. Paulus. n. quasi granũ modicũ accepit, Ananiæ rudimẽtũ, sed plãtans illud in viridario suo pduxit multas & bonas doctrinas, in quib. habitant q̃ sunt intellectu excelsi, puta Dionysius Herotheus, & alij quãplures. Deinde simile dicit fermẽto regnũ Dei. Sequitur. n. Et iter. di. Cui simile æstimabo illud? simile est fermento. Amb. Plerio, fermentũ Christũ putãt, q̃a fermẽtum ex farina virtute nõ specie generi suo pstat: sic & Christus ex patrib. ęqualis corpore, sed dignitate incõparabilis præeminebat. Igitur sancta ecclesia typũ mulieris figurat, de qua subdit: Quod acceptũ mulier abscõdit in farinę sata tria donec fermentaret totũ. Bed. Satũ est genus mẽsuræ iuxta morẽ prouinciæ Palestinæ, vnum & dimidiũ modium capiẽs. Amb. Farina hujus mulieris nos sumus quæ dñm Iesum in interioribus nostræ mentis abscondit donec nostra secreta penetralia calor sapiẽtię cęlestis obducat. Et quia in tribus mẽsuris absconditũ dicit esse fermentũ, cõgrue visum est vt Dei filiũ crederemus absconditum in lege, ac opertũ in prophetis, euangelicis pdicationib. adimpletũ, metũ sequi iuuat q̃ ipse dñs docuit fermentũ esse spiritalẽ doctrinã ecclesiæ. Ecclesia ãt renatũ hominẽ in corpore & anima & spiritu fermẽto spiritali sanctificat. Cũ tria hęc pari quadã cupiditatũ lance consentiunt, & æqualis aspirat concordia voluptatum. Itaq; si in hac vita tres mẽsuræ in eodem manserint, donec fermententur & fiant vnũ: erit in futurũ diligentibus Christum incorrupta cõmunia. Theo. Vel pro fœmina intelligas animam, tria vero sata trinã partem eius, rationabilem, irascibilem & concupiscibilem. Si igitur aliquis in hac trina parte condiderit verbum Dei faciet hoc totum spiritale, vt nec rationale peccet in documentis, nec ira aut cõcupiscentia enormiter ferantur, sed conformentur verbo Dei. Aug. de ver. do. Vel tria sata farinæ genus humanum est, quod de tribus Noe filijs est reparatam. Mulier quæ abscondit fermentũ, Dei sapientia est. Euse. Vel ali. Fermentum dñs nominat Spiritũ sanctum, quasi virtutem procedentem ex semine, idest verbo Dei. Tria autem sata farinæ, significãt notitiam Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quã mulier, idest diuina sapientia, & Spiritus sanctus largitur. Beda. Vel fermentum dilectionem dicit, quę feruere facit, & excitat mẽtem. Abscõdit ergo mulier, idest ecclesia fermentum dilectionis in sata tria: quia præcepit vt diligamus Deũ ex toto corde, ex tota anima, & ex tota virtute. Et hoc donec fermẽtetur totum, idest donec charitas totã mentem in sui perfectione commutet, quod hic inchoatur, sed in futurum perficietur.

Nota verbo.

Tropologia parabolæ.

Et ibat per ciuitates, & castella docẽs, et iter faciens in Hierusalem. Ait aũt illi quidã, Domine si pauci sunt qui saluentur? Ipse aũt dixit ad illos. Cõtendite intrare per angustam portã, quia multi dico uobis, quærent intrare & non poterint. Cum aũt intrauerit paterfamilias & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ad ostiũ, dicentes: Dñe, aperi nobis, et respõdens, dicet nobis: Nescio nos unde sitis. Tunc incipietis dicere, manducauimus corã te, et bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet uobis: Nescio nos unde sitis. Discedite à me oẽs operarij iniquitatis. Ibi erit fletus et stridor dentiũ, cũ uideritis Abrahã, Isaac, & Iacob, & oẽs prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et venient ab oriente, et occidente, et aquilone, et austro, et accũbent in regno Dei. Et ecce sunt nouissimi, qui erant primi, & sunt primi, qui erant nouissimi.

Glo. Præmissis similitudinibus de multiplicatione euangelicæ doctrinæ, eius diffusioni vbiq; prædicando intẽdit. vnde dicitur: Et ibat per ciuitates &c. Theo. Non .n. sola parua loca visitabat, sicut faciunt qui simplices fallere volunt: neq; solas ciuitates, vt ostentatores faciunt, & gloriã quęrentes, sed sicut cõis dñs & pater omnibus prouidens omnia circuibat. Nõ aũt vitabat municia vitans Hierusalem, ac si timeret legisperitorum reprehensiones aut mortem, quę poterat inde cõtingere. vnde subdit: Et iter faciens in Hierusalẽ. Nam vbi plures erant ęgroti, ibi se medicus magis ingerebat. Sequitur. Ait autem quidam illi, domine si pauci sunt qui saluentur. Glo. Quæ quidẽ quæstio ad hoc pertinere videtur, de quo supra agebatur. nã in præmissa similitudine dixerat quod

Modestia Xp̃i.

requie-

requieuerunt volucres cęli in ramis eius, per qđ intelligi pōt multos esse qui salutis requiē cōsequerētur. Et quia ille vnus pro oībus quesierat, dñs nō singulariter ei respōdet. vñ sequit: Ipse au. dix. ad il Cōtēdite &c. Basil. Sicut. n. in via terrena exitus à recto multā latitudinē hēt, sic q egreditur à tramite ducēte ad regnum cęlorū in multa latitudinē erroris reperit. Rectū āt iter est augustū qualibet declinatione periculosa existēte, siue dextrorsū, siue sinistrorsum, sicut in pōte, à quo vtrinq; diuertēs, flumine immergit. Cy. Angusta ēt porta ærumnam, & patientiam sanctorū significat. Sicut. n. pugnarū victoria attestatur militis strenuitati, sic præclarū efficiet valida perpessio laborū & tentationum. Chrys. Quid est ergo quod dñs alibi dicit, Iugum meum suaue & onus meū leue? Non quidem contradicit, sed hoc dictum est pp tentationum naturam, illud vero propter affectum transeuntium. Est enim molestum aliquid naturæ facilè reputari qñ id affectanter amplectimur. Si etiam via salutis angusta erit in introitu, tñ per eam peruenitur ad latitudinē econtrario vero lata deducit ad interitū. Grego. 13. mor. Dicturus autē angustæ portæ introitum, præmisit, contendite; quia nisi mentis contentio ferueat, vnda mūdi nō vincitur, per quam anima semper ad ima reuocatur. Cyril. Non videtur autem dominus satisfacere quærenti verum pauci sint qui saluentur, dum declarat uiam per quam quisq; potest fieri iustus. Sed dicendum, q mos erat Saluatoris nō respondere interrogantibus secundū quod eis videbatur, quoties inutilia q̄rebāt; sed respiciendo quod vtile audientib. foret. Quid autem cōmodi proueniret audiētibus, scire an multi sint qui saluentur, an pauci? Necessarium autem magis erat scire modū quo aliquis perueniat ad salutē. Dispēsatiuè ergo ad quæstionis uaniloquiū nihil dicit, sed transfert suum sermonē ad rem magis necessariam. Augu. de ver. do. Vel aliter. Confirmauit dñs quod audiuit scilicet, q pauci sunt qui saluantur, q a p angustam portam pauci intrant. Alio aūt loco hoc idem ipse ait, Arcta est via quæ ducit ad uitā, & pauci sunt qui ingreidū-

Porta regni angusta.

tur per illam. vnde subdit. Quia mul. di. vo: quæ intrare. Beda. Salutis amore prouocati. Et non poterunt, itineris asperitate deterriti. Basil. Vacillat. n. aīa, qñ quidē considerat ęterna eligendo virtutē, qñ p̄sentia respicit, p̄ferēdo illecebras; hic intuet ocia carnis, illic subiectionē ipsius; hic ebrietatē, illic sobrietatē; hic dissolutos risus, illic copiā lachrymarū; hic choreas, illic orationes; hic fistulas, illic fletus; hic luxuriā, illic castimoniū. Au. de uerb. do: Nō āt cōtrarius sibi est dominus, q dixit q pauci sunt qui intrant per angustam portam. Et alibi dicit. Multi ab oriente &c. Pauci. sunt in comparatione perditorum, multi in societate angelorum. Vix videntur grana quādo area trituratur, sed tanta massa processura est de area hac, ut impleat horreum cœli. Cyril. Quòd autē detestabiles sint, qui intrare non possunt per euidens exēplum declarauit subdens: Cum autē intr pater familias. &c. Sicut si paterfamilias qui multos ad conuiuiū cōuocauit ingresso cū cōuiuis, & ostio recluso postmodū pulsantes adueniāt. Bed. Est autem paterfamilias Christus, qui cū ubiq; ex diuinitate sit, illis iam intus esse dicitur, quos in cœlum presens sua visione letificat, sed quasi foris est his, quos in hac peregrinatione certantes occultus ad iuuat. Intrabit uero cum totam ecclesiā ad sui contemplationem perducet. Claudet ostium, cum reprobis locum pęnitentiæ tollet, qui foris stantes pulsabunt, i. à iustis segregati, misericordiam quam contempserunt frustra implorabunt. unde sequitur; Et respondens dicet uobis, nescio uos unde sitis. Greg. 2. mora Nescire Dei improbare est, sicut & nescire mentiri uirerax dicitur, qui labi per mendaciū dedignatur, non q si mentiri uelit nesciat, sed q falsa loqui ueritatis amore contemnat. Veritatis igitur lumen, tenebras quas reprobat ignorat. Sequitur: Tunc incipietis dicere, manducauimus &c. Cyrill. Hoc Israeliticis conuenit qui secundū ritū legis offerentes Deo victimas edebāt & gaudebant. Audiebant quoq; in synagogis, libros Moysi, q in suis scriptis nō quæ sua sunt, sed quæ Dei tradebat. Theoph. Vel simpliciter ad Israelitas dicitur, eo quod

Christus paterfamilias.

ex

ex eis Christus secundũ carnẽ natus est, & cũ eo comedebant & bibebãt, & eũ ꝑdicã tẽ audiebãt. Sed & christianis hæc cõgruent. nos. n. comedimus corpus Christi, & bibimus sanguinẽ eius quotidie, ad mensam mysticã accedentes, docetq; in plateis animarũ nostrarũ. Bed. Vel mysticè mãducat corã dño, & bibit, qui verbi pabulũ auidè suscipit. vñ quasi exponendo subdit. In plateis no. docuisti. Scriptura. n. in obscuriorib. cib. est, quia quasi exponẽdo frangitur, & mãducando glutit̃, potus est in apertiorib. vbi ita sorbetur sicut inuenitur. Non ãt festiuitatẽ epulatio iuuat quẽ fidei pietas nõ cõmendat, non sciẽtia scripturarũ notũ Deo facit, quem operũ iniquitas indignum ostendit. vnde subditur: Et di. vo. nescio uos vñ sitis. Descedite à me operarij iniquitatis. Basil. Illis forsan loquitur quos describitur apostolus in propria persona, dicens: Si linguis hoĩum loquar & angelorũ, & habeam omnẽ sciẽtiã, & distribuero oẽs facultates meas in cibos pauperum, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Quod. n. non fit diuini amoris intuitu, sed ad acquirẽdam ab hominibus laudem, non inuenit laudẽ apud Deum. Theo. Attende etiam ꝙ detestabiles sunt illi, in quorum plateis dñs docet. vnde si docentem eum audierimus nõ in plateis, sed in angustis & humilib. cordibus, non erimus detestabiles. Beda. Duplex autem ostenditur gehennæ pœna scilicet frigoris & feruoris. unde sequitur Ibi erit fletus & stri dentium Fletus. n de ardore, stridor dentium de frigore solet excitari. Vel stridor dentium prodit indignantis affectum, ꝙ qui sero pœnitet, sero sibi irascatur. Glo. Vel stridebunt dentes qui hic de edacitate gaudebant, flebunt oculi qui hic per concupiscẽtias vagabãtur. Per utrunq; aũt ueram impiorum resurrectionem designat. Theoph. Pertinet etiam hoc ad Israelitas cum quib. loquebatur, qui ex hoc maximè percelluntur ꝙ Gentiles cum patribus requiescũt, ipsi uero excluduntur. vnde addidit: Cum uidet. Abraham, Isaac, & Iacob, &c. Euse. Prædicti. n. patres ante tempora legis, secundum euangelicam formam errorem multorum deorum derelinquentes, assumpserunt sublimis Dei notitiam, quibus pares facti sunt multi Gentilum ob similẽ uitã, filij autem eorũ alienationẽ sunt passi ab euangelica disciplina. vnde sequit̃: Et ecce sunt nouissimi qui erant primi, & sunt primi, qui erãt nouissimi. Cyr. Iudæis. n. qui primũ locum tenebãt prælatæ sunt gẽtes. Theo. Nos autem ut videtur primi sumus, qui ab ipsis cunabulis rudimenta accepimus, & forsitã erimus nouissimi respectu gentilium, q. circa finem uitæ crediderunt. Bed. Multi etiam prius feruentes postea torpẽt, multi prius frigidi subito inardescũt, multi in seculo despecti in futuro sunt glorificandi. Alii apud homines gloriosi, in fine sunt damnandi.

Scriptura cibus dicitur.

Israelitarũ error.

In ipsa die accesserunt quidã pharisæorũ dicentes illi Exi, & uade hinc qa Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite dicite uulpi illi, Ecce eijcio dæmonia, & sanitates ꝑficio hodie & cras, et tertia die consummor. Veruntamẽ oportet me hodie & cras & sequẽti die ambulare, quia non capit prophetã perire extrã Hierusalẽ. Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties uolui cõgregare filios tuos quemadmodũ auis nidũ suũ, sub pennis, & noluisti? Ecce relinquet̃ uobis domus uestra deserta Dico autem uobis, quia non uidebitis me donec ueniat cum dicetis, Benedictus qui uenit in nomine domini.

Cyr. Prædicta dñi uerba, pharisæorũ aĩos prouocauerũt ad irã, uidebant. n. populos iã contritos fidẽ eius eripere, itaq; quasi ꝓdentes officiũ populis ꝓsidendi, & deficientes in lucro simulantes se eũ diligere, suadent illi vt inde discedere. uñ dr̃ in ipsa die acces. qui &c. Xp̃s ãt qui renes & corda scrutat̃ eis leniter & figuraliter respondet. vñ sequit̃. Et ait illis. Ite & dicite vulpi illi. Bed. Propter dolos & insidias Herodẽ vulpẽ appellat, quod plenũ fraudis est animal, in fouea ꝑ insidias latens, odore fœtens, nunquam rectis itineribus incedens, quę omnia hęreticis cõueniũt, quorum typum Herodes tenet, qui Christum. i. humilitatem christianę fidei in credentibus conatur extinguere. Cyril. Vel aliter uidetur hic sermo mutatus esse & non spectare ad personam Herodis, ut alii qui putauerunt, sed magis ad pharisaicas fictiones: penes enim ipsum pharisæum

Triduũ mysticũ

signum ostendit prope manentem dum dixit: Ite & dicite vulpi huic, sicut in græco habetur. vnde hoc præcepit dicendum, quod poterat vrgere pharisæorum turbam. Ecce, inquit, eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die cõsumor. Hoc se promittit operaturũ quod Iudęis displicebat. s. quod immundis imperaret spiritibus, & eriperet à morbis infirmantes, vsq; dum propria sponte sustineret crucis patibulum. Quia verò pharisæi credebãt quod manũ trepidaret Herodis, qui dñs erat virtutum, hoc excludit, dicens. Veruntamen oportet me hodie & cras, & sequẽti die ambulare. Quòd dicit, Oportet, nequaquã sibi necessitatẽ ingruentem ostendit, sed magis arbitrio propriæ voluntatis pergeret quo volebat, quousque finẽ venerandæ crucis subiret, cuius iã Christus imminere tempus ostendit, cum dixit hodie & cras. Theoph. Ac si dicat: Quid de morte mea cogitatis? ecce fiet post modicũ. Quòd ãt dicit, Hodie & cras, hoc multos dies significat. sicut & nos in cõmuni sermone soliti sumus dicere: Hodie & cras fit hoc, quod fiat in tãta distãtia temporis. Et vt euangelicũ sermonẽ euidẽtius exponamus, nõ intelligas quod oportet me hodie et cras ambulare, sed sistas in hodie & cras, deinde subiũgas, et sequẽti die ambulare, sicut & pluries numerãdo cõsueuimus dicere die dñica, & secunda feria & tertia egrediar, quasi cõputando duas, vt tertia denotet. sic & dñs quasi cõputando dicit, Oportet me hodie & cras, & postea tertio die ire Hierusalẽ. Aug. de quæst. euan. Vel mysticè ab illo hæc dicta intelligunt: vt referant ad corpus eius quod est ecclesiã. Expelluntur. n. dæmonia, cũ relictis illis superstitionibus credunt in eum gẽtes, & perficiunt sanitates, cum secundum præcepta ei⁹ postea quã fuerit diabolo & huic seculo renunciatum vsq; in finem resurrectionis, qua tanquã tertia cõsummabitur, hoc est ad plenitudinem angelicã per corporis etiã immortalitatem perficietur ecclesia. Theoph. Sed quia illi dicebant ei: Exeas hinc, quia Herodes te quærit occidere, in Galilæa loquentes vbi regnabat Herodes, ostendit quod non in Galilæa, sed in Hierusalem præordinatũ fuerat ei pati. vnde sequitur. Quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. Cum audis, Non capit, idest non decet extra Hierusalem prophetam interimi, non putes vim coactiuam Iudæis inductam, sed quãtum ad eorum affectum sanguinis auidum cõuenienter hoc dicit, velut si quis prædonem atrocissimum uidens dicat, nõ oportet hic viam in qua prædo insidiatur uiatoribus immunẽ esse à sanguine, sic & nõ oportebat alibi quã vbi morabant prędones perire dominum prophetarum. Nam assueti prophetarũ sanguinibus, occident & dominum. vnde sequitur: Hierusalem Hierusalem quæ occidis, &c. Beda. Hierusalem nõ saxa & ædificia ciuitatis, sed habitatores uocat, quam patris plangit affectu. Chry. Geminatio. n. verbi miserantis est, aut nimium diligentis. Nam tanquàm ad amicam negligentẽ amatorem, & ideo puniendã dominus loquitur. Græcus. Sed & nominis geminatio uehementem reprehensionem ostendit. Nam quæ nouit Deũ, quomodo Dei ministros psequit? Cyr. Quòd ãt essent immemores diuinorũ bonorũ ostẽdit, subdens. Quoties volui cõgregare fil. tu. quemad. auis nidũ suũ sub pen. & noluisti? Manuduxit eos p sapientissimũ Moysen, monuit p pphetas, uoluit sub alis, idest sub tegmine suæ virtutis illos habere, at illi caruerũt tã desiderabilibus bonis ingrati existẽtes. Aug. in Ench. Dicit ãt: Ego volui & tu noluisti. q. d. Illud aggregã mea uolũtate semp efficace, te nolente feci, quia intra semper fuisti. Bed. Pulchrè autem qui Herodem de sua nece tractantẽ uulpem uocauerat, seipsum aui cõparat, quia uulpes fraudulenter semper auibus insidias intendunt. Basil. Filios etiam Hierusalem pullis in nido comparauit, ac si dicat, aues quæ in altum consueuerunt volare exceptæ sunt à nocumentis insidiantiũ, tu tñ eris ut pullus egẽs alieno suffragio Matre igitur auolante auferris à nido quasi impotens ad tutelã, & debilis ad fugã vnde sequitur. Ecce relin. do. ve. deserta. Beda. Ipsam ciuitatem quam nidum vocauerat etiã nũc domum Iudæorũ appellat. Occiso enim domino venerunt Romani, & quasi nidum vacuum diripientes, tulerunt eorum

Locus passionis Christi.

locum

locum gentem & regnum. Theoph. Vel domus vestra, idest templum, ac si dicat, quãdiu virtus erat in uobis templum erat meum, sed postquam fecistis ipsum spelũcam latronum, non est de cętero domus, mea, sed vestra. Vel domum dicit totam gẽtem Iudæorum, iuxta illud. Domus Iacob benedicite domino, per quod ostendit quòd ipse erat qui gubernabat eos & eripiebat ab hostium manibus. Sequitur Dico an. vob. quia &c. Aug. de con. euan. Huic narrationi Lucæ non videtur aduersari, quòd turbæ dixerunt, veniẽte domino in Hierusalem, benedictus qui venit in nomine domini, quia nondum illuc venerat, & nondum dictum erat. Cyrillus. Discesserat enim dominus a Hierosolymis, tanquàm indignos existentes sui pręsentia deserens, deinde multis miraculis factis rursum Hierosolymam redit, vbi ei turba occurrit, dicens: Osanna filio Dauid. Benedict⁹ qui venit in nomine domini. August. de con. euan. Sed quia non dicit Lucas quo inde tunc accessit dominus vt non veniret nisi eo tempore quo iam illud diceretur. Perseuerat quippe in itinere suo donec veniat Hierusalem. De illo suo aduentu quo in claritate venturus est hoc significat. Theoph. Tunc enim & inuiti confitebuntur eũ Saluatorem & dominum, quando nullus erit inde profectus. Dicens autem. Non videbitis me donec veniat &c nõ significat illam horam, sed tempus crucis, quasi dicat, postquam crucifixeritis me, non amplius videbitis me donec iterum veniam. Augu. de con. euang. Intelligendus est ergo Lucas velle pręoccupasse antequam eius narratio dominum perduceret Hierusalem, aut eidem ciuitati iam appropinquantem talia respondisse monentibus, vt caueret Herodem, qualia Matthęus dicit esse locutum cum iam peruenisset Hierusalem. Beda. Vel dicit, non me videbitis. q. d. nisi pœnitentiam egeritis, & confessi fueritis me filium omnipotentis patris, in secundo aduentu faciem meam non videbitis.

Consensus Euãgelicus.

CAPVT XIIII.

ET factum est cũ introisset Iesus in domum cuiusdam principis pharisęorum sabbato mãducare panem, & ipsi obseruabãt eum. Et ecce homo quidã hydropicus erat ante illum: Et respondẽs Iesus, dixit ad legisperitos & pharisæos. Si licet sabbato curare? At illi tacuerũt, Ipse vero apprehensum sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit. Cuius vestrum asinus, aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi.

Cyr. Quanuis dñs malitiam pharisęorum cognosceret, tñ eorũ fiebat cõuiua, vt prodesset præsentib. per verba & miracula. vñ subditur: Et fa. est cum intro. in do. cu. princ pha. sab. man. pa. & ipsi obser. eum: s. s. reuerentiam legis contemneret, & an quicquã prohibitorũ faceret in die sabbati. Itaq; hydropico veniente in mediũ, interrogatione reprehendit insolentiã pharisæorũ, eum arguere volentiũ, vnde dr̃ & ecce homo quidẽ hydrop. erat ante illũ. Et respon. Iesus &c. Bed. Quòd dr̃ respondisse Iesus ad hoc respicit qđ pmissnm est; Et ipsi obser. cũ Dñs eius nouit cogitationes hominum. The. In sua ãt interrogatione deridet eos sicut amentes, Deo. n. benedicente sabbatum ipsi prohibent operari bona in eo, dies ãt quæ bonorum opera nõ admittit, maledicta est. Beda. Sed merito interrogati tacent, quia cõtra se dictũ quicquid dixerit vident. Nã si licet sabbato curare, quare Saluatorẽ an curet, obseruãt? si nõ licet, quare ipso sabbato pecora curant? vnde sequitur: At illi tacuerunt. Cyr. Neglectis igitur, Iudęorum insidijs, liberat a morbo hydropicũ, qui metu pharisęorum remedia nõ postulabat propter sabbatum, sed solũ astabat, vt ex aspectu misertus eius saluaret eum. Quod dominus cognoscens, non postulat ab eo si vellet saluus fieri, sed protinus eum sanauit. vnde sequitur: Ipse vero apprehensum sanauit eum ac dimisit. Theophy. In quo non hoc prospexit dominus, ne scandalizaret pharisæos, sed ut benefaciat

Miràcu lo solui tur quæ stio.

tiat egēti remedijs. Decet.n. nos cum magna resultat vtilitas nō curare si stulti scādalizentur. Cyril. Sed quia pharisæi ineptè tacuerunt, soluit Xps inflexibilē eorū imprudentiā cōsiderationib. serijs ad hoc utens. vñ sequitur: Et respon. ad il. dixit. Cu. &c. The q.d. Si prohibuit lex misereri in sabbato, ne curā habeas filij tui periclitantis in sabbato, sed quid dico filij, qñ nec bouē pteris si periclitantē uideris? Beda. In quo sic obseruatores suos pharisęos cōuincit, vt eosdē et auaritiæ condemnet, qui in liberatione animalis suæ auaritiæ cōsulebant. Quanto ergo magis Christus hominē q multo melior pecore debuit liberare? Aug. de con. euan. Congruenter autem. hydropicū animali quod cecidit in puteum comparauit, humore .n. laborabat, sicut illam mulierem quam alligatā dixerat & ipse soluebat comparauit iumēto quod soluitur, vt ad aquā ducat. Beda. Cōpetenti ergo exemplo soluit quæstionem, vt ostendat eos violare sabbatum in opere cupiditatis qui eum violare arguerūt in opere charitatis vnde sequit: Et nō po. ad hoc respō. il. Mysticè autem hydropicus cōparatur ei quem fluxus carnaliū uoluptatum exuberans aggrauat, hydropicus .n. morbus ab aquoso humore uocabulum trahit. Aug. de q. euan. Vel hydropicum rectę comparamus diuiti auaro: sicut .n. ille quanto magis abundat humore inordinato, tāto amplius sitit, sic & iste quāto est copiosior diuitijs quib. nō bene vtitur, tāto ardētius talia cōcupiscit. Grego. 14. mora. Rectè ergo hydropicus ante pharisæum curatur, quia p alterius ęgritudinem corporis in altero exprimitur languor seu ægritudo cordis & mentis. Bed. Bene āt in exemplo bouē & asinum nominat, vt vel sapientes & hebetes vel utrunque populum significet. s. Iudęum iugo legis præssum, & gentilem nulla ratione domitum; omnes .n. à puteo concupiscentiæ demersos dominus extrahit.

Hidropici significatio.

Dicebat āt & ad inuitatos parabolā, intēdēs quo primos accubitus eligerēt, dicēs ad illos Cū inuitatus fueris ad nuptias, non discūbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniens is q te & illū uocauit, dicat tibi. Da huic locū, et tūc incipias cū rubore nouissimū locū tenere. Sed cū uocatus fueris, uade, recumbe in nouissimo loco, ut cū uenerit q te inuitauit, dicat tibi. Amice, ascēde superi⁹. Tūc erit tibi gloria corā simul discūbētib. Quia oīs q se exaltat, humiliabit̄, et q se humiliat, exaltabit̄.

Ambr. Prius curatus est hydropicus in quo fluxus carnis exuberans animæ grauabat officia, spiritus extinguebat ardorē. Deinde docet̄ humilitas, dum in cōuiuio nuptiali appetentia loci superioris arcetur. vnde dr̄; Dicebat autē & ad in parab. &c. Cy. Prosilire .n. pmptè ad honores q nobis non conueniunt, indicat nos temerarios esse, & nostra fācta vituperio replet. vnde sequit̄; Ne fortè honoratior te &c. Chr. Et sic quod concupiuit, nequaquam obtinuit ambitiosus honoris, sed pass⁹ est repulsam, & satagens qualiter abūdet honoribus non honoratur, & quia nihil est ęquipollēs modestiæ, auditorem ad oppositum ducit. Non solum prohibet ambire primatum, sed & uenari vltima. vnde sequtur; Sed cum uo. fueris &c. Greg. Si enim aliquis non uult aliis prælocari, nanciscit̄ hoc ex diuina sententia. vnde sequitur: Et cum uenerit &c. Hęc dicens non grauiter obiurgat, sed leniter iniungit; sufficit .n. monitio apud discretos, & sic pro humilitate aliquis coronatur honore. vnde sequitur, Tunc erit tibi gloria &c. Basi. Occupare igitur locum ultimū in conuiuijs iuxta mandatum dominicū conueniens est, sed rursus in hunc contentiose irruere reprobatum, tāquam interemptorium ordinis & causatiuū tumultus, & de eo mota cōtentio æquiparabit uos litigantib. de primatu. Quapropter. sicut hic domin⁹ dicit expedit conuiuium facienti committere accubitus ordinem, sic & in patiētia nos mutuo sustinebimus honeste & secundū ordinem omnia prosequentes, non ad apparentiam plurium, nec videbimur humilitatem pertractare per uehementem contradictionem, magis autem per humilitatem patientiam obtinebim⁹. Maius est .n. ex repugnantia superbiæ indicium, quàm ex primo accubitu quando eum cum imperio obtinemus. Theo. Non autem pute præmissam Christi doctrinam modicam esse, & indignā culminis Dei uerbi nō enim piuma dices esse medicum politicum

Doctrina moralis.

Exēplū pulchrū

tum sanare podagram, ictum vero digiti vel dentis dolorē nolentem curare. Porrò quō parua passio vanæ gloriæ q̄ versabat primos perquirentes accubitus? Decebat igitur humilitatis magistrū oēm ramum prauę radicis amputare: sed & illud cōsidera, quia pſto cæna & passione primatus corā Saluatore vexante miseros opportunitatē habebat monitio. Cyr. Ostensio igitur tā modico exēplo ambitiosorū cōtemptū & nō ambitiosorū exaltationē, adijcit magnū paruo, generalē sententiā ꝓferens cū subditur: Quia oīs qui se &c. Qđ dr̄ secundū diuinū, nō secundum humanam consuetudinem, secūdum quamplures concupiscentes honorem consequunt̄ alij vero se humiliātes inglorij remanēt. The. Porrò non finaliter nec omnibus hominibus est reuerendus qui se honoribus ingerit, sed dum à quibusdā honoratur, alij detrahunt ei, & quandoque etiam ipsi honorantes. Bed. Sed quoniam hanc ad monitionem euangelista parabolā vocat, breuiter intuendum quid mysticè significet; Quisquis nuptias Christi ecclesiæ inuitatus adierit, membris ecclesiæ per fidē coniunctus nō se extollat, quasi sublimior cæteris de meritis gloriando. Dabit.n. locū honoratiori post inuitato, cum illorū qui se in Christo secuti sunt agilitate præitur, & cum rubore nouissimum locū tenet, quando de alijs meliora cognoscens, quicquid de sua operatione celsum sentiebat, humiliat. Sed recumbit aliquis in nouissimo loco secundum illud. Quāto magnus es, humilia te in omnibus. veniens āt domin⁹ quem humilem inuenerit, amici nomine beatificans ascendere superius ꝑcipiet. Quicunq;.n. humiliauerit se sicut paruulus, hic est maior in regno cęlorum. pulchrè autem dicitur: Tunc erit tibi gloria, ne nūc quærere incipias quod tibi seruatur in fine. Potest etiā & hoc in hac vita intelligi, q̄a quotidie dn̄s suas nuptias intrat, superbos despiciens, & humilib. sępe tanta sui spiritus onera pſtās, vt discumbentiū.i. fideliū cętus eos admirando glorificet. Ex cōclusione vero generali q̄ subditur manifestè claret p̄cedentē dn̄i sermonē typicè intelligendū. Neq;.n. oīs qui se coram hominib. exaltat humiliat̄, aut q̄ se in conspectu hominum humiliat̄ exalt̄at̄ ab eis, sed q̄ se de meritis eleuat, humiliabitur à domino; & qui se de beneficijs humiliat, exaltabitur ab eo.

Intellectus allegoric⁹

Dicebat āt et ei qui se inuitauerat. Cum facis prandium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neque vicinos, neq; diuites, ne forte & ipsi te reinuitēt, & fiat tibi retributio, sed cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudes, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

Theo. Ex duabus partibus cœna composita.s. ex vocantibus & vocatis. patrem vocatorum ad humilitatem iam monuerat, consequenter uocantem monendo remunerat retrahens eum ne gratia hominum conuiuaret. unde dr̄: Dicebat aūt ei &c. Chry. Multę causæ sunt quibus amicitię fœdus contrahitur, & illicitas quidē prętermittimus, proponemus autem naturales & morales. naturales quidem, puta patris ad filium, fratris ad fratrē, & aliorum huiusmodi, quod significat, dicēs; Neque fratres, neque cognatos: morales aūt sunt puta conuiuia factus est, aut conuicinus est, & quantum ad hos dicit, Neq; vicinos. Beda. Fratres igitur & amicos, & diuites alterutrum conuiuia celebrare non quasi scelus interdicit, sed sicut cætera necessitatis humanæ cōmercia, ad promerēda uitæ cęlestis p̄mia nil ualere ostendit, vnde subdit. Ne forte & ipsi te reinuitēt & fiet tibi retributio. Non ait, Et fiet tibi peccatū. Cui simile est id quod alibi dicit: Et si benefeceritis his qui uobis benefaciunt, q̄ vobis est gratia? Sunt tū quędam mutata fratrum vicinorumq; conuiuia q̄ nō solum in præsenti retributionē, sed & dānationem percipiunt in futuro; quæ āt collatione omnium celebrantur, aut vicibus solent à contubernalibus exhiberi, in quibus ad hoc cōuenitur, vt fœda gerant̄ copia uini, & incitet̄ libidinis diuersa uoluptas. Chry. Nō igitur hac spe alijs beneficia conferamus, vt nobis retribuāt. Hęc enim frigida est intentio. unde talis amicitia celeriter euanescit. Si uero pauperem uocaueris, Deum nunquam obliuiscentē habebis debitorem. vnde sequitur. Sed cum facis conuiuium, &c. Quanto.n. mino-

Causa amicitiæ

mior est frater, tantò magis per eũ Christus accedit & visitat. Nã qui magnũ suscipit, sæpe pp vanam gloriam facit, sed vtilitas pluries quęritur, vt promoueaẽ per illum. Possem quidem plures proponere, ob hoc celeberrimos sanctorũ colẽtes, vt illis mediantibus ampliorẽ gratiã obtineant principiũ. Non igitur illos quæramus qui nobis retribuere possunt. Sequitur.n. Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Non ergo turbemur, cũ non recipimus beneficij cõpensationẽ, sedũ c receperimus. qm̃ si receperimus, non amplius recipiemus illic: sed si minime retribuat homo, tunc tibi Deus retribuet. vnde sequiẽ. Retribuetur.n. tibi in resurre. &c. Beda. Et si oẽs resurgũt, iustorũ tñ resurrectio dr̃, q̃a in hac resurrectione beatos se esse non dubitant. Ergo qui pauperes ad cõuiuiũ vocant, in futuro præmia recipient. Qui aũt amicos fratres & diuites vocat, recepit mercedẽ suã. Sed si hoc propter Deũ facit in exemplum filiorũ Iob, sicut cætera fraternæ dilectionis officia, ipse qui iussit remunerat. Chry. Sed dicis, immundus est pauper & sordidus: laua eum, & fac tecũ in mensa sedere. Si vestes sordidas habet, mundũ indumentũ exhibeas. Christus accedit per eum, & tu friuola loqueris? Gre. Nise. Nõ ergo negligas iacentes quasi nullo sint digni: cogita quid sint, & preciositatẽ eorum inuenies. Saluatoris induerũt imaginẽ futurorũ bonorũ hæredes, regni clauigeri, accusatores & excusatores idonei, non loquentes, sed inspecti à iudice. Chry. Decet ergo eos sursum in solario suscipere: si non placet, saltẽ deorsum, vbi sunt subiugalia & famuli Christum suscipias, fiat saltem pauper æditus. Vbi.n. est eleemosyna, non audet intrare diabolus, & si non secũ consedeas, mitte saltem eis de mensa fercula. Orig. Mysticè verò qui vanam gloriã vitat, vocat ad spiritale conuiuiũ pauperes, i. imperitos, vt ditet: debiles, hoc est læsam cõscientiam habentes, vt sanet: claudos, idest declinantes à ratione, vt rectas semitas faciant: cœcos, idest qui carent contemplatione veritatis, vt veram lucem videant. Quòd autem dicitur: Non possunt retribuere tibi, idest non nouerunt responsum proferre.

Hæc cùm audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus q mãducauit panẽ in regno Dei. At ipse dixit ei: Homo quidã fecit cęnã magnã, & vocauit multos: Et misit seruũ suum hora cænæ dicere inuitatis vt venirent, q̃a iam parata sunt oĩa. Et cęperunt simul oẽs excusare. Primus dixit ei; Villã emi, & necesse habeo exire & videre illã. Rogo te habe me excusatum. Et alter dixit; Iuga boum emi quinq;, & eo probare illa. Rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait seruus: Dñe factum est, vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait dñs seruo; Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cænam meam.

Euseb. Docuerat supra dñs præparare conuiuium repẽdere nequeuntibus, cum sit recõpensandum in resurrectione iustorum. ideo quidã intelligẽs vnum & idem esse resurrectionem iustorum & regnum Dei, recompensationem pręd ctã cõmendat. Sequitur enim: Hęc cum audisset, &c. Cyr. Homo iste animalis erat non diligenter percipiẽs ea quæ Christus protulerat; putauit.n. corporeas esse remunerationes sanctorũ. Aug. de ver. do. Vel quia in longinqua iste suspirabat, & panis iste quẽ desiderabat, ante illum discumbebat. Quis .n. est panis regni Dei, nisi qui dicit: Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi? nolite parare fauces, sed cor. Beda. Sed quia nonnulli hunc panem fidetenus quasi odorando percipiunt, dulcedinem vero eius attingere veraciter gustando fastidiũt: subiecta parabola dñs talium torporem cœlestibus epulis dignum nõ esse redarguit, Sequitur enim: At ille dixit ei, Homo quidam fecit cęnam magnã, & vocauit multos. Cyril. Homo iste Deus pater est, secundum quod imagines ad similitudinẽ veritatis figurantur. Chry. Quoties.n. punitiuam suã virtutẽ indicare, vult Deus, Vrsa, Pardus, Leo, & huiusmodi nuncupatur: quando vero misericordiam exprimere vult, dicitur homo. Cyrillus. Hic ergo conditor omnium atque gloriæ pater pa- tauit

Recompẽsatio in iudicio

Cœna mystica.

Cœna mystica rauit cęnam magnam in Christo peractã. In nouissimis.n.tẽporibus, & quasi in occasu nostri seculi illuxit nobis Dei filius, & mortem pro nobis sustinẽs dedit nobis propriũ corpus comedere, vnde & agnus in vespere immolabatur iuxta legem Mosaicã. merito igitur cœna dictũ est paratũ in Christo cõuiuiũ. Greg. in ho. Vel fecit cęnam magnã, quia satietatẽ nobis dulcedinis æternæ præparauit: qui vocauit multos, sed pauci veniunt, quia nonnunquã ipsi qui ei ꝑ fidẽ subiecti sunt æterno eius conuiuio viuendo contradicunt. Hoc aũt distare inter delicias corporis & cordis solet, ꝙ corporales deliciæ cum non habentur, graue in se desiderium accendunt, cũ vero habitæ edũtur, comedentẽ protinus in fastidium ꝑ satietatẽ vertunt. At contra spiritales deliciæ cum nõ habentur, in fastidio sunt, cum vero habentur, in desiderio. Sed superna pietas contemptas illas delicias ad memoriæ nostræ oculos reuocat, atq; vt fastidium nostrũ repellere debeamus inuitat. vnde sequitur; Et misit seruum suũ, &c. Cyr. Iste seruus qui missus est, ipse Christus est, qui cum esset naturaliter Deus & uerus Dei filius, exinaniuit seipsum formam serui accipiẽs. Missus est autẽ hora cœnæ, non.n.à principio verbum patris nostrã naturã suscepit, sed in nouissimo tpe subdit aũt; Quia parata sunt om. Parauit.n. pater in Christo bona collata mundo ꝑ ipsum, peccatorũ amonitionem, Spiritus sancti participationẽ, adoptionis splendorem, ad hoc vocauit Christus per euãgelica documenta. Aug. de ver. do. Vel ali. Homo iste mediator est Dei & hominis Christus Iesus. Misit vt venirent inuitati, i. permissos vocari prophetas, qui olim inuitabant ad cœnam Christi sæpe missi sunt ad populũ Israel, sæpe vocauerunt, vt ad horam cœnæ venirent. Illi inuitantes acceperunt, cęnã repudiarunt, prophetas legerunt, & Christum occiderunt, & tunc nobis cœnam nesciẽtes parauerunt. Parata iam cœna, i. immolato Christo missi sunt Apostoli ad quos missi fuerant ante prophetæ. Greg. in ho. Per hunc ergo seruum qui à paterfamilias ad inuitandum mittitur, prædicatorum ordo significatur. sæpe autem solet euenire, vt persona potens famulum habeat despectum, cunq; per eum dñs aliquid mandat, non despicitur persona loquentis serui, quia seruatur in corde mittentis reuerentia dñi. Offert ergo Deus quod rogari debuit non rogare, dare vult ꝙ vix sperari poterat, & tamen simul oẽs excusant. Sequitur.n. Et cœpe. si. om. excu. Ecce homo diues inuitant, & pauperes occurrere festinant, ad Dei inuitamur cõuiuium, & nos excusamus. Aug. de ver. do. Tres autẽ fuerunt excusationes de quibus subditur; Primus di. ei: Villã emi, &c. In villa empta dominatio notaĩ. ergo superbia castigatur vitim primũ. primus.n. homo dominari volui, qui dñm habere noluit. Greg. in ho. Vel per villã terrena substantia designatur: Exijt ergo videre illam, qui sola exteriora cogitat propter substãtia. Amb. Sic igitur emeritæ militiæ viro contemnendarum stipendium præscribitur facultatum, ꝙ neq; ille qui studiis intentus inferioribus, possessiones sibi terrenas coemit, regnum cœli possit adipisci, cum dñs dicat: Vende omnia tua & sequere me. Sequiẽ: Et alter dixit. Iuga boum emi quinque, & eo ꝓbare illa. Au. de ver. dõ. Quinque iuga boum, sensus carnis huius quinque numerantur. In oculis visus est, in auribus auditus, in naribus odoratus, in faucibus gustus, in omnibus membris tactus. Sed quia iuga sunt, in tribus prioribus sensibus facilius apparet. Duo sunt oculi, quę aures, geminiæ nares. Ecce tria iuga: & in faucibus, i. sensu gustãdi geminatio, quædam inuenitur, quia nihil gustando sapit, nisi lingua & palato tangatur. Voluptas carnis q̃ ad tactum pertinet occultè geminatur, est & forinsecus & intrinsecus. Dicuntur aũt iuga boum, quia ꝑ sensus istos carnis terrena requiruntur. Boues enim terram versant, homines autem remoti a fide terrenis dediti nolunt credere aliquid nisi ad quod sensu corporis perueniunt quinque partito. Non (inquit) ego credo, nisi qđ video. Si talia cogitaremus, quinque illis iugis boum à cœna non impediremur, vt noueritis ãt istorum quinq; sensuum non delectatione quę mulcet, & ingerit voluptatem, sed curiositatem quandam notatam fuisse, non ait, quinq; iuga boum

Christ⁹ dicitur seruus.

Allegorica expositio.

Tropologica expositio.

bodm emi, eõ pascere illa, sed eo probare illa. Greg. in ho. Corporales etiam sensus, quia interna cõprehédere nequeunt; sed sola exteriore agnoscũt, rectè per eos curiositas designatur, quę dum alienam quęrit vitam discutere super sua intima, nesciens studet exteriora cogitare. Sed notandum ꝙ is qui propter uillam & is qui propter probanda iuga boum à cœna sui inuitatori se excusat, humilitatis verba permiscet. dum enim dicit, Rogo, & uenire contemnit, humilitas sonat in voce, superbia in actione. Sequitur. Alius dixit, Vxorem du. & ideo non pos uenire. Aug. de verb. do. Ista est uoluptas carnis quæ multos impedit vtinam foris & nõ intus. Qui enim dixit, Vxorem duxit, carné amplexatur, carnis voluptatibus iocũdatur, à cęna excusatur, obseruet ne fame interna moriatur. Basil. Dicit autem, Non possum venire, eo ꝙ intellect⁹ humanus vergens ad mundanas illecebras debilis est ad agendũ. Gre. in ho. Quanuis ãt bonũ sit coniugiũ, atq; ad propagandã sobolẽ diuina ꝓuidentia constitutũ, nonnulli tñ per hoc non fęcunditatẽ prolis; sed desideria expectãt uoluptatis. Et idcirco per rẽ iustã significari põt non incongruè res iniusta. Ambro. Vel coniugiũ nõ reprehenditur, sed ad maiorem honorẽ uocatur integritas, quoniã mulier innupta cogitat quæ sunt domini, ut sit sancta corpore & spiritu, quę autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi. Aug. de uerb. do. Ioannes autem dicens, Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, inde cœpit ubi euangelium terminum posuit. Concupiscentiæ carnis uxorem duxi, concupiscentia oculorũ quinque iuga boum emi, ambitione seculi uillam emi. A parte autem in totũ commemorati sunt quinque sensus per solos oculos, quorum, est in quinque sensibus principatus, propterea cum proprie ad oculos pertineat uisus, ipsum videre per omnes quinq; sensus solemus appellare. Cyril. Quos autem intelligemus fuisse hos qui renuerũt prædictorum causa uenire, nisi præsides Iudæorũ, quos per totam sacram paginã de his redargutos esse uidemus? Origen. Vel aliter: Ili qui villam emerunt & refutant cœnam, sunt qui receperunt alia dogmata diuinitatis, nec experti sunt uerbum quod possidebãt. Is autem qui quinque paria boum emit, est qui naturam intellectualem contemnit, & sensibilia sequitur, unde incorpoream naturam comprehendere non potest. Qui autem uxorem duxit, est qui cõiunctus est, carni, voluptatum magis amator quam Dei. Ambr. Vel tria genera hominum à cõsortio istius cęnæ æstimemus excludit: Gẽtilium, Iudæorum, & hæreticorũ. Iudæi corporali mysterio iuga sibi legis imponunt. Quinq; autem iuga sunt verborum decem, vel quinq; libri ueteris legis. At vero hæresis uelut Eua fœmineo rigore fidei tentat affectum. Et apostolus dicit auaritiã esse fugiendum, ne impediti more Gentili ad regnũ Christi peruenire nequeamus, ergo & ille qui villam emit alienus à regno est, & ille qui iugũ potius legis q̃ gratiæ munus elegit, & ille qui se propter ducendã excusat uxorem. Sequit. Et re. ser. nũcia. hæc dño suo. Aug. 5. super Gene. ad literã. Nõ pp inferiorũ scientiã Deus nũcijs indiget, quasi p eos fiat sciẽtior, sed nouit oĩa stabiliter, atq; incommutabiliter. Habet ãt nuncios pp nos, & propter ipsos, qa illo modo Deo parere et assistere, ut eũ de inferioribus consulant eiusq; supernis iussis obtemperent bonũ est eis in ordine propriæ naturæ. Cyr. Iudæorũ ãt primatibus vocationẽ renuentibus, sicut ipsi dicebant. Nunquid aliquis principum credidit in eum; indignatus est paterfamilias, quasi eis dignis indignatione & ira. unde sequitur. Tũc ira. pater familias Beda. Non ꝙ iræ passio diuinæ substantiæ accidat, sed talis operatio, quæ in nobis ab ira fit, Dei ira, & indignatio dicitur. Cyril Sic ergo indignatus dicitur paterfamilias in principes Iudæorum, & vocati sunt loco eorum, qui erat de multitudine Iudæorum fragilem & impotentem mentem habentes. Loquente enim Petro, primo quidem tria milia, deinde quinq; milia crediderunt, & postmodum plurimus populus, vnde dicit Dixit seruo suo. Exi cito in plateas & uicos &c. Amb. Inuitat autem pauperes, debile, & cęcos, vt ostẽdatur ꝙ nullum debilitas corporis

Tria genera hominũ.

excludit à regnō, rariusq; delinquat, cui desit illecebra peccandi, uel ꝙ infirmitas peccatorum, per misericordiā dñi remittatur. vnde mittit ad plateas, vt de latioribus vitijs ad angustam venirent viam. Grego. in ho. Quia ergo venire superbi renuūt, pauperes eliguntur. dicūtur.n.debiles, & q iudicio suo apud semetipsos infirmi sūt. nā pauperes & quasi fortes sunt, qui positi in paupertate superbiunt, cęci sunt, qui nullius ingenij lumē habēt, claudi sunt, qui rectos gressus in operatione nō habent. Sed dum horum vitia in membrorum debilitate significantur, sicut illi peccatores fuerunt, qui vocati venire noluerunt, ita hi quoq; qui inuitantur & veniunt, sed peccatores superbi respuuntur, humiles eligūtur. Hos itaq; eligit Deus, quos despicit mundus, quia plerunq; ipsa despectio hominem reuocat ad semetipsum. Et tanto clericus vocem Dei aliqui audiunt, quanto in hoc mundo nō habēt, vnde delectentur. Cum ergo de vicis & plateis ad cœnam quosdam domina vocat, illum populū designat, qui tenere legis urbanā cōuersationē nouerat. Sed multitudo q̄ ex Israel populo credidit, locum superni conuiuij non impleuit. vñ sequitur: Et ait seruus, Dñe, &c. Intrauit.n. iā frequētia Iudęorū, sed adhuc locus vacat in regno vbi suscipi debeat numerositas gentiū. vñ subdit. Et ait dñs seruo. Exi & in &c. Cū cōuiuas suos colligi ex vijs, & sepibus ꝑcipit, agrestū populū, idest Gentilē quærit. Amb. Vel mittit ad vias & circa sepes, quia hi apti sunt in regno cęlorū, qui nullis pręsentium cupiditatibus occupati, ad futura festinant in quodam bonæ voluntatis tramite cōstituti, & qui modo sepis quæ ab incultis culta secernat, & incursus arceat bestiarum, norit bona malaque distinguere, & aduersus tentamenta nequitiæ spiritalis fidei munimem prætēdere. Augu. de ver. do. Venerunt de plateis & uicis gentes, ueniunt de sepibus hæretici. Nam sepes qui construunt, diuisiones quærunt. abstrahantur a sepibus, euellantur à spinis, sed cogi nolunt, voluntate inquiunt nostra intremus. Non hoc dominus imperauit, coge (inquit) intrare. foris inueniatur necessitas, nascitur in-

Pauperes eligūtur.

de voluntas. Greg. in hom. Qui ergo huius mundi aduersitatibus fracti ad Dei amorem redeunt, compelluntur intrare. Sed valde tremenda est sentētia quæ subinfertur, Dico autem uobis ꝙ nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cœnam meam. Nemo ergo cōtemnat, ne dū vocatus excusat, cùm voluntatem habuerit intrare non ualeat.

Ibant autē turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos. Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorē, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem, & animam, suam, non potest meus esse Discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & uenit post me, non potest meus esse Discipulus.

Greg. in ho. Ad audita cęlestia ꝓmia inardescit animus, iāq; illic cupit assistere, vbi se sperat sine fine gaudere, sed ad magna pręmia peruenire non potest nisi ꝑ magnos labores. vñ dicitur. Ibāt a.t. mul. cū eo, &c. The. Quia.n. multi comitātiū ipsum non ex toto affectu, sed tepidè sequebant̄, ostēdit qualē deceat esse suū Discipulū. Gre. in ho. Sed ꝑ cōtari libet qūo parētes & carnaliter ꝓpinquos ꝑcipimur odisse qui iubemur & inimicos diligere? Sed si vim ꝑcepti perpedimus, utrūq; agere ꝑ discretionē ualemus, ut eos q nobis carnis cognatione cōiuncti sunt, & quos proximos nouimus diligamus, & quos aduersarios in uia Dei patimur, odiendo & fugiēdo nesciam⁹ Quasi.n. ꝑ odiū diligit qui carnaliter sapiēs dum praua nobis ingerit, non auditur. Ambro. Etenim si ꝓpter dñs suæ renunciat matri dicēs. Quę est mater mea, & qui fratres mei? cur tu dño tuo cupias anteferri? Sed neq; ignorare naturam neq; sęuire dñs iubet, sed ita indulgere naturæ, ut uenereris auctorē, nec à Deo parentum amore desistas. Grego. in ho. Vt aūt dominus demonstraret hoc erga proximos odium non de affectione ꝓcedere, sed de charitate, addidit dicēs: adhuc aūt & aīam suam. Cōstat ergo q amando debet odisse proximū qui sic eū odit sicut seipsum: tunc.n. bene animā nostrā odimus, cū eius carnalibus desiderijs nō acquiescimus, cum eius appetitum frāgimus; eius volūtatibus rectuamur. Quæ ergo cōtēpta ad melius ducitur, quasi per

odium

odium amatur. Cyr. Non est autē fugienda vita qua in corpore viuitur, sed seruāda sicut & Paulus seruauit, vt Christū adhuc viuens in corpore prędicare. Sed vbi oportebat uitam contemnere, vt cursum cōsummaret, nec preciosam sibi esse fatetur. Greg. in ho. Hoc autem animę odium qualiter exhiberi debeat manifestat subdens: Qui non baiulat crucem suam, &c. Chry. Non autem hoc dicit vt trabem super humeros apponamus, sed vt semper mortē præ oculis nostris habeamus, sicut & Paulus moriebatur quotidie, & mortē contemnebat. Basi. Crucem etiam tollens mortem domini annunciabat, dicens: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. quod etiā nos in ipso baptismate anticipamus, vbi vetus homo noster crucifixus est, vt destruatur corpus peccati. Greg. in ho. Vel quia crux a cruciatu dicitur, duobus modis crucem domini baiulamus, cū aut per abstinentiam carnem affligimus, aut per compassionem proximi, necessitatem illius nostrā putamus: Sed quia nonnulli carnis abstinentiam nō pro Deo, sed pro inani gloria exhibēt, & cōpassionem nō spiritualiter sed carnaliter impedunt, rectè addit, & venit post me. Baiulare n. crucē & post dominū ire, est vel carnis abstinentiam, vel cōpassionem proximorū, pro studio ęternæ intentionis exhiberi.

Crucis baiulatio.

*Quis enim ex vobis volens turrim ędificare, * nonne prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum? ne postea quàm posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui uident, incipiant illudere ei, dicentes. Quia hic homo cœpit ædificare et non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium rege * nonne sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se. Alioquin adhuc illo longe agente, legationē mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse Discipulus.*

* non

* non

Grego. in ho. Quia sublimia præcepta data sunt, protinus comparatio ædificandæ sublimitatis adiungitur cum dicitur; Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, &c. Omne enim quod agimus, pręuenire per studiū considerationis debemus. Si igitur humilitatis turrim cōstruere cupimus, prius nos pręparare ad aduersa huius seculi debemus. Basi. Vel turris est alta speculatio ad custodiā ciuitatis & perceptionē hostilium occursum apta, ad huius instar nobis datus est intellectus conseruatiuus bonorum, præmeditatiuus contrariorum, ad huius ędificationem præcipit dissedentes ponere calculum, si suppetat facultas ad finem. Gre. Nis. Insistendū est enim ut cuiuslibet ardui propositi terminus attingatur varijs augmentis mandatorum Dei consummando opus diuinū. nam neq; lapis vnus est tota turris fabrica neq; vnicum mandatum ducit ad animę perfectionē. Sed fundamentū oportet subsistere, & secundum Apostolum insuper apparatus est auri & argenti & preciosorum lapidū apponendus. vnde subditur: Ne postea quā posuerit fundamentū, &c. Theo. Nos enim debemus ponere fundamentum, i. sequi Christi initium, & finem non imponere, sicut illi de quib. Ioānes dicit, ꝙ multi ex discipulis eius abierunt retrorsum. Vel fundamentum intellige doctrinalem sermonē, puta de abstinentia. Opus est igitur prędicto fundamēto operationis ædificiū, vt perficiatur nobis turris fortitudinis a facie inimici. Alioquin deridetur homo à videntibus eum tā hominibus q̄ dæmonib. Greg. in ho. In bonis enim operationibus intenti nisi cōtra malignos spiritus solicitè vigilemus, ipsos irrisores patimur quos ad malum persuasores habemus. Sed ex minori ad maius similitudo subditur, vt ex reb. minimis maiora pēsentur. Nā sequitur: Aut quis rex iturus cōmittere bellū aduersus aliū rēgē, nōne prius sedēs cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se? Cyr. Incumbit. n. nobis prælium contra spiritualia nequitiæ in cęlestib. Vrget aūt nos & aliorum hostium multitudo carnale flagitium, lex sæuiens in membris nostris, & varię passiones hoc est dira hostiū multitudo. Aug. de quæst. euange. Vel decem milia præliaturi cum rege qui habet uiginti milia significāt simplicitatem Christiani hominis dimicaturi cum duplicitate diaboli. Theophylus. Est autem rex peccatum regnās in nostro

Intellectus cōparatur turri.

Prælia spiritualia quæ sint

mortali corpore, sed & noster intellectus creatus est rex: ergo si repugnare velit peccato, toto aio cogitet secum. Nam dæmones sunt peccati satellites, qui videntur viginti milium numero præcellere decem milia nostrum: quia cum incorporei sint, nobis comparati corporeis multo maiorem fortitudinem habere censentur. Aug. de q. euan. Sicut aũt de turri non perfecta per opprobrium deterruit dicentiũ, quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consumare: sic in rege cum quo dimicandum est, ipsam pacem accusauit cum subdit: Alioquin adhuc illo lõge agente legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt. Significans etiam minas imminentiũ tentationum a diabolo non sustinere eos qui renunciant omnibus quę possident, & pacẽ cum eo facere consentiendo illi ad cõmittendam peccata. Gre. Vel aliter: In illo tremẽdo examine cum rege nostro ex ęquo ad iudicium non venimus, decẽ milia quippe ad viginti milia, simplum ad duplum sunt. Cum duplo ergo exercitu cõtra simplum venit, quia nos vix in solo opere p̃paratos simul de opere & cogitatione discutit. Dũ ergo adhuc longè est, quia adhuc presens per iudiciũ non vr̃, mittamus ad eum legationẽ lachrymas nostras misericordiæ opera, hostias placationis, hęc est nostra legatio, quæ regem venientem placat. Aug. ad Laurum. Qũo aũt pertineãt istę similitudines ipsa occasione satis aperuit, dicens: Sic ergo omnis ex vobis qui nõ renunciat omnibus quę possidet, põt meus esse discipulus. Itaque sumptus ad turrim ædificandam, & valentia decem milium aduersus regem qui viginti milia hẽt, nihil aliud est q̃ vt renunciet vnusquisque omnibus quæ sunt eius. Prelocutio autẽ superior, cum extrema locutione concordat: in eo.n. q̃ adhuc renunciat omnib. q̃ sunt eius, ẽt illud continetur, vt oderit patrem suũ, aut matrem, & vxorẽ, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animã suã. Omnia.n. hæc propria alicuius sunt, quæ plerunq; implicant & impediunt ad obtinenda non ista propria temporaliter transitura, sed in ęternum mansura cõmunia. Basil. Est aũt intentio domini per exempla dicta nõ vtique præbere potestatem eius discipulum fieri vel nõ fieri sicut licet, vel non inchoare fundamentum, vel tractare pacem, sed ostendere impossibilitatẽ diuini beneplaciti obseruandi inter distrahentia aiam, inter quæ periclitatur facta venalis ab astutijs dæmonis. Bed. Distat aũt inter renunciare oĩbus & relinquere omnia. paucorũ.n. perfectorũ est relinquere omnia, hoc est curas mundi postponere, cunctorum autem fidelium est renũciare oĩbus, hoc est sic tenere quæ mundi sunt, vt tamen per ea non teneamur in mũdo.

Tropologica expositio.

Tropologica expositio.

Bonum est sal. Si aũt sal euanuerit, in quo cõdietur? Neque in terram, neq; in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

Bed. dixerat superius turrim virtutum non solum consummandam, sed etiam inchoãdam, ad quod pertinet quod dicitur, Bonum est sal. Bonum est sale sapientiæ spiritalis cordis archana cõdire, imò cum apostolis sal terrę fieri. Euse. Sal.n. secundum substantiam quidem ex aqua cõstat & spiritu; modicum quid terrestritatis, participans: desiccat autem fluidam naturam corruptorum corporũ, vt mortua corpora conseruet. Merito igitur discipulos suos cõparat sali, eo quod ipsi regenerati sunt per aquam & spiritum. Cunque toti spiritaliter uiuerent & non secundũ carnẽ, ad modũ sali corruptam uitã hominũ in terra degentium conuertebant, & virtuosa uita suos sequaces oblectando condiebant. The. Non solum autem eos qui donati sunt magistrali gratia, sed ẽt idiotas exposcit ad modũ salis fieri utiles proximis. Si vero qui futurus est utilis alijs fiat reprobus, iuuari non poterit. vnde sequitur: Si autem sal euanuerit, in quo condietur. Beda.q.d. Si quis semel condimento veritatis illuminatus ad apostasiam redierit, quo alio doctore corrigetur? qui.s. eam quã ipse gustauit sapiẽtiæ dulcedinẽ, vel aduersis seculi perterritus, vel illecebris illectus abiecit. vnde sequitur: Neque interram &c. Sal enim cum ad condiendos cibos carnesque siccandas valere desierit, nulli iam vsui aptum erit. Neque enim in terram vtile, est cuius iniectu germinare prohibetur: neque in sterquilinium agriculturę profuturum, sic qui post

Sali mysticus intellect⁹.

post agnitionē veritatis retrocedit, neq; ipse fru ctū boni operis ferre, nec alios excolere valet, sed foras mittēdus est, hoc est ab ecclesiæ unitate secernendus. The. Verū qa sermo parabolicus & obscurus erat, excitas dn̄s auditores ne qualitercunque acciperent quod dictū est de sale, subdit. Qui habet aures audiendi audiat, hoc est si cui sapiētia inest intelligat. Aures enim, hic cognoscitiuam vim animę & aptitudinem intelligendi accipere debemus. Beda. Audiat etiam non contemnendo, sed obediendo & faciendo quæ dicit.

CAPVT XV.

ERANT āt appropinquātes ei publicani & peccatores, ut audirēt illū; & murmurabāt pharisæi & scribę, dicentes; Quia hic peccatores recipit et māducat cū illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicēs: Quis ex uobis homo qui habet centum oues & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanouē in deserto, et uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eā? Et cū inuenerit eā, imponit in humeros suos gaudens, & ueniens domum, conuocat amicos & uicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico uobis quòd ita gaudium erit in cęlo super uno peccatore pęnitentiam agente, quàm supra nonaginta nouem iustis qui non indigent pęnitentia.

Amb. Didiceras in superiorib. secularibus occupationibus non teneri, caduca non pręferre perpetuis. Sed quia fragilitas humana firmum nequit in tato seculi lubrico tenere vestigium, etiam aduersus errorem remedia tibi bonus medicus demonstrauit, spem veniæ iudex misericors non negauit. vnde subditur Erant autem appropin ei &c. Glo. id est qui publica exigunt vectigalia vel cōducunt, & qui lucra seculi per negocia sectantur. Theo. Hoc .n. exequebatur cuius causa carnem susceperat admittens peccatores, sicut medicus ægrotantes. Sed pharisæi uere criminosi huic pietati murmure compensabit. vnde sequitur. Et murmu. pharisæi &c. Greg. in ho. Ex qua recolligitur, quia vera iustitia compassionē habet, falsa dedignationem, quamuis & iusti soleant recte peccatoribus indignari, sed aliud est quod agitur typo superbiæ, aliud quod zelo disciplinæ. quia iusti & si oris increpationes per disciplinam exaggerāt, intus tamen dulcedinem per charitatem seruant. Præponunt sibi in animo ipsos plerumq; quos corrigunt, quod agentes per disciplinam subdito & per humilitatem custodiūt semetipsos. At contrà, hi qui de falsa iustitia superbire solent, cęteros quosq; despiciunt, nulla infirmātibus misericordia cō descendunt. Et quo se peccatores esse nō credunt; eo deterius peccatores fiunt, de quorum numero pharisæi erant, qui diju dicantes dominum q̄ peccatores susciperet, arenti corde ipsum fontem misericordiæ reprehendebant. Sed quia ęgri erant ita vt ægros se esse nescirent, quatenus qd̄ erant agnoscerent. cœlestis medicus blādis eos fomentis curat. Sequitur.n. Et ait ad illos parabolam istam dicens. Qui ex vobis homo? Similitudinem dedit, quam in se homo recognosceret, & tamē ad auctorem hominum pertineret. quia.n. centenarius perfectus est numerus ipse centū oues habuit cum sanctorum angelorū & hominum naturā possedit. vnde subdit. Qui habet centum oues. Cyrillus. Hinc percipe latitudinem regni. Saluatoris nostri. Dicit.n. oues esse centum, refer eius numerū subiectarum sibi rationalium naturarum ad integram multitudinē. Est.n. centenarius numerus perfectus ex decem decadibus cōstitutus. Sed ex his una oberrauit. s. genus humanum quod terram colit. Ambro. Diues pastor cuius nos omnes cētesima portio sumus, vnde sequitur. Et si perdiderit unam ex illis. Grego. Vna ouis tunc perit, quando peccando homo pascua vitę reliquit. In deserto autem nonagintanouem remanserāt, quia rationalis creaturę numerus, angelorum videlicet & hominum, qui ad videndum Deū conditus fuerat, pereunte homine erat inminutus. vnde sequitur. Nonne dimittit nonagintanouem in deserto, quia scilicet angelorum choros reliquit in cœlo. Tūc autem homo cœlum & deseruit, cum peccauit: Et ut perfecta summa ouium integraretur in cœlo, homo perdi-

Iustitiæ ueræ cōditio.

Allegorica expositio.

tus quęrebatur; in terrā. vnde sequitur; Et vadit ad illam, &c. Cyr. Nunquid autem sequiēs, in reliquas mot⁹ est pietate vnius? nequaquam. Sunt. n. illæ in tuto, circumsepiente illas potētissima dextera: sed magis oportebat misereri pereuntis, ne impfecta videretur residua multitudo. Vna. n. reducta sortitur centenarius propriam speciem. Aug. de q. euā. Vel illas nonaginta nouem dixit quas reliquit in deserto, superbos significans tanquā solicitudinē gerentes in animo dum solos se uideri uolunt, quibus ad perfectionē unitas deest. cum. n. quisq; à vera vnitate diuellitur, superbè diuellit: suæ quippe potestatis esse cupiēs nō sequitur unum quod est Deus, vni autem deputat omnes per pœnitētiā reconciliatos quæ humilitate obtinebit. Greg. Nisse. Cum autem pastor inuenisset ouem, non puniuit, non duxit ad gregem vrgendo, sed superponens humero & portans clementer annumerauit gregi. vnde sequitur: Et cum inuenerit ouem imponit in humeros suos gaudens. Greg. in home. Ouē humeris suis imposuit, q̄a humanā naturā suscipiēs peccata nostra ipse portauit. Inuēta āt oue ad domū redit, q̄a pastor noster reparato hoīe ad regnū cęleste rediit. vñ seq̄tur. Et veniēs domū conuocat amicos & uicinos, dicēs illis. Cōgratulamini mihi q̄a inueni ouem meā quę perierat: amicos & uicinos uocat angelorū choros, q̄a amici eius sunt, q̄a voluntatē eius cōtinuę in sua stabilitate custodiūt. Vicini quoq; eius sunt quia claritatē uisionis illius sua assiduitate pfruūtur. The. Supernæ igitur uirtutes oues dicuntur, in eo qđ omnis natura create aspectu Dei bestialis est. In eo uero quòd rationalis est, amici & uicini dicuntur. Grego. in hom. Et notandum quòd non dicit, Congratulamini inuentę oui, sed Mihi, quia uidelicet eius est gaudium uita nostra, & cum nos ad cœlum reducimur, solennitatem lætitię illius implemus. Ambrosius. Angeli autem quoniam sunt rationabiles, non immerito hominum redemptione lętantur. unde sequitur; Dico uobis quòd ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pęnitentiam agente, quam supra nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitētia. Hoc proficiat ad incentiua probitatis si unusquisq; cōuersionem suam gratam fore credat cętibus angelorum, aut quorum affectare patrocinium aūt ueteri debet offensam Grego. in ho. Plus āt de conuersis peccatorib. q̄ de stantib. iustis in cęlo gaudiū esse fatetur, quia plerunque hi qui nullis se oppressos peccatorū molibus sciunt, stant quidē in uia iustitiæ, sed tñ ad cęlestē patriā anxiè nō anhelant, & plerumq; pigri remanent ad exercenda bona pręcipua, quia securi sibi sunt q͞p nulla cōmiserint mala grauiora. At contrà nōnū q̄ hi qui aliqua illicita egisse meminerūt, ex ipso suo dolore cōpuncti ad amorem Dei inardescunt. Et quia errasse se à Deo cōsiderant, damna p̄cedentia lucris sequētibus recompensant. Maius ergo gaudiū fit in cœlo, quia & dux in p̄lio plus eū militē diligit qui post fugam reuersus hostē fortiter premit, quā eū q nūquā terga præbuit & nūquā aliquid fortiter fecit. Sic agricola illam amplius terram amat, quæ post spinas vberes fruges profert, quàm eam quæ nunquam spinas habuit, & nunquam fertilem messem producit, sed inter hoc sciendum est, quia sunt plerique iusti in quorum vita tantū est gaudium vt eis quęlibet peccatorum pęnitentia pręponi nullatenus possit. Hinc ergo colligendum quantum Deo gaudium faciat quādo humiliter plangit iustus, si facit in cœlo gaudium quādo hoc quod male gessit, per pęnitentiam damnat iniustus.

Anagogica expositio.

Aut quæ mulier habens drachmas decem si perdiderit drachmā unā, nonne accendit lucernā & euertit domū & q̄rit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico uobis, quia gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.

Cyr. Per præcedētē parabolā in qua genus humanū dicebatur ouis erratica, docebamur nos fore creatura sublimis Dei q fecit nos & nō ipsi nos, cuius pascuæ oues sumus, subiūgit secūda parabola, qua genus humanū cōparatur drachmę q̄ periit: Per quam ostēdit nos ad similitudinē & imaginem regiā factos esse. s. summi Dei Nam drachma nūmus est impressam habens

bens

bens regiam figuram.vñ dr; Aut quæ mulier habens decem drachmas.Greg.in ho. Qui signatur per pastorem, ipse per mulierem: ipse.n.Deus,ipse & Dei sapientia. Angelorum åt & hominum naturam ad cognoscendum se dominus condidit, & ad similitudinem suam creauit Decé ergo drachmas habuit,quia nouem sunt ordines angelorum: sed vt compleretur electorum numerus, homo decimus est creatus. Aug.de q.euan. Vel in nouem drachmis, sicut & in nonagintanouem ouibus ponit eorum significationé, qui de se præsumentes,peccatoribus ad salutem redeũtib.se præponunt; vnum.n. deest & a nouem vt decem sint,& a nonagintanouem vt centum sint,cui vni deputat oẽs per pœnitentiã reconciliatos. Gre.in ho. Et quia imago exprimitur, in drachma mulier drachmam perdiderat qñ homo qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando a similitudine sui conditoris recessit. Et hoc est qđ subditur: *Si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam?* Accendit mulier lucernã,quia Dei sapientia apparuit in humanitate.Lucerna quippe lumen in testa est, lumen vero in testa est diuinitas in carne. Accensa aũt Lucerna sequit: *Et euertit domũ.* Quia.s. mox vt eius diuinitas per carné claruit, omnis se nostra conscientia concussit,quia euersionis sermo nó discrepat in eo ꝙ in alijs codicibus legitur, Emundat; quia praua més si non prius pr timore euertit,ab assuetis vitijs non mundatur; euersa åt domo inuenitur drachma. Sequitur.n. Et ꝗrit diligenter donec inueniat: qui.s.cũ perturbatur conscientia hominis, reparat in homine similitudo conditoris. Greg.Nazan.Inuéta autem drachma cœlestes virtutes facit participes gaudij, quas ministrans dispensationis fecit. vnde sequitur: Et cũ inuenerit conuocat amicas &c.Grego.in ho.Supernę.n.virtutes tanto diuinę sapientiæ iuxta sunt,quanto ei per gratiã continuę visionis appropinquãt The.Vel amicę sũt vt exequétes volũtaté ipsius vicinæ vero vt incorporeę vel forte amicæ ipsius sũt oẽs supernæ virtutes,vicinę vero sunt ꝓpinquores,s.throni,cherubin, & seraphin.Greg.Nise.Vel aliter, Hoc reor dominũ nobis proponere in inquisitione perditę drachmę, quia nulla nobis à cæteris uirtutibus utilitas ꝓuenit,quas drachmas vocat, quamuis præsto sint omnes vna sola deficiente animæ viduitate, qua .s. diuinæ similitudinis nitorem sortitur, propter quod primo quidem iubet lucernam accendere.s. verbum diuinum quod abscondita patefacit. Vel forsan pœnitentię lampadé, sed in domo propria.i. in se ipso & in sua cóscientia oportet perquirere drachmam perditam.i. regis imaginé, quæ nó penitus deperijt, sed tecta sub fimo,qui significat carnis contagia, quibus studiosè abstersis.i. dilutis per solertiam vitę elucescit quod quærit. vnde oportet ipsam quæ inuenit gratulari; nec non ad participia gaudij uocare vicinas.i.contubernales uirtutes.i. rationabilem, & concupiscibilem, & innatum iracundiæ affectum. Et si quæ sint tales vires circa animam considerare, quas docet gaudere in domino,deinde concludens parabolã subdit.Ita dico uobis,gaudiũ erit angelis super vno peccatore pœnitentiam agente. Greg. in ho. Pœnitentiam agere est præterita mala plangere, & plangenda non ꝑpetrare, nã qui sic aliam deplorat,ut tamẽ alia committat,adhuc pœnitétiam agere aut ignorat aut dissimulat. Cogitandum est etiã ut ꝑ hoc conditori satisfaciat, ut q cómisit ꝓhibita,sibi abscindere debeat etiã concessa, & se reprehendat in minimis, q se meminit in maximis deliquisse.

Virtutũ cónexio.

Ait autẽ, Homo quidam habuit duos filios & dixit adolescẽtior ex illis,patri: Pater,da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et diuisit illi substantiam. Et post non multos dies cõgregatis omnibus adolescẽtior filius peregrè ꝓfectus est in regionem longinquam & ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriosè. Et postquam omnia consummasset facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere & abijt & adhæsit uni ciuiũ regionis illius, & misit illum in uillam suam ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.

Amb. Tres ex ordine Lucas parabolas posuit. Ouis quæ perierat & inuenta est, drachma perierat & inuenta est filius qui erat mortuus reuixit, ut triplici remedio

prouo-

Sequitur: Et abijt & adhæsit vni ciuiũ regionis illius. August. de quæst. euan. Vnus ciuium regionis illius aliquis aereus princeps est ad militiã diaboli pertinens; cuius villa est modus potestatis ipsius, de qua sequitur: Et misit illum in uillam suã, ut pasceret porcos. Porci sunt immũdi spiritus qui sub ipso erant. Bed. Porcos aũt pascere, est ea quibus immundi spiritus gaudẽt operari. Sequitur. Et cupiebat implere vẽtrem suum de siliquis quas porci mãducabant. Ambr. Siliqua genus leguminis est, intus inanis, foris mollis, quo corpus non reficitur, sed impletur, ut sit magis oneri quàm vsui. Aug. de q. euan. Siliquæ ergo quibus porcos pascebat seculares doctrinæ sunt: steriles, uanitatem personãtes, de quibus laudes idolorum fabularumq; ad deos Gentium pertinentium vario sermone atq; carminibus percrepant, quibus dæmonia delectantur. vnde cũ ille satiari cupiebat, aliquid solidum & rectũ quod ad beatam vitã pertineret, inuenire volebat in talibus & non poterat. vnde sequitur: Et nemo illi dabat. Cyril. Sed cum Iudæi multipliciter arguant in sacra scriptura de multis criminibus, quomodo populo illi conueniũt uerba maioris filij dicẽtis. Ecce tot annis seruio tibi, & nũquam mãdatũ tuũ præteriui? Est ergo hic sensus parabolæ. Arguẽtibus eũ pharisæis & scribis quod reciperet peccatores, proponit præsentẽ parabolã, in qua hominẽ vocat Deũ qui pater est duorũ fratrũ, iustorũ. s. & peccatorum, quorũ primus gradus est iustorũ ab initio iustitiã sequentiũ, secũdus gradus est hominũ per pœnitẽtiã ad iustitiã reductorum. Basi. Facit ẽt ad antiquioris consistentiam magis aĩus senilis & grauitas, quàm canities capillorum, nec qui secundum ætatẽ est iuuenis increpatur, sed iuuenis moribus qui secundum passiones viuit. Titus. Abijt ergo adolescentior nondum adultus mente, petitq; à patre id quod ei de hæreditate contingit, ut scilicet non ex necessitate seruiret: sumus. n. animalia rationalia liberum arbitrium habentia. Chry. Dicit autem scriptura diuidere Patrẽ ex æquo filijs duobus substãtiam suam, i. sciẽtiam boni & mali, quæ veræ & perpetuæ sunt opes animæ bene utenti. Quæ. n. ex Deo est in prima natiuitate hoĩbus substãtia rationalis. æqualiter cunctis nascentibus datur. De subsequenti aũt cõuersatione vnusquisq; plus aut minus huius substãtiæ possidere inuenitur, dum vnus ea quæ sumpserit patris esse credens, quasi paterna custodit, alius sicut propriæ possessionis licentia dissipandis abutitur. Ostenditur aũt libertas arbitrij, quia pater qui neque discedere volentem retinuit, ne liberi arbitrij auferat potestatem, neq; manere cupientẽ cogit abscedere. Abijt aũt lõge non locorum translatione, sed mentis declinatione. vnde sequitur: Peregre profectus est in regionem longinquã. Ambr. Quid. n. lõginquius est, quàm à se recedere, nec regionibus, sed moribus separari? etenim qui se à Christo separat, exul est patriæ, & ciuis mundi. Merito ergo prodegit patrimoniũ qui recessit, ab ecclesia. Titus. Vnde & denominatus est prodigus dissipans substantiam suam, i. intellectum rectum, castimoniã, documẽta veritatis, notitiã genitoris, memoriam creationis, sensum. Ambr. Facta est ãt in regione illa fames nõ epularũ, sed bonorũ operũ, atq; virtutũ quæ sunt miserabiliora ieiunia. etenim qui recedit à verbo Dei esurit, quia non in solo pane uiuit homo, sed in oĩ verbo Dei, qui recedit à thesauro, eget. Egere ergo ideo cœpit & famẽ pati, quia nihil prodigæ satis est uolũtati. Abijt itaq; & adhæsit vni ciuiũ. Qui. n. hæret in laqueo est, & videt̃ ciuis iste princeps esse istius mundi. Deniq; ad villã eius mittit̃ quã emit, qui se excusat à regno Beda. In villã. n. mitti, est substãtiæ mũdialis cupiditate subiugari. Ambro. Pascit autẽ porcos illos in quos petiuit diabolus introire, in sordibus ac fætore viuentes. Theo. Hos igitur pascit, quia alios præcellit in vitio, ut sunt leones, archiprædones, archipublicani, qui alijs sunt doctores operationis malæ Chryso. Vel spiritualibus destitutus operibus, quasi prudentia & intellectu porcos pascere dicitur, hoc est sordidas & immundas in anima sua cogitationes nutrire, & dedit escas irrationabiles prauæ cõuersationis, dulces quidem egẽti bonorum, quia suaue peruersis uidetur omne opus carneæ voluptatis, quàm uirtutes animæ penitus ener

Notabilis sentẽtia.

Tropologica pulchra.

uat

uat & pimit, huiusmodi cibos quasi porcinos & male dulce,.i.carnalium delectationũ illecebras, siliquarum nomine scriptura designat. Ambro. Cupiebat autem siliquis ventrem implere suum, nec etiam alia est cura luxuriosis nisi vt vẽtrem suũ impleant. Theop. Quibus nullus dat saturitatem malorum, distat n. à Deo qui talibus vescitur. Dæmones autẽ ad hoc student, ne vnquam saturitas malorum proueniat. Glo. Vel nemo illi dabat, quia cũ diabolus aliquem suum facit, vltra ei abũdantiã nõ procurat, sciẽs eũ esse mortuũ.

In se ãt reuersus, dixit: Quãti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego ãt hic fame pereo? Surgã, & ibo ad patrem meũ, & dicam ei. Pater, peccaui in cœlum & coram te; iã non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unũ de mercenariis tuis. Et surgens uenit ad patrẽ suũ. Cũ ãt adhuc longè esset, uidit illũ p̃r ipsius, et misericordia motus est, & occurrens cecidit sup collũ eius, & osculatus est eũ. Dixitque ei filius. Pater, peccaui in cœlũ & corã te: iã nõ sum dignus uocari filius tuus. Dixit ãt pater ad seruos suos. Cito proferte stolã primã, & induite illũ, & date annulũ in manu eius & calceamẽta in pedes eius, & adducite uitulũ saginatũ, et occidite, & manducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat et reuixit perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari.

Greg. Nis. Contempserat patrẽ in primo recessu adolescẽtior filius, & opes paternas profuderat. At ubi lapsu tẽporis est attritus laboribus, dũ mercenarius fieret, & eodẽ cum porcis pabulo pasceretur redit in domum paternam castigatus. unde dicit; In se aũt re. di. Quanti merce. in do. pa mei abun pa ego aũt hic fame pereo? Ambr. Bene in se reuertitur, quia à se recessit. etenim qui ad Deum regreditur, se sibi abdicat reddit: & qui recedit à Christo, se sibi. Aug. de quæst. euan. In se autẽ reuersus est, cum ab eis quę forinsecus frustra illiciunt & seducunt; in conscientiæ suæ interiora suam intentionem reduxit. Basi. Est autem secũdum tres differentias obedientiæ discretio. aut. n. metuẽtes supplicia declinamus à malo, & sumus in dispositione seruili: aut mercedis lucra uenantes exequimur quæ mandantur, mercenarijs assimilati; aut ipsius gratia boni

Obediẽtia triplex.

& dilectionis ad eũ q̃ dedit legẽ seruimũs & sic dispositionẽ redolemus filiorũ. Ambro. Filius. n. qui hẽt sancti spiritus pignus in corde, secularis mercedis lucra nõ q̃rit, sed ius seruat hæredis. Sũt ẽt mercenarij boni qui cõducũtur ad uineã. Isti nõ siliqs, sed panib. abũdãt. Au. de q. euã. Vnde ãt hoc scire poterat in quo tanta erat obliuio Dei, sicut in oĩbus idololatris fuit, nisi quia ista recogitatio resipiscentis est, cum euangeliũ p̃dicaretur? iã poterat talis aĩa aduertere multos p̃dicare ueritatẽ, inter quos quidã essent nõ ipsius amore ueritatis ducti, sed cupiditate cõparãdorũ secularium cõmodum, qui tamẽ nõ aliud annunciant, sicut hęretici, vnde mercenarij rectè appellantur. In eadẽ quippe domo eundem panem uerbi tractantes, non tñ in hæreditatem æternam uocati, sed tẽporali mercede conducti. Chry. signanter autem subdit: Ego autẽ hic fame pereo, quasi diceret. Ego nõ alienus, sed filius boni patris, & frater filij obsequentis, ego liber & generosus, factus sum miserior mercenarijs, à summa celsitudine primę nobilitatis ad infimam humilitatem delapsus. Greg. Nis. Nõ prius autem rediit ad pristinam felicitatẽ quã in se rediẽs sentiret opprimentis ærumnæ pręsentiam, & meditaretur pęnitentiæ verba quæ subduntur: Surgam. Au. de quæst. euan. Quia iacebat. Et ibo, quia lõgè aberat: ad patrem meum quia sub principe porcorum erat. Cætera verò sunt pęnitẽtiam meditãtis in confessione peccati, nondum tamẽ agẽtis; non enim iam dicit patri, sed dicturũ se esse promittit cũ uenerit. Intelligas igitur hoc nunc accipiendum esse uenire ad patrem in ecclesia constituti per fidẽ, ubi peccatorum legitima & fructuosa iã possit esse cõfessio; dicit ergo dicturum se esse patri; pater. Ambr. Quàm misericors q offensus, nec paternum nomẽ dedignatur audire. Peccaui, hæc est prima confessio apud auctorem naturæ præsulẽ misericordiæ, arbitrum culpæ. Sed etsi Deus nouit omnia, uocem tamen tuæ confessionis expectat; Ore n. confessio fit ad salutẽ, quia alleuiat põdus erroris quisquis ipse se onerat, & accusationis excludit inuidiã, q accusatorem præuenit confitendo; frustra

Quæstus turpis euangelii.

Cõfessionis formæ.

stra

strá velis occultare quē nihil fallit, & sine periculo prodas qđ scias esse iá cognitū: confitere magis vt interueniat pro te Christus, roget pro te ecclesia, illachrymet populus, nec verearis ne nō impetres. Aduocatus spōdet veniā, patronus promittit reconciliationē tibi paternæ pietatis, pollicetur assertor. Subdit āt, In cęlum & coram te. Chr. Dicens coram te ostendit hūc patrē Deū debere intelligi, Deus.n. solus cōspector est oīum a quo nec in corde meditata peccata abscōdi possunt. Augu. de q. euan. Vtrum āt hoc est peccatum in cęlū qđ est coram te, vt cœlum appellauerit ipsam summitatem patris, an potius peccaui in cœlum coram sanctis animab. corā te āt in ipso penetrali conscientiæ? Chrys. Vel cœlum hoc loco intelligatur: qui.n. in cœlum peccat quod etsi supernum, tñ visibile elementum est, ipse est qui peccat in hominem quem suscepit filius Dei pro salute nostra. Amb. Vel peccato aīę cœlestia significātur dona spiritus imminuta, vel quia ab illius gremio matris Hierusalē quæ est in cęlo non oportuit deuiari. deiectus āt se exaltare non dēt. vnde subdit; Iam non sum dignus vo. fi. tuus. Et vt merito suę humilitatis possit attoli, subdit, Fac me sicut vnū de mercenarijs tuis. Bed. Ad filij affectum, qui oīa quæ patris sunt sua esse nō ambigit, aspirare nequaquam præsumit, sed mercenarij statum iam pro mercede seruiturus desiderat. verum nec hunc quidem nisi paterna dignatione se mereri posse testatur. Greg. Nis. Hunc aūt filium prodigū Spiritus sanctus nobis descripsit, vt instruamur nos qualiter debeamus cordis deplorare peccamina. Chrys. qui postquam dixit: Ibo ad patrē meum, qđ ei cuncta attulit bona, non mansit, sed totum iter trāsiuit. Sequitur.n. Et sur. ve. ad pa. suū, sic & nos faciamus; nec pigeat nos longitudinis viæ; quia si voluerimus, fiet regressus celer & facilis, dūmodo deseramus peccatum, qđ nos a domo paterna reduxit. est āt pater redeuntibus clemens, nā subditur; Cū āt adhuc longè esset &c. Aug. de quæst. euan. Ante enim quā intelligeret Deū longè existens, cum tñ iā piè quæreret, vidit illum pater ipsius. Impios enim & superbos conuenienter non vide-

Ratio filij prodigi.

re dr̄ tanquàm ante oculos non habēs. Ante oculos.n. haberi nō nisi qui diliguntur dici solent. Chry. Sensit autem pater pœnitentiam, nō expectauit recipere cōfessionis verba, sed præuenit petitionem misericorditer agens. vnde subditur: Et mise ri. mo. est. Greg Nis. Confessionis meditatio placuit ei patrē, vt ob uiam iret ei, & oscula collo cōferret. Siquitur.n. Et occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Quod significat rationale iugum hominis ori impositum per euangelicam traditionem, q̄ obiecit obseruantiā legis. Chry. Quid.n. est aliud qđ occurrit, nisi quia nos peccatis impedientib. nostra uirtute ad Deum peruenire non poteramus? Ipse āt potens ad inualidos peruenire descendit; osculatur āt os per qđ emissa de corde confessio pœnitentis exierat, quā pater lętus excepit. Ambr. Occurrit igitur tibi quia audit te intra mentis secretē tractantē. Et cum adhuc longè sic, occurrit ne quis impediat, cōplectitur quoq; in occursu.n. præscientia est, in cōplexu clementia; & quasi quodam paterni amoris affectu supra collum cadit, vt iacentē erigat, & oneratū peccatis atq; in terrena deflexū reflectat ad cœlū. malo ergo filius esse quam ouis. Ouis.n. a pastore reperit, à patre filius honoratur. Aug de q. euang. Vel occurrens cecidit super collum eius. nō.n. pater vnigenitum filium suū deseruit in quo vsq; in nostram longinquā peregrinationem cucurrit quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Cadere āt super collū eius, est humiliari in amplexū eius brachium suum; quod est dñs Iesus Christus. Consolari āt verbo gratiæ Dei ad spem indulgentiæ peccatorū, hoc est post longa itinera remeantē mereri à patre osculum charitatis. Incipit aūt iam constitutus in ecclesia peccata confiteri, nec dicit omnia quæ dicturū se esse promiserat. Sequitur.n. Dixitq; filius ei &c. Hoc enim vult fieri per gratiā quo se indignū per merita fatetur. Nō addit quod in illa meditatione dixerat. Fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Cum.n. panem non haberet, vel mercenarius esse cupiebat, quod post osculum patris generosissimè iam dedignabatur. Chr. Pater autem

Infirmitas humana.

ad

ad filium sermonem nō dirigit, sed ministris loquitur; quia qui pęnitet orat, sed responsum verbo verè non accipit, misericordiā verò efficaciter in affectu intuetᷓ. Sequitur.n. Dixit autem pater ad seruos suos, Citò proferte stolam primam, & induite illum. Theo. Seruos vel Angelos intelligas administratoris spiritus, vel sacerdotes qui baptismate & verbo doctrinæ animā vestiuit ipso Christo. Quotquot.n. in Christo baptizati sumus Christū indui-
Stolæ mus. Aug. de q. euā. Vel stola prima est di-
primæ gnitas quā perdidit. Adā. Serui qui eam
signifi- proferūt, sunt cōciliationis prędicatores.
catio. Amb. Vel stola est amictus sapiētiæ, quo nuda corporis apostoli tegunt; accepit aūt sapientiam primam, est n. & alia quę mysterium nescit. Annulus āt est syncerae fidei signaculum & expressio veritatis. de quo sequitur: Et date ei annullum in manu eius. Beda. Id est in operatione, ut per opera fides clarescat, & per fidem opera confirmētur, Aug. de quæst. euan. Vel annulus in manu pignus est Spiritus sancti, pp gratiæ participationē quæ digito bene significatur. Chr. Vel iubet annulū dari, siue signaculi salutis salutaris symbolū, seu magis desponsationis insigne & nuptiarū pignus, quibus Christus ecclesiam sponsat, cùm anima resipiscens per annulum fidei iungitur. Aug. de q. euan. Calceamenta āt in pedes præparatio est euangelizandi ad non tangenda terrena, de quibus sequitus; Et cal. in pedes. Chrys. Vel mādat calceamēta pedib. imponi, aut pp cooperienda vestigia, vt per lubricū mūdi istius fixus incedat. aut pp mortificationē membrorum. vitæ.n. nostræ cursus in scripturis pes appellatᷓ, & mortificationis species calceamentis imponitur. quia de animalium mortuorum pellib. conficiuntur. Addit & vitulum illi saginatū iugulandū in cōuiuij exhibitione Sequitᷓ. Et addu. vi. saginatum, i. dn̄m Iesum Christum, quē vitulū nominat pp hostiā corporis immaculati saginatū āt dixit, quia pinguis & optimus in tantū est, vt pro totius mūndi salute sufficiat. Non āt ipse pater vitulum immolauit, sed alijs immolandum tradidit, permittente.n patre consentiens filius ab hominib. crucifixus est. Aug. de q. euang. Vel uitulus saginatus est ipse dn̄s secundū carnem satiatus opprobrijs. Quod āt imperat, vt adducant eum, quid aliud est, nisi, vt prædicent eū, & annunciādo faciant venire inexhausta fame viscera filij esurientis? Nā ēt ut occidant eum iubet, hoc est vt mortem eius insinuent; tunc.n. cuiq; occiditur, cum credit occisum. Sequitur; Et manducemus. Ambr. Bene carnem vituli, quia sacerdotalis est victima quę pro peccatis fiebat. Epulantē āt inducit, cū dicit, epulemur, vt ostenderet qm̄ paternus est cibus, salus nostra; & patris est gaudium, nostrorum redemptio peccatorū. Chry. Ipse enim pater gaudet in reditu filij, & cōuiuatur in vitulo, quia misericordiæ suæ fructum in immolatione filij sui gaudēs creator in acquisitione populi credentis epulatur vnde sequitur; Quia hic filius meus mortuus erat &c Ambro. Ille perijt qui fuit. Itaq; gentes non sunt Christianus est. Pōt tñ & hic uni species accipi generis humani, fuit Adam & in illo fuimus oēs perijt Adam, & in illo oēs perierunt. Homo igitur in illo homine qui perierat, reformatur pōt & de agente pęnitētiam dictum videri, quia non moritur nisi qui aliqñ uixerit. Egentes quidem cum crediderint, per gratiam viuificantur; qui vero lapsus fuerit per pœnitentia mreuiuiscit: Theoph. Quantum ergo ad uitiorū conditionē mortuus fuerat desperatus.
Sed quātū ad humanam naturā quę muta Allego-
bilis est, & pōt a vitio ad uirtutem cōuer ric⁹ sen
ti, deperditus dr. nam minus est perdi, quā sus.
mori. Quilibet āt reuocatus & mundatus a crimine saginati uituli particeps causa lætitię fit patri & famulis eius, i. Angelis, sacerdotib. vnde sequitᷓ; Et cœperunt oēs epulari. Aug. Istę epulę atq; festiuitas nūc celebrantur per orbem terrarum ecclesia dilatata atque diffusa. uitulus enim ille in corpore & sanguine dominico, & offertᷓ, patri, & pascit totam domum.

Erat āt filius eius senior in agro. Et cum veniret & appropinquaret domui audiuit symphoniam & chorū, & vocauit vnū de seruis, et interrogauit quid hæc eßēt. Isq, dixit illi; Frater tuus venit, & occidit pr̄ tuus vitulū saginatū, quia saluū illum recepit. Indignatus est āt et nolebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare

gare illũ. At ille respondẽs, dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi, & nunquã mãdatũ tuũ p̃terinit & nunquã dedisti mihi hędũ, ut cũ amicis meis epularer. Sed postq̃ filius tuus hic q deuorauit substantiã suã cũ meretricib. uenit, occidisti illi uitulũ saginatũ. At ipse dixit illi. Fili, tu semp mecũ es, et oĩa mea tua sunt. Epulari ãt & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.

Bed. Murmurantib de peccatorũ susce ptione scribis & pharisæis, tres p ordinẽ parabolas Saluator posuit. Duab. primis quantũ ipse cũ angelis pœnitentiã salutẽ gaudeat, insinuat. In hac verò tertia non suũ tantũmodo suorumq; gaudiũ demõstrat, sed & inuidentiũ murmur reprehendit. Dicit.n. Erat ãt fi.eius se.in agro. Au. de q.euan. Maior filius populus Israel est, nõ quidẽ profectus in longinquã regionẽ, sed tñ in domo nõ est. In agro aũt est.i. in ipsa hæreditaria opulentia legis, & prophetarum terrena potius operatur. Veniens autẽ de agro domũ appropinquare cœpit.i. labore seruilis operis improbato ex eisdem scripturis ecclesiæ libertatem considerauit. vnde sequitur; Et cum ue. & ap.do.au.sym. & chorũ.i. Spiritu sancto plenos vocibus consonis euangelium prædicare, Sequitur; Et vocauit vnum de seruis &c. Id est sumus ad legendum aliquẽ prophetarum, & in eo quærens quodãmodo interrogat vnde ista festa in ecclesia celebrantur, in qua se esse non videt. Respõdet ei seuus patris propheta. Sequitur.n. Isque dixit illi, Frater tuus venit &c.q.d. In extremis terræ fuit frater tuus, sed inde maior exultatio cantantium domino cãticum nouũ: q a laus eius ab extremis terræ & pp eum qui absens erat, occisus est uir sciens ferre imbecillitatẽ, quia quibus non est narratum de eo viderunt. Ambro. Adolescentiori autem filio.i. populo ex Gentibus: Israel tanquam maior frater beneficium paternæ benedictionis inuidit.

quod faciebant Iudęi quia Christus cum Gentibus epularetur. vnde sequitur; Indignatus est autẽ & no. &c. Augu. de q.euã. Allegorica expositio. Indignatur etiam & nunc, & adhuc non vult intrare. Cum ergo plenitudo Gentiũ nõ introierit, egredietur opportuno tẽpore pater eius, vt ẽt oĩs Israel saluus fiat, vnde sequitur; Pater er.il.egres.cę.ro cũ. Et enim quandoq; aperta vocatio Iudęorum in salutem euangelij, quam manifestationem vocationis tanquam egressum patris appellat ad rogandum maiorem filium. Deinde quæ respondit maior filius quęstiones duas habent. Sequitur.n. At ille respondens. &c. De mandato non prætergresso facile illud occurrit, nõ de omni mãdato dictũ, sed de uno maximẽ necessario, q̃ nullum aliũ Deum præter vnum creatorem omnium colere uisus est. Neq; iste filius in omnibus Israelitis, sed in his intelligitur p̃sonã habere, qui nũq̃ ab uno Deo ad simulachra cõuersi sunt. Quanquam.n. terrena desideraret, ab uno tñ Deo iste desiderabat bona, quãuis cõia cum peccatoribus. unde & in Psalmo dicitur; Vt iumentũ factus sim apud te, & ego semper tecum. Sed quis est hœdus quem nunquam accepit ad epulandum? Sequitur.n. Et nunquam dedisti mihi &c. Peccator hœdi nomine significari ualet. Ambr. Iudæus hędum requirit, Christianus agnũ & ideo illis Barrabas soluit, nobis agnus immolatur. Quæri etiam in hædo uideт, quia Iudæi ritũ ueteris sacrificij perdiderunt; uel qui hędum quærunt, expectant Antichristum. Aug. de q.euang. Sed non inuenio exitum huius sentẽtiæ. Multum .n. absurdum est eum, cui post dicitur: Tu mecum es semper, hoc à patre optasse, vt Antichristo crederet. Neq; omnino aliquem Iudæorum q Antichristo credituri sunt, istum filium fas est intelligi. Quomodo autem epularetur ex illo hædo, si ipse est Antichristus qui ei non crederet? Ac si hoc est epulari ex hędi occisione, quod est de Antichristi perditione lætari, quomodo dicit filius quem recepit pater hoc sibi non fuisse concessum: cum omnes filij de eius perditione lætaturi sunt? Ipsum igitur sibi dominũ negatum ad epulandum conqueritur, dum cũ peccatorẽ putat cũ.n hędus est illi genti.i. cum eum sabbati violatorẽ & prophanatorem æstimet, iucundari epulis illius nõ meruit. Greg. Quod autem dicit, Cũ amicis meis, aut ex persona principum cũ plebe intelligitur, aut ex persona populi Hierosolymitani cum cæteris populis Iuda. Hiero.

Hæde cõparatur Antichristus.

Vel

Vel dicit, Nunquã dedisti mihi hędum.i. nullus sanguis prophetæ vel sacerdotis à Romano imperio nos liberauit. Amb. Impudens aũt filius similis est publicano iustificanti se, q̃a legẽ seruabat in litera, impie accusabat fratrẽ q̃d cũ meretricib. paternã substãtiã progredisset, Sequit.n. Sed postquã filius tuus hic qui deuorauit &c. Au. Meretrices ãt sunt superstitiones Gẽtiliũ. cũ quib. substantiã dissipat qui relicto vero cõnubio veri Dei, cũ dæmonũ fęda cupiditate fornicatur. Hie. In hoc autẽ q̃d dicit Occidisti illi vitulũ saginatũ, cõfitetũ venisse Christũ, sed inuidia nõ vult saluari. Au. Nõ ãt pater eum quasi mentientem redarguit, sed secum perseuerantiam eius approbans ad pfectionẽ potioris atq; iucundioris exultationis inuitat, vnde sequitur: At ip. di. il. Fili, tu semper mecum es. Hier. Vel quod dixerat, iactantia est, nõ veritas: cui pater non consentit, sed alia compescit ratione. dicẽs. Mecum es lege qua stringeris, non quia nõ peccauerit, sed quia Deus eum semper castigando retraxit. Nec mirum si patri mentitur, qui fratri inuidet. Ambr. Sed bonus pater ẽt hunc saluare cupiebat, dicẽs: Tu mecũ semp es vel quasi Iudæus in lege, vel quasi iustus in cõmunione. Aug. Quid ãt sibi vult q̃ addidit: Et oĩa mea tua sunt, quasi non sint & fratris: sed sic à perfectis & immortalibus filijs habentur omnia, vt sint & omnium singula, & omnia singulorum vt.n. cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cũ angustia charitas tenet. Sed qũo omnia? nonne & angelos Deus in possessionẽ tali filio subiecisse putandus est? Si possessionem sic accipias, ut eius possessor ipse sit dñs. nõ vtiq; omnia, non.n. dñi erimus sed consortes potius angelorum. Si verò possessio sic intelligitur, quomodo rectè dicimus possidere animas ueritatem, non inuenio cur non verè ac propriè id possimus accipere. Non.n. id loquimur, vt dominas veritatis dicam⁹ animas. Aut si nomine possessionis ab hoc sẽsu impedimur illud quoq; auferatur; nõ.n. ait pater, Oĩa possides, sed oĩa mea tua sunt, nec tñ vt ipsius dñi. Q̃d.n. est in nr̃a pecunia, potest familiæ nr̃æ uel alimentum esse vel ornamentũ, vel aliud huiusmodi. Et certè cũ

Exposi- tio literalis.

ipsum patrẽ rectè ille possit suum dicere, nõ video qũo q̃ ipsius sunt, nõ ẽt rectè sua vocare possit, diuersis duntaxat modis: Cũ.n. beatitudinẽ illã obtinuerimus, nr̃a, erunt ad videndũ superiora, ad conuiuendum æqualia, ad dominandum inferiora. Cõgaudeat igitur securissimus maior frater. Ambro. Si.n. desinat inuidere, omnia sua sunt, vel Iudæus sacramẽta veteris testamenti, vel baptizatus noua etiam possidens. The. Vel aliter totum, persona filij qui videtur murmurare, sumitur pro omnibus quicunq; scandalizãtur in subditis, sicut Dauid introducit personam passam scãdalum in peccarorum pace. Titus. Maior igitur filius, sicut agricola insistebat agriculturę, non terrestrem, sed aĩę agrum fodies, & salutis arbores inserens.i. virtutes Theo. Vel erat in agro, hoc est in mundo colens propriã carnem ut repleatur panibus, & seminans in lachrymis ut in gaudio metat, sed cognitis gestis, nolebat intrare ad commune gaudium. Chry. Quæritur autem si afficitur passione liuoris dolens in prosperis aliorum. Dicendum est autem quod nullus sanctorum dolet in talibus, imò bona aliorũ sua existimat. nõ autem oportet omnia quęcunq; parabola continet ad literã pertractare, sed sensum elicientes cuius causa componitur nihil aliud perscrutari. Hęc ergo parabola ad hoc est composita ut peccatores non diffidant reuerti, scientes q̃ magna consequentur unde introducit alios turbatos in eorum bonis, ut indicet eos liuore tabescentes, sed tãto decore honoratos redeuntes, ut ẽt inuidiosi possint alijs fieri. The. Vel pharisæorum intentionem corrigit dominus per præsentem parabolã, quos ex hypotesi nominat iustos. q.d. Esto uos uerè iustos esse, nec transgressos aliquod mãdatorum, nunquid igitur p̃p hoc nõ oportet admittere à flagitiis redeuntes? Hier. Vel aliter. Omnis iustitia in cõparatione Dei, est iniustitia. unde Paulus, Quis me liberabit de corpore mortis huius? unde apostoli dedignati sunt pro petitione matris filiorum Zebedęi. Cyrillus. Quod & nosipsi qnandoque patimur. Viuunt enim quidam præstantissimam & optimam uitã, alius autem in ipso senio multoties ad

Quęstio pulchra textum.

Deum

Deum conuertitur, vel forsitan extremũ diem claudere debens hanc diluit reatus dño miserant. Hoc quidem aliqñ respuit ex importuna pusillanimitate, non attendens mentem Saluatoris, qui de salute pereuntium gaudet. Theo. Dicit ergo filius patri: Gratis duxit in dolorib. vitam à peccatoribus molestatus, & nunquam causa mei decreuisti mactãdum esse hędum i. i. persequẽtem me peccatorem, vt paululũ recrearet: qualis hœdus fuit Achab Eliæ. Qui dicebat, domine prophetas tuos occiderunt. Ambr. Vel aliter; Notaĩ hic frater vsque adeo, ut de villa uenire dicaĩ, hoc est terrenis operibus occupatus, ignorans q̃ sunt spiritus Dei, vt deniq; nunquã pro se uel hędũ queraĩ occisum: nõ n. pro inuidia, sed pro uenia mundi agnus est immolatus: inuidus hędum q̃rit, innocens agnũ pro se desiderat immolari, ideo & senior dr̃, eo q̃ quis p̃ inuidiã consenescat, ideo & foris stat, eo q̃ maleuolentia eũ excludat, ideo chorum & symphoniam audire non põt, hoc est nõ ulla theatralis incẽtiua lasciuiæ, sed plebis concordiã cõcinentis q̃ de peccatore saluato dulcẽ lętitię suauitatẽ resultat. qui. n. sibi iusti uidentur, indignanĩ qñ alicui peccatũ fatenti venia laxatur. Quis tu es qui dño cõtradicas, ne videlicet culpã relaxaret, cum tu cui uolueris ignoscas? sed remittendis post pœnitẽtiam debemus fauere peccatis, ne dũ ueniæ alterius inuidemus, ipsi eam nõ mereamur à domino non inuideamus de longinqua regione remeantibus, quia & nos fuimus in regione longinqua.

Agni significatio.

CAPVT XVI.

DICEBAT ãt, & ad discipulos suos: Homo qdã erat diues q habebat uillicũ; et hic diffamatus est apud illũ quasi dissipasset bona ipsius. Et uocauit illũ, et ait illi; Quid hoc audio de te? redde rationem uillicationis tuæ. Iã. n. non poteris uillicare. Ait ãt uillicus intra se; Quid faciam, quia dñs meus aufert à me uillicationem? Fodere non ualeo, mendicare erudesco. Scio quid faciam; ut cum amotus fuero à uillicatione, recipiant me in domos suas. Cõuocatis itaque singulis debitoribus dñi sui dicebat primo; Quãtũ debes dño meo? At ille dixit; Cẽtũ cados olei. Dixitq; illi? Accipe cautionẽ tuã, & sede citò, & scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu uero quãtũ debes? Qui ait, cẽtum coros tritici. At illi; accipe literas tuas, et scribe octoginta.

Bed. Postquam murmurantes de pœnitentium receptiono tribus parabolis Saluator redarguit, quartam mox quintãq; de eleemosyna dãda & parsimonia sequẽda subiungit, quia & ordo prędicandi aptissimus est, ut post pœnitentiam eleemosyna subiungat. unde dr̃. Dicebat autẽ ad dis. suos. Homo quidã &c. Chry. Opinio quædã erronea aggrauata mortalibus auget crimina, minuit bona. Ea uero est opinari, q̃ ea quæcunq; possidemus in vsu uitæ possideam⁹ ut dñi, & ideo ẽt opportune ea apprehẽdimus tanq̃ bona pręcipua. Sed contrarium est, non. n. nos vt dñi in uita præsenti collocati sumus in propria domo, sed tanquam hospices & aduenę quo nolumus ducimur, & quo tempore nõ putamus. qui nunc locuples est, in breui mendicus. Ego quinq; sis noueris te esse dispensatorẽ alienorum, & transitorii usus & breui stibi iura concessa sunt. Abiecto ergo ab aĩa dominii factu, sumas humilitatem & modestiã uillici. Beda. Villicus quippe uillæ gubernator est, vñ & à uilla nomẽ accepit. Oeconomus ãt tã pecuniæ quã frugũ, & oĩum q̃ hẽt dñs, dispẽsator est. Ambr. Ex hoc ergo dicimus non ipsos esse dominos, sed potius villicos alienarũ facultatum. Theo. Deinde q̃ cũ non exercemus dispensatiõnem opũ ad libitũ dñi, sed ad proprias illecebras cõmissis abutimur, criminosi villici sumus. vnde sequiĩ: Et hic diffam. est apud &c. Chry. Interea euulsus à uillicatione eripitur. sequitur: n. Et uocauit illum, & ait ei: Quid hoc audio de te? Redde rationẽ uillicationis tuæ Iam. n non poteris uillicare. Quotidie talia nobis per effectus exclamat dominus, ostendens nobis truentẽ in meridie sospitate, priusquã uesperascat exanimẽ & aliũ inter prandia expirantem, & diuersimodẽ ab hac uillicatione discedimus. Sed fideli dispensator, qui de propria dispensatione confidit, desiderat cum Paulo dissolui, & esse cum Christo. Is autẽ cuius sunt

Opinio erronea

Mira exhortatio.

vota terrena, anxiatur in exitu vt de hoc villico subdit, Ait autẽ villicus intra se, Quid fa. quia do. meus au. à me villicationẽ? Fodere nõ valeo: mendicare erubesco. Impotentem esse in opere crimen est vitæ inertis. Non. n. timeret, si cõsueuisset affectare labores. Quod si secundũ allegoriã accipiamus parabolã, post transmigrationem hinc factã nõ est tẽpus operandi. Vita præsens hẽt exercitium mãdatorũ, futura vero solatiũ. Si nihil operatus es hic, frustra in futurũ curas, sed nec mendicãdo ꝓficies. huius indiciũ sunt uirgines fatuæ, q̃ imprudenter à prudentib. mendicauerũt, sed reuersæ sunt vacuæ; quilibet. n. suã cõuersationẽ vt tunicã induit. nõ est ãt eam exuere, nec ambire cũ alio. Sed debitorũ remissionẽ ingeniatus est nequitiæ villicus, statuens sibi malorũ remediũ in conseruis. Sequit. n. Scio qd faciã, vt cũ amotus fuero à villica, reci. me ĩ do. suas. Quotiens. n. quis exitũ suũ percipiens, leuat beneficio farcinã peccatorũ relaxando debita debitori, vel tribuens inopib. copiã, ea q̃ sunt dñi largiẽs, multos amicos cõciliat ꝑbituros sibi corã iudice testimoniũ veritatis, nõ uocib. sed bonorum operum ostẽsione: quinetiam paraturos ꝑ testimoniũ refrigerij mansionem. Nihil autem est nostrũ, sed omnia sunt ditionis Dei vñ sequitur; Conuocatis itaq; singulis debitorib. domini sui dicebat primo: Quãtũ debes domino meo? At il. di. Cẽtum cados olei. Bed. Cadus græce est amphora continens vrnas tres. Sequit. Dixitq; illi, Accipe cautionem tuã & sede: & citò scribe qnquaginta: dimidiã ei partẽ dimittẽs. Sequitur Deinde alio dixit, Tu vero quãtũ debes? ait; centũ coros tritici: Corus modiis 30. completur: Ait illi, accipe literas tuas, & scribe 80 quintam partem dimittens. Simpliciter ergo sic potest accipi. Quisquis indigentiam pauperis uel ex dimidia lex quinta alleuiat parte, misericordię suæ mercede donandus est. Aug. de q. eua. Vel ꝙ de centum cadis olei; quinquaginta fecit scribi à debitore, & de centũ coris tritici octoginta ad hoc valere arbitror, vt ea quæ in sacerdotes atq; leuitas Iudæus quisq; operat, in ecclesia Xpi abundẽt, ut cũ illi decimas darent, isti dimidias dent

Cados Græcę quid sit

sicut de bonis suis fecit Zachæus, aut certè duas decimas dando i. unam quintam, superent impendia Iudæorum.

Et laudauit dñs uillicũ iniquitatis, quia prudẽter fecisset quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatiõe sua sunt. Et ego uobis dico: Facite uobis amicos de mammona iniqtatis ut cum defeceritis, recipiant uos in ęterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & q in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles nõ fuistis, quod uerum est quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrũ est quis dabit uobis? Nemo seruus potest duob. dominis seruire. Aut. n. unum odio habebit & alterũ diliget. Aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonę.

Aug. de q. euang. Villicũ quem dñs eijciebat à villicatu laudauit dñs, eo ꝙ in futurũ sibi prospexerit. uñ dr: Et lauda. dñs uilli. iniqui. qa pruden. egis. Non tñ oĩa debemus ad imitãdũ sumere. non. n. dño nostro faciẽda est in aliquo fraus, vt de ipsa fraude eleemosynas faciamus. Ori. Verũ quia Gẽtiles dicunt prudentiã esse virtutẽ & diffiniunt eã peritiã bonorũ malorum & neutrorum, uel cognitionem agẽdorum & non agendorum: considerandũ est utrum hęc dictio plura aut vnum significet: dicitur. n. ꝙ Deus parauit cęlos prudentia, constat bonam esse prudentiam, qua dñs cœlos parauit. Dicitur etiam in Gene. secundum 70. ꝙ serpens prudentissimus erat, ubi prudentiam non virtutem dicit, sed astutiam ad mala inclinationẽ habentem. & secundum hoc dicit ꝙ dñs laudauit uillicum, quia prudenter egisset hoc est callide & perperam. Et forsitan ꝙ dicitur, Laudauit, non secundum veram commẽdationem, sed abusiuè dictũ est, vt cum dicimus aliquem commendari in mediocribus & differentibus reb. & quodammodo mirandus esse cõcursus & acumen, quibus uigor mentis elicitur. Augu. de q. euan. E contrario dicuntur istæ similitudines, vt intelligamus si laudari potuit ipse à domino, qui fraudem faciebat, quãto amplius placeant Deo, qui secundum eius præceptum opera illa faciunt. Origen. Filii quoque huius seculi non sapientiores, sed prudentiores dicuntur lucis

Prudentiũ ratio.

filiis

Filijs, & hoc non absolute & simpliciter, sed in genere suo. Sequit: Quia filij huius seculi &c. Bed. Filij lucis & filij huius seculi vocantur, quo filij regni & filij perditionis, cuius.n. unusquisq; agit opera, ei⁹ cognominatur & filius. Theo. Filios ergo huius seculi uocat cogitationes quę ubi cōmoda sunt in terra, filios verò lucis spirituales opes tractātes intuitu diuini amoris. Inuenimur aũt in humanis quidē administrationibus prudenter omnia dispo nentes, & summopere satagentes, ut si defecerimus ab administratione, habeam⁹ uitę refugium, cum verò dispensare debemus diuina, nō prę meditamur quę nobis postmodũ sunt profutura. Greg. 18. mor. Vt ergo in sua manu homines post mortē quicquam inueniant, ante mortē diuitias suas in pauperum manibus ponant. vnde sequit; Et ego vobis dico, facite &c. Aug. de ver. do. Quod Hebręi uocant mammona, Latine diuitię uocantur, ac si diceret; Facite vobis amicos de diuitijs iniquitatis, Hoc aũt quidam malè intelligendo rapiũt aliena, & inde aliq̃d pauperibus largiunt, & putant se facere q̃d pręceptũ est. Intellectus iste corrigēdus est. De iustis laboribus eleemosynas facite, nō.n. corrupturi estis iudicē Christũ. si de p̄da inopis dares aliq̃d indici ut ꝑ te iudicaret, si iudex ille ꝑ te iudicabit, tãtauis est iustitię, ut ēt tibi displiceat. Noli tibi pingere talē Deũ, fons iustitię est, Noli ergo eleemosynas facere de fęnore & usuris, fidelibus dico q̃bus corpus Xp̄i erogamus; sed si pecunias tales habetis, de malo est q̃d habetis. Iã nolite malũ facere. Zachęus dixit, Dimidiũ rerũ mearum do pauperibus. Ecce quo currit, q̃ currit facere amicos de mãmona iniq̃tatis. & ne reus aliunde teneretur, Si cui aliq̃d tuli, quadruplũ reddã. Est & alius intellectus, Mãmonę iniquitatis diuitię seculi sunt omnes undecũq; sint. Si.n. veras diuitias quæris, aliæ sunt quibus Iob nudus abundabat, quãdo in Deũ cor plenum habebat. Istæ.n ab iniquitate appellanē diuitiæ quia veræ nō sunt, paupertate.n. plenæ sunt, & semper obnoxiæ casibus. Si.n. veræ diuitiæ essent, securitatem tibi darent. Aug. de q. euan. Vel diuitiæ iniquitatis dicuntur, quia nō sunt istæ

Diuitiæ veræ.

diuitię nisi iniquis, & qui in eis cõstituũt spem atq; copiam suæ beatitudinis. A iustis verò cum hic possidentur, est quidem ista pecunia, sed non sunt illis diuitiæ nisi cœlestes & spirituales. Ambr. Vel iniquũ mammona dixit; quia uarijs diuitiarũ illecebris nostras auaritias tentat affectus, vt velimus seruire diuitijs. Basi. Vel si successerit patrimonio, ab iniustus congregata cępisti; in pluribus.n. p̄decessoribus necesse est aliquem reperiri qui iniustè usurpauerit aliena. Ponatur autem ut nec pater exegerit, sed aurũ unde habes? Si quidem dicis à me, ignarus Dei es nō habens notitiam creatoris; si verò à Deo dic nobis rationem propter quam eas accepisti? an non Dei est terra & plenitudo eius? ergo si communis domini nostra sunt, erũt & conseruorum nostrorum. The. Illæ ergo dicuntur opes nequitię, quascunq; dominus dedit ad impendia necessitatis fratrum ac conseruorum nostrorum, nos verò tenemus nobis. Decebat igitur à principio oĩa pauperibus tradi, verũ quia iniquitatis fuimus uillici nequiter retinētes q̃d deputatũ est ad aliorũ opus, nō ē oĩno manendũ in hac crudelitate sed impartiēdum est pauperibus, ut recipiantur ab eis in cœlestibus tabernaculis. Sequit̄ n. Vt cũ defe. reci. uos in æter. tab. Grego. 12. mor. Si ãt eorũ amicitijs æterna tabernacula acquirimus, dantes pēsare debemus; q̃a patronis potius munera offerimus q̃ egenis dona largimur. Aug. de ver. do. Qui sunt n. qui habebũt tabernacula æterna nisi sancti Dei? Et q̃ sunt qui ab ipsis accipiēdi sunt in tabernacula æterna, nisi qui eorũ indigētiæ seruiũt, & q̃d eis opus est hilariter subministrãt? Illi sunt minimi Xp̄i qui oĩa sua dimiserunt, & secuti sunt eũ, & quicquid habuerũt pauperib⁹ distribuerunt, ut Deo sine seculari compede expediti seruirēt, & ab oneribus mũdi liberatos velut pennatos sursum homeros tollerent. Aug. de quæst. euang. Non ergo eos à quibus recipi volumus in tabernacula æterna taquam debitores Dei fas est intelligi, cum iusti & sancti significentur hoc loco qui eos introducant, qui necessitatibus suis terrena bona cõmunicauerunt. Ambr. Vel aliter: Facite uo ami. de

Tabernacula æterna quæ sint

Iustificat se corã hominibus qui peccatores tanquã infirmos desperatosq; contemnũt, se ãt ipsos tãquã perfectos eleemosynarũ remedio opus nõ habere credũt. sed noxij tumoris altitudo quàm sit iustè dãnãda, videt ille qui illuminabit abscõdita tenebrarũ. vñ sequitur. Deus.au.no.cor. The. Et ideo abominabiles ei estis ob arrogantiã & ambitũ humani fauoris. vnde subdit. Quia qđ hoibus altũ est, abominatio est apud Deũ. Bed. Disputantẽ aũt cõtra auaritiam Saluatorẽ pharisęi deridebant, quasi contraria legi prophetisq; pręciperet, vbi multi ditissimi Deo placuisse legũtur, sed & ipse Moyses populum quẽ regebat, si legem sequeretur, oibus terrenis bonis abundaturum pręmdixit. quibus dñs occurens ostendit inter legem & euãgelium, sicut promissionum, ita & præceptorum nõ minimã esse differentiã. vnde subdit. Lex & prophe. vsq; ad Ioã. Ambro. Non quia lex defecit, sed quia incœpit euangelij prædicatio, vidẽtur.n. minora cõpleri cùm potiora succedant. Chry. Per hoc ãt reddit eos celeres ad sui fidẽ, q̃a si vsq; ad tempus Ioannis consũmata sũt oĩa ergo sum q̃ veni. Non.n. destitissent prophetę, nisi venissem ergo. Sed dices. Qualiter ꝓphetę vsq; ad Ioannẽ, cũ multò plures ꝓphetæ in nouo quã in veteri testamẽto fuerint? Sed de illis prophetis dicit q̃ prenũciauerũt Xp̃i aduentum. Eus. Nouerãt aũt priores prophetæ ꝑdicationẽ regni cęlorũ, sed nullus eorũ expressè annũciauerat populo Iudæorum, eo ꝙ puerilẽ mentẽ Iudæi habentes, imbecilles erant circa ꝑdicationis immensitatẽ. Primus aũt Ioãnes manifestè ꝑdicauit appropinquasse regnũ cęlorũ, necnon & peccatorũ remissionẽ per lauacrũ regenerationis. vnde sequitur: Ex eo regnum Dei euãgelizatur, & oĩs in illud vim facit. Amb. Lex.n. multa secũdum naturam tradidit, ut naturalibus indulgentior desiderijs ad iustitiæ studium nos vocaret: Christus naturã incidit, quia naturales quoq; amputat voluptates. sed ideo vim facimus naturæ, ut nõ ad terrena demergat, sed ad superna se erigat. Euseb. Magna.n. pugna incumbit mortalibus in ascensu cęlorũ; ꝙ.n. hoĩes carne mortali vestiti subiungẽt voluptatẽ, & oẽm illicitum appetitũ, imitari volentes vitã, angelicam qũo nõ fit violenter? Quis aũt vidẽs diuino insudantes cultui, & penè suã carnem mortificantes, nõ reuera fatebitur illos vim inferre regno cœlorũ? sed & si quis indagauerit mirandũ propositum venerãdorũ martyrũ, fatebitur eos vim irrogare in regnũ cœlorum. Aug. de q. euan. Vim ẽt faciunt in regnũ cęlorum, ut nõ solum temporalia ista contẽnant, sed ẽt linguas deridentium se talia cõtemnentes. Hoc.n. subiunxit euangelista, cùm dixisset derisum fuisse Iesum, cum de contẽnendis terrenis diuitijs loqueretur. Beda Ne aũt puterẽt in eo ꝙ dixit, Lex & prophetæ vsq; ad Ioannem, legis vel prophetarum ab eo destructionem prædicari, hoc excludi subdens. Facilius aũt est cœlum & terram præterire, quàm de lege vnum apicẽ cadere. Præterit.n. figura huius mũdi, de lege autem nec vnius quidem literæ summitas, i. nec minima quæq; à sacramentis spiritalibus vacant, & tñ lex & prophetæ vsq; ad Ioãnem, quia non potuit vltra venturum prophetizari, quod Ioannis præconio iam uenisse clarebat. quod aũt de lege in perpetuũ nõ violanda ꝑdixerat, vno exẽpli gratia de illo sumpto confirmat testimonio, dicens. Oĩa q̃ dimittit vxorẽ suã, & ducit alterã, męchat, & qui dimissam à viro ducit, męchatur, vt ex hoc vno discerẽt ẽt in cęteris eũ nõ ad soluenda, sed implenda decreta legis venisse. The. Quòd.n. cũ imperfectis lex imperfectè loqueret, ex hoc patet ꝙ duris ꝑcordijs Iudęorũ ait. Si uit odio habuerit cõiugẽ, dimittet eã. q̃a cũ homicidę essent & gauderẽt in sanguine, nec astrictorũ sibi miserabant, adeò vt filios & filia mactarẽt dęmonibꝰ, nũc verò perfectioris doctrinæ opus est. Ob hoc igitur dico, ꝙ si quis repudiat cõiugem, non incumbẽte causa fornicationis, męcatur, & qui aliam duxerit, mechatur. Ambro. Prius autem dicẽdum arbitror de lege cõiugij, ut postea de prohibẽdo diuortio disputemus. Quidam putant oẽ coniugium à Deo esse, quia scriptum est. Quos Deus coniũxit, homo non separet. Quos ergo Apostolus dixit. Si infidelis discedit, discedat? In quo ostendit nõ à Deo esse omne

Legis prophetiæ tempus.

Via cœlorũ ardua.

cōiugium neque.n.Christiani Gentilibus Dei iudicio coniūguntur. Noli ergo vxorem dimittere, ne Deum tuę culpę diffitearis auctorem. Etenim si alienos, multò magis uxoris debes tolerare & emendare mores. Quę cū paruulis fęta dimittitur, durū, si excludas parentē pignora teneas, ut ad contumeliā parentis addas etiā pietatis iniuriam: durius si pp matrem etiam filios simul pellas. Pateris ne liberos tuos viuēte te esse sub vitrico, ac incolumi matre esse sub nouerca? Quam periculosum si fragilem adolescentię ętatem errori offeras, q̄ impium si eius destituas senectutē, cuius deflorāueris iuuentutem? Pone si repudiata nō nubat, & hoc tibi debuit displicere, cui adultero fidē seruat. Pone si nubat, necessitas illius tuū crimē est: & qđ cōiugiū putas adulteriū est. Hoc moraliter tñ, q̄a supra ꝓposuerat regnū Dei euāgelizari, & cū dixisset de lege vnū apicē nō posse cadere, subiecit: Oīs qui dimittit vxorē suā &c. Vir Christus est, vxor ecclesia, charitatē vxor, integritate virgo: ergo quē Deus traxit ad filiū, nō separet persecutio, nō auertat luxuria, nō philosophia depredetur, hæreticus nō inficiat, Iudæus nō separet. Adulteri sūt oēs qui adulterare cupiunt fidei & sapientię ueritatem.

Homo quidā erat diues qui induebatur purpura & bysso, & epulabaī quotidie splendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, q̄ iacebat ad ianuam eius, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quę cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant, & lingebant ulcera eius.

Beda. Admonuerat supra dñs facere amicos de mammona iniquitatis, quod audientes pharisęi deridebant: deinde illa q̄ proposuerat, exemplis astruit, dicens. Homo quidā erat diues. Chry. Erat, non est, quia prӕterijt quasi umbra fugiēs. Nō āt

Paupertas quæ laudabilis.

oīs sancta paupertas aut diuitiæ criminosæ, sed ut luxuria infamat diuitias, ita paupertate cōmendat sanctitas. Sequitur Et indue. pur. & bysso. Amb. Purpura color regij habitus est, & conchis marinis ferro

Culpa ī vestibus

circumcisis emissa. byssus verò genus lini candidi & mollissimi. Gregor. in ho. Si autem subtilium præciosarumq; uestiū vultus culpa non esset, nequaquā sermo Dei hoc tam vigilāter exprimeret. Nemō quippe vestimenta præciosa nisi ad inanē gloriam quærit, ut honoratior cęteris esse videaī: nemo.n. vult tibi pręciosis uestibus indui, ubi ab alijs non possit videri. Chry. Cinerem & puluerem & terrā purpura & serico protegebat, scđm uestimenta eius, & ita & epulæ, & nos quales epulę, talia & vestimenta. vnde sequitur: Et epulabatus quo, splē. Gre. 1. mor. Vbi solerter intuendum est, quia celebrari sine culpa cōuiuia vix possūnt, pene semper epulas cōcomitaī voluptas. Nā cū corpus ī refectionis delectatione resoluiī, cor ad inane gaudiū relaxaī. Sequitur; Et erat quidā mendicus no. Lazarus. Amb Narratio magis quā parabola videī, qñ etiam nomē exprimitur. Chry. Parabola verò illa est, vbi exēplū ponitur, & tacentur noīa. Interpretatur āt Lazarus q̄ adiutus est; pauper n. erat, & illū dñs adiuuabat. Cyr. Vel aliter. Pręsens sermo de diuite & Lazaro similitudinariè scriptus est in parabola, ut innotescat qđ qui terrenis affluunt opib. nisi uelint opitulari necessitatibus pauperū, grauē incurrent sententiā. Refert āt traditio Iudæorū Lazarum quendā fuisse tunc tēporis Hierosolymis extrema pressum inopia & infirmitate, cuius meminit dñs introducēs eū in exēplum ad maiorē sermonis manifestationē. Gre. in ho. Notādum ét est, quia in populo plus solent noīa diuitū quā pauperū sciri, Dñs āt nomen pauperis dicit, & nomē diuitis nō dicit; quia Deus humiles nouit atq; approbat, superbos, ignorat. Vt āt amplius ꝓbaretur pauper simul hūc & paupertas & ægritudo tabefecit. Sequiī n. Qui iacebat ad ianuā eius vlceribus plenus. Chry. Ideo iacebat ad ianuā, ne diues diceret; Nō vidi, nemo mihi nūciauit, videbat eū exiens, & reuertens, ideo vlceribus plenus, ut crudelitatem diuitis suo corpore demōstraret. mortem corporis tu vides iacere ante ianuā, & nō misereris si Dei pcepta nō cōsideras, saltem conditionis tuæ miserere, & time ne ipse talis efficiaris, ægrotatio aūt habet aliquod solatiū, si opes habet. Quanta ergo in isto pęna est, in quo inter tāta vulnera nō meminit dolores plagarum, sed famem? Sequitur enim; Cupiēs saturari de

micis

micis &c. q. d. Quod proijcis de mensa, hoc pone in eleemosynã, fac dãna lucrũ. Amb. Insolentia ãt & tumor diuitũ in diuitijs cõpetentib. subinfertur. sequitur. n. Et ne. illi da. Ita. n. sunt cõditionis humanæ immemores, vt tanquã supra naturã siti, de miserijs pauperũ incentiua sua capiãt voluptatũ, rideant inopẽ, insultent egenti, & quorũ misereri deceat his auferãt. Au. de verdo. Inexplebilis. n. auaritia diuitũ, nec timet Deũ, nec hominẽ veretur, non parcit patri, amico fidẽ non seruat, viduã opprimit, rem pupilli inuadit. Gre. in ho. insuper pauper videbat procedẽtẽ diuitẽ ab obsequentib. circũfulcir se infirmitate & inopia à nullo visitati, nã quia nemo ei ad visitãdũ aderat, testanẽ canes qui libenter vulnera eius lingebãt. Sequitur. n. Sed & canes &c Cyril. Vlcera quæ nullus hominum lauare dignabatur & contrectare feræ mites lambunt. Greg. in ho. Ex vna ergo re omnipotẽs Deus duo iudicia exhibuit, dum Lazarum pauper ante ianuam diuitis iacere permisit, vt & diues impius damnationis sibi augeret vltionem, & tẽtatus pauper cresceret ad remunerationẽ, qa conspiciebat ille quotidie cui misereretur, uidebat iste de quo probaretur.

Increpatio diuinum.

Factum est ãt ut moretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinũ Abrahæ. Mortuus est ãt & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans ãt oculos suos cùm esset in tormẽtis, uidit Abrahã à longè, & Lazarum in sinu eius, et ipse clamans dixit: Pater Abrahã, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquã, ut refrigeret linguã meã, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili recordare qa recepisti bona in uita tua & Lazarus similiter mala. Nunc ãt hic consolatur, tu uerò cruciaris. Et in his omnib. inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut hi qui nolũt hinc trãsire ad nos non possint, neq; inde huc transmeare.

Chry. Audiuimus quid vtriq; in terra passi sunt, uideamus quid vtriq; patianẽ apud inferos. Quod temporale fuit, præterijt, quod sequitur, æternũ est. Vterq; mortuus est, illum angeli, hunc pœnę suscepe rũt. Dicir n. Factũ est aũt ut mo. men. &c. Tantæ pęnę repentè delicijs cõmutantur. Portatur post tantos labores, quia defecerat, ne saltem ambulans laboraret, & portabantur ab angelis. Nõ suffecerãt ad portãdũ paupere unus angelus, sed propterea plures veniunt ut chorum lætitiæ faciant, gaudet vnusquisq; angelus tm̃ onus tangẽ libenter talib. onerib. pgrauantur, vt ducant hoĩes ad regna cęlorũ. Portatus est ãt in sinu Abrahę, ut illũ palparet & refocillaret. Sinus Abrahæ paradisus est. Ideo ẽt angeli ministrantes tulerunt pauperẽ, & locauerunt eũ in sinu Abrahæ, quia licet despectus iaceret, non tñ desperauit, nec blasphemauit, dicẽs: Hic diues i nequitia viuẽs gaudet, & tribulationẽ nõ patitur, ego vero nec obtinere u aleo necessariã escã. Au. de orig. aię. Quòd ẽt Abrahæ sinũ existimas esse coporeum, vereor ne in re tanta iculariter nõ seriò agere credaris. Neq; enim vsq; adeo decipieris vt arbitreris corporeum sinum hoĩs unius ferre tot animas, imò ut secundũ te loquar tot corpora, quot illuc angeli, sicut Lazarũ pferunt, nisi opineris fortasse illam animã soli ad eundem sinum peruenire meruisse. Si errare pueriliter nõ uis, sinum Abrahæ intelligere remotam sedem quietis atque secretam, ubi est Abraham, & ideo Abrahæ dictam, nõ ꝙ ipsius tamen sit, sed ꝙ ipse multarum gentium pater sit, q ad imitandum fidei principatum propositus est. Greg. in ho. Cùm autem duo essent interius, corda pauperis. s. & diuitis, un⁹ desuper erat inspector, qui & pauperem tẽtando exercebat ad gloriam, & diuitem tolerando expectabat ad pęnam. unde sequiẽ. Mortuus est autem & diues. Chry. Mortuus quidem est tunc corpore, sed erant illi ante omnia mortua, nihil. n. agebat ex operibus animæ, nã totus feruor eius qui prouenit ex dilectione proximi expirauit & erat corpore defuncto defunctior. Nullus autem est qui sepeliendo diuiti ministrasset dicatur ut Lazaro eo nãq; ꝙ in lato itinere delectatus multos habuit obsequentes adulatores, vt peruenit ad finem priuatus est oĩbus Simpliciter. n. sequitur. Et sepultus est in inferno. Sed ẽt aĩa eius dum viueret, sepeliebatur obruta corpore quasi sepulchro. Aug. de q euan. sepultura autem inferni pœnarum profunditas est, quæ superbos & immisericordes post hãc uitam uorat. Bab. Et autem infernus qui dam

Frequentia angelorũ circa bonos.

Sinus Abrahę quomodo accipitur.

quidá locus cõis in intimo terræ obũbratus vndiq; & opacus cuius est quoddá orificiũ in profundũ tendés, p qđ patet descẽsus animab. ad mala dánatis. Chry. Vel sicut regnũ carceres extra manent, sic & extra mundũ foris alicubi est infernus, vnde & exteriores tenebræ dictæ sunt. Theop. Quidá vero dicũt infernũ esse transitum ab apparẽti ad disparens & deformitaté aïæ. Quandiu.n.aïa peccatoris in corpore est, apparet, p proprias operationes: ut át euolat de corpore, fit deformis. Chry. Sicut autem pauperi dum viueret grauioré pœná reddebat iacere ante ianuam diuitis, & aliena bona ,pspicere, sic diuiti mortuo augebat exitiũ accubitus in gehenna & prospectus delectationis Lazari, ne solũ tormentorũ natura, sed & collatione honoris illius intollerabilius sentiret supplicium. vñ sequitur; Eleuans auté oculos suos &c. Eleuauit quidé oculos, vt illũ inspiceret nõ vt despiceret; Lazarus.n.sursum erat. ille deorsum. illum plures angeli portabant, illum infinita tormenta possidebant. vñ non dicit: Cũ esset in tormento, sed in tormentis, totus.n.in tormentis erat, oculos solos liberos habebat, vt alterius lętitiam possit aspicere, vt magis torqueatur, quia non habet quod alius hét: aliorum diuitię eorum qui in paupertate sunt, tormenta sunt. Greg. Si autem Abraham adhuc in imis non esset, húc diues in tormentis positus non videret. Eos.n.qui cœlestis patriæ vias secuti sunt, post egressum carnis inferni claustra tenuerunt, nõ vt pęna quasi peccatores plecteret, sed ut illos in locis remotioribus requiescentes, quia necdũ intercessio mediatoris aduenerat, ab ingressu regni reatus primæ culpæ retineret. Chry. Multi át erant pauperes iusti, sed q.a iacuit ad limina eius, aspectui occurrit ad eius tristitiam. Sequitur; Et Laza. in si. eius. Hinc innotescit q oés qui à nobis offenduntur, obiciunt nostro conspectui. Diues autem Lazarum nõ penes alium iustũ, sed in sinu Abrahæ videt. erat.n. Abraham charitatiuus, hic autem crudelitatis arguit. Ille sedens ante fores venabatur transeuntes, & in domum propriam ingerebat, hic uerò & manentes intus auertebat. Greg. in homel. Qui nimi-

Vindicta diuinæ iustitiæ.

rum diues eum cuius in hac vita misereri nõ voluit, in suo iam supplicio positus patronum quęrit. Theo. Non tñ dirigit sermoné ad Lazarũ sed ad Abrahá, q.a forsã erubescebat & putabat Lazarũ reminisci malorũ ex proprijs iudicans de illo. vnde sequitur, Et ipse cla. dixit. Chr. Magnæ.n. pęnæ magnam vocé reddebat. Pater Abraham q.d. Patré te uoco natura, qũo filius qui perdidit suá substantiá, licet meo vitio te patré pdiderim. Miserere mei. Frustra agis pęnitentiá, vbi nõ est pęnitentiæ locus. Tormenta te cogũt, nõ métis affectus. Quicunq; in regno cęlorũ est, nescio an eius qui in inferno est, valeat misereri. Creator creaturæ misaretur suæ. Vnus venit medicus qui sanaret morbos, alii sanare nõ poterát. Mitte Lazarum, eras miser, Abrahã mittere nõ põt, sed suscipere põt. ut intingat extremũ digiti sui in aquam, Lazarũ videre nõ dignabaris, & nunc digitũ eius desideras. Hoc quod petis, tu ei debebas facere cũ adhuc viueret. Aquam desideras, qui delicatos cibos ante fastidiebas. Vide cõscientiam peccatoris, non totũ audet poscere digitum. Instruimur át quá sit vtile in diuitijs nõ confidere. ecce diues indiget paupere, qui quádq; oesuriebat. Mutat, & notificat oibus quis esset diues, quis esset pauper, sicut.n.in theatris cum aduesperascit, & stantes recedũt exeuntes & amictum deponentes, qui reges & prætores uisi fuerant, oibus ulcerib. pleni uident, ut sunt: sic & adueniéte morte, & resoluto spectaculo vniuersi laruis egestatis & diuitiarum depositis, ex solis operibus diiudicantur, qui nã verè sint diuites, qui pauperes, qui gloriosi, qui ve in glorij. Gre. in ho. Diues.n. iste qui vlcerato pauperi mensa suæ vel minuta dare noluit, in inferno positus vsq; ad minima quærenda peruenit. Nam guttam aquę petiuit, qui micas panis negauit. Basi. Cõdignum autem pręmium redditur diuiti illi ignis & infernalis pœna, lingua arefacta vice lirę sonantis gemitus, uice potus desiderium stillæ, uice speculatorũ enormiũ caligo profunda, uice ambitus incessantis pugil vermes: unde sequitur. Vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Chrysosto. Non autem quia di-

Vicissitudo pęnarum.

nes

ues fuerat torquebatur, sed quia misertus non fuit. Greg. in ho. Hinc colligendũ est qua pœna mulctandus sit qui aliena diripit, si inferni dãnatione pcutitur qui propria nõ largitur. Amb. Cruciatur ẽt, quia luxurioso carere deliciis pęna est, aqua ãt refectio aĩæ in doloribus cõstitutæ. Greg. in ho. Quid aũt est qđ in tormentis positus linguam suã refrigerari postulat, nisi ꝙ is qui conuiuando de loquacitate peccauerat, ꝑ retributionis iustitiã in lingua atrocius ardebat? Abũdare.n. in cõuiuiis loquacitas solet. Chry. Multa etiã lingua eius superba locuta est: vbi peccatũ, ibi & pœna, & quia plurimum lingua peccauit amplius torquetur. Aug. de q. euã. Vel ꝙ linguã suã vult refrigerari cũ in flãma totus arderet, significat qđ scriptũ est, Mors & vita in manibus linguæ, & quia ore confessio fit ad salutem, qđ per superbiam ille non fecit. Extremũ aũt digiti, vel minimã operationẽ significat, qua ꝑ Spiritum sanctum subuenitur. Aug. de orig. aĩæ. Dicis ꝙ membra hic aĩæ describũtur, & vis ꝑ oculum totũ caput intelligi, quia dictus est leuare oculos suos, ꝑ linguã fauces, per digitum manũ. Quid aũt causæ est, vt nomina ista mẽbrorũ in Deo tibi corpus nõ faciant, in anima faciant? An verò qñ de creatura dicũtur, propriè accipienda sũt, qñ aũt de creatore, tropicè atq; translatẽ? Pennas itaq; corporeas daturus es nobis, qm̃ non creator, sed creatura.i. homo dicit: Si assumpsero pennas meas diluculo. Porrò si propterea linguã habuit diues ille corporeã, qm̃ dixit: Refrigeret linguã meam: in nobis quoq; adhuc in carne viuẽtibus manus hẽt ipsa lingua corporea, quia scriptũ est; Mors & vita in manibus linguæ. Greg. Nis. Sicut aũt pstantissima speculorum tales representant facierum imagines, quales & ipsæ obiectæ facies extant, letas quidẽ lætantiũ, tristiũ uerò tristes, sic & iustũ Dei iudiciũ simile fit dispositionibus nostris: vnde quia diues nõ fuit misertus pauperis iacẽtis ad ianuã, cũ misericordia egeat nõ exauditur. Sequitur.n. Et di. il. Abra. Fi. &c. Chry. Aspice patriarchæ bonitatẽ, vocat illũ filiũ, quod mãsuetudinẽ eius põt exprimere, nullũ tñ præbet auxilium ei qui se remedio priuauerat. vnde dicit: Recordare.i. animaduertas peccata, ne obliuiscaris ꝙ fueris oblectatus diuitiis, recepisti bona in vita tua, idest illa quæ uera bona esse putabas, non potest & in terra regnasse, & hic regnare, diuitiæ nõ possunt esse ueræ & in terra & in infernis. Sequitur: Et Lazarus similiter mala. Non ꝙ Lazarus ea mala putauerit, sed ex censura diuitis hoc dicebat, q inopiam & famem & durã ægritudinẽ æstimabat mala. Qñ igiẽ infirmitatis & ęgrotationis magnitudo pręmit Lazarum, cogitemus & lætãter accipiamus mala in uita nostra. Aug. de q. euan. Hæc igitur ei dicuntur, quia fœlicitatẽ dilexit seculi, nec aliam vitam præter illam in qua superbus timebat, adamauit. Lazarum autem dicit mala recepisse, quia intellexit huius seculi mortalitatem, labores & dolores, & ęrumnas pęnã esse peccati, quia omnes in Adam morimur, quia factus est trãsgressione mortalis. Chrys. Dicit etiã: Recepisti bona in uita tua, quasi debita. q. d. Si qđ boni fecisti vnde pmiũ daretur, omnia recepisti in illo mundo, epulans, ditatus, oblectatus, successibus prosperis, hic autẽ si quid mali cõmisit, uniuersa recepit paupertate, famæ, & extremis oppressus miseriis, & uterq; vestrũ huc nudus accessit; hic quidem à peccatis, ꝓpter quod & cõsolationem sortitur, tu verò à iustitia, ꝓp quod immitigabilem perfers pœnam. vnde sequitur: Nunc autẽ hic cõsolatur &c. Greg. in ho. Quęcunq; ergo in hoc seculo bene habetis cum vos bona egisse recolitis, valde de ipsis pertimescite, ne cõcessa nobis prosperitas eorundem remuneratio sit bonorum, & cum quoslibet pauperes nonnulla reprehensibilia perpetrare cõspicitis, quia fortasse quos superfluitas tenuissimę prauitatis coinquinat, camin⁹ paupertatis purgat. Chry. Sed dices: Nonne est aliquis q & hic, & illic venia pfruatur? hoc quidẽ difficile est, & de numero impossibilium. nam & si paupertas nõ vrgeat, urget tñ ambitio. Si ægritudo nõ stimulet, ira inflãmat, si tẽtationes nõ impetunt, mergũt sępius cogitationes iniquę. Non est aũt paruus labor iracundiã refrenare, compescere illicita desideria, ostentationes sedare, disperationem remittere,

Speculorũ exemplum.

re, vitam asperam ducere. Talia verò nō agenté, impossibile est saluari. Greg. i ho. Responderiēt pôt, ꝙ mali in hac vita bona recipiunt, quia oē suum gaudium felicitatem transitoriam putant. Iusti aūt habere hic quidem possunt bona, nec tñ incompensatione recipere, quia dum meliora. i. æterna appetunt, eorum iudicio quęlibet bona affuerit, minimè vñr. Chr. Post miam autem Dei, in proprijs studijs sperandum est de salute, non numerando patres, aut proximos, vel amicos. Frater. n. non liberat, & iō subditur; Et in his omnibus &c. Theo. Chaos magnum significat iustorum à peccatoribus distantiam. nam sicut affectus eorum varij fuerant, sic etiā mansiones non modicum differunt. Chr. Quod firmatū dr, quia non pôt dissolui, agitari, vel cōcuti. Amb Inter diuité igitur, & pauperé chaos magnum est; quia post morté nequeūt merita mutari. vnde sequitur; Vt hi qui volunt hinc &c. Chr. q. d. Videre possumus, trāsire nō possum⁹, & nos videmus quid fugerimus, & vos videtis quid perdideritis, & nostra gaudia cumulant vestra tormenta, & vestra tormenta cumulant nostra gaudia Grego. in ho. Sicut. n. transire reprobi ad electos cupiūt. i. à suppliciorū suorū afflictione migrare, ita ad afflictos atq; in tormentis positos transire iustorū est mente ire per misericordiam, eosq; velle liberare. Sed iustorum animæ quāuis in suæ naturę bonitate miam habeant, iam tamen auctoris sui iustitiæ coniunctę, tāta rectitudine cōstringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur; nec iniusti ergo ad beatorum sortem transeunt, quia dānatione perpetua constringuntur, nec iusti ad reꝓbos trāsire possunt, quia erecti iam ꝑ iustitiam iudicijs, eis nullo mō ex aliqua compassione miserent. Theo. Hinc elicis argumentum contra Orige. sequaces, qui dñt. Cum terminus sit imponēdus supplicijs, erit tēpus quo aggregabunt peccatores iustis & Deo Aug. de q. euan. Ostēditur. n. per incommutabilitatem diuinæ sentētię nullum auxilium miæ posse præberi peccatoribus à iustis, etiam si velint prębere, quo admonet, vt in hac vita homines subueniant quibus possunt, ne si postea etiam optimè recepti fuerint, eis quos diligunt opitulari non valeant. Illud. n. qđ scriptū est, & vt ipsi recipiant vos in ęterna tabernacula, nō de superbis & immisericordibus scriptū est, sed de his qui sibi eos amicos de operibus miæ fecerunt: quos iusti non uelut propria potestate quasi gratificando recipiunt, sed promissione diuina.

Sentētia diuina cōmutabilis.

Et ait, Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinq; fratres; vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locū tormentorum. Et ait illi Abraham; Habēt Moysen & prophetas; audiant illos. At ille dixit; Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent; Ait autem illi. Si Moysen & prophetas nō audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Grego. in ho. Postquam ardenti diuiti de se spes tollitur, eius aīus ad propinquos quos reliquerat incurrit: vnde dr: Et ait, Rogo te pater &c Aug. de q. euan. Lazarum petit mitti, quia sensit se indignū qui testimonium perhibeat veritati. Et quia nō impetrauerat paululū refrigerari, multò minùs credit se relaxari posse ab inferis ad ꝑdicationem veritatis; Chry. Vide ſt peruersitatem, nec in ipsis pœnis contînet veritatem. Si pater est Abraham, qūo dicis. Mitte eū in domum patris mei? sed nō es oblitus patris tui, quia ille te perdidit. Greg. in ho. Reproborum autem mentem pœna sua qñque inutiliter erudit ad charitatem, vt iam tunc etiam suos specialiter diligant, qui hic dum peccata diligerent, nec se ambulant. vnde sequitur: Habeo. n. quinq; &c. Amb. Serius autem diues iste magister esse incipit, cum iam nec discendi tēpus habeatur, vel docēdi. Grego. in ho. Qua in re notandum est ardenti diuiti quanta supplicia cumulātur. ad pęnam nanque suam ei cognitio seruatur & memoria; cognouit. n. Lazarum quem despexit, & fratrū suorum meminit, quos reliquit. vt n peccatores in supplicio amplius puniantur, & eorum uidēt gloriam quos cōtempserunt, & de illorū pęna torquentur quos inutiliter amauerūt. Petenti autem diuiti, vt Lazarus mitteretur ad Abraham, protinus respondetur. unde sequitur: Et ait illi Abraham, &c. Chr. q. d. Nō sint tibi magis curæ fratris tui, quàm

Cura epulationis præpostera.

Deo

Deo, eos q̃ creauit, statuitq; eis doctores qui eos cómonerent, & solicitarét. Vocat ẽt hic Moysen & prophetas scripta Mosayca & prophetica. Amb. Quo loco euidentissime declarat dn̄s uetus testm̄ esse fidei firmitatem, retundens perfidiã Iudæorum, & excludens nequitias hæreticorũ. Greg in ho. Sed qui Dei verba despexerat hæc audire non posse suos sequaces æstimabat. vnde sequit̃ At ille dixit; Non, pater Abraham &c. Chry. Quia. n. audiẽdo scripturas cõtemnebat, & tabulas esse putabat, ex his quæ passus fuerat ipse quoq; diiudicabat de fratribus. Greg Nis. Sed & aliud quoddam dogma docemur, ꝙ Lazari quidem anima non est erga præsentia solicita, nec retorquet se ad aliqđ relictorum. At diues quasi quodã uisco ẽt post mortẽ a vita detinetur carnali. Nam si qs omnino carnalis secundum mentem fiat, nec postquã corpus exuerit remouetur à passionibus eius. Greg. in ho. Sed mox diuiti veraci sn̄ia r̄ndetur. Sequitur. n. Ait autem illi, Si Moysen & prophetas nõ audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei. Quia qui verba legis despiciunt, redẽptoris præcepta qui ex mortuis resurrexit, quãto subtiliora sunt, tãto hic difficilius implebunt. Chr. Quòd autem verum sit, ꝙ qui non auscultat scripturis, nec mortuis rediuiuis ausculat, ostẽderũt Iudæi, qui nunc quidẽ uolebant occidere Lazarum, nunc vero inuadebãt Apostolos, cũ tamen à mortuis nonnulli resurrexerint hora crucis. Sed & illud considera, ꝙ quisq; mortuus seruus est, quæcunq; verò dicunt scripturæ dicit dominus: vnde & si resurgat mortuus, & si celitus descenderit Angelꝰ, omnib. magis sunt dignæ fide scripturæ. nã angelorum dominus viuorum, & mortuorum eas instituit. Si autẽ sciret hoc Deus, ꝙ mortui resurgentes ꝓdessent viuentib. nõ hoc omisisset, q pro vtilitate nostra singula quæq; tractat. Sed & si crebro resurgerẽt mortui, hoc iterũ tp̄e contemneret; sed & diabolus facile itroduceret ꝑuersa dogmata, id quoq; per organa sua fingens; non quidẽ suscitans verè defunctos, sed quibusdã fallacijs spectãtium frustrans intuitũ uel ingenians quosdã à mortẽ simulare. Aug. de curis pro mortuo habendis. Diceret autem aliqs: si nulla est mortuis cura de viuis, q̃õ diues rogauit Abrahã, vt mitteret Lazarũ ad q̃nque fratres suos? Sed nunquid quia hoc diues ille dixit, iõ quid fratres agerent, uel quid paterent in illo tp̄e sciuit? ita illi cura fuit de viuis, quãuis quid agerent oĩno nesciret: sicut nobis est cura de mortuis, quãuis quid agãt omnino nesciamus. Sed rursus occurrit qõ, q̃õ hic Abraham esse sciebat Moysen & prophetas, i. libros eorum, vbi ẽt nouerat diuitem illum in delitijs, Lazarum verò in doloribus vixisse? Verùm non cum hæc agerent in viuis, sed eis mortuis potuit Lazaro indicante cognoscere, ne falsum sit qđ ait propheta, Abrahã nesciuit nos. Possunt & ab angelis q rebus, q̃ aguntur hic ꝑsto sunt, audire aliquid mortui: possunt ẽt aliqua quę necessarium est eos nosse non solum ꝑterita verumetiam futura spiritu Dei reuelãte, cognoscere. Aug de q. euan. Per allegoriã autem hęc sic accipi possunt, ut in diuitẽ intelligantur superbi Iudęorum ignorantes Dei iustitiã, & suã uolentes constituere. Purpura & byssus dignitas regni est. Et auferetur (inquit) à vobis regnum Dei. Epulatio splẽdida iactantia legis est, in qua gloriabãtur plus ad pompã elationis abutentes ea, quàm ad necessitatẽ salutis vtẽtes. Mẽdicus ãt nomine Lazarus, qui interpretatur adiutus significat indigentẽ, velut Gentilẽ aliquẽ aut publicanum, qui tãto magis adiuuatur quãto minus de suarũ copia facultatum pręsumit. Grego. in ho. Lazarus igitur vlceribus plenus Gentilẽ populũ figuraliter exprimit, qui dum ad Deũ conuersus, peccata sua confiteri non erubuit, huic vulnus in cute fuit. Quid n. est peccatorum cõfessio, nisi quędam uulnerum ruptio? sed Lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis quę cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat, quia Gẽtilem quemq; ad cognitionẽ legis admittere superbus ille populus despiciebat. & quia ei verba defluebant de scientia, quasi micæ cadebant de mensa. Aug. de q. eu. Canes autem qui ulcera pauperis lingebant, nequissimi homines sunt amantes peccata, qui lata lingua etiam laudare nõ cessant opera mala, quæ in se alius gemens

Miraculi declaratio.

Quęstio pulchra

Tropologica expositio.

mens & confitens detestatur. Greg. in ho. Nonnunquam ẽt solent in sacro eloquio per canes p̄dicatores intelligi, secundum illud: Lingua canũ tuorum ex inimicis ab ipso: Canum etenim lingua vulnus dũ lingit, curat, quia doctores sancti dum in cõfessione peccati nostri nos instruũt, quasi vulnus mentis per linguã tangunt. Diues aũt sepultus est in inferno, in sinum verò Abrahæ Lazarus ab angelis ductus est. i. i secretã requiẽ, de qua veritas dicit; Multi veniẽt ab oriẽte & occidẽte, & recũbent cum Abrahã, Isaac, & Iacob in regno cœlorum. filij aũt regni eijcient in tenebras exteriores. De longinquo aũt ad videndũ Lazarum oculos diues leuat, quia dum p̄ dãnationis suę supplicia infideles in imo sunt, fideles quosq; ante diẽ extremi iudicij super se in requie attendunt, quorum post gaudia contẽplari nullatenus p̄nt. Lõgè verò est quod conspiciunt, quia illuc p̄ meritum non attingunt. In lingua ãt amplius ardere ostẽditur, quia infidelis populus verba legis in ore tenuit, quę opere seruare contẽpsit. Ibi ergo amplius ardebit, vbi se amplius oñdit scire, quod facere noluit. Abraham aũt filium eum vocat, quẽ tñ à tormento non liberat, q̃m huius infidelis populi patres, quia multos à sua fide deuiasse cõsiderant, eos nulla cõpassione à tormentis eripiunt, quos tñ her carnem filios recognoscunt. Aug. de q. euã. Quinque aũt fratres quos hẽre dicit i domo patris sui, Iudæos significat, qui appellati sunt quinq;, quia sub lege detinebantur, q̃ per Moysen data est, qui quinq; libros cõscripsit. Chry. Vel habuit quinq; frẽs. i. quinq; sensus quibus ante seruierat, & iõ Lazarũ amare non poterat, quia illi fratres nõ amant paupertatẽ. illi te fratres in hæc tormenta miserunt, saluari non p̄nt nisi moriant̃, alioquin necesse est, ut fratres habitent cũ fratre suo. Sed quid quæris, ut mittã Lazarũ? hẽnt Moysen & prophetas, Moyses, Lazarus pauper fuit, maiores diuitias esse arbitratus paupertatem Christi, quàm diuitias Pharaonis, Hieremias in lacũ missus pane tribulationis vescebat̃, & oẽs p̄phetæ istos fratres docẽt, sed isti fratres saluari nõ possunt, nisi aliquis ab inferis resurrexit. Isti. n. fratres antequã X p̄s resurgeret, me ducebãt in mortem, illi mortuus est, sed isti fratres resurrexerunt; nunc oculus meus Christum videt, auris eum audit, tactus amplectit̃. Ex hoc aũt quod diximus; locum determinamus Martioni & Manichæo, q̄ destruunt vetus testm̃. Vide ergo quid dicat Abraham, si Moysen & prophetas non audiũt. q. d. Bene facis eum qui resurrecturus ẽ expectando, sed in illis Christus loqũitur, si illos audies, & illum auditurus es. Greg. in ho. Iudaicus aũt populus, quia Moysi verba spiritaliter intelligere contempsit, ad eum de quo Moyses locutus fuerat nõ peruenit. Amb. Vel aliter; Lazarus est pauper in seculo, sed Deo diues: neq;. n. omnis sancta paupertas, aut diuitiæ criminosæ: sed sicut luxuria ĩfamat diuitias, ita paupertatem cõmendat sanctitas, siue apostolicus aliquis pauper in verbo, locuples in fide, qui veram teneat fidem, verborũ insulas non requirit. Cui similem illum puto, qui cœsus sæpius à Iudæis vlcera sui corporis lãbenda quibusdã, velut canibus offerebat. Beati canes in quos vlcerum talium distillat humor, vt impleat cor quo custodire domũ, seruare gregem, cauere assuescã lupos, & q̄a panis verbum est, fides aũt verbi est, micæ velut quędam dogmata fidei sunt mysteria. s. scripturarum. Arriani aũt qui societatem potentiæ regalis affectant, vt impugnent ecclesiæ ueritatem, nonne tibi vñr in quadam purpura, & bysso iacere? qui cum pro veris fucata defendant, diuitibus abundãt sermonib⁹. Diues hęresis euangelia multas cõposuit & pauper fides hoc solum euangelium tenuit quod accepit. Diues philosophia plures sibi Deos fecit, pauper ecclesia vnum Deum nouit. nonne illæ videntur egenæ diuitiæ, & redundare paupertas? Aug. de q. euan. Aliter ẽt intelligi potest illa narratio, vt Lazarũ dominum significare accipiamus iacẽtem ad ianuam illius diuitis, quia se ad aures superbissimas Iudæorum incarnationis humilitate deiecit, cupiens saturari de micis q̃ cadebant de mẽsa diuitis. i. quærens ab eis, vel minima opera iustitiæ, quæ suæ mensæ, idest suæ potestati per superbiam non vsurparent, quæ opera quãuis minima & sine disciplina

Visio Lazari qualis.

Arrianorum p̄fidia.

tiā perseuerantiæ uitæ bonę, saltē interdū vel casu facerent, sicut micæ de mensa cadere solēt Viscera, passiones sunt dñi. Canes qui ea lingebāt, Gentes sunt quos immundos Iudæi dicebant, & tamen passiones dñi in sacramētis corporis, & sanguinis eius per totū iam orbē suauitate deuotissima lambunt. Sinus Abrahæ intelligitur secretum patris, quo post passionē resurgens, assumptus est dñs, quo eū portatum ab angelis ideo dictum puto, quia ipsam receptionem quā in secretum patris accessit, angeli annunciauerūt discipulis. Cætera secundum superiorem expositionē accipi possunt, quia secretum patris bene intelligitur, ubi etiam ante resurrectionem istorum animæ viuunt cum Deo.

CAPVT XVII.

ET ait ad discipulos suos: Impossibile est, ut non ueniant scandala. Væ aūt illi per quē veniunt. Vtilius est illi. si lapis molaris, imponatur circa collū eius, & proijciatur in mare, quàm ut si scandalizet unum de pusillis istis.

Theo. Quia pharisæi existentes auari conuiciabātur Christo de paupertate prædicāti, induxit parabolā diuitis & Lazari. Deinde cū discipulis cōfert de pharisæis, indicās eos scismaticos, & diuinæ uię impeditores esse. vnde dicitur; & ait ad dis. s. Imp. e. v. n. v. scandala. Idest impedimēta bonæ & Deo placitæ cōuersationis. Chr. Sunt aūt duplicia scandala. quorū hęc quidem diuinæ gloriæ refragantur, hæc uerò prodeunt solū ad irrogandū fratribus impedimentū. nā excogitationes hęresum, & quicūq; cōtra veritatē fit sermo, diuinæ gloriæ refragātur. Non tñ ad præsens memorari vidētur hmōi scādala, sed magis ea, q̄ cōtingunt inter amicos & frater sicut iurgia, detractiones & hmōi. unde postea subdit; Si peccauerit ī te frater tu[9], &c. Theo. Vel dicit, q̄ necesse est emergere multa p̄dicationis, & veritatis obstacula, sicut pharisæi impediebāt Christi p̄dicationem. Quærunt aūt aliqui; Si necesse est, vt veniant scandala, cur dñs arguit scādalorum auctorem? Sequitur. n. Væ aūt illi per quē veniūt. Quicquid. n. parit necessitas, veniale est. Sed attende, q̄ necessitas ista ex libero arbitrio sortitur originē, uidens. n. dñs qualiter homines innitunt malo, nec proponunt aliquid boni, dixit q̄ qm̄ est, ex consequentia eorum quæ vidētur, necesse est contingere scandala, sicut si medicus videns quenquam mala diæta utentē, dicat. necesse est hunc ægrotare, & iō inducenti scandala uę dicit, & pœnam ei comminatur, dicens; Vtilius est illi si lapis molaris &c. Bed. Secundum morē prouinciæ Palæstinæ loquitur, cū maiorū criminum apud ueteres Iudæos fuerit pęna, vt in profundū ligato saxo demergerētur, & reuera vtilius est innoxium pœna quā uis atrocissima, tēporali tamē uitā finire corpoream, quàm fratri nocentē mortem animæ mereri perpetuā. Recte aūt qui scādalizari pōt, pusill[9] appellatur; qui. n. magnus est, quodcunq; viderit, quodcunque passus fuerit, nō declinat à fide. Inquantū ergo sine peccato possumus, euitare proximorū scandalū debemus. Si aūt de veritate scandalū sumitur, vtilius permittitur scandalum, quàm veritas relinquatur. Chr. Per scandalizantis aūt pœnam, brauium saluantis addisce, nisi. n. vnius animę salus esset sibi nimium curæ, non comminaretur scandalizantibus tantam pœnam.

Fidei virtus.

Doctrina vtilis.

Attēdite uobis: Si peccauerit ī te frater tuus, īcrepa illū, & si pœnitētiā egeris, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit ī te, et septies ī die cōuers[9] fuerit ad te, dicēs; Pœnitet me, dimitte illi.

Amb. Post diuitem qui cruciatur in pęnis subiacet p̄ceptum veniæ largiēdę his, qui se ab errore cōuertunt, ne quē desperatio nō reuocet à culpa. vnde dr̄. Attēdite vobis. Theo. q. d. Necesse est scandala cōtingere, nō tñ necessarium est vos perire si peccaueritis; sicut non est necesse oues perire lupo veniente, si vigilet pastor. Et qm̄ multę sunt scandalizantiū differētię, quidam. n. sunt insanabiles, quidam sanabiles. Et ideo subiungit; Si peccauerit in te frater tuus, &c. Ambr. Vt neq; difficilis venia, nec remissa sit indulgentia, neq; austera percellat inuectio, vel conniuentia non inuitet ad culpam. vnde & alibi dicitur; Corripe ipsum inter te, & ipsum solum. plus enim proficit amica correctio, quàm

quàm accusatio turbulēta. Illa pudorem incutit, hęc indignationem mouet. serue tur potius, ꝙ prodi metuat qui monetur. Bonum quippe est ut amicū magis te, qui corripitur credat, quàm inimicū. Facilius n. consilijs acquiescitur, quàm iniurię suc cūbitur. Infirmus custos diuturnitatis est timor, pudor aūt bonus magister officij, qui.n. metuit, reprimitur, nō emendatur. Pulcrhè autē posuit, Si peccauerit in te. Non.n. est æqua conditio in Deum homi nemq; peccare. Bed. Intuendum est autē quia non passim peccāti dimittere iubet, sed pœnitentiam agenti hoc.n ordine scā dala declinare possimus, si nullū lædam⁹, si peccantem zelo iustitiæ corripimus, si pęnitenti misericordiæ uiscera pādimus. Theo. Sed quęret aliquis: Si cū pluries indulserim fratri iterū sit nociuus, quid agē dum est secum? Ideo qm̄ ni huic respōdēs, subdit: Et si septies in die, &c. Bed. Septenario numero non ueniç dandæ terminus ponitur, sed uel oīa peccata dimittenda, uel semper pœnitenti dimittendū pręcipi tur. Solet.n. sæpe per septē cuiusq; rei aut tēporis uniuersitas indicari. Amb. Vel qa septima die requieuit Deus ab operibus suis, post hebdomadā istius mūdi requies nobis diuturna promittitur, ut quemadmodum mala istius mūdi opera cessabūt, ita etiam uindictæ seueritas conquiescat.

Septenarij mysterium.

Et dixerunt Apostoli domino: Adauge nobis fidem Dixit aūt dominus. Si habueritis fidē sicut granū sinapis dicetis huic arbori moro, eradicare & trāsplātare in mare, et obediet uobis.

Theo. Audiētes Discipuli dn̄m de qui busdā arduis disserentē, puta de pauperta te & scādalis euitandis, petūt sibi fidē augeri, per quam possent paupertatē sequi, nihil.n. adeò cultū suggerit paupertatis, sicut credere & sperare in dn̄o, & ut per fi dē scandalis ualeāt resistere. unde dicitur. Et di. apo. do. adau. no. fidē. Greg. 22. mor. Vtq; iam accepta per initium fuerat, qua si per augmentū graduum ad perfectionē ueniret. Aug. de q. euan. Potest quidē intelligi hanc fidē sibi augeri postulasse qua creduntur ea quæ non vīr, sed tn̄ dicitur ēt fides rerum qn̄ non uerbis, sed ipsis reb⁹ præsentibus creditur: quod futurū est cū iam per speciē manifestā se contemplandā præbebit sanctis ipsa Dei sapientia per quā facta sunt oīa. Theo. Dn̄s aūt ostēdit eis, ꝙ bene peterēt, & ꝙ credere deberēt cōstanter, ostendens eis ꝙ fides multa po test. unde sequitur, Dixit aūt do. Si ha. fi. &c. Duo magna concurrūt in idē. trāspositio radicati in terra, & plātatio in mari. quid.n in undis plantatur? per quę duo uirtutē fidei manifestat. Chry. Mentionē aūt facit sinapis, quia eius granū et si sit paruū quantitate, est tn̄ potestate uirtuosius om nibus. Insinuat igitur ꝙ minimū suæ fidei magna pōt. Si aūt morum nō transpo suerunt apostoli, non calumnieris, non.n. dixit, Transferetis, sed transferre poteritis, sed noluerūt, quia opus non erat, cum maiora fecerint. Quæret aūt aliquis; Qūo Christus dicit minimam partem esse fidei quæ morum vel montem pōt trāsponere, cùm Paulus dicat hanc esse omnem fidē quæ montes transfert? Dicendum igitur est ꝙ apostolus attribuit toti fidei montē transponere non tanquam tota fides solū hoc possit, sed quia hoc carnalib⁹ magnū uidebatur pp eminentiam corporis. Bed. Vel fidem perfectā dn̄s hic grano sinapis comparat, eò ꝙ sit in facie humilis & in pectore feruens. Mysticè aūt per morum, cuius colore sanguineo fructus & uirgulta rubent, euāgelium crucis exprimitur, quæ per fidē apostolorum de gente Iudæo rum, in qua, uelut in stirpe generis teneba tur, verba prædicationis eradicata, & in mare gentiū plantata est. Ambr. Vel hoc dr̄, qn̄ fides spiritum excludit immundū. Nam fructus mori primo albet in flore, q̄ inde iā formatus erutilat, maturitate nigrescit. Diabolus quoq; ex albēti angelicæ flore naturæ & potestate rutilanti pręuaricatione deiectus tetro inhorruit odo re peccati Chry. Morum ēt diabolo apta bis, nā sicut mori frondibus uermes aluntur, sic diabolus per cogitationes exortas ab eo, alit nobis uermem perpetuum, sed hanc morum potest fides ab animabus no stris euellere, & in abyssum demergere.

Duo magna concurrunt.

Quis aūt uestrū habēs seruum arantem, aut pascētē boues, q regresso de agro dicat illi, Statim transi & recumbe, & nō dicit, para quod cenē, & præcinge te, & ministra mihi donec man ducē & bibā, & post hæc tu manducabis & bibes

bes? Nunquid gratiam hēt seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cū feceritis oīa q̄ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus. Quod debuimus facere, fecim⁹.

Fidei virtus. Theo. Quia fides proprium possessorē facit diuinorum mādatorū obseruatorē, viuificis eum exornās operibus, exinde videbatur hominē incurrere posse superbiæ vitium, vnde pręmonuit dn̄s apostolos ne superbiant in virtutibus suis per exemplū conueniens, dicens: Quis aūt vestrum habēs seruum arantem &c. Aug. de q. euan. Vel aliter; Hanc ergo fidem præstātissimæ veritatis plerisq; nō intelligentibus videri pōt dn̄s discipulis suis nō ad id qđ petierant respondisse. Difficile autem mihi apparet, nisi intelligamus ex fide in fidē. i. ex fide ista qua ministratur Deo in eam fidē significasse trāsferri vbi fruantur Deo. Augebitur n. fides cum primo verbis prędicantibus, deinde rebus apparentib. creditur, sed illa contemplatio summā quietem hēt, quę in ęterno Dei regno retribuitur. Summa vero quies illa pręmiū est iustorum laborum, qui ecclesiæ administratione peraguntur, & ideo quāuis in agro aret seruus aut pascat, hoc est in vita seculari, vel terrena verset negocia, vel stultis hominibus tāquam pecorib. seruiat, opus est, vt post illos labores domū veniat, hoc est ecclesiæ societur. Beda. Vel seruus de agro egreditur, cum intermisso ad tēpus opere prædicandi ad conscientiā doctor recurrit, sua secū acta vel dicta retractās, cui nō statim dn̄s dicit, Transi de hac vita mortali. Recumbe, i. in æterna sedæ beatæ vitæ fouere. Amb. Intelligitur. n. quia nullus recumbit nisi ante trāsierint: denique & Moyses ante trāsiuit, vt magnū visum videret. Sicut ergo tu non solum nō dicis seruo tuo, Recūbe, sed exigis ab eo aliud ministeriū; ita nec in te patitur dn̄s vnius vsum esse operis & laboris, quia dū viuimus debemus semper operari. vñ sequit̄; Et non di. ei, par. quod cœnem &c. Be. Iubet parari qđ cœnet, hoc est post laborem apertæ locutionis humilitatem quoq; cō siderationis propriæ exhibere, tali cœna dn̄s pasci desiderat; præcingi āt est mentē humiliatam ab omnibus fluctuātium cogitationum finibus, quibus operū gressus impediri solet constringere. Nam qui vestimenta præcingit, hoc agit ne incedens inuoluat̄ ad lapsum. Ministrare verò Deo est absq; gratię eius auxilio nihil virium habere profiteri. Aug. de q. euā. Ministrantibus ēt, hoc est euangelizantibus seruis suis, manducat & bibit dn̄s confessionem & fidem Gentium. Sequitur: Et post hoc tu manducabis & bibes. Beda. Quasi dicat: Postquam tuæ prædicationis opere delectatus, tuæ q; cōpunctionis epulis fuero refectus, tunc demum transies & ęternis meæ sapiētiæ dapibus in æternum reficieris. Cyr. Doceāt dn̄s q̄ ius potestatis dominicæ, quasi debitā subiectionem requirit a famulis, cum subdit: Nunquid gratiā hēt seruo illi, quia fecit quæ sibi imperauerat? Non puto, per hoc morbus superbiæ tollitur. Quid superbis? ignoras q̄ si non persoluis debitum, periculum imminet. Si verò persoluas, nullam gratiam facis? secundum illud Pauli, Si euangelizauero, nō est mihi gloria, necessitas. n. mihi est: væ mihi si non euangelizauero. Cōsidera ergo q̄ qui apud nos dominantur, non referunt gratias, cum aliqui subditorum statuta sibi prosequuntur obsequia: sed ex beneuolentia sæpius suorū prouocantes affectū, maiorē eis appetitū seruiēdi aggerant. Sic & Deus petit quidē a nobis famulatum iure seruitij; verum quia clemens & bonus est, honores laboranti bus pollicetur, & supereminet sudorib. subiectorum beneuolentię magnitudo. Ambr. Non ergo te iactes, si bene seruisti, quod facere debuisti. Obsequitur sol, obtemperat luna, seruiūt angeli, & nos ergo nō a nobis laudē exigamus. vñ concludēs subdit; Sic & vos cū oīa benefeceritis dicite, quia serui inutiles sumus: quia quod debuimus facere, fecimus. Bed. Serui quidē, q a precio empti Inutiles, q a dn̄s bonorū nostrorū non indiget, vel quia nō sunt cōdignæ passiones huius tēporis, ad futurā gloriā. Hęc igit̄ est in hominibus fidei perfectio, si omnibus quæ sunt pręcepta impletis, imperfectos se esse nouerint.

Expositio tropologica.

Obsequia creaturārū muncidi.

Et factum est dum iret Iesus in Hierusalē, transibat per mediam Samariam & Galilęā. Et cum ingrederetur quoddā castellū, occurrerunt ei decē viri leprosi, qui steterunt a longè, & leuauerunt

uauerunt vocem, dicentes: Iesu pceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus: Et factum est dum irent, mundati sunt. Vnus ãt ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deũ. Et cecidit in faciẽ ante pedes eius, gratias agẽs. Et hic erat Samaritanus. Respondens aũt Iesus, dixit; Nonne decem mundati sunt? & nouẽ vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, et daret gloriam Deo, nisi alienigena. Et ait illi, Surge & vade; quia fides tua te saluum fecit.

Amb. Post parabolã reprehendũtur ingrati, dicitur.n. Et factum est dũ iret Iesus &c. Titus. Vt ostendat q Samaritani quidẽ beneuoli, Iudæi verò prædictis beneficijs sunt ingrati, erat.n. discordia inter Samaritanos & Iudæos, quam ipse quasi pacificans inter vtrosq; transit, vt vtrosque compingat in vnũ nomen hominis. Cyr. Deinde suã gloriã Saluator manifestat, attrahens ad fidem Israel. vnde sequitur: Et cum ingrede. quod. ca. oc. ei decem viri leprosi, ab vrbibus & oppidis expulsi & quasi immundi ritu legis Mosaycę. Titus. Cõuersabãtur ãt adinuicem, quia fecerat eos vnanimes cõitas passionis, & pręstolabãtur trãsitum Iesu soliciti, donec aduenientem Christum viderent. vñ sequitur: Qui steterunt a longè, eo q lex Iudęorum lepram immundam iudicat. Lex ãt euangelica non externam, sed internã asserit esse immundam. The. A longè ergo stant quasi verecundantes de immunditia quæ eis imputabatur; putabant.n. q Christus eos fastidiret ad modum aliorum: sic ergo abstiterunt loco, sed facti sunt proximi deprecando; propè.n. est dñs omnib. inuocãtibus eũ in veritate vñ sequitur; Et leua. vo. di. Iesu pce. mise. nostri. Titus. Dicunt nomen Iesu, & lucrifaciunt rem. Nam Iesus interpretatur Saluator. Dicunt miserere nobis, pp experientiã virtutis eius, neq; argentũ petentes neq; aurum, sed vt aspectum corporis sanum obtineãt. The. Nec simpliciter obsecrant eum nec rogant eũ, vt mortalem. Vocant.n. eum præceptorẽ, idest dominum, quo penè videntur hunc opinari Deum. At ipse iubet illis, vt ostẽderent se sacerdotib. vnde sequitur. Quos vt vi. di. Ite osten. vos sacerdotib. Ipsi.n. experiebantur, si mundati forent a lepra

Virtus nominis Iesu.

vel non. Cyr. Lex ẽt mundatos leprã iubẽbat offerre sacrificiũ causa purgationis. Theo. Iubere ergo eis vt irent ad sacerdotes, nihil aliud innuebat nisi q debebant curari. vnde sequitur; Et fa. est dum irent, mun. sunt. Cyril. In quo Iudæorum pontifices æmuli gloriæ eius cognoscere poterãt q inopinatè & mirificè sanati sunt concedente Christo eis salutẽ. The. Cùm ãt decem essent, nouem qui Israelitę erãt ingrati fuerunt, sed alienigena Samaritanus reuersus, voces emittebat benignas. vnde sequitur; Vnus ãt ex illis &c. Titus. Dedit ãt ei appropinquandi fiduciam suscepta purgatio. vnde sequitur; Et cecidit in fa. suã ante pe. eius gra. agens. Et procubitu & supplicatione fidẽ suam simul cũ beneuolẽtia pandens. Sequitur; Et hic erat Samaritanus. Theo. Hinc poterit quisque conijcere, & nihil impedit quenquã placere Deo, & si de genere prophano processerit, dummodo bonum gerat propositũ. Nullus ẽt natus ex sanctis superbiat, nouem.n. qui Israelitę erãt ingrati fuerunt. vnde sequitur; Respondens autem Iesus dixit, nonne decẽ &c. Titus. Per hoc ostenditur q promptiores ad fidem erant alienigenæ, lẽtus.n erat ad fidem Israel. vnde subditur; Et ait illi, Surge, vade; quia fides tua te saluũ fecit. Aug. de quęst. euan. Mysticè autẽ leprosi intelligi possunt, qui scientiã vere fidei non habentes varias doctrinas profitentur erroris. Non enim abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, & iactantiam sermonis ostendunt. Coloris quippe uitium lepra est, uera ergo falsis inordinatè permixta in vna disputatione uel narratione hominis tanquã in vnius corporis colore apparentia significat leprã, tanquã veris falsisq; colorum locis humana corpora variantem atq; maculantem. Hi aũt tam uitandi sunt ecclesiæ, ut fieri põt longius remoti magno clamore Christũ interpellent. Quòd autem præceptorẽ eum inuocauerunt satis puto verè lepram falsam esse doctrinam, quã bonus pręceptor abstergat. Nullum autem eorum quibus hæc corporalia beneficia dominus præstitit, inuenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosus. Sacerdotium enim Iudæorum figura

Generis gloria.

figurà fuit sacerdotij, qđ est in ecclesia. Cętera ăt vitia p seipsum interius in conscientia dńs sanat & corrigit. Doctrina verò vel imbuendi per sacraméta, vel cathechizandi p sermoné potestas ecclesiæ tributa est. Qui dũ irent, mundati sunt, quia Gentiles ad quos venerat Petrus nõ dum accepto baptismatis sacramento, p quod spiritualiter aut sacerdotes peruenit intuitione Spiritus sancti declarantur. Quisqs ergo in ecclesię societate doctrinã integrã veramq; assequatur, eo ꝙ manifestatur varietate médaciorũ, tãquã lepra caruisse, hic tñ ingratus Deo mũdatori suo, gratiarũ agendarũ pia humilitate non prosternit, similis est illis de quibus dicit Apostolus, ꝙ cũ Deũ cognouissent, nõ vt Deũ magnificauerũt, aut gratias egerũt, ideo tales in nouenario numero tãquã imperfecti remanebunt. Nouẽ.n. indigẽt vno, vt quadã vnitatis forma coagulentur ut 10. sint. Ille ăt q gratias egit vnicæ ecclesiæ significatione approbatus est: Et quia illi erant Iudæi amisisse p superbiã declarati regnũ cęlorũ, vbi maximè unitas custoditur. Iste uerò qui erat Samaritanus qđ interpretaĩ custos, illi à quo accepit tribués qđ accepit secundũ illud; Fortitudinem meã ad te custodiã, vnitaté regni humili deuotione seruauit. Bed. Cecidit ăt in faciẽ, quia ex malis q̃ se ppetrasse meminit erubescit: qui surgere & ire pcipitur, quia qui in infirmitaté suam cognoscens humiliter iacet, p diuini verbi cõsolationẽ ad fortia opera proficere iubet: si aũt fides saluum fecit eũ qui se ad agendas gratias inclinauit, ergo pfidia pdit eos q de acceptis beneficiis Deo dare gloriam neglexerũt. Quapropter fidem per humilitaté augeri debere, sicut ĩ parabola superiori decernitur, ita hic ipsis rebus ostenditur.

Vnitatis uirt⁹.

Interrogatus ăt à pharisæis, qñ uenit regnũ Dei? Respondens eis dixit; Non ueniat regnum Dei cum obseruatione neq; dicent, ecce hic aut ecce illic, Ecce enim regnum Dei intra uos est.

Cyr. Cum Saluator in sermonib. quos ad alios dirigebat frequéter regnum Dei meminisset, ob hoc pharisæi eum deridebãt. vnde dr̃: Interroga. au. à pha. qñ uenit regnũ Dei? regnũ, quasi irrisoriè dicerẽt, antequã veniat, de quo loqueris mors crucis te occupabit. Dñs ăt patientiã ostẽdẽs increpatus non increpat, sed potius malos existentes suo non dedignatur respon. Sequitur. Respon. eis di. Non uenit regnũ Dei cum obseruatione. q.d. nõ quęratis de tẽporib. quibus iterum instabit tempus regni cœlorũ. Bed. Illud.n. tempus neque ab hominibus, neq; ab angelis potest obseruari sicut tempus incarnationis pphetarum vaticiniis, & angelorũ est manifestatũ pręconiis. vnde subdit: Neq; dicẽt: Ecce hic, aut ecce illic: Vel aliter. Interrogant de tempore regni Dei, quia sicut infra dr̃: Existimabãt ꝙ ueniẽte Hierosolymam dño, confestim regnum Dei manifestarẽ. unde dñs rñdet, ꝙ regnum Dei nõ veniet cum obseruatione. Cyr. Solum ăt ad vtilitatem cuiuslibet hominis esse fatetur illud, quod subditur. Ecce.n. regnum Dei intra uos est. i. in uestris affectibus, & in potestate vestra id capere; potest enim quilibet homo iustificatus per fidem Xpi & uirtutibus ornatus, regnũ obtinere cœlorum. Grego. Nazan. Vel forsitan regnũ nobis insitum dicit inditam animabus nostris lętitiam per Spiritum sanctum. ea.n. est uelut imago & arra perennis lætitiæ, qua in futuro seculo sanctorũ animæ gaudent. Bed. Vel regnum Dei seipsum dicit intra illos positum hoc est in cordibus eorum per fidem regnantem.

Arra lætitiæ

Et ait ad discipulos suos; Venient dies qñ desideretis uidere unũ diẽ filij hominis, et non uidebitis. Et dicent uobis. Ecce hic, et ecce illic. Nolite ire, neq; sectemini. Nã sicut fulgur coruscans de sub cęlo in ea q̃ sub cęlo sunt fulget; ita erit filius hominis in die sua. Primum ăt oportet illum multa pati, et reprobari à generatione hac.

Cyril. Quia dominus dixerat; Regnũ Dei itra uos est, uoluit discipulos esse paratos ad patientiam, ut effecti strenui intrare ualeant regnum Dei. pdicit ergo eis ꝙ antequam de cęlo veniat, in fine seculi psecutio irruet super eos. vnde sequitur, Et ait ad disci. suos, Venient dies &c. Significans ꝙ tanta erit persecutio, ꝙ unũ diem eius uidere cupiant illius, scilicet tẽporis quo adhuc cõuersabantur cũ Christo sanè Iudæi Christum multis angustiauerunt improperiis & iniuriis, sed comparatione malorum maiorũ minora eligẽda

 uidentur.

videntur. Theo. Tunc.n. absq; solicitudine viuebant, Xpo eos procurante & protegente, sed futurũ erat q̃ñ Christo absente traderent̃ periculis ad reges & principes ducti, & tũc tẽpus primũ cuperent quasi trãquillũ. Bed. Vel diẽ Xpi dicit regnũ ei⁹ qđ speram⁹ futurũ, & bene dicit vnũ diẽ, quia in illa beatitudinis gloria tenebrarũ interruptio nulla est; bonũ ergo est diem Xpi desiderare, nec tñ magnitudine desiderij nobis somnia fingere debemus, qua si insltet dies domini. vnde sequitur, Et dicent vobis, &c. &c. Euseb. q.d. si adueniente Antichristo fama de eo volet, quasi apparuerit Christus, non egrediamini, neq; sequamini, nam impossibile est eum q̃ semel in terra visus est, iterũ in angulis terræ conuersari. Erit igitur hic de quo dicitur non vetus Christus; manifestum.n. signum secundi aduentus saluatoris nostri hoc est, q̃ subito totum orbẽ claritas eius aduentus replebit. vnde sequitur; Nam sicut fulgur &c. Non.n. apparebit super terram ambulans, sicut quidam homo communis, sed vniuersaliter irradiabit, ostendens cunctis iubar propriæ deitatis Beda. Et pulchrè ait, coruscans de sub cęlo, q̃ a

Iudiciũ locus. iudicium sub cęlo, hoc est in aeris medio geretur, secundum illud apostoli. Simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam Xpo in aera. Si ãt dñs i iudicio sicut fulgur apparebit, nullus tunc in sua mente latere p̃mittitur, quia ipso iudicis fulgore penetratur potest ãt hęc dñi responsio, & de illo eius aduentu quo quotidie venit in ecclesiæ accipi. In tantũ.n. sæpe hæretici turbauerunt ecclesiã, dicẽdo in suo dogmate fidẽ Christi manere, ut fideles illorum temporum desiderarent dñm vel vno die, si fieri posset, redire ad terras, vt per seipsũ q̃uo se habeat fidei veritas intimaret. Et nõ videbitis (inquit) quia non est opus corporali visione dñm redire, quia semel p̃ vniuersum mundũ euangelij vigo. ẽ exhibuit. Cyri. Opinabantur autẽ discipuli q̃ vadens Hierosolymam statim ostenderet regnũ Dei. Hanc igitur opinionẽ resecans notum facit eis, q̃ primo decebat eũ Veritas declaratur. salubrẽ passionẽ sufferre, deinde ad patrẽ ascendere & desuper fulgere, ut orbẽ terrarum in iustitia iudicet. vnde subdit. Primũ ãt &c. Generationẽ non tãtũ Iudęorũ verumetiã oĩum reproborũ appellat, à q̃bus ẽt nunc filius hominis in corpore suo, hoc est in ecclesia multa patit̃ & reprobatur. Inseriãt de sua passione loquẽs de gloria sui aduẽtus, vt dolorẽ passionis spe p̃missæ clarificationis mitigarent, simulq; seipsos pararent, si gloriam regni diligerent, mortis non horrere periculum.

Et sicut factum est in dieb. Noe, ita erit et in dieb. filij hominis. Edebant & bibebant, uxores ducebant et dabãt ad nuptias vsq; in diẽ qua intrauit Noe in arcam, & uenit diluuiũ et p̃didit oẽs. Similiter sicut factũ est in dieb. Loth. Edebãt & bibebant, emebãt & uendebant, plantabãt & ædificabant qua die ãt exiit Loth à Sodomis, p̃luit ignẽ et sulphur de cęlo, et oẽs p̃didit. Secundũ hæc erit qua die filius hoĩs reuelabit̃.

Bed. Aduentum domini quem fulguri cito transuolanti comparauerat, nunc cõparat diebus Noe & Loth, quãdo repentinus mortalibus superuenit interitus. vnde dr̃. Et sicut factum est, &c. Chry. Quia n. tunc nõ crediderunt cõminatoriis verbis, passi sunt repente reale iudicium; eorum autem incredulitas ex anima lenta procedebat. Nam quęcunque vult aliquis & intendit, ea etiam expectat. vnde sequitur; Edebant & bibebant &c. Amb. Bene causam diluuii de nostris asserit processisse Diluuii ratio exponitur peccatis. quia Deus malũ nõ creauit, sed nostra sibi merita repererũt, non quia cõiugia damnentur, neq; .n. alimẽta damnãtur (cum in istis successionis, in illis naturæ subsidia sint) sed in oibus modus quęritur, quicquid.n. abundantius est, à malo est. Beda. Mysticè ãt Noe arcam ędificat, cùm dñs ecclesiam de Christi fidelibus quasi lignis lęuigatis adunando construit quam perfectè consumatam ingreditur, cum hanc in die iudicij præsentia suæ visionis æternus habitator illustrat sed cum arca ædificatur, iniqui luxuriant̃ cum verò intrat̃ intereũt, quia qui sanctis hic certantibus insultant, eis illic coronatis ęterna dãnatione plectent̃. Eus. Quia uerò visus est dñs exemplo diluuii, ne putaret aliquis futurum dilluuiũ ex aqua, uti t̃ secũdo exẽplo Loth docens modum perditionis impiorum, q̃ igne demisso cœlitus superueniet impiis ira Dei. unde subdit: Similiter

militer ſicut factũ eſt &c. Bed. Prætermiſſo illo infando Sodomorũ ſcelere, ſola ea q̃ leuia uel nulla putari poterãt delicta cõmemorat, vt intelligas illicita quali pœna feriãtur, ſi licita immoderatius actã igne & ſulphure puniũtur. Sequitur. n. Qua die aũt exiit Loth &c. Euſeb. Nõ prius dixit ignẽ cœlitus decurriſſe ſuper impios Sodomorũ, q̃ Loth exiſſe ab eis, ſicut & diluuium nõ prius terræ incolas perdidit, q̃ Noe arcã intraſſet, quia quãdiu Noe vel Loth cõuerſabãtur cum impiis, Deus nõ irrogabat iram, ne vnà cum peccatoribus deperirent: volens aũt eos perdere ſubtraxit iuſtũ, ſic & in cõſumatione ſeculi non prius erit finis, quàm oẽs iuſti ſint ſemoti ab impijs. vnde ſequitur. Secũdũ hęc erit &c. Bed. Quia qui interim non apparens omnia uidet, tunc apparens omnia iudicabit. Apparebit ãt iudicaturus eo maxime tẽpore quo cũctos iudiciorũ eius oblitos, huic ſeculo conſpexerit eſſe mancipatos. Theo. Poſtquam. n. venerit Antichriſtus, homines fient laſciui dediti enormibus vitiis, ſecundum illud apoſtoli: voluptatum amatores magis quàm Dei. ſi. n. Antichriſtus eſt cuiuſlibet peccati habitaculũ, q̃d aliud inferet miſero tunc temporis hominum generi niſi ſua? & hoc dñs innuit p̃ exempla diluuij & Sodomitarũ. Bed. Myſticè aũt Loth, qui interpretatur declinãs, eſt populus electorum: qui dũ in Sodomis. i. inter reprobos, ut aduena moratur, quãtum ualet eorum ſcelera declinat. Exeunte autem Loth Sodoma perit, quia in cõſumatione ſeculi exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Ignis ñ & ſulphur quæ de cœlo pluiſſe cõmemorat, nõ ipſam perennis ſupplicij flammam, ſed ſubitaneũ diei illius ſignificat aduentum.

Notanda ſententia.

Allegorica expoſitio.

In illa die qui fuerit in tecto, & uaſa eius in domo; ne deſcendat tollere illa. Et qui in agro ſimiliter non redeat retro. Memores eſtote uxoris Loth. Quicunque quæſierit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam. Et quicunque perdiderit illam, uiuificabit eam.

Ambr. Quia propter improbos neceſſe eſt, ut probi in hoc ſeculo cõtritionem cordis animiq; patiantur, quo uberiorem mercedem accipiant in futurum, quibuſdam remedijs inſtruuntur, cũ dicitur: In illa die &c. Hoc eſt ſi quis ſuperiora iã domus ſuę eminentiumq; virtutum culmen aſcendit, ad terrena mundi huius opera non accedat. Aug. de quęſt. euan. In tecto enim eſt, qui excedens carnalia tanquã in aura libera ſpiritaliter viuit; vaſa enim in domo, ſunt ſenſus carnales, quibus ad inueſtigandum veritatem quæ intellectu capitur, multi vtentes penitus errauerunt. Caueat ergo ſpiritalis homo, ne in die tribulationis rurſus vita carnali q̃ per ſenſus corporis paſcitur, delectatus ad vaſa huius mundi tollenda deſcẽdat. Sequitur: Et qui in agro &c. Id eſt, qui operatur in eccleſia, ſicut Paulus plantans, & ſicut Apollo rigans, non reſpiciat ſpẽ ſecularem cui renunciauit. Theop. Hæc autem omnia Matthęus pro captione Hieroſolymorum à domino dicta fatetur, vt ſuperuenientibus Romanis nec domi conſiſtentes deſcendere deberent pro quocũque neceſſario, ſed protinꝰ arripere fugã, nec in agro manentes redire domũ. Et nimirum in captione Hieroſolymorum cõſtat hęc eueniſſe, iterum fore ventura in Antichriſti aduẽtu, magis ãt ĩ ipſo tẽpore cõſumationis, cum & tũc intolerabilis ſit futura calamitas. Euſe. Innuit ergo p̃ hoc futurã eſſe perſecutionẽ à filio pditionis in Xp̃i fideles. Diẽ igit illã vocat tẽpus prę cedẽs finẽ mũdi, in quo q̃ fugit non reuertat, & amittẽs bona non curet, nec imitetẽ cõiugẽ Loth, q̃ poſt fugã in exitu de ciuitate Sodomorum reuerſa mortua eſt, & columna ſalis effecta. vnde ſequitur; Memo. eſto. vxo. Loth. Ambr. Quæ ideo q̃a retroſpexit perdidit naturę ſuę munus. Retro enim ſatanas, retro enim Sodoma; quapropter fuge intemperantiam, declinato luxuriam, recordare quia ille qui ſe veteribus ſtudijs, non reflexit, ideo euaſit, quia peruenit ad montem. Illa, q̃m ad poſteriora reſpexit, nec mariti adiuta ſuffragio ad montem peruenire potuit, ſed remanſit. Aug. de quæſt. euan. Significat igitur vxor Loth eos, qui in tribulatione retroſpiciunt, & ſe à ſpe diuinæ promiſſionis auertunt; & ideo ſtatua ſalis facta eſt, ut admonendo homines ne hoc faciant, tanquam condiat cor eorum ne ſint fa-

Monitio ſalubris.

tui. Theo. Consequenter subiũgit subsequentia promissiorum, dicens: Quicũq; q̃ si. &c. q d. Nó quęrat aliquis in persecutionibus Antichristi curare ꝓpriam animá, nam perdet eã, quisquis aũt cędibus & periculis se dederit, saluus erit. Vñ sequit̃. Et quicunq; perdi. il. vi. eam. Nequaquá se tiráno subijciẽs pp vitę amoré. Cyril. Quomodo ẽt aliquis perdat ꝓpriam animá, vt saluam eã faciat, manifestat Paulus dicẽs de q̃busdam, q. carnem suam crucifixerũt cũ vitijs & cócupiscentijs, labore scilicet & pietate aggrediẽtes agones.

Dico autẽ uobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno, unus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in unũ, una assumetur, & altera relinquetur. Duo in agro unus assumetur, & alter relinquetur. Respondentes dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit illis: Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

Beda. Dixerat supra dñs eũ qui in agro sit retrò redire non debere, quod ne de his tantũ qui apertè de agro redituri, hoc est palã dñm negaturi sunt, dictũ putares, pergit ostendere nonnullos esse qui cũ faciem habere in anteriora uideantur, aío tñ retrò respiciũt. vnde dicitur. Dico aũt vobis &c. Amb. Bene noctem dicit, quia Antichristus hora tenebrarũ est, eo q̃ pectoribus hoíum tenebras Antichristus infundat, cũ dicat se esse Christum. Christus aũt sicut fulgur coruscãs fulget, ut in illa nocte resurrectionis gloriam videre possimus. Aug. de q. euan. Vel in illa nocte dicit, hoc est in illa tribulatione. Theo. Vel inopinatum docet esse Christi aduẽtum, quẽ futurũ esse noctu docemur. Cũ ãt dixisset diuites uis saluari; ostẽdit q̃ nec omnes diuites pereunt, nec omnes pauperes saluantur. Cyrillus. Per duos enim existentes in vno lecto videntur designare diuites quiescentes in mundanis delicijs, lectus nanq; signum quietis est, non autem quicunq; diuitijs affluunt sunt impij, sed aliquis est probus & in fide electus hic igitur assumetur, alter verò qui talis nõ existit dimittetur. Descendẽs. n. dominus ad iudicium mittet angelos suos qui cęteris in terra de reliquis pœnam passuris sanctos & iustos ei adducẽt; secundum illud apostoli: rapiemur in nubibus obuiã Christo in aera. Amb. Vel ex uno strato infirmitatis humanæ vnus relinquitur. i. improbat̃, alter verò assumitur. i. rapitur obuiã Christo in aera. Sequitur. Duæ erũt molæ. &c. Cyril. Per molẽtes innuere videntur pauperes & pressos laboribus, ad qđ ẽt pertinet qđ subditur. Duo in agro, unus assumetur &c. In his. n. nó modicum differt, nam hi sarcinã paupertatis viriliter sustinent, vitã agentes honestã & humilem, q̃ assument̃, hi uerò sunt ad prophana próptissimi, qui relinquentur. Amb. Vel per molẽtes significari vñr, qui ex occultis alimenta quærunt, & in apertũ ex inferioribus proferunt. Et fortasse mundus iste pistrinũ est, aía aũt nostra uelut quodã carcere includitur corporali. In hoc ergo pistrino uel synagoga, vel aía obnoxia delictis, triticũ molẽdo madefactum, & graui humore corruptũ, non potest interiora ab exterioribus separare, & ideo relinquit̃, q̃a eius similago displicuit: at uero sancta ecclesia, vel aía nullis maculata cõtagiis delictorũ, quæ tale triticum molit, qđ solis æterni calore torridum bonam similaginem de penetralibus hominũ Deo offert. Qui sint aũt agricolæ possumus reperire si aduertamus duas mentes esse in nobis: unam exterioris hominis quæ corrũpitur; alteram interioris quæ per sacramẽtum renouatur. Istæ igitur sunt operãtes in agro nostro, quarũ altera bonũ fructum diligẽtia dat, altera amittit incuria. Vel duos populos interpretamur in hoc mundo qui agro cóparãtur, quorum alter qui fidelis est assumitur, alter qui infidelis est relinquitur. August. de quæst. euan. Vel tria genera hominum hic uidentur significari. Vnũ eorum qui ociũ & quietem eligunt, qui neq; negociis secularib. neq; ecclesiasticis occupatis, quæ illorum quies lecti noĩe significata est. Alterũ eorũ qui in plebibus cõstituti reguntur a doctoribus, agentes ea q̃ sunt huius seculi, quos & fęminarũ noĩe significauit, quia cõsiliis prælatorum regi his expedit, & molentes dixit, quia temporalium orbem negociorum atq; circuitũ vertunt, quasi tñ in uno molentes dixit inquantũ de istis reb. & negotiis suis pbẽt usibus ecclesiæ. Tertiũ genus est eorũ q operãt in ecclesię misterio

Mũdus pistrinũ dicitur.

Tropologia verborum.

Tria genera hominum.

tanquàm

tanquã in agro Dei. In his ergo tribus generibus bina sunt rursus genera hoium in singulis, quorum aliqui in ecclesia permanent qui assumuntur, aliqui cadunt qui relinquunt. Amb. Non.n. iniquus est Deus, vt pares studijs in societate viuendi, atq; indiscreta actuum qualitate, meritorũ remuneratione discernat. Nõ ãt merita hominum copulę usus exequat, quia nõ oés qđ adoriunt efficiãt, sed qui perseuerauerit vsq; in finé, hic saluus erit. Cyr. Quia ergo dixit, ꝙ quidam assumerentur, vtiliter bene inquirunt discipuli quo assumerent, unde sequitur: Rñdentes dicunt illi, Vbi dñe? Bed. Duo ãt Saluator interrogatus vbi.s. sint boni assumendi, & ubi mali relinquendi. vnum dixit, aliud subintelligẽdũ relinquit. vnde sequit; Qui dixit eis: Vbicunq; fue. cor. il. congr. & aqu. Cyril. q.d Sicut deiecto cadauere aues, quarum pabulum sunt carnes, ad illud cõueniunt; ita cum venerit filius hominis, tunc oés aquilæ. i. sancti concurrent ad eum. Amb. Iustorum.n. aiæ aquilis comparantur, eo ꝙ alta petãt, humilia derelinquant, & lõgæuam ducere serũtur ætatem, de corpore aũt dubitare non possumus, maximè si meminerimus ꝙ à Pilato Ioseph corp⁹ accepit. Nõne tibi videntur aquilę circa corpus, mulieres apostolorumq; conuent⁹ circa dñi sepulturam? Nõne tibi videntur aquilæ circa corpus, qñ veniet in nubib⁹ & videbit eum oís oculus? Est autem corp⁹ de quo dictum est, Caro mea verè est cibus. Circa hoc corpus aquilæ sunt, q̃ circumuolãt spiritualibus alis. Sunt ẽt circa corpus aquilæ, quæ credunt Iesum Xpm ĩ carne venisse. Et est ecclesia in qua per baptismi gratiam spiritu renouamur. Euse. Vel p aquilas mortua aĩalia depascentes principes huius seculi denotauit, & eos qui tunc tpis sanctos Dei persequentur, penes quo relinquuntur assumptionis indigni, qui corpus vel cadauer dñr, vel punitrices virtutes quæ facturę sunt impiorũ; hic per aquilas denotantur. Augu. de con. euan. Hæc autem quę Lucas hic ponit, nõ in eo sermone in quo Matthæus vel recordatur præoccupando, vt prius commemoraret, quæ post à domino dicta sunt, vel bis à domino dicta facit intelligi.

Animæ comparantur aquilis.

CAPVT XVIII.

Dicebat autem, & parabolã ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere, dicens: Iudex quidam erat in quadã ciuitate, qui Deum non timebat & hominem non reuerebatur. Vidua autem quadam erat in ciuita e illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tẽpus: Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor: tamen quia molesta ẽ mihi hæc vidua vindicabo illam, ne in nouissimo veniens suggillet me. Ait autem dominus; Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autẽ non faciet vindictam electorum suorum, clamantiũ ad se die ac nocte, & patiẽtiam habebit in illis? Dico autem vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?

Theo. Postquam ęrumnarũ & periculorum dñs meminit subdit horum remedium, quod est oratio iugis & ꝑmeditata, unde dr̃: Dicebat ãt & par. ad il. & c. Chr. Qui te redemit, quid te facere uoluit demõstrauit. Non vult te cessare à precibus vult te beneficia meditari dũ petis vult te rogando accipere, quod benignitas desiderat impartiri. Nec vnquam oranti beneficia denegat, qui vt orantes non deficiant sua pietate instigat. hortamẽta dñi libenter admitte: quod ꝑcipit velle debes, nolle si ipse dñs prohiberet. Denique considera quanta est tibi concessa felicitas, orationibus fabulari cũ Deo, qđ desideras postulare qui etsi verbis silet, tñ beneficijs respõdet; non aspernatur quod petis, non tędet nisi fortè tacueris. Bed. Dicendum est autem eum semper orare, & non deficere, qui canonicis horis rogare nõ desistit, aut omnia quæ iustus secundum Deum gerit & dicit ad orationem sunt reputanda. Augu. de q. euan. Parabolas autem dominus, aut secundum similitudinem ponit, sicut de fœneratore, qui cum duobus debitoribus donasset quod debebant, ab eo plus dilectus est cui plus donauit; aut de ipsa similitudine aliquid ꝓbat. veluti est illud: quòd si fœnũ agri quod hodie est, & cras in clibanũ mittitur, Deus sic vestit; quanto

Clementia diuina.

tò magis vos modicæ fidei? Hic ergo iniquus iudex nō ex similitudine, sed ex dissimilitudine adhibitus est, de quo subdit: Iudex qui erat in quadā ciuitate &c. The. Vide φ impudentē erga homines esse grauioris est mali indicium. Deū.n.quam plures non timent, attamen humano cohibētur pudore, & iō minus peccant. Cū verò sit aliquis impudens, ét quo ad homines, tunc excrescit cumulus vitiorum. Sequit. Vidua aūt quæ erat in illa ciui. Augu. Ista vidua pōt hēre similitudinem ecclesiæ, q̄ desolata videtur donec veniat dn̄s, q nūc in secreto curam eius gerit. Sed quia sequitur: Et veniebat ad eū &c. Hic monet cur electi Dei se vindicare deprecemur, quod ét in Apocalypsi Ioānis de martiribus dicitur; cū apertissimè moneamur, vt ꝓ nostris inimicis, & persecutoribus oremus? Intelligendum est aūt eā vindictam esse iustorum, vt oēs mali pereant. Pereunt autē duobus modis; aut conuersione ad iustitiam, aut amissa ꝑ supplicium potestate. Itaq; si oēs hoīes conuertentur ad Deum diabolus tñ remaneret in seculi fine damnandus: quem finem cum iusti videre desiderant, non absurdè vindictam desiderare dicuntur. Cyr. Vel aliter: Quoties nobis ab aliquibus irrogantur offensæ, tunc gloriosum esse putabimus obliuionē malorū, quoties verò aliquid ad ipsam Dei gloriam peccant, contra dogmatis diuini ministros bellātes, tunc Deum adim⁹ postulantes subsidium, & exclamantes contra impugnantes gloriā eius. Aug. de q.euan. Apud iniquissimū ergo iudicem vsq; ad effectum implendi desiderij valuit trahere perseuerantia deprecantis. vnde sequitur: Post hęc aūt di. intra se. Et si Deū non timeo, &c. Multò igitur certiores esse debent qui Deum perseueranter rogāt, fontem iustitiæ, atq; miæ. Vnde sequitur: Ait aūt dn̄s; Audite &c. Theo. Quasi dicat, si iudicem imbutū quolibet scelere demulsit assiduitas, quanto magis patrem misericordiæ Deum flectemus ad pietatē orādo? vnde sequitur. Dico aūt vobis, quia citò faciet vindi.il. Tentauerunt āt quidam subtilius hanc indagare parabolam, dicūt n viduam esse quamlibet animam quę pristinum virū.s.diabolum excludit, ob hoc ei aduersantem φ accedit ad Deum iustitiæ iudicem qui neq; Deum timet, nā ipse solus est Deus, sed nec veretur hominē non est.n.apud Deum personarum acceptio. Huius igitur viduæ.i.animæ supplicātis, iugiter sibi contra diabolū miseret Deus demulcente eum instātia eius. Post quam dn̄s docuit φ vtendum sit in tp̄e cōsumationis oratione pro tunc futuris periculis, subdit. Verumtamē filius hominis veni.pu inue.fidem in terra? Aug. de ver. do. Dicit autem hoc dominus de fide quę perfecta est. Ipsa n. vix inuenitur in terra. Ecce plena est ecclesia Dei, quis huc accederet si nulla esset fides? quis non montes transferet, si plena esset fides? Bed. Cū autem omnipotens conditor in figura filij hoīs apparuerit, tanta erit raritas electorum, vt non tam ob clamorem fidelium, quàm torporem altiorem totius mūdi sit acceleranda ruina. Quòd aūt dn̄s hic quasi dubitatiuè dicit, nō dubitat sed arguit. Nā & nos aliqñ de rebus, quas certas habemus, increpatiuè verbum dubitationis ponimus, vt si dicatur seruo. Considera forsitan dominus tuus sum. Aug. de ver. domi. Hoc autem dominus adijcit, vt ostendat quòd si fides deficit, oratio perit, ergo vt oremus credamus, vt & ipsa fides non deficiat oremus. Fides fundit orationem, fusa oratio fidei impetrat firmitatem.

Ecclesia comparatur vidua.

Malitia mundi circa finem.

Dixit autem & ad quosdam qui in se cōfidebant tanquam iusti, & aspernabātur cęteros parabolam istam, dicens. Duo homines ascendebāt in templum vt orarent, vnus pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat, Deus, gratias ago tibi, quia nō sum sicut cæteri hominū, raptores, iniusti, adulteri, velut ét hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do oīum quæ possideo. Et publicanus à lōge stās nolebat nec oculos ad cælū leuare, sed percutiebat pectus suū, dicens; Deus propitius esto mihi peccatori. Amē dico vobis descēdit hic iustificatus in domū suā ab illo, quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & q se humiliat, exaltabitur.

Aug. de ver. do. Quia fides non est superborū, sed humiliū, ꝑmissis subiecit parabolam de humilitate, & cōtra superbiā: unde dicitur: Dixit autem & ad quosdam &c. Theo. Quia n. superbia plusquam aliæ passiones vexat hominum mētes, ideo cre-

Superbiæ malitia. crebrius de hac monet. Est autē superbia Dei cōtēptus, quoties.n. aliquis nō Deo, sed sibi ascribi bona q̄ facit, quid est aliud quā Dei negatio? causa igitur cōfidentiū in seipsis, nō aūt totum attribuētiū Deo, sed ob hoc ēt cæteros contemnentium parabolā proponit, ostēdēs q̄ iustitia quāuis hoiem approximet Deo, si tñ assumat superbiā ad infimū deijcit hoiem. vñ sequitur: Duo hoies ascendebant in tēplū &c. Græc. diligentiā, quidē orationis docuit nos p viduā & iudicē, hic āt p pharisæum & publicanū docet nos, quō sint ei dirigēda precamma, ne sit infructuosum orationis negociū. Cōdēnatus est aūt pharisæus cū incautè oraret, nā sequit: Pharisæus āt stans hæc apud se orabat. Theo. Per hoc quod dicit, Stans, elatum eius animum notat. ipso.n. habitu superbissimus videbat. Basil. Dicit autem, Apud se orabat, quasi non apud Deum quia ad seipsum reiebat per peccatum superbiæ Sequitur.n. Deus, gratias ago tibi. Aug. de ver. do. Non reprehenditur quia Deo gratias agebat, sed q̄a nihil sibi addi cupiebat. Ergo iam plenus es, iam abundas, non est quare dicas. Dimitte nobis debita nostra. Quis est igitur qui impunè oppugnat gratiā, si reprehenditur qui superbè agit gratias? Audiāt qui dicunt. Deus me hoiem fecit, ego me iustum facio. O peior & destabilior pharisæo q̄ superbè iustum se dicebat, sed tñ inde gratias Deo agebat. Theo. Attende autem seriem orationis pharisæi. Primo nanq; dixit quæ ei aberant, deinde subiungit quę habebat: Sequitur.n. Quia nō sum sicut cæte ho. &c. Aug de ver. do. Diceret saltem sicut multi homines. Quid est cæteri homines nisi oēs præter ipsum? Ego (inquit iustus sum, cæteri peccatores. Gre go. 24 mor. Quatuor quippe sunt species,

Quatuor species supbiæ. quib oīs tumor arrogantiū demōstratur, cū bonum aut à semetipsis habere se æstimāt; aut si sibi datum desup credunt, pro suis se hoc accepisse meritis putāt; aut certè cū iactant se habere qđ nō habent; aut despectis cæteris singulariter videri appetunt habere qđ habēt. vñ & pharisæus hic bonorū sibi operū merita singulariter tribuit. Aug. de ver. do. Ecce āt ex vicino publicano maioris erat ei tumoris occasio. Sequitur.n. Velut ēt hic publica. q.d. Ego sum solus. Iste de cęteris est. Chr. Non.n. satiauerat cōtēptū eius tota humana natura, sed & publicanū aggressus est, moderati° āt peccasset, si publicanū excepisset: Nūc autē vno verbo & absentes inuadit, & vulnera præsentis lacessit. Non est autē gratiarum actio inuectiua aliorum. Si regratiaris Deo, ipse tibi cātū sufficias, nec te ad hoies transferas, nec proximum condemnes. Basil. Discrepat aūt elatus à conuiciatore sola habitudine. Is.n. in alios vtitur conuitijs, hic autem se mentis temeritate extollit. Chry. Qui aūt alijs conuitia-

Cōuiciatoris malitia. tur, sibi & alijs multa mala facit. Primo .n. audientē reddit peiorem, quia si sit peccator, fit lætior criminis inuento collega, si sit iustus, extollitur per aliena crimina inductus de se magna putare. Secundo cōmunitatem ecclesiæ lædit; non.n. omnes audientes vituperant eum solum qui peccauit, sed ritu Christiano contumelias innectunt. Tertio Dei gloriam blasphemare facit. sicut.n. rectè agentibus nomē Dei glorificatur, sic nobis peccantib. blasphematur. Quarto eū qui audiuit opp̄obria confundit imprudentiorem eū & aduersariū faciens. Quinto statuit se pęnæ obnoxium, rebus prolatis quæ sibi non cōueniunt. Theo. Expedit autem nō solum declinare à malo, sed ēt agere bonū Et ideo cum dixisset. Non sum sicut adulteri, subiungit p oppositum. Ieiuno bis in sabbato. Sabbatum hi dicebāt hebdomadā ab vltima die quietis. Inueniebāt.n. pharisęi secunda & quinta feria, sic igitur ieiunia obiecit contra passionem adulterii, nā ex voluptate ex lasciuia. Rapacibus verò & iniustis opposuit decimarum solutionē. Sequitur.n. Decimas do omniū quæ possideo. q.d. Adeo rapinas & nequitias refugio, vt ēt mea contribuam. Gre. 19. mor. Ecce ciuitatem cordis sui insidiantib. hostibus p elationem aperuit, quam frustra per ieiunium & orationem clausit. Incassum munita sunt cętera, cū locus unus de quo hosti patet aditio munitus non est. Aug. de ver. do. Quære aūt in verbis eius, nihil inuenies q̄ Deū rogauerit, ascēdit quidem orare, noluit Deū rogare, sed se laudare, & roganti insultare, publicanū

autem cordi conscientia remouebat, sed pietas applicabat. vñ sequitur: Et publicanus à longè stans &c. The. Quanuis āt publicanus stetisse dicatur, distabat tñ à pharisæo tã verbis q̃ habitu, necnon & corde cõtrito. Nã verebatur oculos leuare in cęli, censens indignos visionis supernæ eos qui maluerunt bona terrena spectare & q̃rere; necnon & pectus tundebat. vñ sequitur: Sed p cu. pe. suũ, cor quodãmodo pungens causa cogitationũ prauarũ, necnõ & excitans vt dormitãs. vñ non aliud quàm Deũ ꝓpitiationẽ petebat, sequit̃ n. Dicẽs, Deus propiti⁹ &c. Cyril. Audiuit q. a nõ sum velut hic publicanus, nec indignatus est, sed cõpũctus detexit ille vulnus, quærit hic medicinam. Nemo igitur illud frigidum proferat verbum: Nõ audeo, pudorosus sum, non possum aperire os: Talis reuerentia est diabolica. Vult tibi diabolus obserare fores accessus ad Deum. Aug de ver. do. Quid igitur miraris si Deus ignoscit, qñ ipse agnoscit? de longinque stabat, Deo tamẽ appropinquabat, & cũ dñs de propè attendebat. Excelsus. n. domin⁹, & humilia respicit. nec oculus ad cœlum leuabat vt respiceret, tremebat conscientia spes subleuabat: percutiebat pect⁹ suum, pœnas de seipso exigebat, propterea dñs confitenti parcebat. Audisti superbum accusatorem audisti humilem reum. Audi nunc iudicem dicentem: Amẽ dico vobis, Descendit hic iustifi. in do. suam ab illo. Chry. Geminos aurigas & duas bigas in stadio positas sermo præsens proponit: in altera quidem iustitiam cum superbia, in altera peccatum & humilitatem, & vides bigam peccati superare iustitiam, non propriis virtutibus, sed humilitatis coniunctæ. Illam vero deuictam non fragilitate iustitiæ, sed mole & tumore superbię. nã sicut humilitas per sui eminentiam peccati pondus superat, & saliẽs attingit Deũ, sic superbia ob sui molẽ de facili iustitiã deprimit, si ergo plura facta strenue geras, putas autem te posse pręsumere, tota caruisti oratione. Si vero mille feras in cõscientia fasces reatum, & hoc solum de te credas ꝙ es infimus omnium, multam obtinebis ante Deum fiduciam. Et ideo suæ sententiæ causam assignans subdit: Quia omnis qui se exal. hu. & qui se hu. exalta. Humilitatis nomẽ multiplex est. Est. n. q̃dã virtus humilitas, secundũ illud: Cor cõtri. & humi. Deus nõ despicies. Est & humilitas ab ærumnis, iuxta illud: Humiliauit ĩ terra vitã meã. Est & humilitas à peccatis & superbia & insatiabilitate diuitiarũ. Quid. n. humilius his qui se submittũt in diuitiis & potentatu? & hęc reputant magna. Basil. Similiter ẽt & exaltari laudabiliter cõtingit, qñ. s. non humilia cogitas, sed mens tua est p magnanimitatẽ in virtute erecta. Talis āt animi celsitudo est eminẽtia in tristitijs, terrenorũ cõtẽptus, conuersatio in cœlis, & videtur huiusmodi mentis sublimitas eãdem habere differentiam ad elationem quam arrogãtia parit, quam habet corpulentia corporis bene dispositi ad inflationem carnis cum ex hydropisi tumet. Chry. Hęc igitur factus inflatio ab ipsis cœlis potest deprimere nõ cauentem, humilitas vero & ab ipsa abysso reatuũ hominem sublimare; hæc enim p pharisæo publicanum saluauit, latronẽ ante apostolos in paradisum duxit: illã vero etiam in corporeã ingressa est potestatem. Cæterum si iuxta delicta humilitas tam facilè currit vt superbiam iustitię transeat, si iustitiæ coniunxeris eam, quo modo non ibit? assistet ipsa tribunali diuino in medio angelorũ cum fiducia multa. Rursus si fastus coniunctus iustitiæ eã deprimere potuisset, si coniunctus sit peccato, in quãdam gehẽnam detrudet. Hoc dico non vt negligamus iustitiam, sed vt fastum vitemus. Theo. Sed forsitan mirabitur aliquis, quo pharisæus cũ pauca uerba suæ laudis protulerit, cõdemnetur Iob vero cum plurima fuderit coronatur? Eo . s. ꝙ pharisæus talia dicebat criminando alios nulla ratione cogẽte, Iob vero vrgẽtibus eum amicis & præssuris præmẽtib. coactus est ꝓprias virtutes referre ad Dei gloriã, ne homines desisterent a profectu virtutis. Beda. Typicè autem pharisæus est populus Iudæorum qui ex iustificationibus legis extollit merita sua; publican⁹ vero Gentilis est, qui longè à Deo positus confitetur peccata sua, quorum unus superbiendo recessit humiliatus, alter lamẽtãdo appropinquare meruit exaltatus.

Biggędię.

Quæstio pulchra.

*Afferebant aūt ad illum infantes ut eos tāgeret. Q͛d cū uiderēt discipuli, increpabāt illos. Iesus aūt conuocās illos, dixit; Sinite * paruulos uenire ad me, & nolite uetare eos. Taliū est n. regnum Dei. Amen dico uobis, quicunq; nō acceperit regnū Dei sicut puer, nō intrabit in illud.*

*Pueros

Theo. Post prædictā humilitatem dn̄s docet p ea q̄ fecit non repellens, sed gratāter paruulos admittēs, vnde dr̄: Afferebāt āt ad illū, &c. Aug. de ver. do. Cui afferunt tāgendi nisi Saluatori? sed si Saluator est, saluandi offerunt illi qui venit saluū facere quod perierat: vbi isti perierant, qt̄m ad ipsos pertinet innocētes sūt, sed scd̄m apostolum, per vnum hoiem intrauit peccatū in orbē terrarū. Veniant ergo paruuli vt languidi ad medicū, perditi ad redemptorē. Amb. Durum āt aliquib⁹ videri pōt, q̄ discipuli dominū infantulos adire prohibebāt. Sequitur. n. Qđ cum vide. &c. Vbi vel mysteriū intelligas vel affectum. Neq;. n. hoc inuidiæ aut in pueros mentis asperitate faciebāt, sed sedulę virtutis obsequia domino deferebāt, ne cōprimeretur à turbis. Respuēda quippe est vtilitas nostra, vbi diuinitatis iniuria est. In misterio autē q̄a prius saluari populū Iudæorū, ex quo secundū carnē nati fuerāt, gestiebāt. Sciebāt quidē mysteriū, q̄ vtrisq; populis vocatio deberet (nā & p Cananæa muliere supplicarūt) sed fortasse adhuc ordinē nesciebāt. vnde sequitur. Iesus au. con. &c. Non ætas p̄fertur ætati, alioquin obesset adolescere. Cur ergo pueros dicit aptos esse regno cœlorū? fortasse quia malitiā nesciant, fraudare nō nouerint, referre non audeant, scrutari ignorent, opes, honorē, ambitionē non appetant, sed nō ignorare ista virtus est, sed contēnere. Nō. n. virt⁹ ē non posse peccare, sed nolle. Nō igit̄ pueritia sed æmula puerilis simplicitatis bonitas designatur. Bed. Vnde signanter dixit, Taliū, non istorum, vt ostenderet nō ætatem regnare, sed mores, & his qui similē haberent innocentiam & simplicitatem præmia repromitti. Amb. Deniq; hoc Saluator expressit, dicens. Amen dico uobis, &c. Quis puer imitādus est apostolis Xp̄i, nisi de quo Esaias dicit: Puer natus est nobis? qui cū malediceret non maledixit. Itaque in pueritia est q̄dam venerabilis morum senectus, & in senectute innocēs pueritia. Basi. Suscipiemus aut em regnū Dei, vt puer, si dispositi fuerimus erga doctrinam domini, vt puer in disciplina nequaquam contradicens, nec disputans cū magistris, sed credibiliter & obedienter imbibens documenta. Theo. Gētilium ergo sapientes quærentes sapientiam in mysterio quod est regnum Dei, nec uolētes hoc absq; fide syllogisticæ probationis admittere, merito exclusi sunt ab hoc regno.

Allegorica expositio.

Et interrogauit eum quidam princeps, dicēs. Magister bone, quid faciendo vitā æternam possidebo? Dixit autem ei Iesus, Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus Deus. Mandata nosti. Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrē tuum, & matrem tuam. Qui ait. Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quo audito, Iesus ait ei: Adhuc unum tibi deest, Omnia quæcunq; habes uende, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. His ille auditis contristatus est quia diues erat valde.

Bed. Audierat princeps quidam à domino tm̄ eos qui puerorum vellent esse similes, regnum Dei intraturos, atq; ió poscit sibi non p parabolā, sed palā quib⁹ operum meritis vitam æternam consequatur exponi. vnde dr̄. Et interrogauit eum, &c. Amb. Tētator princeps iste magistrū bonum dixit, qui Deū bonum dicere debuisset. Nā licet in diuinitate bonitas sit, & in bonitate diuinitas. tamen addendo. Magister bone, in portione bonū dixit, nō in uniuersitate, nam Deus in uniuersitate bonus, hō ex parte. Cyr. Putauit autem se Christum capere dum vituperaret Mosay cum p̄ceptum, introduceret vero sua statuta, accedit ergo ad magistrum, & bonū eum nuncupās, dicit se velle doceri, quia tentatiuè quærebat. Qui apprehendit sapiētes in astutia sua conueniēter ei respōdet. nam sequitur. Dixit āt Iesus, quid me dicis bonū? nemo bonus nisi solus Deus. Amb. Nō bonū se negat, sed Deū d̄signat. bonus quidem non est nisi plenus bonitatis, q̄ si quem moueat, quia nemo bonus, moueat & illud, nisi Deus, quòd si a Deo filius non excipitur, vtiq; nec à bono Christus excipitur. nam quomodo non bonus ex bono natus? arbor. n. bonas fructus bonos

De⁹ quō bonus.

nos facit. Quō non bon⁹, cū bonitatis sua substantia ex patre assumpta nō degenerauit in filio, quæ non degenerauit in spiritu? Spūs tuus, inquit, bonus deducet me in terram rectam ꝙ si bonus spiritus qui excepit à filio, bonus vtiq; & ille qui tradidit. Itaq; q̄a legisperitus est iste qui tētat, sicut in libro alio demonstratur. Et bene dixit. Nemo bonus nisi vnus Deus, vt admoneret quia scriptū est, Nō tentabis dn̄. De tu. sed magis confitetur dn̄o qm̄ bon⁹ Chry. Vel aliter. Auarum quidem dicere hunc principem non verebor, nā Christus ei improperat, tentator aūt minime. Tit. Ergo cum dicit, magister bone, quid faciē do &c. q d. Bonus es, dignare me rn̄so., in eo quod quæro doctus sum vetus testm̄, ne tn̄ præstantiorem video, non promittē tem terram, sed predicantem regnum cœlorum: dic ergo mihi quid faciendo vitam æternam potero possidere? Intentionem igitur attendens Saluator, quia fides ē via ad opera, cū dixisset ille: Quid facia? hac q̄one omissa in notitiā fidei eum ducit, velut si q̄s interrogaret medicū quid comedam? & ille ōnderet quæ deberent cibum præcedere, & iō eum ad patrem remittit, dicens: Quid me di. bo. non ꝙ ipse bonus nō esset, erat .n. bonum ex bono patre germen, bonus boni filius. Aug. de con. euāg. Potest aūt videri distare aliud quod secūdum Matthæum dicitur: quid me interrogas de bono? quod ad illud magis referri pōt, quod ait ille quærens: Quid bo. fa. Ibi n. & bonū nominauit, & interrogatio est, commodissime intelligitur vtrunq; dictū quid me dicis bonum, & quid me interrogas de bono? quod ad illud magis referri pōt. Tit. Deniq; postquam docuit cognitionē fidei, subiungit. Mandata nosti. q. d. Qn̄ prius Deum moueris tunc optime q̄res quid facies. Chry. Expectante autem principe audire Christum dicentem? Recedas à mandatis Mosaycis, & meis attēde: ad Mosayca eum mittit, vnde sequit: Non oc. non mœc. Theo. Primo quidem lex ea corrigit ad quæ facilius vt męchari cuius incentiuum est intrinsecum & naturale, & occidere, quia immanis belua furor. Sed furtū & falsi testimonij culpā raro contingit incurrere. sed & grauiora illa

Correctio legalis qualis sit.

existunt; & iō secundario furtum & falsum testimoniū ponit, vt carius fallentia & leuiora. Sequit. n. Nō fur. facies &c. Basi. Non est aūt intelligendum fures esse solum bursarum incisores; vel latrocinātes in balneis. Sed & si qui duces legionū statuti, vel commisso sibi regimine ciuitatū aut gentium, hæc quidem furtim tollūt, hæc vero vias publicè exigunt. Tit. Sed vi deas in non agendo præcepta consistere, qm̄ si mœchatus non fueris, castus es; si nō fureris, beniuolus; si falso non testeris, viri dicus. Attende virtutem iā facilem p bonitatem statuentis. Nā mali fugam igerit, non boni exercitium: quælibet autē quies quolibet est facilior opere. Theo. Sed quia in parentes cōmittere, quāquam magnū sit crimen, raro tn̄ accidit, post oīa ponit: Honora patrem tuū & ma Amb. Est aūt honor non solum honorificentiæ, sed ēt largitatis. Honor. n. ēst deferre pro meritis. Pasce patrem tuum, pasce matrē tuam & si paueris, adhuc nō reddidisti dolores & cruciatus quos pro te mater passa est. Illi debes quod habes, huic debes quod es, qm̄ iudiciū si pascas ecclesia quos tu pascere nolis? Sed dices. Quod eram parentibus collaturus, ecclesiæ mallem conferre. Non quærit Deus donum de fame parentum, sed vt pascendos scriptura dicit parē tes, ita pp Deum relinquēdos si impediāt deuotæ mentis affectū. Sequitur; Qui ait, Hæc om. cu. à iu. mea. Hier. Mentitur adolescens: Si. n. quod postpositum est in mandatis, Diliges proximum tuum sicut teipsum, opere complesset, qūo postea audiēs, Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, tristis abscessit? Bed. Vel non est putandus esse mentitus, sed simpliciter vt vixerit .s. exterius esse confessus, alioquin nequaquam Marcus diceret, ꝙ Iesus intuitus eum, dilexit eum. Tit. Ostendit autem consequenter dominus quod si aliquis vetus testamentum peregerit, perfectus non est, sed deest ei sequi Christū. vnde sequitur. Quo. au. Ie. ait ei, adhuc vnū tibi deest, omnia quæcunque ha. uende, &c. q. d. Quæris quomodo sit possidenda vita æterna, sparge facultates pauperibus & obtinebis illam. Parua sunt quæ impendis, magna quæ recipis. Athanas. Non enim

Honor duplex distinguitur.

Aurea sententia. enim mundum despicientes putemus grādia quidē abdicasse, q̄a tota terra est i cōparatione cœli breuissima, quapropter si toti terrę dn̄aremur ei abrenūciātes, nihil dignū esset in cōparatione regni cęlorū. Beda. Quicunq; ergo perfectus esse voluerit, oportet vendere quę habet, nō ex parte sicut Ananias fecit & Saphira, sed totum. Theop. Vnde dicens, oīa quę habes, summā paupertatē suadet. Si quid .n. restiterit, illius seruus est. Basi. non tn̄ docet facultates vendere, eo ꝙ naturaliter sint prauę, alioqn creatura Dei nō essēt. vnde eas non tanquā malas abijcere, sed disponere monuit, et cōdemnatur aliquis non quia eas possidet, sed quia eis abusus est. Quo fit ut facultatū secundū mādata Dei dispensatio, & crimina deleat & regnū cōferat. vn̄ subdit. Et da pau. Chrys. Poterat quidē Deus alere pauperes & sine hoc ꝙ nos misereremur eorū, sed vult dātes dilectione astringi accipiētibus. Basil. Dicēte āt dn̄o. da pauperibus, puto non expedire cuiquam negligēter gerere, sed oīa diligēter sponere, ꝑcipuè p seipsum, si ex parte se habeat, sin āt, per eos de quib⁹ constat ꝙ fideliter & prudēter disponant. Maledictus .n. qui negligēter perficit opera dn̄i. Chr. Sed illud quęritur, quomodo Christus erogare cūcta pauperibus perfectionis esse fatet, Paulus āt ex dilectione hoc asserit esse imperfectum? sed valde consonat quod subiunxit. Et veni sequere me, quod ostenditur ex dilectione. In hoc .n. cognoscēt oēs ꝙ mei estis discipuli, si dilectionē habueritis adinuicem. The. Cū paupertate .n. cęteras quoq; virtutes hoīem habere, oportet, ob hoc ait. Et veni sequere me, i. in cęteris esto meus discipulus iugiter me sequaris. Cyr. Princeps āt ille vini recētis cadax non fuit, vetus vter existēs, sed tristitia ruptus est, vnde sequitur. His ille auditis contristatus est, &c. Basi. Mercator non tristatur in nūdinis paciscendo quæ possidet, acquirendo sibi oportuna. Tu vero tristatis puluerem dans, ut acquiras vitam beatam.

Côparatio pulchra. *Videns autē Iesus illum tristem factum, dixit, q̄ difficile qui pecunias habent in regnum Dei intrabūt, Facilius est enim, camelū per foramē acus transire, quā diuitem intrare in regnū Dei. Et dixerunt q audiebant. Et quis potest saluus fieri? Ait illis. Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deū. Ait au ē Petrus. Ecce nos dimisimus omnia, et secuti sumus te. Qui dixit eis. Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, aut agros propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo futuro vitam æternam.*

Theop. Quoniam diues audita opum abiectione tristatus fuit, dn̄s admirāter locutus est. Dicitur .n. Videns au. Ie. il tristē &c. Non dicit impossibile est eos intrare, sed difficile. Possunt enim per diuitias adipisci superna, sed difficile est, q̄a viscosiores sunt visco diuitię, & vix euellitur aīus occupatus ab eis, sed sublequēter ut impossibile hoc indicat, cū dicit. Facilius est .n. camelum &c. Nomen quod in græco ponit, & & æquiuocū est ad animal qđ camelus dicitur, & ad rudentē quocunq; ergo modo intelligas ipossibile est. Quid igitur dicendum est? Primo quidē ꝙ reuera ita se habet. Aliud .n. est diues, aliud œconomicus: nā diues q sibi referuat diuitias, œconomus verò siue dispēsator q ad opus aliorū has tenet. Chrys. Abrahā quidē possidebat opes pauperibus, & qui iustè eas possidēt, quasi suscipiētes à Deo dispēsant in diuinis mandatis, q vero cōtra Deū acquisierūt & in expēdendo faciūt illud idē meretricibus & parasitis dātes vel humi abscondētes, egenis vero nihil impendētes. Nō ergo ꝓhibet ditari, sed opibus famulari. vult ut necessarijs utamur eis, nō ut custodiamus, nā famuli est custodire, sed dn̄i dispensare, si conseruari eas vellet nō tradidisset eas hoibus, sed sineret in terra iacere. The. Porrò attendas illud qđ diuitē quidē impossibile dicit saluari, possidentem verò diuitias difficile. q.d. diues qui captus est à diuitijs & famulatur eis, non saluabitur. Habens vero illas scilicet qui eis dominatur vix. saluabitur causa humanę fragilitatis. Conatur .n. nos diabolus supplātare quoadusq; possidemus diuitias, & difficile est aufugere deciculas eius, ideoq; bonum est paupertas & quasi tentatione carens. Chry. Nulla .n. est diuitiarum cōmoditas, anima patiēte penuriam, nec læsio paupertatis; anima

Vsus diuitiarū.

ma diuitijs affluente. Si aute ditescentis indicium est nullius egere, & pauper ascetis indigere, palàm est ꝙ magis esse pauperem facit magis ditescere. Facilius est n. ꝙ qs in pauperrate, q̃ in diuitijs opes cōtemnat, neque.n. talis est ambitur, vt per magis habere sedetur. Sed per hoc cōsueuit magis accendi, sicut ignis qsi maiorē suscepit escam. quę aūt mala vidētur esse inopię, cōia sunt, quę verò diuitiarū, propria sunt earum. Aug. de quęst. euan. Diuitem ergo hic appellat cupidum rerum temporalium, & de talibus superbientē, his diuitibus contrarij sunt pauperes spiritu, quorum est regnum cęlorum. Mysticē autem facilius est Christum pati pro dilectoribus seculi, q̃ dilectores seculi ad Christū posse conuerti. Cameli.n.noīe se intelligi voluit, quia spōte humiliatus infirmitatis nostrę onera sustulit. per acū āt punctiones significat, per punctiones, dolores in passione susceptos. foramen autē acus, dicit angustiam passionis. Chry. Hic āt sermo quasi grauis transcendebat discipulorū virtutem. vñ sequitur: Et di. qui hęc audi. Et qs po. sal. fieri? Hoc dixerunt Discipuli nō de se, sed de toto mūdo timētes. Aug. de quę. euang. Cū āt incōparabiliter maior sit turba pauperū q̃ diuitibus perditis pōt saluari, intellexerūt oēs q diuitias amāt ēt si adipisci nequeant in diuitū numero deputari. Sequit: Ait il. quę impossibilia sunt apud hoīes &c. Quod non ita intelligēdū est quasi diues cupiditate & superbia in regnum Dei sit intraturus, sed possibile est Deo ut à cupiditate & superbia ad charitatem & humilitatem cōvertatur. Theoph. Apud homines ergo quorum serpit intentio ad terrena impossibilis est salus ut dictum est, apud Deum vero possibilis est. Cum enim homo consiliarium habet Deū, & iustificationes & doctrinas paupertatis imbiberit, necnon eius auxilium inuocet; hoc fiet possibile. Cyril. Congruè aūt diues cum multa cōtempserit recompēsationem expectabit. Qui verò p ׀rua possidēs ea abdicauit, qd ei sperandum esset quęrere decebat. unde sequitur. Ait autem Petrus, Ecce dimisimus omnia. Mattheus addit: Quid ergo erit nobis? Bed. q.d. Fecimus quod iussisti, quid igit dabis nobis pręmij? Et quia nō sufficit dimittere oīa, iungit qđ perfectum est, dicens. Et secuti sumus te. Cyr. Illud aūt necesse est dicere, ꝙ paucis abrenunciantes quantū spectat ad propositum & obedientiam pari lance cum opulētis penduntur paribus vtētes affectibus, dum rerum quas possidēt obiectionē vltro inferunt. vnde sequitur. Amen di. vobis, nemo est qui &c. Eleuat ad acceptissimā spē oēs audientes iureiurando promittēs, dū apponit sermoni, Amen. Doctrina.n. diuina mundum vocante ad fidē Christi, forsitan aliqui respiciētes parentes infideles noluerunt eos turbare veniendo ad fidē, & similis est ratio aliorum germanorū. Deserunt aūt quidam patrem, & matrē, & totius parentelæ amorem despiciūt pp amorē Christi. Bed. Sensus igitur iste est, qui pp regnum Dei inquirendum oēs affectus contēpserit, omnes seculi diuitias, delicias, risusq; calcauerit, multo plura in præsenti recipiet. Cuius sententiæ occasione quidā Iudaicā mille annorū fabulam post resurrectionē iustorū ędificāt, qū oīa quæ pp Deū dimittimus multiplici nobis sint fęnore reddēda, & insuper vita æterna donāda. Nec vident inexperti, ꝙ sit in cæteris digna sit repromissio, in vxoribus tñ iuxta alios euāgelistas centenis appareat turpitudo, pÿsertim cū dñs in resurrectione nō esse nubēdū testet̄. Et iuxta Marcū ea q̃ dimissa fuerint, in hoc tēpore cū psecutionibus accipiēda confirmet, quasi illis mille annis abesse dogmatizant. Cyril. Hoc ergo dicimus, ꝙ omissis temporalibus & carnalibus, multo maiora sibi aliquis vendicabit, qm̄ & Apostolicū pauca dimiserint, obtinuerūt multiplicia dona charismatū, & celebres reputati sunt vbiq;. Erimus ergo similes illis, si domū quis dimittet, recipiet mansiones supernas, si patrem, patrem habebit cęlestem, si à germanis recesserit, in fratrē hunc recipiet Christus, cum dimiserit coniugem, inueniet diuinam sapientiam à qua procreauit spiritales fructus, inueniet Hierusalem cœlestē quæ est mater nostra. A fratribus etiam, & à sororibus sui propositi glutino spiritali colligatis multo in hac vita gratiosiorem recipiet charitatē.

Amor diuitiarum.

Moralis doctrina.

Fabulæ hæreticorū.

Assum-

Assumpsit autē Iesus duodecim, & ait illis; Ecce ascendimus Hierosolymā, & consumabuntur omnia quę scripta sunt p prophetas de filio hominis. Tradetur.n.gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur; & postquam flagellauerint, occident eum; & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.

Theoph. Præuidens Saluator ex passione sua discipulorum animos turbandos, eis longe ante & passionis eius pœnam, & resurrectionis suæ gloriā pdicit. unde sequitur: Assump āt Ie. 12. & ait il. Ecce ascēdimus &c. Bed. Præuidens.n.quosdam hæreticos futuros qui Christum dicerent legi prophetisq; docuisse cōtraria, ostēdit q p pphetarū psagia suæ passionis & posterioris gloriæ sit celebrata pfectio. Chr. Seorsum aūt de passione cū discipulis cōfert. Non.n oportebat hunc sermonē pluribus diuulgari, ne turbarētur. Ob hoc āt pdicebat discipulis, vt excitati p expectationem facilius sustinerent. Chrys. Et ut sciāt qm passionē pnouit, & spōtaneus ad eā accessit, ne dicerent, qualiter in manus hostiū incidit q nos pmittebat saluare? vnde seriatim ordinem passionis enarrat, subdēs: Tradetur.n.gētibus, & illudetur, & flagellabitur, & cōspuetur. Chry. Hoc Esaias prædixerat, dicēs; Obtuli scapulas meas ad verbera, genas meas ad alapas, & faciem meā nō diuerti à sputorum dedecore. Sed & crucis patibulum pdixit propheta, cum ait. Tradidit in mortem aiam suā & cū sceleratis reputatus est. unde & hic subditur; Et postquam flagellauerint, occident eum. Sed & resurrectionē eius Dauid pdixit dicēs, Nō derelinques aīam meā in inferno. vnde hic subditur; Et tertia die resurget. Isido. Admiror āt demen tiā qrentium cur Xps ante triduū resurrexit? si.n.resurgeret tardius q pdixerat, im potētiæ esset celerius uero, est summæ uirtutis iudiciū. Si quē.n. cum spoponderit suo creditori post triduū psoluere debitū, eadē die satisfaciētē uiderimus, nō fallacē, sed potius vt ueridicū eum mirabimur. dicā ēt q nō dixit se post tres dies resurrecturū, sed die tertia. Habes parasceuē, habes sabbatū vsq; ad solis occasum, & post sabbatum resurrexit. Cyr. Discipuli āt nondum nouerant exquisitē qd prophetæ pdixerant; sed postquam resurrexit aperuit eis sensum; ut intelligerēt scripturas. vnde sequitur; Et ipsi nihil ho. &c. Be. Quia.n. discipuli eius uitam maximè desiderabant, eius mortem audire non poterāt. Et qm non solū hoīem innocentē, sed & Deū verū sciebant, hūc nullatenus mori posse putabāt. Et quia parabolas eū sæpe loquentem audire cōsueuerant, quoties aliquid de sua passione dicebat, ad aliud allegoricè referendum esse credebāt. vn̄ sequitur. Erat aūt uer. istud abscon. ab eis, & nō intelligebant q dicebant. Iudæi uero quia in eius necē cōspirauerāt, q de passione sua loqueretur dicens in Ioanne. Oportet exaltari filiū hoīs, intelligebant, unde dixerūt, Nos audiuimus ex lege q a Christus manet in æternum, & qūo tu dicis: Oportet exaltari filium hominis?

Secretū passionis Christi.

Cōsens. euan. & prophetiæ.

Factum est autem cum appropinquaret Hierico, cæcus quidam sedebat secus uiam mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, q Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens. Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant increpabant eum vt taceret. Ipse uero multo magis clamabat, fili Dauid miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Domine, vt uideam. Et Iesus dixit ei; Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Greg. in ho. Quia carnales adhuc discipuli non ualebant capere uerba mysterij, uenitur ad miraculū ante eorū oculos cęcus lumen recipit, ut eos ad fidē cœlestia facta solidarēt. vnde sequitur. Factum est autē, &c. Theo. Et ne incessus domini esset inutilis, in uia fecit cœci miraculum, hoc documentū discipulis suis dans, vt in omnibus simus pficui, & nihil sit in nobis ociosum. Aug. de q. euan. Possemus de appropinquantibus Hierico sic intelligere, vt iam inde egressi, prope tamē adhuc essent ad eādē ciuitatē, qd quidē minus usitate df, sed tn̄ uideri posset hoc dictum, quoniam Matthæus egredientibus eis ab

Hierico dicit illuminatos duos cœcos, q iuxta viam sedebant. De numero quidem nulla esset qō, si alter euangelistarum de vno tacuisset vnius reminiscēs, nā & Marcus vnum commemorat, cū & egredientibus eis ab Hierico dicit illuminatū; cuius & nomen dixit, & patrem, vt intelligam⁹ eum fuisse notissimum, alterum ignotum vt meritò ille notus ēt solus decenter cōmemoraretur. Sed qm̄ quæ sequunt̄ in euangelio secundum Lucā, aptissimè ostendunt illud quod ipse narrat adhuc venientibus ipsis Hierico factum esse, nihil aliud restat intelligere, nisi bis esse factum hoc miraculum, semel in vno cœco, cū adhuc veniret in illam ciuitatē: iterum in duob. cum inde egrederetur, vt illud vnum Lucas, alterū Matthęus enarrat. Chr. Multus aūt erat populus circa Christum, & cœc⁹ eum quidē non nouerat, sentiebat āt effectum, & rapiebat per affectum quod non hausit aspectus. vnde subditur: Et cum an. tur. præter. inter. q̄d hoc esset. Et oculati quidem secundum opin. loquebantur. Sequitur: Dix. au. ei, ꝙ Iesus Naza. trāsiret. Cœcus vero vera clamabat: alia docetur, & alia p̄dicat. Nā sequitur: Et cla. di. Ie. fili Dauid miserere mei. Quis te docuit hoc homo? num perlegisti libros priuat⁹ luminibus? Vnde igitur nosti luminare mūdi? verè dn̄s illuminat cœcos. Chr. In Iudaismo aūt nutritus, non ignorauit ꝙ de ꝓgenie Dauid Deus sc̄dm carnē nasceretur, & iō ei vt Deo loquitur, dicens: Miserere mei. hunc imitentur, qui in duo diuidunt Christum, hic. n. Xp̄m tanquā Deum audit, & filium Dauid eū nominat. miratur aūt iustitiam cōfessionis eius. Quidam. n. eum confitentē fidem compescebant. Sequitur: Et qui præi. incre. eum vt tace. Sed per inhibitiones hmōi non impediebatur ei⁹ audacia. Nouit. n. fides oībus repugnare, & in omnia triumphare, vtile. n. est ꝓ cultu diuino pudorem deponere. Nam si cā pecuniæ sunt impudentes nonnulli, ꝓ animæ salute non decet bonam induere impudentiā? unde sequit̄: Ipse vero multo magis clamabat, fili Dauid miserere mei. Sitit aūt Christum vox inuocātis in fide, & inuocantes in fide respicit, & iō meritò vocat cœcum, & accedere iussit. Vnde sequitur; Stans autem Iesus iussit illū adduci ad se, vt. s. qui prius fide eum tetigerat, appropinquaret & corpore. Appropinquātem cœcum dn̄s interrogat. Nam sequit̄; Et cum appr. inter il. di. Quid tibi vis faciā? Dispensatiuè interrogat, non quasi ignorans, sed vt scirent astantes, ꝙ nō petebat pecuniam, sed diuinā efficaciā vt à Deo, vnde sequitur; At il. di. do. vt vide. Chry. Vel quia calumniatores veritatis Iudæi possent dicere, vt in cœco nato, non ē hic, sed similis eius, voluit vt cœcus prius ostenderet defectum naturæ, & tūc cognoscat gratię maiestatē; at vbi petitionis modum cœcus explicuit, tunc summa maiestate præcepit ei, vt videret. vnde sequit̄; Et di. il. Ie. Respice, quod abundabat in crimē perfidiæ Iudæorum, quia. n. prophetarum talia dixit? Aspice t̄n quid assumat medicus ab eo cui collata est sanitas. Sequitur. n. Fides tua te saluum fecit. Pro fide. n. uēdunt̄ beneficia, diffunditur. n. gratia quā suscepit fides. Et sicut ab aliquo fonte hi quidē paruis uasis modicū aquæ hauriunt, hi vero maioribus multum, fonte non distinguente mensuras, & secundū fenestras, quæ aperiuntur magis vel minus, splendor solis infunditur, ita secūdū capacitatem intentionis hauritur gratia. vertitur aūt vox Christi in lucem languētis, erat. n. verbum veræ lucis unde sequit̄. Et confestim vidit. At cœcus & ante beneficium fidem ostendit feruidam, & post beneficium beneuolentiam obseruauit. Sequitur. Et seq. il. ma. de. Chr. Ex quo patet, ꝙ à duplici cœcitate liberatur, corporali. s. & intellectuali. neq;. n. glorificasset vt Deum, nisi vere vidisset, sed & alijs factus est occasio glorificandi Deum. Sequitur. Et omnis plebs vt vi. de. lau. Deo. Beda. Non solum pro impetrato munere lucis, sed & meritò fidei impetrandis. Chr. Hic autem necesse est quærere cur Christus dæmoniacum quidem curatum sequi volentem prohibet, cœcum āt illuminatū sequentem nō prohibet? sed neutrum irrationale puto; illū. n mittit præconē, ut ex sua consistentia benefactorum prædicet: erat. n. excellens miraculum, uidere furiosum sanæ mentis effectum. Cœcum vero permittit sequi, quando Hierosolymam ascen-

Iudaismi instructio

Qō utilis.

ascendebat per crucē pfecturus. altū mysteriū, vt recentē habentes miraculi mentionē non existimarent eū infirmitate potiꝰ, quàm misericordia pati. Amb. In hoc aūt typus populi Gentilis est, qui sacramēto dñico recepit amissi luminis claritatē. Nihil aūt interest, vtrum in vno cęco medicinā, an in duobus accipiat qm̄ ex Chā, & Iaphet Noe filijs originē ducens in duobus cœcis duos generis sui prætēdebat auctores. Greg. in ho. Vel cœcum est genus humanū, quod in parente primo claritatē supernæ lucis ignorans danationis suæ tenebras patitur. Hierico aūt interpretatur luna, q̄ dū menstruis decrescit, defectū nostræ mortalitatis designat; dum igitur conditor noster appropinquat Hierico, cęcus ad lumē redit. quia dū diuinitas defectū nostræ carnis suscepit, humanū genus lumen qđ amiserat recepit. Qui ergo ęternæ lucis claritatē nescit, cœcus est. Si aūt tm̄ redemptorē credidit qui dixit, Ego sū via, iuxta viā sedet. Si vero credidit & exorat vt æternū lumē recipiet, iuxta viam sedet & mēdicat. Illi aūt qui Iesum venientem præcedunt, designant carnaliū desideriorū turbas tumultus q; vitiorū: qui priusquam Iesus ad cor nostrū perueniat, dissipāt cogitationem nostram, & in ipsa nos nostra orōne conturbāt. Ipse verò magis clamabat, quia quanto grauiori tumultu cogitatione ꝑmimur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Cum aūt adhuc turbas phātasmatū in oratione patimur, Iesum aliquatenus transeuntē sentimus. Cū vero orationi vehemēter insistimus, Deꝰ in corde figitur, & lux amissa reparatur, vel trāsiret humanitatis ē, stare diuinitatis. Cœcū igit̄ clamantē dñs transiēs audiuit, stās illuminauit, quia p humanitatem suā vocib. nostræ cœcitatis cōpatiendo misertꝰ est, sed lumen nobis gratiæ p diuinitatis potentiā infudit. Ad hoc āt requirit quid velit vt cor ad orationē excitet, peti. n. hoc vult, qđ & nos petere & se cōcedere ꝑnoscit. Amb. Vel interrogauit cæcum vt crederemus, nisi cōfitentem nō posse saluari. Grego. in ho. Cæcꝰ āt à dño non aurū, sed lucem q̄rit. Et nos non falsas diuitias, sed lucem q̄ramus, quē uidere cū solis angelis possimus, ad quā lucem uia fides est, unde rectè cœco dr̄, Respice, fides tua te sal. fe. Qui videt & sequitur, quia bonum quod intelligit operatur. Augu. de q. euan. Si autem Hierico lunam, & ob hoc mortalitatem interpretamur, morti propinquans dominus Iudęis solis lumen euangelij iusserat prædicari, quos significauit ille vnus cœcus quem Lucas commemorat, à morte autem resurgens atque descendens, & Iudæis & Gentibꝰ, quos duos populos significare videntur duo cęci commemorati à Matthæo.

Tropologica expositio.

CAPVT XIX.

ET ingressus perābulabat Hierico. Et ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. Et quærebat videre Iesum q̄s esset, & non poterat præ turba: quia statura pusillus erat. Et præcurrens, ascendit in arborem sycomorum ut videret eum: quia inde erat transiturus. at cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum & dixit ad eū Zachæe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quòd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad Iesum: Ecce, dimidium bonorum meorū do pauperibus. & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quòd & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat.

Amb. Zachæus in sycomoro, cęcus in via, quorum alterum dñs miseratus expectabat, alterum suæ māsionis claritate nobilitat. de quo dr̄: Et ingressus Iesus perābulabat Hierico &c. Et bene princeps inducitur publicanorum. Quis. n. de se desperet, qñ iste peruenit ad gratiā, cui census ex fraude? & ipse quidē diues, vt scias omnes diuites auaros. Cyr. Sed Zachæus in his moram non traxit. sed factus est dignus propitiatione Dei, qui cęcos illuminat, & lōginquos vocat. Titus. Pullulauerat autem in eo semen salutis, quia cupiebat Iesum videre. vnde sequitur. Et quære. ui. Ie. quis esset, vtpote qui nunquam

Omnis diues auarus.

eum viderat, quia si vidisset dudum iã recessisset à nequitia publicana. Si quis.n Iesum videt, nõ potest nequitijs immorari. Duo aũt erant impedimenta huic visioni nã retardabat eum populus, non tam virorum, q̃ peccatorum. erat aũt paruus statura. vnde sequitur; Et non po. præ. tur. quia sta. pusil. er. Amb. Quid sibi vult, q̃ nulli⁹ alterius staturam, quàm eius expressit? vide ne forte malitia pusillos, aut adhuc pusillus fide, nondum.n. pronus erat cũ ascẽderet nondum viderat Christum. Titus. Sed ille bonum adinuenit ingenium, nam præcurrens in arborem sycomorũ ascendit, & trãseuntẽ Iesum desideratum videbat vnde sequitur: Et præcur. asc. in arbo. syco. vt vi. il. quia inde erat trãsitur⁹. Hic ergo solã visionẽ desiderauit, sed qui nouit plus facere, quàm quærimus, dedit ei supra id quod expectabat. vnde sequitur: Et cum ve. ad lo. sus. Ie. vi. il. Cyr. Vidit q̃dem hois animam promptissime nitentẽ ad sancte viuendum, & eum ad pietatem conuertit. Amb. Capit eum, se non inuitatus inuitat. vnde sequitur; Et di. ad eũ, Zachæe fe. des. quia &c. Sciebat.n. vberẽ hospitis sui esse mercedẽ, sed tñ & si non vocem inuitantis audierat affectum. Beda. Ecce aũt camelus deposita ibi sarcina per foramen acus transit, hoc est diues & publicanus relicto amore diuitiarum, contẽpto censu fraudum, benedictionẽ dñicæ susceptionis accepit. Sequitur: Et festi. descẽ. & acce. il. gau. Ambr. Discant diuites non in facultatib⁹ crimen hẽre, sed in his qui vti nesciunt facultatibus. Nam diuitiæ sicut impedimenta sunt improbis, ita bonis sunt adiumenta virtutis. Chry. Sed considera nimiã Saluatoris bonitatẽ. Insons cum sontibus conuersat, fons iustitię cũ auaritia, q̃ est materia prauitatis, ingressus domũ publicani nullã ex auaritię nebula iniuriã patitur, sed fulgore iustitiæ auaritiã delet, sed mordaces & criminationis amatores inuehi tẽtant in his, quæ ab eo fiebant. Sequitur n. Et cum vi. oẽs mur. di quia &c. Ipse vero incusatus vt epulo, & publicanorum amicus, spernebat hæc vt consumaret propositũ; quia & medicus nisi patiatur saniem ægrotorum, nõ liberat a morbo, quod & tunc contingit;

Pietas Iesu notatur.

qm̃ conuersus est publicanus, & factus est melior Sequitur: Stans aũt Zachęus di ad Ie. Ecce di. bo. meo. dñe do pauperib⁹ &c. Audi mirabile: Nõdũ dicit, & obedit. Et sicut sol per radios infusus in domũ nõ illustrat verbo sed opere, ita Saluator, radijs iustitiæ, nequitię fugauit caliginem, nam lux in tenebris lucet. Quodlibet aũt vnitum est validum diuisum aũt debile, & iõ bipartit substantiam. Est aũt diligentius attendendũ, q̃ opes Zachæi non solũ erant iustitiæ, sed &t ex patrimonio fuerũt congregatæ, alioquin qũo poterat exorta inique restituere in quadruplũ? Sciebat n. legem iubentem restituere in quadruplũ male ablata, vt si lex nõ terreat, dãna mitigent. non ergo expectat Zachæus legis censurã, ipse sibi iudex effectus. Theo. Sed si subtilius indagare velimus, nihil de proprijs restabat facultatibus. Data.n. medietate bonorum pauperibus ex residuo reddebat læsis in quadruplo, nec solũ hoc promittebat, sed faciebat. Non.n. ait. Dabo medietatẽ & restituam quadruplũ, sed do & reddo. At Christus illi salutẽ annunciat. Sequitur; Ait Ie. ad eum, quia ho. sa. huic do. facta est, ipsum Zachęum significans assecutum fuisse salutem, per domũ habitatorem significans. Sequitur, Eo q̃ ipse filius sit Abrahę. Non.n. vocasset Abrahę filium inanimatam fabricam. Bed. Filius aũt Abrahę Zachæus dr̃, non quia de eius stirpe genitus, sed quia eius est fidẽ imitatus, vt sicut ille terram domũq; paternã deseruit, ita iste bona sua partiẽdo pauperibus relinqueret. Pulchrè aũt dicit. Et ipse, ut non solum eos qui iustè vixerant, sed & eos qui ab iniustitia resipiscunt, ad filios promissionis pertinere declararet. Theo. Non aũt dixit quod filius erat Abrahę, sed qm̃ nunc est. nam prius quando erat publicanorum princeps, nullã similitudinem habens ad Abraham iustum, nõ erat Abrahę filius. Sed quia murmurabãt quidam eo q̃ moraretur cum viro peccatore, ad cõpescendos illos subdit, Venit.n. filius hominis quęrere & saluum facere &c. Chry. q. d. Quid me criminamini si rectifico peccatores, tam.n. procul est à me odium peccatorum, quòd eorũ causa aduenerim. nam medicus veni, non iudex

Filius Abrahę quid sit.

iudex: ob hoc cõuiua fio languentium patiorq; fœtorem, vt præstẽ remedia. Quæret autem aliquis quõ Paulus iubet si quis frater fuerit procax aut auarus, cũ hmói nec cibum esse sumendum? Christus autẽ erat publicanorum conuiua, sed nondum prouecti erant isti, vt fierent fratres, sed & tunc vitare præcepit Paulus fratres, cum perstant in malo, hi vero erãt mutati. Bed. Mystice aũt Zachęus qui interpretatur iustificatus, credentem ex Gentibus populũ significat, qui per occupationẽ tpaliũ depressus erat & minimus; sed à Deo sanctificatus, qui intrantem Hierico Saluatorẽ videre voluit, dum fidẽ quam mundo attulit, participare q̃siuit. Cyr. Turba aũt ẽ imperitæ confusio multitudinis, quæ verticem nequiuit videre sapientiæ, ergo Zachæus quandiu in turba est nõ vidit Xp̃m sed plebe iam trãsgressus inscitiã, meruit quẽ desiderabat aspicere. Beda. Vel turba i. vitiorum consuetudo q̃ cęcum clamantem increpabat, ẽt hunc suspicientem tardat. sed sicut amplius clamando cœc⁹ turbam vicit, ita pusillus terrena relinquẽdo & arborem crucis ascendendo turbã obstantem transcendit. Sycomorus nanque, quæ est arbor folijs moro similis, sed altitudine præstãs, unde & à Latinis celsa nũcupatur, ficus fatua dr̃; & eadem dominica crux credentes alit vt ficus, ab incredulis irridetur, vt fatua. Quã arborem pusillus statura Zachæus, vt coexaltari possit ascẽdit, cũ quilibet humilis & ꝓpriæ conscius infirmitatis clamat. Mihi absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. Ambr. Pulchrè aũt addidit, q. a illa parte erat trãsiturus dñs, vel vbi sycomorus vel vbi crediturus, vt mysterium seruaret, & gratiã seminaret. sic. n. uenerat, vt per Iudæos veniret, ad Gẽtes. Vidit itaque Zachęũ sursum, iã. n. sublimitas fidei ĩter fructus bonorũ operum, inter fœcundæ altitudinẽ arboris eminebat. Zachæus aũt supra arborẽ est, quia est supra legẽ. Bed. Per ambulans aũt dñs uenit ad locum vbi Zachæus sycomorũ ascenderat, quia missis per mundum p̃dicatoribus, in quibus ipse loquebatur & ibat, venit ad pōpulum nationũ qui passionis eius fide iam sublimis erat, quẽ suspiciens vidit, quia per gratiã

Allegoria pulchra.

3.

Mysterium Sycomori.

elegit. Manebat aũt aliquando dñs in domo principis pharisæorũ, sed eum opera digna Deo facientẽ lingua venenata carpebant. unde eorũ perosus facinora discessit, dicens: Relinquetẽ domus vestra deserta. Hodie ãt in domo pusilli Zachęi oportet illũ manere. i. nouæ legis gratia coruscantẽ in humilium nationũ corde quiescere. Quòd ãt descenderet de sycomoro & sic mansionẽ in domo parare iubetur, hoc est quod ait Apost. Et si cognouimus secundum carnem Xp̃m, sed iam nũc non nouimus. Etsi. n. mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Manifestũ est aũt Iudæos Gentium semp odisse salutẽ, sed salus q̃ olim Iudæorum domos implebat, hodie populũ nationum illuxit, eo ꝙ & ipse populus filius fit Abrahæ credẽdo in Deum. Theoph. Sed & facile est hoc ad moralem vtilitatẽ retorquere. Quisquis n. in malitia pluribus præest, paruus est statura spiritali, & non põt uidere Iesum ꝑ turba. Nam perplexus à passionibus, & secularibus rebus non aspicit Iesum ambulantem. i. in nobis operantem nullum op⁹ eius cognoscens. Ascendit ãt super sycomorũ. i. voluptatis dulcedinem, quæ significatur per ficũ deprimens eam, & sic sublimior factus videt & videtur à Christo. Greg. 27. mo. Vel quia sycomorus ficus fatua dicitur, pusillus Zachæus sycomorum subdit & dñm vidit, quia qui mundi stultitiã humiliter eligunt ipsi de his sapientia subtiliter contemplantur. Quid. n. in hoc mũdo stultius quam amissa non q̃rere, possessa rapiẽtibus relaxare, nullã pro acceptis iniuriam reddere? Per hanc autẽ sapientem stultitiã & si nõdum solide, vt est, iam tamen per contemplationis lumẽ Dei sapientia videtur. Theop. Dicit autẽ ei dominus: Festinans descende, hoc ẽ, Ascendisti per pœnitentiam ad altiorem locum, descende ꝑ humilitatẽ, ne te supplãtet elatio: oportet. n. me in humilis domo manere. Geminis autem bonis in nobis existentibus, corporalibus. s. & spiritualibus: cuncta corporalia dereliquit iustus pauperibus, sed spiritualia non deserit bona, sed si quid exegit in aliquo reddit in quadruplum, significans per hoc quòd si quis per pœnitentiam pergit in contra-

Moralis intellectus.

rio tramite priscæ prauitatis, per multiplices virtutes sanat omnia pristina delicta, ac sic promeretur salutem, vocatusq; filius Abrahæ, eo ꝙ à propria cognatione exierit scilicet ab antiqua nequitia.

Hęc illis audientib. adijciens dixit parabolã eo quòd esse prope Hierusalẽ, & quia existimarent, ꝙ confestim regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo. Homo quidã nobilis abijt in regionẽ longinquã accipere sibi regnum, & reuerti. Vocatis ãt decẽ seruis suis, dedit eis decem mnas, et ait ad illos; Negociamini dum uenio. Ciues autẽ eius oderant eum, & miserunt legationẽ post illum dicẽtes; Nolumus hunc regnare super nos. Et factũ est, ut rediret accepto regno, et iussit uocari seruos quib. dedit pecuniam, ut sciret quãtum quisq; negociatus esset. Venit ãt primus, dicens, Dñe, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi; Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatẽ habẽs supra decẽ ciuitates. Et alter uenit, dicens, Dñe, mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait; Et tu esto sup quinq; ciuitates. Et tertius venit dicens; Dñe, ecce mna tua, quã habui repositã in sudario. Timui .n. te, quia homo austerus es tollis qđ non posuisti, et metis qđ nõ seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudico serue nequã. Sciebas .n. ꝙ ego homo austerus sum, tollens qđ non posui, & metens quod nõ seminaui: & quare nõ dedisti pecuniã meã ad mensam, & ego ueniens cũ usuris utiq; exegissem illã? & adstantib. dixit; Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet, & dixerunt ei Dñe, habet decem mnas. Dico ãt uobis, quia omni habenti dabitur & abundabit; ab eo ãt qui nõ habet, & quod habet auferetur ab eo. Veruntamẽ inimicos meos, illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.

Euseb. Aestimabant quidam in primo Saluatoris aduentu regnũ eius venire, & hoc putabant mox, tunc fieri cũ ascẽsurus erat Hierosolymã, adeo obstupefecerãt eos miracula diuina quæ fecerat. Et ideo instruit eos non prius se recipere regnum à patre quã ab hominib. iret ad patrem. Et ideo dicitur. Hæc illis audientibus adijciens dixit parabolam, eo ꝙ esset prope &c. Theo. Sed dominus ostendit eis quòd vana quædam æstimarẽt: nõ est enim sensibile regnum Dei. Ostendit etiam quòd quasi Deus nouit cogitationes eorum, ꝓponens ei subsequentem parabolam. vnde sequitur; Dixit ergo, Homo quidã nobilis abijt in regionẽ longinquã accipere sibi regnũ, & reuerti. Cyri. Describit aũt sensus huius parabolę mysteria Christi à primo vsq; ad vltimũ: Homo .n. factus est Deus verbũ existens, & quãuis seruus factus sit, est tñ nobilis secũdũ ineffabilẽ ortum a patre. Basil. Nõ solũ secũdũ deitatẽ dñs nobilis est, sed ẽt secũdũ genus humanũ ex semine Dauid secũdũ carnem exortus. Abiit autem in regionem longinquã non tam locali distantia separatam quã rerum conditione. Ipse enim Deus prope est vnicuique nostrum, cum nostra bona opera nos ei astringunt, & distat quoties nos hærendo ꝑditioni elongamur ab eo. Ad hãc igitur terrenã regionem accessit longinquam à Deo, vt Gentium regnum acciperet, secũdum illud. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Aug. de q. euan. Vel regio longinqua, ecclesia Gẽtium est, usque ad fines terræ; abijt .n. vt plenitudo Gẽtium intraret reuertetur vt omnis Israel saluus fiat. Euse. Vel per hoc ꝙ profectus est ad regionem longinquam, ascensum propriũ à terra in cęlos designat. Cum vero subdit: Accipere sibi regnum & redire, secũdam sui apparitionem gloriosam & regiam ostendit. Et primo quidem hominem se uocat ꝓp natiuitatem in carne, deinde nobilem, nondum autem se regem appellat, quia nondum in prima apparitione regia fungebatur maiestate. Sed & bene dr̃ obtinere sibi regnũ. Nam dante sibi patre illud obtinuit, secũdũ illud Danielis; Ecce filius hominis veniebat in nubibus, & datum est ei regnũ. Cyri. Ascendens enim ad cœlos sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: ascendẽs autem dispensauit credentibus in eum diuinorum charismatum differẽtiam; sicut seruis committũtur dominicę facultates, ut aliquid lucrantes famulatus sui fuerãt pręconia. vnde sequitur; Voca autem decem ser. su. de. il. de. mnas. Consueuit sacra scriptura in signũ perfectionis uti numero denario, quem si quis numerando excedere uelit, ab unitate iterum inchoabit, quasi denario perducto ad metam: & ideo in dispensatione talentorum eum qui metam attigit diuini officii, decem

ait.

Marginal notes: Vis miraculorũ Christi. — Nobilitas Christi carnalis. — Denarũ pfectio.

bit mnas recepisse. Aug. de q. euan. Vel per 10. mnas legem significat propter decalogũ, decem aũt seruos hos quibus sub illa positis gratia prædicata est. Sic.n. intelligẽdũ est. eis datas mnas ad vsum, cũ intellexerunt legẽ remoto velamine ad euãgeliũ pertinere. Beda. Mna namq; quã græci minã vocant, centũ drachmis appẽditur. Et omnis scripturę sermo quia vitæ cœlestis perfectione suggerit, quasi numeri centenarij pondere fulgescit. Euseb. Significat ergo per eos qui mnas recipiũt suos discipulos, quibus mnas exhibẽs singulas parẽ cunctis dispensationẽ committens, negociari iussit. Sequitur. Et ait ad il. nego dũ venio. Nullũ ãt aliud negociũ erat, nisi dogma regni sui intentis mortalib. prædicatum per suos discipulos. Idem aũt est omniũ documentum, eademq; fides, vnũ baptisma, & ob hoc mna vna singulis datur. Cyril. Multa aũt est horum differentia ad illos qui insiciati sunt regnum Dei. De quibus subdit: Ciues autem eius &c. Hoc est quod Christus improperauit Iudæis, dicens: Nũc verò viderũt & oderũt me, & patrem meũ. reuertunt autem regnũ eius, dicentes Pilatos. Nõ habemus regem nisi Cęsarem. Euse. Per hoc.n. quod dicit, Ciues eius, Iudæos significat, ortos ex eadem progenie secundum carnem, & quoniam ritu legis cũ illis pariter vtebatur. Aug. de quæst. euã. Miserunt autem legationem post eũ quia etiam post resurrectionẽ eius immiserũt persecutiones Apostolis, & prædicationẽ euangelii respuerunt. Euse. Postquam aũt Saluator hæc docuit pertinentia ad primum eius aduentum, cõsequẽter gloriosum & regium eius reditum ostendit, dicens; Et fa. est ut redi. &c. Chryso. Duo regna Dei nouit sacra scriptura; alterũ quidem ex creatione, secũdum quod est rex omnium creationis iure: alterum autẽ ex approbatione, secũdum quod iustus dominatur, propria spontè eis subiectis, & hoc regnum hic dicitur accepisse. Aug. de q. euan. Redit etiam accepto regno, quia in manifestissima claritate uenturus est qui eis humilis apparauit, cũ diceret; Regnũ meum non est de hoc mundo. Cyril. Redeunte autem Christo sumpto regno me rebuntur præconia, & delectabuntur vere

Duo regna Dei

bi ministri in supernis honoribus, quia multiplicauerunt talentum pluribus acquisitis. vnde subditur; Venit au. primus dicẽs. Domine mna tua decẽ mnas acquisiuit. Bed. Primus seruus ordo doctorum est in circũcisione missorum, qui vnam mnam negociaturus accepit, quia unam fidẽ prædicare iussus est. Sed hæc mna 10. mnas acquisiuit, quia populum sub lege constitutum sibimet docendo sociauit. Sequitur: Et ait illi. Euge serue bone, quia in modico &c. In modico seruus est fidelis: quia non adulterat verbum Dei. Quicquid enim in presenti percipimus donorũ, in cõparatione futurorũ paucum est. Græc. Sed quia mercedẽ propriorũ bonorũ accipit, decem dicitur ciuitatib. preesse, de his promissis quidã infimè coniectantes existimant se præturis & præfecturis donari i terrena Hierusalẽ reparata lapidibus preciosis, si honeste in Xpo fuerunt cõuersati, ambitum potestatis & prælationis ab aĩa minime deponentes. Ambro. Sed ciuitatis decẽ, sunt aĩę. quib. iure præponitur, quia pecuniam dñi & eloquia casta probatã sicut argẽtum mentibus hominum fęnerauerit. Nam sicut Hierusalẽ dicitur ædificata, vt ciuitas, ita sunt animæ pacificæ. Et sicut Angeli pręsunt, ita hi qui vitam meruerunt angelorũ. Sequitur; Et al. ve di. Do. ma. tua fe. quin. mnas Bed. Seruus ille cœtus est eorum qui præputio euãgelizare missi sunt, cuius mna, idest euangelica fides, quinq; mnas fecit, quia gentes corporis sensibus antea mancipatas ad fidei euangelicæ gratiã conuertit. Sequitur; Et huic ait, Et tu esto supra quinq; ciuitates, hoc est ex earũ quas imbueras animarum fide & cõuersatione sublimis fulgeas. Ambr. Vel aliter fortasse; Ille qui quinque mnas acquisiuit, moralia habet, quia quinq; sunt corporis sensus. Ille qui decem, duplicia i Mystica legis, & moralia probitatis. Possumus & hic decem mnas decem verba intelligere, i. legis doctrinam, quinque mnas magisteria disciplinę, sed legisperitum in omnibus uolo esse perfectum. Bene autem quia de Iudęis dicit, duo soli multiplicatam pecuniam deferunt, non utiq; æris, sed disputationis usuris. Chryso. Alia est enim pecunia fęnoris, alia doctrinæ cœlestis vsura.

Allegoricus sẽsus.

In terrenis.n.opibus non euenit vnũ fieri diuitem,nisi alter depauperetur.sed in spiritualibus non euenit,quemquã ditari nisi faciat & aliũ locupleté. In corporei.n. participatio minuit, sed in spiritualib au get. Aug.de q.euan. Vel alter Quod vnus eorũ q bene visi sunt,10.acquisiuit & alter 5.significat eos esse acquisitos gregé dñi,à quib.iam lex p gratiã intellecta est, siue pp 10.legis pcepta, siue quia ille per quē lex lata est quiq; libros cõscripsit, ad hoc ptinent 10.& 5 ciuitates qub eos p̃ponit,multiplicationem .s.intelligétiæ in ipsa veritate quę de vno quoq; præcepto vel de vno quolibet libro pullulat, & ad vnum reducta quasi ciuitatem facit viuẽtium rationum æternarum.Est.n. ciuitas non quorumlibet animantiũ, sed rationabiliũ multitudo legis vnius societate deuincta,quod ergo serui reddentes rationé ex eo quod acceperant laudantur qui lucrati sunt,significat eos bona reddere rationem qui bene usi sunt quod accepcrũt ad augendas diuitias dñi, per eos qui credunt in eũ.Quod q facere nolunt, in illo signati sunt q mnam suam in sudario seruauit.De quo seqĩ.Et ter.ve.di. Do.&c. Sum.n.homines hac sibi peruersitate blãdientes vt dicant; Sufficit vt de se vnusquisq; rationé reddat. quid opus est alijs prædicare & ministrare? vt etiã rationem de ipsis quisq; reddere cogatur,cum apud dñm etiam illi sint inexcusabiles, quibus lex data non est,neq; etiam qui audito euangelio non obedierunt, quia per creaturã poterant cognoscere creatorem. vnde sequiĩ. Timui.n. te quia, &c Hoc est .n.quasi metere vbi non seminauit.i. eos impietatis reos tenere,quib.verbũ aut legis aut euangelij ministratũ nõ est.hoc ãt veluti iudicij periculum deuitãtes pigro labore à verbi ministratione cõquiescũt, & hoc est quasi in sudario ligare quod acceperunt:Theo. Sudario.n.mortuorũ facies velatur.Merito ergo hic piger dicit. Nam in sudario inuoluisse,quia eã mortificans & ociosam dimittens,nõ tractauit, nec ausit : Bed. Vel pecuniam in sudario ligare est præcepta dona sub ocio lẽti corporis abscondere. Quod ãt putauerat sese per excusationem dixisse, in culpã pro-

Sudarii significatio.

pria vertitus.vnde sequitur. Dicit ei, De ore tuo te iu. ser. ne. Seruus nequã vocatur,quasi piger ad exercendũ negociũ,& superbus ad accusandum dñi iudiciũ.Sciebas q ego austerus homo sum tollens qđ non posui & metens quod nõ semi naui, & quare nõ dedisti pecuniã meã ad mensam? q.d.Si durũ me esse noueras et aliena sectari,quare nõ tibi hæc cogitatio incussit timoré,vt scires me mea diligentius q̃ siturũ? Pecunia ãt uel argentũ p̃dicatio euangelij est,& sermo diuinus,quia eloq̃a dñi eloquia casta, argentũ igne examinatũ,qui sermo dñi dari debuit ad mẽsam, hoc est promptis paratisq; cordib. intimari. Au.de quæst.euan.Vel mẽsa ad quã dãda erat pecunia professionem ipsam religionis accipimus, quæ tanquam publicè proponiĩ ad vsum necessariũ saluti. Chr. In sensibilibus auté diuitijs debitores solius obseruationis obnoxij sunt quantum enim recipiunt,tantum eos reddere necesse est, & nihil plus ab eis quæritur. In diuinis autem eloquiis, non solum ad custodiam obligamur, sed etiam multiplicare monemur.vnde sequitur. Et ego vẽ. cum vsu. vtiq; exegissem illam. Beda. Qui enim verbi pecuniam à doctore percipit credendo, necesse est,vt eã cũ vsuris soluat operando,vel ex eo quod audiuit etiã alia studeat intelligere,quæ necdũ ex prędicatoris ore didicit. Cyril. Doctorum enim est inserere auditoribus salutaré & proficuum sermonem,op⁹ autem diuinæ virtutis est attrahere obedientes ad audientiam,& fertilem eorũ reddere intellectum.Nõ est autem hic seruu.laudatus, neq;honorem promeruit,sed potius tanquam iners est cõdẽnatus vnde sequitur. Et astan.di.aut.ab eo mna, & da.il.q 10. mnas habet. Aug. de quæst. euan. Per qđ significatur & illum posse amittere mun⁹ Dei qui habens non habet,idest eo nõ vtitur, & eo augeri qui habens habet, idest bene vtitur. Beda. Mysticè autem hoc, vt reor indicat intrante plenitudine Gentium omnem Israel saluum futurũ, & tũc abundantiam gratiæ spiritualis doctoribus esse conferendam. Chry.Ideo autem dicit astantibus. Auferte ei mna, quia nõ est prudétibus animi punire, sed alio quo dam

Doctorũ conditio.

stam.s.ministro eget ad puniẽdum officio iudicis: nam & Deus nõ ipsemet pęnas irrogat, sed meditantibus angelis. Aug. De aliis seruis siletur qui quasi prodigi debitores, q̃ acceperant perdiderunt: In duob. seruis illis qui lucrati sunt, pauci signati sunt, qui per duas vices ad cultores vineæ sunt destinati, in reliquis oẽs Iudæi. Sequitur: Et di. ei. Dñe hẽt 10. mnas. Et ne hoc iniustum videretur subdit: Di. au. vo. q a om ha. da. The. Quia cũ x. auxerit decuplãdo, palã ẽ ꝙ & plura decuplãs pluris lucrifiet occasio dño. A deside uero & ocioso qui nõ satagit augere qđ acceperat, ipsum quoq; qđ possidet, auferetur. vnde sequitur. Ab eo autẽ qui non habet, & qđ habet au. ab eo. Nec vacet census dñicus, cũ posset dari aliis, & multiplicari. Hæc ãt non solũ ad sermonẽ & doctrinã referẽda sunt, sed ẽt ad morales virtutes: q̃m & in his dat nobis Deus sua charismata, hũc dotans ieiunio, illũ oratione, aliũ mãsuetudine vel humilitate: q b. si inuigilauerimus multiplicabimus ea, si uero tepeam^9 extinguemus. Deinde de aduersarijs subdit. Verum ini. me. &c. Aug. de quæst. euãge. Per quod designat impietatem Iudæorum, q a ad eum noluerũt cõuerti. The. Quos tradidit morti mittens eos in ignẽ exteriorem, sed & in hoc mundo mactati sunt flebiliter ab exercitu Romanorum, Chry. Hęc contra Martionistas cõpetũt, nam & Christus dicit: Adducite hostes meos & occidite coram me, cum tũ illi bonum dicant Christum, Deũ vero veteris testamenti malum. Patet autẽ ꝙ pater & filius eadem facit: nam pater ad vineã destinat exercitum, filius autem hostes coram se trucidari facit. Hæc autem quæ in Luca scribitur parabola, alia est, ab ea q̃ in Matth. narratur de talentis. Nã hic quidem ex vno capitali accepto, varij fuere prouentus, quia ex vna accepta hic quinque talenta, ille obtulit decem. Sed apud Matthæum contrarium, nam q duo accepit, duo superaddidit, & qui quinq; tantũdem: vnde & præmijs donantur imparib.

Error Martionistarũ dãnatur

Et his dictis p̃cedebat, ascẽdens Hierosolymã. Et factum est cũ appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, ad montem qui uocat̃ Oliueti, misit duos discipulos suos, dicẽs: Ite i castellum quod cõtra vos est, in quod introeũtes, inuenietis pullũ asinæ alligatum, cui nemo unquam hominum sedit, soluite illũ et adducite. Et si q̃s uos interrogauerit quare soluitis? sic dicetis ei, Quia dñs operã eius desiderat. Abierũt ãt qui missi erant & inuenerunt sicut dixit illis, stantẽ pullũ. Soluentibus autẽ illis pullum, dixerũt domini eius ad illos. Quid soluitis pullũ? At illi dixerũt, q a dominus eum necessariũ hẽt. Et duxerunt illũ ad Iesum. Et iacentes vestimẽta sua supra pullum, imposuerunt Iesum. Exeunte autem illo substernebant vestimenta sua in uia.

Titus. Quia dominus dixerat: Appropinquauit regnum Dei, videntes illũ in Hierusalem, ascendentem putabant ideo ascendere, ut regnum Dei inchoaret. Cõsumata ergo parabola in qua errorẽ prædictum correxit. Et ostenso ꝙ non dũ insidiantẽ sibi mortẽ deuicerat, procedebat ad passionem ascendens Hierosolymam. vnde dicitur: Et his dictis pręce. asc. Bed. Ostendens ẽt de eiusdem ciuitatis euentu parabolã fuisse præmissam, quæ & ipsum erat occisura, & hostili clade peritura. Sequitur; Et fa. est cum appropinquasset ad &c. Bethphage erat locus sacerdotum in monte Oliueti. Bethania quoq; ciuitas siue villula ex latere montis eiusdẽ quasi stadijs 15. Hierusalẽ. Chry. Et q dẽ in exordijs indifferẽter se dñs ingerebat Iudæis, sed vbi sufficiẽter ædidit suę potestatis experimentũ, autoritate multa, singula quæq; ꝑtractat, Multa igiẽ hunt miracula, ꝓdixit, q̃m inuenietis pullũ indomitũ, & hoc est qđ subdiẽ dicẽs. Ite in castellũ qđ cõtra vos est, &c Prędicit ẽt ꝙ nemo ꝓhibebit, sed cũ audierint silebũt, vnde sequitur; Sol. il. &c. Titus. In hoc autem diuinam fore vocationem patuit, non. n. põt aliquis resistere Deo quę sua sunt euocanti. Discipuli autem iussi ducere pullum, nõ refutauerunt hoc officium vt paruum, sed abierũt, ut adducerent eũ, vnde sequitur. Abi. autem &c. Basil. Sic quoq; decet nos, & infima opera plurimo cum affectu & studio aggredi, sciẽtes ꝙ quicquid intuitu Dei fit, non est paruum, sed dignum in regno cœlorum. Titus. Obmutescunt autem ob excellẽtiam fortis virtutis nequeuntes resistere Saluatoris eloquijs qui ligauerũt asinũ. Sequitur

Dispẽsatio Iesu.

Cōcor. euange.

enim soluen.au.il.pul.&c. Maiestatiuum.n.nomen est dūs. Rex.n.erat venturus in cōspectu multitudinis. Au. de con.euan. Nec moueat ꝙ Matt.asinā & pullū dicit, cęteri āt de asina tacent. vbi.n.vtrunq; factū potest intelligi nulla repugnantia est, nec si ali⁹ alia cōmemoraret; quāto min⁹ vbi alius vnū,& alius vtrunq;? Glo. nec solū Discipuli obsecuti sunt Christo in pullo alieno, sed et in proprijs vestimentis, q̃ partim asino imposuerunt, partim sternebant in via. vñ sequitur. Et duxerunt illū &c. Bed. Iuxta alios euangelistas, non Discipuli tantū, sed et plurimi de turba vestiméta sternebant in via. Ambr. Mysticè āt dñs venit ad Mōtem Oliueti, vt nouellas oleas i. sublimi virtute plātaret, & fortasse ipsa mōs Christus est, quis enim ali⁹ tales fructus ferret oliuarum Spiritu sancto fœcundarum? Beda Pulchrè aūt ciuitates positæ in Monte. Oliueti referuntur hoc est in ipso dño qui vnctionem spiritalium charismatum & scientiæ pietatisq; luce refouet. Orige Bethania autem interpretatur domus obedientiæ, Bethphage vero domus maxillarum, sacerdotalis quidem locus, maxillæ.n. sacerdotibus dabantur, sicut in lege præcipitur Illuc vero vbi obedientia ibi locus sacerdotib. mancipatur, mittit Saluator Discipulos suos, ut soluant asinæ pullum. Ambro. In castello.n. erant & erat ligatus pullus cū asina, nec poterat solui, nisi iussu dñi. Soluit eum manus apostolica; talis actus talis vita, talis gratia Esto talis, vt ligatos possis soluere. In asina quidé Matthæus euang quasi matrem figurauit erroris, hic aūt in pullo generalitatem populi Gentili expressit. Et bene, In quo nemo sedit, quia nullus, antequā Christus, nationū populos vocauit ad ecclesiā. Alligatus autē perfidiæ vinculis tenebatur, in quo adductus dño erroris famulatu, sed dñatum vēdicare sibi nō poterat, quem dominū fecerat nō natura, sed culpa Et ideo cū dominus dicitur, vnus agnoscitur. Misera seruitus, cui vagum ius est: plures.n. habet dominus, qui vnum non habet. Alieni alligant ut possideāt, iste soluit ut teneat: vehementiora.n. dona nouit esse, quā vincula. Orig. Multi ergo erant dñi huius pulli, antequā Saluatorē eum haberet necessarium, postquam uero ille cępit esse dños, plures esse dñi cessauerunt, nemo.n. potest Deo seruire & mammonę. Qñ malitię seruimus, multis sum⁹ passionib. vitijq; subiecti. Necessariū āt habet dñs pullū, qa cupit nos solui vinculi peccatorū. Ori. super Ioan. Ego āt opinor nō frustra castellū esse hūc locū, vbi stabat asina ligata & pullus. quasi castellum.n. respectu totius orbis cœlestis tota terra despicitur absq; delectione alterius nominis nuncupatū. Ambr. Nec illud est ociosum, ꝙ duo Discipuli diriguntur, Petrus ad Cornelium, Paulus ad reliquos, & ideo non personas destinauit, sed numerū diffiniuit, tamē si quis est qui personas exigat, pōt ęstimare de Philippo quē Spiritus sanctus misit in Gazan, quando Candacis reginę baptizauit Eunuchum Theo. Vel duo missi hoc innuunt, ꝙ ad introductionem Gentilis populi & subiectionem eius ad Christū duos faciunt gradus prophetæ & Apostoli. Ducunt āt eum à quodā castello, vt innotescat nobis ꝙ hic populus rusticanus erat & indoctus. Ambro. Illi ergo directi cum soluerent pullū, non suis uerbis sunt vsi, sed dixerunt sicut dixerat illis Iesus, vt agnoscas ꝙ non suo sermone, sed verbo Dei, nec proprio, sed Christi nomine fidem populis infudere Gētilibus, atq; aduersarię potestates, quę sibi nationū obsequia uēdicabant, mādato cessare diuino. Ori. Deinde mittūt Discipuli vestes suas super asinum, & sedere faciūt Saluatoré, dum assumunt sermoné Dei, & imponūt eum super animas audientium. Vestibus exuuntur & substernunt eas in uia, qa uestiméta apostolorū, opera eorū bona sunt & reuera solutus à discipulis asinus, & portans Iesum, incedit super vestimenta apostolorum, quādo doctrinam eorū imitantur & uitam. Quis nostrū ita beat⁹ est ut sedeat super illum Iesus? Ambro. Non enim mundi dominum gestari super dorsum asinæ delectauit, sed ut latento misterio in secretis animarum interiore cōsessu, mysticus rector insideret regens mentis uestigia lasciuiam carnis infrenans, sermo eius habena est stimulus est.

Castelli significatio.

Allegoria pulchra.

Et cū appropinquaret iā ad descēsum Mōtis Oliueti

Oliueti, cœperunt omnes turbæ descendentiũ discipulorum gaudentes laudare Deum uoce magna super omnibus, quas viderant in virtutib. dicentes. Benedictus qui uenis rex in nomine domini; pax in cœlo & gloria in excelsis. Et quidã pharisæorum de turbis dixerunt ad illos; Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait, Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabũt.

Orig. Quandiu in monte fuit dñs, cum solis apostolis morabatur: qñ autem vicinus cœpit esse decensui, tunc occurrit ei turba populorum. vnde dr: Et cum appropinquaret &c. Theo. Discipulos vocat nõ solum 12. aut 70 sed omnes qui Christum sequebantur, seu causa miraculorum, seu ad aliquam delectationem doctrinæ, quibus ingeri pueri potuerunt; vt narrãt alij euangelistę. vnde sequitur: Super omnib⁹ &c. Bed. Multas quidẽ virtutes domini viderant, sed maximè Lazari resurrectionẽ stupebant: nam vt Ioannes ait, propterea obuiã venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Notandum. n. est non tunc primũ Saluatorem Hierusalẽ adisse, sed multoties antea, sicut Ioãnes commemorat. Amb. Turba igitur agnoscens Deũ regem appellat, prophetiam repetit expectatum quoq; secundum carnẽ Dauid filiũ venisse declarat; vnde sequitur: Dicentes, Benedict⁹ qui venit rex &c. Bed. Idest in nomine Dei patris, quãuis possit intelligi ẽt in nomine suo, quia & ipse domin⁹ est, sed melius verba eius nostrum dirigũt intellectum, quibus ait; Ego veni in nomine patris mei, humilitatis. n. magister est Christus. Non autem rex Christus dicitur ad exigendam tributum, vel ferro exercitum armãdum, hostesq; visibiliter debellandos; sed q̃ mentes regat, & in regnum cœlorũ credentes perducat. q̃. n. rex esse voluit Israel, miserationis indicium ẽ, nõ potestatis augmentum. vel. uerum quia Christus in carne totius mundi propitiatio illuxit, pulchrè sibi inuicem in laude eius cęlestia simul & terrena concinunt. Eo. n nascente cœlestium agmina cantant, eodem aũt cœlis se reddituro mortales vicẽ laudis rependunt. vnde sequitur; Pax in cęlo. Theo. Hoc est, bellum antiquũ quo Deo aduersabamur euanuit. Et gloria in excelsis, laudantibus. s. angelis Deum in tali reconciliatione: nam hoc ipsum q̃ Deus visibiliter ambulat in territorio inimicorũ suorum, significat ipsum nobiscum habere concordiam. Sed pharisæi hoc audiẽtes murmurabant, eo q̃ turba eum regẽ vocabat & laudabat vt Deum, referẽtes nomen regis ad seditionẽ, nomen vero dñi ad blasphemiam. vnde sequitur; Et quidã pharisæorum &c. Bed. Miraculum inuidorum dementia, quem magistrum appellãdum non dubitant, quia vera docentẽ nouerant, huius discipulos quasi melius edocti redarguendos æstimant. Cyril. Sed dñs non compescuit laudantes eum vt Deum sed magis reprehensores cõpescens, attestatur sibi super gloria deitatis. vnde sequitur. Quibus ipse ait, Dico vobis, quia si hi tacuerit, lapides clamabunt. Theop. q. d. Non sine causa hoĩes me taliter laudant, sed cõmoniti virtutibus quas viderunt. Bed. Crucifixo ẽt domino notis eius tacẽtibus præ timore lapides & saxa canabãt, dum postquam emisit spiritum terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt. Amb. Neq; etiam mirum est si laudes domini contra naturam suam saxa respondeant, quem scopulis duriores prædicant peremptores s. turba post exiguum crucifixura Deum negãs affectibus quem vocibus confitetur. Aut fortasse q̃a obmutescentibus Iudæis post dñi passionem viui erant secũdum Petrum lapides clamaturi. Orig. Quando etiam nos tacemus. i. refrigescit charitas multorum, lapides clamant; potest. n. Deus suscitare de lapidibus filios Abrahæ. Pulchrè aũt turbas laudantes Deũ ad descensionem montis occurrisse legimus, vt operatorem mysterij spiritalis significarẽt sibi venisse de cœlo. Bed. Descendente ẽt dño de monte Oliuarum turbæ descendunt, quia humiliato miæ auctore, necesse est eos qui misericordia indigent, eius vestigia imitari.

Ies⁹ rex acclamatur.

Dona Christi.

Et ut appropinquauit, videns ciuitatẽ, fleuit super illã, dicens; Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc aũt abscõdita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te & circundabũt te inimici tui vallo, et circũdabũt te, & coangustabũt te vndiq; & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sũt; & non relinquent in te lapidem super lapidem;

eo quòd non cognoueris tempus uisitationis tuæ.

Orig. Oẽs beatitudines quas locutus ẽ Iesus in euangelio suo, firmat exemplo, sicut dixerat, Beati mites, probat dicẽs: Discedite à me, quia mitis sum. Et quia dixerat, Beati flentes, ipse quoq; fleuit super ciuitatem. vnde dicitur: Et cũ ap. &c. Cyril. Miserebatur.n. eorum Christus q̃ oẽs hoĩes vult saluari, quod nobis non patuisset nisi per aliquod humanũ fieret euidẽs. Effusę.n. lachrymæ sunt signa tristitiæ. Greg. in ho. Fleuit igitur pius Redemptor ruinã perfidæ ciuitatis, quam ipsa ciuitas sibi non cognoscebat esse venturam. vnde subditur. Dicens, Quia si cogno. & tu, subaudi fleres, quæ mõ quia nescis, quod imminet, exultas. vnde subditur: Et quidem in hac die tua, &c. Cum.n. carnis se voluptatibus daret in die sua, quę ad pacem ei esse poterant habebat. Cur vero bona pręsentia ad pacem habuerit, manifestatur cũ subditur: Nunc aũt abscondita, &c. Si n. à cordis eius oculis mala quæ imminerent abscondita non essent, læta in pręsentibus prosperis non fuisset. vnde mox eius pœna quæ imminebat adiuncta est, cum sequitur; Quia ve. dies in te. Cyr. Vel aliter; Quia si cognouisses & tu. Nõ.n. erant digni percipere diuinitus inspiratas scripturas, quæ narrant Christi mysterium. Quoties.n. legitur Moyses, velamẽ obnubilat cor eorum. Et quia non sunt intuiti veritatem, indignos se fecerunt salute, q̃ manat à Christo. vnde sequitur; Et quidẽ in hac die &c. Euse. Vbi notat suum aduẽtum ad pacem totius mundi factum fuisse, venit.n ad hoc, vt pacem prædicaret ꝓpinquis & longinquis; sed quia annunciatam sibi pacẽ recipere noluerunt, hoc eos latebat. vnde subditur: Nunc aũt abscondita sunt ab oculis tuis. Et iõ obsidionem quæ in breui erat ei superuentura expressissimè ꝓnunciat, subdens: Quia ve. dies in te &c. Grego. Vbi Romani principes denunciant. Illa.n. Hierosolymorũ subuersio describitur, quæ à Vespasiano, & Tito Romanis principibus facta est. vnde subditur; Et circũdabũt te, &c. Euseb. Qũo aũt hæc cõpleta sint ex his, q̃ tradita sunt à Iosepho colligere possumus, qui cũ esset Iudæus, singula quoq; gesta narrauit consonè his quæ sunt à Christo ꝑdicta. Grego. Hoc quoq; quod additur, Et non relin. in te &c. Et ipsa iã eiusdem ciuitatis trãsmigratio testatur, q̃a dũ nunc in eo loco constructa est, vbi extra portã dñs fuerat crucifixus prior illa (vt dicit) Hierusalẽ funditus est euersa. Cui ex qua culpa euersionis pœna fuerit illata subiungitur; Eo q̃ non cognoueris &c. Theo. Idest mei aduẽtus: veni.n. visurus & saluaturus te. Quòd si cognosceres, & in me crederes, esses pacata Romanis, & ex omnibus exẽpta periculis, sicut oẽs qui crediderunt in Christũ euaserunt. Orig. Non nego igitur & illam Hierusalem propter habitatorem scelera fuisse destructam, sed quæro ne forte ad hanc Hierusalem fletus iste ptineat. Si.n. post mysteria veritatis aliqs peccauerit, plangei. Nemo.n. Gentilis fletur, sed ille qui fuerit de Hierusalem, & esse cessauit. Greg. Redẽptor.n. noster per electos suos plangere non cessat, cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos peruenisse cõsiderat, qui si damnationem suam quæ eis imminet agnouissent, semetipsos cum lachrymis electorũ plangerent. Suam ãt diẽ hic hẽt aĩa peruersa, quæ transitorio gaudet in tpe. Cui ea quæ assunt ad pacẽ sũt, dum ex rebus tpalibus lætatur, hæc pręuidere futura refugit, quæ pñtem lætitiam perturbent. vnde sequitur: Nunc aũt abscondita, &c. Orig. Fletur ãt & nostra Hierusalem q̃ post peccata circundant eã inimici. i. spiritus nequam, & immittãt in circuitũ eius vallũ, vt obsideant eam, & lapidem super lapidẽ nõ relinquant, maximè si post multam cõtinentiã, si post aliquot annos castitatis victus quis fuerit & blandimentis carnis illectus, patientiam pudicitiamq; amiserit, si fuerit fornicatus, lapidẽ super lapidẽ nõ relinquẽt in eo, secũdum illud. Non recordabor primarum iustitiarum eius Grego. Vel aliter: Maligni spũs aĩam à corpore exeuntem obsident, quàm in carnis amore positã deceptoris delectationibus fouent, qui vallos circundant, q̃a ante mentis eius oculos reductis iniquitatibus quas perpetrauit, hanc societate suę dãnationis coarctãt, vt in ipsa extremitate vitæ depræhẽsa, & à quibus hostibus circunclusa sit, videat, & tñ euadendi

Fletus Christi ratio.

A dicentu Christi ratio.

Intellectus mysticus.

Obsidio spũalis.

di

ui aditum inuenire non possit, quia opera ri iam nõ pôt bona, quæ cum licuit agere contempsit. vndiq; ẽt aĩam coangustant, qñ ei non solum operis, verumetiam locutionis atq; cogitationis iniquitates replicant, vt q̃ prius se per multa dilatauit in scelere, in extremum de oĩbus augustetur in retributione. Tunc ãt anima per conditionem reatus sui ad terram consternitur, cum caro quam vitã suam credidit, redire ad puluerem vrgẽt. Tunc in morte filij illius cadunt, cum cogitationes illicitæ, q̃ modo ex illa prodeunt in extrema vitæ vltione dissipanẽ, quæ ẽt cogitationes per lapides significari valẽt. Peruersa.n. mẽs cũ peruersæ cogitationi peruersionem adijcit, quasi lapidem supra lapidẽ ponit, sed cũ ad vltionẽ suam anima ducitur, oĩs cogitationũ constructio dissipatur. Prauã ãt aĩam Deus assidue visitat præcepto, aliquando flagello, aliqñ aũt miraculo, vt vera quæ nesciebat audiat, & ea contẽnens à dolore compuncta redeat, aut beneficijs deuicta malum quod fecit erubescat. Sed q̃a visitationis suæ tempus nõ cognoscit, in extremo vitæ traditur suis inimicis.

Mentis peruersæ periculum.

Et ingressus in templum, cœpit eijcere vendẽtes in illo & ementes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis eam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Principes autẽ sacerdotum, & scribæ, & principes plebis quærebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi. Omnis.n. populus suspensus erat, audiens illum.

Greg. in ho. Qui narrauerat mala vẽtura protinus tẽplum ingressus est, vt de illo vendentes & ementes eijceret, ostendens q̃ ruina populi maximè ex culpa sacerdotũ fuit. vnde dr̃; Et ingres. in templũ &c. Amb. Deus.n. templũ suũ non mercatoris vult esse diuersorium, sed domiciliũ sanctitatis, nec vẽdibili religionis officio, sed obsequio gratuito vsum ministerij sacerdotalis informat. Cyr. Erat aũt ĩ templo multitudo mercatorum, qui vendebant aĩalia ritu legis mactanda in hostijs, sed iã aderat tẽpus desinendi vmbram, refulgendi verò Christi veritatẽ, ob hoc Xp̃s q̃ cũ patre simul colebatur in tẽplo, iussit ritus corrigi legis, fieri vero tẽplum orationis domũ. vnde subdit; Dicẽs illis, scriptũ est quia domus mea &c. Gregõ. Qui.n. ad accipienda munera in templo residebant, q̃a q̃busdã non dantibus læsiones exquirerent, dubiũ nõ erat. The. Hoc ẽt dñs fecit in principio prædicationis suæ, vt narrat Ioãnes, & nunc iterum illud fecit, q̃a ad maius crimẽ Iudæorum redundat, qui nõ fuerunt ex priori admonitione castigati. Aug. de q. euan. Mysticè ãt templum ipsum hoĩem Xp̃m intelligas, vel ẽt adiuncto corpore eius q̃d est ecclesia, secũdum ãt id q̃ est caput ecclesiæ dictũ est, Soluite templum, hoc & in triduo suscitabo illud secundũ id vero q̃ est adiuncta ecclesia, intelligitur templum de quo vr̃ dixisse, Auferte ista hinc, significauit.n. futuros ĩ ecclesia, quia sua negocia potius agerent, vel receptacula ibi haberent ad occultanda scelera sua, q̃ ut charitatem Christi sequerentur, & peccatorum confessione accepta venia corrigerentur. Greg. in ho. Redẽptor vero noster p̃dicationis uerba, nec indignis, nec ingratis subtrahit, vnde post quam rigorem disciplinæ eijciendo pueros tenuit, donum his gratiæ oñdit. nam subditur, Et erat docens &c. Cyr. Decebat ãt ex his quæ Christus dixerat & fecerat, eum adorare vt Deum, sed ipsi nequaquam hoc facientes, quærebant eum occidere. Sequitur.n. Principes aũt sacerdotũ, & scribæ & principes plebis quærebant illũ perdere. Beda. Vel quia quotidie docebat in tẽplo, vel q̃a latrones eiecerat de tẽplo, vel quia veniens illuc rex & dominus à credentium turba laudem hymni cœlestis accepit. Cyr. Sed populus grauiorem æstimationem accepit de Christo, q̃ scribæ & pharisæi & principes Iudæorũ, qui fidem Christi non acceptantes alios increpabant. vnde sequitur. Et non inueniebãt quid facerent illi. Omnis.n. populus suspẽsus erat audiens illum. Beda. Quòd duobus modis intelligi potest, quia vel timentes populi tumultum, & non inueniebant quid facerent de Iesu quem perdere disposuerant, vel ideo Iesum perdere quærebant, quia suo magisterio neglecto plures ad eum audiendum confluere cernebant. Greg. in ho. Mysticè autem sicut templũ Dei in ciuitate est, ita in plebe fideli vita religiosorũ. Et sæpe nõnulli religionis habitum

Prophanatio tẽporum.

bitum sumunt; & dum sacrorum ordinũ locum percipiunt, sanctæ religionis offi- ciũ in cõmerciũ terrenę negociationis tra hunt. Vendentes quippe in tẽplo sunt qui hoc quod quibusdam iure competit, ad ꝓ mium largiuntur. Iustitiam.n. vendere, ẽ hanc pro pręmij acceptione seruare. Emẽ tes vero in templo, sunt qui dum hoc per- soluere proximo, quod iustum est nolunt, dumq; rem iure debitã facere contẽnunt, dato patronis præmio emunt peccatum. Orig. Si quis ergo vendit eijcietur, & præ- cipuè si vẽdit colũbas. Si.n. ea quæ mihi à Spiritu sancto sunt reuelata & credita, aut in vulgus precio vẽdidero, aut absq; mer cede non docuero, quid aliud facio nisi co lumbam i. Spũm sanctum vẽdo? Amb. Ge neraliter itaq; dñs docet, seculares à Dei templo abesse debere, cõtractus. Spũaliter aũt nummularios repulit, qui de pecunia domini. i. scriptura diuina lucrum q̃runt, nec bona malaq; discernunt. Greg. in ho. Qui domum Dei spelũcam latronum fa- ciunt, quia dum ꝑuersi homines locum re ligionis tenent, ibi malitię suæ gladijs oc cidunt, vbi viuificare proximos orationis suæ intercessione debuerũt. Templũ quo que est ipsa mens fidelium, quæ si in lęsio ne ꝓximi ꝑuersas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones resident. Cum sit mẽtẽ fideliũ ad cauẽda mala subtiliter erudit, quotidie veritas in templo docet.

Tropologica expositio.

CAPVT XX.

ET factum est in una dierũ docẽte illo populum in templo & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & scribæ cum senioribus, & aiunt dicentes ad illum. Dic nobis in qua potestate hæc facis? aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem Iesus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnũ uerbum Respondete mihi, Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes: Quia si dixerimus de cælo, dicet. Quare ergo non credidistis illi? Si aũt dixerim᷒ ex hominibus plebs uniuersa lapidabit nos. Certe.n. sunt Ioannem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et Iesus ait illis: Neq; ego dico vobis in qua potestate hæc facis.

Aug. de con. euan. Cum commemorasset Lucas eiectos de templo emẽtes & uẽdentes, prætermisit, q̃ exibat in Bethaniã & regrediebatur in ciuitatẽ, & quid de ficulnea factum est, & quod mirantibus discipulis de fidei virtute responsum est. Atque his prætermissis, nõ quasi ex ordine dies prosequens sicut Marcus, intulit dicens: Et factum est in vna dierum, &c. Qđ dicit factum in vna dierum, ea dies intelligitur in quã id gestum Matthæus & Marcus retulerunt. Eus. Cum aũt principes mirari deberent docentẽ cœlestia dogmata, & cognoscere per dicta & facta hunc esse Christum quẽ prophetę præcipuerant, incumbentes subuersioni populi Christum prohibebant. Sequitur n. Et aiũt di. ad. il. Dic no. ĩ qua po. hæc fa. Aut quis &c. Cyril. Quasi dicant: Secundũ legem Mosaycã solis exorcistis ex Leuitico sanguine data est auctoritas docendi, necnon sacrorũ atriorum potestas. at tu ortus ex Iuda, cõmissos nobis fasces vsurpas. Sed si nouisses (ò pharisæe) scripturas, recoleres qđ hic est sacerdos qui secundum ordinem Melchisedech offert Deo in se credentes per cultum qui legẽ transcendit. Quid igitur anxiaris, eiectis ab atrijs sacris, q̃ opportuna videbantur legalibus victimis, euocãte ad veram iustificationem per fidẽ. Bed. Vel quãdo dicunt, In qua ptãte hęc facis? de Dei dubitant potestate, & subintelligi volunt diaboli esse quod facit. Addentes quoq. Et quis est qui dedit tibi hanc potestatem? manifestissimè Dei filium negant quem putant non suis, sed alienis uiribus signa facere. Poterant aũt dominus aperta responsione tentatorum calumniã confutare, sed prudenter interrogat, ut suo silentio, vel sententia condemnentur. Seq. tur. n. Respõdens autem Ie. &c. Theo. Vt n. ostenderet eos semper fuisse Spiritui sãcto rebelles; & nedum Esaię cuius nõ erat memoria, sed nuper uiso Ioanni credere noluerunt. Ob hoc uersa vice opponit eis hanc quæstionem, ostendens quòd si tanto prophetæ Ioanni qui apud eos maior videbatur, minimè crediderunt prohibẽti testimonium eius, qualiter ei crederẽt respõdẽti qua auctoritate hoc faceret? Eu

Consensus euangelicus.

sẽb.

seb. Quærit autem de Ioāne Baptista, nō vnde erat oriundus, sed vnde legem susce pisset baptismatis. Cyr. Sed illi fugere ve ritatē nō horruerūt. Deus.n. misit Ioannē sicut vocē clamantē. Parate viā dño. Timuerūt āt dicere veritatem, ne diceretur, Cur nō credidistis? & cauēt reprehendere pcursorē, nō metu diuino, sed populi. vñ sequit. At il.co. in se di. Quia si dix. de cę. d. Quare ergo nō credi.ei? Beda.q.d. Quē cōsitemini de cęlo habuisse prophetiā mi hi testimoniū perhibuit. Et ab illo audistis, in qua potestate hęc faciam. Sequit. Si au.dixe. Ex ho. plebs vniuersa.nos. Certi sunt.n. Ioannem prophetam esse viderūt ergo quomodolibet respondissent, in laqueum se casuros, timētes lapidationem, sed magis veritatis confessionem. vnde sequitur. Et resp. se nes. vnde esset. Quia ergo nolunt fateri hoc quod sciūt, repulsi sunt vt eis dominus non diceret quod sciebat. vnde sequitur. Et ait il. Ie. Neque ego di. vo. in qua po. hęc facio. Ob duas n. caulas maximè scientia veritatis est occultanda quærentibus, cum.s. is qui quęrit minus capax est ad intelligendū ea quæ quærit, aut odio vel cōtemptu veritatis ind gn9 est cui debeat aperiri quod quærit.

Laus Ioannis.

Capit āt dicere ad plebem parabolā hanc: Homo quidam plantauit uineam, et locauit eā colonis, & ipse peregrè fuit multis temporib. Et in tēpore uindemiæ illo misit ad cultores seruum, vt de fructu uineæ darēt illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum seruū mittere. Illi āt hunc quoq; cædentes & afficiētes cōtumelia, dimiserūt inanē. Et addidit tertiū mittere, q et illum uulnerantes eiecerunt. Dixit āt dñs uineæ. Quid faciam? Mittam filium meum dilectum, forsitan cum hunc viderit, verebuntur. Quem cum uidissent coloni cogitauerunt intra se, dicentes. Hic est hæres, Occidam9 illū, vt nostra fiat hæreditas. Et eiectū illū extra uineam, occiderunt. Quid ego faciet illis dominus vineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit vineā alijs, quo audito, dixerunt illi. Absit. Ille autem aspiciens eos, ait. Quid est ergo hoc quod scriptum est, lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli? Omnis qui ceciderit supra illum lapidem, conquassabitur, supra quem autem ceciderit, comminuet illum.

Euseb. Congregatis in vnū principibus populi Iudæorum in ipso templo, ea quæ contra ipsum facturi erant, & superuenturum eis exterminium figuratè parabolam protulit. Dicitur.n. Cępit au. di. ad ple pa ra hanc. Homo plan. vineam. Aug. de cō. euan. Tacuit Mattheus breuitatis causa quod Lucas non tacet, parabolam istā nō ad solos principes dictā, qui de potestate interrogauerant, sed et ad plebem. Ambr. Plerīq; aūt variè significationes de vineæ appellatione deriuāt, sed euidēter Esaias vineā dñi Sabaoth domum Israel esse memorat. Hanc vineam quis alius nisi Deus condidit? Bed. Homo ergo qui plantauit vineam ipse est qui iuxta aliam parabolā conduxit operarios in vineam suā. Euseb. Sed parabola quam Esaias dicit, vineam reprehendit. Saluatoris vero parabola nō est contra vineam, dicta, sed de cultorib9 vineę, de quibus subditur: Et locauit eam colonis, idest senioribus populi, & principibus sacerdotū, & doctoribus & optimatibus cunctis. Theo. Vel quilibet de populo est vinea, idem est et cultor, quilibet.n. nostrū seipsum colit. Hac igi i vinea commissa cultoribus abijt.i. dimisit illos progredi suo arbitrio vñ sequit: Et ipse peregrè fuit multis tēporibus. Amb. Nō q̄a ex loco ad locū pfectus est dñs, qui ubique sem p pśens est, sed quia pśentior est diligētibus, negligētibus abest. Multis āt tēporibus abfuit, ne propera videretur exactio nā quo indulgētior liberalitas, eo inexcusabilior pūicacia. Cyr. Vel Deus absentauit se à vinea pluriū annorum curriculis, quia postq̄ visus est in specie ignis descēdisse in mōte Sina, nō amplius uisibiliter pbuit eis suā pręsentiam. Nulla tamen interpollatio cōtigit, qua nō mitteret Deus prophetas & iustos cōmonentes. vnde sequitur: Et in tempore vinde. misit ad cultores seruum, &c. The. Dicunt aūt de fructu vineę, quia nō totum fructum, sed aliquid de fructu volebat accipere. Nā quid lucratur Deus à nobis nisi suam notitiā, quę ēt est nostra vtilitas? Bed. Bene autem fructum posuit non prouentum, nullus.n. huius vineæ prouentus inuentus est. Seruus ergo primus missus est Moyses, qui per quadraginta annos fructum aliquem legis quam dederat à cultoribus requirebat,

bat, sed vexatus est pp eos quia exacerbauerunt spiritum eius: vñ sequit: Qui cęsũ dimiserunt eũ inané. Amb. Factum est át vt plures alios destinaret, quos Iudæi inhonores & inanes sibi de qb⁹ nihil potuerunt proficere dimiserũt. vñ sequitur: Et addi. alte. ser. mittere. Beda. Seruus alter Dauid significatur, qui missus est, vt post ædicta legalia cultores vineæ psalmodiæ modulamine ad exercitium boni operis excitaret. Sed & cõtra hũc dixerunt. Quę nobis pars in Dauid aut q̃ hæreditas in filio Isai? vñ sequitur. Illi au. hũc cedentes & affi. contu. dimile. inane. Sed nec sic destitit, sequitur. n. Et addidit tertiũ mittere per quem prophetarũ chorũ intellige, qui continuis attestationib. populũ conuenerunt. Sed quẽ pphetarũ nõ sunt psecuti? vnde sequitur. Qui & illum vulne. eiecerunt His aũt tribus seruorũ gradib. oĩum sub lege doctorũ figurá posse cõprehendi dñs alibi manifestat, dicẽs: qm̃ necesse est impleri oĩa q̃ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. The. Prophetis igiť talia mala passis filius destinať. Sequitur. n. Dixit au. do. vineæ, q̃d faciã? Bed. Quòd dñs vineę dubitatiuè loquiť, nõ de ignorantia venit, q̃d. n. nesciat De⁹ pater? sed ambigere dř, vt libera volũtas hoĩs seruet. Cyri. Deliberat ét secum dñs vineæ quid agat, non quasi carens ministris, sed quia pertractato quolibet ingenio salutis humane, populo vero nequaquam adiuto aliud maius adiungit. vnde consequenter dicit mittam filium meum dilectum forsitã cum hunc vide verebuntur. Theo. dixit autem hoc non tanquam ignorans ꝙ peius eum essent tractaturi q̃ prophetas, sed quia oportebat filium eis fieri reuertendum. Quòd si contumaces fuerint occidẽdo, hoc cumulat eorum crimen. Nec ergo dicerent aliqui diuiná præsentiam necessario fuisse inobediẽtię causam, ideo sic figurat sermonem. Ambr. Filium igitur vnigenitum sibi missum perfidi Iudęi, quasi hęredem remouere cupiẽtes, occiderunt crucifigendo, & iecerunt negãdo. vnde sequitur; Quem cum vidi. colo. cogi. intra se, dicen Hic est hæres, occi. eum, vt nostra fiat hęreditas. Hæres Christus est, idemq; testator: hæres, quia morti propriæ superuiuit, & testamentorum, quæ ipse contulit, tãquam hæreditaria in nostris profectibus emolumenta cõsequitur. Beda. Manifestissimè autem dominus probat Iudæorum principes nõ p ignorantiam, sed per inuidentiam, crucifixisse filium Dei. Itellexerunt enim hunc esse cui dictum est, Dabo tibi gentes hęreditatem tuam. Sequitur: Et eiectum illũ extra uineam occiderunt. Quia Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Theoph. Sed quia superius populum non Hierusalem loco vineæ sumpsimus, forsan magis propriè dici potest, ꝙ occidit quidem eũ populus extra uineam. Theo. Idest extra populi manus passus est dominus, quia. i. populus ei nõ propriis manibus necem intulit, sed tradens hunc Pilato & Gentibus. Quidam át per uineam scripturam intellexerunt, cui non credẽtes, dominum necauerunt, unde extra uineam. i. extra scripturam dicitur dominus passus. Bed. Siue eiectus extra uineam & occisus est, quia prius est ab infidelium corde repulsus, ac deinde cruci addictus est. Chry. Dispensationis autem non negligentiæ est post prophetas Christum uenisse Nõ. n. Deus omnia repente prosequitur, sed condescẽdit propter sui pietatem quia si post seruos uenientem filium contempserunt, multo magis nec antea eum audirent. Qui. n. nõ audiebant minora pcepta, quomodo audiuissent maiora? Ambr. Pulchrę autem interrogat, ut sua seipsi damnẽt sentẽtia. Sequitur enim. Quid ergo faciet illis dominus uineæ? Basil. Hoc autem fit quasi his qui damnantur nihil habentibus opponere euidentiæ iuris. Proprium autem est diuinę miserationis non infigere pœnas silentio, sed prędicere minis, reuocando eos ad pœnitentiam. unde & hic sequr. Veniet & per. co. istos, &c. Amb. Venturum dominum dicit vineæ, quòd in filio assit etiam paterna maiestas, uel quòd ultimis temporibus præsentior humanis aspiret affectibus. Cyrillus. Exclusi sunt igitur Iudęorum primates, quasi domini cæ uoluntati repugnantes, & sterilem reddentes uineam sibi commissam. Est autem datus cultus uineæ sacerdotibus noui

Allegoria pulchra.

A quibus passus sit Christ⁹

noui testamenti, cum aũt virtutem ænigmatis senserunt, recusant illud pati. vnde sequitur. Quo audi. dixerũt illi; Absit. Nec tñ euaserũt ob sui pertinaciã & inobediẽtiã erga fidem Christi. Theo Aliter autẽ videtur Matthæus dicere, dñm, s. quę finisse, Quid faciet illis cultoribus vineæ? Iudæos vero respõdisse; Malos malè perdet. Non est autem repugnantia, nam vtrunq; factum. Primo. n. ipsi promulgauerunt illã sententiã, postea sentientes quo tendebat parabola dixerũt, Absit; vt Lucas hic narrat. Aug. de con. euan. Vel aliter; in illa de qua loquimur turba, erant qui dolosè dñm interrogauerant, in qua potestate facerent, Erant etiam qui non dolosè sed fideliter acclamauerunt; Benedictus qui uenit in nomine dñi, Ac per hoc erãt qui dicerent, perdet illos & vineam suam dabit alij. Quę vox rectè ẽt ipsius dñi fuisse intelligitur, siue propter veritatẽ, siue propter membrorum eius cũ suo capite unitatem. Erant ẽt qui talia respondentibus dicerent, Absit. Quia intelligebant in seipsos hãc parabolã dictã. sequit; Ille ãt aspiciens eos, ait; Quid est ergo &c. Bed. q. d. Quomodo implebit hęc ꝓphetia, nisi q̃a Christus à vobis reprobatus & occisus, crediturus est gẽtibus ꝑdicandus? ut quasi lapis angularis ex vtroq; populo vnũ sibi tẽplum ædificet. Euseb. Lapis ãt dicit Christus ꝑꝑ terrestre corpus, abscisus sine manibus, secundũ visionem Danielis, ꝑꝑ ortum ex virgine Lapis aũt non argenteus, aut aureus, quia nõ rex aliquis gloriosus, sed homo humilis & abiectus propter qđ ædificantes eũ reprobauerunt. Theo. Reprobauerunt enim eum principes populi cum dixerunt. Hic à Deo nõ est. Ille vero tam vtilis fuit, tam electus, vt in capite anguli poneretur. Cyril. Angulo vero cõparat sacra scriptura concursum vtriusq; populi Israelitici. s. & Gentilis in vnam fidẽ. Compegit. n. Saluator vtrunque populum in vnum nouum hominem, concilians eos in vno corpore patri. Salubris ergo est lapis angulo facto ab eo. Detrimẽto autem infert. Iudæis impugnantibus hunc spiritalem concursum. Theo. Duas autem condemnationes commemorat; Vna quidem animarum suarum, quam passi sunt scãdalizati in Christo, & hoc tãgit cum dicit: Omnis qui ceciderit super illum lapidẽ; conquassabitur. Aliam verò captiuitatis & exterminij, quam intulit eis lapis ab ipsis contemptus. Et hoc tangit cũ subdit: Supra quem autem ipse ceciderit, comminuet illum, vel ventilabit eum. Sic enim ventilati sunt Iudæi à Iudæa per vniuersum orbem, vt ab area paleæ. Et attende ordinem, nam præambulum est scelus in eum cõmissum. Sequitur autẽ iusta Dei vindicta Beda. Vel aliter; Qui peccator est, & tamen illi credit, cadit quidem & conquassatur, reseruatur enim per patientiam ad salutem Supra quem vero ille ceciderit, hoc est cui lapis ipsi irruerit, quia ipsum, negauit comminuet eum, vt nec testa quidẽ remaneat in qua hauriat, aquæ pusillum. Siue de his dicit quod cadũt super eum, qui illum modo contẽnunt, ideo nondum penitus intereunt, sed conquassantur vt non recti ambulent. Super quos autem cadit, veniet illis desuper in iudicio cum pœna perditionis, ideo cõminuet eos, vt sint tanquam puluis, quẽ proijcit ventus à facie terrę. Ambr. Vinea etiam typus noster est agricola quippe oĩpotens pater, vitis Christus, at vero nos palmites. Rectè vinea Xp̃i populus nominatur, vel ꝙ crucis in fonte prętexatur iudiciũ, vel qđ fructus ex postrema anni legaĩ ætate, vel qđ oĩbus vt ordinibus vinearũ, ita pauperibus atque diuitibus seruis & dñis in ecclesia æqua dimensio nulla discretio sit. Et vt vitis maritaĩ arboribus, ita corpus aĩæ. hãc vineã diligens agricola fodere & tõdere cõsueuit, ne luxuriet vmbra foliorũ, verborũq; infructuosa iactantia maturitatẽ indolis naturalis impediat. decet totius orbis hic esse uindemiã, ubi totius orbis est uinea. Bed. Vel morali intellectu cuiq; fidelium vinea quam excolat locatur, dum mysterium baptismi quod exerceat sibi cõmittitur. Mittitur seruus vnus alter tertius, cum lex, psalmodia, & prophetia legitur. Sed missus seruus contumelijs affectus vel cęsus dicitur; cũ sermo auditus contemnitur vel blasphematur. Missum hęredem quãtum in se est occidit, qui filium Dei peccando conculcat, perdito malo cultore vinea datur alteri

Consensus euãgelicus.

Cõdemnatio duplex.

Expositio literalis.

cum

cum dono gratię quod superbus spreuit, humilis ditatur.

Et quęrebant principes sacerdotũ, & scribæ mittere in illũ manus in illa hora, & timuerũt populũ Cognouerũt.n. quòd ad ipsos dixerit similitudinẽ istam. Et obseruantes miserunt insidiatores q̃ se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, et traderent illũ principatui, & potestati prȩsidi. Et interrogauerunt eum, dicẽtes: Magister, scimus quia rectè dicis et doces, & non accipis personã hominis, sed viam Dei in veritate doces: Licet nobis tributũ dare Cæsari, an nõ? Considerans autẽ dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tẽtatis? Ostẽdite mihi denarium, cuius habet imaginẽ & superscriptionem? Respondẽtes dixerat Cæsaris. Et ait illis. Reddite ergo quę sunt Cæsaris, Cęsari, & q̃ sunt Dei, Deo. Et nõ potuerũt verbũ eius reprehendere coram plebe, & mirati in responso eius, tacuerunt.

Cyril. Docebat quidẽ princeps Iudęorum intelligentes ꝙ de ipsis parabola diceretur, à malo sic discedere quasi de futuris instructos: sed hoc non considerantes, occasionẽ suorũ colligunt criminũ. vnde dicit, Et quærebãt principes sacerdotum &c. Nec refrenauit eos legis præceptũ qđ dicit, Innocẽtẽ & iustũ nõ occides; sed cõpescuit eorũ nefandũ propositũ plebis timor. Sequit.n. Et timue. populũ. Prȩferũt .n. diuinę reuerẽtię humanũ timorẽ. Quę ãt huius ꝓpositi fuerit occasio subdit: Cognouerũt.n. &c. Bed. Et ita quęrendo ipsum occidere, docebãt vera esse q̃ in parabola dixerat: Ipse.n. est hæres, cuius iniustã necem dicebant esse vindicandam illi nequam coloni, qui Dei filium quærebãt occidere. Hoc ẽt quotidie geritur in ecclesia, cum quilibet solo nomine frater, eam quam non diligit ecclesiasticæ fidei ac pacis vnitatem, propter bonorum multitudinem vel erubescit vel timet impugnare. Et quia principes quærentes dñm cõprehendere, quod per se non poterant, præsidis manibus efficere tentabant. vnde sequitur. Et obser. miserunt, &c. Cyril. Videbãtur.n. esse leues, erant autẽ graues obliti Dei, dicentis; Quis hic qui mihi abscõdit consilium? Adeunt.n. Christum omnium Saluatorem quasi hoiem cõmunem. vnde sequitur; Vt caperent eũ in ser. &c. Theo. Parauerunt autẽ dño laqueos, illaqueati sunt ẽi in eis pedes eorum. Audi nanque astutiam. Et interrogauerunt illum, dicẽtes: Magister, scimus ꝙ rectè dicis & doces. Bed. Blanda & fraudulẽtia interrogatio illuc prouocat respõdentem, vt magis Deum q̃ Cæsarem timeat. sequitur.n. Et non accipis personam hois, sed in veritate viam Dei doces. Et hoc dicunt ad hoc vt dicat nõ debere tributa solui, vt statim audientes ministri præsidis qui iuxta alios euangelistas astitisse leguntur, seditionis cum contra Romanos auctorem teneant, vnde consequenter quærunt; Licet nobis dare tribu. &c. Erat.n. in populo magna seditio, dicentibus alijs, pro securitate qua Romani pro omnibus militabant, debere tributa persolui: pharisæis contradicentibus nõ debere populum Dei qui decimas & primitias daret, humanis legibus subiacere. The. Intendebant ergo ꝙ si diceret oportere dari cẽsum Cæsari, criminaretur à populo quasi seruituti subijciens gentẽ. Si vero prohiberet censum reddere, eum representarent vt schismaticum præsidi. Ipse vero laqueos eorũ effugit. Sequitur .n. Considerans au. dol. eo. di ad eos; Quid me tẽtatis? Ostendite mihi denariũ, cuius habet imaginẽ & superscriptionẽ? Amb. Docet hoc loco dñs circunspectos nos in respondendo aduersus hæreticos, vel Iudæos esse debere; sicut alibi dixit, Estote astuti sicut serpẽtes. Bed. Qui ãt putãt interrogationẽ Saluatoris ignorãtiã esse, discant ex p̃senti loco qđ potuerit scire Iesus cuius imago esset i numero, sed interrogat, vt ad sermonẽ eorũ cõpetenter respõdeat. Sequit.n. Respõdẽtes dixerũt, Cęsaris. Non putemus Cæsarẽ Augustũ, sed Tyberiũ significari. Oẽs n. Romani reges à primo C. Cæsare, Cæsares appellati sũt. Ex eorum ãt respõsione conuenienter dñs quæstionem soluit. Sequitur.n. Et ait illis, Reddite ergo q̃ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo. Titus. q. d. Verbis tentatis, operibus obedite, subijstis Cæsaris seruitutem, suscepistis quæ eius sunt. Date ergo illi censum, Deo timorem. non.n. exigit Deus denarium, sed fidem. Beda. Reddite etiam Deo, quæ Dei sunt, decimas, scilicet primitias, oblationes, & victimas. Theop. Et attende quòd non dixit,

Frater fictus quis sit.

Exẽpla Christi.

Date,

Date, sed reddite. debitum .n. est, tuetur .n. te princeps tuus ab hostibus, vitã tuã reddit tranquillã, pro his ergo teneris eis in cēsu. Sed & hoc ipsum quod offers, numisma .s. ab eo hēs. Reddas ergo numisma regium regi. Deus ēt tibi tradidit intellectũ & rõnem; restituas hoc ei non comparatus bestijs, sed in oĩbus rõnabiliter procedēs. Amb Tu ergo si vis esse obnoxius Cæsari, noli hēre quæ mundi sunt. Et bene prius quæ sunt Cæsaris reddenda decernit, neque .n. põt quis esse dñi, nisi prius renũciauerit mundo. q̃ grauia vincula; promittere Deo, & nõ soluere? maior est cõtractus fidei, quam pecuniæ. Orig Habet ãt locus iste aliquid mystici. Duæ .n. sunt imagines in hoĩe. una quã accepit à Deo altera inimici. Sicut .n. denarius hēt imaginem imperatorũ mundi, sic qui facit opera tenebrarũ, istarũ portat imaginem eius cuius hēt opera. Dicit ergo; Reddite q̃ sunt Cæ: Cæsari, hoc est Abijcite terrenam imaginē vt possitis vobis imaginem cœlestē imponentes reddere quæ Dei sunt Deo, vt s. Deum diligamus &c. quæ vt Moyses dicit, Deus requirit à nobis. Postulat autem à nobis Deus, nõ quia necessarium habet vt ei aliquid tribuamus, sed vt postquam ei dederimus, hoc ipsum nobis tribuat in salutem. Bed. Qui aũt credere debuerant ad tantam sapientiam, mirati sunt q̃ calliditas eorum insidiandi non inuenisset locum, vnde sequit. Et nõ potuerunt verbũ eius reprehendere corã plebe, & mirati in responso eius, tacuerunt. Theo. Hoc .n. erat quod præcipue intendebant, increpare eum coram populo, qđ obtinere nequiuerunt pp sapientissimã eius responsionem.

Mystica interpretatio.

Accesserunt ãt quidam Sadducæorum q negant esse resurrectionem, & interrogauerũt eũ dicẽtes. Magister, Moyses scripsit nobis, si frater alicuius mortuus fuerit, habens uxorem, & hic sine liberis fuerit, ut accipiat eã frater eius uxorẽ, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erãt, & primus accepit uxorem et mortuus est sine filijs. Et sequẽs accepit illã, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illã, similiter & oẽs septem & nõ reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissimè oĩum mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius eorũ erit uxor? Siquidẽ septẽ habuerunt eã uxorẽ. Et ait illis Iesus, Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias, illi uero qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neq; nubunt, neq; ducunt uxores, neq; ultra mori poterũt. Aequales .n. angelis sunt, & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis. Quia uero resurgãt mortui, et Moyses ostẽdit secus rubum: sicut dicit dominũ Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. Deus aũt non est mortuorum, sed uiuorum. Oẽs .n. uiuunt ei. Respondens autem quidã scribarum dixerunt ei. Magister bene dixisti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare.

Bed. Duę erant hæreses in Iudæis, vna pharisæorũ qui traditionũ & obseruationum sibi iustitiam pferebant, vnde & diuisi vocabant à populo. Altera Sadducæorum qui interpretanť iusti vendicante sibi quod non erant. Illis ergo abeuntibus hi ad tentandũ accedunt. vnde sequitur. Accesserunt aũt quidam &c. Orig. Sadducæorũ hæresis non solum resurrectionẽ mortuorum negat, sed ẽt putat animam interire cum corpore. Hi ergo verbis Saluatoris insidiantes eo tpe qõnem proposuerunt, quo cum viderũt de resurrectione docere discipulos. vnde sequitur. Et interrogauerunt eũ, dicentes. Magister, nobis scripsit Moyses Si fratres alicuius mortuus fuerit hẽns vxorem, & hic sine filijs fuerit &c. Amb. scdm legis literã nubere cogitur et inuita, vt defuncti semẽ excitet frater, spiritus aũt magister est castitatis. Theo. Sadducęi aũt fragile fundamentum substituẽtes non credebant resurrectionis sermonẽ. Opinantes .n. carnalem esse futuram vitam in resurrectione merito fallebãtur, & iõ tanquam impossibile calũniantes dogma resurrectionis, fingunt hanc narrationẽ, dicentes. Septem ergo fratres &c. Bed. Hanc fabulam confingunt q̃ deliramenti arguat eos, q resurrectionem asserũt mortuorũ. Turpitudinẽ ergo fabulę opponũt, vt resurrectionis denegent veritatẽ. vnde subditur. In resurrectione ergo cuius eorũ &c Amb. Mysticẽ hæc mulier synagoga est, qui septẽ viros habuit; sicut dicitur: Samaritanæ, quinq; viros habuisti. Quia Samaritana tm̃ quinq; libros Moysi, synagoga septẽ sequitur principaliter, & de nullo propter perfidiã suam hæreditariæ potestatis semen accepit, & ideo patrem cũ

Heręses duæ Iudęorum

Fabula efficta à Sadducæis.

viris

viris suis in resurrectione hẽre nõ potuit, quia spũale præceptum secundũ sensum carnis inuertit. Non.n. frater carnalis aliquis denuntiatus est, qui semẽ fratris susci taret defuncti, sed ille de mortuo populo Iudæorũ sapientiã sibi diuini cultus asci sceret in vxorẽ, atq; ex ea semẽ in apostolis suscitaret; qui quasi defunctorum reliquiæ Iudæorum informes adhuc in syna gogæ. vtero derelicti, secundũ electionẽ gratiæ reseruari noui seminis admixtioni meruerunt. Bed. Siue hi septẽ fratres reprobis congruunt, qui per totã huius seculi vitam q̃ septem diebus voluitur, à bonis operibus steriles existunt: quibus iunctim morte p̃reptis, ad vltimũ & ipsa mũdana conuersatio, quasi vxor infecunda transibit. Theop. Dñs aũt ostendens in resurrectione non esse futurã conuersationẽ carnalem, eorum dogma euulsit simul cum fragili fundamento. vnde sequitur. Et ait il.Ie. Filij ius huius, &c. Aug. de q. euang. Quia cõnubia pp filios, filij pp successionem, successio pp mortem. vbi ergo mors non est, neq; connubia. unde sequit. Illi vero &c. Bed. Quod non ita intelligendũ est quasi soli digni, vel resurrecturi, vel sine nuptijs futuri sint, sed oẽs ẽt peccatores resurrecturi, & absq; nuptijs sunt in seculo illo mansuri. Dñs aũt vt ad resurrectio nis gloriam inquirendam aĩos incitaret, de electis tm̃ voluit facere sermonẽ. Augu. de q. euang. Sicut ãt nunc sermo noster decedentibus, & succedentibus syllabis peragitur, atq; perficitur; ita & ipsi homines quorum sermo est, decedendo & succedendo peragunt, atq; perficiunt ordinẽ huius seculi, qui tp̃ali rerum pulchritudine contexitur. In illa aũt vitam q̃si uerbũ Dei quo fruemur, nulla decessione atque successione syllabarũ completur, sed oĩa quæ hẽt semper manẽdo simul habet, ita participes eius quibus ipsum solũ erit uita, neq; moriẽdo decedent, neq; nascendo succedent, sicut nunc est in angelis. unde sequitur: Aequales.n. angelis sunt. Cyr. Sicut.n. multitudo angelorum plurima quidem est, non aũt propagata per generatio nẽ, sed ex creatione consistens: ita & his q resurgunt, non est opus vlterius nuptijs. vnde sequitur; Et filij Dei sunt &c. Theo.

Cõparatio pulchra.

q.d. Quia Deus est qui operatur in resurrectione, merito dñr Dei filij qui per resurrectionem regenerantur. non.n. aliq̃d carnale in resurgentium regeneratione conspicitur, non coitus, non matrix, non partus Bed. Vel æquales angelis & filijs sunt Dei, quia gloria resurrectionis innouati sine vllo mortis metu, sine vlla labe corruptionis, sine ullo terreni status actu, perpe tua Dei uisione fruuntur. Orig. Sed quia dñs in Matthæo dicit quod hic p̃termittitur, Erratis nescientes scripturas propono scripturam vbi scriptum sit, Neq; nubent neq; nubentur. Qm̃.n. ego æstimo, neq; ĩ veteri, neq; in nouo testamento quicquã tale reperitur, sed oĩs eorum error de scripturę lectione quam non intelligũt, subrepsit. Dicitur.n. in Esaia. Electi mei bibent: & putant hæc & similia futura esse in resurrectione. Paulus aũt omnes has benedictiones spũaliter interpretans, & sciens non esse carnales ad Ephesios dicit; Benedixisti nos in oĩ benedictione spirituali. Theo. Vel dñs rõnis suprapositæ scripturę testimonium addidit subdens: quia vero resurgant mortui, & Moyses oñdit secus rubum sicut dicit dñm Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. q.d. Si semel redierunt in nihilũ patriarchę ne viuerent apud Deũ in spe resurrectionis, non dixisset: Ego sum, sed fueram. Consueuimus.n. de rebus corruptis & p̃teritis, dicere, Eram dominus illius rei: nunc vero qm̃ dixit, Ego sum ostendit ꝙ uiuentium est Deus & domin⁹, & hoc ẽ qđ subdit, De⁹ aũt non est mortuorũ, sed uiuorum: oẽs.n. viuunt ei. Quãuis.n. exanimes sunt, viuũt tamen apud eũ in spe resurgẽdi. Beda. Vel hoc dicit, cũ probauerit animas permanere post mortẽ, quod Sadducæi negabant, consequẽs introduceretur, & corporum resurrectio, quę cũ animabus bona malave gesserũt. Est ãt uera uita qua iusti Deo uiuunt, ẽt quãdo corpore moriuntur. Ad comprobandam autem resurrectionis ueritatem, multo manifestioribus exemplis & prophetis vti ualuit. sed Sadducęi quinque tantum libros Moysi recipiebant, prophetarum vaticinia respuentes. Chry. Sicut autem sancti communem orbis dominum sibi appropriãt, non derogantes eius

Assertio resurrectionis.

domino, sed propriũ affectũ pandentes, secundũ morẽ amantiũ, qui non patiuntur cũ multis diligere, sed uolũt pcipuã & specialẽ quandã dilectionẽ exprimere, sic & Deus specialiter se horũ Deũ dicebat, nõ coarctãdo suũ dñium, sed ampliãdo. Nõ .n. sic multitudo subditorũ, sicut virt⁹ famulantiũ pdit eius dñium: vñ nõ sic gaudet dici De⁹ cœli & terræ, sicut cũ dr̃, De⁹ Abrahã Deus Isaac, & Deus Iacob. Et apud mortales quidẽ à dñis denominanť famuli. Dicimus .n. Villicus talis Ducis, ecõtrario ãt Deus dr̃. Abrahæ. The. Cõfutatis ãt Sadducæis fauent Iesu Scribæ tãquã Sadducæorũ oppositi. vnde sequiť; Resp. au. qui. scrib. dixe. Magister, bene dixisti. Bed. Et qa in sermonib. cõfutati sunt, vltra nõ interrogã. vñ sequitur, Et amplius nõ audebant eũ quicquã interrogare, sed cõprehensum Romanæ tradũt potestati. Ex quo intelligimus venena inuidiæ posse quidẽ superari, sed difficile cõquiescere.

Dixit ãt ad illos. Quõ dicunt Christum filium esse Dauid? & ipse Dauid dicit in libro psalmorum. Dixit dominus domino meo sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dauid ergo dominum illum uocat, & quomodo eius filius est?

Theo. Quanuis dñs ad passionem erat iturus in breui prædicat propriam deitatem, nec hoc tñ incautè aut arrogãter, sed modestè quærit, vñ dr̃; Dixit au. ad il. Quomodo dicunt, &c. Amb. Nõ reprehẽduntur hoc loco quia Dauid filium cõfitentur, quia cœcus ille, Dauid filium cõfitendo meruit sanitatem. Et pueri dicentes; Osanna filio Dauid, præcelsæ prædicationis gloriam Deo deferebant, sed reprehenduntur, quia non credũt filium Dei. vñ subditur, Et ipse Dauid di. in lib. psalmo. Dixit dñs dño meo. Et pater dominus & filius dominus, sed non duo domini, sed vnus est dominus: qa pater in filio, & fili⁹ in patre, Ipse ad dexterã patris sedet, qa patri consors, nulli secundus est. Sequitur .n. Sede à dextris meis. Nec præfertur q ad dexterã sedet, nec iniuriam patitur q admittitur, gradus non quæritur dignitatis, vbi plenitudo est diuinitatis. Aug. de symbolo. Sessione autem ista nõ accipiamus humanis membris positum tanquam pater sedeat in sinistrã, & filius sedeat ad dexteram, sed ipsum dexterã intelligam⁹ potestatẽ, quã accepit ille homo suscept⁹ à Deo, vt veniat iudicaturus, qui primo venerat iudicandus. Cyri. Vel q sedet ad dexterã patris, supernam eius gloriã probat. nã quorũ est thronus æqualis & maiestas. Sessio vero in Deo significat regnum & oium potestatem. Sedet ergo à dextris Dei patris, quia verbũ ex paterna substantia prodiẽs, factũ caro, diuinã nõ exuit dignitatẽ. The. Manifestat ergo aduersarius patris nõ est sed secũ cõcordat, cũ pater repuguet aduersarijs eius. Sequiť .n. Donec ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuorum. Amb. Ergo & Deum Christũ & hominem esse credam⁹, cui à patre subiiciũtur inimici, non per infirmitatem potestatis suæ, sed p vnitatẽ naturæ, quia in altero alter operatur. Nã & filius subiicit inimicos patri, quia patrem clarificat super terram. Theo. Quærit ergo ipse, & mota dubitatione sinit illos colligere qd sequatur. vnde subdit, Dauid ergo dominũ illũ vocat, & quõ filius est? Chry. Dauid quidem pater Christi, & seruus, hoc quidem secundum carnem, illud secundũ spiritũ. Cyri. Et nos ergo nouis pharisæis qui nec verum Dei filium, neque Deum esse fatẽtur natum ex sacra uirgine, sed diuidunt vnum filium in duos, talem obijcimus q̃stionem, quo pacto filius Dauid dñs eius est, & nõ humano dominio, sed diuino?

Sessio Christi qualis.

Noui pharisæi

Audiente ãt oĩ populo, dixit discipulis suis. Attẽdite à scribis q uolunt ambulare in stolis, et amãt salutationes ĩ foro, et primas cathedras in synagogis, et primos discubitus in conuiuiis. Qui deuorãt domos uiduarum, simulãtes longã orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

Chr. Nihil ãt est fortius q̃ ex pphetis disputare, hoc .n. est & ipsis reb⁹ validius. Nã Xp̃o faciente miracula, contradicebãt multoties, cũ vero allegauit propheti ã tacuerũt, quia nõ habebãt quid dicerẽt. Eis ãt tacentib cõtra eos inuehiť vñ dr̃: Audiẽte autẽ oĩ populo, dixit discipulis suis. The. Quia .n. eos orbis doctores mittebat merito monet nõ esse eis imitãdã pharisæorũ ambitionẽ. vñ sequiť. Attẽdite à scr. qui vo. am. in sto. Be. i. cultoribus uestimẽtis induti ad publicũ procedere, in quo in

ter cętera dignes peccasse describit. Cyr. Passiones ât erat scribarum, amor gloriæ inanis & lucri vt igiť tā pessimæ crimina euitarēt discipuli cōmonet eos, subdens. Et amāt saluta. in foro. The. Qđ est à blā dictibus venātiū opinione famę, uel agūt hoc causa cōgregandę pecuniæ. Sequitur: Et primas ca hedras &c. Bed Nō primos sedere uel discūbere uetat eos quib. hoc officij ordine cōpetit, sed eos qui hoc indebitè amāt docet esse cauēdos, aīum uel gradū redarguēs; quāuis & hoc culpa non careat, si ijdē in foro litibus velint interesse, q in synagoga magistri desiderāt appellari. Dupli aūt ratione à vanæ gloriæ cupidis attendere iubemur: ne vel eorū simulatione ducamur æstimātes bona esse q faciūt: vel æmulatione inflāmemur, frustra gaudentes in bonis laudari q simulāt. Nō solū āt laudes ab hoibus, sed & pecunias quærunt: Sequitur n. Qui deuorant domos uiduarum simulites &c. Iustos n. & magni meriti apud Deū se simulantes, ab infirmis & peccatorū suorum cōscientia turbatis quasi patroni p eis in iudicio futuri pecunias accipere nō dubitāt. Chr. Ingurgitantes ēt se viduarū bonis paupertatem atterunt, nō qualitercunq; comedētes, sed deuorātes, & ad prauitatē oratione vtentes qđ grauiori pęna facit eos obnoxios, vñ sequiť. Hi accipiēt maiorē dānationē. The. Quia nō sola mala faciunt, sed & orationes p̄tēdunt, & virtutē faciūt prauitatis excusationē. Viduas ēt depauperant, quarū oportebat misereri, dū ob sui p̄sentiā eas cogunt exponere. Bed. Vel quia laudes ab hominib. & pecunias quærunt, maiori damnatione plectuntur.

Vanę gloriæ lauat. o.

CAPVT XXI.

REspicies āt uidit eos q mittebāt munera sua gazophilaciū: diuites. Viduā āt et quandā uiduā pauperculā, mittētē æra minuta duo. Et dixit, Verę dico uobis, quia uidua hæc paup, plus quā oēs misit. Nā oēs hi, ex abūdāti sibi miserunt in munera Dei hæc āt ex eo q deest, illi oēm uictum suum quē habuit, misit.

Glo. Post quam dñs redarguit scribarū auaritiam q domos viduarū deuorabāt, cōmēdat viduæ eleemosynā, vnde dicitur; Respiciens autem vidit eos, &c. Bed. Quia sermone gręco phylaxæ seruare dicitur, & gaza lingua Persica, diuitię vocātur; gazophilacium locus appellari solet, quo diuitiæ seruantur. Erat aūt arca foramen habēs desuper, posita iuxta altare ad dexteram ingredientibus domum dñi, in quam mittebant sacerdotes qui custodiebant hostias, omnē pecuniam quæ deferebatur ad templum domini. Dominus aūt sicut operantes in domo sua discutit. ita & dona ferentes respicit; & quē dignū videt laudat; quem reprobū damnat. vnde sequitur; Vidit āt & quandam viduā pauperculam, &c. Cyril. Duo obolos offerebat, quos cū sudoribus ad diurnum victū acquisierat; vel quæ quotidie per aliena poscit suffragia, Deo donat ostendens ei suā paupertatem fructiferā; uincit igitur alios, & iusta censura coronať a Deo. vñ sequiť. Et ait illis, Vere dico uobis qa uidua hæc &c. Bed. Acceptabile. n. est Deo quicquid bono animo obtulerimus; qui cor & non substantiā pensat, nec perpēdit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. vñ sequitur; nam omnes hi ex abundanti, &c. Chry. Non. n. paucitatē oblati, sed copiā affectus intuitus est Deus. Non est eleemosyna ex plurib. pauca impendere, sed illud uiduæ q totam sibi euacuauit substantiam. Quòd si nequis tantū offerre sicut & vidua, offer saltem totū superfluum. Beda. Mysticè autem diuites q in gazophilacium munera mittebant, significant Iudæos de iustitia legis elatos; vidua pauper ecclesiæ simplicitatem, quæ paupercula vocatur, quia vel superbiæ spiritum vel peccata tanquā mundi diuitias abiecit; uidua vero, qa vir eiꝰ pro ea mortem pertulit; hęc ī gazophylaciū duo ęra minuta mittit, quia in cōspectu Dei apud quem nostri operis oblationes conseruantur, munera sua defert siue dilectionē Dei & proximi, siue fidei & orationis, q cūctis superborum Iudæorum operibus pręstāt. Ex abundanti. n. in munera Dei mittunt Iudęi, qui de iustitia sua pręsumunt. Ecclesia at omnem uictum suum mittit, qa omne quod viuit, Dei esse muneris intelligi-

Gazophilariū dicitur.

Allegorica expositio.

telligit. Theo. Vel vidua potest intelligi quęlibet anima orbata quasi primo viro pristina lege, & non digna copulę verbi Dei, quæ loco arrę offert Deo fidē & cōscientiam bonam; plus videtur offerre diuitibus in sermone, & superfluētibus moralibus Gentilium virtutibus.

Et quibusdā dicentibus de tēplo quòd lapidibus bonis & donis ornatū esset, dixit; Hæc q̄ uidetis veniēt dies in q̄bus non relinquetur lapis super lapidē q non destruatur: Interrogauerunt āt illū dicentes; Pręceptor, quando hęc erūt, & qd signum cū fieri incipiēt? Quid dixit; Videte ne seducamini. Multi.n. venient in nomine meo dicentes, qui ego sum, & tempus appropinquabit. Nolite ergo ire post eos.

Tēpli reliquię. Euseb. Quòd spectanda forent quę p tinebant ad templi structurā in manifestāt historię, & hucusque quędam cōseruant reliquiæ, quibus pręcipiuntur quæ dudū erant fabricarum vestigia. Sed dn̄s mirantibus tēpli fabricas, promulgauit q in eo lapis super lapidem non maneret. Dicitur .n. Et quibusdam dicen. &c. Dicebat.n locum illum propter cultorum audaciā omnimodam desolationem pati. Be. Diuina etiā dispēsatio pcurauit vt ciuitas ipsa & templum subuerteret, nequis forte adhuc paruulis in fide vidēs illa cōstare, dū sacrificiorū ritū attonitus stuperet, raperet intuitu. Amb. Verū igitur dictū est de tēplo manufacto q esset subuertendū. Nihil.n. est manufactū, qd non aut vetustas conficiat, aut vis subruat, aut ignis exurat. Tn̄ est & aliud tēplum. s. synagoga, cuius structura vetus ecclesia surgente dissoluit. Est et tēplū in vno quoq; quod deficiente fide labitur. & maximè si qs falso Christi nomen obtendat, quo interiorem expugnet affectum. Cyr. Nequaquàm āt discipuli aduerterant vim dictorum, sed arbitrabantur de consummatione seculi dictum esse. Et ideo quærebant quo tempore deberet accidere. vn̄ sequit: Interrogauerunt autē illum dicētes, Præceptor qn̄ hæc erunt, & quod signum cùm fieri incipient? Amb. Matthæus tertiam interrogationem addidit; vt & tēpli tēpora destruēdi, & signum aduētus & cōsummatio seculi à discipulis quæreretur. Interrogatus autem dn̄s quando templi futura esset destructio, & quod signum esset eius aduentus de signis docet, de tempore non curat intimandū. Sequitur.n. Qui dixit, Videte ne sedu. Athana. Cū.n. sint nobis à Deo charismata & dogmata quę sunt sup hominem tradita s. cœlestis conuersationis forma, virtus cōtra dæmones, & adoptio & notitia patris, & verbi, & Spiritus sancti donū, aduersarius noster diabolus circuit quærens nobis surripere insita semina verbi. Dominus autem tanquam sua p̄ciosa dona in nobis sua documēta cōcludens monet ne seducamur. Magnum autē quoddam donum tribuit nobis Dei verbum, vt non solum ex apparētibus nō decipiamur, sed etiam si qua latētia sint diiudicemus per spiritus gratiam. Cum.n. si odiosus diabolus inuentor malitię, hoc quod ipse est occultat, nomen verò cūctis cupitum simulat callidè; puta si quis subijcere sibi volens filios alienos parentibus absentibus, fingat eorum vultus, & filios desiderantes seducat. Ergo in vnaquaque hæresum diabolus figurat⁹ dicit, Ego sum Christus, & apud me veritas est. vnde sequitur. Multi.n. uenièt in nomine meo dicētes qa ego sum, & tēpus appropinquabit. Cyr. Ante suū.n. descensum de cœlo puenient aliqui, quibus acquiescere non oportet; voluit.n. vnigenitū verbū Dei cū venit ut mūdū saluaret latere; ut crucē sustineret pro nobis. Sed secundus eius aduētus nō erit clāculo vt ante, sed terribilis & manifestus; descēdit. n. in gloria Dei patris, ministrātibus angelis, vt mūdū in iustitia iudicet. vn̄ cōcludit. Nolite ergo ire post illos. Titus. Vel forsitan non dicit Pseudochristos ante consummationē venientes, sed eos q fuere tēpore apostolorū. Be. Multi.n. imminente Hierosolymorū excidio principes extiteret, qui dicerent esse Christus, tempusq; libertatis appropinquare. Multi etiam in ecclesia hęresiarchæ die dn̄i instare pręedicarunt, quos apostolus ad Thessal. damnat. Multi etiam in nomine Christi venire Antichristi, quorū primus est Simon Magus, cui dicebat. Hic est virtus Dei quæ vocatur magna.

Dona p Christū allata.

Antichristi multi uenerunt.

Cum āt audieritis pręlia & seditiones, nolite terreri. Oportet primū hæc fieri, sed nondū statim finis. Tunc dicebat il. is: Surget gens contra

gentem, & regnum aduersus regnū, & terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresque de cœlo, & signa magna erunt.

Greg. in ho. Perituri mundi præcurrentia mala denunciat dñs vt eo minus perturbent venientia, quo fuerint præscita. Minus .n. iacula feriunt q̃ præuidētur. vñ dicit; Cū aūt audieritis prælia &c. Bella ad hostes ptinent, seditiones ad ciues. Vt ergo nos idicet exterius interiusq; turbari, aliud nos fateē ab hostib. aliud a fratrib. ppeti. Amb. Verborū aūt cœlestiū nulli magis q̃ nos testes sumus, quos mūdi finis inuenit. quāta prælia, & quas opiniones accepimus prçliorū? Gre. in ho. Sed his malis prçuenientib. qa nō statim finis sequatur, adiūgiī; Oportet hæc primū fieri &c. Vltima. .n. tribulatio multis tribulationib. præuenitur, quia multa debent mala prçcurrere, vt malum ualeāt sine fine nunciare. vnde sequitur: Tunc dicebat illis, Surget gēs contra gentem &c. Quia necesse est vt alia ex cœlo, alia ex terra alia ab elemētis, alia ab hominibus patiamur; hic ergo signatur perturbatio hominum. Sequitur; Et terræmotus magni erūt per loca. Ecce respectus iræ de super. Chr. Terræmotus .n. quādoque iræ signū est: nā & qñ crucifixus est dominus, mota est terra; quando que verò prouisionis iudicium, sicut orantibus apostolis commotº est locus in quo erant congregati. Sequitur; Et pestilētiç. Greg. in ho. Ecce inæqualitas corporum. Et fames. Ecce sterilitas terræ. Terroresq; de cœlo, & signa magna erunt. Ecce inæqualitas aeris quod ad eas tempestates referendum est, quæ nequaquam ordinē tēporum seruant: quæ .n. ordinatè veniūt, signum nō sunt. Omnia enim quç ad vsum vitæ accipimus, ad vsum cōuertimº culpæ. Sed cuncta quæ ad vsum prauitatis inflexImus, ad vsum nobis vertuntur vltionis. Abro. Occasum ergo seculi præcedūt quædā egritudines mūdi, scilicet fames, pestilentia, & persecutio. Theophyl. Quidam autem hæc non solum in cōsummatione futura, sed & tēpore captionis Hierusalem fuisse impleta voluerunt. Auctore nanq; pacis perempto, merito in eis seditiones & bella locum habuerūt. Ex bellis autem pestis & fames consequitur, hæc quidem aere cadaueribus infecto, illa incultis manentibus agris. Sed & Iosephus intolerabiles erumnas euenisse recitat pp famem, & tēpore Claudij Cæsaris fames inualuit, vt in Actib. legitur, & plurima terribilia cōtigerunt captionem Hierusalem indicantia, vt Iosephus narrat. Chry. Dicit autē q̄ nō statim finis ciuitatis eueniet, vt. s. Hierosolyma capiatur, sed post prælia multa. Beda. ad monentur etiam apostoli ne terreantur his prçcurrentibus ne Hierosolymam Iudæamq; deserant. Potest autem regnum contra regnum, & pestilentiæ eorum quorum sermo serpit, vt cancer, & fames audiendi verbi Dei, & commotio vniuersæ terræ, & à vera fide separatio etiam in hæreticis intelligi, qui contra se inuicem dimicantes, ecclesiæ victoriam faciunt. Ambrosius. Sunt autem & alia bella quæ uir sustinet Christianº, diuersarum quoque prælia cupiditatū studiorumq; cōflictus. Multo etiam grauiores sunt domestici hostes, quàm extranei. (Expositio literalis.)

Sed ante hæc oīa, inijcient nobis manus suas, & psequentur, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges et psides pp nomē meū. Continget aūt uobis in testimonium. Ponite ergo in cordib. uestris nō pmeditari quemadmodum respondeatis. Ego .n. dabo uobis os & sapientiā, cui non poterunt resistere & contradicere oēs aduersarij uestri. Trademini autem à parentib. & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficiēt ex uobis, et eritis odio oībus hībus pp nomē meum. Et capillus de capite uestro nō peribit. In patientia uestra possidebitis animas uestras.

Greg. in ho. Quia cuncta quæ prædicta sunt, non de iniustitia ferientis sunt, sed de merito mundi patientis, facta prauorum hominum prçnunciantur, cum dicitur; Sed ante hçc omnia inijcient vo. &c. Ac si dicat; Prius corda hominum post elementa turbabuntur, vt cum rerū ordo cōfundiī, ex qua tribulatione veniat demōstretur: Nā quāuis finis mūdi ex ipso suo ordine pendeat, peruersiores tamen quosque inueniens quia dignè ruinis illorum opprimantur, innotescit. Cyr. Vel hoc dicit, quia priusquam à Romanis Hierusalē caperetur, passi persecutiones à Iudçis discipuli incarcerati sunt, & prçsentati principibus. Missus est Paulus Romam ad (Intellectus signorum ante iudicium.)

Cçsarem,

Cæsarem, astititq; Festo & Agrippæ. Sequitur. Continget aût vobis in testimonium. Græcus. In martyrium.i. in martyrij gloriam. Greg. in ho. Vel in testimonium videlicet eorum, quia vos persequêdo mortes inferunt, aut videndo non imitantur: vt inde peruersi sine excusatione pereât, vnde electi exemplum capiunt vt viuant. sed auditis tot terroribus turbari poterât auditorû corda, vnde ad eorû consolationem subdit: Ponite ergo in cordib. vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. The. Quia n. idiotæ erât & imperiti, hoc eis dñs dicit, ne conturbarétur reddituri sapientibus rônem, & câm subdit. Ego.n. dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & côtradicere oés aduersarij vestri.q.d. Statim à me sortiemini facundiam & sapientiam, vt nec oés aduersarij vestri si in vnum conueniât, resistere valeant vobis, nec in sapientia.i. vita theoreumatum, nec in eloquêtia & sermonis lepore: Sæpe.n. multi sapientiâ quidem habent in mente, sed cû sint prouocabiles ad turbationem, totum confundunt cû tempus fuerit proponendi. non autem tales fuerunt apostoli, sed vtrinq; gratiosi fuerût. Gre. Ac si dñs suis dicat; nolite terrori, vos ad certamen acceditis, ego prælior: vos verba editis, sed ego sum qui loquor. Ambr. Alibi ât Christus in discipulis, alibi pater, alibi spûs loquitur patris: non discordant ista, sed congruunt. quod vnus loquitur, tres loquuntur, quia vox ê vna trinitatis. The. His aût dictis, & propulso imperitiæ timore, subdit, & aliud quiddam necessarium quod eorum aíos poterat commouere, ne subitò irruês eos turbaret Sequitur.n. Trademini autem à parentib. & fratribus & cognatis, & morte afficient ex vobis Grego in ho. Plus in nobis ea tormenta sæuiunt quę ab illis patimur, de quorum mentibus præsumebamus: quia cû dãnô corporis, mala nos cruciant amissæ charitatis. Greg. Nis. Cósideremus ât statum qui tûc temporis erat omnibus suspectis, adinuicem diuidebantur cognationes, inuicem disgregatę per cultus, & filius gentilis proditor fiebat parentum fidelium, & in filium qui crediderat pater in infidelitate obstinatus accusator

Magisteriû apostolorû.

fiebat. Oîs ætas erat exposita persequentibus, fidê, nec mulieribus succurrebat naturalis sexus fragilitas. Theo. His aût dictis & de odio subiungit, quod ab omnibus patientur. Sequitur.n. Et eritis odio omnibus hoîbus, &c. Greg. in ho: Sed qa dura sunt, quæ prædicûtur de afflictione mortis, protinus consolatio subditur de gaudis resurrectionis, cum dr. Et capillus de capite vestro non peribit.q d. martyribus suis: Cur timetis ne pereat qđ incisû dolet, qû & illud in vobis perire non pôt, quod incisum non dolet? Bed. Vel aliter: capillus de capite discipulorum dñi non peribit, quia non solum fortia facta vel dicta sanctorum, sed & tenuissima cogitatio digna mercede donabit. Greg. 5. mor. Qui ât patientiam in aduersis tenet, inde contra aduersa oia fortis efficitur. unde sibi & seipsum uincendo dominatur. vnde sequitur. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quid.n. ést animas possidere, nisi perfectè in omnibus viuere, cunctisq; mentis motiuus quasi ex arce virtutis dominari? Greg. in ho Per patiêtiam igitur animas nostras possidemus, quia dû nobismetipsis dñari discimus, hoc ipsum incipimus possidere qđ sumus. Idcirco aût possessio animæ in virtute patientiæ ponitur, quia radix omnium custosq; uirtutum patientia est; Patientia vero est aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum quoque qui mala irrogat nullo dolore morderi.

Patiêtia virtutis.

Cum aût uideritis circûdari ab exercitu Hierusalem, tûc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiât ad mõtes: & qui in medio eius sunt discedant: & qui in regionibus non intrent in eä: quia dies vltionis hi sunt, vt impleâtur omnia q̃ scripta sunt. Væ ât prægnãtibus & nutriêtibus in illis dieb. Erit.n. pressura magna super terrã, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, & captiui ducẽtur in omnes gentes. Et Hierusalem calcabitur à gentibus donec impleantur tempora nationum.

Beda. Hactenus ea q̃ per 40. annos nec dû fine adueniente futura erât, dicta sunt hic ipse finis desolationis quę à Romano exercitu facta est dñi uerbis exponitur, cû dicitur. Cum autem videritis circundari, &c. Euse. Desolationem Hierusalem uocat non amplius eam à suis, nec secûdum

Finale exterminium Iudęorum

ritũ legalem constitui, ita q̃ nullus expe-ctet post futurã obsidionem aliam innoua-tionem fieri, sicut accidit tpe regis Persa-rum, & illustris Antiochi, & iterum tẽpo-re Põpei. Aug. ad Hesi. Hæc aũt dñi ver-ba iõ Lucas hoc loco commemorauit, vt ostendat tunc factam fuisse abominatio-nem desolationis quæ à Daniele prędicta est, de qua Matthæus & Marcus locuti sũt, qñ expugnata est Hierusalem. Ambr. Iu-dæi.n.putauerunt abominationem deso-lationis tunc factam eo, q̃ caput porci in templo iecerunt illudẽtes Romani Iudai cæ ritum obseruantiæ. Euse. Dñs aũt futu-ram in ciuitate præuidens famem, mone-bat discipulos ne in futura obsidione in ciuitatem confugerent, tanquam ad locũ tutum, & à Deo protectum, sed magis in de discederent, & ad montes confugerẽt. vnde sequitur; Tunc qui in Iudæa &c. Be-da. Ecclesiastica narrat historia cunctos q. in Iudæa erant Christianos imminẽte Hie-rosolymorum excidio cõmonitos à dño loco discessisse, & trãs Iordanem habitas-se in ciuitate quadã Pella nomine, donec desolatio Iudææ compleretur. August. ad Hesi. Pro hoc ãt Matthæus & Marcus di-xerũt: Et qui supra tectum est, non descen-dat in domum, addidit ãt: Nec introeat, vt tollat aliq̃d de domo. Pro quo Lucas subdit; Et qui in medio eius sunt discedãt. Bed. Sed qũo ab exercitu ciuitate iã cir-cundata qui in medio eius sunt discedẽt? nisi forte q̃d promisit tunc, non ad ipsum tẽpus obsidionis referat, sed ad proximũ ante obsidionẽ tempus, cũ se primum mi-les Romanus per Galilæã, vel Samariæ fi-nes cępit diffundere. Aug. ad Hesi. Pro eo aũt quod Matthæus & Marcus posuerũt: Et qui in agro erit, nõ reuertatur retro tol-lere uestimentum suum, apertius iste sub-dit; Et qui in regionibus non intrent in eã quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur oĩa quæ scripta sunt. Bed. Dies aũt vltio-nis hi sunt, dies videlicet dominici sangui-nis vltionem petentes. Aug. ad Hesi. Dein de similiter Lucas prosequitur, sicut & a-lij duo. Væ autem pregnantibus & nutriẽ tibus in illis diebus. Et sic ergo Lucas pate fecit quod poterat esse incertum. s. id q̃d dictum est de abominatione desolationis

Consensus euangelicus.

non ad seculi finẽ, sed ad expugnationem Hierusalem pertinere. Beda. Dicit ergo; Væ pregnãtibus, præsente captiuitate. Et nutrientibus siue mammantibus (vt qui-dam interpretantur) quarũ vel vteri, vel manus filiorum sarcina prægrauatæ, fugę necessitatem non minimum impediunt. Theo. Quidam verò dicunt dñm per hoc significare filiorum esum, quẽ & Ioseph⁹ narrat. Chr. Deinde prędictorum assignat cãm, dicens: Erit.n. præssura magna super terram, & ira populo huic. Talia.n. mala eos occupauerunt, vt nulla deinceps ærũ-na possit eorum calamitatibus adæquari, vt Iosephus narrauit. Euse. Qualiter. s. ad uenientibus Romanis & vrbem capienti-bus, multæ cateruæ Iudaici populi in ore gladij periere. vnde sequitur; Et cadẽt in ore gladij. Sed & plures necati sunt famę. Hæc vero accidebant, primo quidem sub Tito & Vespasiano, post hoc autem tẽpo re Hadriani principis Romanorum, quan do natale solum Iudæis inaccessibile ẽ fa-ctum. vnde sequitur: Et captiui ducentur in oẽs gentes. Totũm n. orbem Iudæi re-pleuerunt, & vsq; ad fines terræ peruene-runt, & cũ eorum terra ab alienigenis in-habitet, solis ipsis est inaccessibilis facta. vnde sequitur. Et Hierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tpa natio-num. Bed. Quę. s. Apostol⁹ commemorat, dicens. Cæcitas ex parte facta est in Israel & sic oĩs Israel saluus fiet. Qui cũ promis-sa salute fuerit potitus ad patrium solum rediturus nõ temere speratur. Amb. My-sticè ãt abominatio desolationis aduẽtus Antichristi est, eo q̃ sacrilegijs infaustis mentium interiora contaminet, sedens iuxta historiã in templo, vt sibi vendicet diuinæ solium ptãtis. Iuxta interpretatio nem aũt spiritualẽ pulchrè inducitur, eo quòd in affectibus singulorum vestigium perfidiæ suæ confirmare desideret, & scri pturis disputans se esse Christum. tunc ap-propinquabit desolatio, quoniam à vera religione plerique lapsi desistent, tunc e-rit domini dies, quoniam sicut primus ad uentus domini fuit propter redimẽda pec cata, ita & secundus erit propter repri-menda delicta, ne plures perfidiæ errore labantur. Est & alius Antichristus, idest

Abominatio quõ intelligenda.

diabo-

diabolus, qui Hierusalem i. aïam pacificã obsidere nitatur suæ legis exercitu. Ergo qñ in medio tẽpli est diabolus desolatio abominationis est. Cũ ãt vnicuiq; laborãti Christi præsentia spiritualis illuxerit, tollit iniquus ex medio, & incipit regnare iustitia. Est ẽt tertius Antichristus, vt Arrius, & Sabellius, & oẽs qui nos praua intẽtione seducũt. Hę ãt sunt pręgnantes quibus vę dř, quæ arumã suæ carnis extẽdũt, & quib. intimorũ gressus pigrescat animorũ, & effœtæ virtutũ, fœteq; vitiorũ. Sed nec illæ prægnantes condemnationis exortes sunt, quæ in bonorum actuũ molimine constitutæ, necdũ aliquos suscepti operis dedere processus. Sunt quæ Dei timore concipiunt, sed nõ omnes pariunt, sunt.n. quæ abortiuum excludunt verbũ antequã pariant, sunt etiam quæ in vtero Christum habeant, sed nondum formauerunt. ergo q̃ parit iustitiã, Xpm parit. Nos ẽt paruulos nostros ablactare properemus ne nos quasi imperfectorũ parentes, aut iudicij dies, aut mortis inueniat. Quod ita fiet, si omnia dicta iustitiæ in corde custodias, nec senectutis tempus expectes, sed in prima ętate sapiẽtiam sine corruptela corporis tui citò concipias, citò nutrias. In fine autem Iudæa omnis à nationibus credituris subijcietur in ore gladii spiritualis, qui est sermo bis acutus.

Tropologica expositio.

Et erũt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris præssura gentium p̃ confusione sonitus maris, & fluctuum, arescentibus hominibus prę timore, & expectatione quæ superuenient uniuerso orbi. Nã uirtutes cælorum mouebuntur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate.

Bed. Quid impletis nationum temporibus sequatur, ex ordine manifestat, dicẽs. Erunt signa in sole & luna & stellis. Amb. Quæ quidem signa secundum Matthæũ euidentius exprimũtur. Tunc (inquit) sol obscurabitur, & luna non dabit lumẽ suũ & stellæ cadent de cœlo. Euseb. Tunc.n. cum vitæ corruptibilis consumatio agetur. & secundum Apostolum, species huius mũdi transibit, & nouum succedet seculum in quo vice sensibilium luminariũ ipse Christus fulgebit quasi iubar, & rex noui seculi, cuius erit tãta numinis virtus & glo. ia, ut sol, qui nunc radiat atq; luna, & cætera sidera, aduentu maioris luminis occultentur. Chry. Sicut n. in hoc seculo luna & sidera mox obfuscãtur orto sole, sic in gloriosa Christi apparitione sol obtenebrescet, & luna nõ dabit ꝓprium iubar, & stellæ cadent de cęlo, priore spoliatæ amictu, vt potioris lucis amictu potiantur. Euseb. Quæ autem euenient orbi post luminarium obtenebrationem, ex quibus fiet angustia gentium consequẽter exprimit, dicens. Et in ter. &c. Vbi vř docere principium trãsmutationis vniuersi futurum, ex defectu substantiæ humidæ hac .n. prima deuorata vel congelata, vt non amplius audiatur sonitus maris, nec cõtingant arenam fluctus eius causa exuberãtis siccitatis, cæteræ mundi partes nõ amplius obtinẽtes vaporẽ solitũ emissum ex substantia humida trãsmutationẽ patientur, & sic cũ apparitio Saluatoris cõfutare debeat repugnantia Deo ꝓdigia, exordiũ sumẽt furoris proęmia ex siccitatib. vt nec tẽpestas, nec fremitus maris vlterius audiatur. Quo facto subsequeĩ angustia superstitũ hoĩum. vñ sequitur. Arescẽtib. i. tabescentib hominib. præ ti. & expe. eorũ. s. quę super. uni. orbi. Quæ ãt tunc ingruant mũdo, cõsequẽter ostẽdit subdẽs. Nam virtutes cęlorum mouebũtur. Thě. Vel aliter. Cum alterabitur superior orbis & elementa inferiora merito patientur iacturam. vnde sequitur. Et in terris pressura gentium &c. Quasi dicat Mare terribiliter fremet, & littus maris agitabitur tempestate, ita vt fit populo terrę pressura. i. communis miseria; vt tabescãt timore & expectatione malorum irruẽtiũ mundo, vnde sequitur. Arescentibus hominibus p̃ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. Aug ad Hes. Sed dices: Conficeri uos pœna vestra compellit adesse iam finem, dum impletur qđ prænunciatum est. Nullam.n. patriã, nullum locum nostris temporibus nõ affligi, aut tribulari certum est. Sed si ista mala quæ nunc patitur genus humanum certa sunt indicia iam dominum esse venturũ, quid est quod dicit Apostolus. Cùm dixerint pax & securitas? Videam^9 ergo ne fortè melius intelligatur non eo modo im-

Innouatio mundi qualis futura.

Solutio quæstionis.

pleri quæ prædicta sunt his verbis, sed tūc potius esse ventura, qñ sic erit tribulatio vniuerso orbi, vt ad ecclesiā pertineat, q̄ vniuerso orbe tribulabit, nō ad eos q tribulabunt eā, ipsi.n. sunt dicturi. Pax & securitas. Nūc āt ista mala q̄ tan quā summa extremaq; credunt vtriqꝫ regno, Xpi.s.& diaboli videmus esse communia. Pariter quippe his boni affliguntur & mali, inter q̄ tā mala adhuc vbiquequaque frequētantur luxuriosa cōuiuia. Hóccine est arescere p̄ timore, an potius inardescere p̄ libidine? The. Non solū āt mortales fluctuabunt cū alterabitur mundus, sed ēt angeli stupebunt in tā terribilib mutationibus vniuersi. vñ sequitur. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Gre. in hom. Quid.n. virtutes cęlorū nisi angelos, dominationes, & principatus, & potestates appellat? quæ in aduentu districti iudicis, nostris tunc oculis visibiliter apparebunt, vt districte tunc à nobis exigant, hoc quod nos modo inuisibilis conditor æquanimiter portat. Euse. Cum etiam Dei filius sit vēturus in gloria, & cōfutaturus elatam tyrannidem filij peccati, ministrantibus angelis cœli, fores à seculo clausæ patebūt, vt spectentur excelsa. Chry. Vel virtutes cęlicæ mouebuntur, quamuis sibi conscię non sint; videntes.n. infinitas multitudines condemnari non intrepidè stabunt illic. Beda. Vnde & in Iob dicitur. Columnæ cęli contremiscunt, & pauent ad nutū eius. Quid ergo faciunt tabulæ quando tremunt columnæ? quid virgula deserti patitur, cum cedrus paradisi concutitur? Euseb. Vel virtutes cœlorum sunt quæ p̄sunt sensibilibus partibus vniuersi, quæ qdem tunc mouebūtur, vt potiorem statū attingant. Absoluentur.n. in seculo nouo à ministerio, quo Deo seruiunt circa sensibilia corpora secūdum corruptionis statum. Aug. ad Hesi. Sed nec dominus propinquante secundo aduentu suo ea p̄ magno prædixisse videatur, quæ huic mūdo etiam ante primū eius aduentum fieri cōsueuerant, & videamur ab eis q plura in historia gentium & maiora legerunt, hęc quæ dicta sunt, melius in ecclesia existimo intelligi. Ecclesia.n. est sol, & luna, et stellæ, cui dictum est. Pulchra vt luna, electa vt sol, quæ tunc non apparebit p̄secutorib. vltra modū sæuientib. Amb. Plurimis ēt à religione deficientib. clara fides obscurabitur nube p̄fidiæ, q a sol cęlestis in fide in ea minuitur vel augeī, & sicut menstruis.i. mēsiū defectib. luna vel terrę oppositū cū fuerit è regione solis vanescit, sic & sancta ecclesia cū lumini cęlesti vitia carnis obsistūt fulgorē diuini luminis de Xpi radijs nō potest mutuari. Nā in persecutionib. lucē diuini solis plerūq; amor vitæ huius excludit. Cadūt ēt stellæ. i. gloria micantes viri, si p̄secutionis acerbitas conualescat, q̄ oportet fieri donec ecclesiæ multitudo cumuletur, sic.n. probantur boni, sic produntur infirmi. Aug. ad Hesi. Quòd autem dictum est, in terris pressura gentium, gentes uoluit intelligi, non quæ in semine Abrahæ benedicentur, sed quæ ad sinistram stabunt. Ambr. Ergo varij animorū æstus ita graues erūt, vt delictorum multitudine male consciis futuri iudicij metu, sacri nobis ros fontis arescat. Quemadmodum autem domini expectatur aduentus, vt eius pręsentia in toto, fiat vel hominis orbe, vel mundi, q̄ sit in singulis cum omnibus affectibus receperis Christum, sic virtutes cœlorum in aduentu domini augmentum gratię cōsequentur, & plenitudine diuinitatis proprius se infundente mouebuntur. Sunt ēt virtutes cęlorum quæ enarrant gloriam Dei, quæ pleniore Christi infusione mouebuntur, vt videant Christum. Aug. ad Hesi. Vel virtutes cœlorum mouebūtur, q a impiis persequentibus quidam fideles fortissimi turbabuntur. Sequitur. Et tunc videbunt fi.h. Theo. Tam fideles quàm infideles, Radiabit.n. Amplius sole, tanquam ipse q̄ crux eius, vnde ab omnibus cognoscetur. Augu. Quòd āt dicit venientem in nube, duobus modis accipi potest siue in ecclesia sua tanquam in nube venientem, sicut nunc venire nō cessat, sed ideo tunc cum potestate magna, & maiestate, quia maior maiestas & potestas illius apparebit sāctis quibus magnā virtutē dabit, ne tāta p̄secutione vincantur, siue in corpore suo, in quo sedet ad dexteram patris. merito credendus est, nō solū in eodem corpore, uerumetiā in nube vēturus, qm̄ sic veniet

sicut

Sicut abijt, nubes aūt suscepit eum ab oculis eorum. Chry. Semper.n. Deus in nube apparet, secúdum illud; Nubes & caligo in circuitu eius. vñ & filius hominis in nubibus veniet, vt Deus & dñs, non latenter, sed in gloria digna Deo. Et ideo subdit, Cū potestate magna & maiestate. Cyril. Intelligendū est similiter magna. Primā.n. apparitioné prosecutus est cū infirmitate & humilitate nostra, sed secúdam celebrabit cum propria potestate; & magna maiestate. Greg. in ho. In potestate.n. & maiestate visuri sunt quē in humilitate positū audire noluerunt, vt virtuté eius tāto tūc districtius sentiant, quāto ceruicé cordis ad eius patientiam non inclinant.

His autē fieri incipientibus, respicite et leuate capita vestra; quoniā appropinquat redēptio vestra. Et dixit illis similitudine: Videte ficulneā & oēs arbores, cū producūt iā ex se fructū, scitis quoniā prope est ęstas: ita & vos cū videtis hęc fieri, scitote qa propè est regnum Dei. Amen dico vobis, quoniā non præteribit generatio hęc, donec omnia fiant. Cęlum & terra transibunt, verba autem mea non transient.

Greg. in ho. Quia pmissa cōtra reprobos dicta sunt, mox ad electorum cōsolationem verba vertūtur. Nā subditur; His aūt fieri incipiētibus; respicite & leuate capita vestra, quoniā appro. reden. vestra. Ac si dicat; Cū plagæ mundi crebrescūt, leuate capita, i. exhilarate corda, quia dū finitur mundus; cuius amici non estis, propè fit redemptio quā quęsistis. In scriptura.n. sacra sępe caput pro mente ponitur, quia sicut capite regūtur membra; ita cognitiones mente disponunt. Capita itaq; leuare, est mētes nostras ad gaudia patrię cœlestis erigere. Euse. Vel aliter; transactis corporalibus, aderunt intelligibilia cœlestia. s. regnū seculi nō amplius transituri, & tunc dignis salubria promissa tribuentur. vnde dicitur; His autē fieri incipientibus respi. &c. Acceptis.n. Dei promissis quę speramus; erigemur qui ante curui fueramus, & eleuabimus capita nostra humiliati quondā; eo ꝙ redēmptio nostra, quā sperabamus, aderit; illa s. quā tota creatura expectat. Theo. Idest perfecta libertas corporis & animę. Sicut.n. primus aduentus domini fuit ad reformationem animarū nostrarū, sic secūdus ad reformationé corporum celebrabitur. Euse. Dicit aūt hęc ad discipulos suos, non tanq̄ ad eos qui durare deberent in uita ista, vsq; ad terminum mūdi, sed quasi vno corpore existētes ipsis & nobis & posteris vsq; ad cōsumationem mundi creditu ris in Christum. Gre. in ho: Quòd āt calcari mundus atq; despici debeat, prouida cōparatione manifestat, cū subdit; Videte ficulneā & oēs arbores, cùm producunt iam ex se fructum, &c. Quasi dicat, sicut ex fructu arboris vicina ęstas agnoscitur, ita ex ruina mundi prope iam cognoscitur esse regnum Dei. Et ex hoc ostenditur, qa fructus mundi ruina est. Ad hoc.n. germinat, vt quæcunq; germine aluit, cladibus cōsumat. Bene āt regnum Dei æstati cópa ratur, quia tūc mœroris nostri nebulæ trāseunt, & vitæ dies æterni solis claritate fulgescunt; Ambr. Matthæus āt de sola dixit ficulnea, hic de arborib⁹ oibus. Duplicem autem habet figurā ficulnea, vel cū dura mitescunt, vel cū peccata luxuriāt. Siue ergo cū fructus oibus virescit arboribus, & ficulnea fœcūdā iā floret, i. cū ois lingua confitetur Deo, cōfitente ēt populo Iudęorū, sperare dūi debemus aduentū, quo tāq̄ā tēporibus ęstiuis resurrectionis fructus meteni. Siue cū leuē fragiléq; iactantiā tanq̄ folia synagogę homo iniquitatis induerit; cōijcere debemus appropinquare iudiciū; Nā remunerare fidē dñs, & delinquēdi finem afferre festinat. Aug. ad Hes. Cū aūt dicit; Cum videritis hęc fieri, quę intelligere poterimus, nisi ea quæ suprà memorata sunt? In his autē est quod ait; Et tunc videbunt filium hoīs venientem. Proinde cùm hoc visum fuerit, non iam erit regnū Dei, sed propè erit. An dicendum est, nō omnia quæ suprà cōmemorata sūt esse intelligēda, vbi ait; Cūm videritis hęc fieri, sed aliqua eorū, hoc scilicet excepto quod dictum est, Et tunc uidebunt filium hominis? Sed Matthæus aperuit nullis exceptis esse accipiēdum, dicens; Ita & vos cùm videritis hæc omnia. Inter quæest; quòd videbitur filium hominis veniens, vt intelligatur de aduentu quo nunc venit in membris suis tanquam in nubibus, vel in ecclesia

tanquam

Caput mens dicitur.

Cōparatio moralis.

tanquam in nube magna. Titus. Vel aliter dicit: Propè est regnum Dei, quia dũ hęc fient, nondum vltimus finis rerũ eueniet, sed iã in finem tendunt; nam & ipse aduentus domini eliminãs omniũ principatum & potestatẽ, præparat regno Dei. Euse. Sicut enim in hac vita sol, hyeme recedẽte ac succedẽte veres, radium calidũ mittens fouet ac viuificat humi cõdita semina exuentia priscam figurã, pullulãt ãt noua variũ virorẽ habentia, sic & gloriosus vnigeniti Dei aduẽtus viuificatiuis radijs illustrans nouũ seculũ, dudum cõdita per totum mundum semina, s. dormientes in puluere terræ potioribus corporibus quã prius ꝑducet in lucẽ, ac cõfutata morte regnabit, deinceps vita seculi noui. Gre. in ho. Omnia autem prædicta sub magna certitudine cõfirmantur, cùm subditur; Amen dico vobis, quia &c. Beda. Multum cõmendat, quod ita pręnunciat. Et si dicere fas est, iuratio eius est qđ dicit, Amen dico vobis, Amen quippe interpretatur verum. Igitur veritas dicit, Verum dico vobis, quod si non diceret, mentiri omnino nõ posset. Generationem ãt, aut omne genus humanum dicit, aut specialiter Iudęorũ. Euse. Vel generationem dicit nouã generationem ecclesiæ sanctę suæ, ostẽdens duraturũ populũ fideliũ vsque ad id tẽpus quo visurus sit oĩa, & euẽtus verborũ Saluatoris oculis apprehẽdet. The. Quia n turbationes & bella & alterationes tã elementorũ quã cęterarũ rerũ futurũ esse ꝓdixerat, ne qs suspicaretur ꝙ & ipsa Christianitas peritura foret, subiũgit. Cęlũ & terra trãsibũt, uerba ãt mea nõ trãsient. q. d. Et si cũcta cõmoueantur, fides tamen mea non deficiet. Ex quo innuit ecclesiam præferre toti creaturę, sed creatura patietur alterationem, fidelium verò ecclesia & sermones euangelij permanebunt. Greg. in ho. Vel aliter; Cęlum & terra transibũt &c. q. d. Omne qđ apud nos durabile est sine mutatione durabile ad ęternitatẽ non est, & omne quod apud me transire cernitur, fixum & sine transitu tenetur, quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit sermo meus q̃ trãsit. Beda. Cęlum autem quod transibit, non æthereum, siue sydereum, siue aereũ à quo aues cœli nominantur, intelligere debemus. Si aũt terra transibit, qũo ecclesiastes dicit. Terra in æternum stat? sed aperta ratione cęlum & terra per eam quã nunc habent imaginem transeunt, attamẽ per essentiam sine fine subsistunt.

Attẽdite ãs vobis ne fortè grauẽt corda vestra in crapula et ebrietate, et curis hui⁹ vitæ, & superueniat in vos repẽtina dies illa. Tãquã laqueus eñ superueniet in omnes qui sedent super faciẽ omnis terræ. Vigilate itaque, omni tẽpore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.

The. Posuit suprà dñs terribilia & sensibilia malorum indicia quæ occupabunt peccatores, sed contra hæc mala remediũ est cautela & oratio. vnde dicitur. Attẽdite autem uobis &c. Basi. Singulum aĩaliũ à conditore omnium Deo habet intrinsecus causas facientes ad tutelã consistentię proprię, ꝓp quod & Christus nobis dedit hãc monitionẽ, ut q̃ illis à natura, hæc nobis auxilio rationis & cautela contingãt. Fugientibus quidem peccatum, vt irrationabilia fugiunt mortifera pabula. inquirẽtibus verò iustitiam, sicut illa herbas nutritiuas requirunt. & ideo dicit; Attendite vobis, vt scilicet discernere possitis à salubri nociuũ. Sed qm̃ dupliciter contingit attẽdere; hinc quidẽ corporis oculis, illinc verò p intellectiuã virtutẽ; oculus corporis virtutẽ nõ attingit. Restat igĩ dictũ esse de opere intellectus. Attendite, hoc est vndiq; circũspicite vos, peruigil habentes ad vestrã custodiã aĩæ lumen. Neq; ãt dixit; Attẽdite vestris, aut ejs quæ circa vos sũt, sed vobis; vos. n. estis intellect⁹ & aĩa, vestrum autẽ corpus est sensus. Circa vos autem opes, artes, & reliqua vitę suppellex, quibus nõ monet attendendũ, sed aĩę cuius pręcipua cura habenda. Eadẽ verò admonitio ægrotantes sanat, & sanas perficit; seruatores pręsentiũ, prouisiores futurorum, nõ alienorũ censores, sed suorũ scrutatores, non dimittentes intellectum seruum fieri passionũ, sed irrationale aĩæ subijcientes rationali. Cur autem sit attẽdendum, subiungit dicẽs; Ne fortè grauẽtur &c. Titus. q d. Cauete ne lumina mẽtis vestræ grauentur. Cura nanque præsentis vitę & crapula & ebrietas fugãt

Naturæ prouidẽtia notatur.

pru-

Ebrietatis detestatio. prudentiã, quassant fidem, operantur naufragia. Basi. Est aũt ebrietas nimius vsus vini, crapula verò anxietas & nausea, quę ẽ in ebrietate, à motione capitis gręco vocabula dicta. Sicut igitur cibis ne esuriamus, sic & potibus ne sitim patiamur vtẽdũ est, vitando diligentius lapsum. Fallax n. est vini ingestio, anima aũt vino libera prudẽtissima erit & optima, sed humecta vini vaporibus quasi quadã nube velatur. Curiositas aũt huius vitæ quãuis nihil inhibitorũ continere videaĩ, si tamẽ ad cultum diuinum non coadiuuet, vitanda est. & quare hoc dixerit ostendit, subdens: Et superue. in uos repen. di. illa. Theo. Nõ. n. deliberatione veniet dies illa, sed ex improuiso & furtim capiens tanquã laqueus non cauentes. vnde sequitur; Tanquam laqueus. n &c. Quod diligentius discuti potest. Capiet. n. dies illa sedentes in superficie terrę quasi impremeditatos & inertes. Quotquot verò sunt solertes & agiles ad bonum, non sedentes & ociantes in terrenis, sed surgentes ab eis sibi dicentes: Surge, vade, qm̃ non est hic tibi requies, talibus non est illa dies, vt laqueus, in discrimẽ, sed vt dies festiuus. Euse. Prædicta igitur docuit esse attendenda ad cauendam grauedinẽ inde prouenientẽ. unde sequiẽ: Vigilate itaq; omni, &c. Theo. Scilicet famẽ, pestem, & cætera hmõi quæ tpaliter electis & alijs imminent, & ea quæ postmodũ accidunt eis perẽniter. Illa. n. aliter capere non possumus, nisi per vigilias & orationes. Aug. de con. euan. Hæc intelligitur illa fuga quã Matthæus commemorat, quæ nõ debet fieri in hyeme vel sabbato. Ad hyemẽ pertinent curæ huius vitæ, quæ tristes sunt velut hyems. Ad sabbatum verò crapula & ebrietas, q̃ carnali lętitia luxuriaq; cor submergit atq; obruit quod malũ sabbati nomine significaẽ, qa illo die Iudæi delicijs affluunt, dũ spiritalẽ sabbatum ignorant. The. Et quia Christianum decet nõ solum fugere mala, sed ẽt niti ad gloriam exequendã, subdit: Et stare ante filiũ hominis. Hæc est. n. angelica gloria stare ante filium hominis Deum nostrum, & faciem eius iugiter cernere. Bed. Et certè si quis sapiens medicus præciperet attendere à succo alicuius herbæ, ne repentinus interitus superueniat, magno studio medici mandata seruaremus. Nunc autem Saluatore admonẽte ebrietatem & crapulam, & curas seculi esse cauẽdas, his sauciari & consumi non timent, quia fidem quam medici dictis præbent, domini verbis præbere contemnunt. Exemplum naturale.

Erat ãt diebus docens in tẽplo, noctibus verò exiẽs morabatur ĩ mõte, qui uocatur Oliueti. Et oĩs populus mane ibat ad eũ in tẽplo audire eũ.

Beda. Quæ uerbis præceperat dñs suis, confirmat exemplis, nam qui nos ante iudicis aduentum, & incertum singulorum exitũ ad vigilandum hortatus est & orandum, & ipse imminente tpe passionis suę doctrinæ, vigilijs, & precibus instat. vnde dr̃: Erat autem die. do. in templo. In quo suo exemplo insinuat hoc esse digne Deo uigilare, uel dicto, uel facto proximis uiã veritatis ostendere. Cyr. Quæ autem erãt quæ docebat nisi transcendentia cultum legis? Instabat. n. tempus quo debebat vmbra in veritatem transformari. Theo. Tacuerunt ãt euangelistæ pleraq; documentorum Christi, qui cum per triennium ferè prędicauerit, documenta eius q̃ cõscripserunt, dicet aliquis vix ad vnius diei sermonem sufficere. Ex pluribus ergo pauca describentes dederunt nobis quendam gustum dulcedinis doctrinę ipsius. Ostendit autem nobis dñs ꝙ oporteat noctu & quiete alloqui Deum, & in die prodesse hominibus, & colligere quidem in nocte, distribuere uerò collecta in die. unde subdiẽ: Noctibus verò exiens &c. Nõ quasi opus habens oratione, sed ad exemplum dãdũ hoc egit. Cyr. Quia verò eloquium eius ĩ potestate erat, & potestatiuè transferebat in spiritalem cultum, quę per Moysen & prophetas tradita fuerãt in figuris, populus eum auidius audiebat. vnde sequitur: Et omnis populus manicabat. i. mane venire accelerabat ad eũ in templo audire eum. Populo aũt ante lucanum uenienti ad eum, congruũ erat dicere: Deus Deus meus, ad te de luce uigilo. Bed. Mysticè ãt & nos cùm inter prospera sobriè & piè & iustè cõuersamur, diebus in templo docemus, quia formam boni operis fidelibus prębentes, noctibus verò in monte Oliueti moramur, quia in tenebris angustias ã Trienniũ Christi. Tropologica expositio.

spiri-

spiritaliter consolatione respiramus, & ad hos quoque populus manicat, cùm vel discessis operibus tenebrarum, vel cunctis nebulis pressurarum nos imitatur.

CAPVT XXII.

Appropinquabat aũt dies festus azymorũ, qui dicitur pascha & quærebant principes sacerdotum, & scribæ quomodo Iesum interficerent, timebãt verò plebem.

Notula pulchra

Chry. Vmbra nostrorum fuerunt festa Iudaica, & iõ si quæsieris à Iudæo de pascha & azymis, nil magni pferret, cõmemorans liberationem ab Aegypto. Si qs ãt à me quæsierit, non audiet Aegyptum nec Pharaonẽ, sed absolutionem erroris & tenebrarum diaboli, non per Moysen, sed per filium Dei. Gl. Ad cuius passionẽ enarrandam accedens euangelista pręmittit de figura, dicens: Appropinquabat aũt dies fest⁹ azymorum qui dr̃ pascha. Bed.

Pascha ratio

Pascha quidem hebraicè dicit phasæ: non à passione, sed à trãsitu nominatur, eo ꝙ exterminator videns sanguinem in forib. Israelitarum pertransierit, nec percusserit primogenita eorum. Vel ipse dñs prębens auxilium populo suo desuper ambulauit. Hoc autem inter pascha & azyma distat ꝙ pascha ipse solus dies appellatur, ĩ quo agnus occidebatur ad vesperã, hoc est 14 luna primi mensis 15. autem luna quando egressus est de Aegypto succedebat festiuitas azymorum 7. diebus vsq; ad 21 diem eiusdem mensis, vnde euangelij scriptura indifferenter vnum pro alio ponere solet. vnde hic dicitur dies azymorum qui dicitur pascha. Significatur autem per mysterium ꝙ Christus semel pro nobis pass⁹ per totum tẽpus huius seculi, quod 7 diebus agitur, in azymis sinceritatis & veritatis præcepit esse uiuendum. Chry. Principes autem sacerdotum nefarias res tractant in festo. vnde sequitur: Et quærebãt principes sacerdotum &c. Moyses quidẽ vnum præcepit esse principem sacerdotũ & illo defuncto creari alium. Tunc uerò cùm inciperet Iudaici ritus dissolui, multi erant principes sacerdotum annuatim creati. Hi ergo uolentes Iesum occidere nõ metuũt diuina, ne.s. ex tpe sacro mai⁹ incurrant peccati contagium, sed vbiq; timent humana: vnde sequit. Timebãt verò plebem. Bed. Non quidem seditionem metuentes; sed cauentes ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. Hæc autem ante biduum paschæ congregatis eis in atrio Caiphæ Matthæus acta attestatur.

Intrauit autem satanas in Iudæam q cognominabatur Scarioth, vnum de duodecim, & abijt: & loquutus est cum principibus sacerdotũ, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et quærebat opportunitatem, vt traderet illum sine turbis.

Theo. Quia dictum est ꝙ principes sacerdotum quærebant modũ, quo interficientes Iesum nullum incurrent periculũ, consequenter modus qui eis occurrit narratur, cum dr. Intrauit autem Satanas in Iudam. Titus. In Iudã satanas intrauit, nõ impellens sed patulum inueniens ostium nam oblitus oĩum quæ uiderat, ad solam auaritiam dirigebat intuitum. Chr. Ponit ãt eius cognomen, subdens. Qui cognominabatur Scarioth. Erat.n. alius Iudas. Tit. Subdit aũt. Vnus de duodecim. Nã numerum adimplebat; nõ aũt verè fungebatur apostolica dignitate. Chry. Vel hoc addit euangelista velut ablonum quidẽ, ac si diceret: erat de primo choro diligẽtius electo uni. Bed. Non est ãt huic contrariũ qđ Ioãnes dicit. Post bucellã intrasse in eũ satanam, quia nũc intrauit, vt quasi alienũ tentaret, tunc ãt quasi proprium ad quæcũq; uellet agenda attraheret. Chry. Attende aũt magnã Iudæ nequitiam, tum quia p se proficiscitur, tũ quia pro precio hoc facit. Sequitur.n. Et abijt, & locutus est cũ principibus sacerdotũ & magistratibus queadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt. The. Magistratus hic appellantur prępositi constructionem templi; vel ẽt illi, quos Romani populo pręfecerant, ne prouerent in tumultus, erant.n. seditiosi. Chry. Propter auaritiam autem Iudas factus est talis. Sequitur enim. Et pacti sunt pe. illi dare. Tales.n. auaritia generat passiones; reddit impios & Deũ ignorare compellit. & si millies benefactum

Auaritia Iudę

sit

ſit eis, ad nocendum impellit. vnde & hic ſequitur: Et ſpopondit. Theo. Ideſt pepigit & promiſit. Et quærebat oppor. vt eũ tra. ſi. tur. ideſt quęrebat eum tradere, qñ videret eum ſeorſum exiſtentem ſine turbis. Bed. Multi autem Iudę ſcelus exhorrent, nec tñ cauent. qui. n. charitatis & veritatis iura ſpernit, Chriſtum qui eſt veritas & charitas prodit: maximè cum nõ infirmitate vel ignorantia peccet, ſed ad ſimilitudinem Iudę quęrat opportunitatem, vt arbitris abſentibus, veritate mendacio virtutem crimine immutet.

Venit aũt dies azymorũ, in qua neceſſe erat occidi paſcha. Et miſit Petrũ & Ioannẽ, dicẽs: Euntes parate nobis paſcha, vt mãducem⁹. At illi dixerũt; Vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo quidã amphorã aquæ portãs; ſequamini eũ in domũ in quã intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magiſter, Vbi eſt diuerſoriũ, vbi paſcha cũ diſcipulis meis mãducem? Et ipſe oſtendet vobis cænaculum magnũ ſtratum, & ibi parate. Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis, & parauerunt paſcha.

Titus. Vt nobis dñs cęleſte paſcha dimitteret, typicũ mãducauit: figurã remouens, ut ueritas locũ obtineret. vñ dicit; Venit aũt dies azymorũ &c. Beda. Dies azymorũ paſchę quartamdecimã primi mẽſis appellat, qñ fermẽto abiecto paſcha .i. agnus occidi ad veſperã cõſueuerat. Euſe. Si q̃s ãt dicat; Si prima die azymorũ diſcipuli Saluatori parãt paſcha, ergo & eadẽ die oportet nos paſcha celebrare: Dicemus hoc nõ fuiſſe monitionẽ, ſed hiſtoriã facti, qđ accidit tẽpore ſalutiferæ paſſionis. Aliud ãt eſt narrare geſta vetera, & aliud ſancire, ac poſteris ſtatuta relinquere. Quin ẽt Saluator nõ egit paſcha cum Iudęis qñ agnũ immolabãt; nã illi quidẽ hoc egerunt in paraſceue, quãdo paſſus eſt dominus, vnde non introierunt in atrium Pilati, ut manducarent paſcha ex quo. n. ueritati inſidiati ſunt, verbum veritatis à ſe expulerunt; nõ primo die azymorũ quo die debebat immolari paſcha manducantes ſolitum ſibi paſcha, erant. n. erga aliud attenti, ſed die ſequenti poſt illã quæ erat azymorum ſecũda Dominus verò prima die azymorũ, hoc eſt quinta feria ſabbati paſcha cum diſcipulis peregit. Theo. Eadem autẽ quinta feria mittit duos ex diſcipulis ſuis ad parandum paſcha, Petrũ .ſ. & Ioannem, alterum. ſ. vt diligẽtem, alterum ut dilectum. vnde ſequitur; Et miſit Pe. &c. Per omnia manifeſtans q; vſq; ad extremum vitę nõ eſt aduerſatus legi. Mittit autem eos ad alienam domum Nã nulla domus erat ei, neque diſcipulis ſuis, alioquin apud aliquem eorum paſcha celebraſſet. & ideo ſubdit: At illi dixerunt, Vbi vis paremus? Bed. q. d. Non habemus domicilium, nõ habemus tabernaculum. Audiant quibus ædificandarum domorũ cura eſt cognoſcãt Chriſtum omnium dominum locũ vbi caput reclinaret non habuiſſe. Chryſo. Cùm autem ignorarent ad quem mitterentur, ſignum dedit eis, ſicut & Samuel Sauli. vnde ſubdit: Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem, occurret vobis homo amphorã aquæ portans, ſequimini eum in domum in quam intrat. Ambroſius. Primum maieſtatem diuinitatis aduerte, cum diſcipulis loquitur, & iam nouit quid alibi ſit futurum; deinde dignationem eius intuere, q̃a nõ perſona diuitis, aut potentis eligitur, ſed pauper ambit, & anguſtũ hoſpitiũ pauperis, amplis nobiliũ ędibus anteferẽt. Sciebat ãt dñs nomẽ eius; cuius ſciebat myſteriũ & occurſum; ſed ideo ſine nomine deſignat, vt ignobilis ęſtimetur. Theo. Vel ideo mittit eos ad hominẽ ignotũ, vt oſtẽdat q; paſſionẽ volũtariè ſubijt. Qui. n. mentẽ huius ignoti viri ſubegit, vt eos ſuſciperet, poterat quodcũq; voluiſſet cũ Iudęis tractare. dicũt ãt quidã, q; ideo non dixit nomen hominis, ne proditor cognitio nomine domũ panderet phariſęis, qui venientes cepiſſent eum priuſquã cœna fieret, & ſpiritualia myſteria diſcipulis traderet, ſed quibuſdam indicijs, in quandam domũ dirigit eos. vnde ſequitur: Et dicetis patrif. domus, dicit tibi &c. Et ipſe oſtendit vobis cœn. &c. Glo. Quibus ſignis inuentis diſcipuli ſolicitè quæ mandata eis fuerant impleuerunt. vnde ſequitur. Eũtes au. inue. ſicut prædi il. Ie. & pa. paſc. Beda. Hoc paſcha exponens Apoſtolus ait: Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: quod quidem paſcha tũc neceſſe

erat

Margin notes: Dubiũ reſoluitur. — Signo duplicis naturæ in Chriſto: — pulchrũ myſterium.

erat occidi, quasi paterno cõsilio ac diffinitione sancitũ, qui licet die sequẽti, hoc est 15. luna sit crucifixus, hac tñ nocte qua agnus immolabatur à Iudæis tẽtus ac ligatus immolationis, hoc est passionis suę sacrauit exordium. The. Intelligamus autem diẽ quidem azymorum totã cõuersationem quæ est in luce spirituali nullam redolẽtem vetustatem primæ præuaricationis Adæ, in qua viuẽtes nõ decet delectari in Christi mysterijs. hæc aũt mysteria Petrus & Ioãnes parant. i. actio & cõtemplatio, feruor zeli & mãsuetudo pacifica. His autẽ paratoribus occurrit homo, quia per prædicta reperimus statum hominis, qui creatus est ad imaginem Dei, qui portat amphorã, aquæ, quæ significat gratiam Spiritus sancti. Amphora autem est humilitas cordis, humilibus.n. dat gratiã, qui se cognoscũt esse terrã, & puluerẽ. Ambro. Vel amphora est mensura perfectior, aqua aũt est quæ sacramẽtum Christi esse meruit, quæ lauare meruit non lauari. Bed. Parãt aũt pascha vbi aquæ infertur amphora, quia tempus adest quo veri paschæ cultoribus typicus de limine auferatur cruor, & ad tollenda crimina viuifici fontis baptisma cõsecratur. Ori. sup. Mat. Ego ãt puto ꝙ homo qui ingredientibus Discipulis in ciuitatẽ occurrit amphoram aquæ portãs, erat quidã minister patrisfamilias, portãs mundatoriã aut potabilem aquã in vase fictili, quẽ puto esse Moysen spiritualẽ doctrinã portantẽ in corporalibus historijs. Qui ãt nõ cõsequuntur spiritualiter eũ, nõ celebrãt pascha cũ Iesu. Attẽdamus ergo ipso dño cõstituto nobiscũ ad superiorem locum, in quo est diuersoriũ, quod monstratur ab intellectu qui est in vnoquoq; homine paterfamilias, discipulis Christi. Hæc aũt domus superior sit nobis magna, vt capiat Iesum, verbũ Dei, quod nõ capitur nisi à magnis sensu. Et sit domus hæc à patrefamilias. i. intellectu præparata filio Dei, & sit mundata, nullo modo habens malitiæ sordes. Sit etiã domus illius princeps non qualibuscũq; cognitum habẽs nomẽ. Vnde mystice dicit secundum Matthæum, Ite ad quendam. Ambr. In superioribus aũt magnũ habet stratum, vt magnum meritum eius aduertas, in quo dominus cum discipulis sublimium virtutum eius delectatione requiesceret. Orig. super Matth. Sic autem debemus, quoniã qui in epulationibus & sollicitudinibus secularibus sunt, non ascendunt in domum illam superiorem, & propterea non celebrant cũ Iesu pascha. Post sermonẽ enim discipulorum, quibus catechizauerunt patremfamilias idest intellectum, venit & diuinitas coepulans discipulis in domo prædicta.

Allegoria pulcherrima.

Et cũ facta esset hora, discubuit et duodecim Apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hic pascha mãducare vobiscũ anteꝗ patiar: Dico.n. vobis, quia ex hoc nõ manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos. Dico.n. vobis, quòd non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.

Cyr. Postquã discipuli pascha parauerant, agitur de paschæ cõmestione. vnde dicitur: Et cùm facta esset hora &c. Beda. Hora manducãdi paschæ designat 14. diẽ primi mensis perductã ad vesperã 15. luna iam terris apparente. Theo. Sed qualiter dñs discumbere dr̃, cum Iudæi stantes pascha manducarent? Dicunt ergo ꝙ cũ mãducassent legale pascha accubuerũt secundũ communẽ vsum mãducantes quosdã alios cibos. Sequit̃: Et ait il. Desiderio desideraui hoc pascha mãducare &c. Cy. Quod ideo dicit, qa discipulus auarus ꝓditionis tẽpus explorabat, sed ne traderet eũ ante festũ paschæ, nõ explicauerat dñs domũ, vel virũ penes quẽ pascha perageret. cuius causam per hæc verba ostendit. The. Vel dicit, Desiderio desideraui q.d. Hæc vltima mihi cœna vobiscum est, ꝑꝑ qđ & amabilis est mihi; sicut & qui peregre ꝓfecturi sunt vltima verba suis dulcius ꝓferunt. Chry. Vel hoc dicit, qa post illud pascha crux imminebat. Inuenim⁹ ãt pluries eũ prædicantẽ suã passionem, et eã cupientẽ euenire. Bed. Desiderat ergo primo typicum pascha cũ discipulis manducare, & sic passionis suæ mundo mysteria declarare. Eusebius. Vel aliter: Cum dominus nouum pascha celebraret, opportunè dixit: Desiderio desideraui hoc pascha, idest nouum mysterium noui testamenti quod tradebat discipulis, quod

plures

plures ante eum prophetæ & iusti cupiuerant. Sed & ipse sitiës cõem salutem, hoc tradebat mysteriũ quod toti mundo competeret. Pascha verò Moysi statutũ erat in vno loco. s. in Hierusalem celebrari, vnde nõ cõgruebat oĩbus gentibus, & ideo non erat desideratum. Euseb. Ex hoc Hebionitarum dementia de carnis esu redargui poterat, dño manducante pascha Iudæorum: vnde signãter dixit: Hoc pascha, ne quis ad aliud inuertere posset. Bed. Sic ergo dñs legalis paschæ approbator extitit, & hoc ad suæ dispensationis figuram docẽdo pertinuisse vetat vltra carnaliter exhiberi: vnde subdit. Dico. n. uobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleà. in reg. Dei. i. nequaquã vltra Mosaycum pascha celebrabo, donec in ecclesia spiritualiter intellectum compleatur, ipsa. n. est reg. Dei, secundum illud. Regnũ Dei intra vos est. Ad vetꝰ aũt illud pascha cui finem desiderabat imponere, pertinet ẽt illud quod subditur. Et accepto calice gratias egit & dixit. Accipite &c. Ob hoc gratias egit, quia vetera transitura, & vẽtura fuerant omnia noua. Chry. Memento ergo cum ad mensam sederis, ꝙ post mensam oportet te orare, atq; ideo uentrem impleas sobriè ne grauatus nequeas genu flectere, ac supplicare Deo. Non igitur post escas ad lectũ, sed orationem vertamur. Euidenter. n. hoc Christus significauit, ꝙ post escas non somnus, non cubile, sed oratio & sacratum lectio scripturarum succedere debeat. Sequitur: Dico. n. uo. quòd non bibam &c. Beda. Põt quidẽ hoc & simpliciter accipi, quòd ab hac hora cœnæ vsq; ad tẽpus resurrectionis, quo in regno Dei erat venturus, vinum bibiturus non esset, postea namq; cibum potumque sumpsisse eum testatur Petrus, dicẽs; Qui manducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis. The. Dicitur ãt resurrectio regnum Dei, quia mortẽ exterminauit. vnde & Dauid ait; Dñs regnauit decorem indutus est. s. formosi amictus; secundũ Esaiam, exutæ corporis corruptela. Resurrectione aũt adueniẽte iterũ cũ discipulis bibit, vt ꝓbaret quòd resurrectio non erat phantastica. Bed. Sed multo consequentius est, vt sicut supra typicum agni esum, sic & potum paschę neget se gustaturum, donec ostensa gloria regni Dei fides mundi adueniat, vt per duo maxima legis edicta, escam. s. & potũ paschale spiritualiter immutata, disceres omnia legis sacramenta ad spiritualẽ obseruantiam fuisse trans ferenda.

Hebionitarum redargutio.

Moralis doctrina.

Et accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis, dicens; Hoc est corpus meum, quod pro vo is tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens; Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.*

*datur.

Bed. Finitis paschæ ueteris solemnijs, transijt ad nouum quod in suę redemptionis memoriam ecclesiam frequẽtare desiderat, pro carne agni & sanguine suæ carnis sanguinisq; sacramentũ in panis ac vini figura substituẽs, sacerdos in æternũ factus scd̃m ordinem Melchisedech. Vnde dicit: Et accepto pane gra. egit. sicut, & de veteribus terminandis gratias egerat, nobis exemplum tribuens in oĩ boni operis inchoatione & perfectione Deũ esse glorificandũ. Sequit: Et fregit. Frãgit ipse panẽ quem porrigit, vt oñdat corporis sui fractionẽ, nõ sine sua sponte futurã. Et dedit ei, dicẽs: Hoc est corpꝰ meũ, qđ pro vobis tradet. Greg. Nis. Panis. n. ante cõsecrationem cõis panis est, sed vbi consecrat, mysterio fit, & dicitur corpus Christi. Cyrill. Nec dubites an hoc verum sit eo manifestè dicẽte, Hoc est corpus meũ, sed potius suscipe verba Saluatoris in fide. Cũ. n. sit veritas, non mentitur. Insaniunt igitur dicẽtes mysticam benedictionem à sanctificatione cessare, si quæ reliquiæ remanserint eius in diẽ subsequentem. Non. n. mutabitur sacrosanctum corpus Christi, sed virtus benedictionis & viuificatiua gratia iugis in eo ẽ. Virtus. n. viuificatiua Dei patris vnigenitũ verbũ est, quod caro factũ est, nõ desinens esse verbum, sed efficiens carnẽ viuificatiuã. Si. n. in aliquo liquore modicum panis immiseris, reperies hunc imbibitum qualitate illius. Igitur viuificatiuum Dei verbum vniens seipsum ꝓpriẹ carni, fecit eam uiuificatiuam. Nunquid ergo & qm̃ in nobis vita Dei est, Dei uerbo existẽte in nobis uiuificatiuum erit nostrũ corpus? Sed aliud est scd̃m participationis

Mysterium panis.

tionis

tionis habitudinem nos habere in nobis Dei filiũ, aliud ipsum fuisse factũ carnem i. corpus sumptũ ex alma virgine, propriũ corpus effecisse. Decebat ergo cũ nostris quodãmodo vniri corporibus per sacram eius carnẽ, & præciosum sanguinem, q̃ ac cipimus in benedictione, viuificatiuã in pane & vino. Ne.n. horreremus carnem & sanguinẽ apposita sacris altaribus condescendẽs Deus nostris fragilitatibus influit oblatis vim vitæ. Cõuertens ea in veritatẽ propriæ carnis, vt corp⁹ vitę, quasi quoddam semẽ viuificatiuũ inueniatur ĩ nobis vnde subdit; hoc facite in meam commemorationẽ. Chr. super Io. Hoc fecit Christus ducẽs nos ad maius amicitiæ fœdus, suamq; charitatem declarans erga nos p̃stãs se non solũ videri desiderantibus, sed & palpare & comedere & amplecti & totũ affectũ explere. Igitur vt leones flammã spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti diabolo. Basil. Disce ãt quo pacto decet edere corpus Christi, ĩ memoriam. s. obedientiæ Christi vsq; ad mortẽ, vt qui uiuunt non amplius in se viuãt, sed in eo qui pro eis mortuus est & resurrexit. The. Duos ãt calices Lucas commemorat de altero quidẽ supra dixit, Accipite & diuidite inter vos, quem dicet aliquis esse typũ ueteris testamenti: alterũ verò post panis fractionẽ, & distributionẽ ipse partitur discipulis. vnde subditur: Similiter & calicem postquam cęnauit. Be. Subaudi̅, dedit eis, ut sit plena constructio. Aug. de con. euan. Vel q̄d Lucas bis de calice cõmemorauit, prius antequã panem dare, inde postquam panẽ dedit; illud quod superius dixit, præoccupauit, ut solet; illud uerò q̄d ordine suo posuit, non commemorauerat superius. Vtrunq; ãt coniunctum eandem sententiam facit, quæ illorum est s. Matthæi & Marci. Theo. Nominat aũt dn̄s hunc calicem noui testamenti. un̄ sequitur, dicẽs; Hic est calix nouum testm̄ ĩ sanguine meo, qui pro vobis fundetur, significans nouum testm̄ in suo sanguine exordium sumere. nam in veteri testamento sanguis animalium affuit, cũ data fuit lex; nunc verò sanguis uerbi Dei, significat nobis nouum testm̄. Cùm autẽ dicit, Pro uobis; non significat pro solis apostolis corpus Christi datum & sanguinẽ effusum fuisse, sed cã totius humanæ naturę. Et uetus quidem pascha ad remouẽdam seruitutem Aegypti fiebat, sanguis autẽ agni ad primogenitorum custodiam; nouum uerò pascha ad peccatorũ remissionem, sanguis autem Christi ad conseruationẽ eorum qui dedicati sunt Deo. Chr. Hic.n sanguis operatur in nobis imaginẽ regiam, nobilitatẽ aïæ non permittit marcescere, protinus irrigans animã magnamque inspirans uirtutẽ. Hic sanguis fugat dæmones, aduocat angelos & dn̄m angelorũ. Hic sanguis effusus lauit orbẽ, & adibile fecit cœlũ. Huius participes sanguinis sunt supernis uirtutibus amicti regio pallio, magis ãt ipso rege induti. Et sicut si mundus accesseris, salubriter accessisti; sic si imbutus cõscientia praua, dãnose accedis in pęnam & supplicia. Nam si q̃ imperatoriam coninquinant purpuram, pari pœna plectuntur cum eis qui diuellũt; absurdũ non est, si & qui obscęna mẽte corpus Christi recipiunt, pari pęna plectũtur cũ his qui illud clauis transfoderunt. Be. Quia uerò panis confirmat. uinũ uerò sãguinem operatur in carne; hoc ad corpus Christi, illud refertur ad sanguinem. Verũ quia & nos in Christo, & in nobis Christũ manere oportet, uinum dominici calicis aqua miscetur: teste.n. Ioãne, Aquæ multę populi. The. Primo aũt datur panis, secundario calix; prior.n. est in spiritalibus laboriosus actus uelut panis, nõ solũ quia in uultus sudore laboratur, sed ẽt quia dũ comeditur, non est facilis ad glutiendum. Deinde post labores sequitur exultatio diuinæ gratiæ, quæ est calix. Bed. Ideo autẽ tunc cęnati cõmunicarunt apostoli, quia necesse erat pascha typicum ante consumari, & sic ad ueri paschæ sacramenta trãsiri. nunc aũt in honorem tanti sacramenti placuit magistris ecclesiæ prius nos spiritalibus epulis refici; ac deinde terrenis. Græcus. Totum autem corpus, & sanguinem domini suscipit, etiam si mysteriorum partem accipiat. Sicut.n. unum sigillum diuersis totam suam figuram impatitur, & integrum manet post distributionem; & sicut una uox penetrat ad multorũ auditus, sic nulli dubium sit corpus & san-

Consensus euangelicus.

Virtus sãguinis Christi preciosi

sanguinem domini totum in omnibus reperiri. Fractio autem panis venerãdi, passionem significat.

Veruntamẽ ecce manus tradẽtis me, mecum est in mẽsa. Et quidem filius hominis secundum quod diffinitum est, vadit. Veruntamẽ ve homini illi per quẽ tradetur. Et ipsi cœperunt q̃rere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset.

Aug. de con euan. Cum tradidisset dominus discipulis calicem, rursus de traditore suo locutus est, dicens: Veruntamen ecce manus tra. me &c. The. Quod dixit non solum, vt ostẽdat se scire futura, sed & vt ostendat nobis propriam bonitatem secundũ quam non prætermisit, quin prosequeretur ea q̃ spectabãt ad Deum. Dat n.n. nobis exemplum, vt vsq; ad finem satagamus lucrari peccatores, & vt ostendat proditoris nequitiã qui, & conuiua fieri non erubuit. Chr. Et particeps existẽs mysteriorum conuersus non est. fit.n. scelus eius vtiq; immanius: tum quia tali proposito imbutus adijt mysteria, tũ quia adiẽs melior factus non fuit, nec metu, nec beneficio, nec honore. Be. Et tñ nõ designat spãliter, ne manifestius correptus impudẽtior fieret. Mittit aũt crimen in numero, vt agat conscius pœnitentiam. Prædicit aũt & pœnam, vt quem pudor nõ vicerat corrigant denunciata supplicia. vnde sequitur, Et quidẽ filius hominis &c. The. Non quasi non valens tueri seipsum, sed sicut definiens sibi mortem ꝑꝑ humanã salutem. Chr. Sed quia Iudas ea quæ sunt scripta praua intentione agebat, ne quis putet eum innoxium tanquam dispẽsationis ministrum, subdit: Veruntamẽ vę homini illi per quẽ tradetur. Bed. Sed & væ hõi illi qui ad mensam dñi indignus accedens in exemplum Iudæ filium hõis tradit, non quidem Iudæis, sed peccatoribus mẽbris suis. Et quãuis scirent 11. Apostoli, ꝙ nihil contra dñm cogitarent, quia tñ plus credunt magistro quàm sibi, timẽtes fragilitatem suam, quærũt de peccato cuius conscientiam non habebant. Sequitur n. Et ipsi cęperunt quærere &c. Basi. Sicut n. in corporalibus passionibus sunt multę quas non sentiunt patientes, porro magis adhibent fidem coniecturæ medicorum, quàm propriam insensibilitatem attẽdãt; sic & aiæ passionibus si quis in se peccatũ non sentiat, credere tamen debet his qui plus possunt cognoscere sua peccata.

Passiones duplices.

Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominatur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in uobis, fiat sicut iunior, & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.

Theo. Cum inter se quærerent quis esset dñm traditurus, consequẽs erat adinuicem sibi dicere. Tu proditurus es, & ex hoc coacti sũt dicere, ego potior, ego maior, & similia. vnde dicitur: Facta est autem, &c. Græc. Vel hæc cõtentio videtur habuisse motiuum, ꝙ cum dñs ab hominibus transmigraret, oportebat aliquẽ eorum fieri aliorum principem, quasi dñi vicem gerentem. Bed. Sicut aũt boni in scripturis exempla patrum, quibus proficiãt & humilientur, requirunt: sic reprobi si qui forte in electis reprehensibile reperẽrint, quasi suas ex eo nequitias obtecti libenter solent amplecti. Iõ multi ardenti legunt, ꝙ facta est contentio inter discipulos Christi. Amb. Si.n. contendebãt apostoli nõ excusationi obtendiĩ, sed cautioni proponitur. caueamus ergo ne in proditio..e aliqua inter nos de platione possit esse contentio. Beda. Potius aũt uideamus, nõ quid carnales adhuc discipuli gesserant, sed q̃d iusserit spiritalis magister. Sequitur.n. Dixit autem eis &c. Chr. Gẽtilium meminit, vt ex hoc rem vituperãdam ostẽdat. Gentilium.n. est ambire primatum. Cyril. Sed & blandi sermones eis offeruntur à subditis. vnde seqtur; Et qui po.hẽnt &c. Sed illi quidẽ quasi exortes à sacris legibus hmõi subiacent morbis, vestrum aũt culmen est in humanitate. vnde sequitur: Vos autem non sic &c. Basilius. Non ergo extollat præsidentem dignitas, ne ab humilitatis beatitudine corruat. Illud autem nouerit, quòd humilitas vera ministerium plurium est. Sicut enim qui pluribus ministrat vulneratis & abstergit cuiuslibet vulneris saniem, non sumit ministeriũ in causam elationis: sic

Contraria studia prauorum

multo magis cui cõmissæ sunt curæ fraternorum languorũ, vt oium minister redditur, pro oibus rationẽ, cogitare debet & esse solicitus; & sic qui maior est fiat sicut minor. Decet aũt & corporale obsequium ab his q̃ p̃sident offerri exẽplo dñi lauantis pedes discipulorũ. vñ sequit; Et qui. p̃. est. s. mi. Nõ est aũt timendũ ne in subdito soluatur humilitatis propositũ, dum ei à maiori seruitur. Sed imitatione panditur humilitas. Amb. Cõtuendũ est autem, q̃a non omnis honorificentiæ studio humilitas definit. Potest. n. deferre alicui pp seculi gratiam, potentiæ metum, vtilitatisque contuitum. tua ædificatio quæritur, non alterius honor. & ideo vna dat omnibus forma sententiæ, vt nõ de prælatione iactantia sit, sed de humilitate contentio. Bed. In hac tamẽ forma à domino tradita maiores non minima discretione opus habent, ne. s. ad instar regum gentiũ dominari subiectis, seque ab eis gaudeãt laudibus attolli, & tamen cõtra delinquẽtium vitia per zelum iustitiæ sint erecti.

Humilitatis uaric tó.

Ad verba autem exhortationis suimet adiungit exemplum. vnde sequitur. Nã quis maior est, &c. Chry. q. d. Non putes discipulum tui egere, te verò non illius. Ego. n. qui nullo egeo quo vniuersa egent cœlestia & terrestria, ad ministerialẽ gradũ condescendi. Theo. Ostẽdit autem se ministrantem eis, cum panem & calicem distribuit; cuius ministerij mẽtionem facit rememorans eos si de eodem pane comederunt, & de eodem calice biberunt, si ipse Christus omnibus ministrauit, vnũ debent omnes sentire. Beda. Vel loquitur de ministerio quo secundum Ioannẽ eorũ pedes lauit dominus & magister, q̃uis ẽt verbo ministrandi possint oïa quæ in carne gessit intelligi; sed suum sanguinẽ se pro nobis effundere ministrãdo significat.

Vos estis q̃ permansistis mecũ in tẽtationib⁹ meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnũ vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo, & sedeatis super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.

Theo. Sicut dñs proditori p̃nunciauerat væ, sic discipulis remãtib ecõtrario bona p̃nunciat, dicens; Vos ãt estis &c. Bed. Non. n. inchoatio patiẽtis sed p̃seuerãtia cœlestis regni gloria donat: q̃a p̃seuerãtiã q̃ cõstantia seu fortitudo mentis vocatur, dicimus esse cũctarũ columnã virtutũ. Filius ergo Dei secũ p̃manẽtes in tẽtationibus æternum ducit ad regnum. Si. n. cõplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. vñ sequtur. Et ego dispono vobis &c. Amb. Regnum Dei non est de hoc mundo. Non ãt æqualitas ad dominum, sed similitudinis æmulatio est. solus n. Christus plena imago Dei est, propter expressam in se paternæ gratitudinis vnitatem. Iustus autem homo ad imaginem Dei est, si p̃pter imitandam diuinæ cõuersationis similitudinem mundum hunc Dei cognitione cõtẽnat, vñ & corpus Christi edimus, vt vitæ æternæ possimus esse participes, propter q̃d sequitur. Vt edatis & bibatis. &c Nõ. n. victus & potus nobis præmii loco spõdet, sed cõicatio gratiæ cœlestis & vitę. Bed. Vel mensa proposita omnib. sanctis ad fruendum, cœlestis est gloria uitæ; qua qui esuriunt & sitiunt iustitiam, saturabũtur fruẽdo desyderato gaudio ueri boni. Theo. Non autem hoc dixit quasi futuris illic corporalib. escis, & quasi regno suo sensibili futuro; erit. n. illic angelica conuersatio sicut Sadducæis prædixit Sed & Paulus dicit non esse regnum Dei escam & potum. Cyr. Sed ex his quæ sunt apud nos spiritalia designat; nam prærogatiua quadam funguntur apud reges terrenos, qui eis quasi conuiuæ consident. Ex humano ergo iudicio ostendit, qui apud eũ in primis honoribus statuẽtur Bed. Hæc est enim immutatio dexteræ excelsi, vt qui nunc humiles gaudent ministrare cõseruis, tunc super domini mensam sublimes vitę perpetuę dapibus alantur Et qui hic in tentationibus iniustè iudicari cum domino permanent, illic cum eo super tentatores suos iusti iudices veniant unde sequit. Et sedeatis super thronos duodecim iudicantes &c. Theophyl. Hoc est condemnantes ex duodecim tribubus infideles. Ambro. Non autem 12. throni tanquam aliqua corporalis sunt receptacula sessionis, sed quia secundũ diuinã similitudinem iudicat Christus, cognitione cordiũ, nõ interrogatione factorum uirtutẽ

Filius quõ patris simi lis.

remune-

remunerãs, impietaté condénans: ita apostoli in iudiciũ spiritale formantur remuneratione fidei, execratione pfidiæ, uirtute erroré redarguẽtes, sacrilegos odio persequentes. Chry. Nunquid aũt illic sedebit & Iudas? Sed considera q lex est data à Deo p Hieremiã, Si qd boni pmisero, si céleaeris indignus mulctabo te. Et iõ loquẽs cũ discipulis nõ simpliciter pmisit, sed addidit: Qui permãsistis mecũ in tẽtationib. Bed. Ab eius ergo sublimitate pmissi Iudas excipit. Nã & antequam hæc dñs diceret, exijsse creditus est. Excipiuntur & illi quicunq; auditis incomprehensibilis sacramenti uerbis, abierunt retro.

Ait aũt dñs Simoni: Simõ, ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum. Ego aũt rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliqñ cõuersus, cõfirma fratres tuos. Qui dixit ei. Dñe, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit: Dico tibi Petre, non cãtabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me.

Bed. Ne gloriarentur 11. Apostoli, & suis uiribus tribuerent, q soli penè inter tot milia Iudæorũ dicerentur in tentationibus permansisse cum dño, ostendit eos si non iuuantis se dñi essent opitulatione ptecti, eadem procella cũ cęteris potuisse conteri. vnde sequitur. Ait autem dñs Simoni &c. Idest expetiuit uos tentare, & uelut qui triticum purgat uentilando cõcutere, in quo docet nullius fidem à diabolo nisi Deo pmittente tentari. Theo. Hęc aũt Petro dixit, eo q fortior alijs erat, & superbire poterat in his, q̃ promissa erant à Christo. Cyril. Vel ut ostẽdat quòd homines nihil existentes quantũ pertinet ad humanam naturã, & lubricum mentis nostrę non decet, ut pręesse cęteris uelint, & ideo omissis cæteris uenit ad Petrum cæteris prælatum. unde sequitur. Ego autem rogaui. &c. Chrysost. Non aũt dixit Ego permisi, sed oraui. humiliter n. loquitur tendens ad passionem, ut humanitaté demonstret. nam qui non deprecatione, sed imperio dixerat, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorũ, quõ opus habebat oratione, ut concitatã unius hominis animã coerceret? Non aũt dixit, Rogaui, ut non neges, sed ne deseras fidem. Theo. Nam & si paululum agitandus sis, habes tñ reconditum semen fidei, quãuis deieceerit folia spũs tentatoris, uiget tñ radix. petit ergo Sathanas te lædere tanquã inuidẽs tibi de mea dilectione, sed quanuis egomet pro te sim deprecatus, tu tñ delinques. unde sequitur, Et tu aliqñ cõuersus &c. q. d. Postquam me negato ploraueris ac pœnitueris, corrobora cæteros, cum te principem apostolorum deputauerim. Hoc. n. decet te qui mecum robur es & petra ecclesiæ. Hoc aũt intelligendum est non solum de Apostolis qui tunc erant, ut roborarẽtur à Petro, sed & de omnibus qui usq, ad finem mundi futuri sunt, fidelibus, ne. s. aliquis credentium diffidat, uidens eum qui cum esset Apostolus denegauit, ac iterũ per pœnitẽtiam obtinuit prerogatiuam, ut esset antistes mundi. Cyril. Admirare igitur exuberantiam diuinę patientię, ne diffidere discipulum faceret, nondum patrato crimine largitus est ueniam, ac iterum ipsum in apostolico gradu restituit, dicens, Confirma fra. tuos. Bed. q. d. Sicut ego tuam fidem ne deficiat orando protexi, ita tu infirmiores fratres ne de uenia desperent, confortare memẽto. Amb. Caue ergo iactantiam, caue seculum. Ille iubetur confirmare fratres suos qui dixit, Oĩa reliquimus & secuti sumus te. Beda. Quia uero se dominus dixerat p fide Petri rogasse, conscius ille præsentis affectus fideiq; feruentis, sed futuri casus nescius non credit se ullatenus ab eo posse deficere. unde sequitur; Qui dixit ei, Dñe tecũ paratus sum &c. Theo. Prænimia quidem dilectione flammescit & impossibilia sibi pollicetur. Decebat aũt, audito semel à ueritate quòd tentandus esset, non amplius contendere. Sed dñs uidens eum præsumptuosè loquenté, promit tentationis specié, scilicet quòd negaturus esset. vnde sequitur. Et ille dixit, dico tibi Petre &c. Ambr. Petrus quidem etsi spiritu promptus, corporis tamẽ adhuc infirmus affectu denunciatur dominus negaturus. Neque enim poterat diuinę constantiam intentionis æquare. Passio domini æmulos habet, pares nõ habet. Theo. Hinc autem magnã doctrinam haurimus, quòd nõ sufficit humanũ propositũ absq; diui-

Vis est uerbis.

ro subsidio. Petrus n. quamuis feruens esset, derelictus tñ à Deo, supplantatus fuit ab hoste. Basi. Sciendum auté quòd Deo permittente timorati lapsum patiuntur quãq; ad fastus præcedétis remedium. Sed quamuis idem uideatur esse delictũ timorati & aliorũ, refert non modicũ. nam timoratus ex quibusdam insidijs & penè prout uoluit peccauit. Alij uero nullã gerendo curã neq; sui, neq; Dei peccant, neque distinguentes inter peccare & agere uirtuosè, vnde reor & iussionis modũ in eis debere fore diuersum: nam timoratus quodã iuuamine indigens, & circa eandẽ rem erga quam peccauit iusta debet proferre. Alij uero cum totũ bonum aïæ destruxerint affligi & moueri, & præceptis subijci debẽt quousq; ratũ sit illis Deum iustum iudicẽ esse & cõtremiscant. Aug. de con euan Hoc aũt quod hic dr, de Petri negatione prædicta; oẽs quidem euangelistæ commemorant, sed nõ oẽs ex una eademq; occasione sermones ad eam cõmemorandam ueniunt: nam Matthęus & Marcus eam subnectunt posteaquam dñs egressus est ex illa domo ubi manducauerant pascha. Lucas uero & Ioannes antequam inde esset egressus. Sed facile possemus intelligere aut illos duos ea recapitulando posuisse, aut istos pręoccupãdo, nisi magis moueret quòd tam diuersa non tm̃ uerba, sed etiam sentẽtias dñi præmittunt, quibus permotus Petrus illam præsumptionem pferret, vel pro dño uel cũ domino moriendi, ut magis cogant intelligi ter eum expressisse præsumptionem suã diuersis locis sermonis Christi, & ter illi à domino responsum quod eum ante galli cantum ter esset negaturus.

Et dixit eis. Qñ misi uos sine sacculo et pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis, Sed nũc qui habet sacculum, tollat similiter & perã. Et qui non habet, uendat tunicam suã, et emat gladium: dico enim uobis quoniã adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me, & cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finẽ habent. At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis; Satis est.

Cyrillus Prædixerat autem dñs Petro quòd cũ esset negaturus tempore, suæ captionis. Sed quia semel facta est mẽtio de captione eius, consequẽter nunciat superuenientem contra Iudæos conflictum: vnde dicit: Et dixit eis Qñ misi uos, &c. Miserat n. Saluator sanctos apostolos prædicare ciuitatibus & oppidis regnum cœlorum; Præcipiens ut cũres nullius corporalium curam gererent, sed in eo totam spem uiuendi reponerent. Chry. Sicut autem qui docet natare, circa principiũ quidem manus suas supponens, attentius sustentat suos discipulos: postea uero plerũque manum abstrahens iubet ut sibi opitulentur, quinimò & paululum demergi permittit: ita & Christus fecit discipulis. In exordijs quidem præsto in cunctis eis aderat, parans eis uberrimè affluentiam oĩum. vnde sequit. At il. dixerunt. Nihil. At ubi oportebat & ꝓprias uires ostẽdere, subtraxit eis aliquantulum gratiã, iubens eis ex se nonnulla peragere. unde sequit̃ Dixit ergo eis, Sed nũc qui ha. sac. quo sc. portatur pecunia. Tollat sim. & peram, qua scilicet portantur cibaria. Et quidem qñ nec calceamenta nec zonã habebant, neo bacculum nec æs, nullius passi sunt penuriam. vt aũt marsupium cõcessit eis & peram, esurire uidẽtur, sitire, & nuditatem pati, ac si eis diceret: Hactenus cuncta uobis uberrimè affluebant, nunc auté uolo uos & inopiã experiri, ideoq; nõ addico necessitati pristinæ legis, sed mando & loculum habere & peram. Poterat auté & Deus usq; in finem eos in tanta constituere copia, sed noluit ob multas causas. Primo quidem, ut nihil sibi tribuerent, sed recognoscerent totũ emanasse diuinitus: Secundo, ut moderari sibi sciant. Tertio, ne maiora de se opinentur. Horum igitur causa permittens eos incurrere multa inopinatorum, relaxauit prioris legis rigorem, ne grauis & intolerabilis fieret eis uita. Bed. Non enim eadem uiuendi regula persecutionis, qua pacis tempore discipulos informat. Missis quidem discipulis ad prædicandum, ne quid tollerent in uia præcepit, ordinans. f. ut qui euangelium nunciat, de euangelio uiuat. Instãte uerò mortis articulo, & tota gẽte pastorẽ simul & gregem persequente, congruam tẽpori regulã decernit, permittens ut tollant

Doctrina moralis.

Expositio notabilis.

ist victui necessaria, donec sopita insania persecutorũ tẽpus euangelizãdi redeat: vbi nobis quoq; dat exẽplum; iusta nõnũquã causa instante, quædã de nostri propositi rigore posse sine culpa intermitti. Au. con. Faust. Nulla ergo instantia pcipiẽtis, sed ratione dispẽsantis tẽporũ diuersitate pcepta, vel cõsilia, vel pmissa mutantur. Amb. Qui fũt ferre prohibet, cur emere gladiũ iubet? nisi fortè, vt sit parata defensio, nõ vltio necessaria, & videre potuisse vindicari; sed noluisse. vñ sequit: Et qui nõ hẽt, s. sacculũ, vẽdat tunicã &c. Chry. Quid est hoc? qui dixerat, Si quis te percusserit in dextera gena, vertas ei & aliã: nunc armat discipulos, & solo gladio. Nã si penitus armare decebat, nõ solum oportebat gladiũ possidere, sed & scuta & galeas. Sed & simile huiusmodi possiderẽt arma pro tot insultibus & insidiis populorum tyrannorum, vrbium, nationum, qualiter i i. comparerent, & ex solo aspectu agminum non contremiscerent, nutriti in stagnis & fluuiis? Non ergo putem' eum iussisse, vt gladios possiderẽt, sed per gladios innuit imminẽtes insidias Iudæorũ. vnde sequitur. Dico enim uobis, quoniam adhuc hoc qđ scri. est opor. imple. in me Et cum ini. depu. est. Theo. Cum. n ipsi inter se supra prerogatiuis contenderint non est, inquit, tempus prærogatiuarum, imò periculorum excidium. Nã ergo magister vester ducor ad mortem non honorabilem, cum impiis deputãdus. Etenim ea quæ sunt de me, scilicet prædicta; finem habent, idest impletionem. Volens ergo violẽtium insultum inuenire, meminit gladij, nec prorsus reuelauit, ne tangerentur accidia; nec prorsus obticuit, ne repentinis aggressibus fluctuarẽt, sed postea recolentes mirarentur, quomodo seipsum preciũ exhibuit passioni pro salute humana. Basili. Vel dominus non iubet portare marsupium & perã, & emere gladium, sed prædicit futurum, q. s. apostoli obliti temporis, passionis, donorum, & legis domini auderent sumere gladios: sæpius enim scriptura vtitur imperatiua sermonis species loco prophetię. In pluribus tamen libris non inuenitur accipiat, tollat, vel emat: sed accipiet, tollet, & emet.

Gladius qũo permissus apostolis.

Theo. Vel per hoc prænunciat eis q̃ incurrerẽt famem & sitim, quod innuit per peram, & aduersitates nõnullas, quod innuit p gladiũ. Vel aliter, q̃ dominus dicit, Qui habet saccuũ tollat similiter & perã, videtur sermo ad discipulos fieri, sed re uera respicit quamlibet iudæis psoni. q. d. Si quis Iudæorũ abundat facultatibus cõgestis oĩbus fugiat. Si ãt q̃s vlt ima oppressus penuria colit religionẽ, hic etiã amictũ vẽdat, & gladiũ emat. Inuadet. n. eos intolerabilis impetus pugnæ, vt nihil ad resistẽdũ sufficiat. Deinde pandit horũ malorũ causam; quia si passus est pænã pro phanis debitam cum latronib crucifixus. Et cũ ad hoc peruentũ fuerit sumet finẽ uerbum dispensationis. Persecutorib' autem accident quæ à prophetis sunt prædicta. Hæc igitur dominus prædixit de futuris regioni Iudæorũ, sed discipuli nõ intelligebant profunditatem dictorum, putantes ob futurũ proditori, insultum gladiis, opus esse. vñ sequitur: At il. dixer. Domine. &c. Chryso. Et quidem si humano eos volebat vti auxilio, nec centum sufficerent gladii, quòd si nolebat eos vti humano subsidio, etiã duo superuacui sũt. Theo. Nouit ergo dominus eos reprehendere, quasi non intelligentes, sed dicens satis est eos, dimisit Sicut cum nos aliquẽ alloquentes cum videmus non intelligere quod dicitur, dicimus, bene, sine. ne, ipsum molestemus. Quidam autem dicunt dominũ ironice dixisse, Satis est, quasi dicat, ex quo duo sunt gladii, sufficiant nobis ad tantam multitudinem, quanta nos debet inuadere. Beda. Vel duo gladii sufficiunt ad testimonium sponte passi Saluatoris vnus qui & Apostolis audaciam pro domino certandi, & domino virtutẽ medicandi doceret inesse alter qui nequaquam vagina exemptus, ostenderet eos, nec totum quod potuere pro eius facere defensione permissos. Ambprosius. Vel quia lex referre non uetat, fortasse Petro duos gladios offerendi satis æsse dicit, quasi licuerit vsque ad euangelium, ut sit in lege æquitatis eruditio, in euangelio bonitatis perfectio. Est etiam gladius spiritualis, vt uendas patrimoniũ & emas uerbum quo mentis penetralia uestiuntur.

Gladij duo mysticè.

stiuntur. Est et gladius passionis, vt exuas corpus, & immolatæ carnis exuuijs emattur tibi sacra corona martyrii. Mouet adhuc quod duos gladios discipuli protulerũt, ne fortè unũ noui, vnũ ueteris testamẽti sit, quib. aduersus diaboli armamur insidias. Deinde dicit dominus, Satis est. quasi nil desit ei quem vtriusque testamenti doctrina munierit.

Et egressus ibat secundum cõsuetudinẽ in mõtẽ oliuarum. Secuti sunt ãt illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis. Orate, ne intretis in tẽtationẽ. Et ipse auulsus ẽ ab eis quãtum iactus est lapidis, et positis genib. orabat, dicens. Pater, si uis transfer calicẽ istum à me. Veruntamẽ enim non mea uoluntas, sed tua fiat.*

* volumtate.

Bed. Tradendus discipulo dñs, cõsueti secessus locũ quo facillimè reperiri posset adit. vñ sequitur: Et egressus ibat &c. Cy. De die nanq; cõuersabat Hierosolimis, obscura verò nocte succedẽte in montẽ Oliuarũ, cũ suis cõuersabat discipulis. vñ subdit: Secuti sunt &c. Bed. Pulchrè autẽ sui corporis mysterijs imbutos in montem Oliuarũ discipulos educit, vt oẽs in morte sua baptizatos sancti spiritus charisma te cõfirmãdos esse designet. The. Post cœnam autem nequaquã inercia, & iocus & somnus occupant dominũ, sed oratio & doctrina. unde sequitur: Et cum perue. ad lo. di. il. Orate &c. Beda. impossibile quidem est humanam animam non tẽtari. unde non ait, Orate ne tentemini, sed orate ne intretis in tentationem. hoc est, ne tentatio vos superet ultima. Cyril. Sed ne solis uerbis ei prodesset, procedens paululũ orabat. unde sequitur. Et ipse auulsus est ab eis &c. Vbique inuenies eum semotũ orantem, vt discãs quod animo attẽto & corde quieto colloquendum est cũ Deo sublimi: Nõ autem quasi egens alieni suffragii precibus insistebat, qui est omnipotẽtissima uirtus patris, sed vt discamus nõ esse in tentationibus dormitãdum, sed magis orationibus insistendum. Beda. Solus etiã orat pro oĩbus, qui solus erat passurus pro omnibus, significans tãtum orationẽ suã, quantum & passionem à nostra distare. Aug. de q. euan. Auulsus est autem ad eis quantum iactus est lapidis, tanquã typice admonuerit, vt in eum dirigerent lapi

Moralis doctrina.

dem. i. vsq; ad ipsum perducerẽt intẽtionẽ legis quæ scripta erat in lapidẽ. Greg. Nisen. Quid ãt sibi vult flexus genuũ de quo dẽ: Et positis ge. ora humanus quidẽ vsus est per nos terræ supplicare maiorib. facto ostendẽtes fortiores esse qui rogantur. Palã est ãt humanã naturã nihil habere Deo condignũ. Et ideo honorifica signa quæ inuicem exhibemus, fatẽtes nos esse respectu excellentiæ proximi, trãsumpsimus ad obsequia incõparabilis naturæ. vnde ille qui nostros languores portauit, ac pro nobis intercessit pro hominẽ quẽ sumpsit genu flectit orando, sanciens non esse superbiẽdum orationis tempore, sed per omnia humilitati conformandum, quia Deus superbis resistit, dat autem humilibus gratiam. Chry. Quælibet ãt ars uerbis & operibus ostenditur ab eo qui docet. quia ergo dñs uenerat docturus nos quamlibet virtutẽ, ob hoc eadem dicit & facit. vnde quia iusserat verbis orare, ne intrarent in tẽtationem, hoc etiam opere docet. Sequitur: n. Dicens, Pater si uis transfer &c. Nõ dicit, si uis, quasi ignorans an patri placeret. Neque. n. magis ardua cognitio est hac cognitione paternæ substãtiæ quam ipse solus perspicaciter nouit, secũdum illud: Sicut nouit me pater, & ego noui patrẽ. neq; hoc dicit quasi respuens passionem. Qui. n. cõminatus est discipulo uolenti eius passionem impedire, vt satanã eũ uocaret post multa preconia, qualiter crucifigi nolebat? Cur igitur ita dictum est consideres, quantum erat audire, quod Deus ineffabilis qui quemlibet intellectum transcẽdit, uoluit uterum subdire uirgineum, lac sugere, & humana quæque pati? Quoniam ergo ferè incredibile erat quod erat futurum primo quidem misit prophetas hoc nunciantes, postea ipse indutus carne veniens, vt non phantasma putaret, permittit carnẽ ferre naturales defectus, esurire, sitire, & dormire, laborare, affici & anxiari: ob hoc & recusat mortẽ, veram humanitatẽ demõstrans. Amb. Dicit ergo. Si uis transfer à me calic. istum, quasi homo mortẽ recusans, quasi Deus sententiam suã seruans. Beda. Vel transferri à se calicem postulat, non quidem timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab il-

Artis ostensio.

Io bibat calicem propinatum, vñ & signã ter nõ dicit, Transferà me calicé, sed calicem istum, hoc est populi Iudæorum, q excusationem ignorãtię habere non põt, qui me quotidie vaticinatur. Diony. Alexan. Vel q dicit, Transfer calicem istum à me; non est, hoc non aduenit mihi: nisi n. aduenerit, transferri non poterit. Igitur vt sensit iam præsenté, cœpit affici & tristari, & quasi iam propinquante eo dicit. Transfer calicem hunc. Sicut n. quod prę terit, nec intactum est, nec permanens, sic & Saluator leuiter inuadentem tentationem flagitat pelli, & hoc est nõ intrare in tentationem, quod consulit esse orãdum. perfectissimus autem modus tentationes euitandi manifestatur cum dicitur. Verũ tamen non mea volũtas, sed tua fiat. Deus n. inexpertus est malorum. Vult auté nobis bona largiri supra id qđ petimus, vel intelligimus, ergo perfectam voluntatem patris quã ipse nouerat, petit sortiri effectum, quæ eadem est & sua secundum deitatem. Renuit autem impleri humanam voluntatem quam dicit suam, paterna voluntate minorem. Atha. Geminum n. hic velle ostendit, alterũ quidé humanũ, qđ est carnis, alterũ vero diuinũ; humanitas n. ob carnis fragilitaté recusat passioné, sed diuinus eius affectus affectãter eã subijt, eo q nõ esset possibile eũ detineri à morte. Gre. Nise. Apollinaris ãt asserit q Christus nõ habuit secũdũ terrenã naturã propriã voluntaté, sed solum in Christo est volũtas Dei, q de cœlo descendit. Dicat ergo quã voluntatẽ vult dñs nequaquã eueniret? Neq; deitas aufert propriam voluntaté. Bed. Appropinquans ét passioni Saluator, infirmantium in se voce sumpsit, vt cum hoc imminet quod fieri volumus, sic per infirmitatem petamus, ut nõ fiat, quatenus per fortitudinem parati simus, vt voluntas conditoris nostri etiam contra nostram voluntatem fiat.

Apollinaris error.

Apparuit autẽ illi angelus de cælo cõfortans eũ. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrã. Et cum surrexisset ab oratione, & uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes pr æ tristitia. Et ait illis. Quid dormitis? Surgite & orate, ne intretis in tentationem.

The. Vt nobis innotesceret orationis virtus quatenus eam in aduersis proponamus, orans dominus ab angelo confortatur. vñ dr; Apparuit autẽ illi angelus, &c. Bed. Alibi legimus quia angeli accesserũt & ministrabãt ei. In documẽto ergo vtriusq; naturę, angeli & ei ministrasse, & eũ confortasse dicuntur. Creator n. creaturæ suæ nõ eguit pręsidio, sed homo factus, sicut propter nos tristis est ita propter nos confortatur. Theo. Quidam autem dicũt, qm apparuit ei angelus glorificans eũ, & dicens. Domine, tua est virtus; ut nanque potes contra mortem & infirmum genus humanum liberare. Chry. Et quia non phantasticè, sed verè nostram carnem suscepit, vt approbet dispensationis veritatem & oppilet hęreticorũ ora, quæq; humana sustinet. Sequitur. n. Et fact. in ago. proli. orabat. Amb. Horrent plerique hoc loco qui tristitiam Saluatoris ad argumentum inolitę potius à principio, quã susceptæ ad tempus infirmitatis, inclinãt. Ego autem non solum excusandum nõ puto, sed nusquam magis pietaté eius maiestatemq; demiror. Minus. n. contulerat mihi, nisi meum suscepit affectum. Suscepit n. tristitiã meã, ut mihi suã lætitiam largiretur. Cõfidenter tristitiã dño, quia crucẽ pdico. Debuit ergo dolorem suscipere, vt vinceret. Neq; n. habẽt fortitudinis laudẽ q stuporẽ magis vulnerũ tulerint quã dolorẽ. Nos ergo voluit erudire quemadmodũ mortem, & qđ est amplius, futuræ mortis męstitiã vinceremus. Doles ergo dñe nõ mea, sed tua vulnera. Infirmatus est. n. propter delicta nostra, & fortasse tristis est ideo, quia post Adæ lapsum tali trãsitu nobis erat ex hoc seculo recedendũ, vt mori esset necesse. Nec illud distat à uero. Sed tristis erat pro persecutoribus suis quos sciebat in malis sacrilegij pœnas daturos. Gregorius. 24. moral. Appropinquante etiam morte nostræ mentis in se certamen expressit, qui vim quandam terroris ac formidinis patimur, cum per solutionem carnis æterno iudicio propinquamus, nec immerito, quoniam anima post pusillum hoc inuenit, quod in æternum mutare non possit. Theophylus. Quòd autem humanæ naturæ fort

Aurea sententia.

sub premissa oratio, nõ sit diuinę, ut dicũt Arriani: patet etiam ex eo quod subdit: Sequitur.n. Et fa. est su. eius &c. Bed. Nemo sudorem hunc infirmati deputet, quia cõtra naturã est sudare sanguinem, sed potius intelligat per hoc nobis declaratum, q effectum iam suę precis obtineret vt.s. fidem discipulorum quam terrena adhuc fragilitas arguebat, suo sanguine purgaret. Aug. in sen. Prospe. Orans etiam cum sudore sanguineo domin⁹ significabat de corpore suo toto, quod est ecclesia, manatura martyria. The. Vel hoc prouerbialiter dicitur de eo qui uehementer sudauit, q sudauit sanguinem. Volens igitur euangelista innuere, q g. ossis sudorum guttis madebat; sumit guttas sanguinis ad exẽplum. Post hoc autem inueniens discipulos dormientes præ tristitia improperat eis, simul admonens vt orarent. Sequitur enim Et cum surrexis. ab ora. &c. Chrys. Erat enim intempestum noctis, & discipulorum oculi præ angustia prę mebãtur, & erat somnus nõ torporis, sed mœroris. Aug. de cõ. euan. Nõ autem expressit hic Lucas quota oratione dominus ad discipulos venerit, nihil tamen hoc Matthæo & Marco repugnauit. Bed. Demonstrat ãt dominus consequenter, quia pro discipulis orauerit, quos monet orationum suarum vigilando & orando existere participet. Sequitur.n. Et ait illis. Quid dor surgite &c. The. Hoc est ne à tentatione superentur. Hoc.n. est non indu. i. in tẽtationem, non demergi ab ea. Vel simpliciter nos iubet orare, ut tranquilla sit nostra vita, nec immergamur in aliquod molestorũ. Diabolicũ n. est & superbũ quenquam se in tentationẽ pcipitare. vnde & Iacob⁹ non dixit, Inijcite uos in tentationes, sed cum incideritis, omne gaudiũ existimate, de inuito voluntarium facientes.

Pura ex posit.

Consen sus euãge.

Adhuc eo loquẽte, ecce turba, & q uocabatur Iudas, unus de duodecim, ante cedebat eos, et apppinquauit Iesu, ut oscularet eũ. Iesus aũt dixit illi, Iuda, osculo filiũ hoĩs tradis? Videntes aũt hi q circa ipsum erant quod futurum erat, dixerũt ei. Domine si percutimus in gladi.? Et pcussit unus ex illis seruũ principis sacerdotum & amputauit auriculã eius dexteram. Respondens autem Iesus, ait. Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum & magistratus templi & seniores. Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus, cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

Gio. Pręmissa oratione Christi, subdit de eius proditione, quã à discipulo prodi tur. Dĩ n. Adhuc eo lo. ecce turba. Cyril. Dicit autẽ qui uocabatur Iudas, quasi nomen eius habens exosum. addit autem v- nus de 12. ad significantiam nequitię proditoris. Nam qui honoratus fuerat ęquè apostolis, factus est occasionis cã in Christum. Chry. Sicut.n. insanabilia vulnerũ nec austeris medicamentis obediunt, nec demulcentibus: sic anima vbi semel est captiuata, & seipsam dederit cuicunq; peccato, nullum emolumẽto ex admonitionibus consequetur, quod & accidit Iudæ à proditione non cessanti, quamuis omni modo doctrinę esset à Christo cohibitus, vnde sequitur. Et appro. Iesu. &c. Cyr. Immemor.n. gloriæ Christi, putauit forsitan posse latẽter agere, aut es pcipuũ dilectionis signũ organũ efficere doli. Chry. Non ẽt discedendũ est à fratrum admonitione, quanquã nihil pp nostra verba eueniat, nã & riuuli & si nullus hauriat, fluũt, & si forsan nõ psuaserit hodie, poteris forsan cras. Piscator.n. per totã diẽ vacua trahens retia, circa sero discẽ capit. vñ dñs, et si sciret Iudam non conuertẽdum, non destitit facere quæ sua intererat. Sequitur enim Iesus au. di. ei. Iuda, osculo &c. Amb. Per interrogationẽ pronũciandum puto, qua amantis affectu corripiat proditorẽ. Chr. Proprium autem nomen ponit, quod magis dolentis erat & reuocantis, quàm prouocati ad iram. Ambrosi Dicit autem, Osculo tradis? hoc est amoris pignore uulnus infligis, & pacis instrumento mortem irrogas? Seruus dominum, discipulus prodit magistrum, electus auctorem. Chrysostom Non autem dicit, Tradis magistrũ tuum, dominũ tuum benefactorem: sed filium ho. Hoc est mansuetum & mittem, qui si non esset magister & dominus, quia tamen tã suauiter erga te gessit, non esses à te prodendus. Ambrosius. Magna ò domine

Doctrina moralis.

mine significatio pr̄atis, magna disciplina virtutis, & consilium proditionis aperit, & adhuc patientia nō negatur. Ostendit Deum quē proderet, dū occulta manifestat: ostēdit quē traderet, dum dicit: Filiū hominis: quia caro non diuinitas cōprehendit. Illud tñ plus cōfutat ingratum, q̄ eum tradiderit, qui cū esset Dei filius, pp nos filius hominis esse voluisset. q. d. pp te suscepi ingrate, quod tradis hypocrita. Aug. Hoc ergo dñs cum traderet primo dixit, quod ait Luc. Iuda &c. Deinde q̄ Matthęus. Amice ad quid venisti? Deinde id quod Ioānes commemorat: Quē quæritis? Amb Osculatus est autem dñs non quo simulare nos doceat, sed vt neq; proditorem refugere videretur, & plus efficeret proditoré cui amoris officia non negaret. The. Zelantur āt discipuli & gladios euaginānt vnde sequitur. Videntes āt hi qui &c. Sed qualiter habent gladios? quia mactauerant agnū, & à mēsa discesserant. Alij āt discipuli quærunt an pcuterent, sed Petrus vbiq; feruens pro domino p̄suasionē non expectat, percutit seruum pontificis. vnde sequitur. Et percus. vnus ex illis &c. Aug. de con euan. Qui p cussit, secundum Ioannē, Petrus erat, quē aūt percussit, Malchus vocabatur. Amb. Eruditus. n. in lege Petr⁹ prōptus affectu, qui sciret Phinees reputatum ad iustitiā, quod sacrilegos peremisset, percussit principis seruum. Augu. de con. euan. Deinde Lucas dicit. Rñdens autem Iesus, ait, Sinite vsq; huc. Et hoc est quod Matthęus commemorat. Conuerte gladium tuum in locum suum. Nec moueat quasi cōtrarium sit q̄ Lucas hic dicit dñm respondisse. Sinite vsq; huc. quasi post istā percussionem ita dictum fuerit vt placuerit eiusq; huc factum, sed amplius fieri noluerit: cū in verbis q̄ Matthæus posuit, intelligatur potius totū factum quo vsus est gladio Petrus dño displicuisse. Illud. n. verum est, q̄ cum interrogassent, dicentes? Dñe si percu. in gladio? tunc respondit: Sinite huc. i. non vos moueat quod futurū est, permittēdi sunt hucusq; progredi, hoc est vt me apprehēdant & impleantur, quę de me scripta sunt. Non. n. diceret: Respondens āt Iesus: nisi ad interrogationem eorum rñderet, non facto Petri. Sed inter moras verborum interrogantium dñm, & illi respondentis, Petrus auditare defensionis percussit. Sed nō potuit simul dici, q̄ simul fieri potuerunt, tunc sicut dicit Lucas, sanauit eum, qui percussus erat. Sequitur. n. Et cum tetigisset, &c. Bed. Nunquā. n. pietatis suæ dñs obliuiscitur. Illi iusto mortē inferunt; illo persequentium vulnera sanat. Amb Sed cum dñs vulnere cruētum detersit, mysteria diuina subiecit, vt seruus principis mundi non naturæ cōditione, sed culpæ auris vulnus exciperet, q. non audisset verba sapientiæ. Aut si Petrus volens percussit aurē, docuit q̄ aurē in spem habere nō deberet, quam in mysterio nō haberet. Sed quare Petrus? quia ipse ligādi & soluendi adeptus est potestatē, & ideo tollit gladio spiritali aurē interiorē malè intelligentis. Sed dñs ipse refundit auditū, demonstrans & ipsos si cōuertanī, posse saluari, qui in passione dñi vulnerati sunt, eo q̄ oē peccatū fidei mysterijs abluatur. Bed. Vel seruus iste populus est Iudęorū principib. sacerdotū inde bito mācipatus officio q. in passione dñi dexterā auriculam, i. spiritalem legis intelligētiā perdidit, q̄ auris. i. Petri gladio decidit, nō q̄ ille sensū intelligēdi audiētib. tollat, sed diuino ablatū iudicio negligētibus pādat. Verū eadem dextera auris in his q. in eodē populo crediderunt diuina dignatione pristino est restituta officio, sequit; Dixit āt Iesus ad eos &c. Chr. Accesserāt. n. nocte timētes multitudinis impetū; & ideo dicit; qd vobis opus erat his armis in eū q. vobiscū est semp? & hoc est qd sequit: Cum quotidie vobiscū fuerim &c. Cyr. Vbi non inculpat dominus præsides Iudæorum, q̄ nō sibi maturè parauerant insidias mortis, sed arguit eos q̄ temere opinabātur eum se inuasisse ipso inuito: ac si dicat, Tunc non cepistis me q̄a nolebam, sed nec nūc possetis nisi me sponte vestris subiicerem manibus. vnde sequitur. Sed hæc est hora vestra. i. paruū tempus concessum est vobis exercendæ in me vestrę superbię, patre votis meis fauente. Dicit etiam quòd hæc potestas est tenebris data, id est diabolo & Iudęis insurgendi in Christum. Et hoc est quod subditur.

Videat Augu. q̄uo hęc probet.

Consensus euangelicus.

Allegorica expositio.

Passio domini uoluntaria.

ſubditur; Et poteſtas tenebrarũ. Bed. q. d. Ideo aduerſum me ĩ tenebris cõgregamini, quia poteſtas ueſtra quæ ſic cõtra lucẽ mũdi armamini, in tenebris eſt. Quęritur autem, quõ Ieſus principe ſacerdotũ magiſtratus templi, & ſeniores qui ad ſe uenerunt alloqui dicatur, cũ apud alios euãgeliſtas non ipſos ueniſſe, uerum in atrio Caiphæ expectantes miniſtros miſiſſe ꝑhibentur? Sed huic contrarietati reſpõdetur; quòd illi non per ſeipſos, ſed per eos quos miſerunt ad apprehendẽdum Chriſtum in ſuæ iuſſionis poteſtate uenerunt.

Cõprehendentes aũt eum, duxerunt ad domũ principis ſacerdotũ; Petrus uero ſequebatur eũ à lõge. Accẽſo aũt igne in medio atrij, et circũſedentib. illis, erat Petrus i medio eorũ. Quẽ cum uidiſſet ancilla q̃dã ſedentem ad lumen, et eum fuiſſet intuita, dixit: Et hic cũ illo erat. At ille negauit eũ, dicens: Mulier, nõ noui illũ. Et poſt puſillũ alius uidẽs eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus uero ait, O hõ, non ſum. Et interuallo facto quaſi horæ unius, alius qdã affirmabat, dicẽs: Verè et hic cum illo erat, nã et Galilæus eſt. Et ait Petrus: O hõ, neſcio qd dicis. Et cõtinuo, adhuc illo loquente, cãtauit Gallus. Et conuerſus dñs reſpexit Petrũ. Et recordatus eſt Petr⁹ uerbi dñi ſicut dixerat quia priuſq̃ Gallus cantet ter me negabis. Et egreſſus foras Petr⁹ fleuit amarè.

Amb. Nõ intellexerunt infelices myſterium, nec uenerati ſunt tã clementem pietatis affectum, qđ ẽt hoſtes ſuos nõ paſſus eſt uulnerari. Dñ. n. Cõprehendentes aũt eum duxerũt, &c. Cũ legimus teneri Ieſum, caueamus ne putemus eũ teneri ſcđm diuinitatẽ, & inuitũ quaſi infirmũ; tenetur n. & ligatur ſcđm corporis ueritatẽ. Bed. Princeps aũt ſacerdotũ Caypham ſignificat, q ſcđm Ioan. erat põtifex anni illius Aug. de con. euan Sed primo ad Annã ductus eſt ſocerũ Cayphæ ſicut Ioãnes dicit, quã ad Caypham ut Matthæus dicit. Marcus aũt & Lucas nomen nõ dicũt põtificis. Chryſ. Iõ aũt ducitur ad domũ põtificis, vt de conſenſu principis ſacerdotũ ſingula quæq; facerent, illuc n. oẽs conuenerãt Chriſtũ pſtolantes; magnus autem feruor Petri oſtenditur qui non aufugit, cum alios fugiẽtes uidiſſet. Sequitur. n. Petrus uero ſequebatur, &c. Amb. Bene à lõge ſequebatur, iã proximus negator, neque enim negare potuiſſe ſi Chriſto proximus adhæſiſſet. Sed in hoc ſit reuerendus, q dñm non reliquit, ẽt cùm timeret. metus naturę eſt, cura pietatis. Bed. Quod aũt ad paſsionem eũtem dñm à longe ſequitur Petrus; ſignificat eccleſiam ſecuturam, q eſt imitatura paſsionẽ dñi, ſed longè differenter. eccleſia n. pro ſe patitur, at ille pro eccleſia. Ambr. Iam aũt in domo principis ſacerdotũ ignis ardebat unde ſequitur; Accenſo aũt igne &c. Acceſsit Petrus ut calefaceret ſe, quia clauſo dño calor mentis iam in eo refriguerat. Chryſ. Traditæ n. erant Petro claues regni cœlorum, credẽda erat ei populorum innumera multitudo, quæ eſſet inuoluta peccatis. Erat aũt Petrus paulo durior, ſicut trũcata ſerui principis ſacerdotum declarat auricula. Hic igiť tam durus tanq̃ ſeuerus; ſi donum non peccandi tuiſſet adeptus, quę uenia cõmiſsis populis donaretur? quẽ diuina prouidentia ꝑmiſit q primo ipſe laberetur in peccatũ quo erga peccantes duriorem ſniam, proprij caſus intuitu, tẽperaret: & cũ ſe calefacere uellet ad prunas, acceſsit ad eũ puella de qua ſequitur. Quẽ cum uidiſſet ancilla &c. Ambr. Quid ſibi vult quod primo eum prodit ancilla, cùm uiri utiq; magis potuerint eum recognoſcere, niſi ut iſte ſexus peccare in nece dñi uideretur, ut & iſte ſexus redimeretur ꝑ dñi paſsionẽ? Petrus autem proditus negat, malo n. negaſſe Petrum quàm dñm fefelliſſe. unde ſequitur: At il. ne. Mul. non no. illum. Chry. Quid ais ò Petre? Vox tua repente mutata eſt, os enim plenum fidei & amoris, in odium perfidiamque conuerſum eſt: non tibi flagella, nondum ſunt admota tormẽta. qui te interrogat, nullus eſt eorum qui auctoritate ſui poſſit formidinẽ incutere confitenti: mulier te ſimplici uoce interrogat, & fortè nec proditura confeſſum, nec tñ mulier ſed puella oſtiaria, uile mãcipium. Amb. Sed ideo negauit Petrus, quia promiſit incautè, non negat in monte, non in tẽplo, non in ſua domo, ſed in pretorio Iudæorũ. Ibi negat, ubi Ieſus ligatus eſt, vbi ueritas non eſt. Negans autem dicit. Non noui illum, temerarium quippe erat ut diceret, quia nouerat eum, quem mens huma

Natura duplex Ieſu.

...potest cōprehendere, nemo.n.nouit filium, nisi pater. Rursum secunda uice negat Christū. Sequitur.n. Et post pusil. alius uidens eum dixit. Et tu de illis es. Aug. de con. euan. Intelligitur aūt quòd in hac secunda negatione à duobus est cōpellatur, ab ancilla s. quā cōmemorant Matthæus & Marcus, & ab alio, quem cōmemorat Lucas. Hoc ergo quod hic Lucas dicit, & post pusillū, iam egressus erat ianuam Petrus, & primum gallus cantauerat, ut Marcus dicit. Iam redierat; vt, quemadmodū dicit Ioannes, ad focum illū iterum negaret. De qua negatiōe sequitur: Petrus vero ait, &c. Amb. Maluit.n. se negare, q̃ Christū, aut quia uidebaē negare Christi societatem, utrūq; se negauit. Beda. In hac autē negatione Petri, dicimus non solum ab eo negari Christū, qui dicit eum non esse Chrm, sed ab illo ēt qui cum sit, negat se esse Christianū. Amb. Tertio quoq; interrogaē. Sequiē.n. Et inter. fa. qua. ho. unius alius qui affir. di. Verè & hic cū illo erat. Aug. de cō. euā. Quòd Matthæus & Marcus dūt post pusillū, quantū esset hoc tempor. manifestat hic Lucas dicendo: Et interuallo facto quasi horæ vnius. de hoc autem interuallo tacet Ioannes. Itē q̄ Matthęus & Marcus nō singulari, sed plurali numero enunciant eos qui cū Petro agebant, cū Lucas & Ioānes unū dicāt, facile est intelligere, aut pluralem numerū pro singulari ulitata locutione usurpasse Matthęū & Marcū, aut q̄ unus maximè tanq̃ q̄ eū uiderat affirmabat, cęteri aūt secuti eius fidē Petrū simul urgebant. Iā uero illud q̄ Matthæus ipsi Petro dictū asseuerat, Nōne te uidi in horto? Marcus aūt & Lucas inter se illos de Petro locutos, aut sñiam intelligimus tenuisse eos, q̄ cōpellatū dicunt Petrū; tm.n. ualet quod de illo coram illo dicebatur, quantū si illi diceretur: aut utroq; modo dictum, & alios hunc alios illū modū cōmemorasse. Bed. Subdit autem: Nam & Gali. est. nō quòd alia lingua Galilæi atq; alia loquerentur Hierosolymitæ, q̄ utriq; fuerūt Hebræi; sed q̄ unaquęque prouincia & regio suas habendo proprietates, ulitatum loquēdi sonum uitare non posset. Sequitur; Et ait Pe. ò homo nescio quid dicis. Amb. Hoc

Mos prouinciarum.

est sacrilegia uestra nescio, sed nos excusamus, ipse nō excusauit. Non.n. satis est inuoluta rñsio cōfitentis Iesum, sed aperta cōfessio. Et iō Petr⁹ nō de industria respondisse sic inducit, q̄a postea recordat⁹ est: & tñ fleuit. Bed. Solet āt sacra scriptura sępe meritū cārū per meritū designare tēporū: vnde Petrus q̄ media nocte peccauit, ad galli cātum pœnituit. Sequiē.n. Et cōti. i. adhuc lo. gal. cā. qđ in tenebris obliuionis errauit uerę lucis rememoratione correxit. Aug. de con euang. Galli aūt cātū post trinā negationē Petri intelligim⁹: sicut Marcus expressit. Bed. Hunc gallum mysticè opinor aliquē doctorū intelligēdum, q̄ iacentes & somnolentos increpat dicens. Euigilate iusti, & nolite peccare. Chr. Admirare aūt curā magistri, quia cū uinctus esset, multa utebatur ꝓuisione erga discipulum, quem nutu erigens ad lachrymas ꝓuocauit. Sequitur.n. Et cōuersus dñs respexit Petrū. Aug. de con euan. Quod quō accipiendū sit diligentius considerandum est. Dicit.n. Matthæus, Petr⁹.n. sedebat foris in atrio, quod non diceret, nisi illa cum domino intus agerētur. Similiter & in eo quod dixit Marcus, Et cum esset Petrus in atrio deorsum: ostendit non solū in interioribus, sed etiam in superioribus gesta quæ dixerat. Quō ergo respexit dominus Petrum facie corporali? Quapropter mihi uidetur illa respectio diuinitus facta: Et sicut dictū est, Respice & exaudi me: & cōuertere domine, & libera animam meam: ita dictum arbitror. Conuersus dominus respexit Petrū. Beda. Respicere nanque eius misereri est, quia non solum cum agitur pœnitentia, uerum etiam ut agatur Dei misericordia necessaria est. Amb. Deniq; quos Iesus respicit, plorant delictum, unde sequitur: Et re. est Pet. uerb. do q. d. Qū pr. quàm gal. cant. ter me neg. Et egre. for. Pet. fle. amare. Quare fleuit? q̄a errauit vt homo. lachrymas eius lego, satisfactionem non lego. Lauent lachrymæ delictum, quod uoce pudor est confiteri. Negauit primo & secundo & non fleuit, quia adhuc non respexerat domin⁹. Negauit tertio; respexit eum Iesus, & amarissimè fleuit. & tu si ueniam uis mereri, diluc lachrymis cul-

Expositio moralis de gallo.

pam

pam tuam. Chry. Non autem audebat Petrus palàm flere, ne à lachrymis deprehenderetur, sed foras exiens lachrymabatur. Flebat autem non propter pœnã, sed quia delictum negauerat, quod molestius erat ei quolibet supplicio.

Et uiri qui tenebant illum, illudebant ei cædentes. Et uelauerunt eũ, et percutiebant faciẽ eius. Et interrogauerunt eum dicentes; Prophetiza qs est qui te pcussit? Et alia multa blasphemantes, dicebant in eũ. Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis et principes sacerdotũ & scribæ, et duxerunt illum in consiliũ suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis; Si uobis dixero, non credetis mihi: si autẽ & interrogauero, nõ rñdebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc autẽ erit filius hominis sedens à dextris uirtutis Dei. Dixerunt autem oẽs. Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis quia ego sum, At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

Cõser. euange. Aug de con. euan. De Petri tentatione q̃ inter dñi cõtumelias facta est, non eodẽ ordine oẽs narrant. Nã illas primo cõmemorat Matth. & Marcus, deinde Petri tẽtationem; Lucas uero explicauit prius tentationẽ Petri, deinde contumelias dñi, dicens; Et ui. qui tenebant eũ &c. Chry. Cęli & terrę dñs Iesus sustinet, & patitur impiorũ ridicula, formã nobis patiẽtiæ pręben. Theo. Nec non dñs prophetarum ut pseudopropheta deludit. Seq tur: Et uela. eum &c. Bed. Hęc quasi in contumeliam faciebãt eius qui se à populis prophetam uoluit haberi. Sed tunc qui cæsus est colaphis Iudæorũ, cęditur et nũc blasphemijs falsorum Christianorum. Velauerunt aũt eum, non ut eorũ illa scelera non uideat: sed ut à se ipsi faciẽ eius abscondant. Hæretici aũt & Iudæi, & mali catholici eum reprobis actibus exacerbantes, quasi ei illudentes, dicũt. Quis est qui te percussit? Dum ab illo suas cogitationes & opera tenebrarum cognosci non æstimant. Augu. de con. euan. Hæc aũt intelligitur passus dñs usq; mane in domo principis sacerdotum, quo prius adductus est. vnde sequit. Et ut fa. est die. conuenerunt seni. ple. & prin. sa. & scri. & du. eũ in cõsi. su. di. Si tu es &c. Bed. Non ueritatem desiderabant, sed calumniã pparabant. Si quidem Christum hoiem tãtummodo de stirpe Dauid uenturum sperãtes, hoc ab eo q̃rebant, ut si diceret Ego sum Christus, calumniarẽtur q̃ sibi arroget regiam potestatẽ. Theo. Ipse uero sciebat eorũ pcordia, q̃ qui nõ crediderãt operibus, multo minus sermonibus crederẽt. vnde sequitur. Et ait il. Si vobis dixero, &c. Bed. Sæpe.n. dixerat se Christum esse, puta cum dicebat. Ego & pater unũ sumus, & cętera talia. Si aũt interr. non respon. mi. neq; dimitteris. Interrogauerat.n. eos qũo dicerent Christum filium esse Dauid, cum Dauid in spiritu, dñm suũ illum uocauerit, verum illi neq; dicenti credere, neq; interroganti rñdere uoluerunt: quia aũt semen Dauid calumniari quærebant, plus est quòd audiũt. Sequit. Ex hoc aũt erit fi. hom se. à dex. uir. Dei, The. q. d. Non est uobis de cætero tẽpus sermonum & doctrinæ, sed deinceps iudicij tempus erit, cum uidebitis me filium hominis sedentem à dextris uirtutis Dei. Cyr. Cum autem de Deo sessio dicitur atq; thronus, regia & uniuersalis principans dignitas designatur. Non enim putamus tribunal quoddam positũ esse cui credamus inniti dñm omniũ, sed nec omnino dextrũ uel sinistrum esse penes diuinam naturã: proprium.n. est corporũ, figura & locus & sessio. Qualiter autem paris honoris, paris quoq; consessus filius uidebitur esse, si non est secundum naturam filius, natura enim in se proprietatem habẽs patris? The. Hoc igitur audientes timere debebant, sed illi post hæc uerba magis insaniũt. Vnde sequitur Di. autem oẽs, &c. Beda Quod se filium Dei dixerat, acceperunt in eo quod ait; Erit fi. hominis. &c. Ambr. Dominus autem maluit se regem probare quam dicere, ut condẽnandi causam habere non possint, qui quod obijciunt, hoc fatentur. Sequitur Qui ait, Vos dicitis quia ego sum. Cyril. Hoc autem dicentẽ Christo, uccensuit pharisæorũ cohors, usurpans ignominię uocem. vnde sequitur. At il. di. Quid adhuc desideramus testimonium? &c. Theo. Ex quo patet, quòd inobedientes nulla commoda ferunt, reuelatis sibi secretioribus, sed maiorem pœnam acquirunt, propter quod talia oportet eis esse occulta.

Sessio Christi qũo intelligitur.

CAPVT

CAPVT XXIII.

ET surgens oĩs multitudo eorũ, duxerũt illũ ad Pilatũ. Cœperũt autẽ illũ accusare, dicẽtes: Hũc inuenimus subuertentem gentẽ nostrã, & prohibẽtẽ tributa dari Cæsari, & dicentem se Christũ regem esse. Pilatus autẽ interrogauit eũ dicens. Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait. Tu dicis, Ait autẽ Pilatus ad principes sacerdotum & turbas. Nihil inuenio causę in hoc homine. At illi inualescebant. dicentes. Commouit populum, docens per vniuersam Iudęam, incipiens à Galilæa vsque huc.

Aug. de con. euange. Postquam cõpleuit Lucas, narrando Petri negationẽ, recapitulauit quę cum dño gesta sunt circa mane, cõmemorans quædam quæ alij tacuerunt, atq; ita contexuit narrationẽ, similia alijs narrans eũ dicit: Et sur. omnis multi eorum. &c. Beda. Vt impleretur sermo Iesu quem de sua morte predixit; Tradetur Gentibus s. Romanis. Nam Pilatus Romanus erat, eumq; Romani in Iudęã præsidem miserãt. Aug de con. euan. Deinde apud Pilatum gesta sic narrat, Cęperunt autem eum accu. dicentes. Hunc inue. subuer. gentem nostram, &c. Hoc Matthęus & Marcus nõ dixerunt, cum tamẽ dicerent q eum accusabant, sed iste etiã ipsa crimina quæ falso obiecerũt, aperuit. Theo. Euidenter autẽ aduersantur ueritati. Non n. dñs prohibuit dari cẽsum, sed magis dari iussit. Qualiter autem populũ subuertebat? an vt regnum aggrederetur. sed hoc incredibile cunctis, quia volente multitudine tota eum in regem eligere, sciens fugit. Beda. Duobus autẽ domino obiectis. s. q tributa Cęsari dari prohibuerit, & se Christum regem diceret: potuit fieri, vt illud quod dñs ait, Reddite quæ sunt Cęsaris Cęsari. etiam Pilatum audisse cõtigerit. Ideo q causam hãc quasi aptum Iudęorum mendacium paruipendẽs solum quod nesciebat de regni verbo interrogandum putauit. Sequitur; Pila. autẽ interrogauit &c. Theo. Mihi videtur q hoc à Christo quęsierit contemptum obiecti criminis subsannãdo. q. d. tu pauper, humilis, nudus, cui nullus adiutor, accusaris de regni ambitione, ad quos opus est multorum adiutorum & sumptuũ. Bed. Eodem autẽ verbo pręsidi; quo & principibus sacerdotum respondet, vt propria sententia condemnetur. Sequitur; At ille respondens ait, &c. Theop. Illi autem cũ nihil aliud fauerer eorum calumnie, recurrunt ad clamorum subsidia. Sequitur: At il inua. di. Commo popu. do. per vniuer. Iudæ. inci. à Cali. vsque huc. q. d. Peruertit populum nec in vna parte tantum, sed à Galilęa incepit, & hucusque peruenit transiens per Iudęam; puto autem eos nõ absque causa meminisse Galilęę, sed volẽtes incutere timorem Pilato. Galilæi. n. schismatici fuerũt, & noua tentãtes, qualis fuit Iudas Galilęus, cuius in actibus Apostolorum fit mentio. Bed. His autem verbis nõ illum, sed se accusant. Docuisse .n. populum, & à pristini tẽporis ignauia docendo commonuisse, talique actu totã terram promissionis pertransisse, non criminis, sed indicium est virtutis. Ambros. Accusatus ãt dominus & tacet, quia defensione nõ indiget. Ambiãt defendi, q timent, vinci. nõ ergo accusationẽ tacendo cõfirmat, sed despicit non refellẽdo. Quid ergo timeret, q non ambit salutem? solus vim suam prodit, vt acquirat omnium.

Innocentia Iesu.

Pilatus autẽ audiens Galilæã, interrogauit si homo Galilęus esset. Et vt cognouit q de Herodis potestate esset, remisit eũ ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis dieb⁹. Herodes ãt viso Iesu gauisus est valde. Erat. n. cupiens ex multo tẽpore videre eũ, eo q audiret multa de eo; et sperabat signũ aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat ãt eũ multis sermonibus, at ipse nihil illi respõdebat. Stabant ãt principes sacerdotum, & scribæ cõstanter accusantes eum. Spreuit ãt illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die, nam antea inimici erant adinuicem.

Beda. Pilatus de pręmissa accusatione non interrogandum dominũ ratus, sed ipsum magis nacta occasione cupit ab eo iudicando liberum reddere. vnde dicitur; Pilatus autem audiẽs. Ga. inter. si homo Galilæus esset. Et ne contra eum quem insontem, & propter inuidiam traditum cognouerat, sententiam dare cogeretur, Herodi

eum misit audiendum: vt ipse potius eum qui eius patriç terrarcha existebat. vel absolueret, vel puniret. Sequitur; Et ut cogno. &c. Theo In hoc sequitur legem Romanam, quç iubebat quemlibet à principe suæ iurisdictionis condénari. Gre. 10. mor. Christi aût famam Herodes explorare voluit, cum eius miracula videre cócupiuit. Sequitur: Hero. au vi. &c. The. Non tanquã lucraturus quicquã vtilitatis ex eius aspectu, sed patiens nouorum cupidinem, credebat videre quendam, extraneũ hominẽ, de quo audierat. ꝙ sapiens & mirificus esset. vnde sequitur. Eo quòd audi. mul. &c. Volebat etiã audire ab eo quid diceret, & ideo interrogat eum quasi irrisoriè se habens ad ipsum, & ipsum subsannans, Sequitur: Interro. autem illum multis sermonibus. Iesus qui cuncta ratione peregit, & qui teste Dauid, suos sermones in iudicio disponit, pium esse iudicauit in ta ibus habere silentium. Sermo. n. prolatus, ei cui nihil proficit, condemnationis fit causa. vnde sequitur: Et ipse nihil ei respondebat. Ambro. Tacuit & nihil fecit, q a nec illius credulitas merebaĩ videre diuina. Et dñs iactantiam declinabat, & fortè typicè in Herode oẽs impij significanĩ, qui si legi nó crediderint & ꝓphetis, mirabilia Xp̃i, opera in euãgelio videre non possunt. Gre. 22. mor. Hoc ẽt audiẽtes nos oportet addiscere, vt quoties auditores nostri nostra volũt quasi laudãdo cognoscere, nó ãt sua peruersa mutare, oĩno taceamus; ne si ostẽtationis studio verbum Dei loquimur, & illorum quç erat culpa, esse nó desinat, & nostra quæ nó erat, fiat. Multa autem sunt quæ audiẽtis animum prodũt, maximè si auditores nostri & semper laudant quod audiunt, & nunquam quod laudant sequuntur. Gre. 10. mor. Inquisitus ergo redemptor tacuit, expectatus miracula adhibere cõtempsit, se seque apud se in occultis retinens, eos quos exteriora quærere comperit, ingratos foris reliquit; magis eligens aperte à superbientibus despici, q̃ à non credentibus vacua voce laudari. vnde sequitur. Sta. autem princ. &c. Amb. Non ociosum ꝙ veste alba induiĩ ab Herode, immaculatç tribuens indicia passionis, quòd agnus Dei sine macula cũ gloria mundi peccata susciperet. Theop. Tu tamen considera quòd per ea quæ facit diabolus impeditur, congerit derisiones & opprobria in Christũ; ex quibus declaratur ꝙ dñs seditiosus nó sit, alioquin nó deridereĩ plebe reddita suspecta, & non nitatibus gaudẽte, Misso ãt Xp̃i à Pilato ad Herodẽ fit amicitiç cõmunis exordiũ, quasi Pilato nó vsurpãte sibi subditos ditioni Herodis. vñ subditur: Et fa. sunt &c. Attẽde diabolũ vbiq; coniungentẽ disiuncta, vt Xp̃i peragat necẽ. Erubescam⁹ ergo nos, si causa nostræ salutis nec amicos in proprio fœdere conseruemus Ambro. In typo etiam Herodis atq; Pilati, qui amici ex inimicis per Iesum Christũ facti sũt, & plebis Israelis & populi Gẽtilis figura seruatur. ꝙ per domini passionem vtriusque sit futura concordia: ita tamen vt prius populus nationus capiat Dei verbum, & ad populum Iudçorum fidei suç deuotionẽ transmittat, vt illi quoque gloria maiestatis suæ, corpus vestiant Christi, quod ante despexerant. Beda. Vel hoc Herodis & Pilati fœdus, significat ꝙ Gentiles & Iudçi, genere & religione & mente dissidentes, in Christianis persequendis consentiunt.

Doctrina moralis.

Allegorica expositio.

Pilatus autẽ conuocatis principibus sacerdotũ & magistratibus & plebe, dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominẽ, quasi auertentem populũ, & ecce ego coram vobis interrogans, nullã causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eũ accusatis. Sed neque Herodes. Nam remisi vos ad illũ, & ecce nihil dignum morte actũ est ei. Emendatum ergo illum dimittam. Necesse autẽ habebat dimittere eis per diem festum, vnũ. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicẽs. Tolle hũc & dimitte nobis. Barabbã. Qui erat ꝓpter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidiũ, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabãt dicentes. Crucifige, crucifige eum. Ille ãt tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullã causam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo illum & dimittã. At illi instabãt vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur, & inualescebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant, Iesum verò tradidit voluntati eorum.

Aug.

Consensus euangel. Aug. de con. euan. Rediēs Lucas ad ea quæ apud præsidē gerebātur, vñ digressus erat vt narraret quod apud Herodē actū est, ita dicit. Pilatus āt conuo. &c. Hic intelligimus eum ꝑtermisisse, quemadmodū à dño quæsierit qui accusatorib. respōderet. Amb. Hic Pilatus Christū absoluit iudicio, crucifigit ministerio, ad Herodē mittitur, ad Pilatū remittit. vñ sequitur: Sed neq; He. &c. Et si vterq; reū non pronunciat, ob metum tñ alienæ crudelitatis studiis Pilatus obsequitur. The. Duorum ergo virorū testimonio Iesus insons ostenditur, Iudęi verò qui accusabant, nullum testē obtulerūt, cui credere oporteret. Vide ergo quō superet veritas. Iesus tacet, & testantur inimici: proclamāt Iudæi, & nullus eorū attestat clamoribus. Bed. Pereant ergo scripta quæ tāto post tempore contra Christū composita, non illum apud Pilatum magicæ artis accusatiū, sed componētes apud dñm perfidię & fallitatis accusandos esse demonstrant. The. Lētus ergo Pilatus nec satis apud veritatem seuerus, quia timebat accusationes, subiūgit, Emendatū ergo illum dimittam. Beda. q d. Flagris illum & ludibriis quantū iuberis afficiā, dūmodo innoxiū sanguinem non sitiatis. sequitur. Necesse autem ha. dimit. eis &c. Necesse habebat nō impialis legis sanctione, sed annua gentis cōsuetudine deuictus, cui ꝑ talia gaudebat placere. The. Romani. n. Iudæis concesserant secundum leges & ritus proprios cōuersari. Mos autem patrius erat Iudęis petere damnatos à principe, sicut à Saule Ionatham petiuerunt. vnde & de eorum petitione nūc subditur; Excla. autem si &c. Amb. Nō immeritò homicidæ absolutionem petunt, qui flagitabāt innocentis exitium; tales leges habet iniquitas, vt quod oderit innocentia, scelus diligat. In quo tamē nominis interpretatio speciem dat figurę: Barrabas. n patris filius latinè dř. Illi ergo quibus dř, Vos ex patre diabolo estis: vero Dei filio patris sui filiū. n. antichristū platuri esse prodūtur. Bed. Hæret autem Iudæis vsq; hodie sua petitio. q̄ æ. n. dāta sibi optione, ꝓ Iesu latronem, ꝓ saluatore interfectorem elegerunt, meritò salutem vitamq; perdiderūt, & latrocinijs se ac seditionibus in tantū subiecerūt, vt & patriam & regnum suum perdiderint. Theop. Sic igitur gens olim sancta furit ad cędendum, Pilatus Gentilis cædem prohibet. Sequitur. n. Iterum autem Pilatus locutꝰ est ad eos &c. Bed. Pessimo. n. genere mortis occidere innocentem, hoc est crucifigere desiderant. Pendentes. n. in ligno crucifixi, clauis ad lignū pedibus manibusq; confixis, producta morte necabantur, ne dolor citius finiretur. Verum à domino electa erat mors crucis, quam diabolo superato, tanquā trophæū in frontibus fidelium erat positurus. The. Tertio autem Pilatus Christū absoluit. Sequitur. n. Ille autē tertio dixit ad illos Quid enim, &c. Beda. Hanc correptionē qua populo satisfacere (ne vsque ad crucifigendum Saluatorem sæuirent) Pilatus quęrebat, non solum obtulisse, sed etiam deridendo & flagellādo exhibuisse verba Ioānis testantur. Quia vero totam accusationem quam aduersus dominum detulerunt, solicita Pilati interrogatione videbant euacuatam, tandē ad solas se preces conuertūt. vnde sequitur: At illi instabāt vocibus magnis, postulātes vt crucifigeretur, &c. Theop. Tertio clamant contra Christum, vt per trinam hāc vocem, suam esse occisionem Christi approbent, quam petendo extorserunt. Sequitur. n. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem; Iesum vero tradidit voluntati eorum. Chry. Putabant enim hoc se posse astruere ꝙ Iesus deteriꝰ esset latrone, & adeo nequā, vt neque proprietate, neque pro festi prærogatiua deberet liberari.

Notulæ de Iudæis.

Et cū ducerent eum apprehenderunt Simonē quendā. Cyrenensem venientē de villa, & imposuerūt illi crucē portare post Iesum. Sequebatur autē illum multa turba populi et mulierū, quæ plāgebāt & lamentabantur eum. Conuersus autē ad illas, dixit Iesus: Filiæ Hierusalē, nolite flere sup me sed super vosipsas flete, & super filios vestros. Quoniā ecce venient dies in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres q̄ nō genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tūc incipient dicere montibus, cadite sup nos; & collibus, operite nos, Quia si in viridi ligno hæc faciunt

riunt, in arida quid fiet? Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur.

Glo. Posita condemnatione Christi, cõuenienter agitur de eius crucifixione, cũ dr. Et cum ducerent eum apprehenderũt Simonem quendam Cyrenensem veniẽtem de villa, & imposuerunt ei crucẽ portare post Iesum. Aug. de con. euan. Ioãnes aũt narrat q Iesus baiulabat sibi crucem; vnde intelligitur q ipso sibi portabat crucẽ cum exiret in eum qui dr Caluariæ locum. Simon aũt in itinere angariatus est, cui data est portanda crux vsq; ad locum: nullus. n. aliorum acceptabat crucem baiulare, eo q lignum detestabile putabãt: & iõ Simoni Cyrenæo quasi in quãdam iacturam imposuerunt crucem portare, quam alij recusabant. Hic adimpleretur illud Esaiæ. Cuius principatus sup humerum eius. Principatus. n. Christi, est crux eius, pp quam secundum apostolum, Deus eum exaltauit. Et sicut in signum dignitatis alij baltheum, alij mitram portant, sic & dñs crucem. Et si inquiras, inuenies nõ aliter i nobis regnare Iesum nisi per asperitates, quo fit deliciosi inimici sint Christi crucis. Amb. Christus ergo crucem baiulãs, iam tropheũ suũ victor attulit: crux super humeros imponitur, quia siue Simõ siue ipse portauerit, & Christus in homine, & hõ portauit in Christo. Nec discordant euangelistarum sniæ quando cõcordat mysterium. Et bonus ordo nostri profectus est, vt prius crucis suæ trophęa ipse erigeret, deinde martyribus traderet erigendum. Non Iudæus est qui crucẽ portat sed alienigena atq; peregrinus, nec præcedit, sed sequitur: iuxta hoc quod scriptũ est, Tollat crucem suam, & sequatur me. Be. Simon aũt obediens, Cyrene hæres interpretatur: vnde per eum populi gentiũ designantur, qui quõdam peregrini & hospites testamentorum, nunc obediendo facti sunt Dei hæredes. De villa aũt Simon egrediens crucẽ portat post Iesum, cũ paganis ritibus derelictis, vestigia dominicę passionis obediẽter amplectitur. Villa. n. græcè pogos vocatur, à qua pagani nomẽ trahunt. The. Vel ille tollit crucem Christi, qui venit à villa. i. dimittit hunc mundum & opera eius, in Hierusalem. i. in supernam libertatem tendens. Ex hoc ẽt nõ modicum sumitur documentum. Qui. n. ad modum Christi magister est, debet ipse prius tollere crucem, & timore Dei ꝓpriam carnem configere, & sic subditis, & obedientibus eam imponere. Sequitur aũt Christum etiam multitudo plebis & mulierum: nam subditur, Sequebatur aũt &c. Beda. Multa quidem turba crucẽ dñi, sed non vna eademq; mente sequebatur. Nã populus qui eius mortem impetrauerat, vt morientẽ lætus aspiceret mulieres vero, vt moriturum plorarent. Non autẽ iõ solus mulierum planctus sequebãt, q a non ẽt innumerus virorum cœtus de eius erat passione męstissimus, sed quia fęmineus quasi contẽptibilior sexus liberi⁹ poterat quod senserat ostentare. Cyr. Amãs ẽt lachrymarum est semper sexus fœmineus, & mentem habens flexibilẽ ad pietatẽ. The. Per hoc ẽt significabatur q multitudo magna Iudæorum esset post crucẽ itura credens in Iesum. Sed & mens infirma q̃ significatur per fœminã, si sumpta cordis contritione per pęnitentiam fleat, sequitur Iesum pp nostram salutem afflictum. Flebant igitur mulieres per compassionem. Eum autẽ qui vltro patitur flere non oportet, sed magis ei applaudere, & iõ eas flere vetat. Sequitur. n. Conuersus autẽ Ie. ad il. dixit; Filiæ Hieru. nol fle. su. me. Bed. Cuius. s. cita resurrectio mortem soluere põt, cuius mors & omnem mortẽ & ipsum mortis destructura est auctorẽ. Notandum autem cum filias Hierusalem appellat q non solæ quæ cum eo venerãt à Galilæa, sed & eiusdẽ vrbis ciues ei mulieres adhæsunt. The. Mandat deplorantibus eũ in futura mala prospectum intendere, & super illis flere: sequitur. n. super vosipsas flete &c. Cyr. Significans in futuro mulieres liberis esse orbandas; nam irruente bello in terra Iudæorum cuncti simul peribunt magni & parui. vnde sequitur: Quia ecce venient dies in quibus dicent, &c. Theo. Cum. n. fœminæ crudeliter suos assabunt filios, & venter qui produxerat flebiliter, iterato recipiet genitũ. Bed. In quo die venturæ à Romanis obsidionis & captiuitatis tẽpus significat, de quibus supra dixerat: Væ pregnãtibus, & nutrien-

Cõsensus euangelicus.

nutrientibus in illis dieb. Naturale est ãt imminente captiuitate hostili, alta vel abdita quib absconditur homines refugia q̃rere. vnde sequit: Túc incipiét mótibus dicere, Cadite super nos, & collib. operire nos. Refert.n. Iosephus intillectibus lib. Romanis, certatim Iudęos cauernas montiũ, colliumq; petisse speluncas pôt ét qđ beatificandas dicit steriles de his intelligi, qui vtrolibet sexu se castrauerunt pp regnum cęlorum montib. collib isq; dici, cadite sup nos, & operite nos cũ q libet suæ fragilitatis memores ingruente tentationũ articulo sublimium quorumcunque virorum quæsierint exéplis monitis & precibus defendi. Sequitur. Quia si in vi. li. hęc fa. in ari. quid fiet? Grego. 21. mora Si lignũ viride, & nos lignum aridum dixit, quia ipse in se vim diuinitatis habuit; nos vero qui puri homines sumus, lignum aridum appellamur. Theo. q. d. Iudæis; si ergo in me lignum fructifectũ iugiter virés taliter sęuierunt Romani, quod non attétabunt erga vos? populum dico quasi lignum aridum priuatũ qualibet uiuificante virtute, nec vllum fructum ferentem. Beda. Vel quasi omnibus diceret; Si ego qui peccatum non feci, lignum vitæ appellatus sine igne passionis à múdo nõ ex eo, quid putas eis manere tormenti qui sunt fructibus vacui? Theo. Malam autem opinionem de domino innuere volens diabolus, etiam latrones faciebat crucifigi cum eo, vnde sequitur; Ducebãtur autem alij duo nequam cum eo vt interficerentur.

Historia Iosephi.

Locus passionis Xp̃i.

Et postquam venerũt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi cru ifixerun eum: & latrones, vnum à dextris, & alterum à sinistris.

Athan. Vbi corruptum est gen⁹ humanum, ibi Christi propriũ corpus exposuit vt ibi seminata est corruptio, ibidé incorruptio oriatur, pp quod in loco Caluarię crucifigitur. Dicitur.n. Et postquam venerunt in locũ qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum. Quem locum doctores Iudæorum aiunt esse sepulchrum Adæ. Bed. Vel aliter; Foris portam loca erant in quibus truncabãtur capita damnatorum, & Caluarię. i. decollatorum sumpserunt nomen. Et sic pro omni salute quasi noxius inter noxios crucifigitur, vt vbi abũdauit peccatum, superabundet & gratia. Cyri. Non aũt ipse vnigenitus filius Dei in propria natura qua Deus est, passus est q̃ sunt corporis, sed magis in natura terrena. Decet n. vtrũq; de vno & eodem filio dici. s. & non pati diuinè, & ipsum esse humanitus. Euseb. Si autem aliter post conuersationem cum hominibus euanescens subito euolaret fugiés mortem ab hominibus cópararetur phantasmati: & quemadmodũ si quis incombustibile quoddã nobis vas, & pualens ignis naturæ vellet ostédere: flammæ illud traderet, & cõsequenter à flãma illud illesum extraheret. Sic Dei verbũ volens ostendere instrumentũ quo vsus est ad humanã salutem, esse pualens morti, mortale morti exposuit ad demonstrãdũ eius naturã, deinde post modicũ à morte illud eripuit in lignũ diuinę virtutis. Et prima quidé causa mortis Xp̃i hæc est. Secũda verò diuinæ potestatis ostésio, corp⁹ Xp̃i inhabitãtis, cũ n. antiquitus deificarét hoies cõem exitũ mortis sortitos, quos Heroas & duos nominabãt; docuit i lũ solũ mortuum verũ Deum esse fatendum, quem brauia victoriæ morte prostrata decorant. Tertia ratio est victima pro toto genere hoium mactanda: qua oblata tota potestas dęmonũ perijt, & error quilibet est sedatus. Est & alia causa salutiferæ mortis, vt discipuli oculata fide conspicerent resurrectionem post mortem, ad quam propriam spem erigere docebãtur, vt mortem contemnentes; agonem cõtra errores inirent alacriter. Chry. Non autem sui mortem, quam non habebat cum sit vita, sed hominum venit consumpturus Saluator; vnde non propria morte corpus deposuit, sed ab hominibus illatã sustinuit. Sed & si ægrotauisset corpus eius, & in conspectu omnium solueretur, incõueniens erat eum qui sanaret aliorum lãguores, habere proprium corpus affectum languoribus. Sed & si absque aliquo morbo seorsum alicubi corpus deposuisset, ac deinde rursus e offeret, non crederetur ei de resurrectione disserenti, oportet. n. morte resurectionem præcedere. Cur ergo resurrectioné palam quidem prædicaret, clãculo vero moreretur? nimirum si latenter hæc euenissent quot excogita-

Causæ mortis Christi.

rent homines incredulitatis calũnias? quo pateret Christi in mortẽ victoria, nisi coram oĩbus eã patiens ꝑ incorruptionẽ corporis probasset extinctam? Sed dices, dicebat saltẽ gloriosam mortẽ sibi excogitare, vt euitaret ignorantiã crucis, sed & si hoc fecisset, suspectũ se reddidisset, quasi nõ habẽs virtutẽ cõtra quãlibet mortem. Sicut ergo pugil posternens illũ quẽ hostis obtulerit, ostẽditur excellentior omnib. sic oĩum vita ab hostib. illatã, quã putabant esse dirã & infamẽ, detestabilẽ mortẽ i cruce suscepit, vt hac interẽpta dñiũ mortis totaliter destruatur; ꝑꝑ quod nõ caput ei amputatur vt Ioann. neq; sectus est vt Esaias: vt corpus integrum & indiuisibile morti seruet, & nõ fiet occasio volẽtibus ecclesiam diuidere. Volebat ẽt supportare quã incurreramus maledictioẽm, maledicta mortem. s. crucis suscipiendo, secundum illud: Maledictus homo qui pẽdet in ligno. In cruce etiam expãsis manibus, moritur, vt altera quidẽ manu veterem populum, altera eos qui sunt ex gentibus trahat vtrosque sibi coniungens. Moriens etiam in cruce à dæmonibus expiat aerem, & ascẽsum nobis parat in cęlum. Theo. Quia ẽt per lignum mors intrauerat, necesse erat vt per lignum exterminaretur, & vt dominus per ligni dolores inuictus transiens, confutaret delectationem prouenientem ex ligno. Greg. Nis. Sed & figura crucis à medio cõtactu in quatuor extrema partita, significat virtutem & ꝓuidentiam eius, qui in ea pependit. vbiq; diffusam Aug. de q. no. & ve. test. Non frustra etiam tale genus mortis elegit vt latitudinis, & altitudinis, & lõgitudinis & profunditatis (de quibus apostolus loquitur) magister existeret. Nam altitudo est in eo ligno quod transuersum desuꝑ figitur, hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. Longitudo in eo ꝙ ab ipso ligno vsque ad terram cõspicuũ est; ibi. n. quodammodo statur. i. persistitur & perseueratur, quod lõganimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte, quę ab illo quod trãsuersum figitur sursum versus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi, quia bene sperantium superna expectatio est. Iã vero illud ex ligno quod fixum occul-

Alia sentẽtia

Mysteriũ crucis.

tatur, vnde totum illud exurget, profunditatem signat gratuitæ gratiæ. Chr. Duos ẽt latrones vtrinque crucifixerunt, vt eorũ suspitionis fieret particeps, vnde sequitur: Et latrones vnum à dextris, alterum à sinistris: sed nõ ita euenit: nam de illis nil dr; huius autem crux vbiq; honoratur reges diademata deponentes assumũt crucem: in purpuris, in diadematibus, in armis, in mensa sacrata vbique terrarum crux emicat; non talia sunt humana. Viuentibus. n. istis qui egerunt strenuè, arrident ꝓpria gesta; his autem pereuntibus, pereunt: sed in Christo totum contrarium. Nam ante crucem omnia mœsta, scias nõ purum hominem esse crucifixum. Bed. Duo autem latrones cum Christo crucifixi significant eos, qui sub fide Christi vel agonem martyrij, vel continentiæ artioris institutæ subeũt, sed qui hęc pro æterna gloria faciũt, dextri latronis, q̃ ãt humanæ laudis intuitu, sinistri latronis actus imitantur.

*Iesus ãt dicebat: pater, dimitte illis. Non. n. sciunt q̃d faciunt. Diuidentes vero vestimenta eius miserũt sortes. Et stabat populus expectãs, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, * se saluũ faciat si hic est Xps Dei electus. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes: Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac.*

*Seipsum.

Chryso. Quia dominus dixerat, Orate pro persequentibus vos, hoc etiam crucẽ ascendens fecit. vnde sequitur Iesus au. dice. Pater dimitte illis. Non quia non posset ipse relaxare, sed ut nos pro persequẽtibus orare doceret, non solum verbo, sed & opere. Dicit autem, dimitte eis, si pęnituerint. Fauet enim pœnitentibus si vellet post tantam nequitiam reatus per fidem diluere. Beda. Neque putandum est hic eum frustra orasse, sed in eis qui post eius passionem crediderũt, quod orabat impetrasse. Notandum sanè ꝙ non pro eis orauit qui filium Dei intellexerunt crucifigere, nec confiteri voluerunt. sed ꝓ eis qui nesciebant quid facerent, zelum Dei habentes, sed non secundum scientiã, vnde subdit. Non enim sciunt quid faciũt. Græcus. Permanentes uero post crucem in infidelitate nullus per ignorantiam iuuari putabit dignis miraculis fortiora uo-

Oratio Christi.

ae eum prædicantibus esse Deum. Ambr. Refert ergo considerare qualis crucem ascendat, nondum.n. video, talis ergo ascẽdat, qui seculũ vincere parat, ut seculi adiumenta non quærat. Victus est aũt Adã qui vestimẽta quæsiuit, vicit ille qui tegumenta deposuit. talis ascendit, quales nos au&ore Deo, natura formauit. talis in paradiso primus homo habitauerat, talis in paradiso homo secũdus intrauit. Pulchrè aũt ascensurus crucem regalia vestimenta deposuit, vt scias quasi hoĩem passũ esse. non quasi Deũ regẽ etsi vtrunq; Christus. Atha Qui ẽt cunctas conditiones nostras causa nostri suscepit, induit vestimẽta nostra, signa mortificationis Adæ vt exuat illa, & horum vicem induit nos vitã & incorruptionem. Sequitur: Diuidentes vero vestimenta eius miserũt sortes. Theo. Forsitan.n. plures eorũ egebant, vel fortę magis ad opprobriũ hoc faciebant, & ex quadam lasciuia; quid.n. preciosum inueniebant vestibus? Beda. In sorte autẽ videtur gratia Dei cõmendata esse, quia cùm sors mittitur, non personæ cuiusquam vel meritis, sed occulto Dei iudicio cedit. Aug. de con. euan. Hoc quidẽ breuiter dictũ est a tribus euãgelistis. Ioãnes distinctius hic explicat quemadmodũ hoc gestũ sit. The. Deludẽtes igiť hoc agebãt. Nã vbi principes subsannabant, quid dicere oportet de vulgo? Sequiť.n. Et stabat populus, qui.s. petierat eũ crucifigi, Expectans, s. finẽ, & deridebãt eũ principes cũ eis. Aug. de con. euã. Quia principes dixit nec addidit sacerdotũ, oẽs primates generali nomine cõplexus est, vt ibi possent intelligi scribę & seniores. Beda. Qui ẽt nolentes confitentur, quòd alios saluos fecit. Sequitur enim; Dicentes, Alios saluos fecit, seipsum saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Athan. Dominus autem verè Saluator non saluando seipsum, sed creaturã liberando volebat cognosci Saluator. Neque enim medicus, quia sibi medetur, medicus esse cognoscitur, nisi erga lãguidos, artem probet: sic dominus Saluator existens, non habebat opus salute, neque descendendo de cruce volebat cognosci Saluator, sed morando: multo nanque maiorem salutem mors Saluatoris affert hominibus, quàm descensus de cruce. Grçcus. Videns autem diabolus nullum esse sibi defensaculũ titubabat, & quasi aliud non valens tentauit vlterius propinari. Saluatori acetum ad bibendum. Sequitur.n. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes illi, quod contra seipsum facere diabolus ignorabat. Nam amaritudinẽ iræ ex prçuaricatione legis fa&am, qua cunctos detinebat Saluatori prębebat, quã ille sumens consumebat, ut uice aceti vinum det nobis in potum, quod sapientia miscuit. The. Obtulerunt autẽ milites Christo acetum quasi regi subministrantes. Sequitur.n. Dicẽtes, si tu es rex Iudæorum, saluum te fac. Bed. Et notãdũ & Iudæi uocabulũ Xp̄i scripturæ ubi au&oritate creditũ blasphemãtes irridẽt. Milites vero vtpotè scripturarum nescij non Christo, sed regi Iudæorum insultant. — *Aceti potati ratio.*

Erat autẽ & superscriptio scripta super eum literis Græcis & Latinis & Hæbraicis. Hic est rex Iudæorũ. Vnus autẽ de his qui pendebãt, latronibus, blasphemabat eũ dicens; Si tu es Christus saluũ fac temetipsum et nos. Respõdens autẽ alter increpabat eũ dicẽs: Neque tu times Deũ, ꝙ in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste: nã digna factis recipimus. Hoc vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum. Dñe memẽto mei cũ veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

The. Aliã attende sagacitatem dæmonis agitatã in Christum; triplici.n. literarũ figura promulgabat accusationẽ Iesu, ne.s. quenquam trãseuntium lateat ꝙ ob hoc suspensus fuerat, q a se regẽ faciebat. Dr̃.n. Erat autẽ & superscriptio scripta super eum literis Grçcis & Latinis & Hebr. Hic est rex Iudæorum, per quod significabatur potentissima Gentium, quales erant Romani; prudẽtissimas, quales Græci; maxime Deum colentes, quale fuit Iudæorum genus, subijci debere imperio Christi. Amb. Merito autem supra crucẽ ponitur titulus, quia non humani corporis, sed diuinæ potestatis est regnum quod habet Christus. Lego titulum regis Iudęorum, cum lego, Regnum meum nõ est de hoc mũdo. Lego causam Christi super caput eius scriptam cum lego, Et Deus erat verbũ; caput.n. Xp̄i Deus. Cyr. Altera autem — *Mysteriũ tituli triumphalis.*

tem latronum eâdem cum Iudæis eructa bat. Sequitur enim: Vnus autem de his q̄ pendebant latronibus blasphemabat eū, dicens: Si tu es Christus saluum fac temetipsum & nos. Alter vero refrenabat voces ipsius. Sequit̄ enim; Respondens alter increpabat eum dicens: Neque tu times Deum, quia in eadem damn. es. Sed & proprium reatum confessus est, subdēs. Et nos quidem iustè, nā digna factis recipimus. Chry. Hic fungitur vice iudicis cō demnatus, & incipit de ueritate censere, qui coram Pilato post multa tormenta cō fessus est scelera. Quia aliud est homo cē sor, quem latēt intima: & aliud Deus, qui mentes penetrat. Et ibi quidem post confessionem pœna subsequitur hic autē con fessio fit ad salutem; sed & Christum pronunciat innocētem cum subdit, His vero nihil mali fecit. q. d. Nouam vide iniuriā, honestatem damnari cum scelere. Nos uiuētes occidimus, hic mortuos suscitauit; nos aliena sum⁹ furati, hic & sua iubet tribuere. Beatus igitur latro astātes docebat tamia differēs quibus alterum increpabat. Sed ut uidet extinctos auditus astātium, redit consequenter ad eū qui nouit p̄cordia. Sequit̄ n. Et dicebat ad Iesum. Dñe, memento mei cū ueneris in regnū tuum. Crucifixum aspicis, & dñm profiteris, cō demnati uides figuram, & regis p̄dicas dignitatem. Mille malis imbutus, postulas iustitiæ fontē reminisci tuæ nequitiæ, sed intueor latēs regnū, & tu auertis mea publica scelera, & acceptas fidē intentionis occultæ. Discipulū ueritatis usurpauit nequitia, discipulū nequitiæ nō cōmutauit ueritas. Gregor. 18. moral. In cruce claui manus eius, pedesq; ligauerāt, nihilq; à pœnis in eo liberū, nisi cor & lingua remā serunt. Inspirante Deo totū illud ei obtulit, qđ in se liberum inuenit, ut iuxta hoc quod scriptū est, Corde crederet ad iustitiam, ore confiteretur ad salutē. Tres aūt uirtutes quas apostolus memorat, subito repletus gratia & accepit latro, & seruauit in cruce. Fidem namq; habuit, qui regnaturum Deum credidit, quē secum pariter morientem uidit. Spem habuit, qui regni eius aditū postulauit. Charitatem quoq; in morte sua uiuaciter tenuit, qui

Latro iudex effē ctus.

Nota verba.

Tres uirtutes latronis.

fratrem & collatronem pro simili scelerē moriētē de iniquitate sua redarguit. Amb. Pulcherrimū aūt datur affectandæ cōuersionis exemplū, q̄ tam cito latroni uenia relaxetur. Cito ignoscit dñs, quia cito ille cōuertitur: & uberior est gratia, q̄ præcatio; semp. n. dñs plus tribuit, q̄ rogatur. ille rogabat ut memor sui esset, de dño autem sequitur: Et dixit ille Iesus, Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Vita est. n. esse cum Christo, & ubi Christus, ibi regnū. Theo. Et quemadmodū quisq; rex uictoriosus rediens ex triūpho optima p̄darum fert secū, sic & dñs prædatus portionem diabolicarū prædarum. s. latronē ducit secū in paradisum. Chry. Erat ergo uidere Saluatorē in medio latronū, trutinam iustitiæ, trutinantē fidem & infidelitatem. Expulit diabolus de paradiso Adā, Christus latronē impulit ante totū orbē, & ante apostolos. Nudo uerbo, sola fideā paradisum introiuit, ne quis post errores introitum desperaret. Attende celeritatē à cruce in cœlos, à condemnatione in paradisum: ut noueris non ad beneuolentiā illius, sed ad clementiam domini totū fecisse. Si autem iam facta est bonorū retributio, nūquid superuacua erit resurrectio? Si. n. introduxit latronem in paradisum, corpus autem eius corruptū remansit foris, liquet non esse resurrectionem corporum: hæc dicunt illi. Sed caro quæ fuit laborum particeps, nunquid priuabitē præmijs? Audi Paulum dicentem Oportet corruptibile hoc incorruptionē induere. Sed si dñs pollicitus est regnum cœlorum, introduxit autem latronem in paradisum, nondum ei retribuit præmia. Sed dicunt, nomine paradisi regnum cœlorū nominauit, usitato nomine utens dum alloqueretur latronem, qui nihil audierat de arduis documentis. Quidam autē non sic legūt, Hodie mecum eris in paradiso, sed sic, Dico tibi hodie; & consequenter, Mecum eris in paradiso. Sed adhuc euidētiorem solutionē subiungemus, nam nec dici cum uident aliquē desperatum, dicūt iam mortuus est. Sic & latro quoniam nō amplius timebatur eius regressus ad pditionē, dicitur paradisum introisse. Theo. Hoc tamen est uerius omnibus, q̄ quāuis

Distinctio textus.

omnia

omnia ꝓmissa sortiti sunt & latro & alij sancti, ne sine nobis cõsumaretur, vt dicitur in epistola ad Hebręos, sunt tamen in regno cęlorum & in paradiso. Greg. Nis. Hic iterũ oportet discutere quõo latro censeatur dignus paradiso, cũ sanctis rõphęa flammea prohibeat introitum. Sed attende ꝙ sermo diuinus eã versatilem dicit, vt indignis quidem obuiet, dignis verò liberum ad vitam patefaciat aditum. Gre. 12. mor. Vel illa romphęa flammea versatilis dicitur, pro eo ꝙ scilicet quandoque venire tempus, vt etiam remoueri debuisset, qñ scilicet veniret, qui suæ incarnatiõnis misterio paradisi nobis iter aperiret.

Consensus euangelicus. Ambr. Sed & illud soluendum est, quia alij, i. Matthæus & Marcus duos conuitiãtes inducunt latrones, iste vnum conuitiãtem, vnum repugnantem; fortasse & iste prius conuitiatus est, sed repentè conuersus est. Potuit etiam de vno plurariter dici, sicut est illud: In caprinis pellib⁹ ambulabãt. Secti sunt, cũ solus Elia melotidẽ habuisse, Esaias sectus esse doceat. Mysticè & duos latrones populos peccatores significãt ꝑ baptismũ crucifigẽdos esse cũ Christo, quorũ dissentio diuersitatẽ pariter credentiũ significat. Be. Quicunq; .n. baptizati sumus in Xp̃o Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. per baptismũ ãt cùm peccatores essemus, abluimur, sed alii dũ Deũ in carne passum laudãt coronãtur; alij dũ aut fidẽ aut opera baptismi habere renuerunt, dono quod accepere priuantur.

Erat autem fere hora sexta & tenebræ factę sunt in vniuersa terra vsque in horam nonam: Et obscuratus est sol, & velum templi scissum est medium Et clamans voce magna Iesus, ait: Pater in manus tua commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expirauit.

Cyri. Postquã cruci tradiderunt dñm omnium mũdi machina lugebat propriũ dñm, & tenebra facta est lux in meridie secũdum Amos. vñ dicitur; Erat ãt fere hora sexta, &c. Quod erat manifestum indiciũ quod forent passuræ caliginẽ crucifigentium animæ. Aug. de con. euan. Hoc aũt quod de tenebris dictum est, etiã alij duo Matthæus & Marcus contestantur. Addit autẽ Lucas vnde factæ sunt tenebræ, cùm subdit; Et obscuratus est sol. Augu. ter. de ciuit. Quam solis obscurationem non canonico cursu syderum accidisse satis ostẽdit, ꝙ tunc erat pascha Iudeorum, qđ plena luna solenniter agitur. Regularis autẽ solis defectio, non nisi siue lunæ cõtingit. Diony. ad Policar. Apud Heliopolim .n. tunc præsentes inopinabiliter soli lunam incidentem videbamus, non enim erat cõueniẽs tempus, & rursus ipsam à nona hora vsque ad vesperã ad solis diametrũ supernaturaliter restitutam. Eclipsim etiã illam ex Oriente vidimus inchoatam, & vsque ad solarem terminum venientẽ postea regredientem rursus ex eodem non defectum & repurgationem, sed econtrario secundum diametrũ factam, talia sunt eius temporis supernaturalia, & soli Christo qui est omnium causa, possibilia. Græcus. Hoc igitur prodigium factum est, vt pateret ꝙ qui mortem susceperat, gubernator esset totius creaturæ. Ambro. Sol ẽt occidit sacrilegis, ut funesti spectaculũ sceleris obũbraret, tenebræ estulæ sũt oculis perfidorũ, vt fidei lumẽ resurgeret. Be. Volẽs ãt Lucas miraculũ miraculo adiũgere, subiungit. Et velũ tẽpli scissum est mediũ. Hoc expirãte dño factũ est, sicut Matthæ⁹ & Marcus contestanĩ, sed Lucas ꝓoccupãdo narrauit. Theo. Per hoc autem dominus ostendebat, ꝙ non erunt vlterius sancta sanctorũ inaccessibilia, sed tradita in manus Romanorum inquinarentur, & eorum aditus pateret. Ambr. Velum etiam scinditur, quo duorum populorũ diuisio, synagogę prophanatio declaraĩ. Scindit velum vetus, vt ecclesia noua fidei suæ uela suspendat. Synagogæ velamẽ suspẽdit, vt religionis interna misteria reuelata, mentis cernamus intuitu. Theo. Per hoc etiam ostenditur ꝙ velũ quod sequestrabat nos à sacris quæ sunt in cœlo, dirumpitur, i. Dei inimicitia & peccatũ. Ambr. Deinde ẽt vbi assumptæ mortalitatis impletum est omne misterium, & immortalitas sola remansit. vñ sequitur. Et clamans voce magna ait Iesus. Pater, in man⁹ tuas com. spiritum meum. Bed. Patrem inuocando, filium Dei se esse declarat, spiritũ verò commendando, non defectũ suæ uirtutis, sed cõfidentiam eiusdẽ cum patre potestatis insinuat. Ambr. Caro moritur

Consensus euange. (left margin, beside "tium animæ. Aug. de con. euan.")

Scissurę vel signatio. (right margin, beside "do narrauit. Theo.")

ut resurgat, spiritus patri cōmendatur, ut cęlestia quoq; ab iniquitatis uinculo soluerentur, & pax fieret in cœlo, quā terrena sequeretur. Cyr. Hæc aūt uox edocet quod animæ sanctorū non deinceps in inferno clauduntur ut prius, sed apud Deū sunt, huius rei facto Christo principio. Atha. Cōmendat n. patri per se uniuersos mortales in se uiuificatos, nam sumus mēbra eius, secūdum illud apostoli ad Galatas: Oēs unū estis in Christo. Greg. Nis. Decet aūt quærere qualiter in eodem tēpore dñs tripartitur seipsum: in uiscera terræ, ut dixerat pharisæi: In paradisum Dei, ut dixit latroni: In manus paternas, ut nunc dicitur. Sed rectè consideratibus hoc nec quæstione dignum uidetur, nam qui ubiq; est per diuinam potentiam quolibet loco adest. Ambr. Cōmendatur ergo patri Spiritus, sed cū sit in superioribus, illuminat & inferna, ut uniuersa redimātur. Christus. n. omnia, & in Christo oīa. Greg. Nis. Alia solutio est quod tempore passionis neutram partē humanitatis semel unita diuinitas dimisit, sed aīam de corpore spōte disiunxit, se tñ in vtroq; permanētē ostēdit. Nā per corpus in quo mortē suscepit, cōfutauit mortis potentiā: per aīam verò latroni parauit introitum paradisi. Dicit aūt Esaias de superna Hierusalē, quæ à paradiso non est alia. Sup manus meas depinxi męnia tua. vñ palàm est, quod existēs in paradiso manus patris inhabitabat. Dama. Vel expressius loquēdo in sepulchro erat secundum corpus in inferno secundum animam, sed sicut Deus & in paradiso cum latrone, & in throno erat cum patre, & spiritu sancto. Theo. Clamans verò alta uoce expirat, quia inerat ei potestas ponendi aīam suā, & eam resumendi. vnde sequitur. Et hoc dicens expirauit. Amb. q. d. Tradidit spiritum, quia nō inuitus amisit: quod enim emittitur, voluntarium est: quòd amittitur, necessarium.

Videns autē Centurio quod factū fuerat glorificauit Deū, dicēs. Verè hic homo iustus erat. Et omnis turba eorū; qui simul aderāt ad spectaculū istud, & videbant quæ fiebant, percutiētes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres quæ secutæ eum erant a Galilæa hæc uidentes.

Aug. 4. de Trini. Cūm post illam uocē continuò tradidit spiritū, hoc maximè quod aderant sunt mirati; longa. n. morte cruciabantur ligno suspensi: vnde dicitur. Videns autem Cēturio quod factum fuerit, glorificauit Deum, dicēs. Verè hic homo iustus erat. Aug. de con. euan. Non est āt contrarium quod Matthęus visu terręmotu dicit admiratum Centurionenem, cū Lucas dicat hoc eū admiratū fuisse, quod emissa illa voce expirasset, ostendens quā potestatem habuit, quādo moreretur. In eo autem quod Matthæus dixit, non solū ui so terræmotu, sed addidit, & his quæ fiebant, integrum locum fuisse demōstrauit Lucæ, vt diceret ipsum dñi mortē fuisse miratū. Quòd āt Lucas ēt ipse dixit. Vidēs aūt Cēturio qđ factū erat: in eo genere inclusit oīa quæ facta erant in illa hora mirabiliter, tanquam vnū mirabile factū cōmemorās, cuius quasi mēbra & partes erans oīa illa miracula. Quòd autem alius dixit Cēturionem dixisse: Verè filius Dei erat ille Lucas autem ait quod iustus erat, putari pōt diuersum: sed vel vtrunque dictum à Cēturione debemus intelligere, & aliud illum, & aliud istum cōmemorasse, vel fortassè Lucam exprimere sententiam Cēturionis, quomodo dixerit Iesum filiū Dei; fortè enim non eum vnigenitum æqualē patri Centurio intellexerat, sed ideo filiū Dei dixerat, quia iustum crediderat; sicut multi iusti dicti sunt filij Dei. Iam vero quia Matthæus addidit eos; qui cum Cēturione erant, Lucas verò hoc tacuit, nō est contrarium, cū alius dicit quod alius tacet: & Matthæus dixit, Timuerunt valde; Lucas autē non dixit, Timuit, sed glorificauit Deum, quis non intelligat Deū timendo glorificasse? The. Nunc autem uidetur effectū sortiri quod dominus dixerat, Cum exaltatus fuero, omnia ad me traham. Exaltatus nanq; in cruce attraxit latronem & Centurionem, sed & quosdam Iudæorum, de quibus sequitur; Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant &c. Bed. Quòd percutiebant pectora (quia pœnitentiæ luctus indicium est) potest dupliciter intelligi, siue eum cuius vitam dilexerunt iniuste occisum dolebant, siue

Notāda sentētia

Impletio verbi Dei.

siue cuius mortem se impetrasse meminerant, hūc in morte amplius glorificatū tremebant. Notandum aūt ꝙ Gentiles Deū timentes, apertæ confessionis uoce glorificant. Iudęi percutientes solū pectora, silentes domū redeunt. Amb. O duriora saxis pectora Iudæorū. Iudex arguit credit minister, proditor scelus suū morte condēnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta reserantur, Iudæorum tñ immobilis duritia manet orbe cōcusso. Bed. Vnde merito p Centurionē fides ecclesiæ designatur, quæ Dei filium tacente synagoga confirmat. Impletur aūt quod dominus patri conqueritur, dicens; Elongasti à me amicum & proximū, & notos meos a miseria. vnde sequitur. Stabant aūt oēs noti eius a longe. Theo. Sed fœminarum genus olim maledictum, manet & uidet hæc omnia. Sequitur.n. Et mulieres quæ secutæ erant &c. Et sic primę refocillātur iustificationes, ut benedictione à passione profluente sicut & resurrectione.

Iudæorum duritia.

Et ecce uir nōie Ioseph, qui erat Decurio, uir bonus & iustus, hic non cōsenserat consilio, & actibus eorū, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, q expectabat & ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum, et petijt corpus Iesu, et depositum inuoluit syndone, et posuit illud in monumento exciso, in quo nondum quisquā positus fuerat. Et dies erat parasceues, & sabbatum illucescebat. Subsecutæ autem mulieres quæ cum eo uenerāt de Galilęa, uiderunt monumentum, & quēadmodum positum erat corpus eius, et reuertentes parauerunt aromata & unguenta, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

Ioseph duritia.

Grecus. Fuerat quādoq; Ioseph occultus Christi discipulus, denique uinculum timoris rumpens feruētior factus dñicum corpus turpiter pēdens à ligno deposuit; cōparans preciosam margaritā uerborū modestia. vnde dr; Et ecce uir nomine Ioseph qui erat Decurio. Beda. Decurio uocatur ꝙ sit de ordine curiæ, & officia curię administret, qui ēt curialis à procurando munera ciuilia solet appellari. Magnæ ergo Ioseph dignitatis apud seculum, sed maioris apud Deum meriti fuisse laudaī. Vnde seqtur: Vir bonus & iustus &c. Arimathæa ipsa est Ramatha ciuitas Helcanæ & Samuelis. Aug. de con. euan. Dicit autē Ioannes quòd erat discipulus Iesu, vnde & hic subditur. Qui expectabat & ipse regnū Dei. Meritò aūt monet, cur ille qui ꝑ timorem occultus erat, discipulus, ausus sit petere corpus eius, quod nullus eorum qui eum palam sequebātur, auderet. Sequitur.n. Hic accessit ad Pilatū, & petijt corpus Iesu. Sed intelligendum est illū fiducia dignitatis hoc fecisse, qua pręditus poterat familiariter intrare ad Pilatum. In extremo aūt illo officio funeri exhibēdo minus uidetur curasse de Iudæis, quamuis soleret in dño audiēdo eorum inimicitias deuitare. Beda. Sic igitur per iustitiam meritorum sepeliendo corpori dominico dignus fuit per nobilitatē potentiæ secularis illud impetrandæ. vnde sequitur. Et depositum inuoluit in syndone. Ex simplici sepultura domini, ambitio diuitū condēnatur, q nec in tumulis quidē possint carere diuitijs. Atha Enormiter ēt agunt, qui cōdiunt corpora mortuorū, & ea nō sepeliunt, ēt si sancta sint; quid.n. sanctius aūt maius domini corpore? quod tñ in monumento positū est, donec die tertia resurrexit. Sequitur enim. Et posuit eum in mo exciso. Bed. Scilicet de petra, ne si ex multis lapidibus ædificatum esset post resurrectionē suffossis tumuli fundamentis ablatus furto diceref. In nouo etiam ponitur monumento. Nā sequitur. In quo nondum quisquam positus fuerat, ne post resurrectionem cæteris corporibus remanētibus, surrexisse alius suspicaretur. quia uerò sexta die homo factus est, rectē dominus sexta die crucifixus humanæ reparationis impleuit arcanum. vnde sequitur; Et erat dies parasceues, qđ præparatio interpretatur, quo nomine sextā feriā appellabant, quia ea die quæ in sabbatum forent necessaria præparabant: quia uerò septimo die requieuit conditor ab opere suo, sabbato dominus in sepulchro requieuit. vnde sequitur. Et sabbatū illucescebat. Supra aūt legimus, qa stabant oēs noti eius à longè, & mulieres quæ secutæ erant eum: his ergo notis Iesu post depositum eius cadauer ad sua remeantibus, solæ mulieres quę arctius amabant funus subsecutę, quo poneretur inspicere cupiebant. Sequitur.n. Subsecutæ

Sepultura suadetur.

Paraſceue ratio

tꝫ aũt mulieres quę cũ ipſo uenerant de Galilæa uiderunt monumentũ, & quéadmodũ poſi.cor eius: ut ſ.ei tempore congruo munus poſſent ſuæ deuotionis offerre. Theo. Neq; tñ fidem debitã adhuc habebãt, ſed quaſi puro homini aromata & vnguenta parabant more Iudæorũ, q̃ talia exhibebant defunctis, vnde ſequit: Et reuertentes parauerunt &c. Bed. Sepulto .n. dño quandiu licebat operari, i. vſq; ad ſolis occaſum vnguentis pparandis erant occupatę. Mandatum aũt erat, ut ſabbati ſilentium, i. quies à veſpera vſq; ad ueſperã ſeruaretur. Sequitur.n. Et ſabbato quidem ſiluerunt ſcđm mandatũ. Amb Myſticè aũt iuſtus Chriſti corpus ſepelit. Talis eſt.n. Chriſti ſepultura, quę fraudé iniquitatemq; non habent. Meritò aũt Matthęus hunc diuitem dixit. ſuſcipiendo.n. diuité neſciuit fidei paupertatem: iuſtus corpus Chriſti operit ſyndone. Veſti & tu dñi corpus gloria ſua, ut & ipſe ſis iuſtus, & ſi mortuum credis, operi tñ diuinitatis plenitudine ſuæ, ſed & ueſtit eccleſia innocentię gratia. Beda. Ille ẽt in ſyndone munda inuoluit Ieſum, qui pura mente eũ ſuſceperat. Amb. Nec ocioſè alius euãgeliſta monumentũ nouũ dixit, alius monumentum Ioſeph: etenim tumulus his paratur, qui ſub lege ſunt mortis, victor mortis tumulum ſuum nõ habet. Quæ.n. cõicatio tumulo & Deo? ſolus.n. tumulo includitur, quia mors Chriſti & ſi ſit cõmunis ſecundum naturam, ſpecialis eſt ſecundum uirtutem. Bene autem Chriſtus in monumento conditur iuſti, ut iuſtitiæ habitatione requieſcat; monumẽtum.n. hoc in duritiæ gentilis petra iuſtus excidit penetrali uerbi, ut prętenderet in nationibus uirtus Chriſti, cui pulcherrimè admotus eſt lapis. Quicunque in ſe bene humauerit Chriſtum, diligẽter cuſtodiat ne eum perdat, neve perfidię ſit ingreſſus. Beda. Quòd autẽ dominus ſexta die crucifigitur, ſeptima in ſepulchro quieſcit, ſignificat q̃ in ſexta mundi ætate nos pro domino pati, & uelut mundo crucifigi neceſſe eſt. In ſeptima uerò: i. poſt mortem, corpora quidem in tumulis, animæ uerò cum domino requieſcunt. Vſque nunc & mulieres ſanctæ, id eſt, animę humiles, dilectione ferventes, paſſioni Chriſti diligẽter obſequuntur; & ſi fortè ualeant imitari ſedula curioſitate quo ordine ſit eadẽ paſſio completa perpẽdunt; qua lecta, audita, recordata, mox ad paranda ſe opera uirtutum quibus Chriſtus delectetur, conuertunt, ut futura præſentis uitę paraſceue, & requie beata, tempore reſurrectionis occurrere Chriſto ualeãt cum aromatibus ſpiritualium actionum.

Nota myſterium.

CAPVT XXIIII.

VNA autem ſabbati ualde diluculo uenerunt ad monumẽtum portantes quæ parauerãt aromata, & inuenerunt lapidem reuolutum à monumẽto, et ingreſſæ nõ inuenerunt corpus dñi Ieſu. Et factum eſt dum mente cõſternatæ eſſent de iſto, ecce duo uiri ſteterunt ſecus illas in ueſte refulgenti. Cum timerent autem, & declinarent uultum in terram, dixerunt ad illas. Quid quæritis? uiuentem cum mortuis? nõ eſt hic, ſed ſurrexit. Recordamini qualiter locutus eſt uobis, cum adhuc in Galilęa eſſet, dicens; Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia reſurgere. Et recordatę ſunt uerborum eius, & regreſſæ à monumento, nunciauerunt hęc oĩa illis undecim, et cęteris omnibus. Erat aũt Maria Magdalene et Ioanna, et Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum illis erant, q̃ dicebant ad apoſtolos hęc. Et uiſa ſunt ante illos, ſicut deliramentum uerba iſta, & non crediderunt illis. Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumẽtum & procumbens uidit linteamina ſola poſita, & abijt ſecum mirans quod factum fuerat.

Mulierum religio.

Beda. Religioſæ mulieres non ſolum in die paraſceue, ſed etiam ſabbato trãſacto, id eſt ſole occidente, mox ut operandi licentia remeauit, emerunt aromata, ut uenientes ungerent corpus Ieſu, ſicut Marcus teſtatur; præoccupante tamen iã noctis articulo monumentum adire non ualuerunt. Et ideo dicitur. Vna autem ſabbati ualde diluculo &c. Vna ſabbati, ſiue prima ſabbati, prima eſt à ſabbato, quam diem dominicam propter domini reſurrectionem mos Chriſtianus appellat. Quod autem ualde dilucu-

lo mu-

Ibi mulieres venere ad monumentum, magnus quęrendi & inueniendi dñm feruor charitatis ostenditur. Amb. Sed magna oritur hoc loco plerisq; dubitatio siquidē hic valde diluculo, Mat. vespere sabbati mulieres ad monumentū venisse dixerūt, sed euangelistas de diuersis putes dixisse temporib. vt primas alias mulierū & alias conijcias visiones. Qđ āt scriptū est, Vespere āt sabbati, q̃ lucescit in prima sabbati resurrexisse dñm, sic tēperandū est, vt neq; mane dñicā q̃ est prima post sabbatū, neq; sabbato resurrectio facta credaẽ qūo triduū cōpletur? Nō ergo vesperascēte die, sed vespere noctis resurrexit. Denique, Græc. ... erò dixit. Serò aūt & horam significat in occasu diei, & rei cuiuslibet tarditatem, qūo si dicas, Serò mihi surgendum est. Est ergo & sero tempus noctis profundum; vnde & mulieres ad monumētū accedendi habent facultatē custodibus quiescentib. Et vt scias, noctæ factum, mulieres aliæ sciunt, aliæ nesciunt. Sciunt quæ obseruant noctibus, & diebus, nesciunt q̃ recesserunt. Nescit una Maria Magdalene secūdum Ioannem, Nā eadem & ante scire, & postea nescire nō potuit; ergo si plures Mariæ, plures ēt fortasse Mariæ Magdalene: cum illud nomen personę sit hoc sumatur à loco. Aug. de conf. euang. Vel Matthæus à prima parte noctis quod est vespere, ipsam voluit noctem significare, cuius noctis fine venerunt ad monumentū, & hoc ea de causa, quia iā à vespere parauerant, & licebat afferre aromata trāsacto sabbato. Euseb. Iacebat autē organū verbi extinctū; magnus vergò lapis claudebat sepulchrum, quasi mors eum duxisset captiuum, sed nondum lapso triduo. vita se promit iterum post sufficiētem mortis coniunctionem, vnde sequitur: Et inuenerunt lapidem &c. Theo. Nam angelus reuoluerat eū, vt testaẽ Matthæus. Chry. Amotus est aūt lapis post resurrectionem propter mulieres, vt credant resurrexisse dominum vidētes monumentum vacuū corpore. vnde sequitur: Et ingressę nō inuenerit cor. do. Iesu. Cyril. Cum igitur non inuenissent corpus Christi quod resurrexerat, ducebantur diuersis cogitationibus, & propter amorē Christi, & adhibitam solicitudinem, meruerunt visionē angelicā. Sequitur. n. Et factum est dum mentæ consternatæ essent &c. Euse. Iocūditatis & gaudij indicia salutiferę resurrectionis, & fulgentes amictus præstantes. Moysēs. n. plagas Aegiptiis præparans in flamma ignis angelum perspexit? sed non tales visi sunt mulierib. i sepulchro, sed mites & hilares, quales decebat cōspici i regno & gaudio dñi. Et sicut ĩ passione eclypsatus est sol, mœroris & angustiæ signa promens crucifigentib. filiū Dei, ita angeli vitæ ac resurrectionis p̃cones habitū salutiferi festi cādidati designabant. Ambr. Sed qūo Marcus vnum iuuenē in albis sedētē, Mat. vnū, Ioannes & Lucas duos angelos in albis sedentes visos esse memorauerūt? Aug. de cō. euā. Possumus intelligere vnū angelū visum à mulierib. & secundū Marcū & secundū Matthęum, vt eas ingressas in monumētum accipiamus. s. in aliquod spacium quod erat aliqua materia cōmunitum ante illum saxei sepulchri locum, atq; ibi vidisse angelum sedentē à dextris quod dicit Marcus: deinde intus ab eis dū inspicerent locum in quo iacebat corpus dñi, visos duos alios angelos stantes, sicut dixit Lucas, locutus ad earundem exhortandum animum & ædificādā finem. vnde sequitur: Cum timerent autem &c. Beda. Sanctæ mulieres assātibus sibi angelis non in terrā cecidisse, sed vultum dicūtur in terrā declinasse, nec quempiā sanctorum legimus tēpore dominicæ resurrectionis, uel ipsi dño vel angelis sibi uisis terræ prostratum adorasse, vnde mos obtinuit ecclesiasticus, vt vel in memoriā dñicæ, vel nostræ spem resurrectionis oībus dñicis diebus, & toto quinquagesimo tempore non flexis genibus, sed declinatis in terrā vultibus oremus. Nō erat aūt in monumento (qui locus est mortuorum) quærēdus ille qui ad vitā resurrexit à mortuis. Et ideo subditur. Dixerūt ad illas. s. angeli ad mulieres, Quid quæritis? viuen. cum mor. nō est hic, sed surrexit. Die autem tertia sicut ipse inter discipulos tā viros quā fęminas prædixit, resurrectionis suæ triumphum celebrauit. vnde sequitur: Reco. quali locū est &c. Die nanque parasceuæ hora nona spiritum tradens, vespere sepultus, mane

Concor euange.

Consensus euāge.

ne prima sabbati resurrexit. Atha. Poterat siquidē statim suscitare corpus à morte. Sed dixisset aliquis eū nequaquā fuisse, vel non plenè mortem ei inhęsisse: & fortasse si resurrectio dñi fuisset dilata latuisset incorruptionis honor. Vt igitur corp⁹ ostēderet mortuū vnius interpellationem diei passus est, & tertia die corpus suū incorruptū demōstrauit. Bed. Vno ēt die in sepulchro & duab. noctib. iacuit, q̄a lucē suæ simplæ mortis, tenebris duplæ nostræ mortis adiunxit. Cyri. Instructæ āt mulieres angelorū affatib accelerantes, retulerunt discipulis. vñ sequitur: Et recordatæ sunt verborū, & regressæ à monumento, nūciauerunt hæc oīa illis vndecim, & cæteris oībus. Nanq; fœmina q̄ quōdā mortis fuit ministra, venerādū resurrectionis mysterium prima percepit & nūciat. Adeptum est igitur fœmineum genus ad ignominiæ absolutionem & maledictionis repudium. Amb. Mulieribus autem docere in ecclesia non permittitur, sed domi viros suos interrogant. Ad eos ergo fęmina mittitur qui domestici sunt. quæ autē fuerint hæ mulieres ostendit, subdens. Erat autem Maria Magdalene. Bed. Ipsa est soror Lazari Et Ioanna vxor Cusę procuratoris Herodis. Et Maria Iacobi. i. mater Iacobi minoris, & Ioseph. Et cōmuniter de alijs subditur. Et cæteræ quæ cū eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. Vt enim perpetui reatus apud viros mulier opprobriū non sustineret quæ culpā viro transfuderat, transfundit & gratiam. Theō Est autem naturaliter incredibile mortalib. resurrectionis miraculum. vnde sequitur: Et visa sunt ante illos &c. Beda. Quod nō tam illorum infirmitas, quā nostra (vt ita dicam) futura firmitas fuit. Ipsa nāq; resurrectio illis dubitātibus per multa argumenta mōstrata est, quæ dum nos legētes agnoscimus, de eorum dubitatione solidamur. Theo. Petrus aūt hoc audiēs tollit moras, & vadit ad monumentum, q̄a nec ignis nouit moras ingestus materiæ. vnde sequitur: Petrus autē surgens cucurrit ad monumentum. Euseb. Solus n. ipse credit fœminis dicentibus se angelos vidisse, & cum esset eximij affect⁹ præ cæteris, sedulum se promebat, passim circūspiciens dñm. vnde sequitur: Et procumbens vidit sola linteamina posita. Theo. Cū āt ad monumentū fuisset, hoc primo cōsecutus est, vt miraretur q̄ prius ab ipso, vel ab aliis deridebant. vñ sequit: Et abijt secū mirās qđ factū fuerat, i. apud se mirans rei euētū, qualiter sola linteamina derelicta fuere corpore myrrha puncto, vel q̄tā opportunitatē habuisset fur, vt hic semotim inuoluta dimittēs, circunstantib. militibus corpus auferret. Aug. de con. euā. Intelligitur āt hoc Lucas recapitulādo posuisse de Petro. tūc. n. cucurrit Petrus ad monumētū, qū & Ioannes, cū tātūmodo à mulierib. p̄cipuè à Maria Magdalene nūciatū eis fuerat de corpore ablato, postea āt facta sunt hæc de visione angelorum. Ideo autem Lucas Petrum solum cōmemorauit, quia illi primitus Maria nūciauerat. Itē potest mouere q̄ Petrum nō intrantem, sed procumbentem dicit Lucas, sola linteamina vidisse & discessisse mirātem, cum Ioannem dicat ita se linteamina vidisse posita, & seipsum post Petrum intrasse. Sed intelligendum est Petrum primo procumbētem vidisse: quod Lucas cōmemorat, Ioannes tacet: post autē ingressus est antequam Ioannes intraret. Beda. Iuxta intellectum verò misticum per hoc q̄ mulieres valde diluculo venēūt ad monumentū, datur nobis exemplum discussis vitiorum tenebris ad dñi corpus accedere. Nam & sepulchrum illud figurā dominici habebat altaris, in quo corporis Christi mysteria non in serico, non in panno tincto, sed instar syndonis quo eum Ioseph inuoluit in linteo puro debent consecrari, vt sicut ipse veram terrenæ naturæ substātiam pro nobis morti obtulit ita & nos in cōmemoratione ipsius purū de terræ germine cādidumque, & multimodo quasi mortificationis genere castigatū, altari linum imponamus. Aromata aūt q̄ mulieres deferunt, significant odorem uirtutum & orationum suauitatem, quib. altari appropinquare debemus. Reuolutio autem lapidis insinuat reserationē sacramentorum, quæ tegebantur uelamine literæ legis, quæ in lapide scripta est, cuius ablato tegmine corpus domini mortuum non inuenitur, sed uiuum euangelizatur.

Petri admiratio.

Mystica expositio sepulturę.

quia

quia & si cognouimus secundum carnem Xpm, sed iā nunc nouimus. quo āt posito in sepulchro corpore dñi angeli astitisse leguntur, ita ēt tēpore cōsecrationis mysterij corporis Xpi assistere sunt credēdi. Nos ergo exēplo deuotarum mulierum, quoties mysteriis cœlestib9 appropinquamus, propter angelicā præsentiam, seu ꝓpter reuerentiā sacræ oblationis, cum omni humilitate vultum declinemus in terrā, nos cinerem & terram esse recolentes.

Et ecce duo ex illis ibāt ipsa die in castellū, quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalē, nomine Emaus, & ipsi loquebātur adinuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factū est dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent, & ait ad illos Qui sunt hi sermones quos cōfertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & nō cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerūt, de Iesus Nazareno, qui fuit vir propheta, potēs in opere & sermone corā Deo in oī populo, & quo eorum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in dānationē mortis, & crucifixerunt eū? Nos autē sperabamus, quia ipse esset redēpturus Israel. Et nūc super hæc omnia tertia dies est hodie, ꝗ hęc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiam visionem angelorū vidisse, qui dicunt eū viuere. Et abierūt quidā ex nostris ad monumentū, et ita inuenerūt sicut mulieres dixerunt, ipsum uerò non inuenerunt.

Gl. Post manifestationē resurrectionis Christi per angelos mulieribus factā, manifestatur vlterius eadem resurrectio per ipsius Xpi apparitionem discipulis. vnde dr: Et ecce duo ex illis ibant &c. The. Quidam alterum horum duorum Lucam inquiunt esse, & ob hoc suū nomen occultasse. Ambr. Vel duobus discipulis seorsū dñs iam se vespere demōstrat s. Ammaoni, & Cleophæ. Aug. de con. euan. Castellum aūt illud non absurdè accipimus, ēt villam secūdum Marcum potuisse appellari: deinde castellum describit, dicēs: Qđ erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalē, nomine Emaus. Ipsa est Nicopolis ciuitas insignis Palæstinæ, quæ post expugnationē Iudææ sub Marco Aurelio Antonio principe restaurata, cum statu mutauit & nomen. (Emaus Nicopolis.) Stadium āt, quod autore vt Græci dicunt, Hercule, viarum spacia mēsurat, octaua est pars miliarij. Et iō sexaginta stadia septem milia passuū & quinquaginta significat, quod spaciū itineris eis q de morte & sepultura dñi certi gradiebantur de resurrectione dñi dubij. Nā resurrectionēq; post septimā sabbati facta est, octauo numero contineri nullus ambigit. Discipuli ergo qui de dño loquētes incedunt, sextū miliariū cępti itineris cōpleuerant, quia illum sine q̄rela viuētem vsq; ad mortem, quam in sexta sabbati subijt, peruenisse dolebant. Compleuerāt & septimam, quia hunc in sepulchro non dubitabant quieuisse. Sed de octauo dimidium tm̄ peregerant, quia gloriam iā celebratæ resurrectionis non credebāt perfectè. The. Prædicti āt discipuli loquebanī adinuicē de his q̄ acciderāt, nō quasi credentes, sed sicut stupentes in rebus extraneis. vnde sequitur: Et ipsi loquebanī adinuicē de his omnibus q̄ acciderant. Bed. Loquentes āt de se dñs appropinquans cōmittatur, ut & fidem resurrectionis mentibus eorum incendat, & quod se facturū promiserat impleat. s. ut ubi sunt duo vel tres in nomine meo cōgregati, ibi sum in medio eorum. vnde sequitur: Et factū est dum fabularentur &c. Theo. Obtento n. iā spiritali corpore non obstat loci distantia quin adesset quibus volebat, nec ulterius naturalibus legibus corpus suū regebat, sed spiritaliter & supra naturam, unde ut Marcus dicit, sub alia forma eis uidebat, in qua non concedebatur eis ei9 cognitio. Sequitur. n. Oculi āt eorum tenebantur ne illum agnoscerent, ut s. totam suam dubiam intentionē reuelent, & uulnus detegentes recipiant medicinam, & ut agnoscerent ꝙ quamuis corpus ipsum quod passum fuerat resurrexerit, non tñ amplius tale erat, ut esset omnibus uisibile, sed tātum ab his à quibus uellet uideri, & ut non dubitent quare de cętero nō conuersatur inter plebem, quia scilicet post resurrectionem conuersatio eius non

esset digna hominibus, sed diuina magis, quod etiā est forma resurrectionis futuræ in qua sicut angeli conuersabimur & filij Dei. Greg. in ho. Conuenienter etiam eis speciē qua recognoscerent, non ostendit, hoc agēs foris in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis, ipsi nanque ad seipsos intus, & amabāt & dubitabant. De se ergo loquentibus præsentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suæ speciem abscondit, verba quidem eis cōtulit. Nam sequitur: Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones &c. Græc. Conferebant quidē inter se quasi non amplius expectantes Christum viuentem, sed dolorosi quasi perēpto Saluatore: vñ sequit. Et rñdens vnus &c. Theo. q. d. Tu solus peregrinus, & extra cōfinia Hierusalē habitās, & expers es eorum q̄ in medio eius cōtigerunt, & hæc ignoras? Bed. Vel hoc dicit, q̄a peregrinū putabāt eū cuius vultū nō agnoscebā, sed reuera peregrin⁹ erat eis, a quorum naturæ fragilitate p̄cepta iā resurrectionis gloria longè distabat, & à quorū fide vtpote resurrectionis eius nescia manebat extraneus. Sed adhuc dñs interrogat. Nā sequit: Quibus ille dixit, Quæ? Et ponit eorū responsio cū subdit. Et dixerūt ei, De Iesu Nazareno qui fuit vir propheta. Prophetā fatent, filiū Dei tacent. Vel nōdū p̄fectè credentes, vel solici ti ne inciderēt in manus Iudæorum persequentium, quia nesciebant quis esset, quod verum credebant celantes. Ad cuius commēdationē subditur; Potens in opere & sermone. Theo. Primo quidē est opus, secundo sermo; nullus. n. doctrinæ sermo approbatur, nisi prius is qui docet, se ostēdat authorem; præcedit. n. opus aspectū: nam nisi mūdaueris intellectus speculum per opera, non emicat decor optatus. Adhuc autem subditur. Coram Deo & omni populo. Nam primo complacendum est Deo, deinde curandum quantum possibile est de innocentia apud homines, vt p̄cedente diuino cultu viuam⁹ sine scandalo plurimorum. Græcus. Deinde assignatur causa tristitiæ, traditio & passio Xp̄i, cum sequitur. Et quomodo tradiderūt &c. Subditur autem desperantium vox, cum dicitur. Nos autem sperabamus q̄ ipse esset redemptus Israel. Sperabamus, inquit, nō speramus, ac si mors dñi similis esset mortibus aliorū. The. Expectabant. n. Christū saluaturū & redēpturū populū Israel ab insurgentib. malis, & à seruitute Romanorū, ipsum quoq; credebāt terrenū regē fieri, quē putabāt promulgatā in se mortis sentētiā cauere potuisse. Beda. Merito ergo tristes incedebā q̄a & seipsos quodammodo arguebāt q̄ in illo redēptionē sperauerint, quē iā mortuum viderant, nec resurrecturum credebant; & maxime dolebant eum sine cā occisum, quem nouerāt innocentem. Theo. Vr̄ tamen hi uiri non omnino increduli esse per hoc quod subditur. Et nunc super hęc omnia, tertia dies est hodie, q̄ hæc facta sunt. In quo videntur habere memoriam eius, quod eis dominus dixerat se tertia die resurrecturū. Grçcus. Porrò relatam à mulierib. resurrectionis famam cōmemorat, cùm subditur: Sed & mulieres quædā ex nostris terruerunt nos, &c. Dicunt quidem hoc, quasi, non credentes, pp̄ quod referūt se territos i. stupefactos. Nō. n. quod erat eis relatum, firmum æstimabant, aut angelicā illuminationem fuisse, sed stuporis & turbinis causam inde sumebant. Testimoniū quoq; Petri non certum æstimabant, dum diceret se non vidisse dominum, sed resurrectionem eius conijcere ex eo quo corpus ipsius in sepulchro non iacebat. vñ sequitur. Et abierunt quidam &c. Augu. de con. euan. Cū āt Lucas dixerit Petrum accurrisse ad monumentum, & Cleophā dixisse ipse retulerit, q̄ quidam eorum ierāt ad monumētum, intelligitur attestari Ioāni q̄ duo ierint ad monumentum, sed Petrum primò solum commemorauit, quia illi primitus Maria nunciauerat.

Apostolorū diffidentia

Doctrina moralis.

Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde ad credēdum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hęc oportuit, pati Xp̄m, et ita intrare in gloriā suā? Et incipiens à Moyse, & omnib. prophetis, interpretabatur illis in omnib. scripturis quæ de ipso erāt. Et appropinquauerunt castello quo ibant, et ipse se finxit lōgius ire: Et coegerunt illū dicētes: Mane nobiscum, qm̄ aduesperascit, & inclinata est iā dies & intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panē, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis,

Et

Et aperti sunt oculi eorum, et cognouerũt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorũ. Et dixerunt ad inuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, et aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes, quod surrexit dominus uerè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Theo. Quia prædicti discipuli nimia dubietate laborabant, dñs eos redarguit. unde dr: Et ipse dixit ad eos, O stulti. Ferè n. eadem dixerant, q̃ & astãtes cruci: Alios saluos fecit, se ipsum non põt saluum facere. Et tardi corde ad credendũ in oibus q̃ locuti sunt prophetæ, particulariter q̃dam, & nõ uniuersaliter oĩa, puta si aliquis credat q̃ de cruce Christi dicuntur à prophetis, sicut est illud. Foderunt manus meas, & pedes meos: quę uerò spectãt ad resurrectionẽ non credant, sicut est illud: Non dabis sanctũ tuũ uidere corruptionẽ. Decet aũt in omnibus fidẽ adhibere prophetis, tam in gloriosis quæ de Christo pdixerunt, q̃ in inglorijs, quia ex passione malorum est ingressus in gloriã. unde sequit̃. Nonne hæc oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriam suã? s. scdm humanitatem. Isido. Sed & si oporteat Christum pati, tñ qui crucifixerunt, rei sunt pœnę; nõ enim satagebãt perficere qđ Deus dispo nebat, unde & eorũ executio fuit impia. Dei uerò dispensatio, prudentissima, qui nequitiã eorũ in beneficia generis humani cõuertit, quasi utens vipereis carnibus ad antidoti saluti feri confectionẽ. Chry. Et ideo dñs ostendit consequenter, hæc oia nõ euenisse simpliciter, sed ex Dei proposito ante prædestinato. unde sequit̃. Et incipiens à Moyse & oibus &c. q. d. Postquam estis tardi, ego promptos uos reddam, misteria scripturarũ uobis exponendo. Nã sacrificium Abrahæ, cum Isaac dimisso immolatus est aries, hoc præfigurauit. Sed & in alijs scripturis propheticis sparsim iacent mysteria crucis & resurrectionis Christi. Bed. Si aũt Moyses & prophetæ de Christo locuti sunt, & eum per passionẽ in gloriam intraturum prædixerunt, quo gloriatur se esse Christianum, qui neq; qualiter scripturæ ad Christum pertineant inuestigat, neq; ad gloriã quã cum Christo hře cupit, per passionẽ attingere desiderat? Grec. Quia uerò prædixit euãgelista, Tenebantur oculi eorũ ne eũ agnoscerent, donec sermo dñi mentẽ eorum moueret ad fidẽ, cõuenienter opportunum aspectũ sui auditui subiungit. unde sequitur. Et appropinquauerunt castello &c. Aug. de q. euan. Quod non ad mendacium pertinet: nõ n. oẽ quod fingimus mendacium est, sed qñ id fingimus, qđ nihil significat, tunc mendacium est: cũ aũt fictio nostra refert̃ ad aliquã significationem, non est mendaciũ, sed aliqua figura ueritatis: alioquin oĩa quæ à sapientib⁹ & sanctis uiris, vel ẽt ab ipso dño figuratè dicta sunt, mendacia deputabuntur, quia secundum usi tatũ intellectũ non consistit ueritas in talibus dictis. Sicut aũt dicta, ita ẽt finguntur facta sine mẽdacio ad aliquam rem significandã. Greg. in ho. Quia ergo adhuc in eorũ cordibus peregrinus erat à fide, ire se longius finxit. Fingere namque componere dicimus, unde & cõpositores luti, figulos uocamus. Nihil ergo simplex ueritas per duplicitatem fecit, sed talẽ se exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Sed quia esse extranei à charitate non poterant, hi cum quibus charitas gradiebatur, eum ad hospitium quasi peregrinum uocãt. unde sequitur. Et cogno. illum. Ex quo exemplo colligitur, quia peregrini ad hospitium non solũ inuitandi sunt, sed etiam trahendi. Glo. Nec solum factis eum cogunt, sed etiã uerbis inducũt. Sequitur enim, dicentes, mane nobiscum, quoniã aduesperascit, & inclinata est iam dies, scilicet ad occasum. Greg. in ho. Ecce autem cum per membra sua Christus suscipitur, susceptores suos etiã per semetipsum requirit. Sequitur enim. Et intrauit cum illis Mensam ponunt, cibos afferunt, & Deum quem in scripturæ sacræ expositione non cognouerãt in panis fractione cognoscunt. Sequitur enim: Et factum est dum recumberet cũ illis accepit panem, & benedixit ac fregit. Si porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Chrysosto. Quod nõ de sensibilibus oculis dictũ est, sed de

sensu

Prophetarũ firmitas.

Fingere quõ dicitur.

Doctrina moralis.

sensu mentali. Aug. de con. euan. Neq; .n. clausis oculis ambulabant, sed inerat aliquid quo non sinerentur agnoscere qđ uidebant, qđ .s. caligo & aliquis humor efficere solet: non quia dñs non poterat transformare carnem suam, & alia reuera esset effigies, quam solebant intueri, qñquidē & ante passionē transformatus est in mōte, ut facies eius clarescerēt sicut sol. Sed non ita nunc factum est; non enim incongruenter accipimus hoc impedimentū in oculis eorum à satana fuisse ne agnosceretur Iesus, sed tm̄ à Christo facta est permissio usq; ad sacr̄m panis, ut ueritate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentū inimici, ut Christus possit agnosci. The. Sed & aliud innuit, ꝙ .s. sumentibus sacrū panem aperiuntur oculi, ut eū agnoscant; magnā enim & ineffabilē uim habebat dñi caro. Augu. de quæst. euan. Vel dñs se ire longius finxit, cum comitaret discipulos exponēs sacras scripturas, vtrū ipse esset ignorantib⁹, significat quia hospitalitatis officio ad suam cognitionē peruenire posse hoīes intimauit, ut cum longius ipse ab hoībus abscesserit, super oēs cœlos cū eis transit, qui hæc exhibent seruis eius. Tenet ergo Christum ne longius ab eo erat, quisquis catechizatur uerbo in omnibus bonis ei qui se catechizat cōicat. Etenim isti catechizati erant uerbo, cum exponeret eis scripturas. Et quia hospitalitatem sectati sunt, eū quē in ipsa expositione scripturarum non cognouerunt, in panis fractione cognoscūt; non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Grego. in ho. Quisquis ergo audita uult intelligere, festinat ea quæ iam intelligere potuit opere implere. Ecce dominus nō est cognitus dum loqueretur, & dignatus est cognosci dum pascitur. Sequitur enim. Et ipse eua. ex oculis eo. Theoph. Nō enim talę corpus habebat, ut diutius cum eis commorari deberet; & hoc pariter augeret affectum eorū vnde sequit̄; Et dixerunt adinuicem, Nōne cor nostrū ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Orige. Per quod innuit quòd prolati sermones à saluatore accēdebant audientium cor ad amorem diuinum. Grego. in ho. Penteco. Ex audito enim sermone inardescit aius, torporis frigus recedit, mens in superno desiderio fit anxia. Audire libet præcepta cęlestia, & quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur. Theo. Ardebat ergo cor eorū, uel igne uerborum dñi quibus intendebant tanquā ueris. Vel quia eo disserente scripturas percellebatur intrinsecus cor eorum, quòd ille qui disserebat dñs esset. Adeò ergo lætati sunt, ut nullam moram passi, mox reuersi sunt in Hierusalem, & hoc est qđ sequit̄: Et surgētes ea. ho. re. sunt in Hieru. Surrexerunt quidē eadem hora, peruenerunt aūt p plures horas, sicut oportebat 60. stadia transeuntes. Aug. de con. euan. Iam aūt fama erat ꝙ surrexerat Iesus à mulieribus facta, & à Simone Petro, cui iā apparuerat. Etenim illi duo hæc inuenerunt loquētes illos ad quos in Hierusalē uenerūt. Sequitur enim. Et inuenerunt cōgregatos undecim, & eos qui cū ipsis erant dicentes, ꝙ surrexit dñs uerè, & apparuit Simoni. Bed. Omnium .n. uirorū primò dñs apparuisse videtur Petro, ex his quos euangelistæ quatuor & Paulus apostolus cōmemorauerunt. Chry. Non enim simul oībus se manifestabat, ut sereret fidei semina; nā qui primo uiderat & certus erat, alijs referebat. Deinde sermo prodiens, p̄parabat animū auditoris uisioni, & ideo primo digniori & fideliori oībus apparuit. Erat .n. opus animæ fidelissimæ, quę prius acciperet hunc aspectum, ut minimè turbaretur inopinata uisione. Et ideo primo videtur à Petro, ut qui primo confessus est eum Christū, primo resurrectionē uidere mereatur, & ēt quia eum negauerat, prius ei uoluit apparere, consolans eū ne desperaret. Post Petrum uerò alijs apparuit, qñq; paucioribus, quandoque pluribus, quod duo discipuli confitentur. Sequitur enim, Et ipsi narrauerunt quæ gesta erāt in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Aug. de con. euan. Quod autem ait Marcus annunciauerunt cęteris, nec illis crediderūt, cum Lucas dicat, quòd iā inde loquebantur uerè resurrexisse dominum, quid intelligendum est, nisi aliquos ibi fuisse, qui hoc credere nollent?

Apparitio Iesu facta Petro.

Dum

Dum autem hæc loquuntur stetit Iesus in medio eorum, & dixit eis. Pax vobis. Ego sum, nolite timere. Conturbati verò & conterriti, æstimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Palpate, & videte, quia spiritus carnem ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus & pedes.

Cyr. Vndiq; resurrectionis fama p apostolos diuulgata, & affectu discipulorũ erecto ad Xpi visionem venit desideratus, & quærentibus, & expectantibus reuelatur, nec discrepat vt de alio, sed euidẽter se offert. vnde dr. Dum aũt hęc loquuntur, stetit Iesus &c. Augu. de con. euan. Hanc ostẽsionem dñi post resurrectionem & Ioãnes commemorat. Sed q dicit Ioannes nõ cum illis fuisse apostolum Thomam, cũ secundum Lucam duo illi regressi in Hierusalem, inuenerũt cõgregatos vndecim proculdubio intelligendũ est q inde Thomas exierit, antequam dñs hæc loquentibus appareret. Dat. n. Lucas locum in sua narratione quõ possit intelligi, dum hæc loquerentur prius inde exisse Thomã, & postea dũm intrasse: nisi quis dicat non illos vndecim qui iã tunc apostoli vocabũtur, sed discipulos suos vndecim fuisse ex multo numero discipulorum. Sed cum adiunxit Lucas. Et eos qui cum ipsis erant. Satis vtiq; declarauit euidentius illos vndecim apostolos qui vocabantur apostoli cũ quibus cæteri erant. Sed videamus cuius mysterij gratia secũdm Matthæum, & Marcum resurgens ita mandauerit: Præcedam nos in Galilæam, ibi me videbitis. Quod & si completum est, tñ post multa completum est, cum sic mandatum sit, vt aut hoc solum, aut hoc primũ expectaretur fieri debuisse. Amb. Vnde hoc conueniẽtius arbitror q dñs quidẽ mandauerit discipulis, vt in Galilæa eũ viderẽt: sed illis ob metũ intra conclaue residentib9 primum se obtulisse. Grec. Nec hoc est pmissi transgressio, sed potius festinata ex benignitate impletio pp pusillanimitatem discipulorum. Amb. Postea vero confirmatis animis, vndecim illos Galilæã petisse. Vel nihil obstat, si dicatur pauciores intra cõclaue, & in mõte quãplures fuisse. Euse. Duo. n. euãgelistę. s. Lucas & Ioãnes, solis vndecim hunc scribũt apparuisse in Hierusalẽ, cæteri vero duo in Galilæã properare, non solum vndecim, sed ẽt vniuersis discipulis & fratribus dixerũt angelũ & Saluatorem vidisse, de quibus, & Paulus meminit, dicens. Deinde apparuit plusquã quingentis fratribus simul. Est aũt verior solutio q priusquã in Hierusalẽ latitãtibus semel aut bis visus ẽ ad eorum consolationẽ, in Galilæa verò nõ in conclaui, aut semel aut bis, sed cũ multa ptãte ostensionem sui fecit, præbens se eis viuentẽ post passionẽ in signis multis, vt Lucas testatur in actibus. Aug de con. euan. Vel quod ab angelo, hoc est à dño dictũ est, propheticè accipiendum est. In Galilæa. n. secundũ transmigrationis significationẽ intelligendum occurrit, q a de populo Israel transmigraturi erant ad gẽtes, quibus apostoli pdicantes non crederent, nisi ipse dominus viã in cordibus hominum ppararet, & hoc intelligit, Precedet vos in Galilæam. Secundum aũt illud q Galilæa interpretat̃ reuelatio, nõ iam in forma serui intelligendũ est, sed in qua est æqualis patri, quã promisit electis suis, illa erit reuelatio tanquam uera Galilæa, cum uidemus eum sicuti est. Ipsa ẽt erat beatior transmigratio ex isto sæculo in illam æternitatẽ, unde ad nos veniens nõ recessit, & quo nos pcedens non deseruit. The. Primò igitur dñs in medio discipulorũ stans solito pacis affatu eorũ turbinem sedat, ostendens, q ipse idẽ est magister eorum q hoc verbo gaudebat, quo ẽt eos muniuit, cum ad prædicandum misit. unde sequitur: Et dixit eis: Pax vobis; ego sum, nolite timere. Cyr. Pudeat ergo nos pacis munus deserere, quã nobis hinc discedens Christus reliquit. Pax & res, & nomẽ dulce, quam & Dei esse accepim9, iuxta illud, Pax Dei; & eius esse Deũ, iuxta illud, Ipse est pax nostra. Pax bonũ cõmendatum ab omnibus, obseruatum aũt à paucis. Quæ aũt est causa? Fortassis ambitio dominij, aut facultatũ, aut liuor, aut odiũ, aut cõtẽptus, aut aliquid huiõi ex his, quæ Dei ignaros videmus incurrere. Dei quippe pcipuè pax est, qui confœderat omnia, cui9 nihil est adeo propriũ sicut

Consens. euange.

Anagogica expositio.

Pacis laus.

Beda. Postquam præbuit se uidendum oculis, manibus contractandum legis cõmemorauit scripturas; consequenter aperuit sensum, ut intelligatur, q̄ legitur. vñ dr̃; Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Theo. Alioquin quò eorũ anima turbata, & uacillans circa Christi mysteriũ studuisset? sed & uerbis eos docuit; Sequitur. n. Et dixit eis, q̃m sic scriptum est, & sic oportebat Christũ pati. s. per lignum crucis. Bed. Perdidit aũt Christum fructum passionis, si nõ esset ueritas resurrectionis. vnde subdit, Et resurgere à mortuis, &c. Deinde post cõmendatam sui corporis ueritatem, cõmendat ecclesiæ unitatẽ, cum subdit. Et p̄dicare in nomine eius pniam & remissionem peccatorum in oẽs gentes. Euse. Dictũ. n. erat, Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã. Oportebat aũt conuersos ex Gẽtibus expiari à quolibet cõtagio & macula ipsius uirtute, quasi cõtaminatos ab errore dæmonum, idololatriæ, & quasi nuper conuersos à uita execrabili & impudica, & ideo dicit, q̄ oportet p̄dicari prius quidem pniam, consequenter remissionẽ peccatorum in oẽs gentes. Eis. n. qui prius quã ueram ostenderunt malorum pœnitentiam, salubri gratia ueniam cõmissorum donauit, pro quibus & mortẽ subijt. Theo. In hoc uerò quod dicit. Pœnitentiam & remissionẽ peccatorum, ẽt de baptismate meminit, in quo per depositionem priorũ scelerum subsequitur uenia peccatorũ. Sed quo pacto intelligetur in solo Christi nomine baptisma fieri, cum alibi mandet hoc fieri in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti? Et primo quidẽ dicimus q̄ non intelligitur, quòd in solo Christi nomine fiat baptisma, sed q̄ Christi baptismate aliquis baptizetur. i. spiritualiter non Iudaicè, nec tali quali Ioannes baptizabat ad solã pniam, sed ad spiritus almi participationem sicut & Christus in Iordane baptizatus ostendit Spiritum sanctum in specie columbina. Porrò baptisma in Christi nomine, id est morte Christi intelligas. sicut. n. ipse post mortẽ triduo resurrexit, sic & nos ter in aquam mergimur, & conuenienter emergimur incorruptibilitatis, spiritusq; arrã recipientes. Hoc ẽt Christus nomen cõtinet in se; & patrem quasi unctorem, & spiritũ quasi unctionem, & filium quasi unctum. s. secundum humanam naturam. Nõ autem decebat amplius bipartitum esse humanum genus in Iudæos & Gẽtiles. Et ideo, ut oẽs in unum uniret, mandauit incipere sermonẽ à Hierusalem, & ad Gentes terminari. vnde sequitur; Incipientibus ab Hierusalem. Bed. Nõ solum, quia credita sunt illis eloquia Dei, & eorũ est adoptio filiorum & gloria, uerumetiam ut gentes uarijs erroribus implicatæ hoc maximè indicio diuinæ pietatis ad spem uenire prouocẽtur, quòd eis qui filium Dei crucifixerunt uenia concedetur. Chry. Insuper ne dicerent aliqui q̄ omissis notis suæ rũc se collaturos ad extraneos. Ideo prius apud ipsos occisores pandunt resurrectionis signa in eadem ciuitate, in qua proruppit temerarius ausus. Vbi. n. crucifixores credere uidentur, resurrectio plurimũ demonstratur. Eusebius. Quòd si ea q̃ Christus prædixit, iam sortiuntur effectũ, & uerbum eius uiuax & efficax per uniuersum mundum occulata fide perspicitur, tp̄s est non incredulos esse erga eum qui protulit verbum. Cum. n. necesse est diuinam uitã ducere, cuius opera uiuida uerbis consona ostenduntur, q̃ quidem ministerio apostolorũ impleta sunt. unde subdit: Vos aũt testes estis horum. & c. s. mortis & resurrectionis. Theo. Consequẽter ne turbati cogitarent, quò nos homines idiotæ testimonium perhibebimus Gentibus & Iudæis qui te occiderunt? subiũgit: Et ego mittam promis. pa. mei &c. quod scilicet, per Iohelem promiserat, dicens; Effundam spiritum meũ super &c. Chry. Sicut aut milites inuasuros multos nemo dux exire sinit donec armati sint, sic & discipulos ante spiritus descensum ad conflictum egredi non permittit. unde subdit: Vos autem sedete in ciui. quoad usq; induamini uir. ex alto. Theoph. Id est uirtute non humana, sed cœlesti; nec dixit, Suscipiatis, sed induamini, integram tutelam spiritalis uelaminis indicans. Beda. De hac autem uirtute, id est Spiritu sancto, dicit etiam angelus Mariæ. Et uirtus altissimi obumbrabit tibi, & ipse domi-

Resurrectionis utilitas.

Resolutio pulchra.

Aduentus Spiritus sancti.

nut alibi. Nā & ego noui virtutem de me exisse. The. Cur āt non Xpo p̄sente vel eo discēte statim spiritus venit? Decebat.n. eos fieri cupidos rei & demū recipere gratiā, tunc.n. magis ad Deū erigimur, cū incūbit necessitas: oportebat.n. interim naturā cōparere nostrā in cęlo, & fędera cōsummari, ac deinde spiritū aduenire, & gaudia celebrari serena. Attende ēt quantā eis necessitatē imposuit Hierosolymis esse, in eo ꝙ illic spiritū promisit largiri. Ne.n. rursus post eius resurrectionē aufugerent hac expectatione quasi quodā vinculo omnes simul eo ibi detinuit. Dicit autē. Donec induamini, virtute ex alto. Nec expressit quando, vt sint iugiter vigiles. Quid ergo miraris si diem nobis nouissimum non pandit, cum diem hunc ꝓpinquum pandere nolit? Grego. in past. Admonendi sunt ergo quos à prædicationis officio vel imperfectio vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit, ne dū sibi tātum onus officij præcipitatione arrogant, viam sibi subsequētis meliorationis abscindant. Ipsa enim veritas, quæ repente quos vellet roborare potuisset, vt exemplum sequentibus daret, ne imperfecti prædicare præsumerent, postquàm plenè discipulos de virtute prædicationis instruxit, mandauit eis, vt in ciuitate sederent donec induerenī virtute ex alto. In ciuitate quippe sedemus si intra mentium nostrarum nos claustra constringimus, ne loquendo exterius euagemur, vt cum virtute diuina perfectè induimur, tunc quasi à nobismetipsos foras etiā alios instruentes exeamus. Amb. Consideremus autem quomodo secundum Ioānem acceperint Spiritum sanctum; hic autē in ciuitate iubentur sedere quoadusq; induantur virtute ex alto, sed Spiritum sanctum vel illis 10. quasi perfectoribus insufflauit, & reliquis postea tribuendum promittit; vel eisdem ibi insufflauit: hic spopondit. Nec videtur esse contrarium, cùm diuisione sint gratiarum, ergo aliam insufflauit ibi operationem, hic aliam pollicetur. Ibi.n. remittendorum gratia tributa est peccatorum, quod videtur esse angustius, & ideo insufflauit à Christo, vt credas Spiritum sanctum Christi, vt credat de Deo spiritū. Deus.n. solus peccata dimittit. Lucas āt linguarū gratiā describit effusam. Chr. Vel dī Accipite Spiritū sanctū vt eos idoneos faceret ad receptionē, aut quod futurū est, vt p̄sens indicauit. Aug. 15. de Tri. Vel dn̄s post resurrectionē suam bis dedit Spiritum sanctum! semel in terra pp dilectionem proximorum, & iterum de cœlo propter dilectionem Dei.

Resolutio vtilis

Eduxit autē eos foras in Bethaniā, & eleuatis manib. sui benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis; recessit ab eis, & ferebatꝰ in cœlum, & ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalē cum gaudio magno: & erāt semp in templo laudantes & benedicentes Deum. AMEN.

Beda. Prætermissis omnibus q̄ per 43. dies agi à dn̄o cū discipulis potuerunt primo diei resurrectionis eius coniungit tacitè nouissimum diem quo ascendit in cęlum, dicens. Eduxit au. eos fo. in Beth. Primo quidem propter nomen ciuitatis, quę domus obedientiæ dicitur; qui.n propter inobedientiā peruersorum descendit, propter inobedientiā conuersorum ascendit deinde propter situm eiusdem villæ, quæ in latere mōtis Oliuarum posita esse narratur, quia videlicet obedientis ecclesiæ domus in ipsius summi montis. i. in Christi latere, fidei spei, dilectionisq; sուę fundamento locauit. Eos aūt benedixit, quibus præcepta docendi tradiderat. vnde sequitur. Et eleuatis manib. suis benedixit eis. Theo. Forsan uim conseruatiuam influens eis vsq; ad aduentum spiritꝰ, & fortassis instruēs nos, vt quotiens recedimus benedictionibus subd tos Deo cōmendemus. Orig. Quod autem eleuatis manibus benedixit eos, significat ꝙ deceat benedicētem cui ornatum esse varijs operib. & arduis respectu aliorum, sic n. manus tolluntur in altum. Chry. Attendite autem qđ dn̄s brauia repromissa aspectui subijcit, promiserat quidem corporum resurrectionem, à mortuis resurrexit, & per 40. dies discipulos certificat, promittitur etiī quòd in nubibus rapiemur in aere, & hoc ipse patefecit per opera. Sequitur enim. Et factum est dum benediceret illis, &c. Theo. Et Elias quidē videbatur quasi assumi in cœlum, sed Saluator ipse præcursor omnium ascendit in cœlum appari-

Bethaniæ signi ficatio.

turus diuino conſpectui in ſacro ſuo corpore, & iam noſtra natura in Chriſto honoratur à quálibet virtute angelica. Chr. Sed dicens: quid intereſt mea? quia & tu in nubib. ſuſcipieris ſimiliter: nam corpus tuum connaturale eſt illi corpori. erat igitur & corpus tuum tá agile, vt poſſit tranſire per aera. Ná ſicut caput, ſic & corpus, ſicut principium, ſic & finis. Aſpice auté quomodo honoratus es ꝑ hoc principiú. Infima pars rationalis creaturæ homo. erat, ſed pedes effecti ſunt caput, ſublimati in regiam ſedem in ſuo capite. Bed. Aſcédente autem in cœlum domino, diſcipuli adorantes vbi ſteterunt nouiſſime pedes eius, confeſtim Hieroſolymam redeunt, vbi promiſſioné patris ſunt expectare præcepti. Sequitur enim: Et ipſi adorantes regreſſi ſunt &c. Gaudia magna agút, quia Deum ac dominum ſuum poſt triumphú reſurrectionis etiam cœlos penetraſſe lætantur. Græcus. Et erant vigilantes non degentes in proprijs laboribus, ſed expectantes ſupernam gratiam, & conuerſantur in templo, inter cætera etiam loci honeſtatem addicentes. unde dicitur: Et erant ſemper in templo. Theophy. Nondum aderat ſpiritus, & iam ſpiritaliter conuerſantur, prius erant recluſi, iam ſtant in medio principum ſacerdotum, nec aliquo diſtrahuntur mundano, ſed omnib. contéptis iugiter Deum laudant. Sequitur. n. Laudantes & benedicentes Deum. Beda. Et attende quod Lucas inter quatuor animalia cœli deſignatus accipitur per vitulum, cuius victima q in ſacerdotium eligebantur initiari ſunt iuſſi, eo quòd ipſe ſacerdotium Chriſti cæteris amplius exponendum ſuſcepit, & euágelium ſuum quodá myſterio templi per ſacerdotiú Zachariæ cœpit, in templi deuotione cópleuit, & apoſtolos ibi miniſtros noui ſacerdotij futuros, non in victimarum ſanguine, ſed in laude Dei & in benedictione cóclusit, vt in loco orationis & inter laudum deuotiones promiſſum Spiritus ſancti aduentum paratis cordibus expectent. Theoph. Quos nos imitantes in ſacra vita ſemper degamus, laudantes & benedicétes Deum, cui eſt gloria, & benedictio, & virtus in ſecula. AMEN.

Dotes corporũ

Figura Lucæ euangeliſtæ.

TABVLA

TABVLA IN FESTIS DIEBVS AC DOMINICIS, SVPER EVANGELIA DIVI LVCAE Euangelistæ.

FINIS TABULAE.

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

IOANNES *Apostolus, quem Iesus amauit plurimum, filius Zebedæi, frater Iacobi Apostoli, quem Herodes post passionem domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit euangeliū, rogatus ab Asiæ episcopis aduersus Cerinthum aliosq; hæreticos, & maximè tunc Hebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt, quòd cum legisset Matthæi, Marci, & Lucæ uolumina probauerit quidem textum historiæ, & uera eos dixisse firmauerit, sed unius tantùm anni in quo & passus est, post carcerem Ioannis, historiam texisse. Prætermisso itaque anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam Ioannes clauderetur in carcerem gesta narrauit sicut manifestum esse poterit his, qui diligenter quatuor euangeliorum uolumina legerint. Quæ res etiam διαφωνίαν, quæ uidetur esse Ioannis cum cæteris tollit. Scripsit autem & unam epistolam, cuius exordium est. Quod fuit ab initio, quod audiuimus & uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ, quæ ab uniuersis ecclesiasticis & eruditis uiris probatur. Reliquæ autem duæ quarum principium est Senior electæ dominæ & natis eius. & sequentis est, Senior Caio charissimo, quem ego diligo in ueritate, Ioannis presbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur. Et nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis Euangelistæ esse, super qua re, cum per ordinem ad Papiam, auditorem eius uentum fuerit disseremus. Quartodecimo igitur anno, secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano, in Pathmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsim quam interpretantur Iustinus martyr, & Ireneus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius, ob nimiam crudelitatem à senatu rescissis, sub Pertinace principe rediit Ephesum, ibi usque ad Traianum principem perseuerans, totas Asiæ fundauit, rexitq; ecclesias. Et confectus senio, sexagesimooctauo post passionem domini anno, mortuus, iuxta eandem urbem sepultus est.*

BEATI THOMAE AQVINATIS CONTINVVM in Euangelium Ioannis.

PROOEMIVM.

ESaias propheta diuinæ visionis sublimitate illustratus dixit. Vidi dñm sedentem super solium excelsum & eleuatũ: & plena erat domus à maiestate eius, & ea quæ sub ipso erant replebāt templum. Hiero. super Esaiā. Quis sit iste qui vr̃, in euangelista Ioāne plenius discim⁹ q ait: Hæc dicit Esaias, qñ vidit gloriam Dei, et locutus est de eo, haud dubiũ quin Christũ significet. Gl. Vnde ex verbis istis materia huius euāgelij, quod scdm Ioannē describitur designatur. (Materia euāgelii) Ex eccle. histo. Quia.n. natiuitatem Saluatoris secundũ carnē, vel Matthæus, vel Lucas descripserant, reticuit hic Ioannes, & à theologia atque ab ipsa eius diuinitate sumit exordium, quæ pars sine dubio ipsi velut eximio per Spũm sanctũ reseruata est. Alcui. Vnde cũ oĩbus diuinę scripturæ paginis euangeliũ excellat, qa quod lex & prophetæ futurũ pdixerunt hoc completum dicit euangeliũ. Inter ipsos āt euangeliorũ scriptores Ioānes eminet in diuinorũ mysteriorũ profunditate, qui a tpe dñicæ ascensionis per annos 65. verbũ Dei absq; adminiculo scribendi vsq; ad vltima Domitiani tpa prædicauit, sed post occasionē Domitiani cũ Nerua pmittēte de exilio redisset Ephesum, compulsus ab epis Asiæ de coæterna patri diuinitate Xpi scripsit aduersus hæreticos, qui Xpm ante Mariā fuisse negabāt, unde merito in figura quatuor animalium aquilæ volāti cōparatur, quæ volat altius cunctis auibus, & solis radios irreuerberatis aspicit luminib. Aug super Io. Transcendit.n. Ioannes oĩa cacumina terrarum, transcendit oẽs cāpos aeris, transcendit oẽs altitudines syderum, transcendit oẽs choros & legiones angelorũ. nisi n. transcenderet ista omnia q̃ creata sunt, non pueniret ad eum p quem facta sunt omnia. (Euangelistarũ discretio.) Aug. de con euan Ex quo intelligi daĩ si diligēter aduertas, tres euangelistas ipalia facta dñi & dicta, q̃ ad informandos mores vitæ pñtis maximè valerent, circa actiuam virtutē fuisse versatos Ioannē verò facta dñi multo pauciora narrantē, dicta verò eius psertim q̃ Trinitatis vnitatē & vitæ æternæ falicitatem insinuarent diligentius & vberius conscribentē in virtute contemplatiua commendandā suā intentionē pdicationemq; tenuisse. unde animalia tria p q̃ tres alij euangelistæ designant, siue leo, siue hõ siue vitulus in terra gradiunt, qa tres euangelistę in his maxime occupati sunt, quæ Xp̃s in carne operatus est, & q̃ præcepta mortalis vitæ exercendæ carne portantibus tradidit. At verò Ioannes supra nubila infirmitatis humanæ velut aquila uolat, & luce incommutabilis veritatis acutissimis, atq; firmissimis oculis cordis intuetur: ipsam.n. maximè diuinitatem dñi q̃ patris æqualis intēdit, eamq; præcipuè suo euangelio quã inter homines sufficere credidit cõmendare curauit. Gl. Põt igr̃ euangelista Ioannes cum Esaia propheta dicere. (Ioannis & Esaiæ comparatio.) Vidi dñm sedentē super solium excelsum eleuatum, inqñ acumine visus Christum in diuinitatis maiestate regnantē inspexit, quæ quidem et sua natura excelsa est super omnia alia eleuata. Dicat ẽt euãgelista Ioannes. Et plena erat domus à maiestate eius, quia per ipsum narrat omnia esse facta, & suo lumine oẽs homines in hunc mundum uenientes illustrati. Dicat ẽt q ea q̃ sub ipso erāt replebant tēplum, qa dicit verbum caro factum est, & vidim⁹ gloriã eius, gloriã quasi unigeniti a patre plenum gratiæ & veritatis, scdm q de plenitudine e⁹ nos omnes accepimus. Sic igr̃ pmissa verba materiã huius euangelij continent. in quo Ioannes dñm super solium excelsum sedentem insinuat, diuinitatem Christi oñdens, & terrã ab eius maiestate impleri oñdit, dum omnia per eius virtutem in esse pducta oñdit, & ppriis perfectionib. repleta, & inferiora eius.i. humanitatis mysteria, templum.i. ecclesiam replere docet, dũ in sacramentis humanitatis Christi & gratiã & gloriã fidelibus repromittit. Chr. Qñ igitur barbarus hic & indisciplinatus talia loquitur, quæ nullus eorum qui in terra sunt hominum nouit unquã, si hic solus esset, miraculum magnũ esset. Nunc āt cum his & aliud isto maius tribuit argm, q à Deo inspirata sunt ei quæ dicuntur hic.s.q omnes audiunt, & suadet omnibus per omne tempus. (Ioannis excellentia.) Quis ergo non admirabitur habitantem in eo virtutem? Orig. in ho. Ioannes interpretatur gratia Dei siue in quo ẽ gratia, vel cui donata est. Cui autem theologorum donatum est ita absconditum summi boni penetrare mysteria, & sic humanis mentibus intimare?

SANCTVM IESV CHRISTI Euangelium secundum Ioannem.

CAPVT PRIMVM.

IN principio erat uerbum. Chry. Omnib. alijs euãgelistis ab incarnatione incipientib. Ioanes transcurrens conceptioné, natiuitaté, educationé, augmentationem, mox de æterna nobis gñatione narrat, dicens In principio erat verbũ. Augu. 83 q. Quod Græcè logos dr̃ Latinæ & rationé & verbũ significat, sed hoc loco melius verbũ interptat, vt significet non solum ad patré respectus, sed ad illa etiã quæ per verbũ facta sunt operatiua potentia. Rõ ãt & si nihil per eam fiat, recte rõ dr̃. Aug. super Ioannem. Quotidie autem dicendo verba viluerunt nobis, quia sonãdo & transeundo viluerunt. Est verbum & in ipso homine quod manet intus: nã sonus ꝓcedit ex hore. Est verbũ qđ verè specialiter dr̃ illud quod intelligis de sono, non ipse sonus. Aug. 15. de Tri. Quisquis autem põt intelligere verbum, non solum antequam sonet verumétiam antequam sonorum eius imagines cogitatione voluantur, iã põt videre per hoc speculum atq; in hoc ænigmate aliquam verbi similitudiné, de quo dictum est. In principio erat verbum. Necesse est. n. cum id qđ scim⁹ loquimur, ex ipsa scia, quã memoria tenemus nascatur verbũ, quod eiusmodi sit omnino cuiusmodi est illa scia de qua nascitur. Formata quippe cogitatio ab ea re quã scimus verbum est, qđ in corde dicimus, qđ nec Græcum est, nec Latinum, nec linguæ alicuius. Sed cũ id opus est in eorum quibus loquimur ꝓferre notitiam aliquod signũ quo significet assumit. Proinde verbum quod foris sonat signum est verbi qđ int⁹ latet, cui magis verbis cõpetit nomé. nã illud quod profert carnis ore vox verbi est, verbumq; & ipsum dr̃ pp illud à quo vt foris appareat assumptum est. Basi. in ho. Hoc ãt verbum non est humanum verbum. Qũo. n. erat in principio humanum verbum, vltimo loco accipiente homine generationis principiũ? non igitur in principio verbũ erat humanũ, sed nec angelorũ. Oĩs. n. creatura infra seculorũ terminos est à creatore essendi sumens principiũ: Sed audi euangeliũ decẽter. Ipsum. n. vnigenitũ verbũ dixit. Chr. Si auté quis dixerit cur patré dimittẽs mox nobis de filio loquit? Et qm̃ ille quidem manifestus omnibus erat & si nõ vt pater, sed vt Deus, vnigenit⁹ autem ignorabatur, ideo decenter eam quæ de isto est cognitioné confestim in initio studuit imponere his, qui nesciebant eum, sed neque patrem in his quæ de filio sunt sermonibus tacuit. Propter hoc aũt & verbum eũ vocauit. Quia. n. docturus erat, ꝙ hoc verbum vnigenitus est filius Dei vt non passibilem æstimet quisquis generationem, præueniẽs verbi nuncupatione destruit pernitiosam suspitionem esse ex Deo filium impassibiliter ostendens. Secunda vero ratio est, quia ea quæ sunt patris nobis annunciare debebat; non simpliciter verò eum verbum dixit, sed cum articuli adiectione à reliquis ipsum separans. Consuetudo. n. est scripturæ, verba vocare leges Dei & præcepta hoc auté verbum substantia quædam est hypostasis ens, ex ipso proueniẽs impassibiliter patre Basi. Quare igit verbũ? quia impassibiliter natum est, quia est generantis imago, totum in seipso generanté demonstrans, nihil inde separans, sed in seipso perfectum existens. Augu. 15. de Trini. Sicut. n. scientia nostra illi scientiæ Dei, sic & nostrum verbum quod nascitur ex nostra scié- tia, dissimile est illi verbo Dei qđ natum est de patris essentia. Tale est auté ac si dicerem de patris scientia, de patris sapiẽtia, vel quod est expressius de patre scientia, de patre sapientia. Verbum ergo Dei patris vnigenitus filius, per omnia patri similis & æqualis, hoc enim est omnino quod pater, non tamen pater: quia iste filius, ille pater, ac per hoc nouit omnia q̃ nouit pater, si ei nosse de patre est, sicut esse, nosse enim & esse, ibi vnum est. Et ideo patri sicut esse non est à filio, ita nec nosse. Proinde tanquam seipsum dicens, pater genuit verbum sibi æquale per omnia. Non enim seipsum integre perfecteque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset

Logos quid significet.

Veri dĩ uinatio.

Generatio uerbi.

Cōparatio verbi creati, & increati.

esset in eius verbo q̃ in seipso. Nostrū aūt verbum interius quod inuenimus esse vtcunq; illi simile, quantum sit ēt dissimile non pigeat intueri. Est enim verbum mentis nostrę quandoq; formabile, nondū formatum quidem mentis nostrę, quod hac atq; hac volubili quadam motione iactamus, cum à nobis nunc id, nunc illud, sicut inuētum fuerit, vel occurrerit cogitatur. & tunc fit verum verbum, qñ illud qđ nos diximus volubili motione iactare, ad id quod scimus peruenit atq; inde formatur, eius omnimodam similitudinē capiēs vt quomodo res quæque scitur, sic etiam cogitetur. Quis non videat quanta sit hęc similitudo ab illo Dei verbo quod in forma Dei sic est, vt non ante fuerit formabile, postquā formatū, non aliquando possit esse informe, sed sit forma simplex æqualis ei de quo est? Quapropter ita dicitur illud Dei verbum, vt Dei cogitatio nō dicatur, ne aliquid esse quasi volubile dicatur in Deo, quod nunc habeat, nunc accipiat formam vt verbum sit, eamq; possit amittere, atque informiter quodammodo volutari. Augu. de ver. do. Est.n. verbum Dei forma quędā nō formata, sed forma oium formatū, forma incōmutabilis, sine lapsu, sine defectu, sine tēpore, sine loco, superans oia, existens in oibus fundamentū quoddā in quo sunt, & fastigium sub quo sunt. Basi. Habet āt & verbū nostrū exterius diuini verbi similitudinē quandā. Nā nostrum verbum totam declarat mentis conceptionem; quæ nanque mente concipimus, ea verbo proferimus, & quidē cor nostrum quasi fons quidam est, verbū verò prolatum quasi quidam riuulus manās ex ipso. Chrysost. Considera etiam in euangelista prudentiam spiritualē, nouerat homine id quod antiquius est, & quod est ante omnia maximè honorantes & ponentes Deum, propter hoc primū dicit principium. In principio (inquit) erat verbum. Orig. Plura aūt sunt signata ab hoc nomine principium. Est enim principium, sicut itineris & lōgitudinis, secūdū illud, Initium boni itineris iustorū exercitium. Est āt principium & generationis, iuxta illud. Hoc est principium creaturæ domini, sed etiam Deum nō enormiter, allo-

Principiū generationis.

ret aliquis omnium principium. Illud ēt ex quo sicut ex præiacente materia alia fiunt, principium est penes eos qui credūt illam ingenitam. Est etiam principiū secundum speciem, sicut Christus principium eorum est, qui secundum imaginē Dei formati sunt. Est etiam principiū disciplinæ, secundum illud; Cum deberetis esse magistri propter tempus, rursus indigetis vt doceamini quæ sunt elementa exordij sermonum Dei. Duplex enim est documenti principium; hoc quidem natura, hoc verò quod ad nos; vt si dicatur initium sapientiæ fore natura quidem Christum, inquantum sapientia & verbū Dei est, quo ad nos verò, inquantum verbum caro factum est. Tot igitur significatis ad præsens nobis de principio occurrētibus potest accipi illud ex quo quod est agens. conditor.n. Christus est velut principiū, secundū qđ sapiētia est, vt verbū in principio quasi in sapiētia sit. plura.n. bona de Saluatore dicunt. vel vt igit vita in verbo est, sic verbū in principio, i. in sapiētia erat. Cōsidera vero si possibile est secūdum hoc significatū accipere nos principiū, prout secūdū sapientiā, & exempla q̃ in ea sunt, fiunt omnia, vel q.a principiū filij pater est; & principium creaturarum & omnium entium per illud, In principio erat verbum: verbum filium intelligas in principio, i. in patre dictum fore. August. 6. de Trini. Aut in principio sicut dictū est, ac si diceretur ante omnia. Basil. Prævidit enim Spiritus sanctus futuros quosdā inuidentes glorię vnigeniti, qui præferrent sophismata ad subuersionem auditorū; quia si genitus est, non erat, & antequā genitus esset, non erat. Ne igitur talia garrire p̄sumāt, Spiritus sanctus ait; In principio erat verbū. Hyla 2. de tri. Transeunt tēpora, transeunt secula, tollunt ætates, pone aliquod qđ voles tuæ opinioni principium, nō tenes tēpore, erat.n. vnde tractatur. Chry. Sicut autem quis, cùm stat in naui secus situs, videt ciuitates & portus. Cum vero eum aliquis in medium pelagi duxerit, à prioribus quidem desistere facit, non tamen alicubi defigit ei oculum, ita euangelista hic super omnem nos ducēs creaturā, suspēsum dimittit oculū,

non

esset digna hominibus, sed diuina magis, quod etiã est forma resurrectionis futuræ in qua sicut angeli conuersabimur & filij Dei. Greg. in ho. Conuenienter etiam eis speciẽ qua recognoscerent, non ostendit, hoc agẽs foris in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis, ipsi nanque ad seipsos intus, & amabãt & dubitabant. De se ergo loquentibus præsentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suæ speciem abscondit, verba quidem eis cõtulit. Nam sequitur: Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones &c. Græc. Conferebant quidẽ inter se quasi non amplius expectantes Christum viuentem, sed dolorosi quasi perẽpto Saluatore: vñ sequit. Et rñdens vnus &c. Theo. q. d. Tu solus peregrinus, & extra cõfinia Hierusalẽ habitãs, & expers es eorum q̃ in medio eius cõtigerunt, & hæc ignoras? Bed. Vel hoc dicit, q̃a peregrinũ putabãt eũ cuius vultũ nõ agnoscebã, sed reuera peregrinus erat eis, a quorum naturæ fragilitate, p̃cepta iã resurrectionis gloria longè distabat, & à quorũ fide vtpote resurrectionis eius nescia manebat extraneus. Sed adhuc dñs interrogat. Nã sequit: Quibus ille dixit, Quæ? Et ponit eorũ responsio cũ subdit. Et dixerũt ei, De Iesu Nazareno qui fuit vir propheta. Prophetã fatẽt, filiũ Dei tacent. Vel nõdũ pfectè credentes, vel solicitine inciderẽt in manus Iudæorum persequentium, quia nesciebant quis esset, quod verum credebant celantes. Ad cuius commẽdationẽ subditur; Potens in opere & sermone. Theo. Primo quidẽ est opus, secundo sermo; nullus. n. doctrinæ sermo approbatur, nisi prius is qui docet, se ostẽdat authorem; præcedit. n. opus aspectũ: nam nisi mũdaueris intellectus speculum per opera, non emicat decor optatus. Adhuc autem subditur. Coram Deo & omni populo. Nam primo complacendum est Deo, deinde curandum quantum possibile est de innocentia apud homines, vt p̃cedente diuino cultu viuam⁹ sine scandalo plurimorum. Græcus. Deinde assignatur causa tristitiæ, traditio & passio Xpi, cum sequitur. Et quomodo tradiderũt &c. Subditur autem desperantium vox, cum dicitur. Nos autem sperabamus q̃ ipse esset

Doctrina moralis.

redemptus Israel. Sperabamus, inquit, nõ speramus, ac si mors dñi similis esset mortibus aliorũ. The. Expectabant. n. Christũ saluaturũ & redẽpturũ populũ Israel ab insurgentib. malis, & à seruitute Romanorũ, ipsum quoq; credebãt terrenũ regẽ fieri, quẽ putabãt promulgatã in se mortis sentẽtiã cauere potuisse. Beda. Merito ergo tristes incedebãt q̃a & seipsos quodam modo arguebãt q̃ in illo redẽptionẽ sperauerint, quẽ iã mortuum viderant, nec resurrecturum credebant; & maxime dolebant eum sine cã occisum, quem nouerãt innocentem Theo. Vr̃ tamen hi uiri non omnino increduli esse per hoc quod subditur: Et nunc super hęc omnia, tertia dies est hodie, q̃ hæc facta sunt. In quo videntur habere memoriam eius, quod eis dominus dixerat se tertia die resurrecturũ. Gręcus. Porrò relatam à mulierib. resurrectionis famam cõmemorat, cùm subditur: Sed & mulieres quædã ex nostris terruerunt nos, &c. Dicunt quidem hoc, quasi, non credentes, pp quod referũt se territos i. stupefactos. Nõ. n. quod erat eis relatum, firmum æstimabant, aut angelicã illuminationem fuisse, sed stuporis & turbinis causam inde sumebant. Testimoniũ quoq; Petri non certum æstimabant, dum diceret se non vidisse dominum, sed resurrectionem eius coniicere ex eo quo corpus ipsius in sepulchro non iacebat. vñ sequitur. Et abierunt quidam &c. Augu. de consen. euan. Cũ ãt Lucas dixerit Petrum accurrisse ad monumentum, & Cleophã dixisse ipse retulerit, q̃ quidam eorum ierãt ad monumẽtum, intelligitur attestari Ioãni q̃ duo ierint ad monumentum, sed Petrum primò solum commemorauit, quia illi primitus Maria nunciauerat.

Apostolorũ diffidentia.

Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde ad credẽdum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hęc oportuit, pati Xp̃m, et ita intrare in gloriã suã? Et incipiens à Moyse, & omnib. prophetis, interpretabatur illis in omnib. scripturis quæ de ipso erãt. Et appropinquauerunt castello quo ibant, et ipse se finxit lõgius ire. Et coegerunt illũ dicẽtes: Mane nobiscum, q̃m aduesperascit, & inclinata est iã dies & intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panẽ, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis,

Et aperti sunt oculi eorum, et cognouerũt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorũ. Et dixerunt ad inuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia, et aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes, quod surrexit dominus uerè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Theo. Quia prędicti discipuli nimia dubietate laborabant, dñs eos redarguit. vñ dr: Et ipse dixit ad eos, O stulti. Ferè n. eadem dixerant, q̃ & astãtes cruci: Alios saluos fecit, se ipsũm non pôt saluum facere. Et tardi cordè ad credendũ in oĩbus q̃ locuti sunt prophetæ, particulariter q̃dam, & nõ uniuersaliter oĩa, puta si aliquis credat q̃ de cruce Christi dicuntur à prophetis, sicut est illud. Foderunt manus meas, & pedes meos: quę uerò spectãt ad resurrectionẽ non credãnt, sicut est illud: Non dabis sanctũ tuũ uidere corruptionẽ. Decet aũt in omnibus fidẽ adhibere prophetis, tam in gloriosis quæ de Christo pdixerunt, q̃ inglorijs, quia ex passione malorum est ingressus in gloriã. vnde sequit̃. Nonne hæc oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriam suã? s. scd'm humanitatem. Isido. Sed & si oporteat Christum pati, tñ qui crucifixerunt, rei sunt pœnę; nõ enim satagebãt perficere qđ Deus dispo nebat, unde & eorũ executio fuit impia. Dei uerò dispensatio, prudentissima, qui nequitiã eorũ in beneficia generis humani cõuertit, quasi utens vipereis carnibus ad antidoti saluiferi confectionẽ. Chry. Et ideo dñs ostendit consequenter, hæc oĩa nõ euenisse simpliciter, sed ex Dei proposito ante prædestinato: vnde sequit̃. Et incipiens à Moyse & oĩbus &c. q. d. Postquam estis tardi, ego promptos uos reddam, misteria scripturarũ uobis exponendo. Nã sacrificium Abrahæ, cum Isaac dimisso immolatus est aries, hoc præfigurauit. Sed & in alijs scripturis propheticis sparsim iacent mysteria crucis & resurrectionis Christi. Bed. Si aũt Moyses & prophetæ de Christo locuti sunt, & eum per passionẽ in gloriam intraturum prædixerunt, quõ gloriatur se esse Christianum, qui neq; qualiter scripturæ ad Christum pertineant inuestigat, neq; ad gloriã quã cum Christo hře cupit, per passionẽ attingere desiderat? Greg. Quia uerò prædixit euãgelista, Tenebantur oculi eorũ ne eũ agnoscerent, donec sermo dñi mentẽ eorum moueret ad fidẽ, cõuenienter opportunum aspectũ sui auditui subiungit. vnde sequitur. Et appropinquauerunt castello &c. Aug. de q. euan. Quod non ad mendacium pertinet: nõ n. oẽ quod fingimus mendacium est, sed qñ id fingimus, qđ nihil significat, tunc mendacium est: cũ aũt fictio nostra refert̃ ad aliquã significationem, non est mendaciũ, sed aliqua figura ueritatis: alioquin oĩa quæ à sapientib[9] & sanctis uiris, vel ẽt ab ipso dño figuratè dicta sunt, mendacia deputabuntur, quia secundum usi tm̃ intellectũ non consistit ueritas in talibus dictis. Sicut aũt dicta, ita ẽt finguntur facta sine mẽdacio ad aliquam rem significandã. Greg. in ho. Quia ergo adhuc in eorũ cordibus peregrinus erat à fide, ire se longius finxit. Fingere namque componere dicimus, unde & cõpositores luti, figulos uocamus. Nihil ergo simplex ueritas per duplicitatem fecit, sed talẽ se exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Sed quia esse extranei à charitate non poterant, hi cum quibus charitas gradiebatur, eum ad hospitium quasi peregrinum uocãt. vnde sequitur. Et cogno. illum. Ex quo exemplo colligitur, quia peregrini ad hospitium non solũ inuitandi sunt, sed etiam trahendi. Glo. Nec solum factis eum cogunt, sed etiã uerbis inducũt. Sequitur enim, dicentes, mane nobiscum, quoniã aduesperascit, & inclinata est iam dies, scilicet ad occasum. Greg. in ho. Ecce autem cum per membra sua Christus suscipitur, susceptores suos etiã per semetipsum requirit. Sequitur enim. Et intrauit cum illis. Mensam ponunt, cibos afferunt, & Deum quem in scripturæ sacræ expositione non cognouerãt in panis fractione cognoscunt. Sequitur enim: Et factum est dum recumberet cũ illis accepit panem, & benedixit ac fregit. Si porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Chrysosto. Quod nõ de sensibilibus oculis dictũ est, sed de sensu

Prophetarũ firmitas.

Fingere quõ dicitur.

Doctrina moralis.

sensu mentali. Aug. de con. euan. Neq;.n. clausis oculis ambulabant, sed inerat aliquid quo non sinerentur agnoscere qđ uidebant, qđ.s. caligo & aliquis humor efficere solet: non quia dñs non poterat transformare carnem suam, & alia reuera esset effigies, quam solebant intueri, qñquidē & ante passionē transformatus est in mōte, ut facies eius clarescceret sicut sol. Sed non ita nunc factum est; non enim incongruenter accipimus hoc impedimentū in oculis eorum à satana fuisse ne agnosceretur Iesus, sed tñ à Christo facta est ꝑmissio usq; ad sacr̄m panis, ut ueritate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentū inimici, ut Christus possit agnosci. The. Sed & aliud innuit, ꝙ.s. sumentibus sacrū panem aperiuntur oculi, ut eū agnoscant; magnā enim & ineffabilē uim habebat dñi caro. Augu. de quæst. euan. Vel dñs se ire longius finxit, cum comitaret̄ discipulos exponēs sacras scripturas, verū ipse esset ignorantib⁹, significat quia hospitalitatis officio ad suam cognitionē peruenire posse hoīes intimauit, ut cum longius ipse ab hoībus abscesserit, super oēs cœlos cū eis transit, qui hæc exhibent seruis eius. Tenet ergo Christum ne longius ab eo erat, quisquis catechizatur uerbo in omnibus bonis ei qui se catechizat cōicat. Etenim isti catechizati erant uerbo, cum exponeret eis scripturas. Et quia hospitalitatem sectati sunt, eū quē in ipsa expositione scripturarum non cognouerunt, in panis fractione cognoscūt; non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Grego. in ho. Quisquis ergo audita uult intelligere, festinat ea quæ iam intelligere potuit opere implere. Ecce dominus nō est cognitus dum loqueretur, & dignatus est cognosci dum pascitur. Sequitur enim. Et ipse eua. ex oculis eo. Theoph. Nō enim talę corpus habebat, ut diutius cum eis commorari deberet; & hoc pariter augeret affectum eorū unde sequit̄; Et dixerunt adinuicem, Nōne cor nostrū ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Orige. Per quod innuit quòd prolati sermones à Saluatore accēdebant audientium cor ad amorem diuinum. Grego. in ho. Penteco. Ex audito enim sermone inardescit aius, corporis frigus recedit, mens in superno desiderio fit anxia. Audire libet præcepta cęlestia, & quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur. Theo. Ardebat ergo cor eorū, uel igne uerborum dñi quibus intendebant tanquā ueris. Vel qa eo differente scripturas percellebatur intrinsecus cor eorum, quòd ille qui differebat dñs esset. Adeò ergo lætati sunt, ut nullam moram passi, mox reuersi sunt in Hierusalem, & hoc est qđ sequit̄: Et surgētes ea. ho. re. sunt in Hieru. Surrexerunt quidē eadem hora, peruenerunt aūt ꝑ plures horas, sicut oportebat 60. stadia transeuntes. Aug. de con. euan. Iam aūt fama erat ꝙ surrexerat Iesus à mulieribus facta, & à Simone Petro, cui iā apparuerat. Etenim illi duo hæc inuenerunt loquētes illos ad quos in Hierusalē uenerūt. Sequitur enim. Et inuenerunt cōgregatos undecim, & eos qui cū ipsis erant dicentes, ꝙ surrexit dñs uerè, & apparuit Simoni. Bed. Omnium.n. uirorū primò dñs apparuisse videtur Petro, ex his quos euangelistæ quatuor & Paulus apostolus cōmemorauerunt. Chry. Non enim simul oībus se manifestabat, ut sereret fidei semina; nā qui primo uiderat & certus erat, alijs referebat. Deinde sermo prodiens, ꝑparabat animū auditoris uisioni, & ideo primo dignori & fideliori oībus apparuit. Erat.n. opus animæ fidelissimæ, quę prius acciperet hunc aspectum, ut minimè turbaretur inopinata uisione. Et ideo primo videtur à Petro, ut qui primo confessus est eum Christū, primo resurrectionē uidere mereatur, & ēt quia eum negauerat, prius ei uoluit apparere, consolans eū ne desperaret. Post Petrum uerò alijs apparuit, qñq; paucioribus, quandoque pluribus, quod duo discipuli confitentur. Sequitur enim, Et ipsi narrauerunt quæ gesta erāt in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Aug. de con. euan. Quod autem ait Marcus annunciauerunt cęteris, nec illis crediderūt, cum Lucas dicat, quòd iā inde loquebantur uerè resurrexisse dominum, quid intelligendum est, nisi aliquos ibi fuisse, qui hoc credere nollent?

Apparitio Iesu facta Petro.

Dum

Dum autem hæc loquuntur stetit Iesus in medio eorum, & dixit eis. Pax vobis. Ego sum, nolite timere. Conturbati verò & conterriti, æstimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Palpate, & videte, quia spiritus carnem ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus & pedes.

Cyr. Vndiq; resurrectionis fama ꝑ apostolos diuulgata, & affectu discipulorũ erecto ad Xp̄i visionem venit desideratꝰ, & quærentibus, & expectantibus reuelatur, nec discrepat vt de alio, sed euidẽter se offert. vnde dr̃. Dum ãt hęc loquuntur, stetit Iesus &c. Augu. de con. euan. Hanc ostẽsionem dñi post resurrectionem & Ioãnes commemorat. Sed q̄ dicit Ioannes nõ cum illis fuisse apostolum Thomam, cũ secundum Lucam duo illi regressi in Hierusalem, inuenerũt cõgregatos vndecim proculdubio intelligendũ est q̄ inde Thomas exierit, antequam dñs hæc loquentibus appareret. Dat. n. Lucas locum in sua narratione quõ possit intelligi, dum hæc loquerentur prius inde exisse Thomã, & postea dũm intrasse: nisi quis dicat non illos vndecim qui iã tunc apostoli vocabãtur, sed discipulos suos vndecim fuisse ex multo numero discipulorum. Sed cum adiunxit Lucas. Et eos qui cum ipsis erant. Satis vtiq; declarauit euidentius illos vndecim apostolos qui vocabantur apostoli cũ quibus cæteri erant. Sed videamus cuius mysterij gratia secñ Matthæum, & Marcum resurgens ita mandauerit: Pręcedam vos in Galilæam, ibi me videbitis. Quod & si completum est, tñ post multa completum est, cum sic mandatum sit, vt aut hoc solum, aut hoc primũ expectaretur fieri debuisse. Amb. Vnde hoc conuenientius arbitror q̄ dñs quidẽ mandauerit discipulis, vt in Galilæa eũ viderẽt: sed illis ob metũ intra conclaue residentibꝰ primum se obtulisse. Grec. Nec hoc est ꝓmissi transgressio, sed potius festinata ex benignitate impletio pp pusillanimitatem discipulorum. Amb. Postea vero confirmatis animis, vndecim illos Galilæã petisse. Vel nihil obstat, si dicatur pauciores intra cõclaue, & in mõte quãplures fuisse. Euse. Duo. n. euãgelistę. s. Lucas & Ioãnes, solis vndecim hunc scribũt apparuisse in Hierusalẽ, cæteri vero duo in Galilæã properare, non solum vndecim, sed ẽt vniuersis discipulis & fratribus dixerũt angelũ & Saluatorem vidisse, de quibus, & Paulus meminit, dicens. Deinde apparuit plusquã quingentis fratribus simul. Est aũt verior solutio q̄ priusquã in Hierusalẽ latitãtibus semel aut bis visus ẽ ad eorum consolationẽ, in Galilæa verò nõ in conclaui, aut semel aut bis, sed cũ multa ptãte ostensionem sui fecit, præbens se eis viuentẽ post passionẽ in signis multis, vt Lucas testatur in actibus.

Consen. euange.

Aug de con. euan. Vel quod ab angelo, hoc est à dño dictũ est, propheticè accipiendum est. In Galilæa. n. secundũ transmigrationis significationẽ intelligendum occurrit, q̄a de populo Israel transmigraturi erant ad gẽtes, quibus apostoli ꝑdicantes non crederent, nisi ipse dominus viã in cordibus hominum ꝑpararet, & hoc intelligit, Precedet vos in Galilæam. Secundum aũt illud q̄ Galilæa interpretatĩ reuelatio, nõ iam in forma serui intelligendũ est, sed in qua est æqualis patri, quã promisit electis suis, illa erit reuelatio tanquam uera Galilæa, cum uidemus eum sicuti est. Ipsa ẽt erat beatior transmigratio ex isto sæculo in illam æternitatẽ, unde ad nos veniens nõ recessit, & quo nos ꝓcedens non deseruit.

Anagogica expositio.

The. Primò igitur dñs in medio discipulorũ stans solito pacis affatu eorũ turbinem sedat, ostendens, q̄ ipse idẽ est magister eorum q̄ hoc verbo gaudebat, quo ẽt eos muniuit, cum ad prædicandum misit. unde sequitur: Et dixit eis: Pax vobis; ego sum, nolite timere. Cyr. Pudeat ergo nos pacis munus deserere, quã nobis hinc discedens Christus reliquit. Pax & res, & nomẽ dulce, quam & Dei esse accepimꝰ, iuxta illud, Pax Dei; & eius esse Deũ, iuxta illud, Ipse est pax nostra. Pax bonũ cõmendatum ab omnibus, obseruatum aũt à paucis. Quæ aũt est causa? Fortassis ambitio dominij, aut facultatũ, aut liuor, aut odiũ, aut cõtẽptus, aut aliquid hmói ex his, quæ Dei ignaros videmus incurrere. Dei quippe ꝑcipuè pax est, qui confœderat omnia, cuiꝰ nihil est adeo propriũ

Pacis laus.

sicut

sicut vnitas naturę, & pacificus stat°. Trāsumitur vero ab angelis & diuinis ptātibus, quæ ad Deum & adinuicem pacificè se hēnt. diffunditur per totam creaturam: cuius est decor tranquillitas: in nobis aūt manat scdm animam quidem per inuestigationem virtutum & côicationem, secundum corpus verò in membrorum & elementorū commensuratione, quorū alterum pulchritudo, alterum sanitas appellatur. Bed. Discipuli āt nouerant Christū verum hominem, cum quo tanto tpe fuerant conuersati, sed postquam mortuus ē non credunt tertia die potuisse verā carnem de sepulchro resurgere. Putant ergo se videre spūm quem emisit in passione. vnde sequitur: Conturbati vero conterriti æstimabant se Spūm videre. Error ille apostolorū, secta est Manichæorū. Ambr. Adducti aūt virtutum exemplis, Petrum & Ioannē non credimus potuisse dubitare. Cur ergo Lucas inducit fuisse turbatos? Primo oium, quia paucorum opinionem, sententia maioris partis includit. Deinde quia & si Petrus de resurrectione crediderat, turbari tamen potuit ꝙ se dñs cum corpore vestitus oblatis improuisus infunderet. The. Verum quia p uerbum pacis nō est sedatus turbo in animabus discipulorū, alium de indicat eis se filium Dei esse, qui mētis cognoscebat arcana. vnde sequiē. Et dixit eis, Quid turbati estis, & cog. ascen. in corda vestra? Beda. Quales vti 3; cogitationes nisi falsę & perniciosæ? Perdidit.n. Christus fructum passionis, si non esset veritas resurrectionis. tanquā bonus agricola diceret, quod ibi plantaui, inueniam.i. fidem, q̄ in cor descendit, quia desuper est. Cogitationes aūt illæ non desuper descenderunt, sed de imo in cor sicut herba mala ascenderūt. Cyr. Hoc āt fuit euidentissimum signū, ꝙ non alius est qui videtur, sed ille idem quem viderant in ligno mortuum, & positū in sepulchro: quē non latebat aliqd eorum quæ erant in nomine. Amb. Consideremus aūt qua gratia secundum Ioannem Apostoli crediderunt, & gauisi sūt, secundum Lucam increduli redarguunē? Et vř mihi Ioannes quasi apostolus maiora, & altiora tetigisse, hic sequētia & humanis proxima: hic historico vsus circuitu, ille cōpendio: quia & de illo dubitari non pōt, quia testimonium perhibet de his quibus ipse interfuit, & iō vtrunq; verum putamus. Nam & si in primo Lucas eos nō credidisse dicat, postea tñ credidisse demonstrat. Cyr. Comprobans autem dñs deuictam esse mortem, & humanam naturam eam in Christo corruptionem exuisse, primo ostendit eius manus & pedes & clauorum foramina. vnde sequiē. Videte manus meas & pedes, q̄ ego ipse sum The. Sed & aliud subiūgit, palpationē.i. manuum atq; pedum cum dicit. Palpate & videte, quia spūs carnem & ossa non hēt, sicut me uidetis habere q d. Vos putatis me esse Spiritum.i. phantasma, sicut plures defunctorū circa sepulchra videri sunt soliti. Sed scitote ꝙ spirit° neq; carnem habet, neque ossa: ego āt carnem & ossa habeo Ambr. Hoc āt dñs ideo dixit, vt speciē nobis suę resurrectionis ostēderet, nā quod palpatur, corpus est. In corpore āt resurgemus, sed illud subtilius, hoc crassius, ut pote adhuc terrenæ lapis qualitate concretum. Nō ergo p incorporeā naturā, sed p resurrectionis corpore æqualitatē Xp̄s clausa penetrauit. Greg. 13. mor. Non.n. in illa resurrectionis gloria corpus uostrū erit impalpabile, & ventis aereq; subtilius, ut Euticius dixit, sed subtile quidem per effectū spiritualis potentiæ, palpabile autē per veritatem naturæ. Sequitur: Et cùm hæc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Beda Quibus, scilicet indicata clauorum uestigia claruere sed secundum Ioannem etiam latus eis ostendit cum fuerit lancea perforatū. ut s. ostensa uulnerum cicatrice dubietatis eorum uulnus sanaret. Solent autem in hoc loco Gentiles calumniā struere, quasi non valuerit dominus vulnera sibi inflicta curare. Quibus respondendum est, quia non est consequens, vt qui maiora fecisse probatur, minora facere nequiuerit, sed certæ dispensationis gratia, qui mortem destruxit, signa mortis delere noluit: primo quidem, ut per hoc discipulis fidē suæ resurrectionis astrueret. deinde, vt patri pro nobis supplicās, quale genus mortis pro homine pertulerit, semper ostendat:

Euidens signum Christi resurgētis.

Eutitii error dānatorū.

stendat; tertio, vt sua morte redemptis q̃ misericorditer sint adiuti, ppositis eiusdẽ mortis iudicijs insinuet; postremo, vt in iudicio, q̃ iuste damnent impij denũciet.

Adhuc autẽ illis non credentibus & mirãtibus præ gaudio, dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset corã eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me.

Cyr. Ostenderat dñs discipulis manus & pedes, vt certificaret discipulos q corpus quod passum fuerat, resurrexit. Vt adhuc ãt magis certificaret, aliquid manducabile petijt, vñ dr; Adhuc autẽ illis &c. Greg. Nisse. Et iussu quidem legis pascha cum amaricantibus edebatur, qa adhuc amaritudo manebat, post resurrectionem verò cibus fauo melis dulcoratur. vnde sequitur: At illi obtulerunt ei &c. Beda. Ad insinuandum ergo resurrectionis suæ veritatem nõ solum tãgi à discipulis, sed etiam conuesci cum illis dignatur; ne arbitrentur eum non solidè, sed imaginabiliter sibi apparere: vnde sequitur; Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Manducauit quidem potestate, nõ ex necessitate. Aliter. n. absorbet aquã terra sitiens, aliter sol calens: illa indigentia, iste potentia Græcus: Si damus dñm verè comedisse, dem⁹ & omnes homines post resurrectionẽ vti ciborũ fomẽtis. Sed quæ ex quadam dispensatione fiunt à Saluatore, non sunt regula & norma naturę, quoniam in quibusdam alijs dispensauit. Resuscitabit. n. nostra corpora icorrupta, qui tamen dereliquit proprij corporis foramina, quæ claui forauerant; & lateris cicatricem, vt ostendat q mansit post resurrectionem natura corporis, nec est in aliam mutatus substantiam. Beda. Mãducauit ergo post resurrectionem, non quasi cibo indigens, nec quasi resurrectionem quam expectamus cibis egere significans, sed vt eo modo naturam corporis resurgẽtis astrueret. Mysticę autẽ piscis assus quẽ Christus comedit, significat Christũ passum; ipse enim latere dignatur i aquis generis humani. Capi voluit laqueo mortis nostræ, & quasi tribulatione assatus est tẽpore passionis suæ, sed fauus mellis nobis extitit in resurrectione. In fauo qdẽ mellis vtranq; naturam exprimere voluit psonæ suæ. Fauus quippe mellis in cera est, mel vero in cera, est diuinitatis i humanitate. Theo Videtur autem & comesta aliud habere mysterium, quòd enim manducauit partẽ piscis assi, significauit qd naturam nostram in huius vitę mari natãtẽ assans eã igne propriæ deitatis, & exiccãs eius humanitatem quam à profundis vndis contraxerat, escam fecit diuinam; & eam quæ prius erat abominabilis, præparauit Deo cibum suauem, quod significat fau⁹ mellis. vel per piscẽ assum significat vitam actiuam, consumentem nostrã humiditatem laborum prunis; cõtemplationem vero significat per fauum mellis, propter dulcedinem eloquiorum Dei Beda. Postquam autẽ visus est & tactus manducauit, ne in aliquo sensus humanos ludificasse videretur, misit man⁹ ad scripturas. vnde sequitur. Et dixit ad illos, Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, id est, cum adhuc essem in carne mortali, in qua estis & vos. tunc quidem in eadem carne resuscitatus erat, sed cum illis in eadẽ mortalitate nõ erat, & subdit; Quoniã necesse est impleri omnia ꝑscripta sunt in lege Moysi & pro &c. Augustinus de con: euangel. Illud attendant qui magicis artibus Christum tanta potuisse, & nomen suum ad Apostolos in se conuertendos arte ipsa consecrasse delirant; vtrum potuit magicis artibus prophetas diuino spiritu antequam in terra nasceretur implere? Neque enim si magicis artibus fecit, vt coleretur & mortuus, magus erat antequã natus, cui ꝓphetando venturo gens vna deputata est.

Nota mysteriũ allegoriæ.

Redargutio hęreticorum.

Tũc aperuit illis sensũ ut intell igerẽt scripturas, & dixit eis. Quoniã sic scriptum est, & sic oportet Christum pati et resurger e à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitẽtiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Vos autem testes estis horum & ego mittam promissum patris mei in vos Vos autem sedete in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto.

Beda. Postquam præbuit se uidendum oculis, manibus contractandum legis cōmemorauit scripturas; consequenter aperuit sensum, ut intelligatur, qꝫ legitur. vñ dr̄; Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Theo. Alioquin quō eorū anima turbata, & uacillans circa Christi mysteriū studuisset? sed & uerbis eos docuit; Sequitur. n. Et dixit eis, qm̄ sic scriptum est, & sic oportebat Christū pati. s. per lignum crucis. Bed. Perdidit aūt Christum fructum passionis, si nō esset ueritas resurrectionis. vnde subdit, Et resurgere à mortuis, &c. Deinde post cōmendatam sui corporis ueritatem, cōmendat ecclesiæ unitatē, cum subdit. Et p̄dicare in nomine eius pniam & remissionem peccatorum in oēs gentes. Euse. Dictū. n. erat, Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuā. Oportebat aūt conuersos ex Gētibus expiari à quolibet cōtagio & macula ipsius uirtute, quasi cōtaminatos ab errore dæmonum, idololatriæ, & quasi nuper conuersos à uita execrabili & impudica, & ideo dicit, qꝫ oportet p̄dicari prius quidem pniam, consequenter remissionē peccatorum in oēs gentes. Eis. n. qui prius quā ueram ostenderunt malorum pœnitentiam, salubri gratia ueniam cōmissorum donauit, pro quibus & mortē subijt. Theo. In hoc uerò quod dicit. Pœnitentiam & remissionē peccatorum, ēt de baptismate meminit, in quo per depositionem priorū scelerum subsequitur uenia peccatorū. Sed quo pacto intelligetur in solo Christi nomine baptisma fieri, cum alibi mandet hoc fieri in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti? Et primo quidē dicimus qꝫ non intelligitur, quòd in solo Christi nomine fiat baptisma, sed qꝫ Christi baptismate aliquis baptizetur, i. spiritualiter non Iudaicè, nec tali quali Ioannes baptizabat ad solā pniam, sed ad spiritus almi participationem sicut & Christus in Iordane baptizatus ostendit Spiritum sanctum in specie columbina. Porrò baptisma in Christi nomine, id est morte Christi intelligas. sicut. n. ipse post mortē triduo resurrexit, sic & nos ter in aquam mergimur, & conuenienter emergimur incorruptibilitatis. spiritus arrā recipientes. Hoc ēt Christus nomen cōtinet in se; & patrem quasi unctorem, & spiritū quasi unctionem, & filium quasi unctum. s. secundum humanam naturam. Nō autem decebat amplius bipartitum esse humanum genus in Iudæos & Gētiles. Et ideo, ut oēs in unum uniret, mandauit incipere sermonē à Hierusalem, & ad Gentes terminari. vnde sequitur; Incipientibus ab Hierusalem. Bed. Nō solum, quia credita sunt illis eloquia Dei, & eorū est adoptio filiorum & gloria, uerumetiam ut gentes uarijs erroribus implicatæ hoc maximè indicio diuinæ pietatis ad spem uenire prouocētur, quòd eis qui filium Dei crucifixerunt uenia concedetur. Chry. Insuper ne dicerent aliqui qꝫ omissis notis suis se collaturos ad extraneos. Ideo prius apud ipsos occisores pandunt resurrectionis signa in eadem ciuitate, in qua proruptt temerarius ausus. Vbi. n. crucifixores credere uidentur, resurrectio plurimū demonstratur. Eusebius. Quòd si ea q̄ Christus prædixit, iam sortiuntur effectū, & uerbum eius uiuax & efficax per uniuersum mundum occulata fide perspicitur, tps est non incredulos esse erga eum qui protulit verbum. Cum. n. necesse est diuinam uitā ducere, cuius opera uiuida uerbis consona ostenduntur, q̄ quidem ministerio apostolorū impleta sunt. unde subdit: Vos aūt testes estis horum & c. s. mortis & resurrectionis. Theo. Consequēter ne turbati cogitarent, quō nos homines idiotæ testimonium perhibebimus Gentibus & Iudæis qui te occiderunt? subiūgit: Et ego mittam promis. par mei &c. quod scilicet, per Iohelem promiserat, dicens; Effundam spiritum meū super & c. Chry. Sicut aūt milites inuasuros multos nemo dux exire sinit donec armati sint, sic & discipulos ante spiritus descensum ad conflictum regredi non permittit. unde subdit: Vos autem sedete in ciui. quoad usq; induamini ex alto. Theoph. id est uirtute non humana. sed cœlesti; nec dixit, Suscipiatis, sed induamini, integram tutelam spiritalis uelaminis indicans. Beda. De hac autem uirtute, id est Spiritu sancto, dicit etiam angelus Mariæ. Et uirtus altissimi obumbrabit tibi, & ipse dominus

Resurrectionis utilitas.

Resolutio pulchra.

Aduentus Spiritus sancti.

aut alibi. Nā & ego noui virtutem de me exiſſe. The. Cur āt non Xpo pſente vel eo diſcēte ſtatim ſpiritus venit? Decebat.n. eos fieri cupidos rei & demū recipere gratiā, tunc.n. magis ad Deū erigimur, cū incūbit neceſſitas: oportebat.n. interim naturā cōparere noſtrā in cęlo, & fędera cō ſummari, ac deinde ſpiritū aduenire, & gaudia celebrari ſerena. Attende ēt quantā eis neceſſitatē impoſuit Hieroſolymis eſſe, in eo ꝙ illic ſpiritū promiſit largiri. Ne.n. rurſus poſt eius reſurrectionē aufugerent hac expectatione quaſi quodā vinculo omnes ſimul eo ibi detinuit. Dicit autē. Donec induamini, virtute ex alto. Nec expreſſit quando, vt ſint iugiter vigiles. Quid ergo miraris ſi diem nobis nouiſſimum non pandit, cum diem hunc ꝓpinquum pandere nolit? Grego. in paſt. Admonendi ſunt ergo quos à prædicationis officio vel imperfectio vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit, ne dū ſibi tātum onus officij præcipitatione arrogant, viam ſibi ſubſequētis meliorationis abſcindant. Ipſa enim veritas, quæ repente quos vellet roborare potuiſſet, vt exemplum ſequentibus daret, ne imperfecti prædicare præſumerent, poſtquàm plenè diſcipulos de virtute prædicationis inſtruxit, mandauit eis, vt in ciuitate ſederent donec induerent virtute ex alto. In ciuitate quippe ſedemus ſi intra mentium noſtrarum nos clauſtra conſtringimus, ne loquendo exterius euagemur, vt cum virtute diuina perfectè induimur, tunc quaſi à nobiſmetipſos foras etiā alios inſtruentes exeamus. Amb. Conſideremus autem quomodo ſecundum Ioānem acceperint Spiritum ſanctum; hic autē in ciuitate iubentur ſedere quoaduſq; induantur virtute ex alto, ſed Spiritum ſanctum vel illis 10. quaſi perfectoribus inſufflauit, & reliquis poſtea tribuendum promittit; vel eiſdem ibi inſufflauit: hic ſpopondit. Nec videtur eſſe contrarium, cùm diuiſione ſint gratiarum, ergo aliam inſufflauit ibi operationem, hic aliam pollicetur. Ibi.n. remittendorum gratia tributa eſt peccatorum, quod videtur eſſe anguſtius, & ideo inſufflauit à Chriſto, vt credas Spiritum ſanctum Chriſti, vt credat de Deo ſpiritū. Deus.n. ſolus peccata dimittit. Lucas āt linguarū gratiā deſcribit effuſam. Chr. Vel dī Accipite Spiritū ſanctū vt eos idoneos faceret ad receptionē, aut quod futurū eſt, vt pſens indicauit. Aug. 15. de Tri. Vel dn̄s poſt reſurrectionē ſuam bis dedit Spiritum ſanctum: ſemel in terra ꝑ dilectionem proximorum, & iterum de cœlo propter dilectionem Dei.

Resolutio vtilis

Eduxit autē eos foras in Bethaniā, & eleuatis manib. ſuis benedixit eis. Et factum eſt dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebāt in cœlum, & ipſi adorantes regreſſi ſunt in Hieruſalē cum gaudio magno: & erāt ſemꝑ in templo laudantes & benedicentes Deum. A M E N.

Beda. Prætermiſſis omnibus q̄ per 43. dies agi à dn̄o cū diſcipulis potuerunt primo diei reſurrectionis eius coniungit tacitè nouiſſimum diem quo aſcendit in cęlum, dicens. Eduxit au. eos fo. in Beth. Primo quidem propter nomen ciuitatis, quę domus obedientiæ dicitur; qui.n propter inobedientiā peruerſorum deſcendit, propter inobedientiā conuerſorum aſcendit deinde propter ſitum eiuſdem villæ, quæ in latere mōtis Oliuarum poſita eſſe narratur, quia videlicet obedientis eccleſiæ domus in ipſius ſummi montis.i. in Chriſti latere, fidei ſpei, dilectioniſq; ſuę fundamento locauit. Eos aūt benedixit, quibus præcepta docendi tradiderat. vnde ſequitur. Et eleuatis manib. ſuis benedixit eis. Theo. Forſan vim conſeruatiuam influens eis vſq; ad aduentum ſpiritꝰ, & fortaſſis inſtruēs nos, vt quotiens recedimus benedictionibus ſubd tos Deo cōmendemus. Orig. Quod autem eleuatis manibus benedixit eos, ſignificat ꝙ deceat benedicētem cui ornatum eſſe varijs operib. & arduis reſpectu aliorum, ſic.n. manus tolluntur in altum. Chry. Attendite autem qđ dn̄s brauia repromiſſa aſpectui ſubijcit, promiſerat quidem corporum reſurrectionem, à mortuis reſurrexit, & per 40. dies diſcipulos certificat, promittitur etiā quòd in nubibus rapiemur in aere, & hoc ipſe patefecit per opera. Sequitur enim. Et factum eſt dum benediceret illis, &c. Theo. Et Elias quidē videbatur quaſi aſſumi in cœlum, ſed Saluator ipſe præcurſor omnium aſcendit in cœlum appari-

Bethanię ſignificatio.

turus diuino conspectui in sacro suo corpore, & iam nostra natura in Christo honoratur à qualibet virtute angelica. Chr. Sed dicens: quid interest mea? quia & tu in nubib. susciperis similiter: nam corpus tuum connaturale est illi corpori, erat igitur & corpus tuum tã agile, vt possit transire per aera. Nã sicut caput, sic & corpus, sicut principium, sic & finis. Aspice autẽ quomodo honoratus es per hoc principiũ. Infima pars rationalis creaturæ homo erat, sed pedes effecti sunt caput, sublimati in regiam sedem in suo capite. Bed. Ascẽdente autem in cœlum domino, discipuli adorantes vbi steterunt nouissime pedes eius, confestim Hierosolymam redeunt, vbi promissionẽ patris iussi expectare præcepti. Sequitur enim: Et ipsi adorantes regressi sunt &c. Gaudia magna agũt, quia Deum ac dominum suum post triumphũ resurrectionis etiam cœlos penetrasse lætantur. Græcus. Et erant vigilantes non degentes in proprijs laboribus, sed expectantes supernam gratiam, conuersantur in templo, inter cætera etiam loci honestatem addicentes. unde dicitur: Et erant

Dotes corporũ

semper in templo. Theophy. Nondum aderat spiritus, & iam spiritaliter conuersantur, prius erant reclusi, iam stant in medio principum sacerdotum, nec aliquo distrahuntur mundano, sed omnib. contẽptis iugiter Deum laudant. Sequitur. n. Laudantes & benedicentes Deum. Beda. Attende quod Lucas inter quatuor animalia cœli designatus accipitur per vitulum, cuius victima q. in sacerdotium eligebantur initiari sunt iussi, eo quòd ipse sacerdotium Christi cæteris amplius exponendum suscepit, & euãgelium suum, quod à mysterio templi per sacerdotiũ Zachariæ cœpit, in templi deuotione cõpleuit, & apostolos ibi ministros noui sacerdotij futuros, non in victimarum sanguine, sed in laude Dei & in benedictione cõclusit, vt i loco orationis & inter laudum deuotiones promissum Spiritus sancti aduentum paratis cordibus expectent. Theoph. Quos nos imitantes in sacra vita semper degamus, laudantes & benedicẽtes Deum, cui est gloria, & benedictio, & virtus in secula. AMEN.

Figura Lucæ euangelistæ.

TABVLA

TABVLA IN FESTIS DIEBVS AC DOMINICIS, SVPER EVANGELIA DIVI LVCAE Euangelistæ.

FINIS TABVLAE.

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

IOANNES *Apostolus, quem Iesus amauit plurimum, filius Zebedæi, frater Iacobi Apostoli, quem Herodes post passionem domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit euangeliū, rogatus ab Asiæ episcopis aduersus Cerinthum aliosq; hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt, quòd cum legisset Matthæi, Marci, & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historiæ, & uera eos dixisse firmauerit, sed unius tantùm anni in quo & passus est, post carcerem Ioannis, historiam texisse. Prætermisso itaque anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam Ioannes clauderetur in carcerem gesta narrauit, sicut manifestum esse poterit his, qui diligenter quatuor euangeliorum volumina legerint. Quæ res etiam diaφωνίαν, quæ uidetur esse Ioannis cum cæteris tollit. Scripsit autem & unam epistolam, cuius exordium est. Quod fuit ab initio, quod audiuimus & uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ, quæ ab vniuersis ecclesiasticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ quarum principium est Senior electæ dominæ & natis eius. & sequentis est, Senior Caio charissimo, quem ego diligo in ueritate, Ioannis presbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur. Et nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis Euangelistæ esse, super qua re, cum per ordinem ad Papiam, auditorem eius uentum fuerit disseremus. Quartodecimo igitur anno, secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano, in Pathmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsim quam interpretantur Iustinus martyr, & Ireneus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius, ob nimiam crudelitatem à senatu rescissis, sub Pertinace principe rediit Ephesum, ibi usque ad Traianum principem perseuerans, totas Asiæ fundauit, rexitq; ecclesias. Et confectus senio, sexagesimooctauo post passionem domini anno, mortuus, iuxta eandem urbem sepultus est.*

BEATI THOMAE AQVINATIS CONTINVVM in Euangelium Ioannis.

PROOEMIVM.

ESaias propheta diuinæ uisionis sublimitate illustratus dixit. Vidi dñm sedentem super solium excelsum & eleuatũ & plena erat domus à maiestate eius, & ea quæ sub ipso erant replebāt templum. Hiero. super Esaiā. Quis sit iste qui vr, in euangelista Ioāne plenius dicimus q ait: Hæc dicit Esaias, qñ uidit gloriam Dei, et locutus est de eo, haud dubiũ quin Christũ significet.

Materia eugãelij

Gl. Vnde ex uerbis istis materia huius euãgelij, quod scdm Ioannē describitur designatur. Ex eccle.histo. Quia.n. natiuitatem Saluatoris secundũ carnē, uel Matthæus, uel Lucas descripserant, reticuit hic Ioannes, & à theologia atque ab ipsa eius diuinitate sumit exordium, quæ pars sine dubio ipsi uelut eximio per Spũm sanctũ reseruata est. Alcui. Vnde cũ oībus diuinæ scripturæ paginis euangeliũ excellat, quia quod lex & prophetæ futurũ pdixerunt hoc completum dicit euangeliũ. Inter ipsos āt euangeliorũ scriptores Ioānes eminet in diuinorũ mysteriorũ profunditate, qui a tpe dñicæ ascensionis per annos 65. verbũ Dei absq; adminiculo scribendi usq; ad ultima Domitiani tpa prædicauit, sed post occasionē Domitiani cũ Nerua pmittēte de exilio redisset Ephesum, compulsus ab epis Asiæ de coæterna patri diuinitate Xpi scripsit aduersus hæreticos, qui Xpm ante Mariã fuisse negabāt, unde merito in figura quatuor animalium aquilæ uolāti cōparatur, quæ uolat altius cunctis auibus, & solis radios irreuerberatis aspicit luminib.

Euangelistarũ discretio.

Aug. super Io. Transcendit.n. Ioannes oīa cacumina terrarum, transcendit oēs cāpos aeris, transcendit oēs altitudines syderum, transcendit oēs choros & legiones angelorũ, nisi n. transcenderet ista omnia q creata sunt, non perueniret ad eum p quem facta sunt omnia. Aug. de con euan. Ex quo intelligi dat si diligēter aduertas, tres euangelistas tpalia facta dñi & dicta, q ad informandos mores uitæ pñtis maximè ualerent, circa actiuam uirtutē fuisse uersatos Ioannē uerò facta dñi multo pauciora narrantē, dicta verò eius presertim q Trinitatis unitatē & uitæ æternæ fœlicitatem insinuarent diligentius & uberius conscribentē in uirtute contemplatiua commendandā suā intentionē pdicationemq; tenuisse. Unde animalia tria p q tres alij euangelistæ designant, siue leo, siue hō, siue uitulus in terra gradiunt, quia tres euangelistæ in his maxime occupati sunt, quæ Xps in carne operatus est, & q præcepta mortalis uitæ exercendæ carne portantibus tradidit. At uerò Ioannes supra nubila infirmitatis humanæ uelut aquila uolat, & lucē incommutabilis ueritatis acutissimis, atq; firmissimis oculis cordis intuetur: ipsam.n. maximè diuinitatem dñi q patris æqualis intēdit, eamq; præcipuè suo euangelio quā inter homines sufficere credidit cōmendare curauit.

Ioannis & Esaiæ comparatio.

Gl. Pōt igr euangelista Ioannes cum Esaia propheta dicere. Vidi dñm sedentē super solium excelsum eleuatum, inquā acumine visus Christum in diuinitatis maiestate regnantē inspexit, quæ quidem ēt sua natura excelsa est super omnia alia eleuata. Dicat ēt euāgelista Ioannes. Et plena erat domus à maiestate eius, quia per ipsum narrat omnia esse facta, & suo lumine oēs homines in hunc mundum uenientes illustrari. Dicat ēt: q ea q sub ipso erāt replebant tēplum, qa dicit uerbum caro factum est, & uidimus gloriā eius, gloriā quasi unigeniti a patre plenum gratiæ & ueritatis, scdm q de plenitudine eius nos omnes accepimus. Sic igr pmissa verba materiā huius euangelij continent, in quo Ioannes dñm super solium excelsum sedentem insinuat, diuinitatem Christi ōndens, & terrā ab eius maiestate impleri ōndit, dum omnia per eius uirtutem in esse pducta ōndit, & pprijs perfectionib. repleta, & inferiora eius.i. humanitatis mysteria, templum.i. ecclesiam replere docet, dũ in sacramentis humanitatis Christi & gratiā & gloriā fidelibus repromittit. Chr. Qñ igitur barbarus hic & indisciplinatus talia loquitur, quæ nullus eorum, qui in terra sunt hominum nouit unquā, si hic solus esset, miraculum magnũ esset.

Ioannis excellentia.

Nunc āt cum his & aliud isto maius tribuit argũm, q à Deo inspirata sunt ei quæ dicuntur hic.s.q omnes attrahit, & suadet omnibus per omne tempus. Quis ergo non admirabitur habitantem in eo uirtutem? Orig. in ho. Ioannes interpretatur gratia Dei siue in quo ē gratia, uel cui donata est. Cui autem theologorum donatum est ita absconditam summi boni penetrare mysteria, & sic humanis mentibus intimare?

SANCTVM IESV CHRISTI Euangelium secundum Ioannem.

CAPVT PRIMVM.

IN principio erat uerbum. Chry. Omnib. alijs euangelistis ab incarnatione incipientib. Ioanes transcurrens conceptioné, natiuitaté, educationé, augmentationem, mox de æterna nobis gñatione narrat, dicens In principio erat verbũ. Augu. 83 q. Quod Græcè logos dr̃ Latinè & rationé & verbũ significat, sed hoc loco melius verbũ interp̃tat, vt significet non solum ad patré respectus, sed ad illa etiã quæ per verbũ facta sunt operatiua potentia. Rõ át & si nihil per eam fiat, recte rõ dr̃. Aug. super Ioannem. Quotidie autem dicendo verba viluerunt nobis, quia sonãdo & transeundo viluerunt. Est verbum & in ipso homine quod manet intus: nã sonus ꝓcedit ex hore. Est verbũ qđ verè specialiter dr̃ illud quod intelligis de sono, non ipse sonus. Aug. 15. de Tri. Quisquis autem põt intelligere verbum, non solum antequam sonet verumétiam antequam sonorum eius imagines cogitatione voluantur, iã põt videre per hoc speculum atq; in hoc ænigmate aliquam verbi similitudiné, de quo dictum est. In principio erat verbum. Necesse est. n. cum id qđ scim⁹ loqmur, ex ipsa scia, quã memoria tenemus nascatur verbũ, quod eiusmodi sit omnino cuiusmodi est illa scia de qua nascitur. Formata quippe cogitatio ab ea re quã scimus verbum est, qđ in corde dicimus, qđ nec Græcum est, nec Latinum, nec linguæ alicuius. Sed cũ id opus est in eorum quibus loquimur ꝑferre notitiam aliquod signũ quo significet assumit. Proinde verbum quod foris sonat signum est verbi qđ int⁹ latet, cui magis verbis cõpetit nomé. nã illud quod profert̃ carnis ore vox verbi est, verbumq; & ipsum dr̃ ꝑ illud à quo vt foris appareat assumptum est. Basi. in ho. Hoc át verbum non est humanum verbum. Quõ. n. erat in principio humanum verbum, vltimo loco accipiente homine generationis principiũ? non igitur in principio verbũ erat humanũ, sed nec angelorũ. Oĩs. n. creatura infra seculorũ terminos est à creatore essendi sumens principiũ: Sed audi euangeliũ decéter. Ipsum. n. vnigenitũ verbũ dixit. Chr. Si auté quis dixerit cur patré dimittés mox nobis de filio loquit̃? Et qm̃ ille quidem manifestus omnibus erat & si nõ vt pater, sed vt Deus, vnigenit⁹ autem ignorabatur, ideo decenter eam quæ de isto est cognitioné confestim in initio studuit imponere his, qui nesciebant eum, sed neque patrem in his quæ de filio sunt sermonibus tacuit. Propter hoc aũt & verbum eũ vocauit. Quia. n. docturus erat, ꝙ hoc verbum vnigenitus est filius Dei vt non passibilem æstimet quisquis generationem, præueniés verbi nuncupatione destruit pernitiosam suspitionem esse ex Deo filium impassibiliter ostendens. Secunda vero ratio est, quia ea quæ sunt patris, nobis annunciare debebat; non simpliciter verò eum verbum dixit, sed cum articuli adiectione à reliquis ipsum separans. Consuetudo. n. est scripturæ, verba vocare leges Dei & præcepta hoc auté verbum substantia quædam est hypostasis ens, ex ipso proueniés impassibiliter patre Basi. Quare igit̃ verbũ? quia impassibiliter natum est, quia est generantis imago, totum in seipso generanté demonstrans, nihil inde separans, sed in seipso perfectum existens. Augu. 15. de Trini. Sicut. n. scientia nostra illi scientiæ Dei, sic & nostrum verbum quod nascitur ex nostra scié[n]tia, dissimile est illi ver[b]o Dei qđ natum est de patris essentia. Tale est auté ac si dicerem de patris scientia, de patris sapiétia, vel quod est expressius de patre scientia, de patre sapientia. Verbum ergo Dei patris vnigenitus filius, per omnia patri similis & æqualis, hoc enim est omnino quod pater, non tamen pater; quia iste filius, ille pater, ac per hoc nouit omnia ꝗ nouit pater, sed ei nosse de patre est, sicut esse, nosse enim & esse, ibi vnum est. Et ideo patri sicut esse non est à filio, ita nec nosse. Proinde tanquam seipsum dicens, pater genuit verbum sibi æquale per omnia. Non enim seipsum integre perfecteque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset

Marginalia: Logos quid significet. — Veri diuinatio. — Generatio uerbi.

esset

Cōparatio verbi creati, & increati.

esset in eius verbo q̄ in seipso. Nostrū aūt verbum interius quod inuenimus esse vtcunq; illi simile, quantum sit ēt dissimile non pigeat intueri. Est enim verbum mentis nostrę quandoq; formabile, nondū formatum quidem mentis nostrę, quod hac atq; hac volubili quadam motione iactamus, cum à nobis nunc id, nunc illud, sicut inuētum fuerit, vel occurrerit cogitatur. & tunc fit verum verbum, qñ illud qđ nos diximus volubili motione iactare, ad id quod scimus peruenit atq; inde formatur, eius omnimodam similitudinē capiēs vt quomodo res quæque scitur, sic etiam cogitetur. Quis non videat quanta sit hęc similitudo ab illo Dei verbo quod in forma Dei sic est, vt non ante fuerit formabile, postquā formatū, non aliquando possit esse informe, sed sit forma simplex æqualis ei de quo est? Qua propter ita dicitur illud Dei verbum, vt Dei cogitatio nō dicatur, ne aliquid esse quasi volubile dicatur in Deo, quod nunc habeat, nunc accipiat formam vt verbum sit, eamq; possit amittere, atque informiter quodammodo volutari. Augu. de ver. do. Est.n. verbum Dei forma quędā nō formata, sed forma oium formatū, forma incōmutabilis, sine lapsu, sine defectu, sine tēpore, sine loco, superans oīa, existens in oībus fundamentū quoddā in quo sunt, & fastigium sub quo sunt. Basi. Habet āt & verbū nostrū exterius diuini verbi similitudinē quandā. Nā nostrum verbum totam declarat mentis conceptionem; quæ nanque mente concipimus, ea verbo proferimus, & quidē cor nostrum quasi fons quidam est, verbū verò prolatum quasi quidam riuulus manās ex ipso: Chrysost. Considera etiam in euangelista prudentiam spiritualē, nouerat homine id quod antiquius est, & quod est ante omnia maximè honorantes & ponentes Deum, propter hoc primū dicit principium. In principio (inquit) erat verbum. Orig. Plura aūt sunt signata ab hoc nomine principium. Est enim principium, sicut itineris & lōgitudinis, secūdū illud, Initium boni itineris iustorū exercitium. Est āt principium & generationis, iuxta illud. Hoc est principium creaturæ domini, sed etiam Deum nō enormiter, allo-

Principiū generationis.

ret aliquis omnium principium. Illud ēt ex quo sicut ex præiacente materia alia fiunt, principium est penes eos qui credūt illam ingenitam. Est etiam principiū secundum speciem, sicut Christus principium eorum est, qui secundum imaginē Dei formati sunt. Est etiam principiū disciplinæ, secundum illud; Cum deberetis esse magistri propter tempus, rursus indigetis vt doceamini quæ sunt elementa exordij sermonum Dei. Duplex enim est documenti principium; hoc quidem natura, hoc verò quod ad nos; vt si dicatur initium sapientiæ fore natura quidem Christum, inquantum sapientia & verbū Dei est, quo ad nos verò, inquantum verbum caro factum est. Tot igitur significatis ad præsens nobis de principio occurrētibus potest accipi illud ex quo quod est agens. conditor.n. Christus est velut principiū, secundū qđ sapiētia est, vt verbū in principio quasi in sapiētia sit. plura.n. bona de Saluatore dicunt. vel vt igit vita in verbo est, sic verbū in principio, i. in sapiētia erat. Cōsidera vero si possibile est secūdum hoc significatū accipere nos principiū, prout secūdū sapientiā, & exempla q̄ in ea sunt, fiunt omnia, vel q̄a principiū filij pater est; & principium creaturarum & omnium entium per illud, In principio erat verbum: verbum filium intelligas in principio, i. in patre dictum fore. Augu. 6. de Trini. Aut in principio sicut dictū est, ac si diceretur ante omnia Basil. Prævidit enim Spiritus sanctus futuros quosdā inuidentes glorię vnigeniti, qui præferent sophismata ad subuersionem auditorū; quia si genitus est, non erat, & antequā genitus esset, non erat. Ne igitur talia garrire p̄sumāt, Spiritus sanctus ait; In principio erat verbū. Hyla 2. de tri. Transeunt tēpora, transeunt secula, tollunt ætates, pone aliquod qđ voles tuæ opinioni principium, nō tenes tēpore, erat.n. vnde tractatur. Chry. Sicut autem quis, cùm stat in naui secus litus, videt ciuitates & portus. Cum vero eum aliquis in medium pelagi duxerit, à prioribus quidem desistere facit, non tamen alicubi defigit ei oculum, ita euangelista hic super omnem nos ducēs creaturā, suspēsum dimittit oculū,

non dans suscipere aliquem finem ad superiora: hoc.n. in principio erat, semp & infinit è essendi significatiuum est. Augu. de ver. do. Sed dicunt: Si filius est, natus est hoc fatemur. adiungũt deinde, si natus est patri filius, erat pater antequã ei filius nasceretur. hoc respuit fides. Ego (ait) rationem mihi redde, quõ & filius nasci potuit patri, vt coęuus esset ei à quo natus est. Post patrem.n. nascitur filius vtique patri morituro successurus. similitudines adhibent de creaturis, & nobis laborandũ est, vt & nos inueniamus similitudines earũ rerum quas astruimus. Sed quõ possumus in creatura inuenire coæternũ, qñ in creatura nihil inuenimus æternum? Sed si pñt inueniri hic duo coæua, generans & generatum, ibi intelligimus æterna. Ipsa quidẽ sapientia dicta est in scripturis candor lucis æternæ, dicta est imago patris. Hinc capiamus similitudinem, sit inueniamus coæua, ex quibus intelligamus coęterna. Nemo aũt dubitat q̃ splẽdor de igne exit: ponam⁹ ergo ignẽ patrẽ illius splẽdoris, mox quidẽ vt lucernã accẽdendo, simul cũ igne & splẽdor existit. Da mihi hic ignem sine splẽdore, & credo tibi patrẽ sine filio fuisse. Imago existit de speculo, hoĩs intuentis speculũ existit imago, mox vt aspector extiterit: sed ille q̃ inspicit, erat antequã accederet ad speculũ. Ponamus ergo aliq̃d natũ super aquã vt virgultũ aut herbã, nõne cũ imagine sua nascit̃? Si ergo semper esset virgultum, semper esset & imago de virgulto. quod autem de alio est, vtiq; natum est, potest ergo semper esse generans & semper cum illo quod de eo natum est. Sed dicet aliquis, ecce intellexit æternum patrem, coæternũ filium, tñ sicut effulum splendorem minus igne lucentẽ, aut sicut effusam imaginem minus q̃ virgultũ existentem dicimus. non: sed æqualitas oĩmoda. non credo, ait, quia non inuenisti similitudinẽ. Fortassis aũt inuenimus in creatura quõ intelligamus filium & coæternũ patri, & nequaquã minorem, sed nõ illud possumus inuenire in vno genere similitudinum. Iungamus ergo ambo genera; vnũ vnde ipsi dant similitudines, & alterũ vnde nos dedimus. Dederunt.n illi similitudines ex his quæ præceduntur tempore ab his à quibus nascuntur, sicut homo de homine, sed tñ homo & homo eiusdem substantiæ. Laudamus ergo in ista natiuitate æqualitatẽ naturæ, deest æqualitas temporis. In illo aũt genere similitudinem quod nos dedimus de splẽdore ignis, & de imagine virgulti, æqualitatem naturæ nõ inuenis, inuenies coæuitatẽ. Totũ ergo ibi ĩ, q̃d hic ex partibus singulis, & rebus singulis inueniſ, & nõ hoc solũ q̃d in creaturis totum inuenio ibi, sed tãquã in creatore. Ex gestis cõcilij Ephesini. Propterea alicubi quidẽ filium appellat patris, alicubi aũt verbum nominat, alicubi aũt splendorem vocat scriptura diuina, singula horum nominum de ipso dicẽs, vt intelligas ea quæ de Christo dicuntur esse contra blasphemiam quia.n. tuus filius eiusdẽ tibi naturæ sit, volens sermo ostendere, vnam substantiam patris & filij, dicit filium patris, q̃ ex eo natus est vnigenitus. Deinde q̃m natiuitas & filius apud nos ostentationem præbent passionis, ideoq; hunc filium appellat & verbum, impassibilitatẽ natiuitatis eius noĩe isto demonstrans. Sed q̃m pater quispiã factus vt homo, indubitãter senior filio suo demonstraẽ, ne hoc ipsum & de diuina natũ essentia putares, splẽdorẽ vocat vnigenitũ patris. Splendor.n. nasciẽ quidẽ ex sole, nõ aũt intelligitur sole posterior. Coexistere ergo semp patri filium splẽdor tibi denũciet, impossibilitate natiuitatis ostẽdat verbũ; cõsubstãtialitatem filij nomẽ insinuet. Chr. Sed dicũt illi q̃m hoc, id est in principio, nõ æternitatẽ ostẽdit simpliciter. Etenim & de cęlo illud, & de terra dictũ est. In principio (inq̃t) fecit Deus cœlum & terram. sed quid commune habet erat ad facit? sicut enim q̃d est, cùm de homine quidem dicitur, tempus pręsens significat tantum, cùm autem de Deo id quod est semper & æternaliter ita & erat. De nostra quidem cũ dicitur natura, præteritum significat tempus, cùm autem de Deo, æternitatem ostendit. Orig. in hom. Sum enim verbum, duplicem habet significationem, aliquando.n. temporales motus secundum analogiam aliorum verborum declarat, aliquando substantiam vniuscuiusque rei de qua prædicatur si sine ullo tẽporali motu designat,

Similitudo diuinę generationis.

ideo & subſtãtiuum uocatur. Hyla.2.de Tri. Reſpice igitur ad mundum, intellige quid de eo ſcriptum eſt. In principio fecit Deus cęlum & terrã. Fit ergo in principio quod creatur, & ætates continet, quod in principio cõtinetur ut fieret. Piſcator autem illiteratus, indoctus, liber à tempore, ſolutus à ſeculis eſt, uicit oẽ principium. erat.n.quod eſt, neq; in tempore aliquo concluditur, ut cœperit, ꝙ erat potius in principio q̃ fiebat. Alcu. Contra eos ergo qui propter temporalem natiuitatem dicebant Chriſtum non ſemper fuiſſe, incipit euangeliſta de æternitate verbi dicẽs: In principio erat uerbum.

Et uerbum erat apud Deum.

Aeternitas Dei propria. Chry. Quia maximè Dei hoc eſt proprium, æternũ & ſine principio eſſe, hoc primum poſuit; deinde ne quis audiẽs, In principio erat verbum, ingenitum uerbũ dicat, cõfeſtim hoc remouit, dicẽs; Et verbum erat apud Deum. Hyla.2.de tri. Sine principio n eſt apud Deũ, & qui abeſt à tẽpore, non abeſt ab authore. Baſi. Rurſus hoc dicit pp blaſphemãtes, qđ non erat: vbi ergo erat verbũ, non in loco incircunſcriptibilia cõtinentur. ſed ubi erat? apud Deũ, neq; pater loco, neq; filius circũſcriptione aliqua cõtinẽtur. Orige. Vtile eſt & inducere ꝙ verbum dicitur ad aliquos fieri, puta ad Oſee, vel Eſaiam, aut Hieremiam: ad Deũ aũt non fit, quaſi prius nõ ens apud ipſum, ex eo igitur ꝙ iugiter eſt in eo dr̃. Et verbum erat apud Deum. q̃ nec à principio à patre ſeparat⁹ eſt. Chry. Non etiam dixit, In Deo erat, ſed apud Deum erat: eã quæ ſecundũ hypoſtaſim eſt, æternitatem nobis oſtendens. Theop. Videtur autem mihi quòd Sabellius ex hoc dicto ſubuerſus eſt. Ipſe enim docebat, ꝙ Pater & Filius & Spiritus ſanctus una eſt perſona, quæ aliquãdo ut pater apparuit, aliquando vt filius, aliquando ut Spiritus ſanctus. Manifeſtè uero cõfundit ex hoc uerbo: Et verbum erat apud Deũ. Hic enim euangeliſta alium declarat eſſe filium, alium Deum ſcilicet patrem.

Et Deus erat verbum.

Hyla.2.de tri. Dicens uerbũ ſonus uocis, eſt enunciatio negociorũ & elocutio cogitationum, hoc verbum in principio apud Deũ erat, quia ſermo cogitationis æternus eſt, cum qui cogitat ſit æternus. Sed quõ in principio erat quod neq; ante tp̃s, neq; poſt tempus eſt? Et neſcio an ipſum poſſit eſſe in tpe. Loquentium.n. ſermo neq; eſt antequã loquantur, & cũ locuti erunt non erit. In eo.n. ipſo quod loquuntur, dum finiunt iã non erit id unde cœperunt. Sed ſi primã ſniam rudis auditor admiſeras, In principio erat verbũ, de ſequenti quid quæris? Et verbũ erat apud Deum? Nunquid audieras de Deo, ut ſermonem recõditæ cogitationis acciperes? aut fefellerat Ioannẽ quid eſſet momenti inter ineſſe & adeſſe? Id.n. quod in principio erat, nõ in altero eſſe, ſed cum altero prædicatur. ſtatum igitur uerbi, & nomẽ expecta, dicit nam q;. Et Deus erat uerbũ. Ceſſat ſonus uocis & cogitationis eloquium. Verbũ hic res eſt, non ſonus, natura non ſermo, Deus non inanitas eſt. Hyl. 7.de tri. Simplex autem nũcupatio eſt, & caret offendiculo affectionis alienæ. Ad Moyſen dictũ eſt, Dedi te Deum Pharaoni. ſed nunquid non abiecta nominis cauſa eſt, cũ dicitur Pharaoni: Moyſes.n. Pharaoni Deus datus eſt, dum timetur, dum oratur, dũ punit, dum medetur? Et aliud eſt Deum dari, & aliud Deũ eſſe. Memini quoq; & alterius nuncupationis vbi dicitur, Ego dixi: Dij eſtis, ſed in eo idulti nominis ſignificatio eſt. Et ubi refertur ego dixi, loquẽtis potius ſermo eſt, quã rei nomen; cũ aũt audio, Et Deus erat uerbum à non dictũ ſolum, audio uerbum, ſed demõſtratum eſſe intelligo quòd Deus eſt. Baſi. Sic igiť excludens accuſationem blaſphemãtium q̃rentium quid eſt uerbum? rñdet, Et Deus erat uerbũ. Theo. Vel aliter continua. Poſtquam uerbũ erat apud Deum, manifeſtum eſt quòd duæ perſonæ erãt, quamuis una natura duabus exiſtat. vnde dicitur. Et Deus erat uerbũ ita, ut una natura ſit patri & filio, cum ſit una deitas. Orige. Adijciendum etiam quòd uerbum in eo quòd fit ad prophetas illuſtrat prophetas ſapientiæ lumine. apud Deũ uerò eſt uerbũ, obtinens ab eo quòd ſit Deus. vnde prælocutus eſt hoc quod eſt, Verbũ erat apud Deũ, ei quod eſt, Deus erat uerbum. Chry. Et non ut Plato hoc quidem

Verbi æternitas.

Deitas uerbi.

Verbũ quale fa ctũ prophetis.

non est fi & aliquando, quã totum illud verbũ æternum est. Aug. sup. Ioan. Quando ergo potest fieri vt verbum Dei factũ sit, quũ Deus per verbum fecit omnia? & si verbum ipsum factum est, per qđ aliud verbum factum est? Si hoc dicis quia est verbum verbi, per quod factum est illud, ipsum dico ergo vnigenitum filium Dei: si autem non dicis verbum Dei, concede nõ factum verbũ per quod facta sunt omnia. Aug. 1. de Trini. Et si factum non est, creatura non est: si autem creatura nõ est, eiusdem cum patre substantiæ est; omnis enim substantia quæ Deus non est, creatura est: & q̃ creatura non est, Deus est. Tho. Solent autem Arriani dicere, q̃ sicut per serram ostium fieri dicimus, quasi per organum, sic & per filium oĩa facta fuisse dicuntur: non q̃ ipse sit factor, sed organũ; & sic facturam aiũt filium tãquam factũ ad hoc vt per eum omnia fierent. Nos aũt ad huiusmodi fictores mendacij simpliciter respondemus: si. n. vt dicitis, pater creasset ad hoc filiũ, vt eo tanquã organo uteretur, videretũ q̃ inhonorabilior sit filius q̃ quæ facta sunt: sicut ea q̃ per serrã sunt facta ipso organo nobiliora existũt, nã serra pp ipsa est: sic & propter ipsa quæ facta sunt, vt aiunt, pater creauit filiũ: tanquã si nõ deberet Deus cuncta creare, nequaquã filiũ produxisset, quid his verbis insanius? Sed aiũt, quare nõ dixit q̃ oĩa verbũ fecit, sed vsus est hac ppositione per? ne filiũ ingenitũ intelligeres & sine principio & Dei cõditore. Chr. Sed si ppositio per, conturbat te, & quæris in scriptura q̃ ipsum verbum omnia faceret, audi Dauid. initio tu dñe terrã fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Quòd ãt hoc de unigenito dixerit, addisces ab apostolo vtente hoc verbo in epist. ad Hebræ. de filio. Si uero de patre hoc prophetam dixisse dicis, Paulum uero filium adoptasse, idẽ sit rursus. Neq;. n. id filio conuenire dixisse, nisi uehementer cõsideraret, qm̃ quæ sunt dignitatis, co honorabilia sunt utriq;. Si rursus per, præposito aliquam subiectionẽ tibi videtur inducere: cur Paulus eã de patre ponit? Fidelis inquit dominus, per quem vocati sumus in societatem filij eius. Et iterum, Paulus apostolus per volũtatem

Diuinitas uerbi ostenditur.

Grãmatica contentio.

Dei. Orig. Errauit etiam in hoc Valentinus dicens, verbũ esse quod mũdanę creationis præstitit causam creatori: sed si sic se habet veritas rerũ prout ipse intelligit. oportebat scriptum fore per creationem vniuersa consistere à verbo, non autem econtra verbum à creatore.

Et sine ipso factum est nihil.

Chry. Vt non æstimes, cum dicit, Omnia per ipsum facta sunt, illa oĩa solum dicere eum quæ à Moyse dicta sunt, conuenienter inducit, Et sine ipso factum est nihil, siue visibile quid, siue intelligibile. Vel aliter. Ne hoc quod dixit, Omnia p ipsũ fa. sunt, de signis suspiceris hũc dici, de quibus reliqui euãgelistæ locuti sunt, inducit. Et sine ipso factũ est nihil. Hyla. Vel aliter dicetur hoc quod dñ, Omnia p ip. fa. sunt, nõ habet modũ, est ingenitus q̃ factus à memine est, est & ipse genitus ab innato, reddidit auctorẽ cum ocium professus est, dicẽs. Sine ipso factũ est nihil. cũ .n. nihil sine eo, intelligo nõ esse solũ, quia alius est p quẽ, alius sine quo non. Orig. in Io. Vel aliter. Ne existimares ea q̃ per verbũ facta sunt p se existẽtia nõ contenta a verbo. ait: & sine ipso factũ est nihil, hoc est nihil factũ est extra ipsum; q̃a ipse ambit oĩa cõseruans ea. Aug. de q. æst. no. & vet. test. Vel dicẽs: Sine ipso factũ est nihil, nullo modo ipsum facturã esse suspicari dõce edocuit. Quomodo. n. hoc dici, Ipse est factura, cũ nihil dicat Deus sine ipso fecisse. Ori. su. Ioã. Vel aliter, Si oĩa p verbum facta sunt: de numero vero oĩum est malitia & totus fluxus peccati, & hæc per verbum facta sunt, & hoc est falsum: quãtum igitur ad significata, nihil & nõ ens, vnum sunt. Videtur autem Apostolus nõ entia praua dicere, vocat inquit Deus ea quæ non sunt, tãquam ea q̃ sunt. Totaque prauitas nihil dicitur, cum absq; verbo facta est. Aug. sup. Ioan. Peccatum enim nõ per ipsum factum est, & manifestũ est q̃a peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cum peccant. Et idolum non per verbum factum est, habet quidem formam quãdã humanam, & ipse homo per verbum factus est. Sed forma hominis in idolo non per verbũ facta est scriptum est enim, Scimus q̃ nihil est idolum, ergo ista nõ sunt facta

Peccatũ nihil est

facta

facta per verbum, sed quęcūq; facta sunt naturaliter, vniuersa natura rerū oīs omnino creatura ab angelo vsq; ad vermiculum. Orig. Valentinus autem exclusit ab omnibus per verbū factus quæ sunt in seculis facta, quæ credit ante verbum extitisse, prçter euidentiam loquēs, siquidem quæ putātur ab eo diuina, remouētur, ab omnibus: quæ āt velut ipse putat, penitus destruuntur, verè dicuntur omnia. quidā .n. falso dicunt diabolum non esse creaturam Dei: inquantum .n. diabolus est, creatura Dei non est. Is autem cui accidit esse diabolum, diuina est creatura. ac si diceremus, homicidam creaturam Dei nō esse, qui tamē in eo q̄ homo est, creatura Dei est. Aug. de natura ho. Nō autem sunt audienda delyramēta hominum, qui nihil hoc loco aliquid intelligendū esse putāt, quia ipsum nihil in fine sententię positū est: nec intelligūt nihil interesse vtrum dicatur, Sine ipso nihil factum est, an sine ipso factum est nihil. Orig. Si accipiatur verbū pro eo quod in quolibet hominū est, q̄a & ipsum insitū est cuilibet ab eo quod in principio erat verbū, ēt sine hoc verbo nihil cōmittimus, simpliciter accipiendo qđ dicit, Nihil. Ait .n. apostolus, q̄ sine lege peccatū mortuū erat, adueniēte verò mādato, peccatū reuixit. Nō .n. reputatur peccatū lege nō existēte, sed nec peccatū erat nō existēte verbo, q̄a dn̄s dicit: Si non venissem & essem illis locut⁹, peccatū nō haberēt: quęlibet .n. excusatio deficit volēti dare respōsum de crimine, dū verbo p̄sente ac iudicāte quid est agēdū nō obedit quis illi. nec p̄p hoc inculpandum est verbū, sicut nec magister p cuius disciplinā nō remanet loc⁹ excusationis discipulo delinquenti, velut de ignorātia. Oia ergo per verbum facta sunt: non solū naturalia, sed ēt quę ab irrationabilibus fiunt.

Cancer errorū.

Quod factum est. In ipso vita erat.

Beda. Quia euangelista dixit omnem creaturam factā esse per verbum, ne quis fortè crederet mutabilem eius voluntatem quasi qui subitò vellet facere creaturā, quā ab ęterno nunquàm ante fecisset: ideo docere curauit factā quidem creaturam in tempore, sed in æterna creaturis sapiētia, qn̄ & quos crearet semper fuisse dispositum. vnde dicit, Quod factū est in ipso, vita erat. Aug. sup. Io. Potest autem sic interpretari, Quod factū est in ipso, & postea dicat, Vita erat: ergo totū vita est, si sic pronunciauerimus, quid .n. non in illo factum est? ipse est .n. sapientia Dei, & dicitur in psalmo, Omnia in sapientia fecisti: omnia igitur sicut per illum, ita in illo facta sunt; si ergo quod in illo factum est, vita est; ergo & terra vita est, lapis vita est. Inhonestum est sic intelligere, ne nobis subrepat secta Manichæorū; & dicat q̄a habet vitā paries. solent .n. ista delyrantes dicere. Et cum reprehensi fuerint ac repulsi, quasi de scripturis proferunt dicentes, vt quid dictum est, Quod factum est, in ipso vita erat? Pronuncia ergo sic: Quod factū est. Hic subdistingue, & deinde inter, In ipso vita erat. Facta est .n. terra, sed ipsa terra quæ facta est, nō est vita, est autē in ipsa Dei sapientia spiritualiter rō quædam qua terra facta est, hæc vita est. sicut arca in omni opere non est vita, arca in arte vita est, quia viuit aīa artificis; sic ergo quia sapiētia Dei p quā facta sunt oīa, secūdū artē cōtinet oia, quæ fiunt p ipsam artē, nō hæc cōtinuò sunt vita; sed quicquid factū est, vita est in illo. Orig. in ho. Potest āt & sic distingui sine errore. Quod factū est in ipso, & postea dicat, Vita erat: vt sit sensus. Oia q̄ per ipsum, & in ipso facta sunt, in ipso vita sunt, & vnū sunt. Erāt .n. hoc est in ipso subsistunt causaliter, priusquam sint in seipsis effectiuè. Sed si quæris, quomodo & qua ratione oia quæ per verbum facta sunt, in ipso vitaliter & vniformiter & causaliter subsistunt? accipe exempla ex creaturarū natura. Cōspice quomodo omnium rerū quas mundi huius sensibilis globositas comprehendit, causę simul et vniformiter in isto sole qui est maximum mundi luminare subsistūt; quomodo numerositas herbarum & fructuū in singulis seminib⁹ simul cōtinetur quomodo multiplices regulæ in arte artificis vnum sūt, & in aīo disponentis uiuūt, quomodo infinit⁹ linearū numerus in vno puncto vnum subsistit, & huius varia perspice exempla, ex quibus velut physicæ theoriæ pennis poteris arcana verbi mentis acie inspicere, & quantum datur

Qūo oia sunt vita in Deo.

humanis

humanis rationibus uidere, quō omnia q̄ per uerbum sunt facta, in ipso uiuunt & facta sunt. Hyla. Vel aliter potest legi; In eo quod dixerat, Sine ipso factū est nihil. Posset aliquid perturbatus dicere: est ergo aliquid per alterū factum, qđ tñ nō sit sine eo factum; & si aliquid per alterū licet non sine eo, iā non per eum omnia: q̄a aliud est fecisse, aliud est interuenisse facienti. Enarrat ergo euangelista quid non sine eo factū sit, dicens: Quod factū est in eo: hoc igit̄ non sine eo qđ in eo factū est. Nā id qđ in eo factum est, ēt per eū factū est: omnia.n. per ipsum, & in ipso creata sunt. In ipso aūt creata, q̄a nascebat̄ creator Deus, sed ex hoc sine eo nihil factum est: quod tñ in eo factum est, quia nascens Deus uita erat, & qui uita erat, non postquā natus est fact⁹ est uita: nihil ergo sine eo fiebat ex his q̄ in eo fiebant, quia uita est in quo fiebāt: & Deus qui ab eo natus est, non posteaquā natus est, sed nascendo quoq; extitit. Chry. Vel aliter. Nō apponemus finale punctum vbi dr̄, Sine ipso factum est nihil, sc̄dm hæreticos. Illi.n. uolētes Spiritum sanctum creatum dicere, aiunt, Quod factum est in ipso uita erat: sed ita non potest intelligi: primum quidē neq; tempus erat hic spiritus sancti meminisse. sed si de sancto Spiritu hoc dictū est, age secundum eorū interim legamus modum, ita.n. nobis hoc inconueniens erit. cum enim dicitur, Quod factum est in ipso uita erat, spiritum sanctum dicunt dictum esse uitam: sed uita hęc & lux inuenitur esse. Inducit.n. Vita erat lux hominum, quo circa sc̄dm eos lucem omniū hūc spiritum dicit, quod autem superius uerbum dicit, hic consequenter & Deum & uitam & lucem nominat. Verbum aūt factum est, erit igitur Spiritus sanctus incarnatus, non filius; ideo dimittentes hūc modum legendi, ad decentem ueniamus lectionem & expositionem: hoc autē est, cum dicitur. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. ibi quiescere fac sermonē, deinde ab ea quæ deinceps est dictione incipe quæ dicit, In ipso uita erat; ac si dicat, Sine eo factum est nihil quod factum est, i. factibilium. Vides qualiter hac breui adiectione oīa correxit superueniētia inconueniētia. Inducēs.n. sine eo factum est nihil, & adijciens, Quod factū est: & intelligibilia cōprehendit, & spiritū sanctū excepit Spiritus.n. sanctus factibilis nō est, hęc igit̄ q̄ dicta sunt, de condóne rerū dixit Ioānes. Inducit aūt & eū qui est de ꝓuidētia sermonē, dicens. In ipso uita erat, quēadmodum in fonte qui gn̄at abyssos, & in nullo minorat̄ fons, ita & in operatione unigeniti quæcunq; credas p eum facta esse non minor ipse factus est: nomen aūt uitæ hic nō solū cōditionis est, sed & prouidētiæ rerum, quę est sc̄dm pmanentiam earū. Cum āt audis q̄m in ipso uita erat, ne cōpositum existimes, sicut.n. pr̄ hēt uitā in se ipso, ita dedit & filio uitā habere, ergo sicut patrē nō utiq; dicens cōpositum esse, ita nec filium. Orig. Vel aliter. Oportet scire ꝙ saluator quædā dicit non sibi esse sed alijs, quędam uero & sibi alijs. In hoc ergo ꝙ dr̄. Quod factū est in uerbo, vita erat, scrutādum est, an sibi & alijs uita est, uel alijs tm̄; & si alijs, quibus alijs? idem āt est uita, & lux. Lux āt hoīum est, fit itaq; hoīm uita, quorū est lux, & sic in eo ꝙ dicit̄ uita, Saluatori. non sibi sed alijs, hęc quidem uita uerbo præexistenti aderit, ex eo quòd expiata à peccatis aīa fit serena, uita inseratur ei qui uerbi Dei se susceptibilem statuit. vnde uerbū quidē in principio non dixit factū: non.n. erat, qn̄ principium uerbo careret. Vita aūt hominum nō semper erat in uerbo, sed hæc uita hoīum facta est, eo quod uita est lux hominū. Cum.n. homo non erat, nec lux hominū erat, luce sc̄dm habitudinem ad homines intellecta, & ideo dicit. Quod factum est in uerbo uita erat, non aūt qđ erat in uerbo uita erat. Inuenitur aūt alia litera non incongruè habens, Quod factū est in eo uita est. Si aūt intelligamus uitā hominum quę in uerbo fit, eum esse qui dixit, Ego sum uita, fatebimur neminem infidelium Christi uiuere, sed cunctos esse mortuos qui non uiuunt in Deo.

Not distinctionem verborum euāgel.

Alia litera.

Et uita erat lux hominum.

The. Dixerat in ipso uita erat, ne putares ꝙ absq; uita sit spiritualis & lux rationabilibus cunctis. vnde dicit̄. Et uita erat lux hominum, q.d. Lux ista non est sensibilis

bilis, sed intellectualis illuminans ipsam animam. Augu. super Ioan. Ex ipsa enim vita illuminantur homines, pecora nō illuminantur, quia non habent rationales mentes, quæ possint uidere sapientiā; homo autem factus ad imaginem Dei, hēt rationalē mentē, per quam possit percipere sapientiam: ergo illa uita per quam facta sunt omnia lux est, & non quorumcunque aialium, sed hominum. Theo. Nō autem lux & solum Iudæis, sed omniū hominum. Omnes.n. homines in quantū intellectum & rationem recepimus ab eo qđ nos condidit uerbo, intm̄ ab eo illuminari dicimur. Nam rō nobis tradita per quā̄ rationales dicimur, lux est ad operanda nos dirigens & non operāda Orig. Non est autem prætermittendum quòd uitam præmittit luci hominum, inconsequens.n. erat illuminari nō uiuentem, & aduenire illuminationi uitam. si autem idem est, Vita erat lux hominū, quod solum hominum, erit Christus lux atq; uita solorum hominum; hoc aūt opinari hęreticum est. Non igitur quicquid dicitur aliquorum, illorū solum est. Scriptum est enim de Deo quòd sit Deus Abraham, Isaac, & Iacob, non tñ illorum tm̄ patrū dictus est Deus; non ergo ex eo quòd dicitur Lux hominum, excluditur quin sit aliorum, alios uerò continens, eo quòd est. Faciamus hominem ad imaginem nostram quicquid ad imaginem ac similitudinem Dei factum est, intelligi debet per hominem. ic igitur lux hominum lux cuiuslibet rationalis creaturæ est.

Lux quō data hominibus.

Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.

Aug. super Ioan. Quia uita illa est lux hominum, sed stulta corda capere istā lucem non possunt, quia peccatis suis aggrauantur, vt eam videre nō possint; ne ideo cogitent quasi absentem esse lucē quia eā uidere non possunt, sequitur. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cōprehenderunt. Qūo enim homo positus in sole cæcus præsens est illi sol, sed ipse soli absens est; sic omnis stultus cæcus est, & præsens est illi sapiētia. Sed cum cæco præsens est, oculis eius absens est, non quia illi ipsi absens est, sed quia ipse absens est ab illa.

Orige. Tenebræ aūt hmōi hominum non natura sunt scd̄m illud Pauli; Eramus aliqn̄ tenebrę, nunc aūt lux in dño. Orig. in ho. Vel aliter; Lux in tenebris fideliū animarum lucet à fide incohās. ad spem trahens. Imperitorum uero cordiū perfidia & ignorantia lucē uerbi Dei in carne fulgentis nō cōprehenderunt, sed iste sensus moralis est. Physica uero horum uerborū theoria talis est. Humana natura & si nō peccaret, suis proprijs uiribus lucere non posset. Non.n. naturaliter lux est, sed particeps lucis, capax si quidē sapiētiæ est, nō ipsa sapientia. Sicut ergo aer per semetipsum non lucet. sed tenebrarum uocabulo nuncupaī: ita nostra natura dū ꝑ seipsam consideratur, quædā tenebrosa subā est, capax ac particeps lucis sapiētiæ, & sicut aer dum sola es radios participat, non dr̄ per se lucere, sed solis splēdor in eo apparere, ita rationabilis nostræ naturæ pars dum pñtiam uerbi Dei possidet, non per se res intelligibiles & Deum suum, sed ꝑ insitum sibi diuinum lumē cognoscit. Lux itaq; in tenebris lucet, quia Dei uerbum uita, & lux hominū in nostra natura, quę per se inuestigata & cōsiderata informis quędā tenebrositas inuenitur, lucere non desinit, & qm̄ ipsa lux omni creaturæ est incomprehensibilis, tenebræ eam non cōprehenderunt. Chry. Vel aliter. Totum ab illo loco, Et uita erat lux hominū, primum nos de conditione docuerat, deinde dicit & quæ scd̄m animam bona prębuit nobis ueniens uerbum, vnde dicit, Et uita erat lux hominum. Non dicit lux Iudęorum, sed uniuersaliter hominum non.n. Iudæi solum, sed & gentiles ad hanc uenerunt cognitionem. Nō autem adiecit, Et angelorum, quoniam ei de natura humana sermo est, quibus uerbū venit euangelizans bona. Orige. Quærunt autem, quare non uerbum lux hominum dictum est, sed vita quę in verbo fit, quibus respōdemus, quia uita ad præsens, non ea quæ cōmunis est rationalium & irrationaliū dicitur, sed quæ adiungitur uerbo quod in nobis fit per participationem uerbi primarij, ad discernendum apparentem uitam & non ueram, & cupiendam ueram uitam. Prius ergo participamus, uitam

Theoricus intellect⁹ uerborum.

Christ⁹ non dicitur lux angelorum in euangelio.

quæ

quę apud quosdam quidē est potentia nō actu lux, qui.s.non sunt auidi perquirere quæ ad scientiam pertinent, apud quosdā verò & actu lux efficitur, qui secūdū apostolū æmulant dona meliora.s.verbū sapientiæ si tamen & tūc idē est vita & lux hominū, nullus manēs in tenebris pfectè viuere cōprobat, nec quisquā viuentiū cōsistit in tenebris. Chr. Vita.n adueniente nobis solutū est mortis imperiū, & luce lucēte nobis nō vltra sunt tenebræ, sed semper manet vita q̄ mors superare nō pōt, nec tenebræ lucē. vnde sequitur. Et lux in tenebris lucet. Tenebras mortē & errorē dicit; nā lux quidē sensibilis nō ī tenebris lucet, sed sine illis. Prædicatio verò Xp̄i in medio erroris regnantis fulsit, & eū disparere fecit, & in vitam mortē fecit mortuus Christus, ita eam superans vt eos qui detinebantur reduceret. Quia igitur neq; mors eam superauit, neq; error, sed fulgida est eius prædicatio vbiq;, & lucet cum propria fortitudine, propterea subdit: Et tenebræ eam nō cōprehenderunt. Orige. Est etiā sciendum q̄ sicut hominū nomē est duarum spiritualium rerum, sic & tenebræ. Dicimus enim hominum lucē possidentem opera lucis perficere, & etiā cognoscere quasi illustratū lumine sciētię; & ecōtrario tenebras dicimus illicitos actus, & eā quę videtur scientia, non est āt. Sicut āt pater lux est, & in eo tenebræ nō sunt vllæ, sic & Saluator sed quia similitudinē carnis peccati subijt, non incongruè de eo dr. q̄ tenebrę in eo sunt aliquæ. ipso in se suscipiente nostras tenebras vt eas dissiparet. Hęc igit̄ lux q̄ facta est vita hominū, radiat ī tenebris animarū nostrarū, & venit vbi princeps tenebrarū harū cum genere bellat humano. Hanc lucē psecutę sunt tenebræ, qđ patet ex his q̄ Saluator & ei⁹ filij sustinēt, pugnantib tenebris cōtra filios lucis. Verū quia Deus patrocinatur nō inualescunt, vnde nō apprehendūt lucē: vel quia celeritatē cursus lucis subsequi non valent pp propriam tarditatē; vel quia si superuenientem expectāt, fugātur luce appropinquante. Oportet autem in id considerare quod non semper tenebræ in sinistra parte sumuntur, sed quandoq; in bona, secūdū illud psalmi: Posuit tenebras in latibulum suū dum ea q̄ sunt erga Deum, ignota perceptibilia sunt De hac ergo laudata caligine dicam: qm̄ versus lucē pergit, illamq; apprehendit: quia quod erat caligo dum ignorabatur, in lucem cognitam vertitur ei qui didicit. Augu.x.de ci Dei. Hoc autem initium sancti euangelij quidam Platonicus aureis literis perscribendum, & per omnes ecclesias in locis eminentissimis ppponendū esse dicebat. Beda. Nam alij euangelistæ Christū in tempore natum describunt, Ioannes verò eundē in principio testatur fuisse, dicens. In principio erat verbum. Alij inter homines eum subdito apparuisse commorant: Ille ip um apud Deū semp fuisse testat, dicens: Et verbum erat apud Deū, Alij eum verum hominem, ille verū cōfirmat. Deū, dicēs De⁹ erat verbum. Alij hominem apud homines eū temporaliter conuersatum, ille Deum apud Deum in principio manentem ostendit, dicēs: Hoc erat in principio apud Deum. Alij magnalia quæ in homine gessit perhibēt, ille q̄ oēm creaturam per ipsum Deus pater fecerit docet, dicēs: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Fuit homo missus à Deo cui nomē erat Ioānes. Hic venit in testimoniū, ut testimoniū perhiberet de lumine, ut oēs crederēt p illum. Non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet de lumine.

Tenebræ duplices.

Aug. Ea quę dicta sunt superius, de diuinitate Christi dicta sunt, qui sic venit ad nos, secundum quòd apparuit homo. Quia igitur sic erat homo, vt lateret in illo Deus, missus est ante illum magnus homo, per cuius testimonium inueniretur plusquam homo, & quis est hic? Fuit homo. Theophy. Non angelus, vt suspicionem multorum destrueret. Augus. Et quomodo posset iste verum de Deo dicere? Missus à Deo. Chry. Nihil de reliquo humanum esse æstimo eorum quæ dicuntur ab illo. non enim quæ eius sunt, sed quæ mittentis omnia loquitur, ideo & angelus nuncupatus est à propheta dicente: Ego mitto angelum meum. Angeli enim virtus est nihil proprium dicere. Hoc autem quod dicit. Fuit missus, non eius qui ad esse processus ostensiuum est. Sicut autem Esaias missus fuit non

Missio Ioannis.

aliunde q̃ à mundo, sed à statu quo vidit dñm sedentem super solium excelsum & eleuatum ad plebē: sic Ioannes, à deserto ad baptizandū mittitur. Ait.n. Qui misit me baptizare, ille mihi dixit, Sup quē videris &c. Aug Quid vocabat? Cui nomē erat Ioannes. Alcui. Idest gratia Dei, vel in quo est gratia, qui gratiā noui testamēti, idest Xp̄m suo testimonio primū mūdo innotuit. Vel Ioannes interpretat cui donatū est, q a p gratiā Dei donatū est illi regē regū nō solū percurrere, sed ēt baptizare. Au. Quare venit? Hic venit in testimoniū, vt testimoniū prohiberet de lumine. Orig. Quidā improbare nitūtur ædita de Christo testimonia prophetarum, dicentes: Non egere testibus Dei filiū habentē crudelitatis sufficientiam, tum in his quę protulit salubribus verbis, tū in mirabilibus operibus suis. Siquidē & Moyses credi meruit per verbum virtutis, non egens præuiis testibus. Ad hoc dicendum est, q multis existentibus causis inducētibus ad credendū, plerūq; quidam ex hac demōstratione nō admirant, ex alia verò hēnt causam vt credant. Deus āt est qui pro cūctis hoībus homo factus est. Constat igitur quosdam ex dictis propheticis ad Christi admirationē coactos, mirātes tot prophetarū ante eius aduentum vocē, cōstituentes natiuitatis eius locū & alia huiusmodi. Illud quoq; animaduertendū q prodigiosæ virtutes ad credēdum prouocare poterant eos qui tēpore Christi erāt non autem post longa tempora, non. fabulosa quædam existimata fuerunt plus.n. peractis virtutibus facit ad credulitatem quæ cum virtutibus quæritur prophetia. Est autē & tale quid dicere, q quidam in hoc q testimonium præbent Deo, honorati sunt Priuare uult ergo chorum prophetarū ingenti gratia qui dicit i los non oportere de Christo testimonium exhibere. Accessit autem his Ioannes, vt testimonium de luce prohibeat. Chrysostomus. Non ea indigēte testimonio. Sed propter quid, ipse Ioannes docet, dicens: Vt omnes crederent per illum. Sicut enim carnem induit ne omnes perderet, ita & præconem hominem misit, vt cognatam audientes vocem facilius aduenirent. Beda.

Testimonia prophetarū de Christo

Non autem ait. Vt omnes crederent in illum. Maledictus enim homo qui confidit in homine, sed vt omnes crederent per illum, hoc est, per illius testimonium crederent in lucem. Theoph. Si vero aliqui non crediderint, excusabiles permanet ipse. Nam & si aliquis includens se in domo caliginis, & ipsum solis radius non illustret, ipse causā tribuit & non sol, sic Ioānes, vt omnes crederet missus fuit, sed si minimè consecutū est, ipse huius rei causa non extitit. Chrysostomus. Quia verò multum apud nos maior qui testatur, eo q testimonium perhibet & dignior fide esse videtur, ne quis & de Ioanne hoc suspicetur, hanc suspicionem destruit, dicens: Non erat ille lux, sed vt testimoniū perhi. de lumine. Si verò non huic instans opinioni hoc resumpsit, vt testimonium perhiberet de lumine, superfluum esset quod dicitur, & magis iteratio sermonis quàm explanatio doctrinæ. The. Sed dicet aliquis, ergo neq; Ioannem neque sanctorū quēpiā lucē esse vel fuisse dicemus. sed si sanctorū aliquā lucē velim⁹ dicere, donemus lucem absque articulo. vt si interrogatus fueris vtrum Ioannes est lux? sine articulo secure concedas. Si verò cū articulo, nō concedas. Nō.n. est ipsa lux principalior, sed lux dr̄, quia secundū participationem lucē habeat à vero lumine.

Lucis duplex aceptio.

Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

Aug De quo lumine Ioannes testimonium perhibeat ostendit, dicens: Erat lux vera. Chry. Vel aliter. Quia superius de Ioanne dixerat q venit & missus est vt testetur de luce: ne quis hoc audiens pp testantis recētem præstantiam, & de eo cui testimonium perhibetur, talem quandā suspicionem accipiat, reduxit mētem & ad eā quæ supra omne principium est trāsmisit existentiam, dicens. erat lux uera. August Quare additum est uera? quia & homo illuminatus dicitur lux, sed vera lux illa est quæ illuminat, nā & oculi nostri dicuntur lumina, & tamen nisi aut p noctem lucerna accēdatur, aut per diem sol ex ea, lumina illa sine causa patent unde subdit: Quæ illuminat omnem hominem. Si omnem hominem, ergo

Pulchrū mysterium.

&

& ipsum Ioãnem. Ipse ergo illuminabat, à quo se demonstrari uolebat. Qũo.n.plerumq; fit, ut in aliquo corpore radiato cognoscatur ortus esse, sol quem oculis uidere non possumus, quia qui saucios hũt oculos, idonei non sunt uidere parietem illuminatũ, aut aliquid huiõi; sic oẽs ad quos uenerat Christus, minus erãt idonei eum uidere. Radiauit Ioannem, & per illum confitenté se illuminatum, cognitus est ille qui illuminat; dicit autem, Venientem in hunc mundum; nam si illinc non recederet, non esset illuminatus, sed ideo hic illuminandus, quia illinc recessit, ubi homo poterat esse illuminatus. The. Erubescat Manichęus qui cõditoris maligni & tenebrosi nos asserit creaturas. Non.n. illuminarentur, si ueri luminis creaturæ non essemus. Chry. Vbi sunt ẽt qui non dicunt eum uerũ Deum? hic.n. lux uera dr̃. Sed si illuminat omnẽ hominem uenientem in hunc mundũ, qualiter tot sine lumine permanserunt? Non.n. oẽs cognouerunt Christi culturã. Illuminat igĩ oẽm hominem, quantum ad eũ pertinet; si autem quidam mentis oculos claudẽtes noluerunt recipere lucis huius radios, non a lucis natura obtenebratio est eis, sed à malitia eorũ qui uolantate priuãt seipsos gratię dono, nã gratia quidem ad oẽs effusa est. Qui uero nolunt domo hoc frui, sibi ipsis hanc imputent cœcitatem. Aug. Vel quod dr̃, Illuminat oẽm hominẽ, sic intelligimus, non quia nullus est hoium, qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Bed. Sine naturali ingenio, sine sapientia diuina, sicut enim nemo à seipso esse, sic etiam nemo à seipso sapiens esse potest. Orige. in hom. Vel aliter; Non de his qui de occultis seminum causis in species corporales procedunt, debemus intelligere quòd illuminat hominem uenientem in hũc mundum, sed de his qui spiritualiter per regenerationẽ gratiæ quæ datur in baptismate in mundum ueniunt inuisibilem. Eos itaq; uera lux illuminat qui in mundum uirtutum ueniunt, non eos qui in mundum uitiorũ ruunt. Theo. Vel aliter; Intellectus nobis traditus, ac nos dirigens, qui & naturalis ratio nominantur, dixit lux tradita nobis à Deo. Sed quidam male ratione uenientes seipsos obscurauerunt.

Mundus duplex.

In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.

Aug. Lux quæ illuminat oẽm hominẽ uenientem in hunc mundum, huc uenit per carnem, quia dum hic esset per diuinitatem à stultis cœcis & iniquis uideri nõ poterat, de quibus supra dictum est; Tenebræ eã non cõprehenderũt, & ideo dr̃, In mundo erat. Orige. in ho. Vt.n. qui loquitur, dũ loqui cessat, uox eius esse desinit & euanescit. Sic cęlestis pr̃ si uerbum suum loqui cessauerit, effectus uerbi, hoc est uniuersitas uerbo cõdita nõ subsistet. non aũt putes, quia sic erat in mundo qũo in mundo est terra, pecora, & hoies, sed qũo artifex regens quod fecit. unde sequitur: Et mundus per ipsum factus est. Non enim sic fecit qũo facit faber, qui.n. fabricat, extrinsecus est ad illud qđ fabricat. Deus aũt infusus mundo fabricat ubique positus, & non recedit ab aliquo: præsentia maiestatis facit qđ facit, & gubernat quod facit: sic ergo erat in mũdo, qũo per quem factus est mundus. Chryso. Et iterum, quia in mundo erat, sed non ẽt mundi contemporaneus, propter hoc induxit; Et mundus per ipsum factus est per hoc & rursus te deducens ad æternam existentiam unigeniti. qui.n. audierit quoniam opus eius hoc totũ, & si ualde insensibilis fuerit, cogetur concedere ante opera esse factorem. The. Simul autem hic & Marcionis subuertit rabiem, qui malignũ cõditorẽ cuncta produxisse dicebat; nec non & Arrij, qui filium Dei dicebat creaturã. Aug. Quid est autem, mundus per ipsum factus est? Cœlum, terra, mare, & omnia quæ in eis sunt mundus dicitur. iterum in alia significatione dilectores mundi mundus dicuntur; de quo sequitur. Et mun. eũ non cognouit. Non enim cœli, aut angeli, aut sydera non cognouerunt creatorẽ, quem confitentur dęmonia, omnia undique testimonium perhibuerunt. Sed qui non cognouerunt eum? qui amando mundum dicti sunt mundus; amando.n. mundum habitamus corde in mũdo. nam qui non diligunt mũdum, carne uersantur in mundo, sed corde inhabitant cęlum, sicut

Quomodo Deus est in mundo.

Mūdus quō malus dicatur.

ut apostolus dicit, nostra conuersatio in cœlis est, amando igitur mūdum, hoc appellari meruerunt vbi habitant. Qūo.n. cum dicimus, mala est illa domus aut bona, nō parietes incusamus aut laudamus, sed inhabitantes: sic & mūdum dicimus, qui inhabitant mūdo amādo. Chry. Qui autem Dei erant amici, eum cognouerūt etiam ante corporalem præsentiam: vnde & Christus ait, Qm̄ Abrahā pater uester exultauit, ut uideret diem meū. Cū ergo nos interpellant Gentiles dicentes. Quid est ꝙ in ultimo tēpore uenit nostram operaturus salutem tanto tempore negligens nos? dicimus qm̄ & ante hoc in mundo erat, & prouidebat operibus suis, & oibus dignis cognitus erat. & si eū mundus non cognouit, hi tn̄ quibus mundus non erat dignus, eū cognouerunt. Dicens aūt, Mundus eū non cognouit, breuiter cām ignorantiæ præbuit. Mundum eū uocat homines qui toti mundo affixi sunt, & quę mūdi sunt, sapiunt. Nihil aūt ita turbat mentem, ut liquefieri amore præsentium.

In propria uenit, & sui eum nō receperunt, Quotquot aūt receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his q credūt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uolūtate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Chry. Dicit ꝙ mundus eum nō cognouit, de superioribus loquens temporibus, sed de reliquo sermonem induxit ad prędicationis tēpora, & ait: In propria uenit. Aug. Quia s. omnia per ipsum facta sunt. The. Vt per propria, mundum intelligas, siue Iudæam quam pro hæreditate elegerat. Chry. In ꝓpria ergo uenit, nō gratia suæ necessitatis, sed gr̄a beneficij suorū. Sed unde uenit qui omnia implet, & ubique adest? sed ea quidem quę ad nos descensione hic operatus est, quia.n. in mundo existens, non putabat adesse, eo ꝙ nondū cognoscebat, dignatus est induere carnē. Manifestationē uero hanc & cōdescensionem, præsentiam uocat. Misericors autē existens Deus omnia facit, ut nos secūdū uirtutē splendeamus, & propter hoc quidem nullum necessitate, suasione uero & beneficijs uolentes ad se attrahit; & propterea uenientem eum hi quidem susceperunt, alij uero non receperunt. Nullum

Quæ propria Christi dicant.

Quomodo Deus trahit hoies.

enim vult inuitum neq; coactum habere famulatum; inuitum.n. trahi par est cum eo qui totaliter nō seruit. vnde sequitur. Et sui eum non receperunt Iudæos nunc suos dicit, ut populum peculiarem, sed & oēs homines, ut ab ipso factos, & sicut superius pro cōi uerecundatus natura dicebat, qm̄ mundus per ipsum factus cōditorem nō cognouit, ita & hic rursus pro Iudæorum anxius in deuotione, grauius ponit accusationem, dicens; Et sui eū non receperunt. Aug. Si aūt oino nullus recepit, nullus ergo saluus factus est. Nemo.n saluus fiet, nisi qui Christum receperit uenientem: & ideo addidit. Quot quot aūt rece. eum. Chry. Siue sint serui, siue liberi, siue græci, siue barbari, siue insipientes, siue sapientes, siue mulieres, siue uiri, siue pueri, siue senes, oēs eodē digni facti sunt honore; de quo sequitur, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Amb. Magna beniuolentia, vnicus natus est & noluit manere unus. non timuit hr̄e cohæredes, quia hęreditas eius nō fit angusta si multi possederint. Chry s. Non autē dixit, qm̄ fecit eos filios Dei fieri, sed dedit eis potestatē filios Dei fieri; ostendens qm̄ multo opus est studio, ut eā quæ in baptismo adoptionis formata imaginem incontaminatam semper custodiamus Simul aūt & ostendens qm̄ potestatem hāc nullus nobis auferre poterit, nisi nosipsi auferamus. Si.n. qui ab hominibus dūm aliquarum rerum suscipiunt, tm̄ habent robur quantum ferè hi qui dederunt; multo magis nos qui à Deo potimur hoc honore. Simul autē ostendere vult, qm̄ hæc gratia aduenit uolentibus & studentibus. Etenim in potestate est liberi arbitrij & gratiæ, operatione filios Dei fieri. Theop. Vel quia in resurrectione filiationem perfectissimā consequemur, secundū quod apostolus dicit, adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri. Dedit ergo potestatem filios Dei fieri i. hāc gratiam in futura gratia consequendi. Chry io. Et quia in his ipsis ineffabilibus bonis hoc quidem est Dei, dare gratiā, illud verò hominis, idest præbere fidem, subiungit, His qui cre. in no eius. Quid igitur nō dicis nobis, ò Ioannes, quod eorum sit supplicium

Filiatio perfecta quæ sit.

plicium

plicium q eum non receperunt? quia nunquid isto supplicio fiet maius qñ præiacé te eis ptãte filios Dei fieri non fiãt, sed volentes seipsos tanto priuant honore? sed ét inextinguibilis eos suscipiet ignis, qđ postea manifestius reuelabit. Aug. Credétes ergo, quia filij Dei fiunt, & fratres Xpi vtiq; nascuntur. Nam si non nascunt filij, qûo esse possunt? Sed filij hominũ nascuntur ex carne & sanguine, & ex voluntate viri & complexu coniugi. Illi aût qûo nascuntur subdit. Qui non ex sanguinibus, tanquam maris & fœminæ. Sanguina vel sanguineq; nõ est latinũ. sed quia græcè positum est pluraliter, maluit ille q interpretabatur sic ponere, & quasi minus latinę loqui secđm grammaticos, & tũ explicare veritatem, secđm auditum infirmorũ. Ex sanguinibus. n. maris & fœminę homines nascuntur. Be. Sciẽdum ét est, quia in scripturis sanctis sanguis cum dr̃ pluraliter, peccatum significare solet. unde, Libera me de sanguinibus. Aug. In eo auté quod sequitur. Neq; ex voluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, carnem pro fœmina posuit, quia de costa cum facta esset, Adam dixit, Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Ponitur ergo caro pro vxore, qûo aliquando spiritus pro marito q a ille impetrare debet, illa seruire. Quid n. peius est domo, ubi fœmina habet imperium super virum? Hi ergo neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Bed. Carnalis. n. singulorum generatio, a complexu coniugii duxit originem: at verò spiritualis, Spiritus sancti gratia ministratur. Chr. Hoc autem narrat euangelista, ut utilitatem & humilitatem prioris partus qui est per sanguinem & voluntatem carnis addiscentes & altitudiné secundi qui per gratiã & nobilitatem est cognoscentes, magnam quandam hic suscipiamus intelligentiam, & dignam dono ipsius qui genuit, & multum post hoc studium demonstremus.

Intellectus mysticus.

Natiuitas duplex.

Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.

Aug. Cum dixisset, Ex Deo nati sunt, quasi ne miraremur & horremus tantam gratiã, & nobis incredibile videret, quia hoies ex Deo nati sunt, quasi securitatem faciés ait: Et verbũ caro factum est. Quid ergo miraris quia homines ex Deo nascũtur? attende ipsum Deum ex hominibus natum. Chr. Vel aliter: Cum dixisset, qm ex Deo nati sunt qui susceperunt eũ, huius honoris posuit causam, hoc. s. uerbum fieri carné: factus est. n. proprius filius Dei, hominis filius, ut filios hominum faciat filios Dei. Cum aũt audieris. Qm uerbum caro factum est, ne turbetis. neq; . n. substãtiam conuertit in carnem, hoc n. verè impium est intelligere, sed manens quod est serui formam assumpsit. Quia. n. sunt qui dicunt, qm fantasmata quædam fuerint oĩa quæ incarnationis sunt, eorũ blasphemiã destruens, hanc dictioné, Factum est, posuit: non transmutationem substantiæ, sed carnis veræ assumptionem representare uolens. Si uerò dixerint, qm Deus omnipotens est, quare & in carnem transmutari nõ potuit? Dicemus q trãsmutari ab illa incommutabili natura omnino procul est. Aug. 15. de tri. Sicut aũt uerbũ nostrũm uox quodammodo corporis fit, assumendo eã in qua mani festatur sensibus hominum: sic uerbum Dei caro factũ est, assumendo eã in qua & ipsum manifestaretur sensibus hominũ. Et sicut uerbũ nostrum fit uox, nec mutatur in uocem, ita uerbũ Dei caro quidé factum est, sed absit ut mutaretur in carné; assumendo q ppe illam non ĩn eam se consumédo, & hoc nostrũ uox fit, illud caro factũ ẽ. Ex gestis concilii Ephesin. sermo ét quem proferimus quo in alteru... locutionib. utimur, sermo est incorporeus, non aspectui subiectꝰ, nõ tactu tractabilis: sed cũ sermo induerit literas q elementa, uisibilis fit, aspectu comprehenditur, tactu tractatur: sic & verbum Dei quod naturaliter inuisibile est, uisibile fit: & quod natura incorporeum est, inuenitur esse tractabile. Alcui. Cum etiam credamus animam incorporeã corpori coniungi, ut ex his duobus fiat unus homo, facilius possumus credere diuinã substantiam incorpoream, animæ in corpore coniungi in unionem personæ, ita vt oerbum in carnem non sit conuersũ, nec caro in uerbum, cum nec corpus in animã nec anima conuertatur in corpus. Theo. Apollinarius autem Laodicensis in hoc

Incarnationis uerbi modus.

verbo hæresim statuit: dicebat.n. ꝙ Christus animam rationalem non habuit, sed tm̃ carnem, habens diuinitatem pro aĩa, quæ corpus dirigit & gubernat. Aug. Cõtra ser. Arriani. Si aũt mouentur in eo qđ scriptum est, ꝙ uerbũ caro factum est, nec ibi anima nominat: intelligant carnẽ pro hoĩe positam, à parte totum figuratæ locutionis modo: sicuti est, Ad te omnis caro ueniet. Itẽ ex operibꝰ legis, ꝙ non iustificabitur omnis caro, qđ apertius alio loco dr̃, Non iustificabitur homo ex operibus legis. Sic itaq; dictũ est, Verbum caro factum est, ac si diceret, Verbum homo factum est. Theop. Euangelista uero uolens oñdere inenarrabilẽ Dei condescensum, carnẽ commemorat, vt illius admiremur misericordiã, qm̃ propter nostram salutẽ quod omnino remotum & distans est ab eius natura, assumpsit. s. carnem, aĩa nãq; hẽt aliquam propinquitatem ad Deum. Si aũt verbum incarnatum est, & humanã animã nõ assumpsit, sequeretur quòd ad hoc aĩæ nostrę curatæ nõ essent. qđ.n. nõ assumpsit, non sanctificauit. Et qualis derisio, cum anima prius peccauerit, ut carnẽ assumendo sanctificauerit, id quod est principalius infirmũ relinquere? Subuertitur ex hoc dicto Nestorius, qui dicebat ꝙ nõ Deus verbum ipse idẽ factus est homo ex sacro cõceptus sanguine uirginis, sed uerbo peperit hominẽ, qui omnis uirtutis dotatus erat specie, & Dei verbũ illi erat coniunctũ, & ex hoc duos filios asserebat, unum natũ de virgine. i. hoĩem, alterum de Deo, i. Dei filium homini illi coniunctũ scd̃m gratiæ habitudinem & amorẽ. Cõtra quem euangelista dixit, ꝙ ipsum factum est hõ, non ꝙ uerbum inueniens hominem uirtuosum se sibi coniunxit. Cyril. ad Ne. Carnem.n. animatã anima rationali ueniens uerbum sibi scd̃m subsistentiã, ineffabiliterq; & intelligibiliter factus est hõ, & appellatus est filius hominis, non scd̃m uoluntatem solã, aut beneplacitum, sed neque in assumptione personæ solius, diuersæ quidem quo ad unionem collatæ naturæ: vnus aũt ex ambobus, Christus & filius, non quasi dr̃ia naturarum interempta propter adunatio nem. Theoph. Addiscimus ergo per hoc

Caro ponitur ꝓ homine

Nestorij cõfutatio.

quod dicitur, Verbum caro factũ est, quia ipsum verbum est homo, & filius Dei existens factus est filius mulieris, quæ principaliter Dei genitrix nuncupatur, tãquam Deum in carne genuerit. Hyla. 10. de Tri. Quidam aũt volentes unigenitum Deum qui in principio apud Deũ erat Deus uerbum, non substantiuum Deum esse & sermonem vocis emissæ, & quod loquẽtibus verbum suum, hoc sit patri Deo filius, argutè subripere volunt, ne subsistẽs verbũ Deus & manẽs in forma Dei Christus nõ natus sit, ut cũ hominem illum humanæ potius originis causa, quàm spiritualis cõceptionis sacramentum animauerit, non Deus uerbum hominem se ex partu uirginis efficiens extiterit, sed ut prophetis spiritus prophetiæ, ita in Iesu verbũ Dei fuerit. Et arguere nos solẽt ꝙ Christum dicamus esse natum non nostri corporis atque animę hominem, cùm nos uerbum carnẽ factum, nosi ę similitudinis natum hominem prędicemus, vt uerè filius uerè hominis filius natꝰ sit, & ut per se sibi assumpsit ex uirgine corpus, ita ex se sibi animã assumpsit, q̃ vtiq; ab hoĩe nunquã gignentiũ originibus p̃betur, & cũ ipse ille filius hoĩs sit, quàm ridiculè p̃ter Dei filiũ, qui verbũ caro factũ est, alium nescio quem tãquã prophetam verbo Dei aĩatum p̄dicabimus, cum dñs Iesus Christus & Dei filius & hoĩs sit. Chry. Ne aũt ab eo quod dictũ est, verbũ caro factum est, inconuenienter suspiceris uersi nem illius incorruptibilis naturæ, subdit. Et habitauit in nobis. Quod.n. habitat, non idem est cum habitaculo, sed aliud; aliud autẽ dico secundum naturam, unitione uero & copulatiuè unum est Deus uerbum caro, neq; confusione facta, neque destructione substantiarum. Alcui. Vel habitauit in nobis, idest inter homines conuersatus est.

Et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis.

Chry. Cum dixisset, filij Dei facti sumus, & nõ aliter q̃ per hoc, uerbum caro factum est, rursus ipsius dicit & aliud lucrum. Et uidimus gloriam eius, quam uti que non uidissemus, nisi per consortium humanitatis uisus esset nobis. Si.n. Moysi non sustinuerunt faciem glorificatam uidere

Gloria Christi quõ uisa.

dere, sed velamine op⁹ fuit, qualiter diuinitatem nudam, existenté inaccessibilem etiam ipsis superioribus virtutibus, nos lutei & terrestres sufferre possemus? Augu. Vel aliter: Quia verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Ista natiuitate collyriũ fecit, vnde tergerétur oculi cordis nostri, vt possimus videre maiestaté eius ꝑ eius humanitaté, & ideo dicit. Et vidimus gloriam eius. Gloriam eius nemo posset videre, nisi humilitate carnis sanaretur. Irruerat enim homini quasi puluis in oculum de terra, oculus iste sauciatus erat, & terra illuc mittitur, vt sanetur: caro te obcæcauerat, caro te sanat. Carnalis enim anima facta erat cõsentiendo carnalibus affectibus, inde fuerat oculus cordis cęcatus: medicus fecit tibi collyriũ, quoniam sic venit, vt de carne vitia carnis extinguerct. Verbum enim caro factũ est, vt posses dicere, Vidimus gloriã eius. Chry. Subdit autem, Quasi vnigeniti à patre, quia multi prophetarum glorificati sunt, puta Moyses, Helias, Helisæus; & alij multi q cunq; miracula ostenderũt, sed & Angeli hoibus apparẽtes, & eã q̃ est ꝓpriæ naturæ coruscanté lucé manifestantes, sed & Cherubin & Seraphin cũ multa gloria visa sũt à ꝓpheta. Ab oibus his nos adducés euãgelista, & suprà omné naturã & cõseruorũ nostrorũ claritaté erigen menté, ad ipsum nos ꝑducit verticem. q. d. Nõ vt ꝓphetæ aut alterius hoïs, vel Angeli, aut Archãgeli, aut alicuius superiorum virtutum est gloria quam vidimus, sed quasi ipsius dominatoris, ipsis regis, ipsius naturalis filij vnigeniti. Greg. In sacro. n. eloquio, sicut, & quasi, aliquãdo nõ pro similitudine ponitur, sed pro veritate; vnde & istud, Quasi vnigeniti à patre. Chrys. Ac si di. Vidimus gloriam qualẽ decebat, & conueniens est habere vnigenitum & naturalem filium. Consuetudo enim multorum regem valde ornatum videntiũ, ubi cum alijs enumerantes nõ possunt vniuersam reprę̃sentare claritaté hoc inducunt. Quid oportet multa dicere? quasi rex ibat, sic & Ioánes dicit, Vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à patre. Angelum apparentes, vt serui & dominũ habẽtes omnia agebant, ipse verò dominus eũ

Sublimitas Christi.

Quasi positum pro tanquam.

humili forma apparens, sed & creaturæ dominum cognouerunt, stella magos vocans, angeli pastores, puer exultans in utero, sed & pater testatus est de cœlis, & paracletus super ipsum adueniens, sed & ipsa rerum natura omni tuba clarius clamauit, quoniam rex cęlorum aduenerat. Etenim dæmones fugiebant, infirmitatis species soluebantur, mortuos dimittebant sepulchra, & animas à malitia ad virtutis verticem agebat. Quid vtique quis dicat præceptorum philosophiam, cœlestiũ legum virtutem, angelicę vrbanitatis bonã ordinationem? Orige. in ho. Eius autem quod sequitur, Plenũ gratiæ & veritatis, duplex intellectus est. Potest enim de humanitate, ac diuinitate incarnati verbi accipi, ita vt plenitudo gratiæ referatur ad humanitatem secundum quam Christus caput est ecclesiæ, & primogenitus creaturæ uniuersæ, quoniam maximũ & principale gratiæ exemplum qua nullis præcedentibus meritis homo efficitur. Deus, in ipso primordialiter manifestũ est: Potest etiã plenitudo gratiæ Christi de Spiritu sancto intelligi, cuius septiformis operatio humanitatem Christi impleuit. Plenitudo verò ueritatis ad diuinitaté refert. Si uerò plenitudinem gratiæ & ueritatis de nouo testamento mauis intelligere, nõ incongruè pronunciabis plenitudiné gratiæ noui testamenti esse per Christũ donatam, & legalium symbolorum veritatem in ipso esse impletã. Theo. Vel plenũ gratia, prout eius uerbũ gratiosum erat, dicẽte Dauid, Diffusa est gratia in labijs tuis. Et ueritate, secundũ q̃d Moyses & ꝓphetæ loquebantur, aut operabantur in figura, Christus autem cum ueritate.

Ioannes testimoniũ perhibet de ipso, & clamat, dicẽs: Hic erat quem dixi, qui post me uenturus ante me factus est, quia prior me erat.

Alcui. Dixerat superius fuisse missum hominé ad perhibẽdum testimonium, hic determinat testimonium suum q̃d manifestè præcursor prænunciauit: vñ dicitur, Ioánes perhibet testimoniũ de ipso Chrysost. Vel aliter hoc inducit, ac si dicat. Nõ æstimetis quòd nos qui fuimus cum eo multo tempore, & mẽsæ ipsius cõmunicauimus, propter gratiam hoc testemur;

Ioannis sãctitas.

ueritas, pũta quæ cõsistit in Paulo & apostolis, per Iesum Christũ facta est. Chry. Vel aliter, Coniungit hic testimonio Ioãnis Baptistæ, suum testimonium Ioannes euãgelista, dicẽs: Et de plenit eius &c. Nõ præcursoris est uerbum, sed discipuli. q. d. Et iam nos oẽs duodecim, & omnis plenitudo fidelium, & qui nunc sunt & futurorũ, de plenitudine eius accepimus. Aug. Quid aũt accepistis? Et gratiã pro gratia; nescio ut quid nos uoluerit intelligere de plenitudine eius accepisse, & insuper gratiã pro gratia. Accepimus. n. de plenitudine eius primò gratiam, & rursus accepimus gratiã pro grã. Quam gratiam primo accepimus? fidem. Vocatur n. gratia quia gratis datur: hanc ergo accepit gratiã primam peccator ut eius peccata dimitterẽtur, & iterũ gratiã ꝓ gratia. i. pro hac gratia in qua ex fide uiuimus recepturi sumus aliam: i. uitã æternam; uita. n. æterna quasi merces est fidei, quia ipsa fides gratia est: uita æterna grã est ꝓ gratia. Non erat ista gratia in ueteri testõ quia lex minabatur, nõ opitulabatur, iubebat, nõ sanabat languorẽ, oñdebat, nõ auferebat, sed ꝑparabat medico uenturo cũ gratia & ueritate. vnde sequitur. Quia lex ꝑ Moysen data est, &c. Mortẽ. n. temporalem & æternã occidit mors dñi tui, ipsa est gratia quæ ꝓmissa & non habita erat in lege. Chry. Vel accepimus gratiã pro gratia. i. pro ueteri nouam. Sicut. n. est iustitia, & iustitia: adoptio, & adoptio: circũcisio, & circũcisio; ita gratia & gratia, sed illa quidẽ ut typus, hęc uero ut ueritas. Hoc aũt induxit oñdens quĩ & Iudęi gratia saluabantur, sed & nos oẽs gratia salui sumus, misericordiæ aũt & gratiæ fuit legem suscipere. Propterea cum dixisset, Gratiã pro gratia, ostendens magnitudinem eorum quæ data sunt, subdit; Quia lex per Moysen data est, &c. Et supra quidẽ Ioãnes ad seipsum comparans Christum ait: Ante me factus est. Hic aũt euangelista ad eum qui illo tpe magis in admiratione apud Iudæos erat quàm Ioannes, Christi comparationem facit. s. ad Moysen: Et considera prudentiam, non personarum, sed rerum comparationem facit, gratiam & ueritatẽ legi opponens, & huic addit. Data est, quod ministrantis erat, huic aũt. Facta est, quod est regis cũ potestate omnia operantis. cum gratia quidem, quia cũ potestate omnia dimittebat peccata & gratiã quidẽ eius baptismatis donũ, & adoptio quæ ꝑ spm̃ nobis datur, & alia multa ostẽdunt, ueritatẽ aũt plenius sciemus, si figuras ueteris legis didicerimus. Ea. n. quę in nouo testõ perficienda erant, in ueteri testamento figuris ꝑscripserunt, quas Christus ueniẽs adimpleuit. Vnde figura data est ꝑ Moysen ueritas per Christum facta est. Aug. 13. de Tri. Vel gratiã referamus ad scientiã, ueritatem ad sapientiã. In rebus. n. per tempus ortis, illa summa gratia est, ꝙ homo in unitate ꝑsonæ coniunctus est Deo. In rebus uerò æternis summa ueritas rectè tribuitur Dei uerbo.

Deum nemo uidit unquam. Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit.

Origen. Incongrue Eraclius asserit hoc promulgatum fuisse non à Baptista, sed à discipulo. Nã si illud, de plenitudine eius nos oẽs accepimus, à Baptista prolatũ est, quo non est sequens ipsum de gratia Christi suscipientem, & secundam pro prima gratia; confitentemq; legem per Moysen fore traditam, gratiam uero & ueritatẽ per Iesum Christum prodijsse; intellexisse qualiter Deum nemo uidit unquam, quanquam unigenitus cum in patris gremio requiescat interpretationẽ ipsi Ioanni, necnõ omnibus his qui de perfectione gustauerint concesserit? Non. n nunc primitus annunciauit, nam priusquam Abraham fieret, docet nos Abraham exultasse, ut uideret eius gloriam. Chryso. Vel ali. Euangelista ostendens multam eminẽtiam donorũ Christi ad ea quæ per Moysen dispensata sunt, vult de reliquo causam rationabilem differẽtiæ dicere; nam ille quidem famulus existens, minorum rerum factus est minister; hic uero dominator & regis filius existens, multo maiora nobis attulit, coexistens semper patri, & uidens eum, propter hoc ita intulit, dicẽs. Deum ne. ui. unquam. Augustinus ad Paul. Quid ergo est quod Iacob dicit, Vidi dominum facie ad faciem? & quod de Moyse scriptum, Quia loqꝫ batur cum Deo facie ad faciem? & illud quod

Gratia duplex a Christo.

Secretũ cœleste uerborum.

Dissentit Chrysost. ab Origene.

pheta Esaias loquens de seipso ait. Vidi dñm sabaoth sedẽtem in Throno. Greg. 17. mor. Sed patenter datur intelligi, ꝙ quandiu hic mortaliter uiuitur, uideri ꝑ quasdam imagines pōt Deus, sed per ipsam naturæ suę speciem non pōt; vt aīa gratia spiritus afflata per figuras, quasdã Deũ uideat, sed ad ipsam uim eius essentiæ non pertingat. hinc est.n. ꝙ Iacob qui Deum se uidisse testatur, non nisi angelũ vidit; hinc est ꝙ Moyses, qui cum Deo facie ad faciẽ loquitur, dicit: Ostende mihi temetipsum manifeste ut uideam te. Ex qua eius petitione colligiꝰ, quia eum sitiebat per incircunscriptæ naturę suę claritatem cernere, quẽ iam cęperat per quasdã imagines uidere. Chry. Si autẽ antiqui patres ipsam uiderunt naturã, nequaquã differenter considerassent, simplex.n. q̃dam est & infigurabilis, nõ sedet, neq; stat, neque ambulat: hęc.n. corporũ sunt, unde & per ꝓphetam dicit, Ego uisionẽ multiplicaui eis, & in manibus prophetarũ assimilatus sum, hoc est condescendi eis, nõ q̃d eram apparui. quia.n. filius Dei per veram carnẽ apparituruserat nobis, primò excitauit eos uidere Deũ, sicut possibile erat eis uidere. Aug. ad Paul. Sed cũ scriptum sit. Beati mundo corde, qm̃ ipsi Deum uidebunt. & iterũ. Cum apparuerit, similes ei erimus, qm̃ uidebimus eum sicuti est, quid est q̃d hic dr̃, Deum nemo uidit unquã? An fortasse r̃ndetur, quod illa testimonia de uidendo Deo sunt, nõ de uiso: ipsi.n. Deũ uidebunt, dictum est non uiderunt: & nõ uidimus, sed uidebimus eum sicuti est, Deũ.n. nemo uidit vnquam. Vel in hac uita sicuti ipse est, uel ẽt in angelorũ uita, sicuti uisibilia ista quę corporali uisione cernuntur. Greg. 17. mor. Si uerò à quibusdam pōt in hac corruptibili carne uiuentibus, sed tñ inæstimabili uirtute crescentibus quodam contemplationis acumine æterna claritas Dei uideri, hoc ab hac sententia non abhorret, qm̃ quisquis sapientiam quę Deus est uidet, huic uitæ funditus moritur, nec iam eius amore tenecatur. Aug. 12. super Gene. ad literam. Nisi.n. ab hac uita quisq; quodãmodo moriatur, siue omnino exiẽs de corpore, siue ita auersus & alienatus à carnalibus sensibus ut merito nesciat, sicut Apostolus ait, utrum in corpore, an extra corpus sit, non in illã rapitur & subuehitur uisionem. Greg. 17. mor. Sciendum uero est ꝙ fuere nonnulli qui Deum dicerent in illa regione beatitudinis claritate sua conspici, sed in natura minimè uideri, quos nimirũ minor inquisitionis subtilitas fefellit. Neq;.n. illi simplici & incõmutabili essẽtiæ aliud est claritas, aliud natura. Augu. ad Paul. Si aũt dr̃, in hoc quod scriptũ est, Deũ nemo uidit unquã, hoies tãtummodo intelligendo, nã hoc apostolus planius explicans. Quẽ nemo inquit, hoium uidit, sed nec uidere pōt, ut ita dictũ sit, Deũ nemo uidit unquam, ac si diceretur, Nullus hoĩum q̃ō illa solus uidebiꝰ, ut nõ sit huic sententiæ cõtrarium quod dominus ait. Angeli eorum semper uidẽt faciẽ patris mei; vt.s. angelos Deum uidere credamus, quem nemo uidit unquam.s. hominum. Greg. 18. mora. Sunt tñ nonnulli qui nequaquam Deum uidere, nec angelos suspicantur. Chry. Dicentes quòd ipsum quod Deus est, non solum prophetę, sed nec angeli uiderunt, neq; archangeli. Sed si interrogaueris eos, audies de substantia nihil r̃ndentes. Gloria uerò in excelsis Deo, non solum cantantes, sed & in terra pax hoibus bonæ uoluntatis. Et si à Cherubin & Seraphin concupiueris aliq̃d discere, mysticam sanctimonij melodiã audies, & quoniam plenum est cœlum & terra gloria eius. Aug. ad Paul. Quod quidem in tantum uerum est, quia de plenitudine nullus non solum oculis corporis, sed uel ipsa mente aliq̃s comprehendit. Aliud est.n. uidere, aliud totum uidendo cõprehendere, q̃nquidem id vr̃ quod præsens utcunq; sentitur. totum autem comprehẽditur uidendo quod ita uidetur ut nihil eius lateat uidentem, aut cuius fines circumspici possunt. Chry. Sic igitur solus patrẽ uidet filius & spiritus sanctus. Quò d enim creabilis est natura, qualiter poterit uidere quod increabile est? Ita igitur nullus nouit Deum ut filius. vnde sequitur. Vnigenitus filius, &c. Ne propter nominis communionem unum quẽdam eorũ qui gratia facti sunt filiorũ esse existimes eum, primo quidẽ adiectus est articulus,

Visio enigmatica.

Error se fellitur.

Angeli quomodo Deũ uiderat.

ticolus. Si verò hoc nō sufficit tibi, audi aliud nomen vnigenitus. Hyla 6. de Tri. Naturę quidē fides nō satis explicita videbatur ex noīe filij nisi ꝓprietatis virtus ꝑ exceptionis significantiam adderetur: prę ter filium.n. & vnigenitum nihil cognominans suspicionē pęnitus adoptionis exclusit, cum veritatē nominis vnigeniti natura pstaret. Chry. Sed & aliud posuit, dicēs. Qui est in sinu pr̄is. Etenim in sinu cōuersari multo plus ē, q̄ simpliciter videre, nā qui simpliciter videt, nō omnino eius qđ videt cognitionē habet, q verò in sinu cōuersatur, nihil ignorabit. Cū igitur audieris qđ nullus cognoscit patrē nisi filius, nequaquā dicas, qm̄ & si plus oībus nouit patrē, sed nō quātus est nouit eū; ꝓpterea euangelista in sinu patris eū morari dicit, vt nō æstimemus ꝑ id aliud significatum, q̄ familiaritatem vnigeniti, & coæternitatē ad patrē. Aug. In sinu.n. patris, idest in secreto patris. Nō n. Deus habet sinū, quemadmodum nos habemus in vestib. aut cogitādus est sic sedere quomodo nos, aut fortè cinctus est, vt sinū haberet: sed quia sinus noster intus est, secretum patris sinus patris vocatur. Qui ergo in secreto patris nouit patrem, ipse enarrauit quod vidit. Chry. Sed quid enarrauit? quoniā vnus est Deus: sed & hoc reliqui prophetę & Moyses clamant, quid ergo plus didicimus à filio in sinibus paternalibus existente? Primum quidem ipsa hęc quæ alij narrauerūt sunt enarrata ex operatione vnigeniti. Deinde quoniam multo maiorem suscipimus doctrinam per vnigenitum. & cognouimus quoniā spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate adorare oportet, & quoniam Deus pater est vnigeniti. Beda. Præterea sciendū, quia si ad præteritum referatur, quod ait, Enarrauit, homo factus enarrauit quid de Trinitatis vnitate sentiēdum, qualiter ad eius cōtemplationem properandum, quibus actibus sit perueniendum. Si verò referatur ad futurum, tunc enarrabit cū electos suos ad visionem claritatis suæ inducet. Aug. Fuerunt autem homines qui dicerent, vanitate cordis sui decepti. Pater inuisibilis est, filius autem visibilis est. Si ergo propter carnem filius visibilis dicitur. & nos concedimus; & est catholica fides. Si āt vt, ipsi dicunt, antequā incarnaretur; multū delirāt si Xps sapientia Dei & virtus Dei est. Sapiētia.n. Dei videri oculis nō pōt, si verbum hoīs oculis nō videtur, verbū Dei sic videri pōt? Chry. Non igitur soli ipsi propriū est Deū nemo vidit unquam, sed & filio, quia vt Paulus dicit. est imago Dei inuisibilis, qui verò inuisibilis imago est & ipse inuisibilis est.

Filiatio Dei duplex.

Sinus patris quis dicatur.

Summa doctrinæ Christi in tribus.

Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserūt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eū ut interrogarēt eū. Tu qs es? Et cōfessus est, & nō negauit. Et confessus est quia nō sum ego Christus. Et interrogauerūt eū. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Non sum propheta es tu? Et respondit. Non dixerūt ergo ei. Qui es? ut responsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de te ipso? Ait. Ego uox clamātis in deserto dirigite uiam domini sicut dixit Esaias propheta.

Orige. Secundum legitur hoc testimoniū à Ioāne Baptista de Christo prolatu, incipiēte primò illic. Hic est de quo dixi, & desinente ibi. Ipse enarrauit. Theo. Vel aliter. Postq̄ superius dixit Euāgelista qđ Ioānes testabatur de Christo: Ante me factus est, nunc subiungit qn præmissum testimoniū reddiderit Christo Ioānes. vnde dicit. Et hoc est testimoniū Ioānis &c. Ori. Iudæi quidem ab Hierosolymis, vt cognati existentes Baptistę de stirpe sacerdotali existētis, sacerdotes & leuitas destinant, sciscitaturos quis esset Ioānes, eos .s. qui reputati sunt secundum electionē ab alijs differre, & ab electo Hierosolymorū loco. Ioannem itaq; quærunt cū tāta veneratione, erga Christum autē nihil huiusmodi factum legitur à Iudæis; sed quod erga Ioannem Iudæi, hoc Ioānes erga Christum prosequitur, per proprios discipulos interrogans. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Chry. Sic autem fide dignum æstimauerunt esse Ioānem, vt ei de seipso dicenti crederent. vnde dicitur: Vt interrogarent eum, Tu quis es? Aug. Non autem mitterent nisi mouerentur excellentia auctoritatis eius, quia ausus est baptizare. Origen: Ioannes autem (vt videtur) discernebat ex quæstione sacerdotum & leuitarum dubitationem, ne fortè Christus esset baptizans, apertius tamen

Mira æstimatio de Ioanne.

men illud profiteri cauebant, ne temerarij putarentur. Qua pp meritò, vt eorum opinio fallax de eo primitus aboleret ac subinde veritas propalaret, q̄ nō sit Xp̄s ante oīa manifestat, vñ sequitur Et cōfessus est, & nō negauit, & cōfessus est, quia nō sum ego Christ⁹. Hic ēt adijciam⁹, q̄ tēpus aduentus Christi populū recreabat quodāmodo iam p̄sens existens legisperitis ex sacris scripturis illius tempus speratum colligentibus, propter quod Theodas nō modicā multitudinem quasi Christus cōgregauit, & post illum Iudas Galilæus in diebus professionis. Cùm ergo feruentius Christi expectaretur aduentus, Iudæi transmittunt ad Ioannem per hoc q̄d est. Tu quis es? Conijcere volentes, si ipse se Christum fateretur. Nō autem ex eo quod dicit, Non sum ego Christus, negauit ex hoc .n. ipso cōfessus est veritatem. Grego. Negauit planæ quod non erat, sed nō negauit q̄ erat: vt veritatem loquens, eius membrorum fieret, cuius sibi nomen fallaciter nō vt vsurparet. Chr. Vel aliter. Passi erant Iudæi quandam humanā passionem ad Ioānem. Indignum.n. æstimabant subijci eum Christo propter multa quæ Ioannis claritatem demonstrabant, quorum primum erat genus illustre. Principis.n. sacerdotum filius erat, deinde dura educatio, humanorū despectio. In Xp̄o autem cōtrariū videbatur, genus humile, quod ei exprobrabant, dicentes. Non ne hic est fabri filius? diæta communis & vestimenta, nihil plus multis habentia.

Comparatio Iesu & Ioannis.

Quia igitur Ioannes cōtinuè ad Christū mittebat volentes magis Ioannem habere magistrum, mittunt ad eum opinantes per blanditias eum allicere ad confitendū se Christum esse. Non ergo quosdam contemptibiles mittunt, ut ad Christum, ministros, & Herodianos, sed sacerdotes & Leuitas, & non quoscunque, sed eos qui erant ex Hierosolymis, hoc est honorabiliores. Et ad hoc mittunt vt interrogarēt, Tu quis es? non quasi ignorantes, sed volētes eum inducere ad hoc quod dixi. vnde Ioannes ad mentem & non ad interrogationem eis respondit. Et confessus est, non negauit, & confessus est, q. nō sum ego Christus. Et vide sapientiam euangelistæ, tertio quasi idē dicit, & virtutē Baptistæ indicans, & malitiā & amentiā Iudæorū. Deuoti n. famuli est, nō solū non rapere gloriā dñi, sed oblatā à multis, respuere. Turbæ quidē ex ignorātia ad hūc venerunt suspicionē, vt Ioannem Xp̄m æstimarēt: hi verò à maligna mēte, ex qua interrogabant eū, æstimātes p blanditias attrahere ad hos, q̄d volebāt. nisi n. excogitassent hoc, respōderi, Nō sum ego Xp̄s dixissent. Nō hoc suspicati sumus, nō hoc venimus interrogaturi. sed capti & manifesti effecti ad aliud veniunt. vñ sequitur. Et interro. eum. Quid ergo: Elias es tu? Augu. Nouerant enim quod præcessurus erat Elia Christum. non enim alicui ignotum erat nomen Christi apud Hebræos, sed non putabant illū esse Christum, nec tamen omnino putauerunt Christum nō esse venturum, & cum sperarent venturū, ostenderunt in præsentem. Sequitur. Et dixit, non sum. Grego. in ho. Ex his verbis nobis quæstio valde implexa generatur. Alio quippe in loco inquisitus à discipulis dominus de Eliæ aduentu, respondit. Si vultis scire; Ioannes ipse est Elias. Requisitus autem Ioannes dicit. Non sum Elias. Quomodo ergo propheta veritatis est, si eiusdem veritatis sermonibus concors non est. Orige. Dicet autem aliquis, quod se ignorabat Ioannes esse Eliam, & hoc nimirum vtentur, quid assistunt iteratæ incorporationis rationi tanquam anima denuò inducente corpora. Quęrunt enim Iudæi per leuitas ac sacerdotes, an esset Elias, cum iteratæ corporis assumptionis documentum verax arbitrantur, quasi paternum existens, nec alienum ab archanorum suorum doctrina, ob hoc itaque dicit Ioannes. Elias nō sum. Nam nescit primęuam vitam propriam, qual iter autem videtur ratiònabile si tanquam p̄pheta spiritu illuminatus est, & de Deo & vnigenito tanta narrauit, ignorasse de seipso an vnquā eius anima fuerit in Elia? Gregor. in hom. Sed si subtiliter veritas ipsa requirat, hoc quidem quod inter se contrarium sonuit, quomodo contrariū non sit inuenitur: Ad Zachariam namq; de Ioanne angelus dixit. Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, q. scilicet

Sententia Origenis obscura.

licet ſicut Elias ſcd̃m dñi aduentum prę-ueniet, ita Ioannes præuenit primũ. Sicut ille præcurſor uenturus eſt iudicis, ita iſte præcurſor factus eſt redemptoris. Ioannes igitur in ſpiritu Elias erat, in pſona Elias non erat. Quod aũt dñs fatetur de ſpiritu, hoc Ioannes denegat de perſona, ut qa & iuſtum ſic erat & diſcipulis dñs ſpiritualem de Ioanne ſniãm diceret, & Ioannes turbis carnalibus nõ de ſuo ſpiritu, ſed de corpore rñderet. Orig. Reſpondit ergo leuitis & ſacerdotibus, Non ſum; contectãs propoſitũ qõnis eorum: nõ.n ſapiebat p̃miſſa examinatio, ſi idẽ ſpũs eſſet in utroque, ſed ſi Ioannes eſſet ipſe Elias qui aſſumptus eſt, nunc apparens ſcd̃m ꝙ à Iudæis expectabatur abſque natiuitate. primus aũt arbitrans reſumptionem corporũ dicet, ꝙ in conſequens eſt filiũ Zachariæ tanti ſacerdotis in ſenio natum, ſuper oẽm humanam expectationẽ ignorari à ſacerdotibus & leuitis ipſum natum fuiſſe, maximè Luca teſtante ꝙ factus eſt timor in oĩbus habitantibus circa eos. Sed forſitan qm̃ prope finem Eliam expectabant ante Chriſtũ, quaſi tropicè ſciſcitari uidentur, an es tu qui prænuncias Chriſtũ uenturum? & cautè reſpondit, Non ſum. Sed & nihil mirabile, ſicut in Saluatore pluribus ſcientibus ex Maria natiuitatem eius, quidam fallebant putantes eũ Ioannem Baptiſtam, vel Eliã, aut aliquẽ prophetarum, ſic & in Ioanne quoſdã ortus eius ex Zacharia non latebat, & quidam dubitabãt, ſi forſan qui expectabat Elias apparuit in Ioanne. Qm̃ uero cum plures in Iſrael editi fuerint prophetæ, vnus de quo Moyſes prophetauerat præſertim expectabatur, iuxta illud. Prophetam uobis ſuſcitabit Deus ex fratribus ueſtris, ſicut mihi illi parebitis: Tertiò ſciſcitantur, non ſi foret propheta ſimpliciter, ſed cũ articulo in græco ponitur. vnde ſequitur Propheta es tu? Per ſingulos.n. prophetas nouerat populus Iſrael neminem eorum fore hunc quem Moyſes prophetauerat, qui ſicut Moyſes medius ſtaret inter Deũ & homines, & accepto teſtamẽto à Deo traderet diſcipulis. Hoc autem illis nomẽ non Chriſto attribuentibus, ſed arbitrantibus alium à Chriſto ipſum fore. Ioãnes

Chriſti & Moyſi comparata.

ſciuit qm̃ & Chriſtus iſte propheta eſſet, vnde ſubditur. Et reſpõdit, nõ. Aug. Vel quia Ioannes maior erat quàm propheta, qa prophetæ longè p̃nunciauerunt, Ioannes p̃ñtem demonſtrabat. Sequitur: Dixerunt ergo ei: quis es, &c. Chry. Vides hic uehementius inſiſtentes & interrogantes, hunc aũt cum manſuetudine eas quæ nõ erant uerè ſuſpiciones deſtruentẽ, & eam quę eſt uera ponentẽ. vnde ſequitur. Ait, Ego uox clamãtis in deſerto. Aug. Eſaias illud dixit, in Ioanne prophetia iſta cõpleta eſt. Greg. Scitis aũt quod unigenitus filius uerbum patris uocatur. Ex ipſa autẽ noſtra locutione cognoſcimus, quia prius uox ſonat, ut uerbum poſſit audiri: Ioannes ergo uocem ſe aſſerit eſſe, quia uerbũ præcedit, & per eius miniſterium patris uerbum ab hominibus auditur. Orig. Ineleganter autem Heraclion de Ioanne & prophetis conſide ans, ait: Qm̃, Verbum quidem Saluator eſt, uox autem per Ioãnem intelligitur. Solus enim ſonus eſt omnis gradus propheticus. Cui dicendum, ꝙ ſi non ſignificatiuam uocẽ dederit tuba, nemo ſe accinget ad prælium. Si ergo nil aliud quam ſonus eſt uox prophetica, quomodo tranſmittit nos ad illam Saluator? Scrutamini, inquit, ſcripturas. Dicit autem Ioannes ſe eſſe uocem non clamãtem in deſerto, ſed clamantis in deſerto, eius. ſ. qui ſtabat & clamabat. Si quis ſitit, ueniat ad me & bibat. Clamat enim ut diſtantes auditu percipiant, & grauem habentes auditum ſentiant immenſitatem eorum quæ dicuntur. The. Vel quia ueritatem manifeſtat & annũciat; oẽs.n. qui in lege erant obſcurè loquebantur. Greg. Vel in deſerto Ioannes clamat, qa quaſi derelictę ac deſtitutę Iudææ ſolatium redemptoris annunciat. Orig. Opus autem uocis in deſerto clamantis eſt, ut anima à Deo deſtituta, ad rectam faciendam uiam domini reuocetur, nequaquã prauitatem ſerpentini greſſus proſequendo, ſecundum contemplationem quidem ſublimatam in ueritate abſq; permixtione mendacij, & ſecũdum actionem poſt congruam ſpeculationẽ licitum opus referentem. vnde ſequitur Dirigite uiam domini, ſicut dixit Eſaias propheta. Grego. Via

Error Heraclionis.

go. Via dñi ad cor dirigitur, cum ueritatis sermo humiliter audit. Vita dñi ad cor dirigitur, cũ ad pceptum uita præparat.

Et qui missi fuerãt, erant ex pharis.eis. Et interrogauerunt eũ, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu nõ es Christus, neq; Elias, neq; prophetas? Et respõdit eis Ioãnes, dcens. Ego baptizo in aqua, medius aũt uestrum stetit quem uos nescitis. Ipse est qui post me uenturus est, qui añ me factus est, cuius ego nõ sum dignus, vt soluã ei⁹ corrigiã calceamẽti. Hęc ĩ Bathabara facta sunt trans Iordanẽ, ubi erat Ioãnes baptizans.

Orig. Facta rñsione uersus sacerdotes & leuitas, denuo missum est à pharisæis, vnde dr̃. Et qui missi fuerant &c. Quantũ enim ex ipso sermone côiecturari contingit dico, tertiũ hoc est testimonium. vide tñ qũo iuxta sacerdotalẽ & leuiticã personam est, cũ mãsuetudine prolatũ illud, Tu quis es? Nihil.n. arrogãs uel proteruũ in eorũ quæstione continetur, sed cuncta decẽtia ueros Dei ministros. Sed pharisæi ſcd̃m suum nomẽ diuisi & importuni ex discordia contumeliosas uoces ptendunt Baptistę. vnde sequit: Et dixerũt ei, Quid ergo baptizas si tu non es Christus, neq; Elias, neq; prophetas? Non quasi scire uolentes, sed prohibere eũ à baptismo. Deinde uero nescio quo pacto proni ad baptismum iuerunt ad Ioannẽ. Huius aũt solutio est, quia pharisæi non credentes accedunt ad baptisma, sed ex hypocrisi cum timerẽt populũ. Chry. Vel ipsi ijdẽ sacerdotes & leuitæ ex pharisæis erãt, & quia blanditijs eũ non ualuerunt supplantare, accusatiõnẽ ei immittere tentant, cogentes eum dicere quod non erat. vnde sequitur. Et interrog. eum & di. Quid ergo bapti. si tu non es Christus, neque Elias, neque prophetas? quasi audacię uidebat esse baptizare si Christus non erat, nec pręcursor illius, nec præco, idest propheta.

Sanctorũ persectio. Greg. Sed sanctus quisq; etiam cum peruersa mẽte requiritur, a bonitatis suę studio non mutatur. Vnde Ioãnes quoq; ad uerba inuidię, prædicamẽta respondit uitæ unde sequitur: Rñdit eis dicẽs. Ego baptizo in aqua Orig. Ad illud enim. Quid ergo baptizas? qđ aliud afferri decebat, nisi proprium baptismum carnale prætendere? Greg. Ioãnes.n. nõ spiritu, sed aqua baptizat, qa peccatã soluere nõ ualebat. baptizatorum corpora per aquã lauat, sed tamen animas per ueniam non lauat. Cur ergo baptizat, qui peccata per baptismũ nõ relaxat? nisi vt præcursionem suæ ordinem seruans .s. qui nasciturũ nascend p uenerat, baptizaturum quoque dominũ baptizando præueniret. & qui prædicando factus est præcursor Christi baptizando, etiam præcursor eius fieret imitatione sacramenti, qui inter hæc mysteriũ redẽptionis nostrę annunciãs, hunc in medio hominum & stetisse asserit & nesciri. Sequitur enim: Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis, quia per carnem dominus apparens & visibilis extitit corpore, & inuisibilis maiestate. Chry Hoc autem dixit, quoniam decens erat Christum cõmixtum esse populo, vt vnum multorũ, se vbique humilem esse docentem. Cùm autem dixit, Quem vos nescitis. Scientiã hic cognitionem certissimam dicit, puta quis est & vnde. Aug. Humilis n. uidebatur, & propterea lucerna accẽsa est. The. Vel medicus erat pharisæorũ domin⁹, sed ignorabant eũ, quia ipsi scripturas se scire putabãt, & inquantũ in illis pnunciat dominus, medius eorũ erat. s. in cordibus eorũ, sed nesciebãt eum, eo quod scripturas nõ intelligebant. Vel aliter: Medius quidẽ erat, inquantũ mediator Dei existens & hominũ Christus Iesus, medius pharisæorũ extitit, volẽs illos Deo iungere, sed ipsi nesciebãt eũ. Ori. Vel aliter. Hoc edito, Ego baptizo in aqua. ad illud, Quid ergo baptizas, ad secũdũ, Si tu non es Christus? pconiũ de præcedẽti Christi substantia pponit, quod tãta sit ei virtus, qđ inuisibilis sit sua deitate, cũ sit præsens cuilibet, & totũ per orbem diffusus, quod notatur, ex illo: Medius vestrum stetit. Hic.n. per totã orbis machinã fluxit, sic vt quæ creantur per ipsum creentur, omnia.n. per ipsum facta sunt. vnde palã est quod inquirentibus à Ioanne, Quid ergo baptizas? Ipse medius erat. Vel quòd dicitur, In medio vestrum stetit, intelligẽdum est de nobis hominibus Cum enim simus rationales, in medio nostrum existit, ex eo quòd principale s. cor. in medio totius corporis institutum est. Qui ergo verbum in medio

Christ⁹ qũo medius dicitur.

dio gerũt, nõ aũt cognoscunt de illius natura, nec quo fonte manaui, nec quõ consistit in eis, hi verbũ in medio sui obtinentes ignorant. qđ tñ Ioãnes agnouit: vñ ex probrando dici ad pharisæos, Quẽ vos nescitis. Quia expectantes pharisæi Christi aduentũ, nihil tã arduũ de eo contẽplabãtur, solũ hiem factũ existimantes eũ esse. Dicit ãt, Stetit. Nã stat pater inuariabilis existẽs & impermutabilis, stat quoq; verbũ eius ad saluãdũ cõtinuò, quãuis carnẽ suscipiat quãuis medium hominũ stet inuisibile. Ne verò putet aliquis alium esse inuisibilem ad oẽs homines venientẽ, vel ad vniuersum orbẽ ab eo qui humanatus est & in terra comparuit, subdit: Qui post me venit, hoc est qui post me appariturus est. Non aũt idem denotatur hic per hoc quod dicitur, Post: & cum Iesus nos post se inuitat illic. n. seq post ipsum præcipitur nobis, vt eius indagando vestigia perueniamus ad patrem hic autẽ, vt pateat quid sequatur ex Ioannis dogmatibus. venit n. vt cuncti credant, per eum præparati ad perfectũ verbum per minora. Dicit ergo: Ipse est qui post me venit. Chrysos. Ac si diceret, Ne existimetis tãtũ in meo consistere baptismate. si enim meũ baptisma perfectum esset, alius nõ veniret post me aliud baptisma daturus, sed hæc p̃paratio est illius & transibit in proximo, vt membra & imago. sed oportet eũ q̃ veritatẽ imponet venire post me: si. n. hoc esset perfectũ, nequaquã secundi locus quæreretur. Et ideo subdit: Qui ante me factus est, honorabilior & clarior. Gre. sic namq; dicitur ante me factus est: ac si dicatur antepositus est mihi. Post me ergo venit, quia post modũ natus, ante me aũt factus est, quia mihi prælatus. Chry. Ne aũt existimes comparabilem esse excellẽtiam hanc incõparabilitatem ostendere volens subiungit, Cuius ego non sum dignus vt soluam corrigiã calceamenti. q. d. in tãtũ est ante me, vt ego neque in vltimis ministrorũ vocari dign⁹ sim calceamentum n. soluere, vltimi ministerij res est Aug. Vnde & si dignum se diceret tantummodo corrigam calceamẽti soluere, multum se habuisset. Grego. Vel aliter. Mos apud veteres fuit, vt si quis eã quæ sibi competeret accipere vxorẽ nollet, ille ei calceamentũ solueret, quid ad hãc spõsus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter hoĩes Christus, nisi sanctæ ecclesię spõsus apparuit? Rectè ergo Ioãnes se indignum esse ad soluendam corrigã eius calceamenti denunciat, ac si apertè dicat, redẽptoris vestigia non denudare valeo, q̃a spõsi nomẽ mihi ĩmeritus nõ vsurpo: quod tñ intelligi & aliter potest. Quis. n. nesciat q̃ calceamẽta ex mortuis animalibus fiant incarnatus verò dñs veniens, quasi calceatus apparuit qui in diuinitate sua morticinæ nostræ corruptionis assumpsit. Corrigia ergo calceamenti est ligatura mysterij. Ioãnes ergo soluere corrigiã calceamẽti eius nõ valet, quia incarnationis mysteriũ nec ipse inuestigare sufficit; ac si patẽter dicat Quid mirũ si mihi ille p̃latus est quẽ post me quidẽ natũ cõsidero, sed natiuitatis eius mysteriũ non cõprehendo? Ori. Quidã verò nõ ineptè dixit hoc sic intelligẽdũ: Nõ sum ego tanti vt causa mei descẽdat à magnalib. ac carnẽ quasi calceamẽtũ suscipiat. Chr. Et q̃a Ioannes cũ decẽti libertate ea quę de Xpo sunt oĩbus p̃dicabat, p̃pterea euãgelista & locũ designat, dicens: Hæc in Bethania factæ sunt trans Iordanẽ, vbi erat Ioannes baptizãs. Non. n. in domo neq; in angulo Christũ p̃dicabat, sed Iordanem trãsiẽs in media multitudine præsentib oĩbus qui ab eo baptizabantur Quædam verò exẽplariorum certius habet in Bethabora Bethania. n. non vltra Iordanem, neq; in deserto erat. sed p̃pè Hierosolymam. Glo. Vel duæ sunt Bethaniæ, vna trãs Iordanẽ, altera citra, non lõgè à Hierusalẽ, vbi Lazarus fuit suscitatus. Chr. Hoc autem & propter aliã causam designat, quia enim res non antiquas narrabat, sed ante paruũ tempus contingentes, præsentes & videntes testes facit eorum quæ dicuntur, demonstrationem à locis tribuens. Alcui. Bethania verò domus obedientiæ interpretatur, per quam innuitur, quia per obedientiam fidei omnes ad baptisma debẽt peruenire. Orige. Bethabora verò interpretatur dom⁹ præparationis, & cõuenit cũ baptismo, præparantis domino plebẽ perfectam. Iordanis interpretatur descensus

Tropologica pulchra

Calceamenti Christi significatio.

Duæ sunt Bethaniæ.

sus eorum. Quis autẽ erit hic fluuius nisi Saluator noster, per quẽ ingredientem in hunc mundum mundari cõuenit, non suũ descendentẽ descensum, sed humani generis hic segregat donatas à Moyse ab his q̃ per Iesum donãtur sortes, huius riuuli lętificant ciuitatẽ Dei. Sicut ãt Draco latitat in Aegyptiaco fluuio, ita De⁹ in isto. Pater.n.est in filio; & qui proficiscuntur illuc vbi se lauẽt, opprobrium Aegypti deponunt, ac apti ad perceptionẽ hæreditatis parantur, necnon à lepra mundanẽ, & duplicis capaces sunt gratię, ac prompti fiunt ad susceptionẽ spiritus almi, in aliud flumen nequaquam descendente spiritali columba. Trans Iordanem vero Ioannes baptizat ut pręcursor venientis non innocentes sed peccatores vocare.

Altera die vidit Ioãnes Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixit, Post me venit vir, qui ante me factus est, qui prior me erat, & ego nesciebam eum. Sed vt manifestetur in Israel propterea veni ego in aqua baptizans.

Orig. Post testimoniũ Ioãnis, iã videtur Iesus veniẽs ad eũ, nõ solũ adhuc perseuerantẽ; sed & potiorẽ effectũ qđ per diẽ secundariã designatur; vñ dr̃, Altera die uidit, &c. Pridẽ autẽ Iesu mater protinus vt illũ concepit, ad matrẽ Ioannis prægnãtẽ proficiscit, & p vocẽ perueniẽtẽ ad aures Elisabeth ex Marię salutatione exultat Ioãnes cõceptus in vtero Hic ãt Post Ioãnis testimonia ipse vñ à Baptista accedens ad eum. Prius autem auditu aliorum instruitur aliquis, ac deinde occultè inspicit illa. Per hoc autem ꝙ Maria ad Elisabeth venit minorem, & filius Dei ad Baptistam, ad feruorem opitulandi minoribus, & ad modestiam admonemur. Verũ vnde ad Baptistam venit Saluator, nõ hic dr̃: sed ex dictis Matthęi colligimus, dicẽtis: Tũc venit Iesus à Galilæa in Iordanẽ ad Ioannem, vt baptizaret ab eo. Chr. Vel ali. Matthæus aduentũ Christi ad baptismum præsentialiter dicit; Ioannes aũt & rursus eum fuisse ad Ioannem ostendit post baptisma, & hoc manifestat, quod postea dicit; Quia vidi spiritum descendentem &c. Partiit enim sunt sibi euangelistę tẽpora narrationis. Matthæus.n.ea quę antequã ligaretur Ioannes Baptista prætermiens, festinat ad ea quæ deinceps sunt tẽpora. Sed Ioannes his maximè immoratur q̃.s. ante incarcerationẽ Ioannis fuerũt vñ hic dr̃, Altera die vidit &c. Cuius igitur gratia secũdò post baptismum ad eum veniebat? quia ipsum baptizauerat cũ multis, vt nullus suspicetur quoniam ex eadẽ causa ex qua & alij ad Ioannem veniret, puta peccata confessurus aut in pænitẽtiã abluendus in flumine. Propterea ergo accedit, dans Ioanni occasionem corrigendi hanc suspicionem, quam Ioannes per uerba correxit: vnde sequit, & ait; Ecce agn⁹ Dei &c. Qui igitur ita purus erat vt aliorum peccata absoluere posset, manifestũ est, quoniam non ut confiteretur peccata accedit, sed ut occasionem det Ioanni loquendi de ipso. Venit etiã secundò. vt hi qui priora audierant, certius recipiãt quæ prędicta sunt, & alia rursus audiant. Dicit autem: Ecce agnus Dei; innuens ꝙ hic est qui olim quærebatur, rememorãs prophetiæ Esaiæ & vmbræ quæ secũdũ Moysen erat, vt a figura facilius eos ducat ad veritatem Aug. Si autem agnus Dei est innocens, & Ioãnes agnus, an nõ & ipse est innocẽs? sed oẽs ex illa ꝓpagine veniũt de qua cãtat gemẽs Dauid: Et in iniquitatib. cõceptus sum. Solus ergo ille agnus q. nõ sic venit, nõ.n.in iniquitate cõceptus est, nec in peccatis mater eius cũ in vtero aluit, quẽ virgo cõcepit, virgo peperit, quia fide cõcepit & fide suscepit. Ori. Sed cum quinq; offeranẽ aĩalia in tẽplo, tria terrestria, vitulus, ouis, & capra, volatilia verò duo, turẽ & colũba, & de ouibus tria adducanẽ, aries, ouis, agnu, de genere ouiũ agnũ memorauit Agnũ.n.in oblationib⁹ quotidianis offerri videmus. vnũ quidem mane, alterũ vero vespere Quænã ãt oblatio alia põt esse quotidiana à rationali natura cõprehendẽda, nisi verbũ uigẽs, agn⁹ typicè nuncupatũ? Hoc nẽpe censebitur oblatio matutina ad frequentiam intellectus in diuinis relatum. neq; enim anima pati potest, vt summis iugiter insistat, eo ꝙ corporis terrestris & grauis coniugium est sortita. Ex hoc etiã verbo quod Christus est, cõiectare de pluribus poterimus, & quodammodo vespere pertingem⁹ ad

corpo-

Exẽpla gemina humilitatis.

Impletio figuræ & ꝓphetiæ.

obtulit agnum ad immolandũ, Deus fuit in hoie reconditus: magnus sacerdos qui dixit, Nemo tollit animã meã à me, sed ego pono eam: vnde dr, Agnus Dei. Ipse .n. nostros languores accipiens totius mundi tollens peccata. morté quasi baptismũ suscepit. Apud Deum.n.non pertrãsit incorrectum quicquid agimus qđ disciplina indigeat, quæ per difficilia exercetur. Theo. Vel dr Christus agnus Dei, inquantum Deus pater morté Christi acceptauit pro nostra salute, vel inquantum eum pro nobis tradidit morti. Sicut.n.dicere consueuimus, Hæc oblatio est talis hominis, i.quã talis homo obtulit, sic & Christus dr agnus Dei, dãtis.s.filium suum pro nostra salute in mortem, & ille quidé agnus, typicus nullus omnino peccatũ sustulit, hic uero pẽm uniuersi orbis terrarum; periclitantem.n.mundum eruit ab ira Dei, unde subdit. Ecce q tol.pe.mun. Nõ auté dixit qui tollet, sed qui tollit peccata mũdi, quasi semper hoc faciente ipso.non.n. tunc solũ tulit cum passus est, sed ex illo tpe vsq; ad præsens tollit, non semper crucifixus; vnam.n.pro peccatis obtulit oblationem: sed semp purgãs per illã. Greg. 8. mora. Tunc autem humano genere planè peccatum tolleretur, cum per incorruptionis gloriã nostra corruptio permutabitur. Esse nanq; a culpa liberi non possumus, quousq; i corporis morte tenemur. Theo. Sed quare non dixit, Peccata mundi; sed peccatum? vt videlicet per hoc ꝙ dixit pẽm, uniuersaliter peccatum uideretur innuere, sicut consueuimus dicere, quòd homo eiectus est de paradiso.i.oẽ genus humanum. Bed. Vel peccatum mũdi dicitur originale peccatum, quod est cõe totius mundi quod quidem peccatũ originale & singulorũ superaddita Christus per gratiam relaxat. Augu. Qui.n.de nostra natura peccatum non assumpsit, ipse est qui tollit nostrum peccatum. Nostis quia quidam homines dicunt, nos tollimus peccata ab hominibus, quia sancti sumus: si.n.non fuerit sanctus qui baptizat, qũo tollit peccatum alterius, cum sit ipse homo plenus peccato? Contra istas disputationes hinc legamus, Ecce qui tol.pec. mun. Vt non sit præsumptio hominibus in

Agni Dei mysterium.

homines. Orig. Sicut tñ iugi oblationi agni, cognatæ sunt oblationes reliquę legales; sic huius agni oblationi, cognatę oblationes uidétur mihi effusiones sanguinis martyrum, quorum patientia & cõfessione & promptitudine ad bonũ, obtunduntur machinationes impiorũ. Theo. Quia uero superius illis qui ex pharisæis uenerant Ioannes dixerat, ꝙ medius uestrum stat qué uos nescitis, hic ignorantibus demonstrat, dicens. Hic est de quo dixi, Post me uenit uir &c. Vir dñs dicitur pp ætatis perfectionem. Nam triginta annorum baptizatus est. Vel quia spiritalis aiæ uir est, & ecclesię spõsus. vnde Paulus. Despõdi uos uni uiro uirginem castã exhibere Christo. Aug. Post me aũt uenit, quia posterior natus est. Ante me factus est, quia prælatus est mihi. Greg. Prælationis auté eius causas aperuit, cum subiungit, Quia prior me erat; ac si apertè dicat, Inde me ẽt post natus superat, quo eum natiuitatis suę tpe non angustant. Nã qui per matrem in tpe nascitur, sine tempore est a patre generatus. Theo. Ausculta ò Arrie: non dixit, Quia prior me creatus est, sed quia prior me erat. Audiat hoc Pauli Samosateni abusio, quòd nõ ex Maria sumpsit primordium, quia si essendi principiũ sumpsit ex virgine, qualiter prior extitit ꝓcursore? Nã manifestũ est, quòd præcursor Christum in sex mensibus superabat sc̃dm humanam generationé. Chrys. Vt autem non uideatur ex amicitia propter cognationem ei testimonium perhibere, quia cognatus est sc̃dm carnem; propterea dicit, Ego nesciebam eum, & sc̃dm rationem hoc contigit. Etenim in deserto conuersatus est Ioannes. Miracula uerò quæcunq; Christo puero existente facta sunt, puta quæ circa Magos & quęcunq; talia, ante multum contigerant tempus, Ioanne & ipso ualde puero existente. In medio uerò tẽpore ignotus omnibus existebat, propter quod subdit. Sed ut ma. in Israel &c. Hinc.n.manifestum est, qm̃ & illa signa quæ quidam dicũt a Christo in pueritia facta mendacia & fictiones sunt. Si enim a prima ætate miracula fecisset Iesus, nequaquã neq; Ioannes eum ignorasset, nec reliqua multitudo indiguisset,

Apocriphæ refellunt.

magistro ad manifestandum eum. Nõ igitur ipse Christus baptismate indigebat, neq; aliquam aliam cām habebat illud lauacrum, quã p̄mõstrationem facere eius fidei q̄ est in Christũ. Non.n.dixit, Vt mũdē eos qui baptizantur, neq; ut liberem à peccatis ueni baptizans, sed ut manifestetur in Israel. Sed nunquid sine baptismate nõ licebat p̄dicare & inducere turbas? sed facilius ita factum est. Nequaquã.n. cucurrissent oēs, si sine baptismate prędicatio facta esset. Aug. Vbi ergo cognitus est dñs, superfluo ei uia parabatur, q a cognoscentibus se ipse factus est uia. Itaque non durauit diu baptisma Ioãnis, sed quoad usq; demonstratus est dñs humilis. Ergo ut daret̃ nobis a dño humilitatis exēplum ad percipiendam salutem baptismi, suscepit baptismum serui, & ne praeponeretur baptismus serui baptismo dñi, baptizati sunt alij baptismo conserui. sed q baptizati sunt baptismo conserui, oportebat ut baptizarentur baptismo domini. Qui autem baptizabantur baptismo domini, nõ opus habent baptismo cõserui.

Et testimoniũ perhibuit Ioãnes, dicens. Quia uidi spiritum descendentem, quasi columbam de caelo, et mansit super eum, & ego nesciebã eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem uideris spiritum descendentē, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.

Chry. Quia Ioannes testatus est, ita magnum quid quod sufficiēs erat auditores oēs stupefacere, puta quòd totius orbis terrarum solus ipse peccata tolleret, volens credibilius id facere, reduxit hoc ad Deum & Spm̄ sanctum. Posset.n. aliquis dicere Ioãni. Qualiter igitur tu cognouisti eum? Rñdet, quòd per descensum Spiritus sancti. vnde sequitur; Et testimo. perhibuit &c. Aug. 15 de Trini. Non autem tunc unctus est Christus Spiritu sancto, qñ super eum baptizatum uelut colũba descendit. Tunc.n. corpus suum. s. ecclesiam suã praefigurare dignatus est, in qua praecipue baptizati accipiũt Spiritum sanctum. Absurdissimum.n est, ut credamus eum cũ iam triginta esset annorũ (eius aetatis à Ioanne baptizatus est) accepisse

Allegoria pulchra.

Spiritum sanctum, sed uenisse ad illud baptisma sicut sine vllo oĩno peccato, ita nõ sine Spiritu sancto. Si n. de famulo eius & praecursore ipso Ioanne scriptum est, Spiritu sancto replebit ab utero matris suae, qui quamuis seminatus à patre, tñ Spiritũ sanctum in utero formatus accepit, quid de homine Christus intelligēdum est, vel credendum? cuius carnis ipsa conceptio non carnalis, sed spiritalis fuit. Augu. de ago. Christi. Nõ aũt dicimus solum Christum uerum corpus habuisse, Spiritum autem sanctum fallaciter apparuisse oculis hoium. Sicut.n. nõ oportebat, ut hoies falleret filius Dei, sic nec Spũs sanctus. sed omnipotenti Deo qui vniuersam creaturam ex nihilo fabricauit, non erat difficile uerum corpus columbę sine aliarũ columbarũ ministerio figurare, sicut ei non fuit difficile verum corpus in utero uirginis sine uirili semine fabricare. Aug. sup Ioan. Duobus aũt modis ostendit uisibiliter dñs Spiritum sanctum, per columbam super dñm baptizatum, per ignem uero super discipulos congregatos, ibi simplicitas, hic feruor ostenditur. Ergo ne spiritu sanctificati dolum habeant, in colũba demonstratũ est, & ne simplicitas frigida remaneat, in igne demonstratũ est, nec moueat quia linguae diuisę sunt. Noli dissipationem timere, vnitatem in columba cognosce. Sic ergo oportebat demonstrari Spiritum sctm̄ uenientem super dñm, ut cognoscat unusquisq; si habeat Spiritũ sanctum, simplicē se esse debere, sicut columbam, & habere cum fratribus veram pacem, quam significant oscula columbarum. Osculantur & corui, sed laniant, A laniatu innocēs est natura columbarum; nam corui de morte pascuntur, columba non nisi de frugibus terrae uiuit; Si etiam gemunt columbę in amorę, nolite mirari quia in columbae specie uoluit demõstrari Spiritus sanctus. Ipse.n. interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non autem Spiritus sanctus in semetipso, sed in nobis gemit, quia gemere nos facit. Qui enim nouit in p̄ssura se esse mortalitatis huius, peregrinari se à domino, quandiu propter hoc gemit, bene gemit, Spiritus illum docuit gemere. Multi autem gemunt

Duplex apparitio Spiritus sancti.

munt in infœlicitate terrena, vel quassati damnis, vel ægritudine corporis prægrauati; sed non columbæ gemitu gemũt. Vnde ergo debuit demonstrari Spiritus sanctus unitatem quandã designans, nisi per colũbã ut pacatæ ecclesiæ diceretur, Vna est columba mea? Vnde debuit humilitas figurari, nisi per autem simplicẽ & gemẽtẽ? Apparuit ibi sancta & vera Trinitas, pater in uoce, dicente: Tu es filius meus dil. Spiritus sanctus in colũba. In ista Trinitate missi sũt apostoli baptizare, In no. pa. & fi. & Spiritus sanct. Greg. 2. mor. Dicit autẽ: Manentem super eum. In cunctis nanq; fidelibus Spiritus sanctus venit, sed in solo mediatore semp singulariter permanet, quia eius humanitatem nunquam deseruit, ex cuius diuinitate procedit. Sed cum de eodem spiritu discipulis dicatur. Apud vos manebit, quomodo singulare signũ erit qp in Christo permanet? Quod citius cognoscemus, si dona spirit⁹ discernamus. In his. n. donis sine quibus ad uitã perueniri non potest, Spiritus sanctus in electis oĩbus semp permanet, ut sunt mãsuetudo, humilitas, fides, spes, charitas. In illis aũt quibus per ostensionẽ non nostra seruatur uita, sed aliorum quæritur, non semper manet, sed aliquãdo seã signorum ostensionibus subtrahit, ut humilius eius virtutes habeant. Christus ãt in cunctis eũ semper & continuè habuit pſentẽ. Chry. Ne aũt aliquis æstimet, qm̃ Christus natiuitatẽ habebat Spiritu sancto adueniente sicut & nos hãc ẽt destruit suspitionẽ, ostẽdens qp Spiritus sancti descensio solũ pro manifestãdo Christo facta est. vnde sequitur. Et ego nesciebã eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quẽ uideris spiritum descendentẽ & manentẽ super eum, hic est &c. Aug. Quis ãt misit Ioannem? Si dicamus Pater, uerum dicimus. Si dicamus, Filius, verũ dicimus. Manifestius autẽ est, ut dicamus Pater & Filius. Qũo ergo nesciebat eũ à quo missus est? Si. n. nõ nouerat eum à quo voluit baptizari, temerè dicebat. Ego à te debeo baptizari, nouerat ergo eum. Quid ergo est quod dicit, Ego nesciebam eum? Chry Sed cum dicit nesciebam eum, anterius tempus dicit, non tempus quod est prope baptismum cum prohibebat eũ, dicens. Ego à te debeo baptizari. Aug. Sed legantur alij euãgelistæ qui planius illud dixerunt, & inueniemus apertissimè tunc descendisse columbã cũ dominus ab aqua ascendit. Si ergo post baptisma descendit columba, & antequã baptizaretur dixit illi Ioannes, Ego à te debeo baptizari, ante baptismum illum nouerat, qũo ergo dixit, Ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare &c hoc audiuit Ioannes, ut nosceret eum quem non nouerat, an fortè et plenius nosset, quem iam nouerat? Nouerat quidem dñm filiũ Dei, nouerat quia ipse baptizaret in Spiritu sancto. Ante. n. q̃ ueniret ad fluuium Christus, cũ multi ad Ioannẽ concurrerent: ait illis. Qui post me uenit maior me est, ipse uos baptizabit in Spiritu sancto & igne. Sed qd, nõ nouerat & potestatẽ baptismi ipsum dominum habiturũ & sibi retenturum? ne Paulus aut Petrus diceret, Baptismus meus, sicut inuenis dixisse, Euangelium meũ, sed ministerium planè trãsiturum in bonos & malos. Quid tibi faciet malus minister ubi bonus est dominus? Ecce post Ioannẽ baptizatum est, post homicidam nõ est baptizatũ, quia Ioãnes dedit baptismũ suũ, homicida dedit baptismum Xpi, quod sacramentũ tã sanctum est, vt nec homicida ministrãte polluatur. Potuit ãt dñs si uellet potestatẽ dare alicui seruo suo, ut daret baptismũ suũ tãquam uice sua & constitueret tantã vim in baptismate translato in seruũ, tanquã vim haberet baptisma datũ à dño. Hoc noluit, ut in illo esset spes baptizatorũ a quo baptizatos se agnoscerẽt, & noluit seruũ ponere spem in seruo. Si ãt daret hanc potestatem seruis, tot essent baptismata, quot essent serui, ut quomodo dictũ est, baptisma Ioannis, sic diceretur baptisma Petri vel Pauli. per hãc ergo potestatẽ quã solum sibi Christus retinuit, stat unitas ecclesiæ, de qua dictum est Vna est columba mea. Potest autem fieri, ut aliquis habeat baptismum preter columbã, ut prosit ei baptismus præter columbam non potest. Chrysostomus. Et quia pater uocem emisit prædicãs filium, superuenit Spiritus sanctus super caput Christi, ne quis præsentium existimare

Tropologica expositio.

Ioannes quomodo cognouit Christũ.

Virtus Christi & fideles ecclesiæ.

dici de Ioanne; quod dictum est de Christo. Sed dicet aliquis, qualiter non crediderunt Iudęi si uiderunt spiritum? Sed talia nõ solùm indigent oculis corporis, sed magis visione mentis. Si nanque miracula facientem videntes intantum ebrij erant à liuore, vt contraria his quæ videbantur enunciarent: qualiter solo aduentu Spiritus sancti in specie colūbę expulissent incredulitatem? Quidam verò dicunt, non omnes vidisse spiritum, sed solū Ioannē, & eos qui deuotius dispositi erant. Etsi enim sensibilibus oculis possibile erat videre in specie columbę Spiritum descendētem, non tamen propter hoc necesse est omnibus hoc fuisse manifestum. Etenim Zacharias in specie sensibili multa considerauit, & Daniel & Ezechiel: sed & Moyses multa vidit, qualia aliarū nullus. vnde subdit Ioannes: Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Agnum quidem eum vocauerat, & quoniā in spiritu baptizare debebat, dixit: filium autem ante hoc nusquam. Augustinus. Oportebat enim vt ille baptizaret q; est filius Dei vnicus nõ adoptatus. Adoptati filij ministri sunt vnici: vnicus āt habet potestatem, adoptati ministerium.

Appari tio spiritus sancti.

Altera die iterum stabat Ioānes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantē, dixit, Ecce agnus Dei.

Chry. Quia multi his quæ à principio Ioannes dicebat non attendebant, secunda rursus eos excitat voce, vnde dicitur: Altera die iterum stabat Ioānes &c. Bed. Stabat quidem Ioannes, quia illam virtutem arcem conscenderat, à qua nullis tentationū posset improbitatibus deijci. Stabāt cum illo discipuli, quia magisterium illius corde sequebantur immobili. Chr. Sed quare non totum mundum circuiuit in omni loco Iudææ prædicans eum, sed stabat circa flumen expectans eum venire & ostendere venientem? quia. s. per opera Christi hoc fieri volebat: vide etiam qualiter hoc maioris ædificationis fuit. quia enim paruam immisit scintillam, repentè flamma in altum eleuata est. Aliter autē & si circuiens hoc dixisset, videretur ex studio quodam humano fieri quæ fiebāt, & suspitione pleniū esset eius præconiū.

Prædicatio Ioannis.

igitur prophetæ quidem & Apostoli omnes absentem Christum prædicauerūt; hic quidem ante præsentiam secundum carnem; illi verò post assumptionem. vnde ut ostendatur, quòd non uoce solùm, sed & oculis eum ostendebat, subditur: Et respiciens ambulan. dixit. Ecce agnus Dei. Theo. Respiciens (inquit) quasi oculis innuens gratiam & admirationem quam habebat in Christo. Augus. Ioannes quidem amicus sponsi erat: nõ quærebat gloriam suā, sed testimonium perhibebat veritati. Nõ enim voluit apud se remanere discipulos suos ut nõ sequerentur dominum, sed magis ostendit quem sequerentur, dicens, Ecce agnus Dei. Chry. Non longum facit sermonem, quoniam vnum solum in studio habebat, adducere eos & coniungere Christo. sciebat enim quoniā de reliquo non indigerent eo testante. Non autem singulariter discipulis loquitur de his Ioānes, sed eis publicè cum omnibus: quia ex communi doctrinā suscipientes sequelā Christi, firmi de reliquo permanserunt; non propter gratiam Christi sequentes, sed propter suum lucrum, & non facit sermonem suum deprecatiuum, sed admiratur solum præsentē, & demonstrat eis prædicationem propter quem venit, & modū præparationis. Agnus enim vtrunque insinuat, & dicit agnus cū articuli adiectione, excellentiam eius ostendens. August. Iste enim singulariter dicitur agnus solus sine macula, sine peccato, non cuius maculæ absterfæ sunt, sed cuius macula nulla fuerit. Singulariter hic est agn⁹ Dei, quia singulariter huius agni sanguine solo homines redimi potuerunt. Hic est agnus quem lupi timent, qui leonem occisus occidit. Beda. Ideo etiam agnum uocat, q; dona sui uelleris sponte largiturū, ex quo uestem nobis nuptialē facere possumus, idest exempla uiuendi nobis relicturum præuidit, quibus in dilectione calefieri deberemus. Alcui. Mysticè autem stat Ioannes, cessat lex, & uenit Iesus, idest gratia euāgelij cui ipsa lex perhibet testimoniū. Ambulat Iesus discipulos collecturus. Beda. Ambulatio ēt Iesu, dispensationē incarnationis; qua ad nos uenire ac nobis exēpla uiuēdi præbere dignat⁹ est, insinuat.

Allegoria pulchra.

Et audierunt eũ duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum. Conuersus ãt Iesus, & uidẽs eos sequentes se, dicit eis. Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatum, magister) ubi habitas? Dicit eis. Venite, & videte. Venerunt, & uiderunt ubi maneret, et apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duodecim, qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum.

Alcui. Ioanne perhibente testimoniũ quia Iesus esset agnus Dei, discipuli qui prius erant cum Ioanne, magistri imperiũ implẽtes secuti sunt Iesum: vnde dicitur: Et audierunt eum duo discipuli loquentẽ & secuti sunt Iesum. Chry. Considera autem quia, quando dixit, Post me ueniens ante me est; & quoniã nõ sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius, nullũ cepit. Sed quando de dispensatione locutus & ad humilius sermonem duxit, dicẽs. Ecce agnus Dei; tunc secuti sunt eum discipuli. Multi.n. non ita adducuntur cum aliquid magnũ & excelsum de Deo dicat, sicut cũ benignũ & amicum hominẽ audiũt, & aliq̃d ad salutẽ hominũ pertinẽs. Considerandũ ãt ꝙ Ioannes dicit, Ecce agnus Dei; & Christus nihil loquit: Ni & sponsus cũ adest, alij eũ inducũt & sponsam in manu eius ponũt, quã cum acceperit de ea disponit; ita Xp̃s venit copulatur⁹ sibi ecclesiã nihil ipse dixit, sed accessit solũ amicus eius Ioãnes dexterã ei spõsæ imposuit p sermones suos, aĩas hominũ in manus ei ponens; quos accipiens ita disposuit, vt vltra ad Ioannẽ nõ redirent. Sed aliud hic obseruandum est; sicut.n. in nuptijs nõ puella ad spõsum vadit, sed ipse ad eã festinat: ita hic contingit Nõ.n. in cœlũ ascendit hominũ natura, sed ad eã filius Dei accessit, & ad domũ duxit paternã. Et quidẽ alij discipuli Ioãnis erãt, q nõ solum secuti nõ sunt, sed & zelotypẽ ad Christum dispositi erant: qui autẽ meliores erant, simul audierũt, & secuti sũt: non quasi magistrum priorem contemnẽte, sed ab eo persuasi promittente ꝙ baptizaret in Spiritu sancto Christ⁹. & uide discipulorum studium cum uerecũdia fieri. Neq;.n. mox ascendentes interrogauerũt Iesum de necessarijs & maximis rebus, neque publice, sed singulariter ei loqui studuerunt. vnde sequitur: Conuer.au. Iesus, & uidens eos sequen. se, dicit eis; quid q̃ritis? Hinc erudimur quia cum nos bene velle incęperimus, tunc Deus dat nobis multas salutis occasiones. Interrogat autem non ut discat, sed ut per interrogationẽ magis eos familiares faciat, & ampliorem fiduciam det, ut ostendat eos auditione dignos. Theo. Vide autem ꝙ sequentibus se dominus conuertit faciem, & respexit: quia nisi per bonam operationem ipsum secutus fueris, ad uisionem faciei eius nunquam pertinges, neque ad domũ eius poteris peruenire. Alcui. Ergo illi discipuli tergum ipsius sequebantur ut uiderent, & faciem domini uidere non poterant: ideo conuertit se, & quodãmodo de sua maiestate descẽdit, ut possint faciẽ discipulis illius contemplari. Origen. Fortè autem non frustra post sextum testimonium desinit Ioannes eos contestari, & Iesus secundũ septimũ dicit. Quid quæritis? Chry. Sed illi non solum sequendo, sed interrogando amorem suum, & Christum manifestauerunt. vnde sequitur. Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatũ magister) ubi habitas? Nondũ ab eo aliquid discẽtes, magistrũ eũ uocant ad discipulatũ se impellẽtes & causam ostẽdentes p̃p quid sequebant. Orig. Congrua verò pronectis ex Ioãnis testimonio prolatio, depromẽs Christũ doctorẽ, ac exprimẽs desiderare habitaculũ filij Dei cõtueri. Alcui. Nolunt n. trãsitoriè ut eius magisterio, sed inquirũt ubi maneat, ut & tunc in secreto verbi illius imbui, & exinde sępius possent eũ visitare, & plenius instrui. Mysticè aũt volunt sibi ostendi in quibus Christus habitet, ut eorum exemplo se tales exhibeant, in quibus velit habitare. vel quòd Iesum ambulantem vidẽt et statim ubi manet, quærunt, nos monet ut cum incarnationem eius ad mentem reducimus, solicito corde eum rogemus, ut mansionem æterni habitaculi nobis ostendat. vnde quia videt bene petentes, liberè eis sua reserat archana vnde sequitur. Dicit eis, Venite & videte, quasi dicat habitaculum meum explicari non potest sermone, sed opere demonstratur.

Allegoria mirabilis.

Anagogica expositio.

venite ergo credendo & operando, & uidete intelligendo. Orig. Vel per hoc ꝙ dicit, Venite, ad actionem inuitat; per hoc autem ꝙ dicit, Videte, ad cõtemplationẽ Christus autem non dicit eis signa domus neque locum, sed attrahit eos ad sequendum. Non dixit; Non est tempus nunc, audietis cras, si quid vultis dicere, sed ut ad amicos & familiares loquiť, qualiter alibi ait, Filius hominis non habet ubi caput reclinet. hic autem dicit, Venite & uidete vbi habito. Sed per hoc quod dixit, Non hẽt ubi caput suum reclinet, demonstrauit quòd habitaculum proprium non habebat, non quod in domo non maneret. Sequitur.n. Venerunt & uiderunt vbi maneret, & manserunt ibi die illo. Cuius autem gratia manserunt non adiungit euãgelista; quia manifestũ erat ꝙ propter doctrinam. Augu. Quam beatum autem diẽ duxerunt, quam beatam noctem? Aedificemus ergo & nosmetipsi in corde nostro & faciamus domũ quò ueniat ille & doceat nos. The. Nõ frustra ãt & tẽpus notauit euangelista, cum subdit; Hora ãt erat quasi decima; ut tã doctores q̃ discipulos erudiret, ꝙ doctrina ꝑ tẽpus non est praetermittẽda. Chry. Multũ.n. studiũ demonstrabat ad audiendũ, in eo q̃a neque ab hora auersi sunt, cũ sol esset ad occasum; & multis quidẽ carni seruientibus tẽpus qđ est post escas, nõ est aptũ ad quippiã necessariorũ, eo ꝙ corpus escis grauatur. Ioannes verò, cuius isti erãt discipuli, non erat talis: sed cũ multo maiori sobrietate uespere degẽs, quàm nos mane. Numerus ẽt iste legẽ significat, q̃a in decẽ praeceptis data est lex. Venerat autẽ tempus ut impleretur lex per dilectionem, quae à Iudaeis impleri non poterat per timorem vnde & decima hora dominus audiuit, Rabbi Magister.n legis non est nisi dator legis. Sequitur: Erat autem Andraeas &c. Chr. Cuius autem gratia alterius nomen nõ ponitur? quidam dicunt propterea quia hic qui scribit, est qui secutus est eũ. Quidã uerò dicunt ꝙ ille alius non insignis erat. q̃ igitur utilitas si didicerimus nomẽ illius? neque.n. septuaginta duorũ discipulorũ nomina euãgelista posuit; Alcui. Vel duo discipuli qui secuti sunt Iesum, sunt Andraeas & Philippus.

Denarij allegoria.

Inuenit hic primũ fratrẽ suum Simonem, & dicit ei, Inuenim⁹ Messiã, quod est interpretatũ Christus. Et adduxit eũ ad Iesum. Intuitus aũt eũ Iesus, dixit. Tu es Simon filius Ioanna, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

Chr. Andreas quę à Iesu didicit nõ detinuit apud seipsũ, sed festinat et currit cito ad fratrem, traditurus ei bona quae suscepit. vnde sequitur. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dixit ei; Inuenimus Messiã, quod est interpretatum, Xp̃s. Beda. Hoc est.n. verè dñm inuenire, vera illius dilectione feruere, fraternae quoq; salutis curam gerere. Chry. Et quidẽ non dixerat euangelista quę Christus fuerat sequentibus se locutus; sed ex his quae hic dicuntur licet addiscere. Quęcunque.n. Andreas didicit, in breui ostendit magistri virtutem, qui persuaserat eis, & eorũ desiderium quod prius habuerant repraesentans. hoc.n. verbum, inuenimus, est parturientis pręssuram propter absentiam, & exultantis postquàm apparuit quod expectabatur. Aug. Messias autẽ hebriacè, & gręcè Christus, Latinè unctus dicitur. Chrisma.n. vnctio est: ille autem singulariter vnctus est. vnde omnes Christiani unguntur, secũdum ꝙ in psalmo dicitur; Vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis ꝑ participibus tuis. Participes.n. eius sunt oẽs sancti: sed ille est singulariter sanctus & singulariter vnctus Chry. Et ideo non dixit Messiã simpliciter, sed cũ adiectione articuli. Considera uerò ex ipso principio obedientẽ Petri mẽtẽ: confestim.n. cucurrit nihil tardãs. vñ sequitur: Et adduxit eũ ad Iesum. Sed nullus facilitatẽ ei imponat, si nõ prius multas perquirẽs ita sermonẽ suscepit. Cõueniens.n. est & fratrẽ diligentius ei dixisse hoc, & per longa verba; sed euãgelistae vbique multa intermittũt breuiloquij curam habentes. Alter autẽ neque dictum est, quoniã credidit simpliciter, sed quoniam duxit eum ad Iesum illũ ei de quo dixerat traditurus, ut omnia ab illo discat. Ipse autem dominus incipit reuelare ea quae deitatis sunt, & paulatim ea aperire praedicationibus. Non enim min⁹ quàm signa ꝓphetiae adducũt, hoc enim est maximè opus Dei, quod neq; imitari daemo-

Euãgelistae gaudẽt breuiloquio.

dęmones possunt. Nā in miraculis quidē & phantasia fit vtiq;. Futura autem prędicere cum certitudine, illius solius incorruptibilis est naturæ. vnde sequitur, Intuit⁹ autē eum Iesus dixit. Tu es Simon filius, Ioanna. Tu vocaberis Cęphas, quod interpretatur Petrus. Bed. Intuitus āt est eū nō exterioribus oculis solum, sed & ęterno diuinitatis intuitu vidit cordis eius simplicitatem, ai sublimitatē, cuius merito, cunctæ esset præferendus ecclesię. Neque āt in Petri vocabulo, quasi Hebręo vel Syro alii interpretationem quærere oportet: quia idem est Græcè & Latinè Petrus quod Syriacè Cęphas, & in vtraq; lingua nomen a petra deriuatur. Vocatur aūt Petrus ob firmitatē fidei, qua illi petrę adhęsit, de qua Apostolus ait. Petra autē erat Christus, qui sperantes in se ab hostis insidijs reddit tutos, & spiritualiū charismatum fluenta ministrat. Aug. Non est autē magnū, quia dn̄s dixit cuius esset ille. oīa enim sanctorum suorum sciebat, quos ante constitutionem mundi prædestinauit. Illud autē magnum, quia mutauit ei nomē & fecit de Simone Petrum. Petrus āt à petra, petra verò ecclesia, ergo in Petri, nomine figura est ecclesia. Et quis securus est nisi qui ædificat suprà petram? Intētū āt tu fecit dominus. nā si antea Petrus vocaretur, nō ita videres mysteriū petræ, & putares casu eum sic vocari, nō prouidentia Dei. Ideo eum voluit aliud prius vocari, vt ex ipsa cōmutatione nominis, sacramenti viuacitas cōmēdaretur. Chr. Ideo & nomen mutauit, vt ostēdat q̄ a ipse est, qui vetus testamentum dedit, & nomina trāsmutauit, quia Abram, Abrahā, vocauit, & Sarai, Sarā; & Iacob, Israelem. Igī multis quidē & a natiuitate nomina imposuit, vt Isaac & Sanson: alijs āt post eā quę a progenitoribus est nūcupationem, vt Petro & filijs Zebedæi. nam quib. quidem a prima ætate debebat virtus clarescere, ex tunc noīa susceperunt, quibus āt postea debebat augeri postea nuncupatio posita est. Aug. de con. euan. Non āt parua repugnantia pōt putari si iuxta Iordanē, antequā Iesus esset in Galilæam, ad testimoniū Ioannis Baptistæ secuti sunt eum duo, quorū vnus erat Andræas qui fratrē suū. Simonē adduxit ad Iesum, q̄n & nomen, vt Petrus nominaretur accepit. cum ab alijs euangelistis dicatur, q͂ eos in Galilæa piscantes inuenerit, atq; ad discipulatum vocauerit, nisi quia intelligendum est, non sic eos vidisse dominū iuxta Iordanē, vt ei iā inseparabiliter inhærerent, sed tantum cognouisse quis esset, eumq; miratos ad propria remeasse. Non autem quis arbitretur q͂ tunc Petrus nomen accepit, ubi ait illi dominus, tu es Petrus, & super hāc petram ædificabo ecclesiam meam, sed vbi commemoratur ei dictum esse, Tu vocaberis Cęphas, qđ interpretatur Petrus. Alcui. Vel ali. Nondum imponit ei nomen, sed præsignat quod postea fuit ei impositum, quando dixit ei Iesus, Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. Mutaturus autem nomen Christus, voluit ostendere etiam nomen illud, quod a parētibus datū erat, non carere virtutis significatione. Simon enim obediens interpretatur Ioanna, gratia. Iona, columba, quasi dicat. Tu es obediens, filius gratiæ, vel filius columbæ, idest Spiritus sancti, quia humilitatem de Spiritu sancto accepisti, vt vocante Andræa videre me desiderares. Non enim dedignatus est maior minorem sequi, quia non est ordo ætatis, vbi est meritum fidei.

Petro quare nomen mutatū.

In crastinum voluit exire in Galilæā, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus, Sequere me. Erat āt Philipp⁹ a Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei. Quē scripsit Moyses in lege, & prophetæ, Inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. Et dixit ei Nathanael. A Nazareth pōt aliquid boni esse? Dicit ei Philippus. Veni & vide.

Chry. Postquam accepit Christus discipulos, venit dereliquò ad alios cōuertendum, s. Philippū & Nathanaelē. vñ dicit. In crastinum āt uoluit exire in Galileā. Alcui. A Iudæa, s. ubi erat Ioannes baptizans, deferens honorem Baptistæ, ne uideatur magisterium eius minuere, dū adhuc statum habet. Vocaturus ēt discipulū ad sequendū voluit exire in Galilæam, i. transmigrationem factam uel reuelationem, ut sicut ipse proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines, & sicut passus est & resurrexit, & ita intrauit

Cō͂en. euange.

trauit in gloriā suam; sic ēt suos sequaces ostenderet & exire proficere in virtutibus & per passiones ad gaudia trāsmigrare debere. vnde sequitur: Et inuenit Philippū &c. Sequitur qui imitatur humilitaté, & passionem ei⁹, vt sit socius resurrectionis & ascensionis. Chr. Et vide q antequam aliquis ei adhæreret, nullum vocauit: nā si quidem nullo iam sponte adueniēte attraxisset, fortassis resilijssent, nunc autem a seipsis eligentes sequi dominum, firmi de reliquo permanserunt. Philippū autē vocat magis notum ei existente, quia in Galilęa nutritus erat. Sed vnde Philippus

Virtus voci Chr. — secutus est Christum? Nam Andræas quidem audiens à Ioanne Baptista, Petrus autem ab Andræa: hic autē a nullo aliquid discens, solum dicente Christo ad eum, sequere me confestim persuasus est. Conueniens est autem Philippum a Ioāne audientem sequi Christum, vel etiam vocē Christi hoc operatam esse. Theo. Non n. simpliciter omnibus vox Christi dicebatur, sed fidelium interiora ad eius inflammabat amorē: deinde quia in corde Philippi de Christo cogitatio inerat, & in libris Moysi assidua lectio, vt expectaret Christum, statim cum vidit credidit. Fortè āt Andręa & Petro de Christo aliquid didicit, quia ex eadem patria erant; quod euāgelista videtur innuere per hoc quod subdit: Erat autem Philippus &c. Chrys. Christus ēt hinc suam uirtutem ostendit, q a terra nullum ferēte fructum (nā a Galilęa propheta nō surgit) inclitos discipulorum elegit. Alcui. Bethsaida ēt domus venatorum interpretat, quo nomine ciuitatis curauit euangelista ostēdere, quales tunc iam animo erant Philippus, Petrus, Andręas, & quales officio erant futuri, s. capiendis ad vitam animab. intenti. Chr. Non solum āt Philippus a Christo persuasus est, sed præco alijs fit. vnde sequitur.

Studiū Philippi in legis. — Inuenit Philippus Nathanael & dicit ei. Quem scripsit Moyses in lege &c. Vide qualiter solicitam mentem habebat, & cōtinuè meditabatur quę sunt Moysi, & expectabat aduentum Christi. & quidem q Christus debebat venire, nouerat prius: qm autem hic Christus erat, ignorabat. Dicit āt; Quē scripsit Moyses & prophetæ, credibilem faciens suam prædicationem, & ex hinc persuadens auditorem q circa legē & prophetas solicitus erat, & oīa perscrutans cum veritate, vt & Christus testatus est. Si verò dicit filiū Ioseph, ne turberis. eius. n. filius æstimabatur esse. Augu. Cui s. desponsata erat mater eius. nā q ea intacta cōceptus & natus sit, bene nouerunt ex euāgelio omnes Christiani; addit āt locum, A Nazareth. Theoph. Non quia in ea natus erat, sed nutritus. Generatio. n. eius multis erat incognita, sed q in Nazareth esset nutritus, cognitū erat. & dixit ei Nathanael, à Nazareth potest aliquid boni esse? Aug. Ambas pronunciationes potest consequens vox Philippi sequi; siue sic pronuncies, tanquam cōfirmans. A Nazareth potest aliquid boni esse. & ille dicat, Veni & vide, siue sicut dubitans & totū interrogans. A Nazareth pōt aliquid boni esse? Veni & vide. Cum verò siue illo modo siue illo pronuncietur, nō repugnant verba sequētia. Nostrum est quærere quid potius intelligamus in his verbis? Nathanael enim doctissimus legis cum audisset Philippum dicētem, Inuenimus Iesum, audito a Nazareth, erectus est in spem, & dixit. A Nazareth potest aliquid boni esse. Scrutatus enim erat scripturas, & sciebat quòd non facile alij scribę & pharisæi nouerāt, q a inde erat expectandus Saluator. Alcui. Qui singulariter sanctus est, innocens, impollutus, de quo propheta Exiet virga de radice Iesse, & Nazareus, idest flos de radice eius ascēdet, vel potest hic versiculus sub dubitatione interrogatiuè proferri. Audierat enim Nathanael a scripturis q a Bethlehem oportet Christum venire secundum illud. Et tu Bethlehem terra Iuda, ex te exiet dux qui regat populum meum Israel. Cum igitur audiuit, a Nazareth, dubitauit, non inueniens conuenire enunciationem Philippi cū prophetica prædicatione. Nazaræum autē vocant prophetæ ab educatione & conuersatione. considera verò eius inquirendo prudentiam & mansuetudinem; nō enim dixit, Decipis me Philippe, sed interrogat, dicens. A Nazareth potest aliquid boni esse? Valde autem & Philippus prudens erat.

erat. Non.n. interrogatus frãgitur, sed im moratur, uirum uolẽs ducere ad Christũ. vnde sequitur: Dicit ei Philippus, ueni & uide Trahit quidẽ eum ad Christũ, sciens de reliquo eum non contradicturum, si uerba & doctrinam illius gustauerit.

Vidit Iesus Nathanael uenientem ad se, & dicit de eo. Ecce uerè Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Vnde me nosti? Respondit Iesus & dixit ei. Priusquam te Philippus uocaret, cum esses sub ficu, uidi te. Respondit ei Nathanael, & ait. Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis. maius his uidebis. Et dicit ei, Amen amen dico uobis, uidebitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.

Nathanaelis prudentia. Chry. Nathanael non suscipiendo ex Nazareth Christum, eã quæ illi erat circa scripturas diligentiam ostendit. In non respuendo uerò eum qui annunciauerat, multum desiderium quod habebat circa Christi præsentiam monstrauit. Sciebat enim quòd poterat Philippus circa locũ falli. vnde sequit. Vidit Iesus Nathanael uenientem ad se &c. Nequaquam.n. eum accusare oportebat, licet uerba non credentis protulerit, magis inuestigans prophetias, quàm Philippus. dicit autẽ uerè Israelita in quo dolus nõ est, quia nihil ad gratiam uel odium loquebatur. Aug. Vel aliter. Quid est in quo dolus non est? fortè nõ habebat peccatum, fortè illi medicus nõ erat necessarius? absit. Nemo sic natus est, ut medico illo non egeret. Dolus.n. est cum aliud agitur, & aliud fingitur. Quo ergo in illo dolus nõ erat si peccator est? fatetur si peccatorem. Si.n. peccator est, & iustum se dicit, dolus est in ore ipsius. ergo in Nathanaele cõfessionem peccati laudauit, non indicauit non esse peccatorem. The. Sed Nathanael laudat' acquieuit exẽplo, sed expectauit, adhuc uolens aliquid manifestius dicere, & interrogat. Sequitur enim: Dicit ei Natha. vnde me nosti? Chry. Ipse quidem igitur vt homo inuestigat, Iesus autem ut Deus respõdebat. Sequitur enim: Respõdit Iesus, & dixit ei; Priusquam te &c. Non ut homo eũ intuens, sed ut Deus desuper cognoscens. Vidi, inquit, te, id est morum tuorum mansuetudinem. dicit autem, Cum esses sub ficu, quoniam nullus ibi erat, sed solus Philippus & Nathanael singulariter loquebatur, & propter hoc dictum est ꝙ uidens eum à longè dixit: Ecce vere Israelita: ut scires quoniam antequam appropinquaret Philippus, hęc loquebatur Christus, ut insuspicabile fiat Christi testimonium. Noluit autem Christus dicere, Non sum ex Nazaret, ut annunciauit tibi Philippus, sed ex Bethlehem, ut nõn faceret altercabilem sermonem, neque per hoc dedisset argumentum sufficiens ꝙ ipse esset Christus, sed ostẽdit se Christum per hoc ꝙ pręsens erat loquentibus illis. Augus. Quęrendum est.n. an aliquid significet arbor. fici Inuenimus arborem fici maledictam, quia sola folia habuit & fructu caruit. In origene humani generis Adam & Eua cum peccauissent, de folijs ficus succinctoria sibi fecerũt Folia ergo ficulneæ intelliguntur peccata. Erat autem Nathanael sub arbore fici, tanquam sub umbra mortis, ac si dominus ei dicat. O Israel sine dolo quisquis es. O populo Iudæus ex fide, antequam te per Apostolos meos uocarem, & cum esses sub umbra mortis, & me non videres, ego te vidi. Greg. 18. mora. Vel cum esses sub ficu vidi te, id est positum te sub umbra legis elegi. Augus. de ver. domi. Recordatus est autem Nathanael se fuisse sub ficu, vbi non erat pręsentia corporali, sed sciã spiritali: & q̃a sciebat se solũ fuisse sub ficu, agnouit in illo diuinitatẽ. Chry. Sic ergo ab hac prędicatione, & ab eo quo mentẽ scrutatus est eius, & quia cum aduersus eum dicere uideretur nõ culpauit, sed laudauit, cognouit quoniã vere est Christus, vnde sequitur; Respõdit ei Nathanael, & ait Rabbi; Tu es filius Dei, tu es rex &c.q.d. Tu es qui expectabaris; tu es qui quęrebaris; q̃a.n. argumentum inaltercabile suscepit, uenit ad confessionem; & in mora priori diligẽtiam ostendens & in posteriori confessione deuotionem. Multi autem legentium sermonem hunc anxiantur. Petrus enim qui post miracula & doctrinam est confessus, quoniam filius est Dei beatificatur, vt à patre reuelationem iam suscipiens: Nathanael autem ante signa & doctrinã hoc.

Fici significatio.

Nota differẽtia.

hoc dicens. nihil tale audiuit. Est igitur
huius causa, qm̃ verba quidem eadem lo-
cutus est Petrus & Nathanael, non aũt ea
dem mente, sed Petrus quidẽ cõfessus est
filium Dei, vt Deũ uerũ, hic autẽ hoĩem
nudũ, dicens ei: Tu es filius Dei, induxit,
Tu es rex Israel. Dei aũt filius non Israeli
tis est rex solũ, sed & orbis terrarum uni-
uersi. Hoc ẽt manifestum est ex his q̃ cõse
quuntur, nam Petro nihil postea addidit
Christus, sed quasi perfecta eius existente
fide ecclesiam se dixit in confessione il-
lius fabricaturũ esse. Nathanael aũt qua-
si multa parte & maiori confessionis defi
ciẽte ad maiora educitur. nam sequitur,
Et dixit ei, q̃a dixi tibi &c. q.d. Magnum
tibi uisum est hoc esse qđ dixi, & propte-
rea me regem Israelis cõfessus es. quid igi
tur dices cũ maius uidebis? & qđ sit illud
maius ondit subdẽs, & dicit ei. Amen di
co vo. vide cœ. aper. & ange. Dei ascen. &
Mira sapientia ĩ verbis. descen. sup filiũ hoĩs. Vide qualiter pau-
latim eũ a terra abducit, & facit qđ non
ultra ęstimet Xp̃m esse hoĩem solũ: cui. n.
angeli ministrant, qualiter hic hõ purus
esset? per hoc igiť suadet angelorũ se esse
dñatorem. Sicut. n. in propriũ regis filium
descenderunt & ascẽderunt in eũ ministri
regales, hoc quidẽ in tp̃e crucis, hoc uerò
in tp̃e resurrectionis & ascensionis, sed &
ante hoc qñ accesserunt & ministrabant
ei, & qñ euangelizabant eius natiuitatẽ.
Futuro uero a p̃terito probauit: qui. n. in
præteritis uirtutem eius agnouerat, & de
futuris audiens facilius suscepit. Aug. de
uer. do. Recolamus autem ueterem histo
riã qñ Iacob in somnis uidit scalã a terra
pertingentem vsq; in cœlum, & dñs incũ
bebat super eã, & angeli ascendebant &
descendebant per eã. Denique ipse Iacob
quia intellexit quid uiderit, posuit lapidẽ
& fudit oleum. dum vnxit lapidẽ Iacob,
nunquid idolum fecit? significauit, non a-
dorauit: agnoscitis chrisma, agnoscite &
Christum. Ipse est lapis quem reprobaue
runt ædificantes. si ergo Iacob uidit scalã
qui est Israel appellatus, & Nathanael
iste uerè Israelita erat, conuenienter som
niũ Iacob dominus dixit ei. q.d cuius no-
mine te appellaui, ipsius somniũ in te ap-
paruit. Videbis. n. cœlum apertum, & an
gelos Dei ascendentes & descendentes
super filium hominis. Ii aũt ad illum ascẽ-
dũt, & sursum est & hic est, sursum in se,
deorsum in suis. Aug. sup. Io. Sunt ãt ange Angelis cõparantur prędicatores.
li Dei boni prædicatores p̃dicantes Chri
stum hoc est super filium hominis ascen-
dunt, sicut Paulus qui ascenderat vsq; ad
lac potum paruulis dandum. dixit autẽ,
Maius his uidebis, quia plus est q̃ nos do
minus vocatos iustificauit, q̃ q̃ uidit iacẽ
tes sub umbra mortis. Quid n. nobis pro-
derat si ibi mãsisset, vbi nos vidit? Quę
ritur ãt quare Nathanael cui tantũ testi-
moniũ perhibuit filius Dei, inter 12. Apo
stolos nõ inuenit? Intelligere aũt debem°
ipsum eruditũ fuisse & peritum legis, prò
pterea noluit illũ dñs inter discipulos po
nere, q̃a idiotas elegit, vñ cõfunderet mũ
dum. Volens. n. superborum frangere cer-
uices, nõ quæsiuit per oratorẽ piscatorẽ,
sed de piscatore lucratus est imperatorẽ.
Magnus Cyprianus orator, sed prius Pe-
trus piscator, per quẽ postea crederet non
tantùm orator sed etiam imperator.

CAPVT II.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, et erat mater Iesu ibi. Vocatus est ãt & Iesus, et discipuli eius ad nuptias, et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.

Chry. Quoniam in Galilęa notus erat
dominus, uocãt eũ ad nuptias. unde sequi
tur: Et die tertia nuptiæ factæ sunt ĩ Cha.
Gali. Alcui. Galilæa est prouincia in qua
est Chana viculus. Chry. Vocãt aũt ad nu
ptias dominum non tanquã magnificũ ali
quem, sed simpliciter tanquam notum, &
vnum multorum, vnde hoc euãgelista de-
clarans, ait: Et erat mater Iesu ibi. sicut. n.
matrem uocauerant, ita & filium. vnde
sequitur; Vocatus est an. Ies. Et disci. eius
ad nuptias, & accedit. Neq; .n. ad digni-
tatem respiciebat suam, sed ad beneficiũ
nostrum. Qui enim nõ dedignatus est fòr Exẽplũ dignatio.
mam serui accipere, neq; dedignatus est
ad nuptias uenire seruorum. August. de
uer.

.ver.do. Erubescat igitur homo esse superbus, qm factus est humilis Deus. Ecce iter cætera filius uirginis uenit ad nuptias, q cũ apud patrẽ esset instituit nuptias. Bed. Quod ẽt ad nuptias uenire dignatus est, iuxta literam fidem rectè credentiũ confirmat. Porrò Titiani, & Martionis, cæterorumque qui nuptijs detrahunt perfidiam quàm sit dãnabilis insinuat. Si thoro ĩmaculato & nuptijs debita castitate celebratis culpa inesset, nequaquã dñs ad has uenire voluisset. Nunc aũt quia bona est castitas coniugalis, melior cõtinentia uidualis, optima perfectio uirginalis. Ad probãdam oĩum electionẽ graduum, discernendum tñ meritum singulorũ ex intemerato Mariæ virginis vtero nasci dignat᷑ est, à prophetico viduæ Annæ ore, mox nat᷑ benedicitur, a nuptiarũ celebratoribus iã iuuenis inuitatus hos p̃ntia suæ uirtutis honorat. Quid aũt mirum si in illam domum ad nuptias uenit, qui in hunc mundum ad nuptias uenit? Habet.n.hic sponsam quã redemit sanguine suo, & cui pignus dedit Spiritum sctm̃, quã sibi coniunxerat in utero virginis. Verbum enim est sponsa caro humana, & vtrunq; vnus filius Dei, & idem filius hominis. Ille uterus virginis Mariç thalamus eius est, vnde p̃cessit tanquàm spõsus de thalamo suo. Beda. Nec vacat a mysterio q̃ die tertiæ nuptiç factç referunt̃, primum quidẽ seculi tp̃s ante legem patriarcharum exẽplo, scd̃m sub lege prophetarum scriptis, tertium sub gratia præconis euãgelistarum, quasi tertiæ diei luce mundo refulsit, in quo dñs in carne natus apparuit, sed & hoc quòd in Chana Galilææ.i.in cœlo transmigrationis eędẽ nuptiæ factæ phibentur. Typicè denunciat eos maximè gratia Christi dignos existere, q de zelo feruere piæ deuotionis, ac de uitijs ad virtutes, de terrenis ad ęterna norunt transmigrare: discumbẽte aũt ad nuptias dño, uinum defecit, vt vino meliore p ipsum facto manifestaretur gloria latentis in homine Dei. vnde sequitur: Et deficiente vino, dĩ. ma. Iesu ad eum: Vinũ non habẽt. Chry. Dignum autem est quærere, vnde venit in mentem matri magnũ quid imaginari de filio? neq; enim ante miraculũ

Tria tẽpora mysteria.

fecerat. Sequitur.n. Hoc fecit initiũ signorum Iesus: sed reuelari incipiebã & a Ioãne, & ab his quæ ad discipulos dixerat, sed ante hæc oĩa ipsa conceptio, & ea quę post natiuitatem facta sunt, maximam ei de puero imposuerunt æstimationẽ. vnde Lucas dicit: Maria conseruabat oĩa uerba hæc conferens in corde suo. Cuius igitur gratia nõ ante miraculum eum incitauit? nam ante ut unus multorum ita conseruabatur, vñ non p̃sumebat ei matertale q̃d dicere, quia uerò audiuit quòd Ioãnes ei testificatus est, & quòd discipulos iã haberet, de reliquo cõfidenter rogat. Alcui. Significat ẽt in hoc loco synagogã, q Christum prouocat ad faciendum miraculũ; familiare.n.est Iudæis miracula ĩquirere. Sequit; Et dicit Iesus, q̃d mihi & tibi est mulier? Aug. Quidã derogantes euangelio, & dicentes quòd Iesus nõ fuit natus de Maria virgine, hinc argm̃ sumere conãtur erroris sui ut dicant, qũo erat mater eius cui, dixit, Quid mihi & tibi est mulier? Sed quis hoc narrauit, ut credamus quia hoc dñs dixit? Nempe Ioannes euangelista At ipse dixit, Et erat ibi mater Iesus: quare hoc, nisi quia utrunq; uerũ est? Sed nũquid ideo uenit ad nuptias, ut doceret matres contemni? Chry. Sed quòd ualde uenerabatur matrem, audi Lucã enarrantem, qualiter subditus parẽtibus erat. Nã ubi quidem parentes nihil impediunt eorum quę sunt scd̃m Deum, debitum est subijci eis. Qñ autem nõ tempore debito aliquid quærunt, & abscindunt nos à spiritualibus, non ex hoc fallaris. Augu. de symbo. Vt ergo distingueret inter Deum & hominem, quia secundum hominem minor & subditus erat, secundum autem Deum supra omnes erat, dixit: Quid mihi & tibi est mulier? Chry. Sed & propter aliam causam, ut non suspecta essent miracula quæ fiebant, ab his.n.qui indigebant rogari oportuerat non à matre, uoluit ostendere, qm̃ omnia decenti tempore operatur, nõ simul omnia faciens; quia confusio quædam esset, & ideo sequitur: Nondum uenit hora mea.i.nondum cognitus sum his qui assunt, sed neq; sciunt quoniam defecit vinum, sine eos primum hoc sentire. Qui.n.necessitatem nõ præsensit,

Refutatio erroris ex euãgelio

sensit, neq; beneficij grandé suscipiet sensum. Aug. Vel ideo quia dominus noster scd'm quòd Deus erat, matrem non habebat, scd'm quòd homo erat, habebat matrem. Miraculum aût quod facturus erat, secundum diuinitatem facturus, non secũdum infirmitatem humanam. Miraculũ tñ exigebat mater. At ille non tanquam agnoscens uiscera humana, operaturus facta diuina dixit, Quid mihi & tibi est mulier? tanquam dicat, Quod in me facit miraculum, non tu genuisti deitatem meã. Dicitur aût Mulier, secundum fœmineũ sexum, non scd'm corruptionem integritatis, sed quia genuisti infirmitaté meá, tunc te cognoscam cũ ipsa infirmitas pendebit in cruce. vnde subdit: Nondum venit hora mea, quasi diceret, ibi te agnoscam cum pendere in cruce infirmitas cęperit, cuius & mater es. Cõmendauit eñ matrem discipulo, prius matre moriturus, & ante morté matris resurrecturus. Videte autem ne fortè qũo inuenerunt Manichæi occasionem perfidiæ suæ, quia dixit dñs, Quid mihi & tibi est mulier? sic inueniant Mathematici occasioné fallaciæ, quia dixit, Nondũ venit hora mea. Dicunt enim, vides q̃a sub fato erat Christus: quia dixit, Nõdum uenit hora mea. Credant aũt Deo dicenti, Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterũ sumendi eam, & quęrant quare sit dictum, Nondum uenit hora mea: Nec ideo iam sub fato ponant conditoré cœli: quia si esset fatũ de sideribus, non poterat esse sub necessitate siderum conditor siderum, qđ non solum Christus non habuit qđ appellas fatum, sed nec tu; aut ille, aut quisquã hominum: quare ergo dixit, Nondum venit hora mea? quia in potestate habebat q̃ñ moreretur, sed nondum uidebat esse opportunũ, vt illa potestate vteretur, vocandi discipuli. annunciandum erat regnum cœlorum, faciendæ erant uirtutes, commendanda erat humilitas domini ipsa cópassione mortalitatis. At vbi tãtum fecit, quantum sufficere iudicauit, uenit hora, non necessitatis, sed voluntatis: non conditionis, sed potestatis.

Maria quare mulier uocet.

Hora Christi qũo itelligéda.

Dicit mater eiꝰ ministris: Quodcũq; dixerit vobis, facite: erant autẽ ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundum purificationem Iudæorum, capiẽtes singulæ metretas binas, vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas, vsq; ad summum. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc et ferte architriclino, et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquã uinum factã, et non sciebãt vnde esset, ministri aũt sciebant q hauserant aquã, uocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum uinum ponit, et cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu aũt seruasti bonum uinum usq; adhuc. hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.

Chry. Quãuis dixerit, Nondum uenit hora mea, postmodũ fecit quod mater dixerat, ut ẽt ex hoc sufficiens esset demonstratio, ꝙ nõ subiectus est horæ. Si.n. horę subijciebãt, qualiter debita hora nõdum facta hoc fecit? deinde & pp honoré matris, ut non finaliter ei cõtradicere uideretur, neq; eam tot pñtibus erubescere faceret. Adduxerat.n. ad eum ministros, ut a pluribus fieret petitio. vnde sequit̃: Dicit ma. eius ministris, quęcunq; di. uo. facite. Beda. q.d. Licet abnegare uideatur, tñ faciet: nouerat n mater eũ pium & misericordé. Sequitur: Erant aũt ibi lapideę Hydriæ. &c. Hydriæ uocãtur uasa aquarum receptui parata, Gręcè.n. aqua hydor dr̃. Alcuinus. Vasa autem aquarum receptui parata erant scd'm purificationem Iudęorum, quia inter alias pharisæorum traditiones ẽt hoc obseruabant, ut crebro se lauarent. Chry. Quia uerò inaquosa est Palæstina, & non erat multis in locis fontes & puteos inuenire, replebant hydrias aqua, ut non currerent ad flumina; si quando immundi fierent, sed de prope haberent purgationis modum. Ne autem quidam infidelium suspicarentur, qm̃ fece intus remanente, deinde aqua immissa uinum subtilissimum factum esset, propterea ait scd'm purificationem Iudæorum, ostendens quòd illa uasa nunquã uini receptacula facta erant. Augu. Metretas enim dicit mensuras quasdam, tanquam si diceret urnas, amphoras, uel aliud huiusmodi. Metron enim mensuram dicunt Græci, inde appellatæ metretæ. Beda. Quòd autem ait, Binas uel trinas:

Hydriæ notio.

non ita accipiendum est quod aliæ binas, aliæ trinas, sed eędem ipsę caperent binas quę & trinas. Sequit: Dixit eis Iesus, Implete hydrias aqua, & impleuerunt eas vsq; ad summum. Chr. Sed quare antequā impleuissent hydrias aqua, non fecit signū? quod multo mirabilius esset, quia. s. aliud est substantiam in aliam qualitaté transmutare, & ipsam substantiam ex nihilo facere, quod quidem mirabilius est, sed nō ita videtur credibile multis. Propterea. n. multoties à miraculorum magnitudine abstinet, uolens magis credibile esse quod fiebat, cū hoc & peruersa dogmata euertit. quia. n. sunt quidam qui mundi cōditorem alium esse dicunt, plura miraculorū ex subiectis substantijs facit. si. n. cōtrarius ei esset qui cōditor est mundi, nō vtiq; alienis vteretur ad propriæ virtutis demonstrationé. non āt ipse aquam hausit & tunc vinum ostendit, sed hoc iubet ministris, vt eos testes haberet eius quod fiebat. vnde sequitur: Et dixit ei Iesus, Haurite nūc & ferte Architriclinio. Alcui. Triclinium, ordo triū lectorum, clinem lectum significat. Architriclinus princeps triclinij, i. primus inter conuiuas qui more antiquo in lectis discūbebant, vñ quidam Architriclinum intelligunt aliquem ex sacerdotibus Iudęorū, qui nupcijs interesse poterant, vt illos instrueret qualiter nuptijs vti deberét. Chr. Vel aliter; Quia aliqui possent dicere, quod conuiuę ebrij erāt, & sensus iudicantium corruptus, vt nescirent vtrū aqua, vel vinum esset. hi āt quibus ministratio conuiuarum credita est, maximè vigiles sunt, vnum opus habentes, vt ornatè & ordinatè oia disponāt, ideo in testimoniū eorū quæ fiebant, dixit dominus, Ferte Architriclino, pp euigilantem eius sensum, & non dixit, Propinate discumbentibus. Hila. 3. de Trini. Aqua igitur hydrijs infunditur, vinum calicibus hauritur infundentis scientię, sensus non conuenit haurientis. Qui infuderunt, hauriri aquam existimant, qui hauriunt, uinū infusum arbitrabantur. vnde sequitur: Vt āt gustauit Architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vñ esset ministri aūt sciebant qui hauserant aquā, vocat sponsum Architriclinus. Nō āt aquæ simplicitas defecit, & vini sapor natus est: non per transfusioné potioris, obtinet quod infirmius est, sed abo letur quod erat, & quod non erat cœpit. Chry. Paulatim āt dn̄s uolebat cognosci suorū signorum uirtutem, & ideo neque ipse reuelabat quod factum est, neq; ministros Architriclinus uocauit. Nō esset eis credi tū puro homine existimato tale testimonium reddentibus, sed uocat sponsum qui maximè poterat cōspicere quod fiebat. Non simpliciter āt Christus uinū, sed uinū optimū fecit unde sequitur: Et dicit ei, Omnis homo primum bonum uinum ponit &c. Talia. n. sunt Christi miracula; ut multo his quæ per naturam fiūt, speciosiora & utiliora fiāt: igitur aqua uinū facta ministros testes habuit, boni uerò uini facti Architriclinum & spōsum; probabile āt est, & spōsum aliquid respōdisse, sed euangelista hoc prætermittit, tāgés solum, id quod necessarium est scire, scilicet quòd uinū aquā fecit. unde statim subdit: Hoc fecit initium signorū suorū Iesus in Chana Galilææ. Tunc. n. signa maximè necessarium erat facere, qū discipuli iā cōgregati erant & deuoti, & attédétes his quę fiebant manifestè ad erāt. Si uerò dixerit quis non esse argumentū sufficiés, ut hoc sit principium signorum, quia additur, In Chana Galilææ, quasi cōtingat alibi prius esse facta, Dicemus quod & ante diximus; quia Ioānes dicit: Vt manifestetur Israeli propterea ueni baptizans. Si uerò secundum primam ætatem miracula fecit, nequaquā indigebāt Israelitæ alio manifestante eam. Qui. n. breui tempore, ita per miraculorum multitudinem claruit, ut eius nomen manifestū fieret omnib. multo magis si puer existens à prima ætate miracula fecisset. Nā & ea quæ fierent inopinabiliora existimarentur ab infante facta, & tempus amplius esset. Decenter autem non incepit signa facere ex prima ætate existimassent enim phantasiā esse incarnationem, & ante oportunū tempus cruci eum tradidissent liuore liquefacti. August. Hoc autem miraculum domini quòd de aqua uinū fecit, non est mirum eis qui nouerunt, quia Deus fecit. Ipse enim fecit uinum illo die in hydrijs, qui omni anno hoc facit in uitibus, sed

Vis miraculi. (margin, beside "Hila. 3. de Trini.")

Opportunitas signorū. (margin, beside "quia additur, In Chana Galilææ")

hoc assiduitate amisit admirationē. Itaq; seruauit sibi Deus insitata, quędā quę faceret, vt tāquam dormientes homines ad se colēdū mirabiliter excitaret, pp quod sequit. Et manifestauit gloriam suā. Quia ipse est rex gloriæ, qui sicut dñs elementa mutabat. Chry. Et hoc quantum ex parte sua. Si verò & tūc multi nō cognouerūt, sed tñ oēs postea erant miraculum audituri. Sequitur: Et crediderunt in eū discipuli eius. Hi.n. debebāt credere & facilius & cum diligentia attendere his quæ fiebant. Aug. de con. euan. Sed si tunc in eū crediderunt, nondum erant discipuli cū ad nuptias vocati sunt, sed illo more locutionis hoc dictum est quo loquimur, cum dicimus apo. Paulum in Tharso Ciliciæ natum; neq;.n. tūc iam erat apostolus: ita discipulos Christi inuitatos ad nuptias cū audimus: non iā discipulos, sed qui futuri erāt discipuli intelligere debemus. Aug. Illa āt mysteria, quæ in isto miraculo dñi latent, videte, oportebat impleri in Christo q̄ de illo scripta erāt, illa erat aqua: fecit āt de aqua vinū cū aperuit eis sensum, & exposuit scripturas: sic n. sapit qđ nō sapiebat, & inebriat quod non inebriabat. Bed. Apparente.n. domino in carne, vino sa legalis sensus suauitas paulatim cœperat ob carnalem pharisęorum interpretationem à prisca sua virtute deficere. Augu. Si autem iussisset aquam effundi, & ipse mitteret vinum ex occultis creaturæ finibus, videretur scripturas veteres improbasse. Cum āt ipsam aquam conuertit in vinum ostēdit nobis ꝙ & scriptura vetus ab ipso est, nam iussu ipsius impletę sunt hydriæ: sed nihil sapit illa scriptura, si nō ibi Christus intelligatur nouimus āt legē ex quib. temporibus narret, idest ab exordio mundi. Inde vsq; ad hoc tempus qđ nunc agimus sexta ætas est: nam prima ætas cōputabatur ab Adam vsq; ad Noe, secunda à Noe vsq; ad Abrahā, tertia ab Abraham vsq; ad Dauid, quarta a Dauid vsq; ad trāsmigrationē Babylonis, quinta vsq; ad Ioannem Bapt. sexta inde vsq; ad finem seculi. Sex ergo illæ hydriæ, sex ætates significant, quibus non defuit prophetia. Impletæ sunt prophetię, plenæ sunt hydriæ. Quid est āt ꝙ capiebant metretas binas vel trinas? Si trinas tantum diceret, non curreret animus noster nisi ad mysterium trinitatis. Sed fortè nec sic debemus inde sensum auertere, quia dixit, binas vel trinas, quia nominato patre, & filio consequenter & Spiritus sanctus intelligēdus est. Oportet enim intelligi charitatē inuicē patris & filij qđ est Spiritus Sanctus. Sed est & alius intellectus non ꝑtermittendus. binæ.n. metretæ intelligun tur in duobus generibus hominum, i. Iudęis & Gręcis. Tres āt propter Noe tres filios significatos. Alcui. Ministri autē sunt doctores noui testamenti, qui scripturas, alias spiritualiter interpretantur. Archi-triclinus āt est aliquis legisperitus, ut Nicodemus, Gamaliel, Saulus. Dum ergo talibus euangelij verbum committitur, qđ in litera legis occultabatur, quasi vinū de aqua factum Architriclino propinat. Et bene in domo nuptiarum tres ordines discumbentium describuntur quia ecclesia trib. ordinibus fidelium constat coniugatorum, continentium, & doctorum. Optimum. autem vinum Christus vsq; adhuc seruauit idest euangelium vsque ad sextā ętatem distulit.

Allegorica expositio.

Metretarū mystica significatio.

Post hæc descendit Capharnaū ipse et mater eius & fratres eius, & discipuli eius, et ibi mā serunt nō multis dieb. Et prope erat Pascha Iudęorum, & ascendit Iesus Hierosolymam.

Chry. Quoniam autem paulo post dominus Hierosolymam ascēsurus erat, Capharnaū adijt, vt nō vbiq; fratres & matrem secum trahat. vñ dr: Post hæc descēdit Capharnaū ipse & mater eius & fratres illius & discipuli eius, & ibi manserunt non multis dieb. Aug. Hic est autem dñs Deus noster excelsus, ut nos faceret; humilis, vt nos reficeret; ambulans inter hoīes, patiens humana, abscōdēs diuina. Ecce hēt matrē, habet fratres, & discipulos, inde fratres vñ matrē. Fratres.n. scriptura nostra appellare cōsueuit nō eos solos qui nascūtur ex eodē gradu, velut cōpatrueles aut consobrinos. vnde ergo fratres dño? Non.n Maria iterum peperit, absit. Inde cępit dignitas virginum. Abraham patruus erat Loth, & Iacob Laban Syrū habebat auunculū, & vtriq; dicti sunt fratres. Alcui. Fratres ergo dñi dicuntur, cognati

Fratres domini qui dicuntur.

cognati Mariæ uel Ioseph, nō filij Mariæ uel Ioseph, quia nō solū beata virgo, sed & Ioseph testis castitatis ei' ab omni actione coniugali immunis permāsit. Aug. de con. euan. Quòd uero dicit. Et discipuli eius incertum est utrum iā illi adhæserāt & Petrus & Andreas & filij Zebedæi. Mathęus.n. primo narrat q̄ uenerit & habitauerit in Capharnaum, & postea quòd eos de nauibus piscātes uocauerit, an fortè Matthęus qđ ꝑtermiserat recapitulauit, q.a sine ulla consequentis tēporis d̄riæ dixit, Ambulans iuxta mare Galilææ uidit duos fratres, an potius alij discipuli fuerunt. Scriptura.n. euāgelica & apostolica, non solum illos duodenos appellat discipulos eius, sed oēs qui in eū credētes ad regnum cęlorū magisterio eius erudiebantur. Illud ēt requirendum est qūo hic dicit, Anteq̄ Ioānes Baptista missus esset in carcerē Iesum isse in Galilęam? cū Mathęus dicat, Cum aūt audisset quòd Ioānes traditus esset, secessit in Galilææ: similiter ēt & Marcus. Lucas ēt nihil quidē dicit de tradito Ioāne, sed post baptismum & tentationem Christi dicit eum isse in Galilæam, sicut illi duo: vn̄ intelligit̄ tres euangelistas, non Ioāni euangelistæ cōtraria narrasse, sed ꝑtermisisse primum dn̄i aduentum in Galilæam, postea quam baptizatus est, qn̄ illic aquam conuertit in uinū. Euseb. in ecclesiastica hist. Cum.n. trium euangeliorū ad Ioannem euangelistam notitia ꝑuenisset, probasse quidem d̄r fidem & ueritatem dictorum, deesse tamen uidit aliqua, & ea maximè q̄ primo prædicationis suæ tempore dn̄s gesserat. Certum est.n. quòd in superioribus trib' euangelijs hęc vn̄r sola contineri quæ in eo gesta sunt anno quo Ioannes Bapt. uel inclusus est in carcere, uel punitus, & ideo rogatus d̄r Ioannes apostolus, ut ea quæ præterierant priores ante traditionē Ioānis, Saluatoris gesta conscriberet: unde si quis diligenter consideret, inueniet euangelia non dissonare, sed alterius temporis gesta esse quæ scribit Ioannes, alterius uerò quo cæteri. Chry. Neque.n. in Capharnaum miraculū ullum tūc operatus est. qui enim ciuitatem habitabant illam, nō sanè se habebant ad Christum, sed erant

Cōsen. euang.

valde corrupti: ideo tamē accedit & parū ibi trahit tempus, propter eum qui ad matrem honorē. Bed. Ideo etiam non multis diebus ibi manserunt propter festum Paschæ, quod iā appropinquabat. vnde sequitur: Et propè erat Pascha Iudęorum. Orige. Sed qui intendit ibi appositio Iudæorum? non enim alterius paschæ solemnitas fuerat. Forsan vero, quia quoddam est pascha humanum, eorum qui procul à ꝓposito scripturæ celebrant illud: quoddam verò diuinū & verum, quod in spiritu & veritate perficitur. ad distinctionem ergo diuini, dicitur Iudęorū. Sequitur. Et ascēdit Hierosolymam. Alcui. Bis in euangelijs legit̄ Iesum ascēdisse. Hierosolymā: semel in primo anno prędicationis, dum adhuc Ioannes nō erat missus in carcerē, de hoc ascensu nunc agitur; & iterum illo anno quo erat passus. dedit autē nobis exemplū dominus, quāta cura diuinis subdi debeamus imperijs. Si enim ipse Dei filius decreti legis à se data implebat, celebrans solennitates cum cæteris hominibus, quanto studio bonorum operum serui debent solennitates præuenire & celebrare? Ori. Mysticè aūt cum facta est nuptiarū præparatio in Chana Galilææ, descēdit vnà cū matre, fratribus, & discipulis Capharnaū q̄ interpretat̄ ager cōsolationis. Oportebat.n. post vini alacritatē ad agrū consolationis vnà cū matre & discipulis ascēdere Saluatorē, consolaturum in futuris fructibus, in agrorū multitudine suscipiētes disciplinā eius, & animum quę illū Spiritu sancto cōcepit & iuuādos ibi sunt.n. quidam fructificantes, ad quos dn̄s ipse descendit, unà cū verbi ministris atq; discipulis, adiuuās huiusmodi ꝑsente matre sua, uidentur autē qui Capharnaū ducti sunt, nō capere diuturnam, apud se Iesu præsentiam, quoniam illuminationē quæ de pluribus dogmatib' est, interioris consolationis agellus non capit, cum paucorum capax existat. Alcui. Vel Capharnaum uilla pulcherrima est, & significat mundum, in quem verbum patris descendit. Beda. Non multis autem diebus ibi māsit, quia paruo in hoc mundo tempore cum hominibus conuersatus est. Orig. Est autem Hierosolyma ciuitas regis magna

Pascha duplex.

gna

gni, velut ipse saluator ait, ad quam nullus eorum qui manent in terris cōscendit nec ingreditur. Sed quęlibet aīa quę naturalē obtinet celsitudinem & acumē intelligibilium perspicuū eius ciuitatis est incola, ad quā solus Iesus ascēdisse dr. Vidētur tñ post discipuli fore pręsentes dū recolūt, Zelus domus tuæ comedit me, sed quasi i quolibet discipulorū Iesus ascēdit.

Et inuenit in templo vēdentes oues et boues & colūbas, & nummularios sedentes. Et cū fecisset quasi flagellum de funiculis, oēs eiecit de tēplo, oues quoq;, & boues, & nummulariorū effudit æs, & mensas subuertit. Et his qui colūbas vendebant, dixit. Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Recordati sunt vero discipuli eius, quia scriptum est, zelus domus tuæ comedit me.

Bed. Dominus Hierusalem aduenienscontinuo templum oraturus adijt, nobis dans exemplum vt quocunque properamus, domum Dei primo ingrediamur, dominum deprecaturi. vnde dicitur. Et inuenit in templo vend. oues & bo & columbas. Aug. Sacrificia. n. illi populo pro eius carnalitate talia data sunt, quibus teneret ne ad idola deflueret, & immolabant boues & oues & columbas. Bed. Sed quia de longinquo properantes quæ iussa sunt immolari domino, secum ferre non poterāt eorum precia deferebant; vnde nacta occasione hæc animalia in tēplo scribæ, & pharisæi vendi instituerunt, vt venientes emerent & offerrent. Eademq; oblata ipsi alijs venderent: & sic sua lucra accumularēt. vñ & nummularij ad hoc sedebant, ad mensā, vt inter emptores venditoresq; hostiarū prompta esset pecunia. Vnde subditur. Et nummularios sedētes. Dominus autem nolens aliquid in domo sua terrenæ esse negociationis, neque eius quæ honesta putaretur, negociatores omnes expulit foras. Augu. Et qui flagellandus erat ab eis, prior illos flagellauit vnde sequit. Et cū fecisset quasi flagellum de funicu. &c. Theo. Neque solum eos eiecit qui vēdebant & emebant, sed ēt res eorum. vnde subditur Oues quoque & boues & nummu. effudit æs, & euertit, scilicet numularias, quæ erat quasi vasa denariorum. Orige. Cōsideremus autem ne forte enorme

Ratio sacrificiorū legalium.

Ritus prauus Leuitarum.

videatur ꝙ Dei filius capeis funiculis parat sibi flagellum ad eijciendum de templo. Vnum tñ refugium ad horum respōsionem relinquitur diuina potestas Iesu, vt cum uolebat, posset iracundiam hostiū suffocare, quanuis essent innumeri, & sedare mentium turbines. Dominus. n. dissipat cogitationes gentium. Præsens āt historia in nullo minorem potestatem prætendit his quę ab eo miraculosius ædita sunt, quinimmò constat hanc maiorē demonstrare potētiam miraculo, quo aqua conuersa est in uinum: eo ꝙ illic inanima ta subsistit materia, hic uerò tot milium hominū domantur ingenia. Aug de con. euan. Manifestum est āt non semel, sed iterato hoc factum esse a dño. Sed illud primum commemoratur hic a Ioanne, illud ultimum a cæteris trib. Orig. Et Ioannes quidem hic dicit ꝙ expulit uendentes de templo. Matthæus āt ait quoniam expulit uendentes, & ementes. Multo autē maior numerus ementium quàm uendentium, quorum expulsio transcendebat dignitatem eius qui reputabatur filius carpentarij, nisi quòd diuina potestate omnes subiecit ut dictum est. Bed. Cōmendatur autem in hac lectione utraque Christi natura, humana quidem in hoc ꝙ matrem comitē habuisse perhibetur, diuina uerò in hoc quòd uerus Dei filius demonstratur. Sequit enim. Et his qui uēdebant columbas dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negociationis. Chry. Ecce patrem uocat, & non irascuntur, æstimant enim simpliciter eū dicere; sed quia postea apertius loqnebatur, ut solam representaret patilitatis intelligentiam, propterea sæuiebant. Et Matthæus quidem dicit quòd eijciens eos dicebat. Nolite facere domum meam spelūcam latronum. Illud enim fecit ad passionem ueniens, ideo durioribus sermonibus utebatur. Hoc autem in principio signorum fecit. unde non ita aspera, sed remissa quodammodo increpatione utitur. Augu. Ecce templum illud figura adhuc erat, & eiecit inde dominus omnes qui ad nundinas uenerant. & quę ibi uendebāt? quæ opus habebant homines in sacrificio illius temporis. Quid si ibi ebriosos inueniret?

Consensus euāge.

uient. si negociationis non debet fieri domus Dei, potationis fieri debet? Chr. Sed cuius gratia tali uehementia Christus vsus est? quia enim in sabbato curaturus erat, & multa facturus quæ videbantur ab eis esse legis transgressio, vt non uideatur Deo contrarius hoc cum periculo fecit, dans intelligere qp qui periculis se exponit pro bono ornatu domus, dominũ domus non contemnit; & ideo ut ostenderet sui consonantiam ad Deum, nõ dixit. Domum sanctam, sed domum patris mei. Et propter hoc etiam subditur, Recordati vero sunt discipuli eius, quia scriptum est Zelus domus tuæ comedit me. Bed. Discipuli.n. uidentes in eo hunc feruentissimũ zelum, recordati sunt, qa zelo domus patris saluator eiecit impros de templo. Alcu. Zelus, cũ in bono accipitur, est quidã feruor animi, quo mẽs relicto humano timore pro defensione ueritatis accẽditur. Augu. Comeditur ergo zelo domus Dei, quia omnia quæ videt ibi peruersa, cupit emendare: & si emendare non potest, tolerat & gemit. Si ergo in domo tua, nec qd peruersum fiat satagis, in domo Dei ubi salus ppõsita est, debes pati quãtum in te est si quid pũersi videris? Amicus est, admoneat leniter, uxor est, seuerissimè frenet, ancilla est, ẽt verberibus cõpescatur. fac. quicquid potes p psona quã portas. Alcui. Mysticè ãt quotidie Deus spiritualiter suã ecclesiam intrat, & qualiter ibi vnusquisq; cõuersetur attẽdit. Caueam° ergo ne in ecclesia Dei fabulis, uel risib°, vel odijs, vel cupiditatibus uacemus, ne improuisus veniẽs nos flagellet, & de ecclesia tua eijciat. Ori Possibile est.n. Hierosolymitanũ quoq; delicto subiacere, et capacissimos deuiare, q nisi post delictũ citissimè conuertant, capacitatẽ amittũt. Inuenitur igitur in tẽplo, id est in sacris uel enũciatione ecclesiastici sermonis quosdã qui patris domũ negociationis constituebãt, q.s. uenales exponũt boues, quos oportet obseruare ad aratrũ, ne retrocedẽtes nõ disponantur ad regnũ Dei. Qui etiam præferunt mammonam iniquitatis ouibus, ex quibus habent ornatus materiam; qui etiam solertiam columbarũ priuata qualibet amaritudine uilipendunt.

Zeli acceptio.

Tropologica expositio.

Cũ ergo hos inueniet Saluator in domo sacrata, facto de funiculis flagello fugat illos, vnà cum uenalibus ouibus & bobus suis. Et spargit æris pondera, velut indigna in domo Dei retineri; subuertitq; cõstitutas tabulas in animabus auarorũ, & mandat ne vlterius in domo Dei colũbæ uendantur. Arbitror aũt & exẽplũ ipsum statuisse p pdicta secretius, ut intelligam° p hoc si quid agi dẽt erga sacrã illã oblationẽ à sacerdotibus nõ deberet ritu sensibiliũ oblationum agi, nec legẽ obseruari debere vt carnales Iudæi uolebant. Nam Iesu propellente boues & oues, iubente auferri colũbas, q̃ plurimũ offerebantur iuxta cõsuetudinẽ Iudæorum; & subuertẽte mensas materialem nummorũ, non expresse, sed figuraliter continentium diuinas impressiones, ea scilicet quæ secundum legis scripturam uidebãtur honesta, & utente eo in plebem flagellis, dissoluenda, & dispergenda hæc erant, translato regno ad eos qui ex gentibus crediderunt. Augustin. Vel uendentes in ecclesia sunt, qui quę sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Venale habent totum: quia uolũt redimi. Simon ideo uolebat emere Spiritum sanctum, quia uendere uolebat. Erat .n. de illis qui columbas uendunt, etenim in colũba apparuit Spiritus sanctus. colũba autem non est venalis, gratis datur, qa gratia uocatur. Beda. Vendunt igitur columbas qui acceptam Spiritu sancti gratiam non gratis ut præceptũ est, sed ad præmium dant. Qui manum impositionẽ qua Spiritus sanctus accipitur, & si non in quæstum pecuniæ, ad vulgi tamen fauorẽ tribuunt; qui sacros ordines non ad vitæ meritum, sed ad gratiam largiuntur. Augustinus. Boues autem intelliguntur apostoli & prophetæ, qui nobis scripturas sacras dispensauerunt. Qui ergo ipsis scripturis fallunt populos, à quibus quærunt honores, uendunt boues, uẽdunt & oues, id est ipsas plebes; & cui uendunt nisi diabolo? Quicquid enim de unica ecclesiã percipitur: quis tollit nisi leo rugiens? Beda. Vel oues sunt opera mũditiæ & pietatis. Vendũt ergo oues qui humanæ gratiã laudis opera pietatis exercent. Nummos mutuo dant in tẽplo, qui apertè terrenis

Simon Magus notatur cũsequacibus.

rebus in ecclesia deseruiunt domum etiã domini faciunt domũ negociationis, non solum hi qui propter sacros ordines prætium pecuniæ, vel laudis, vel honores quærunt verumetiam hi qui gradum vel gratiam spiritualem quam in ecclesia domino largiente perceperunt, non simplici intentione, sed cura humanæ retributionis exercent. Aug. Signum autem quoddam nobis ostendit dominus ꝙ fecit flagellum de resticulis, & inde negociationem in tẽplo faciẽtes flagellauit. Etenim vnusquisque in peccatis suis restem sibi texit, dum peccata addit peccatis. Quando ergo aliquid patiuntur homines propter iniquitates suas, agnoscant quia dominus facit flagellum de resticulis; & adhuc admonet eos, vt mutent se. Nã si se nõ mutauerint, audiẽt in fine. Ligate illi manus & pedes. Bed. Facto igitur de funiculis flagello illos eiecit de templo, quod de parte sortis sanctorum eijciuntur, qui inter sanctos positi vel fictè vel apertè faciũt opera mala. Oues quoque & boues eiecit, quia taliũ vitam pariter & doctrinam ostendit esse reprobam. Nummulariorũ, quoque effudit æs, & mensas subuertit, quia damnatis in fine reprobis, etiam ipsarum quas dilexerunt rerum tollet figuram, venditionẽ columbarum de templo auferri præcepit, quia gratia spiritus quæ gratis accipitur, gratis dari debet. Orige. Potest etiam per tẽplum intelligi anima studiosi, propter inhabitans verbũ Dei, in qua ante doctrinam Iesu constiterant terrestre & bestiales motus. Signum autem terrestrium motuũ bos est, quoniã est agri cultor. Insensatorũ aũt motuum ouis, quod est pluribus aialibus irrationalius. Leuiũ verò atque inconstantiã mentiũ signũ est colũba. Eorũ verò quæ bona uidẽtur signa sunt æra, quæ Christus verbo doctrinæ expellit, ut non vltra domus patris eius sit forum.

Doctrina pulcherrima.

Tropologica expositio.

*Responderunt ergo Iudæi, et dixerũt ei; Qđ signũ ostendis nobis, quia hęc facis? Respondit Iesus, & dixit eis. Soluite tẽplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerũt ergo Iudęi: Quadraginta & sex annis ędificatũ est templũ hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, * & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus.*

*de corpore.

Theo. Quia Iudæi videbant Iesum talia facere cũ potestate multa, & dicentẽ: Nolite facere domum patris mei domum negociationis, signum ab eo petunt. vnde dr̃: Responderunt ergo Iudæi & dixerũt ei; Quod signũ ostendis nobis, quia hæc facis? Chry. Sed nunquid signa opus erant, vt ea q̃ male fiebãt, cessare faceret? Nõne zelũ talem accipere pro domo Dei maximũ signum uirtutis erat? Nõ aũt illius ꝓphetiæ meminerant, sed signũ petebãt: simul quidẽ de suo turpi lucro impedito dolentes, simul aũt & ꝑ hoc prohibere eum volentes: opinãtur. n. eum, aut prouocare ad miracula, aut cessare ab his quæ fiebãt, propterea nõ dat eis signũ, sicut & post petentibus signũ respõdit dicens: Generatio mala & adultera signũ q̃rit, & signum nõ dabitur ei, nisi signũ Ionæ prophetæ. Sed tunc quidem manifestius, nunc autem obscurius respondet idem. Non autem utiq; qui non petentes præoccupat & signa dat, hic petentes auertisset nisi mentem eorũ cognouisset dolosam. Sequitur enim; Et dixit eis, Soluite tẽplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Beda. Quia enim signum quærebãt à domino, quare solita cõmercia proiicere debuerit ex templo. Respondit. Quia ipsum templum significabat templum corporis sui, in quo nulla prorsus esset alicuius macula peccati, qua si dicat. Sicut inanimatum templum à uestris commercijs, sceleribusque mea expio potestate, ita & hoc corporis mei templum cuius illud gestat figurã, vestris manibus dissolutum tertia die resuscitabo. Theo. Nequaquam tamẽ illos ad homicidium prouocat, dicẽs soluite, sed hoc eis affectantibus, non sibi esse absconditum demõstrat. Audiant autẽ Arriani quomodo dominus mortis destructor dixit; Excitabo, virtute uidelicet propria. Augusti. Resuscitauit eum quidem & pater cui dicit in psalmis; Excita me, & reddam illis. Sed quid fecit pater sine uerbo? Quomodo ergo eum pater resuscitat, sic & filius resuscitauit; quia filius dixit, Ego & pater vnum sumus. Chry. Propter quid autẽ signum resurrectionis dat eis? quoniam, scilicet

Analogica expositio

licet hoc maximè erat quod ostēdebat eū nō esse hominem paruum, posse aduersus mortem statuere triumphum, & tyrannidem eius longā velociter dissoluere. Ori. Vtraq; āt, s. & corpus Iesu & templū exēplar mihi fore videntur ecclesiæ, eo ꝙ ex viuis lapidib. construitur in domum spiritualem, in sacerdotiū sanctum & ꝑ illud, Vos estis corpus Christi, & mēbra de membro. Quamuis āt dissolui lapidum videatur structura, ac dissipari oia ossa Christi aduersitatib. tribulationum instaurabitur tū ac resuscitabitur die tertia, qui in nouo cęlo & noua terra prę sens erit. Sicut. n. illud Christi corpus sensibile crucifixum est ac sepultum, & postea resurrexit, sic & totale sanctorū Christi corpus, crucifixum est Christo. Quilibet. n. eorū in nullo alio gloriatur in cruce Christi, ꝑ quam ipse crucifixus ex mundo, sed & cō sepultus est Christo, & resurrexit cum eo quia in quadam nouitate uitæ ambulat, sed secundum beatam resurrectionē non dum surrexit. uñ nō scriptum est, Tertia die restaurabo illud, sed in tribus diebus: perficitur. n. eius erectio in oībus trib. diebus. Theoph. Iudæi enim de inanimato templo putantes eum hoc dicere, deridebant eum. unde sequitur: Dixerunt ergo Iudæi. Quadraginta & sex annis ędificatū est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Alcui. Et notādum quòd non de prima ędificatione, quę a Salomone septem annis perfecta est, sed de reædificatione quæ facta est sub Zorobabel ꝑ quadraginta & sex annos impedientibus inimicis, respondebant. Origen. Vel dicit aliquis quadraginta & sex annorū exurgere compositum ex quo Dauid allocutus est Nathan prophetā consulens de constructione templi, ex tunc satagens ad cōgregādam materiam templi. Animaduerte uerò si possibile est quadragenariū numerum statui erga templum propter quatuor elemēta mūdi, ac senarium propter hoc ꝙ homo sexto die creatus est. Aug. 4 de Trin. Vel hic numerus perfectioni dominici corporis aptè congruit. Quadragesies enim sexies seni fiunt ducenta septuaginta sex qui numerus dierum cōplet nouem menses & sex dies. Ipsa autem perfectio corporis domini tot diebus ad partū producta cōperitur, sicut a maioribus traditum suscipiens ecclesię custodit auctoritas. Octauo. n. calendas Aprilis conceptus creditur, quo & passus. Natus āt traditur octauo calendas Ianuarij. Ab illo ergo die vsq; ad illum computati ducēti septuaginta sex reperiuntur dies, qui senarium numerum quadragesies sexies habent. Aug. Octuaginta trium quæstio. Dr̄ ēt cōceptio humana sic procedere & perfici primi sex dieb. quasi lactis habeat similitudinem, sequentibus nomen diebus conuertatur in sanguinem, deinde 12. diebus solidetur, reliquis decem & octo diebus formetur, usq; ad perfecta lineamenta oium membrorum, & in reliquo tp̄e, vsq; ad tempus partus magnitudine augetur. Sex āt & nouem & 12 & 18. in unū coacti, fiūt 45. addito ergo uno fiunt 46. qui si fuerint multiplicati per ipsum senarium numerū, qui huius ordinationis caput tenet, fiunt ducēti & septuaginta sex, idest nouem menses & sex dies. Nō ergo ab urdè 46 annis dr̄ fabricatum esse templum, qđ corpus eius significabat, ut quot anni fuerint in fabricatione templi, tot dies fuerūt in corporis dominici perfectione. Aug. sup Ioan. Vel aliter: Quia dominus noster de Adā corpus accepit, non de Adam peccatum traxit: templum corporeum inde sumpsit, non iniquitatem quę de templo pellēda est. Si āt facias quatuor nomina græca. Anatole quod est oriens, Dysis quod est occidens, Arctos quod est septenario, Mesembria qđ est meridies, capita uerborum Adam habent. A quatuor enim uentis dominus collecturū se dicit electos suos cum uenerit ad iudiciū. Habent autem literæ nominis Adam numerum secundum Græcos, & ibi inuenitur quadraginta sex annis ędificatum tēplum. Habēt enim Adam alpha, quod est unum: & delta, quod quatuor, & alpha, quod est vnum: & mi, quod est quadraginta, & sic habes quadraginta sex. Sed Iudęi quia caro erant, carnalia sapiebant, ille spiritualiter loquebatur: & de quo tēplo diceret per euangelistam nobis aperuit. Sequitur enim. Ille au. dice. de templo corporis sui. Theophylus. Ex hoc autem

Analogica expositio.

Mysterium nominis Adam.

Appollinaris contradictionem sumit, volens ostendere, quod caro Christi esset inanimata, eo quod templum sit inanimatum. ergo carnem Christi & lapidem & lignũ facies, quia ex his templum cõstitit. Si autẽ quod dr, Anima mea turbata est: & potestatem habeo ponendi aiam meã, nequaquam dici dixeris, vbi pones illud, In manus tua domine cõmendo spiritum meũ? non enim hoc de anima irrationali intelligere poteris. Neq; quod dr, Non derelinques animam meam in inferno. Orig. Ideo autem corpus domini templum intelligitur, quia sicut templum gloriã Dei continebat habitantem in ipso, sic corpus Christi representans ecclesiam vnigenitũ cõtinet, qui est imago Dei & gloria. Chr. Duo autem erant quę obstabant discipulis ne interim intelligerent: vnum, ipsa resurrectio; alterum verò quod maius erat scilicet quod Deus erat, qui in illo corpore, habitabat, quod dominus occultè ostenderat di. Soluite temp'ũ hoc & in trib. &c. Et ideo subditur; Cũ ergo resurre. à mortuis &c. Alcui. Ante resurrectionem non intelligebant scripturas, quia nondum acceperant Spiritum sanctum. Sed in die resurrectionis apparens dñs aperuit discipulis sensum, vt intelligerẽt quæ de ipso scripta erant in lege prophetis, & tunc crediderunt scripturæ prophetarum qui prædixerunt Christum tertia die resurrecturũ, & sermoni quem dixit Iesus, Soluite templum hoc Orig. Secundum anagogem verò cõplementum fidei attingemus in magna corporum resurrectione totius corporis Iesu, id est ecclesię eius, cum fides quæ est ex specie multum differat ab ea, quæ est per speculum in ænigmate.

Anagogica expositio.

Cum aũt esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderũt in nomine eius, videntes signa, quæ faciebat. Ipse aũt Iesus nõ credebat semetipsum eis; eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse.n. sciebat quid esset in hoĩe.

Bed. Superius euãgelista narrauit quid dominus Hierusalem aduenions gesserit, nunc verò eodem Hierosolymis cõmorante quid ab alijs erga eum actum fuerit refert, vnde dicitur: Cum autem esset Hierosolymis &c. Orige. Respiciendum autem quõ ex signis eius plerìq; videntes, credebant in eum. Non.n. dr prodigia fecisse Hierosolymis, nisi fortè cum facta sint in scripturis non habent. Animaduerto verò si possibile est in miraculis deputari quod fecerit flagellum ex funiculis, & cunctos ex templo protulerit. Chry. Prudentiores aũt fuerant discipuli qui ad Christum accesserant, nõ pp signa, sed pp doctrinam. Nam grossiores quidẽ per signa trahuntur, rationabiliores verò per prophetias, seu doctrinã. vñ subditur: Ipse aũt Iesus non credebat semetipsum eis. Aug. Quid sibi vult hoc? Illi credebant in noie ei9 & ipse Iesus nõ credebat semetipsum eis? An fortè nõ credebant ei & fingebãt se credidisse? Sed nõ diceret euangelista: Multi crediderunt in nomine eius. Magna ergo res & mira. Credunt homines in Christum, & Christus non se credit hominibus: presertim quia filius Dei est, & vt quę volens passus est, & si nollet nũquam pateretur, sed tales sunt omnes cathecumeni. Si dixerimus cathecumeno, credis Christo? respondet, credo & signat se. Si interrogemus eum: Manducas carnem filij hominis? nescit quid dicimus, quia Iesus non se credidit ei. Ori. Vel dicendum quod Iesus non se credidit credentibus in nomine eius: & non in illum. In illum n. credunt qui angustam viã vadunt ducentem ad vitam, qui autem credunt signis, nõ in eum sed in nomine eius credunt. Chrys. Vel hoc dicit, quia non confidebat in eis, vt in discipulis perfectis: neque committebat eis omnia dogmata, vt iam firmiter fidelibus fratribus. Non.n. intendebat exterioribus verbis, ad mentem eorum intrãs & tempus opportunum manifestè sciens. vnde sequitur: Eo quod ipse nosset omnes & quia opus non erat, vt quis testimonium perhi. de ho. ipse enim sciebat quid esset in homine Scire enim ea quę sunt in corde hominum est Dei, qui solus corda plasmauit, nõ indigebat ergo testibus, vt pro priorum plasmatum mẽtem addisceat. Augustinus. Plus etiam nouerat artifex qd esset in opere suo, quã ipsum opus quid esset in semetipso. Nam & Petrus nouerat quid in ipso esset, quando dixit, Tecum ero vsq; ad mortẽ, sed dominus nouerat,

Intellectus subtilis verborum.

quid

quid esset in hoīe dicens, priusquā gallus cantet ter me negabis. Beda. Quapropter monemur vt nunquam de conscientia nostra securi simus, sed semper soliciti formidemus: quia quod nos latet, ęternum arbitrium latere non valet.

CAPVT III.

ERAT autem homo ex pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorū. Hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei. Rabbi, scimus quia à Deo uenisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quę tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Iesus & dixit ei. Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.

Nicodemus fidelis effectus.

Aug. Superius dixerat quod cum esset Hierosolymis multi crediderunt in noīe eius, videntes signa & prodigia quę faciebat. Ex his āt erat Nicodemus, de quo dicitur: Erat autem homo ex pharisęis &c. Bed. Cuius ēt dignitatis officium ostēdit, cum subditur. Princ. Iu. Deinde qui egerit, cùm subiecit. Hic ve ad Ie. no. Cupiēs scilicet secreta eius allocutione plenius discere misteria fidei, cuius aperta ostēsione signorum iam rudimenta perceperat. Chr. Adhuc tamē à Iudaica detinebatur infirmitate, propterea & nocte venit trepidans in die hoc facere. vnde & euangelista alibi dicit. Quoniam ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Iudęos non confitebantur, vt nō extra synagogam fierent expulsi. Augusti. Nicodemus etiam ex illo numero erat qui crediderunt, sed nōdū renati sunt. vnde hoc ad rem pertinet, ꝙ in nocte venit. Renati autem ex aqua & spiritu sancto audiunt ab apostolo. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autē lux in domino. Haimo. Vel pulchrè in nocte venisse dicitur, q. a tenebris ignorantiæ obnubilatus ad tantam lucem nōdum peruenerat, ut perfecte Deum verū crederet, Nox enim in sacro eloquio pro ignorantia ponitur. vnde subditur. Et dixit ei, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Quòd aut Hebraicè rabbi, Latinè dicitur magister. Magistrū ergo appellat & Deum tacet, quia credebat eum à Deo missum, sed tamen ut dictū est, Deū non agnoscebat. Augu. Vnde autem iste crediderat, patet per id quod subdit. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cū eo. Sic ergo Nicodemus de illis multis erat, qui crediderāt in nomine eius, videntes signa quæ faciebat. Chry. Sed tamen neq; à signis aliquid magnum existimabat ab eo, sed adhuc humanam habens de eo mentem, vt de propheta loquitur, ad operationē eū missum dicens, & alieno auxilio indigentem hæc agere quæ agebat, cum tamē pater perfectum eum genuerit, & sufficiētē sibi ipsi, & nihil habentem imperfectū. quia verò Christi studium erat interim, nō ita dignitatē suam reuelare, sicut persuadere ꝙ nihil ex aduerso agebat patri, propterea in verbis multoties humiliter loquens videtur, in rebus aūt cū potestate omnia operatur. Ideoq; & Nicodemus nunc manifestè quidem nihil excelsum loquitur de ipso, occultè autem ab humili eum opinione reducit, docens ꝙ sufficiēs sibi ipse est in miraculorū operatione. vnde subditur. Respōdit Iesus, & dixit ei. Amē amen dico tibi, nisi q̄s renatus fuerit denuò &c. Aug. Isti sunt ergo quibus se credit Iesus, qui nati fuerint denuò, qui nō in nocte ueniūt ad Iesum, sicut Nicodemus: tales. n. iā ēt profitentur. Dicit ergo. Nisi quis renat. fuerit &c. q. d. Quia nōdū es natus denuo, idest ex Deo, spirituali generatione, notitia quā habes de me spiritualis nō est, sed aīalis & humana. Ego āt dico tibi, ꝙ siue tu, siue alius quicūq; nisi ex Deo denuò natus fuerit, nō poterit apprehēdere gloriā q̄ circa me est, sed extra regnū erit, nam generatio quę per baptismum fit, illuminationem animæ tribuit. Chry. Vel litera talis est. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit &c. Hoc est, si tu non natus fueris de super, & dogmatum susceperis certitudinem alicubi, extra erras & longè es à regno cœlorū. seipsum hic ostēdens & indicans, quoniam non est hoc tātum quod uidetur, sed alijs oculis opus est ad uidendum eum. Hoc autem quod dicit, Desuper, hi quidem, idest de cœlo exponunt, alij verò à principio, Igitur

Iesu perfectio.

Generatio duplex

tur Iudæi quidē si hoc audissent, deridētes vtiq; discessissent. hic verò & in hoc amorem discipuli ostendit, ꝙ à Christo vlterius interrogat.

Dixit ad eū Nicodemus; Quomodo potest homo nasci cū sit senex? nūquid pōt in uētrē matris suę iterato introire, et renasci? Respōdit Iesus. Amē amen dico tibi, nisi qs renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, nō potest intr॰ire in regnū Dei. Quod natū ex est carne, caro est. Et qđ natū est ex spiritu, spiritus est. Nō mireris qa dixi tibi, oportet uos nasci denuò. Spiritus ubi uult spirata, et uocē eius audis, sed nescis vñ ueniat, aut quo uadat: et omnis qui natus est ex spiritu.

Chry. Veniens Nicodemus ad Iesum vt ad hominem, audiés maiora quàm ab homine, erigitur ad altitudinem eorum quę dicuntur; non quidem excidens à fide, sed infert hanc impossibilitatem, ut in apertiorem prouocet doctrinam. Duo autem erant quæ admirabatur, scilicet natiuitas talis & regnū, neq; enim audita erāt apud Iudęos. Sed interim circa prius instat, & quod maximè eius mentem concutiebat vnde dicitur. Dicit ad eum Nicode. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nūquid pōt &c. Bed. Sic verba ista sonare uidētur, quasi puer queat iterato in ventrem matris introire & renasci. Sed sciendū ꝙ ipse senex erat, ideoq; de se ꝑtulit exēplū, ac si diceret; Ego sum se ex, & meā quæro salutē, quomodo possum in uentrē matris introire & renasci? Chr. Rabbi eū uocas, & à Deo uenisse dicis: & nō suscipis q̄ dicuntur, sed loqueris ad magistrū dictione quæ multā perturbationem inducit. hoc enim scilicet quomodo quęrere: eorū est qui non ualidè credunt: & multi sic quærentes à fide deciderunt, hi quidem dicentes. Quomodo Deus est incarnatus? alij, quomodo mansit impassibilis? propterea & hic propter anxietatem modum exquirit, sed aliquis cogitationibus proprijs spiritualia euertit: derisibilia loquitur. Augu. Spiritus enim loquitur, & ille carnem sapit non nouerat iste nisi unam natiuitatem, scilicet ex Adam & Eua: & ex Deo & ecclesia nōdum nouerat. sic tamen tu intellige natiuitatē spiritus, quomodo intellexit Nicodemus natiuitatem carnis, quomodo.n. uterus

Duo mirabilia Nicodemi.

nō potest repeti, sic nec baptismus. Chry. Nicodemo autem decidenti ad eam quę hic est natiuitatem, Christus manifestius reuelat spiritualis natiuitatis modū. vnde sequitur; Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Aug. Ac si dicat; Tu carnalē generationē intelligis, sed ex aqua & spiritu oportet, ꝙ nascatur homo propter regnum Dei. Si propter hæreditatem patris hominis temporalis, nascitur aliquis ex visceribus matris carnalis; & propter hæreditatem patris Dei sempiternam, nascatur ex uisceribus ecclesię. Cum autem ex duobus homo consistat, ex corpore uidelicet & anima, duplicē habet & huiusmodi modum generationis. Aqua enim quæ visibilis est, ad emundationem corporis intelligitur Spiritus verò inuisibiliter cōcurrens ad emundationem inuisibilis animæ innuitur. Chry. Si verò quis interrogat, qualiter ab aqua homo nascitur, interrogo, & ego, qualiter natus est Adā à terra? Sicut enim in principio subijciebatur elementū terra totū ueram opus plasmātis erat; ita & nūc subijcitur elementū aqua, totū verò est Spiritus gratiæ. Tunc paradisum dedit in cōuersationē, nūc aūt cęlū nobis aperit. Sed q̄ necessitas aquę his q Spiritū sanctū suscipiūt? diuina.n. in ea perficiūtur symbola, sepultura & mortificatio, & resurrectio & uita. Sicut.n. in quodā sepulchro in aqua nobis submergētibus capita, vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur; deinde nouus rursus ascēdit, hoc ēt fit ut discas qm̄ uirtus patris & filij & spiritus sancti oia cōplet, & ꝙ Xps tres dies ad resurgendū expectauit. Quod igitur est matrix fętui, hoc est fidei aqua, in aqua.n plasmatur & figuratur, sed quod in matrice plasmatur, tempore indiget. quod verò in aqua, non ita, sed in vno mométo oia fiunt. Talis.n. est natura corporum ut tēpore assumant perfectionem, in spiritualibus verò nō est ita, quoniam perfecta à principio constituuntur quæ fiunt, ex quo igitur ascendit à Iordane dominus nō adhuc reptilia animarum uiuētium, sed animas spirituales & rōnabiles aqua reddit. Aug. de baptis.

Comparatio duplicis natiuitatis.

parauli

paruuli, sed quia nõ ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nõ habebit salutẽ; vel vitam ęternam; sed, nõ intrabit in regnum Dei. ad hoc inquiunt quidã; Paruuli baptizandi sunt vt sint cum Christo in regno Dei, vbi nõ erunt si baptizati nõ fuerint: quanuis & sine baptismo si paruuli moriantur salutem vitam æternam habituri sint, qñ nullo peccati vinculo astricti sunt. Sed cur nascatur denuò, nisi renouãdus à vetustate? aut vñ imago Dei non intrat in regnum Dei, nisi impedimento prohibente peccati? Haimo. Talia ãt ac tanta secreta mysteria Nicodemo capere non valenti dñs ex carnali natiuitate similitudinem dedit, dicẽs: Quod natũ est ex carne, caro est &c. Sicut n. caro carnẽ procreat; ita quoq; spiritus spiritum parit. Chr. Nihil igitur sensibilium iniquitas, neq; æstimes ꝙ carnem generet spiritus: dñi. n. caro genita est nõ quidem a spiritu solum, sed etiam a carne. Quod autẽ natum est ex spiritu, spirituale est. Natiuitatẽ. n. hic non eam quæ secundum substantiã dicit, sed eam quę secundum honorem & gratiam. Si igitur & filius Dei ita natus est, quid plus habebit oĩbus qui ita nati sunt? Inuenietur ãt & spiritu minor, cum eius natiuitas gratia spiritus fit: & quid hęc à Iudaicis distant dogmatibus? Vide aũt & spiritus sancti dignitatem, Dei. n. opus vt facere; supra. n. dixit. Quoniã ex Deo nati sunt: hic autem, quoniã spiritus eos generat. Dicens aũt Christus quoniam qui natus est ex spiritu, spiritus est, q a turbatum rursus vidit, ad sensibile exemplum ducit sermonem, dicẽs. Non mire. quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Dicendo enim ne mireris, ostendit animi eius turbationem. Ponit ãt exemplum quod neq; cõmunionem aliquam ad corporũ grossitiem habet, neque ad incorporeorum, ꝑueniens naturam, quod est venti delatio, dicens. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vñ veniat, aut quo vadat Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Quod dicit tale est. Si ventum nullus detinet, sed quo vult fertur, multo magis spiritus actionem naturę leges detinere, non poterunt, & terminum corporalis natiuitatis, neque aliud quid taliũ. Quoniam autem de vẽto hic dictum est, manifestat illud quod dicit. Vocem eius audit, id est sonitum percussionis non enim loquens infideli & nescienti spiritus actionem hoc diceret. Dicit autem, Vbi vult spirat, non quasi electionem quandã uento habente, sed eam quæ natura est mutationem quæ non prohibetur, & cum potestate fit. Et nescis unde veniat, aut quo vadat. Id est si huius spiritus cuius sensũ sub scipis auditu & tactu interpretari nescis, vitam, qualiter di ini spiritus operationẽ scrutaris? vñ subdit. Sic est omnis qui &c. Aug. Sed quis nostrum nõ uideat, uerbi gratia, austrum euntem a meridie ad aquilonem, aut alium ventum uenientẽ ab oriẽte & occidẽte, qũo ergo n. scimus vnde veniat, aut quo eat? Bed. Spiritus igitur sanctus est, qui ubi uult spirat, quia ipse in potestate hẽt cuius cor gratię suæ uisitationis illustret, & uocem eius audis cũ te pręsente loquitur is qui spiritu sancto, repletus est. August. Sonat psalmus, sonat euangelium, sonat sermo diuinus, vox spiritus est, hoc igitur dicit, quia uerbo & sacramẽto inuisibiliter adest Spiritus ut nascamur. Alcui. Ergo nescis unde ueniat, aut que vadat, quia & si te præsente spiritus ad horam quampiam repleuerit, non potest uideri qũo in eum intrauerit, vel qũo redierit, quia natura est inuisibilis. Haimo. Siue nescis unde ueniat, quia qũo credentes ad fidem introducat ignoras, vel quo vadat, quia quomodo fideles ad spem perducat nescis. & sic est omnis qui natus est ex spiritu. ac si dicat, Spiritus sanctus spiritus inuisibilis est, ita & quisquis ex spiritu nascitur inuisibiliter nascitur. Aug. Vel aliter. Et si tu nascaris de Spiritu, hoc eris, ut ille qui nõ est natus adhuc de spiritu nesciat vñ uenias, aut quo eas. Hoc enim secutus ait, Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Theophy. Confundatur ergo Macedonius impugnator Spiritus q seruum Spiritum sanctum asseruit. Spiritus enim sanctus propria potestate, & vbi uult, & qualiter uult, operatu.

Exposi- tio literalis.

Exposi- tio anagogica.

Respondit Nicodemus, & dixit ei. Qũo possunt hæc fieri? Respõdit Iesus et dixit ei. Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia qđ scimus loquimur, & qđ vidimus

mus testatur, & testimonium nostrum non acci pitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quo modo dixero vobis cœlestia, credetis?

Haimo. Mysterium diuinæ maiestatis Nicodem⁹ capere nõ valet, quę a dño audiebat: & ideo rationem quęrens factum non abnegans, non voto reprehendentis, sed affectu discentis dñm interrogat, vñ dr, Respondit Nicod. & di. ei. Quomodo possunt hæc fieri? Chr. Quia igitur adhuc in Iudaica utilitate manet, & exẽplo ita manifesto dicto ei adhuc interrogat, de reliquo asperius ad eum Christus loquit. vnde sequitur: Respondit & dixit ei, Tu es magi. in Israel &c. Aug. Quid putam⁹ dñm huic magistro Iudæorum quasi insultare voluisse? volebat quidem illũ nasci de spiritu, nemo ãt ex spiritu nascit, nisi humilis fuerit, quia ipsa humilitas facit nos nasci de spiritu. Ille ãt magister io inflatus erat, alicuius momenti sibi esse videbatur. quia doctor erat Iudæorũ. Deponit ergo dñs superbiã eius, possit nasci de spiritu. Chry. Nequaquam tñ nequitiã accusat viri, sed insipientiam & ruditatẽ solum. Sed dicet aliquis, quid commune hẽt hęc natiuitas, de qua. s. Christus locutus est, ad Iudaica dogmata? Hẽt quidem commune nã qui primus homo factus est, & quę de costa facta est mulier, & quæ steriles genuerunt, & quę per aquã miracula perfecta sunt. Dico autem q Elisęus de aqua ferrum eduxit, & q Iudæi mare rubrum trãsierunt, & q Naam Syrus in Iordane purgatur est. Hæc oĩa natiuitatẽ spiritualẽ & purgamentum in ea futurum figuraliter personabãt, & ea, quæ a prophetis sunt dicta, occultẽ ostendunt hunc natiuitatis modũ, vt puta illud: Renouabit vt aquilæ iuuentus tua, & beati quorum remissæ iniquitates. Sed & Isaac figura huius natiuitatis erat. Hęc igit rememorans dixit. Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Rursus ãt aliundẽ suum sermonẽ ei credibilẽ facit ad imbecillitatem eius condescendens, cum subdit: Amen amen dico tibi, quia quod scimus, loquimur: & quod vidimus, testamur: & testimonium nostrum nõ accipitis. Apud vos visus alijs sensibus certior est: & si volumus aliquẽ facere credere, ita dicimus: quoniam oculis nostris vidimus. Propterea Christus humano loquens ad eũ sermone, non visum sensibilem inducit, sed manifestũ est, qđ de certissima cognitione & non aliter se habente loquitur. igitur hoc quidẽ, i. qđ scimus ait de seipso solo. Haimo. Quærit ãt quare pluraliter dicat, Quod scimus, loquimur? Ad hoc dicendum q vnigenitus Dei filius erat qui hoc loquebat, ostẽdens qualiter pater est in filio, & filius in patre, & Spiritus sanctus ab utroq; inuisibilis procedat. Alcui. Vel dicit pluraliter, ac si dicat: Ego & illi qui modo spiritu sunt renati, intelligimus illud quod loquimur, & quod vidimus apud patrem in abscondito hoc testamur foris in mundo, & vos qui carnales estis & superbi, non accipitis testimonium nostrum. Theo. Quod nequaquã de Nicodemo dicit, sed de genere Iudæorum, qui usq; ad finem in perfidia permanserunt. Chry. Quod quidem non turbati uerbum est, sed mansuetudinem ostendentis. Hinc. n. erudit nos cum ad aliquos locuti fuerimus, & non persuaserimus non tristari neq; irasci, sed nostrũ sermonem credibilem facere non solùm non irascando, sed etiam non clamando. Materia enim iræ clamor est. Iesus autem dogmata excelsa tangere debens, propter audientium infirmitatem se detinet multoties, & non continuẽ dignis sua magnitudine dogmatib. immoratur, sed magis his quæ cõdescensionem habet. unde hic subditur. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomo do si dixero vobis cœlestia credetis? Augustinus. Hoc est, si non creditis, quia templũ possum suscitare deiectum a vobis, quomodo creditis, quia per Spiritum sanctum possunt homines regenerari? Chrysostomus. Vel aliter: Si baptismum terrenum dicat nõ mireris: quia in terra perficitur & comparatione illius natiuitatis stupendę, quæ est, ex substantia patris, terrena est gratię natiuitati, & bene non dixit, Non intelligitis, sed non creditis. Nam cum quis aliqua per intellectum suscipere non valet, amentiæ vel ignorantię imputatur. Cum autem hoc non suscipiat aliquis, quod solum fide oportet suscipere, non amentiæ, sed infidelitatis est accusatio. Dicebantur autem hęc

Humilitatis virtus.

Insinuatio Trinitatis.

Cõparatio duarum naturarũ.

hæc & si non credebantur, quia posteri erant ea suscepturi.

Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.

Aug. de bapt. paruulorũ. Notata paululũ ei⁹ imperitia, qui se cæteris de magisterio præferebat, & oĩum talium incredulitate reprehensa, rñdet quòd alij credãt si illi non credunt, ad illud quod interrogatus est, quõ possunt ista fieri? dicens: Et nemo ascen. in cœ. nisi qui descen. de cœ. filius hom. qui est in cœlo. q. d. sic fiet generatio spiritualis, vt sint cœlestes homines ex terrenis, quòd adipisci non poterunt, nisi mẽbra mea efficiantur, vt ipse ascendat qui descendit, non aliud deputãs corpus suum, i. ecclesiã suam, quàm seipsum. Greg. 27. mor. Quia. n. nos vnũ cum illo iam facti sumus, vnde solus venit in se, solus redit ẽt in nobis, & is qui in cœlo semper est, ad cęlum quotidie ascendit. Aug. de bapt. paruul. Quanuis autẽ in terra factus sit filius hominis, diuinitatẽ tñ suam quia in cœlo manens descẽdit ad terram non indignans censuit noĩe filij hominis, sicut carnẽ suã dignatus est noĩe filij Dei. Per vnitatem. n. psonæ qua utraq; substãtia vnus est Christus & filius Dei, ambulabat in terra, & idẽ ipse filius hominis manebat in cœlo. Fit ergo credibiliorẽ fides ex incredibilioribus creditis. Si. n. diuina substantia longè distãtior potuit pp nos, ita suscipere humanã substantiam, vt vna psona fieret, quanto credibilius alij sancti fiũt cum homine Christo vnus Christus, ut omnibus per eius gratiã ascendẽtibus, ipse unus ascendat in cœlum qui de cœlo descendit? Chry. Vel aliter: Quia dixerat Nicodemus. Scimus qm̃ a Deo uenisti magister, ne æstimet ita esse magister, ut multi prophetarũ de terra existimantes, subiungit. Et nemo ascendit in cœlum, nisi q descendit de cęlo filius hoĩs qui est in cœlo. Theo. Cũ uerò filium hominis descendisse de cęlo audis, non putes quòd de cęlo caro descẽderit; hoc. n. hæreticorũ dogma est, qui docebãt quòd Xp̃s de cęlo corpus sumpserat, & virginẽ trãsierat. Chry. Filium. n. hominis non carnẽ hic uocauit, sed a minori subst se totũ nominauit. Est enim ei cõsuetudo multoties a diuinitate, multoties ab humanitate totum uocare. Bed. Si. n. aliquis hõ nudus de mõte ad conualia descendat, & assumptis vestimẽtis & armis ad eundem montẽ ascendat, rectè ipse idẽ qui prius descẽdit ascẽdisse perhibetur. Hyla. 10. de Tri. Vel quia de cęlo descendit conceptæ de spiritu originis causa est. Non. n. corpori Maria originem dedit, licet ad incrementa partúmq; corporis oẽ quòd sensus sui est, naturale cõtulerit; quòd uero hominis filius est, susceptæ in virgine carnis est partus, quòd aũt in cęlis est naturæ semp permanentis ptãs est, quæ non ex infinitatis suę uirtute in regionem diffiniti corporis coarctauit verbi Dei ptãtem; & in forma serui manens ab omni intra extraq; cęli mundiq; circulo; cœli ac mundi dñs nõ abfuit. Per hoc ergo & de cœlo descendit, quia filius hoĩs est, & in cęlis est, quia uerbũ caro factũ nõ amiserat manere qđ factũ ẽ. Aug. Miraris aũt quia hic erat & in cęlo. Tales fecit discipulos suos. Paulũ audi dicentẽ, Nostra conuersatio in cœlis est. si homo Paulus ambulabat in terra, & cõuersabatur in cęlis, Deus cęli & terræ nõ poterat esse in cęlo & in terra? Chry. Vide autem quia quod ualde uidetur excelsum, indignum est sua magnitudine: non. n. solum in cœlo est, sed vbiq; & omnia replet, sed adhuc ad imbecillitatem auditoris loquitur, paulatim eum reducere uolens.

Cõmunicatio idiomatum de Christo dicitur.

Natura Christi duplex unde.

Et sicut Moyses exaltauit serpentẽ ĩ deserto, ita oportet exaltari filiũ hoĩs, ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat uitã æternam.

Chry. Quia dixerat beneficium baptismi, inducit huius causam, scilicet crucẽ, dicens. Et sicut Moyses &c. Beda. Magistrum legis Mosayce ad spiritualem sensum eiusdem legis inducit recordans veteris historiæ, & hãc in figuram suæ passionis atq; humanę saluationis factã edisserens. Aug. de bapt. paruul. Serpentum incursibus in deserto multi moriebantur, ac sic Moyses ex pręcepto domini exaltauit in deserto æneum serpentem hunc uidentes sanabãtur continuò. Exaltatus serpens est mors Christi, eo significandi modo, quo per efficientem id quod efficitur significatur. A serpente quippe mors venit, qui peccatum quo mori meretur.

Allegoria serpẽtis ęnei.

hominí

homini persuasit: dñs autē in carnem suā non peccatum transtulit tanquam venenum serpentis, sed mortē, vt esset in similitudine carnis peccati pœna sine culpa, vnde in carne peccati & pœna solueretur & culpa. Theo. Videas ergo figurā ad veritatem. Ibi.n. serpentis similitudo speciē quidem bestię hēt, venenum aūt non hēt: sic & hic Christus a peccato liber, in similitudinem carnis peccati uenit. Exaltari aūt audiens suspensionem intelligas in altum, ut sanctificaret aerem qui sanctificauerat terram ambulando in ea, intelligas ēt per exaltationem gloriā. Nam illa crucis altitudo gloria Christi facta est, ī quo .n. iudicari uoluit in hoc huius mūdi principem iudicauit. Adam.n. iustè mortuus est, quia peccauit: dñs verò iniustè, quia peccatum non fecit. Postquā ergo iniustè mortē sustinuit, superauit illum qui eum tradidit morti, & sic liberauit Adā a morte, sed in hoc deuictum se inuenit. Nō.n. potuit in cruce dñm contristare, ut crucifigentes odiret, sed magis diligebat, & ꝑ eis orabat, sic igitur crux Christi eius exaltatio & gloria facta est. Chry. Ideo etiā non dixit, Pēdere oportet filium hoīs, sed exaltari, quia honestius hoc uidebatur, vnde & ꝑꝑ audientem & ꝑꝑ figurā hoc posuit, vt discas qm̄ cognata sunt uetera nouis: deinde ut cognoscat, qm̄ non inuitus ad passionē uenit: & adhuc ut discas, qm̄ multis hinc nascitur salus. Augus. de bap paruul. Sicut ergo tunc qui conspiciebat exaltatum serpentē a veneno sanabatur, & a morte liberabatur; sic nunc qui conformatur similitudini mortis Christi per fidem baptismumq; eius, & a peccato per iustificationem, & a morte per resurrectionem liberatur: hoc est.n quod ait, ut oīs qui credit in eū non pereat, sed habeat vitā æternā q d ergo opus est, vt morti Christi per baptismū conformetur paruulus, si morsu serpentis non est oīno uenenatus? Chry. Attende aūt ꝙ passionem obumbratè posuit, ne ex eius uerbis fieret tristis auditor. Fructū verò passionis posuit manifestè; si n. qui credunt in crucifixū nō pereunt, multo magis qui crucifixus est non perit. Aug. Hoc aūt interest inter figuratam imaginem & rē ipsam: ꝙ illi sanabantur a morte ad tēporalem uitam, hi aūt vt habeant vitam æternam.

Secretū cęleste ī verbis.

Sic.n. Deus dilexit mūdum, ut filiū suū vnigenitum daret, vt oīs q credit in eū, non pereat, sed hēat vitam ęternā. Non.n misit Deus filiū suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum nō iudicatur. Qui aūt non credit, iā iudicatus est, quia non credit in nomine unigēniti filij Dei.

Chry. Quia dixerat, oportet exaltari filium hominis, quo mortem ecclesię significauit, ne auditor tristis ab his fieret uerbis humanum quid de eo suspicās, & mortem eius æstimās non esse existentiā, hoc ad rectitudinem reducit, filium Dei dicēs eum qui datur ad mortem, & mortē eius cām esse vitæ æternę. vñ dicit: Sic.n Deus dile. mūdum & c q d. Ne mireris, qm̄ ego debeo exaltari, vt vos salnemini, etenim & patri hoc vī qui ita nos dilexit, vt pro seruis indeuo is filium dederit: dicendo aūt, Sic Deus dile. mun. multam indicat amoris intensionem. Multa.n est. & infinita distantia. qui.n. immortalis, q sine principio, qui magnitudo īfinita, eos qui sunt ex terra & cinere infinitis plenos peccatis dilexit. Sed & ea quæ post hoc ponit, ostensiua sunt magni amoris. nō.n. seruū, non angelum, non archāgelum dedit, sed filium suum. Rursus si filios plures habuisset, & dedisset vnū, hoc ēt esset maximū. Nunc verò filium vnicū dedit; vnde subdit, Vnigenitum. Hyla. 6. de Trinit. Sed si dilectionis hinc fides est creaturam creaturæ præstitisse, non facit magni meriti fidem vtilis & spernenda iactura. Preciosa aūt sunt quæ commendant charitatem, & ingentia ingentibus æstimantur. Deus diligens mundum filium non adoptiuū, sed suum & vnigenitum dedit, hinc proprietas est, natiuitas est, veritas est. Non creatio est, nō adoptio est, nō falsitas est, hinc dilectionis & charitatis fides est, & vt ad mundi salutem & filium suū & vnigenitum prçstitisset. The. Videtur aūt mihi quòd sicut superius dixit, qđ filius hominis descendit de cęlo, cum caro de cælis non descenderit, sed ꝑꝑ vnam personā in Christo quæ Dei sunt attribuit homini, sed & nunc ecōuerso quæ sunt hominis, verbo Dei appropriat: etenim Deus

Effectus mortuis Christi.

Amoris Dei magnitudo

Dei

Dei filius impassibilis mãsit, sed quia un⁹ erat secũdũ hypostasim Dei filius & homo qui passionẽ sustinuit, filius dari dicitur in mortẽ, qui passibiliter patiebatur, non natura propria, sed carne propria. Est aũt maxima vtilitas cõsecuta ex huiusmodi datione mentem excedẽs humanã. Sequitur n. Vt oĩs qui credit in eum nõ pereat, sed habeat uitam æternã. Vetus nanq; testamentum his qui seruabant illud dierũ longitudinem promittebat, euãgelium verò æternam & insolubilem vitã. Aug. Notandum verò quod eadem de filio Dei vnigenito replicat, quæ de filio hominis in cruce exaltato promiserat, dicens: Vt omnis qui credit in eum, quia idẽ redemptor & conditor noster filius Dei ante secula existens, filius hominis factus est in fine seculorũ, vt qui per diuinitatis suę potentiam nos creauerat ad perfruendã beatitudinem perennis vitæ, ipse per fragilitatẽ humanitatis nos restauraret ad percipiendam quã perdidimus vitam. Alcui. Verè aũt per filium Dei habebit mundus vitã, quia nõ alia de causa venit in mundum, nisi vt saluet mundũ. vnde sequitur. Non enim misit Deus filium suum &c. Aug. Quare. n. Saluator mundi dictus est, nisi vt saluet mundũ? ergo quantum in medico est sanare venit ægrotum. Ipse se interimit, qui præcepta medici seruare non vult aut cõtemnit. Chry. Sed quia hoc dicit, multi pigrorum in peccatorum magnitudine & negligẽtię superabundãtia, Dei abutẽtes misericordia dicunt, nõ est gehenna, non est supplicium, oĩa nobis Deus peccata dimittit. Sed considerandũ quod duo Christi aduentus, qui iã factus est, & qui futurus est. Et prior quidem factus est, non vt iudicet quę facta sunt a nobis, sed vt dimittat. Secundus autẽ non ut dimittat, sed vt iudicet. De priore igitur ait; Nõ ueni vt iudicem mundum. quia. n. clemens est non facit iudiciũ, sed interim remissionem oĩum peccatorum per baptismum primo, & postea per pœnitentiam, quia si hoc modo non fecisset, vniuersi simul perditi essent. Oẽs. n. peccauerunt, & egẽt gratia Dei. Ne igitur aliquis crederet se impunè peccare, subdit de pœna non credentis; Qui credit in eum, non iudicatur, qui credit (inquit) non quid inuestigat: quid igitur si immundã habeat uitã? maximè quidem Paulus tales nõ fideles esse dicit. Confitẽtur (inquit) se nosse Deum, factis aũt negant. sed hoc illud significat, quia secũdũ hoc qui credit non iudicatur, sed operum quidem grauiorem sustinebit pœnã, infidelitatis autẽ causa non torquebitur. Alcui. Vel quia credit in eum & adhæret ei, vt membrũ capiti, non iudicabitur. Aug. Quid aũt dicturũ sperabas de eo qui non credit, nisi quod iudicatur? Sed uide quid dicit; Qui aũt non credit, iam iudicatus est. Nondũ apparuit iudicium, sed iam factũ est iudicium. Nouit. n. dñs qui sunt eius, nouit qui permaneãt ad coronam, & qui permaneãt ad flammã. Chry. Aut hoc dicit, quia ipsum discredere, impœnitentis suppliciũ est. esse. n. extra lumen, et secũdum se, maximum supplicium est. vel quod futurum est prænunciat. Sicut. n. qui occidit hoiem, & si nondum sñia iudicantis condemnatus sit, rei tamen natura condemnatus est, ita & qui incredulus est, sicut & Adã qua die comedit de ligno mortuus est. Greg. 17. mor. Vel aliter: In extremo iudicio aliqui non iudicantur & pereunt, de quibus hic dicitur. Qui non credit, iam iudicatus est. Non. n. eorum tunc causa discutitur, qui a conspectu districti iudicis iam cum damnatione suæ infidelitatis abscedunt, professionẽ verò fidei retinẽtes, sed professionis opera nõ habentes redarguũtur ut pereant. Qui verò nec fidei sacra tenuerunt, increpationem iudicis in extrema examinatione non audiunt, quia præiudicati in infidelitatis suæ tenebris eius quẽ despexerat inuectione argui non merentur. Princeps nanq; terrenã rempublicã regẽs aliter punit ciuem interius relinquentẽ, aliter hostẽ exterius rebellãtem. In illo iura sua consulit, cõtra hostẽ verò bella mouet, dignaq; eius malitię tormẽta retribuit, de malo verò eius quid lex habeat non requirit: neq;. n. lege necesse est perimi eũ, qui lege nunquã potuit teneri. Alcui. Quare aũt iudicatus est qui nõ credit, causam assignat, dicens: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. In hoc. n. solo nomine est salus. Nõ habet Deus multos filios qui possint saluare, hunc habet vnigenitum per quem saluas. Aug. de

Promissio legis & euangelij.

Aduentus Christi duo.

Iudiciũ varium baptis.

baptis.paruulorum. Vbi ergo paruulos ponimus baptizatos nisi inter eos qui crediderunt? hoc.n. eis acquiritur per virtuté sacramenti, & offerentium respósionem, ac per hoc eos qui baptizati non sunt, inter eos qui non crediderunt, statuimus.

Hoc est autē iudicium, quia lux uenit in mūdū, & dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui mala agit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

Alcui. Redit causam quare nō crediderunt, & quare iuste damnātur, dicēs: Hoc est autem iudicium, &c. Chry. q.d. Nūqd ipsi eam quæsierunt vel laborauerunt ut inuenirent? Ipsa lux venit ad eos nec ei occurrerunt. vnde sequitur; Et dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucē. Hic de reliquo omni eos priuat excusatione, venit.n. eripere à tenebris & ad lucem ducere. Quis ergo eius qui non vult ad lucē accedere miserebitur? Bed. Lucē seipsum appellat, de qua suprà euangelista dixit; Erat lux uera. Tenebras vero appellat peccata. Deinde q̄a uidebat multis esse incredibile q̄ dictū est, nullus.n. tenebras pręhonorat luci, subdit causam quare hæc passi sunt, dicēs. Erāt.n. eorū opera mala. Et si quidē in iudicium uenisset, haberet hoc aliquā rationē. Qui.n. malorū sibi cōscius est, fugere iudicē cōsueuit, parcenti verò q̄ deliquerūt occurrūt. dicens igitˀ, Erāt; eos qui multorū sibijpsi erāt cōscij peccatorū, maximè Xp̄o ad ignoscendū venienti occurrere; quod & in multis factum est. Etenim publicani & peccatores venientes recumbebant cum Iesu. Quia vero quidā sunt ita molles ad eos qui pro virtute sunt labores, vt vsq; ad vltimū velint adhęrere malitiæ, in horū iniuriā subdit; Oīs.n. qui malè agit, odit lucē. Quod quidē dictū est de his, q̄ eligūt in malitia manere. Alcui. Quia oīs qui malè agit, odit lucē.i. qui est in intentione peccandi, placet cui peccatū, odit lucē quę detegit peccatū Aug. 10. con. Quia.n. falli nolunt & fallere uolunt, amāt eam cum seipsam indicat, & oderunt eam cum eos ipsa lux Inducat. vnde retribuetur eis, ut eos nolentes manifestet, & eis ipsa non sit manifestat. Amāt ergo veritatem lucentē, oderunt eam redarguētem. vnde sequitur. Et nō venit ad lucem, &c. Chry. Eum.n. qui in paganismo uiuit, nullˀ redarguit, quia Deus tales habet, & digna dogmatibus opera demonstrat. Qui verò Christi sunt malè viuentes, ab omnibus rectis accusantur. Si āt Gentiles sunt rectè uiuentes, hoc manifestè non noui. Nō.n. mihi dicas eos qui à natura sunt mites & honesti, non.n. est hoc uirtus, sed eū dic qui à passionibus sustinet uiolentiam, & sapiēter uiuit, sed non utique habes. Si.n. regni enunciatio & gehennę minę, & alia tanta documēta vix detinent homines in uirtute; nullo horum persuasi pertransibūt virtutem. si uerò hypocrisim fingunt, glorię gratia hoc faciunt. vn̄ cum potuerint latere, nō omittēt uti malis desyderijs, quæ etiā utilitas est, cum aliquis sobrius sit & non rapit, fit vero uanæ gloriæ seruus: hoc.n non est rectè uiuere. Inanis.n. gloriæ seruus fornicatio nō minor est, multo.n. plura & grauiora operatur. Si autem quidā rectè sunt uiuentes in Gentilibus non hoc aduersatur huic sermoni, quia non frequenter cōtingit, sed raro. Bed. Moraliter ét illi magis tenebras quàm lucē diligūt, qui suos p̄dicatores bene docētes odijs & detrationibus insequūtur. Sequitur. Qui āt facit ueritatē, venit ad lucē &c. Chry. Nō aūt de his qui ab initio facti sunt Christiani hoc dicit, sed tantū de his qui ex Gētibus uel Iudæis ad rectā disponnedi erant fidē: ostendit.n. quoniā nullus vtiq; eliget in errore viuēs ad fidē uenire, nisi prius inscribat sibijpsi viā rectā. Aug. de baptis. paruul. In Deo autē facta dicit opera eius qui venit ad lucē, quia intelligit iustificationē suā non ad sua merita, sed ad Dei gratiam p̄tinere. Aug. super Ioan. Sed si omnia opera Deus mala inuenit, quomodo quidā fecerunt veritatem, & venerūt ad lucem.i. ad Christum? Sed dilexerunt (inquit supra) tenebras magis quàm lucē, ibi posuit uim. Multi dilexerunt peccata sua, multi ea cōfessi sūt. Accusat Deus peccata tua, si & tu accuses, adiūgeris Deo oportet ut oderis in te opus tuū, & ames ī te opˀ Dei. Initium operū bonorum, cōfessio est operum

Lucis acceptio mystica.

Virtus nō est à natura.

Cōfessio mali, est boni initium.

rum

rum malorum, & tūc facis veritatē, quia nō te palpas, non tibi blandiris. Venit aūt ad lucē, quia hoc ipsum quod tibi displicuit peccatum tuū nō tibi displiceret, nisi Deus tibi luceret, & eius veritas tibi ostenderet. Facit aūt aliquis veritatē cōfessionis & venit ad lucē in operibus bonis, etiā pp illa quæ videtūr minuta esse peccata linguæ, aut cogitationū, aut immorationis in rebus concessis. qm̄ minuta plura peccata, si negligant occidunt. Minutæ sunt guttæ q̄ flumen implent, minuta sunt grana harenę, sed si multa harena imponatur, harena præmit atq; opprimit. Hoc facit sentina neglecta, quod facit fluctus irruens, paulatim per sentinam intrat, sed diu intrando & non exhauriendo mergit nauem. Quid est aūt exhaurire, nisi bonis operibus agere ne obruant peccata, gemēdo, ieiunando, tribuendo, ignoscendo.

Post hęc uenit Iesus et discipuli eius in terrā Iudęam & illic morabatur cum eis & baptizabat. Erat autē & Ioannes baptizans in Enon iuxta Salim, qa aquę multæ erāt illic & ueniebant et baptizabātur. Nōdū enim missus fuerat Ioānes in carcerē. Facta est autē quęstio ex discipulis Ioānis cū Iudęis de purificatione. Et uenerūt ad Ioānem & dixerunt ei. Rabbi qui erat tecum trans Iordanem cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat & omnes ueniūt ad eū.

Chry. Nihil veritate apertius neq; fortius, q̄ neq; latere vult, neq; periculū formidat, neq; insidijs tremit, neq; gloriā q̄ à multis est desiderat, nulli humanorū obnoxia. vñ & dñs in solēnitatibus Hierusalē ascēdebat nō se ostentās, neq; honorē diligēs, sed ut pluribus sua dogmata pponeret, & miraculorū vtilitatē. Postquā āt solēnitates soluebātur ad Iordanē frequēter veniebat; quia & illic ēt turbæ cōcurrebāt. vñ dicit. Post hęc venit Iesus &c. Be. Dicit āt, Post hæc: Nō cōtinuo post disputationem cū Nicodemo quæ facta est in Hierosolymis, sed peracto spatio temporis de Galilæa in Iudæā redijt. Alcui. Per Iudęā quidem significantur confitentes, quos visitat Christus. vbi.n. est peccatorū confessio, vel diuinarum laudum, illuc venit Christus & discipuli eius. i doctrina & illuminatio eius & ibi moratur purgādo à vitijs. vnde sequitur. Et illic mo. cum eis & ba. Chry. Cum āt euangelista post modum dicat, q̄ Iesus nō baptizabat, sed discipuli eius manifestū est qm̄ & hic hoc dicit, q̄ soli discipuli baptizabant. Aug. Baptizatus autem dñs baptizabat nō eo baptismate quo baptizatus est: baptizatus est.n. seruo, ostendens humilitatis viam & perducens ad baptismū dñi, hoc est suū. Baptizabat.n. Iesus qūo dñs, qūo Dei filius. Bed. Christo aūt iā baptizante, adhuc baptizat Ioannes, quia adhuc permanet vmbra, nec dēt pcursor cessare, donec veritas manifestetūr. vnde sequitur. Erat aūt Ioānes &c. Enos Hebraicè aqua, vnde quasi noīs interpretatione aperiēs subdit. Quia aquæ multæ &c. Salim, oppidū est iuxta Iordanē situm, vbi olim Melchisedech regnauit. Hier. ad euan. Nec refert vtrū Salē aut Salim nominetur, cùm vocalibus in medio literis perraro vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorū ac regionū varietate, eadē verba diuersis sonis atque recentibus proferantur. Sequitur. Et venie. & baptiza. Beda Quantum cathecumenis nōdum baptizatus prodest doctrina fidei, tm̄ profuit baptisma Ioānis ante baptismū Christi, quia sicut ille pdicabat pœnitentiā, & baptismū Christi pnunciabat, & in cognitionē ueritatis q̄ mūdo apparuit attrahebat: sic ministri ecclesiæ primo erudiūt uenientes ad fidem, post peccata eorū redarguūt, deinde in baptismo Christi remissionē promittūt, & sic in cognitionē & dilectionē ueritatis attrahūt. Chry. Discipulus āt Iesus baptizantibus nō cessauit Ioānes baptizās vsq; ad incarnationem quod significat euangelista, cū subdit. Nondum.n. missus fuerat &c. Bed. Ecce apertè notat facta Christi ante Ioannē incarceratū quæ alij prætererunt, incipientes ab his quę post missus Ioannem in carcerem facta sunt. Aug. Quare aūt baptizabat Ioannes? quia oportebat vt dñs baptizaretur. Non solùm autem baptizatus est ab eo, ne baptismus Ioannis melior baptismate dñi videretur. Chry. Sed cuius gratia vsque tunc baptizabat? si enim cessaret, æstimaretur zelo vel ira hoc facere, sed persistens non sibiipsi gloriam acquirebat, sed Christo auditores mittebat. Et multo efficacius hoc faciebat quā disci-

discipuli Christi, quia insuspicabile eius erat testimonium; & maiorē gloriā apud oēs habebat: ideo ēt adhuc baptizabat, ne discipulos suos in ampliorem zelū immitteret. Aestimo āt & pp hoc permissam esse mortē Ioannis, & eo sublato da medio Iesum maxime prædicare cępisset, vt ois multitudinis affectio ad Christū trāsiret, & non vltra his quæ de vtroq; erant sententijs scinderetur. Zelotypē n. se habentes discipuli Ioānis ad Christi discipulos, & ad ipsum Christum, quia viderunt discipulos Christi baptizantes, cęperunt dicere ad eos qui baptizabantur, quasi aliquid maius haberet baptisma Ioannis baptismate discipulorum Christi. vnde subditur. Facta est ergo &c. Qm̄.n. ipsi quæstionem mouerunt, sed non Iudæi, euangelista occultè monstrat, non dicens ꝙ Iudę⁹ quæsiuit, sed ꝙ quęstio facta est ex discipulis Ioannis Augu. Intelligas ergo dixisse Iudæos maiorē esse Christum, & ad eius baptisma debere concurri. Illi āt nondum intelligentes defendebant baptismū Ioannis, ventum est ergo ad ipsum Ioannem, vt soluerent quæstionē. vnde sequit. Et venerūt ad Ioan. & dixe. ei: Rabbi qui erat &c. Chr. Hoc est, quem tu baptizasti. Non āt dixerunt, Quem tu baptizasti. quia coacti essent & vocis eius meminisse, quæ super eū est delata; sed dicūt, Qui erat tecum; quasi qui discipuli ordinē habebat, nihil plus habens nobis, nūc se a te sperans baptizat addunt āt. Cui etiam testimonium perhibuisti, quasi dicat. Quē tu clarū ostendisti & circumspectum fecisti, eadem tibi audet, & hoc est qđ dicūt, Ecce hic baptizat. Non āt in hoc solū ęstimabāt se excitare eum, sed & in eo ꝙ de reliquo ea quę ipsorū erant reprobabantur. vñ subdunt. Et oēs ven. ad eū. Alcui. quasi dicāt, te dimisso omnes currunt ad baptismum illius quem tu baptizasti.

Respondit Ioannes, & dixit: Non pōt homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cælo: ipsi vos mihi testimoniū perhibetis qđ dixerim, nō sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est, amicus āt sponsi, qui stat & audit eum gaudio gaudet pp vocē sponsi. In hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autē minui.

Chry. Interrogatus Ioannes non vehementer discipulos increpat, timens ne ab eo separati, aliquid aliud operētur; sed remisse quodāmodo eis loquitur. vnde dr̄: Respondit Ioannes & dixit eis, Non pōt homo accipere quicquā nisi fuerit ei datū de cœlo q.d. Et si præclara sunt quæ Christi sunt, & si oēs ad eū currunt mirari non oportet: Deus.n. est qui hoc facit. Humana.n. facilè deprehēsibilia sunt, & imbecilia & uelociter defluūt, hæc āt non talia sunt; non ergo sunt humanitus adinuēta, sed diuinitus ordinata. Si āt humilius loquit̄ de Christo, nō mireris, non.n. erat cōtingens ꝙ præassumptos a tali passione, s. inuidiæ ab initio doceret omnia, sed interim vult eos terrere ostendens ꝙ ad impossibilia conantur, & ꝙ Deo rebelles inueniuntur. Aug. Vel aliter. Hoc Ioānes de seipso dicit, quasi homo de cœlo accepi, ergo quia accepi vt aliquid essem, inanem me vultis esse, vt loquar contra veritatem? Chr. Et vide quia hoc quod æstimabant proponi in Christi subuersionem qñ dixerunt. Cui testimonium perhibuisti, hoc in eos cōuertit dicens. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis. &c. q.d. Si uerū meum testimonium æstimatis, dicite qm̄ illum mihi præhonorare oportet. vñ subditur. sed qm̄ missus sum ante illum. q.d. Minister sum. Et ea quę sunt eius qui me misit, dico non humana gratia blandiens ei, sed patri eius qui me misit ministrans. Alcui. Sed si aliquis dicat, quandoquidē tu nō es Christus, quis ergo es tu, vel quis est ille cui perhibes testimonium? Ad hoc respōdet. Ille est spōsus, ego sum amicus sponsi, missus ut per me spōsa præparetur suo sponso vnde subditur. Qui hab. spōs. sponsus est. Sponsam dicit ecclesiā ex omnib. gentib. congregatam, quæ virgo est integritate mentis, perfectioae charitatis, vnitate catholicæ fidei concordia pacis, integritate, aīæ & corporis, quę hēt sponsam, de quo quotidie generat. Bed. Cęterū frustra est uirgo corpore, quæ uirgo nō manet in mente. Hanc āt sponsam Christus in thalamo vteri uirginalis sibi sociauit, & eādē precio sui sanguinis redemit. Theo. Omnis ēt animæ sponsus, Christus est, spōsaliū uero locus vbi cōiūctio efficitur

Zelus inter discipulos Christi & Ioannis.

Eximia Ioannis cōfessio de Christo.

citur

citur, locus est baptismatis siue ecclesia. Dat uerò arram sponsæ, peccatorũ remissionem, Spiritus sancti cõionem, pfectiora uerò in futuro seculo retribuet dignis. nullus autem alius est sponsus, nisi solus Christus, oẽs nanq; doctores paranymphi existunt, sicut & præcursor. Nullus.n. bonorum largitor est, nisi dñs, oẽs alij ministri sunt bonorum quæ dantur a dño. Beda. Sponsam igitur suam dñs amico suo.i. ordini prædicatorum commendauit, qui eam non sibi, sed Christo zelare debet. vnde subditur; Amicus aũt sponsi q stat &c. Augu.q.d. Non est. mea sponsa, sed nunquid non gaudes in nuptijs? Imò gaudeo ait, quia amicus spõsi. Chry. Sed qualiter qui dixit; Non sum dignus soluere corrigiam calceamẽti, amicũ nunc seipsum dicit? non quidem pp honoris æqualitatẽ, sed multitudinẽ gaudij representare uolens. Non.n. in talibus ita ministri sponsi lætantur, sicut amici. Simul aũt & condescendens eorum imbecillitati amicum se dicit, quia n. æstimabãt eum morderi ab his quæ fiebant, ostendit qđ non solũ nõ mordetur, sed & ualde gaudet si spõsum sponsa cognoscit. Aug. Sed quare stat? q̃a non cadit, quia humilis est. vide stantem in solido &c. Stat aũt & audit eum. si ergo cadit, non audit eum: ergo stare debet amicus sponsi & audire. i. permanere in gratia quam accepit, & audire uocem ad quam gaudeat. nõ inquit gaudeo propter uocem meam, sed propter uocem sponsi gaudeo ego in audiendo, ille in dicendo; ego auris, ille uerbũ. Qui.n. custodit sponsam uel vxorem amici sui, dat quidem operam ut nullus alius ametur, sed si amari se p amico uoluerit, & vt uoluerit cõmendata sibi, quàm detestandus uniuerso generi humano apparet? Multos aũt adulteros uideo, qui sponsam tanto precio emptam possidere uolunt; & id agunt uerbis suis ut pro sponso amẽtur. Chry. Vel aliter. Quod dicit, Qui stat; non sine causa posuit, sed indicans q q̃ sua sunt, iam cessauerunt, & q̃m eũ de reliquo stare oportet & audire; quod quidẽ dicit, à parabola sermonẽ transferens ad propositum. q̃a enim sponsi & sponsæ mẽtionem fecerat, ostendit qualiter hæc spõsalia fiant: quia

Secretũ verborũ

per uocem & doctrinã. Fides.n. est ex auditu, auditus aũt per verbum Dei. & q̃m ea quæ sperauerat euenerunt, idcirco subdit: In hoc autẽ gaudium meum impletũ est.i. perfectũ est a me opus qđ fieri oportebat: & plus nihil operari possum de reliquo. Theo. Vnde nunc gaudeo, quod.s. omnes illum attendunt. si n. non accessisset ad sponsum sponsa, i. populus, tunc dolerem ego paranymphus. Aug. Vel ali. In hoc gaudium meum impletũ est, ut.s. gaudeam ad vocem spõsi, habeo gratiã meã, plus non mihi assumo, ne quod accepi, amittã. Quid.n. vult gaudere de se, tristis est, qui autẽ vult de Deo gaudere semper gaudebit, q̃a Deus sempiternus est. Beda. Gaudio autem gaudet homo propter uocẽ sponsi cum intelligit nõ se debere gaudere de sapiẽtia sua, sed de sapientia quã accepit a dño. Quisquis enim in benefactis nõ gloriam suam vel laudem requirit neq; terrena lucra, sed cęlestia cupit, hic amicus est sponsi. Chry. Deinde non solũ circa pſentia, sed ẽt circa futura passionẽ inuidiæ a se remouet, dicens. Illum oportet &c. q.d. quæ nostra sunt steterunt, & cessauerunt de reliquo, crescunt aũt quæ sunt illius. Augu. Sed quod est hoc, Illum opor crescere? Deus nec crescit nec minuitur, sed Ioannes & Iesus quod ad carnem attinet, coæui erant, sed menses qui inter erant nullam distinguunt ętatem. Magnũ est hoc sacramentum antequam veniret dominus, homines gloriabantur de se: venit ille homo vt minueretur hominis gloria, & augeretur gloria Dei: sic n. venit ille ut dimitteret peccata, & homo confiteretur, etenim confessio hominis, humilitas hominis miseratio Dei, altitudo Dei; hanc aũt ueritatem etiam passionibus significauerunt Christus & Ioannes, nam Ioannes capite minutus est, Christus autẽ in cruce exaltatus: deinde natus est Christus cum iam inciperet crescere dies, natus est Ioannes quando cœperat minui dies. Crescat ergo in nobis gloria Dei, & minuatur gloria nostra, ut in Deo crescat & nostra. quanto autem magis intelligis Deum, videtur in te crescere Deus, non autem in se crescit, sed semper perfectus est, sicut si curarẽtur alicuius oculi ex pristina

Sacra secreta verborum.

suua

stina cæcitate, & inciperet uidere paululum lucis, & alia die plus uideret, uideret ei lux crescere, lux tamẽ perfecta est, siue ipse uideat siue non: sic enim & interior homo proficit quidem in Deo, & Deus in illo vr̃ crescere, ipse autem minuitur ut a gloria sua decidat, & ĩgloria Dei surgat. Theo. Vel aliter: Sicut aliorũ luminarum adueniente sole lumen extingui uidetur, licet non sit scd̃m ueritatem extinctum, sed a maiori occultatum, sic & pręcursor tanquam stella a sole celatus minui dicitur: crescit autem Christus prout paulatim manifestat se per miracula, non & in uirtutibus cresceret aut proficeret, hęc nẽpè Nestorij est opinio, sed secundum ostẽsionem diuinitatis eius.

Qui desursum uenit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cœlo uenit, super omnes est. Et quod uidit et audiuit hoc testatur.

Vanæ gloriæ detestatio. Chry. Sicut uermis ligna corrodit, & ærugo ferrum: ita vanagloria nutrientẽ se perdit animã. Ideo multo studio opus est vt hanc destruamus passionẽ: vnde Ioannes multis rationibus discipulos suos habentes passionẽ hãc vix mitigat. Post illa enim q̃ antea dixerat rursus eos alijs disponit sermonibus, dicẽs. Qui de sursum uenit &c. q.d. quia uos meũ extollitis testimoniũ, & ex hoc me dicitis digniorem fide. s. cui testimoniũ p̃hibui, hoc necesse est uos scire, qđ non est eum qui de cœlis uenit fieri fide dignũ ab eo qui terram habitat, & hoc est quod dicit, Super oẽs est: quia ipse sibi sufficiens, & qđ oĩbus incõparabiliter maior est. Theo. Ipse.n. Christus de sursum venit a patre descẽdens, & super oẽs est distinctus ab omnib⁹. Alcui. Vel sursum venit, i. de altitudine humanę naturæ, quam habuit ante peccatũ primi hominis, de illa.n. altitudine assumpsit uerbum Dei humanam naturam, nõ assumpsit culpam cuius assumpsit pœnã. Sequitur. Qui est de ter. de terra est, idest terrenus est, de ter. loquitur. i. terrena loquitur. Chry. Et nimirũ non ex terra erãt ei omnia, etenim animam habebat & spiritu participabat, nõ ex terra, qualiter igitur ipse de terra se esse dicit? Nihil enim aliud per hoc ostendit occultè, quã quòd paruus est uel unt terrene ueniens, in terrã natus, & nulla comparatione dignus ad Christum qui nobis desuper uenit. Nõ autem dicit, De terra loquitur, qm̃ ex propria mente loquebatur, sed de terra se loqui dicit in cõparatione ad Christi doctrinam. q.d. parua & humilia sunt quæ mea sunt cõparata his quę Christi sunt: qualia dicens est suscipere terrestrẽ naturam in cõparatione ad illum in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ Dei abscõditi. Aug. Vel quod dicit, De terra loquitur, de homine dicebat, quãtum ad ipsum hominem pertinet. Si enim aliquid loquitur diuina illuminatus est a Deo, sicut Apostolus dicit, Non autẽ ego, sed gratia Dei mecum; ergo Ioãnes & quòd ad Ioannẽ p̃tinet de terra est, & de terra loquitur; si quid diuinum audiuistis a Ioannẽ, illuminantis est, non recipiẽtis. Chry. Extincta igitur discipulorum passione, de reliquo cum ampliori propalatione loquitur de Christo. Nã ante hoc superfluum erat ista p̃mittere in mente audientium locum habere nondũ valentia vnde sequitur. Qui de cœlo. Aug. Idest de parte venit, duob⁹ modis; Super oẽs est; primo super omnem humanitatem, qui de ipsa priusquam peccaret venit, secundo iuxta altitudinẽ patris, cui est æqualis. Chry. Magnum autẽ quid & excelsum dicens de Christo; rursus ad humilius ducit sermonem dicens. Et quod vi. & au. hoc te. quia. s. per sensus hos omnia certissimè discimus, & digni fide æstimamur esse magistri de his quę visu suscepimus uel auditu apprehẽdimus, hoc de Christo astruere uolẽs Ioãnes dicit. Quod vi. & aud. hoc test. ostendens quòd nihil eorum quę ab ipso dicebantur falsum est, sed omnia vera sunt. q.d. Ego indigeo audire ea quæ ab illo dñr qui desuper uenit, annuncians ea quæ uidit & audiuit, idest quæ solus ipse manifestè nouit. Theo. Cum ergo audis quòd Christus ea q̃ audiuit & vidit a patre loquitur, non putes quòd a patre indigeat didiscere, sed quia oĩa q̃cunq; naturaliter nouit a patre habet, propter hoc a patre audire dicitur quæcunq; nouit, sed quid est quod filius audiuit a patre? fortè filius patris verbum audiuit? immo filius pa- Duplex intellectus verborum.

ris verbum est. Augu. Quando concipis verbum quod proferas, rem vis dicere, & ipsa rei cõceptio in corde tuo iam verbũ est. Qũo ergo tu verbum quod loqueris in corde habes, & apud te est: sic Deus edidit verbum, hoc est genuit filium. Cum ergo verbum Dei filius sit, filius autẽ locutus est, nobis non verbum suum, sed verbum patris se nobis loqui voluit, qui verbum patris loquebatur, hoc ergo quomodo decuit & oportuit dixit Ioannes.

Et testimonium eius nemo accipit. Qui autẽ accepit eius testimonium, signauit: quia Deus verax est. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. Non.n.ad mensuram dat Deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum.

Chry. Dixerat quod vidit & audiuit, hoc testatur; quasi excusans, ne quia pauci interim credituri erant, falsa æstimarẽtur esse quæ dñr, & pp hoc subdit, Et testimonium eius nemo accipit, i. pauci. habebat.n. discipulos qui accipiebant testimonium eius in his quæ dicebanẽ. In hoc aũt suos discipulos tangit nondũ credentes in eũ, simul ẽt Iudaicã ostendit insensibilitatem; sicut & in principio euangelij dictũ est, In ꝓpria venit, & sui eum nõ receperunt. Aug. Vel aliter. Est quidã populus ꝑparatus ad irã Dei dãnandus cũ diabolo, horum nemo accipit testimonium Christi. Attẽdit ergo in spiritu diuisionẽ, in genere aũt humano cõmixtionem, & quod nondum locis separatum est, separauit cordis aspectu, & uidit duos populos infidelium & fideliũ. Attendit infideles & ait; Et te. eius ne. ac. deinde tulit se a sinistra & aspexit ad dexterã, & secutus ait, Qui aũt ac. eius te. sig. Chry. Idest monstrauit, & adhuc augens timorem addit, Qm̃ Deus uerax est, ostẽdens qm̃ non aliter quis discredet huic, nisi falsè arguerit Deum qui misit illum, quia nihil extra ea quæ sunt patris loquitur. Et hoc est qđ subdit, Quem n. misit Deus, uer. Dei loquitur. Alcui. Vel aliter; Signauit. i. signũ posuit in corde suo, quasi singulare & speciale aliquid, hunc esse verum Deum qui passus est ad salutẽ humani generis. Aug.

Prouidentia Christi.

Quid est? quia Deus uerax est, nisi qa homo mẽdax est, & Deus verax est; quia nemo hoium põt dicere quid veritas est, nisi illuminetur ab eo qui mentiri non põt? Deus ergo verax, Christus aũt Deus. Vis probare? accipe testimonium eius, & inuenies, sed si nondum intelligis Deum, nondum accepisti testimoniũ eius, Ipse ergo Xps est Deus verax, & misit illum Deus, Deus misit Deũ; iũge ambos, vnus Deus. Hoc.n. quem misit Deus, de Christo dicebat, ut se ab ipso distingueret, quid aũt ipsum Ioannem? Nonne Deus misit? sed vide quid adiungat. Non.n. ad mensurã dat Deus spiritum, hominibus ad mensuram dat, vnico filio non dat ad mensurã. Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo sciẽtiæ, aliud habet ille, & aliud ille habet. Mẽsura diuisio quædam donorum est, sed Christus quæ dat nõ ad mensuram accepit. Chry. Spiritum autẽ hic actionẽ Spiritus sancti dicit: vult enim ostendere, qm̃ omnes quidem nos in mensura spiritus actiones suscipimus Christus aũt omnem spiritus suscipit actionẽ, qualiter igitur erit dignus suspectus haberi? nihil.n. dicis quod non Dei est, neq; quod non spiritus est, & interim de Deo uero nihil loquitur, sed a patre & spiritu dignam fide facit doctrinam. Nam quoniã Deus est, sciuerant, & qm̃ spiritus est, nouerant, etsi non decentem de eo opinionẽ habebant; quoniam autem filius est, nesciuerant. Aug. Quia ergo de filio dixerat, Non ad mensuram dat Deus spiritũ; subiungit, Pater dili. fi. & adiecit, Et omnia dedit in manu eius. vt nosses & hic distincte quoniam dictum est, Pater di. fi. Pater enim diligit Ioannem aut Paulum, & tñ non omnia dedit in manu eorum. Pater di. fi. sed quomodo filium, non quomodo dominus seruum, quomodo vnicum, nõ qũo adoptatum. Itaq; omnia dedit in manu eius, ut tantus sit filius quantus est pater. ergo cum ad nos dignatus est mittere filium, nõ putemus nobis aliquid minus missum quàm est pater. Theo. Sic ergo secundum diuinitatem omnia dedit pater filio, natura non gratia, vel dedit omnia in manu eius secundum humanitatem: dominatur enim omnium eorum & quæ

Christus Deus verax.

Dilectio patris ad filium.

in cęlo, & quę in terra sunt. Alcu. Et quia omnia sunt in manu eius, ergo & vita æterna. vnde subdit. Qui cre. in fi. hēt vi. æter. Beda. Non dēt hic intelligi fides quæ verbotenus tenetur, sed quæ operib⁹ adimpletur. Chry. Nō. n. hic dicit quòd credere in filium sufficiat ad vitā habendam perpetuā, cum ipse alibi dicat. Nō omnis qui dicit mihi dñe, dñe, intrabit in regnū cœlorum, sed & quæ in spiritum est blasphemia sufficit sola mittere in gehennā. Sed & si in patrem & filium & spiritum sctm̄ quis crediderit, ne æstimemus sufficere ad salutem, opus est. n. nobis uita & conuersatione recta. deinde sciens nō ita promissione bonorum multos adduci, ut terribilium minis, in hoc sermonem concludit, di. Qui aūt incre. &c. Vide qualiter hic ad patrem reducit eum, qui est supplicij sermonē. Non. n. dixit ira filij, quanuis ipse sit iudex, sed patrē eius instituit, magis terrere volens. Et non dicit, manebit in eo, sed, super eum. ostendens qm̄ nūquam ab eo desistet: vnde. n. non æstimet quis mortem esse temporaneā, dixit. Non videbit vitam. Aug. Et non dixit, Ira Dei uenit ad eum, sed manet, super eū, quia omnes qui nascuntur mortales, habent secum iram Dei, quā accepit primus Adā. Venit filius Dei non habens peccatum, & indutus est mortalitate, mortuus est vt uiuas. Qui ergo non vult credere in filium, ira Dei manet super eū, de qua dicit apostolus. Eramus natura filij iræ.

Omnes filij iræ.

CAPVT IIII.

VT ergo cognouit Iesus, quia audierunt pharisæi quod Iesus plures discipulos facit & baptizat quā Ioannes: (quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam. Oportebat autem eum transire per mediam Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem, hora autem erat quasi sexta.

Glo. Postquā ostendit euangelista qualiter Ioannes repressit discipulorum suorum inuidiam quā de profectu doctrinæ Christi conceperāt, hic ostendit quō Christus declinauit pharisæorū malitiam qui contra ipsum ex eadē causa zelo inuidiæ mouebātur. vnde dr̄. Vt ergo cognouit Iesus, quia audierunt pharisæi. Augu. Vtiq; dñs si sciret pharisæos ita de se cognouisse quòd plures discipulos faceret, & qđ plures baptizaret, ut eis hoc ad salutē ualeret sequendi eū, non relinqueret Iudæā terram, sed pp illos maneret ibi: quia uerò cognouit eorū scientiam simul & inuidiam, quia non hoc propterea didicerūt ut sequerētur, sed ut psequerentur, abijt inde. Poterat quidē & dñs ab his non teneri si nollet, sed in omni re quam gessit, ut hō hominibus in se credituris pbebat exēplum, quia vnusquisq; seruus Dei nō peccat si secesserit in aliū locū, uidens furorē se persequentium. Fecit ergo hoc ille magister bonus ut doceret, non ut timeret. Chry. Hoc ēt fecit mitigans eorum inuidiam: conueniens est ēt hoc fecisse, ut nō discrederetur carnis dispensatio: si. n. retētus effugisset, in suspitionē deuenisset veritas carnis. Aug. Fortassi autem hoc moueat quod dictum est, Baptizabat plures quā Ioannes, & postea subiectum est, quā quam Iesus non baptizaret: quid ergo falsum dictum erat & correctum est? Chry. Non autem ipse Christus baptizabat, sed relatores uolentes erigere eos qui audiebant in inuidiam ita annunciabant, scilicet quòd Christus plures baptizaret quā Ioannes: sed cuius gratia ipse non baptizaret, Ioannes prædixit, dicens: Ipse uos baptizabit in Spiritu sancto & igne nondum autem Spiritum sanctum dabat, decenter igitur nō baptizabat. Discipuli uerò id agebant: volentes multos adducere ad salutarem doctrinam. Vt. n. non semp circumeuntes congregarent eos qui credituri erant, vt in Simone & fratre fecit, ideo baptizare instituerunt. Nihil. n. amplius habebat discipulorū baptisma Ioannis baptismate, vtrunq; enim expers erat ea quæ ex spiritus est gratia, & utrique vna causa erat, scilicet adducere ad Christum eos qui baptizabantur. Aug. Vel aliter: vtrunque verum est, quia Iesus & baptizabat

Dispensatio Iesu.

Cōsen. euange.

ptizabat & nō baptizabat. Baptizabat.n. quia ipse mundabat: nō baptizabat, quia ipse nō tingebat. Pręebant discipuli ministerium corporis, præbebat ille adiutoriū maiestatis. de quo dictū est. Hic est q baptizat. Alcui. Solet āt quęri si in baptismo discipulorum Christi Spirit⁹ sanctus daretur: cū dicat, Spiritus sanctus nondū erat datus quia Iesus nondū erat glorificatus. Sed sciendū, quia dabat spiritus, licet nō ea manifestatione, qua post ascensionē in linguis igneis datus est: quia sicut ipse Christus in hoīe quē gerebat semp habebat spiritum, sed tñ postea super ipsum baptizatū visibiliter descēdit spiritus in specie columbæ: sic ante manifestum & & uisibilē aduentum spiritus sancti, quicunq; sancti eum latenter habere potuerunt. Aug. ad Seleucianum. Intelligimus, autem discipulos Christi iam fuisse baptizatos siue baptismo Ioannis, sicut nōnulli arbitrantur: siue, quod magis credibile est, baptismo Christi. neq;.n. ministerio baptizādi defuit, vt hrēt baptizatos seruos. p quos cęteros baptizaret, q nō defuit illius humilitatis ministerio qñ eis lauit pedes. Chr. Secedēs aūt Christus de Iudæa, rursus eisdē adhærē quibus & prius. vnde subditur. Et abijt iterum in Galilæam. Sicut āt Apostoli expulsi a Iudæis, ad gētes venerunt, ita & Christus ad Samaritanos accedit: sed tñ oēm auferens à Iudæis excusationem nō principaliter ad eos uadit, sed quasi transiens, quod euangelista occultè ostendit, dicens: Oportebat āt eum transire per Samariam. Accepit āt hanc nominationem, quia mons Samariæ Somer dicebatur, ab eo qui possedit. sed qui habitabant olim nō Samaritani, sed Israelitę vocabantur. Tempore āt procedente offenderunt Deū, & rex Assyriorum vltra eos ibi manere non pmisit, sed in Babylonem & Medos duxit, in Samaria verò gentes ex diuersis locis ductas habitare fecit. Volens āt Deus ostendere, q non propter imbecillitatē Iudæos tradit, sed pp peccata eorū qui traditi sunt, immisit barbaris leones quis eos lædebāt. Annunciata sunt hæc regi, & mittit sacerdotem quendam traditurum eis Dei leges, sed tamen neq; ita ex toto ab impietate destiterunt, sed ex media parte. Etenim tpe procedēte rursus ad idola quidā resilierunt, uenerabantur tñ Deum, qui a monte Samaritanos seipsos vocabant. Beda. Ideo āt oportebat ipsum trāsire per Samariam, q̄ a sita est inter Iudæam & Galilæam Est āt Samaria insignis prouinciæ Palęstinę ciuitas adeò ut tota regio ei sociata Samaria dicatur. Ad quem igit ipsius regionis locum dominus uerterit euāgelista ostendit. Vnde ergo dicitur, Venit ergo in ciuitatem Samarię quę dr Sichar. Chr. Locus ille erat ubi pro Dyna, Leui & Simeon grauem occisionem fecerunt. The. Postquam āt filij Iacob illam ciuitatem desertā fecerunt occidentes Sichimitas, hāc ciuitatē desertā, tpe procedente, dedit Iacob in sortem Ioseph: uñ dicitur in Genesi: Do tibi partem unā extra fratres tuos, quantuli de manu Amorrei in gladio & arcu meo, & hoc est quod subditur; Iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Sequitur: Erat āt ibi fons Iacob. Augu. Puteus erat, sed omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Vbi.n. aqua de terra manat, & usum pbet haurientib. fons dr; sed si in promptu & superficie sit, fons tantū dicitur; si autem in alto & profundo fit, ita puteus uocatur ut nomē fontis non amittat. The. Quare autem euangelista de prædio & fonte facit mētionē? Primò quidem ut cum audieris mulierē dicentem quòd pater noster Iacob dedit nobis hunc fontem, non admireris; secundo ex commemoratione fontis & prędij edocemur, quòd ea quæ patriarchæ propter fidem quam in Deo habebant adepti sunt, Iudęi propter eorum impietatē perdiderunt, & eorum loca gentibus tradita sunt; quare nihil noui nunc accidit, quòd Gentiles pro Iudæis regnum cœlorum, consecuti sunt. Chryso. Christus igitur in Samariam accedens facilem & deliciosam uitam abijciens, laboriosam uerò sequens, non subiugalibus utitur, sed ita difficulter incedit, ut ex itinere fatigeť, erudiens nos ita a superfluis alienos esse, ut multa necessaria abscindamus a nobis; & hoc euangelista ostendit, dicens; Iesus ergo fatigatus ex itinere. Augustinus, Inuenimus Iesum fortem, & infirmum; fortè,

Aposto li baptizati.

Historica expositio.

quia in principio erat verbum infirmum, quia verbum caro factum est. Sic ergo infirmus Iesus ab itinere fatigatus sedebat, sic super fontem. Chr. q.d Non in throno aut puluinari, sed simpliciter ut contingebat super terrã. Sessio ãt pp laborẽ facta est, & ut expectaret discipulos, & propter æstum refrigerans corpus apud fontẽ. vñ sequitur: Hora ãt erat quasi sexta. Theo. Et ne quis inculparet dominum, quare ipse in Samariam venerit cum hoc discipulis suis prohibuerit, pp hoc dicit ꝙ circa illũ locum sedebat. i. ab itinere fessus. Alcui. Mystice ãt dominus reliquit Iudęam, i. infidelitatem eorum qui eũ reprobauerũt, & per apostolos abijt in Galilęam, i. in uolubilitatem huius mundi docens suos transmigrare de vitijs ad virtutes. Prędiũ autem non tam Ioseph quàm Christo arbitror derelictum, cuius figuram Ioseph portauerit, quem verè sol adorat, & luna, & oẽs stellæ. Ad hoc prædiũ venit dominus, vt Samaritani qui hæreditatẽ sibi patriarchę Israel vẽdicare cupiebãt agnoscerent & conuerterentur ad Christum, qui est patriarchę legitimus hęres factus.

Christus est verus hæres.

Aug. Iter autem ipsius est caro pro nobis assumpta: qui. n. vbiq; est, quo it, nisi quia non ad nos veniret, nisi formam visibilis carnis assumeret: ideo fatigatus ab itinere, quid est aliud quam fatigatus in carne? Quare ergo hora sexta? quia ætate seculi sexta. Computata tanquam unam horã, vnam ætatem ab Adã vsq; ad Noe, secundam a Noe vsq; ad Abraham, tertiam ab Abrahã vsq; ad Dauid, quartam a Dauid vsq; ad trãsmigrationẽ Babylonis, quintã vsque ad baptismum Ioannis, inde sexta agitur. Aug. lib 83. q. Hora igit sexta venit ad puteum dñs noster. Video in puteo tenebrosam profunditatem. Admoneor ergo intelligere mundi huius infimas partes. i. terrenas, quo uenit dñs Iesus hora sexta, i. sexta ętate generis humani, tanquã senectute veteris hominis, quo iubemur exui, vt induamur nouo. Nã sexta ętas senectus; qm̃ prima est infantia, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta iuuentus, quinta grauitas. Hora ẽt sexta venit dñs ad puteũ. i. media die. vnde iam incipit sol iste visibilis declinare in occasum, qm̃ nobis vocatis a Christo visibiliũ delectatio minuitur, vt inuisibiliũ amore homo interior recreatus ad interiorem lucẽ quæ nunquã excidit, reuertat. Quod ãt sedit, humilitatem significat uel qm̃ solent sedere doctores, magistri denũciat psonã.

Allegoria pulchra.

Venit ãt mulier de Samaria haurire aquã. Dicit ei Iesus. Da mihi bibere. Discipuli. n. eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana. Quõ tu Iudæus cũ sis, bibere a me poscis quæ sum mulier Samaritana? Non. n. coutuntur Iudæi Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei. Si scires donũ Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquã viuã. Dicit ei mulier. Domine neq; in quo haurias habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquã viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum? & ipse ex eo bibit, & filij eius & pecora eius?

Chry. Ne quis dicat quoniam aduersatur suo præcepto Samaritanis loquens posuit euangelista multas causas eius quę ad mulierem locutionis. Non enim ad hoc venit antecedenter, vt Samaritanis loqueretur. Non tamen quia propter hoc non venit aduenientem ad se expellere oportebat. Dicitur. n. Venit autẽ mulier Sama. hauri. aquam, vide ꝙ & mulierẽ ostendit propter æstum exeũtem ad aquam. Aug. Hæc autem mulier forma est ecclesię nõ iustificatæ, sed iam iustificandę. Pertinet autem ad imaginem rei quod ab alienis venit. Samaritani. n. alienigenę fuerunt, quanquam vicinas terras incolerẽt. ventura. n. erat ecclesia de gentibus, & aliena à genere Iudæorum. Thc. Congruè autem disputatio ad mulierem a siti sumpsit occasionem. Sequitur. n. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere: quia secundum humanitatẽ sitiebat, & propter laborem & ęstũ. Aug. lib. 83. q. Sitiebat ẽt Iesus mulieris illius fidem, eorum. n. fidem sitit pro quibus sanguinẽ fudit. Chr. Dicimus ãt domini non solum circa itinera validum robur, sed ẽt circa cibaria negligentia: non. n. discipuli eius deferebant viaticula, propter hoc. n. subdit. Discipuli autẽ eius abierant in ciuita. &c. Hinc etiam euangelista ostendit Christum humilem in eo ꝙ solus relinquebatur, & nimirũ poterat, si vellet aut non

Figura ecclesiæ

nō omnes emittere, aut abeūtibus illis alios ministros habere, sed noluit. Etenim ita discipulos assuefecit omnem superbiā cōculcare. Sed fortasse dicet aliquis: Quid magnum est si humiles erant discipuli, piscatores existētes & tabernaculorū factores? sed repētè facti sunt omnibus regibus reuerentiores, collocutores, & secutores dñi orbis terrarum. Maximè autem qui ex humilibus sūt, qñ dignitates qñque assumpserint facilius ad superbiā eleuant velut inexpertè se habentes ad tātum honorem. Detinens igitur discipulos dominus in eadē humilitate exaudiebat eos, vt per omnia se restringerent. Mulier ergo audiens, Da mihi bibere, valde sapienter ad formādum interrogationem, cum qui à Christo accepit sermonem: vnde sequitur, Dicit ergo illi mulier, Quomodo tu &c. Iudęum quidem eū esse ęstimauit à figura, & à locutione. Intuere vero qualiter mulier inquisitiua erat. Etsi n. oportebat custodire Iesum, ut nō cōtereret illi, non tamē oportebat illam custodire. Nō dixit euāgelista quod Samaritani Iudęis non conterentur: sed subdit, Nō n. coutūtur Iudęis Samaritanis. Iudæi igitur à captiuitate reuertētes zelotypè se ad Samaritanos habebant, sicut ad alienigenas & impugnatores. Neq; ēt scripturis oībus vtebātur, solū n. ea q̄ Moysi sunt suscipientes, prophetarū nō multā curā habebant. Cōtendebant ēt se in nobilitatē Iudaicā immittere. vñ & Iudęi eos cum oībus gētibus abominabātur. Aug. Et omnino eorū uasculis nō utebātur Iudęi. Et qa ferebat secū mulier uasculū, vnde aquā hauriret, eo mirata est, quia Iudæus petebat ab eo bibere, quod non solebāt facere Iudęi. Chry. Sed qualiter Christus quæsiuit ab ea biberet lege non concedente? Si autem quis dixerit, quia præsciebat eam non daturam, imò propter hoc, neque petere oportebat. Est igitur dicendum q̄ ideo petijt, quia indifferens erat de reliquo tales obseruantias præterire. Augu. Ille autem qui bibere quærebat, sitiebat fidē ipsius mulieris: vnde sequitur, Respōdit Iesus, & dixit ei; Si scires &c. Orig. Nam quasi dogma quoddam est, neminé accipere diuinum donum ex non quærentibus illud:

Frugalitas domini Iesu.

Quęstio pulchra

ipsum autem Saluatorem iubet pater poscere vt det illi, secundum illud; Postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuā. Et ipse Saluator dicit, Petite, & dabit uobis: & ideo signanter dicit Petisses, & dedisset tibi. Aug. 83. q. Hinc autem ostēdit nō se talem aquam petisse, qualē ipsa intellexerat. sed quia ipse sciebat fidē eius, eidem sitienti Spiritum sanctum dare cupiebat. Hanc. n. rectè intelligimus aquam viuam, quod est donū Dei; sicut ipse ait, Si scires donum. Aug. sup. Ioā. Dicitur. n. vulgo aqua uiua illa quæ de fonte exit; illa enim quæ colligitur de pluuia in lacunas aut cisternas, aqua uiua non dicitur. Et si de fonte manauerit, et in loco aliquo collecta steterit, nec ad se illud unde manebat amiserit, sed in rupto meatu tāquā à fontis tramite separata fuerit, non dicitē aqua uiua. Chry. Spiritus. n. sancti gratiā qñq; scriptura ignē, qñq; aquā uocat, ostēdēs quoniā nō substātiæ sunt hæc nomina repręsentatiua, sed actionis. Per ignis quidem appellationem, erectiuū & causale gratię, & cōsumptiuum peccatorū ęnigmaticè insinuat; per aquæ verò nuncupationem, purgamentū quod est ex spiritu, & multū refrigeriū recipientibus eū mētibus ostēdit. The. Gratiā ergo spiritus sācti dixit aquā uiuam, id est viuificatiuā, refrigeratiuam, & motiuam. Nam gratia spiritus sancti semp̄ mouet illū, q bona operat ascensiones in corde suo disponēs. Chry. Iterū autē dñs eam ab humili suspicione erexit, qua æstimabat cū unū multorū esse multū. n. honorem tribuens dominum uocāt. Sequitur enim; Dicit ei mulier, Domine, neque in quo hau. ha. & pu. altus est. vnde ergo habes aquam uiuam? Aug. Videte quomodo intellexit aquam uiuam, scilicet aquam, quæ erat in illo fonte. q. d. Tu mihi uis dare aquā uiuam, & ego fero unde hauriam, & tu nō fers, de hac ergo aqua uiua mihi dare non potes, quoniam hauritorium non habes, fortè alium fontem promittis. Sed nunqd tu maior es pa. no. &c. Chryso. q. d. Non potes dicere quod Iacob dedit nobis hunc fontē, & alio ipse usus est, etenim ipse & sui ex eo bibebant, quod nō esset si meliorem alium habuissent: de hoc igitur fonte

Gratiæ Spiritus sancti nominaplura.

dare non potes, alium aūt meliorem non est te habere, nisi cōfitearis teipsum maiorem esse Iacob. vnde igitur habes aquam, nam promittis te daturum nobis? Theo. Quòd autem dicit, Et pecora eius: ostēsiuum est abundantiæ aquarum. q. d. Nō solū suauis est aqua, vt Iacob ex ea biberet, & filij eius, sed etiam intantum est abundans, vt tantæ multitudini pecorū patriarchæ sufficiat Chry. Vide autem qualiter seipsum impulit in nobilitatem Iudaicā; Samaritani enim Abrahā progenitorem suum dicebant, quasi à Chaldæa existentem, sed & Iacob patrem vocabant, quasi ipsius existentem nepotem Beda. Vel patrem suū Iacob vocat, quia ipse sub lege Moysi vixerat, & prædium quod Iacob filio suo Ioseph dederat possidebat. Orig. Mysticè autē fons Iacob, scripturæ sunt. siquidem instructi in scripturis bibunt, ut Iacob & filij eius, simplices autē & rudes bibunt more pecorum Iacob.

Respondit Iesus, et dixit ei: Omnis q bibit ex aqua hac, sitiet iterū. Qui autē biberit ex aqua, quā ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquę salientis in vitā æternam. Dicit ad eum mulier. Domine, da mihi hanc aquā, vt non sitiam, neq; veniā huc haurire. Dicit ei Iesus. Vade voca virum tuū, & veni huc. Respondit mulier, et dixit. Nō habeo virū. Dicit ei Iesus. Bene dixisti qa non habeo virū. Quinque enim viros habuisti, & hūc quem habes, non est tuus vir hoc verè dixisti.

Chry. Cū mulier q̄siuisset, nunquid tu maiores patre nostro Iacob? nō dixit, maior sum, ne videret̄ gloriari, sed per ea q̄ subdit hoc ostēdit. Sequit̄. n. Respōdit Iesus, & dixit ei: Oīs qui bibit ex aqua hac sitiet iterum: qui aūt &c. q. d. Si mirabilis fuit Iacob, quia hāc aquā dedit: si dabo tibi multo hac potiorē, quid dices? nō āt ab hac excusatione, sed ex supereminētia cōparationē facit. nō. n. dicit, q̄m hec aqua vilis est & cōtēptibilis, sed id qđ natura testat̄, hoc ponit, s. oīs qui bibit ex aqua hac, sitiet iterū. Aug. Qđ quidem verum est, & de aqua sensibili, & de ea quā significat illa aqua. etenim aqua in puteo, uoluptas est seculi in profunditate tenebrosa, hic eā hauriūt homines hydria cupiditatum. nam qui præmiserit cupiditatem, peruenire nō potest ad voluptatem. Cum peruenerit quisque ad voluptatem seculi huius, nunquid nō iterum sitiet? ergo de hac aqua qui biberit, sitiet iterum. Si aūt acceperit à me aquam, non sitiet in æternum. nam quomodo sitiēt, quia inebriabuntur ab ubertate domus Dei? Promittebat ergo saginam quandam in satietatem Spiritus sancti. Chry. Hanc autem excellentiam huius aquę, ut. s. qui ex ea biberit, nō sitiat in ęternū, p ea quę cōsequūtur ostendit. Sequitur. n. Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ sa. in ui. æternam. q. d. Sicut qui fontē habet intra se positum, nequaquam efficietur siti, ita & qui hanc aquam habet. s. quā ego ei dabo. Theo. Nam aqua quā ego tribuo, semper mulplicatur. semina. n. & principium boni sancti sumunt per gratiam, ipsi verò negociantur, & operātur ad eius augmētum. Chry. Vide autem qualiter mulier paulatim ad dogmatum altitudinē ducitur nam primum quidem æstimauit eum iniquum quendā esse Iudæum, deinde audiens aquam uiuam, suspicatā est de sensibili hoc dici, postea discens quoniam spiritualia erant quæ dicebant̄, credidit quidem, quoniā potest aqua sitis necessitatē tollere, nondū āt sciebat quę esset hęc aqua, sed quærebat eā, superiorē sensibilibus ęstimās. vñ subditur. Dicit ad eū mulier, Dñe, da mihi hanc aquā, ut non sitiā, neq; veniā huc haurire. Et sic eū patriarchæ Iacob p̄ponit, de quo tā magnam opinionē habebat. Aug. Vel aliter; Adhuc illa mulier carnē sapit, delectata est nō sitire, & putabat hoc secūdū carnē sibi promissum esse à dño. Dederat autem Deus aliquādo seruo suo Heliæ, ut per dies 40. nec esuriret, nec sitiret. q hoc potuit dare p 40. dies, nō poterat dare semp? delectata at tali munere, rogat ut ei aquā uiuam daret. vñ sequitur. Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam &c. Ad laborem. n. indigentia cogebat, & laborem infirmitas recusabat. vtinā audiret. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos reficiā, hoc. n. dicebat Iesus, ut iam non laboraret, sed illa nōdum intelligebat: denique uoluit dominus ut intelligeret. vnde sequitur. Dicit ei Ie. uade.

Tropologica expositio.

Tropologica expositio.

vo.ui.tu.& ue.huc. Quid est hoc? per uirũ suum ei uolebat aquã illam dare? an quia non intelligebat? per virũ suum eam uolebat docere, sicut apostolus dicit de mulieribus. Si quæ uolunt discere, domi uiros suos interrogent, sed ibi dr̃, vbi non est Iesus qui doceat; cũ vero ipse dñs aderat q̃d opus erat, vt per uirũ ei loqueretur? nunquid per uirũ loquebatur Mariæ, q̃ sedit ad pedes eius? Chry. Quia igitur instabat mulier accipere aquã ꝓmissam q̃rens, dicit ei Iesus, Voca uirum tuũ, quasi ostendens qm̃ & illũ oportet his cõicare. hæc aũt festinans accipere, & rei turpitudinẽ occultans, adhuc æstimabat se ad hoiem loqui, vnde dr̃. Rñdit mu & di. non ha. virum. Hoc audiens Christus opportunè de reliquo redargutionẽ inducit Nã & priores uiros enumerat, & eum qui nunc occultabatur redarguit. vñ sequitur. Dicit ei Ie. Bene dixisti, quia nõ habeo uirum. Aug. Intelligas reuera istam mulierẽ non habuisse tunc uirum, sed utebatur nescio quo non legitimo uiro, unde ei conueniẽter mysteria loquitur, dicens. Quinq; uiros habuisti. Orig. Vide aũt si possibile est fontem Iacob mysticè totas esse scripturas, aquã uerò Iesu ea pro quibus editæ sunt, quæ nõ est licitum omnibus perscrutari, eo quod quæ scripta sunt, dictauerũt homines. Quæ uerò oculus non uidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽderunt, in scripturis non possunt redigi, sed ex fonte aquæ salientis in uitam æternã. i. ex Spiritu sancto disciplinæ patefiũt his qui nondum humanũ cor gestant, sed possunt dicere, Non sensum Christi hẽmus. Qui ergo non suscipit profunditatem verborum, & si ad modicũ quieuerit, denuo insistens dubitabit: qui aũt bibit de aqua Christi, ad hoc promouetur, vt fons omnium quæsitorum prorumpat in eo, sursum scaturizantibus aquis, & peruolante eius mente ad cõsequentiam huius aquæ ad uitam æternam. Volebat aũt mulier sine aqua Iacob angelicè & super hominẽ discere ueritatem, neq;.n.angeli indigẽt fonte Iacob ut bibant, sed q̃libet in se habet fontẽ aquę scaturientis in vitã æternã ab ipso verbo. Et hoc est quod subdit. Dicit ei mulier, Dñe, da mihi hanc aquam

Anagogica expositio.

sed impossibile est hic absq; ea, quę hauritur ex fonte Iacob, aquã capere quæ dat̃ a uerbo: vnde petenti Samaritanę aquam vr̃ dicere Iesus se illam ꝑbere non alibi q̃ in fonte Iacob. vnde sequitur, Dicit ei Iesus, Vade voca virum tuũ, & veni huc. Si enim sitiamus, idoneũ est primo pocula sumere ex fonte Iacob, sc̃dm aũt apostolum uir aiæ lex est. Aug. lib. 83. q. Quicũque aũt uiros quinq; libros qui per Moysen ministrati sunt nõnulli accipiunt, q̃d aũt dictum est, Et hunc quẽ habes, non est tuus vir, de seipso dñm dixisse intelligũt, vt iste sit sensus, primo quinq; libris Moysi quasi quinq; viris seruisti, nunc aũt quẽ habes. i. quẽ audis, non est tuus uir, q̃a nõdum in eũ credidisti. Sed qm̃ nondum credens Christo adhuc illorũ quinq; virorũ, i. quinq; librorũ copulatione tenebãtur, põt mouere qũo dici potuerit, quinq; uiros habuisti, quasi nunc eos iam nõ haberet? deinde qũo potest intelligi a quinque illis libris recedere hominem, ut ad Christum transeat, cum ille qui credit in Christum non relinquẽdos illos quinq; libros, sed spiritualiter intelligendos multo auidius amplectatus. Est ergo alius intellectus. Aug. super Ioan. Vidẽs.n. Iesus, quia mulier non intelligebat, & uolens eã intelligere. Voca (inquit) uirum tuũ. i. præsenta intellectum tuum. cum.n. ordinata fuerit uita, intellectus animã regit, ad ipsam aiam pertinens. Non.n. aliud aliquid est quam anima, sed aliquid aiæ est intellectus. Hoc ipsum animæ quod intellect⁹ & mens dicitur, illuminatur luce superiore. Talis lux cum muliere loquebatur, & in illa intellectus nõ aderat. ergo dñs tanquam diceret, illustrare uolo, & non adest quem, voca (inquit) uirum tuum i. adhibe intellectum per quem docearis, quo regaris. & adhuc illa nondum uocato illo uiro nõ intelligit. Videtur aũt mihi quinque viros priores animæ nos posse accipere quinq; sensus corporis: ante.n. quã quisque possit uti ratione, nõ regitur nisi sensibus carnis, sed cũ cœperit aia capax esse rationis, aut a sapiente mẽte regitur, aut ab errore, sed error non regit, sed perdit. Post illos ergo quinque sensus mulier illa adhuc errabat, error autem ille non erat

Allegoria curiosa.

Tropologicus intellectus.

legitimus vir, sed adulter. Dicit ergo dominus: Tolle istū adulterū qui te corrumpit, & voca virū tuum, vt intelligas me. Orig. Vbi aūt decebat cōfutari a Iesu putatum Samaritanæ virū, non esse uirum, nisi apud fontem Iacob? Pōt ēt intelligi si vir animę lex est, qđ Samaritana secundū congruam acceptionem verborum legis ritui infidelium tāquam uiro illegitimo se subijciebat. Reuocatur autem ad uerbum veritatis quod resurrecturum erat a mortuis, non deinceps moriturum.

Dicit ei mulier: Dñe, video quia propheta es tu. Patres nostri in mō te hoc adorauerūt et uos dicitis quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei Iesus. Mulier, crede mihi, q̃a ueniet hora, qñ neq; in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus qđ scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed uenit hora, et nunc est, quādo ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu et ueritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare.

Chry. Mulier autē a Christo reprehēsa non contristata est. neq; dimittens fugit, sed admiratur magis & immoratur. vnde dř: Dicit ei mulier, Dñe, vi quia propheta es tu, q.d. In hoc ꝙ mihi occulta dicis, ostenderis propheta esse. Aug. Et sic cœpit ad eā venire vir, nondum plenè venit. Prophetā dñm putabat, erat quidē & propheta. nam de seipso ait, Nō est propheta sine honore nisi in patria sua. Chry. Deinde quia hoc suspicata est, nihil mundanū eū interrogauit, nō de corporis sanitate, non de vitijs, non molestatur sitiēdo pro doctrinis solicita. Aug. Et incipit quærere qđ illam solet mouere, dicens. Patres nostri in monte hoc ado. & uos di. quia Hierosol. est lo. vbi ado. oportet. Contentio ꝙppe fuerat inter Samaritanos & Iudæos, quia Iudæi in tēplo a Salomone fabricato adorabāt Deū, & ideo meliores se esse iactabant. Quibus Samaritani dicebāt quō iactatis uos, quia tēplum habetis qđ nos non habemus? nunquid patres nostri qui Deo placuerunt, in illo templo adorauerunt? Melius ergo nos in hoc monte Deū rogamus, vbi patres nostri Deum adorauerunt. Chry. Quòd autem dicit, Patres

Dissensio inter Iudæos & Samaritanos.

nostri, eos circa Abraham sunt intelligit. etenim illic aiunt filium suum obtulisse. Orig. Vel Samaritani montē qui dř Garizim, iuxta quem Iacob habitauit sctm̃ reputantes in eo Deum adorant. Sed Iudęi montē Sion sacrū quid arbitrantes, illum locū putant esse electum a Deo. Verū q̃a Iudæi a quibus salus ꝓcessit, exemplum sunt opinantiū sanos sermones: Samaritani uerò diuersimodè opinantiū, congruè Garizim quidē Samaritani significāt, qđ vocatur distinctio seu diuisio, at Iudæi Sion, qđ est specula. Chry. Christus autē non soluit qōnem confestim, sed ad altiora mulierem trahit, de quibus nō prius ei locutus est, donec confessa est, qm̃ propheta est, ut cū multa certitudine audiat de cætero quæ dñr. vnde sequitur: Dicit ei Ie. Mu. cre. mi. & c. Dicit autē, Crede mihi, quia vbique nobis opus est fide matre bonorum, quæ salutis est medicamentū, sine qua nihil magnorū est possidere, sed qui tentant, assimilatur, his qui sine naui pelagus tentant transire, qui parum quidem natare sufficiunt, ultra uerò procedentes cito merguntur. Aug. Merito autē iam præsente uiro audit mulier, Crede mihi. Iam n. est in te qui credas, cœpisti adesse intellectu, sed nisi credideritis, non intelligetis. Alcui. Quòd autem dicit: Venit hora, tempus euangelicæ doctrinæ quod iam instabat dicit, quando ablata omni umbra figurarū, ueritas pura luce mentes credentiū illustratura erat. Chry. Superuacuum autem erat Christo docere propter quid patres in monte & Iudęi in Hierosolymis adorabant, ideo hoc tacuit. veruntamen reuerentiores Iudæos iudicauit, non a loco, sed a mente. vnde subdit: Vos ado. quod nes. nos ado. quod sci. quia salus ex Iudæis est. Orige. Quod dico uos, quantum ad uocem, Samaritani quantum ad anagogem, qui erga scripturas alienæ sunt opinionis. Nos quoq; quo ad uerbum, Iudæi, quo ad allegoriā verò ego verbum, qui uerè secūdum me conformati sunt, obtinentes salutem ex dictis Iudaicis. Chryso. Samaritani quidem quod nesciebant adorabant, quoniam localem & particularem Deū æstimabāt, nihil de eo plus imaginātes quàm

Error Samaritanorū.

de

de idolis. Et idcirco cultũ Dei cum cultu dęmonum miscuerũt, Iudei verò ab hac eruti erant suspicione: etenim orbis terrarum eum nouerant esse Deum, propterea dixit, Nos ado. quod sci. Iudęis autẽ seipsum connumerat, secundũ opinionẽ mulieris loquens, quasi propheta Iudęus existens. ideo dixit, Adoramus, cum tñ manifestum sit q̃ ipse qui ab omnibus odoratur. Per hoc autẽ q̃ dicit. Quia sa. ex. Iu. est, nihil aliud ostẽdit, q̃ q̃ orbi terrarum inde salutaria facta sunt. scire .n. Deũ, & idola detestari illinc principium habuit, & alia dogmata, sed ipsum quod est apud nos, à Iudęis orationis principiũ habuit. Pręsentiam ẽt suam salutem vocat, quã dicit ex Iudęis esse, secundum illud Apostoli. Ex quibus Christus secũdum carnẽ. Vide qualiter applaudit ueteri testamento quod radicẽ ostẽdit bonorum, per omnia semetipsum non esse contrarium legi demonstrans. Aug. Multum igitur dedit Iudęis ex quorum persona dixerat, Nos adoramus quod sci. Sed nõ ex persona Iudęorum reproborũ, sed ex qualibus fuerant Apostoli, quales fuerant prophetæ, quales fuerant omnes illi sancti, qui precia rerum suarum ad pedes apostolorum posuerunt. Chry. Sic igit̃ superbundãtius vobis habẽt Iudęi ò mulier in modo adorationis. ueruntamen & hic adorationis modus reliquo finẽ habebit, vñ subdit; Se ue. ho. & nũc est, qñ ueri adora. ado. pa. in spir. & ue. Quia .n. pphetæ ante lõga tẽpora multa pdixerunt, ideo dixit. Et nunc est. Ne æstimes hanc talẽ esse prophetiã, q̃ post multũ tẽporis impleat̃, res iã instat, & in ianuis est dixit aũt, Veros adoratores, ad distinctionẽ falsorũ; qm̃ quidã sunt falsi adoratores, q temporalia & caduca quærũt in oratione, siue qui cõtra hoc qđ orãt agere nõ cessant. Chry. Vel dicẽs, Veros, excludit cũ Samaritanis Iudæos. Et si .n. Iudæis meliores essent, tñ futuris multo minores sunt tãquam figura ueritate. Sunt igitur ueri adoratores qui neq; loco circumcludunt Dei culturã, & Deum spiritu colunt. Orige. Vnde & Paulus dicit. Cum seruio in spiritu meo. Bis autẽ scribitur, Venit hora, & primo quidẽ non ad est, & nunc est. In secũdo verò dicitur. Et nunc est, & puto primum quidem notare adorationẽ præter corpus futurã in perfectione Secundum verò eã quæ fit in uita præsentis perfecta quãtum licet humanam procedere naturã. Cũ ergo uenerit hora quã dicit dñs, euitandus est mons Samaritanorum, & in Sion ubi est Hierosolyma adorãdus est Deus, quæ ciuitas esse dicit à Christo celsi principis. Et hæc est ecclesia vbi sacra oblatio spirituales uictimæ diuinis aspectib[9] offerũtur ab his qui legem spiritualem intellexerũt. Cũm autem venerit temporis cõplementum, tũc nequaquã pensandum verum cultũ. Hierosolymis. i. in præsenti ecclesia amplius pertractari. Neq; enim angeli apud Hierosolymã colũt patrẽ, sic & qui similitudinẽ nacti sunt Iudæorũ melius quàm hi q sunt Hierosolymis colũt patrẽ. Cũ autem hæc hora euenerit, patri aliquis in filium deputatur. Ea propter non dictũ est. Adorabitis Deum, sed adorabitis patrẽ. Sed in præsenti colũt patrem in spiritu & veritate veri adoratores. Chry. Dicit ergo hoc de ecclesia, in qua est vera adoratio & Deo cõgrua. vnde subdit: Nã & pater tales quærit qui adorant eũ. Et si olim volebat eos veteribus immorari; cõcessit eis figurã, hoc tñ fecit eis condescendens, ut per hoc ad ueritatem inducãtur. Orig. Si ãt pater quærit, p Iesum quærit, qui uenit quærere & saluare qđ perierat, quos erudiẽs veros cultores effici. Quòd ãt subditur. Spiritus est Deus, inde abstractũ esse suspicor q̃ ad uitã verã nos perducit. Nã & corporali uita uiuificamur à spiritu. Chr. Vel indicat q̃ Deus incorporeus est, oportet igit̃ incorporeã eius culturã esse, hoc est p animã & intellectus puritatẽ nos ei offerre. vñ subdit. Et eos q adorãt eũ in spiritu & ueritate oportet adorare. Quia .n. Iudæi animã quidem negligebãt, multũ ãt circa corpus studiũ faciebãt id omnifariam purgãtes, & ideo ait, quia nõ corporis mundatione, sed incorporeo quod est in nobis, hoc est intellectu, quẽ dicit spiritum, Deus incorporeus colitur. Hylar. 2. de Trinita. Vel cũm in spiritu, Deum spiritum docuit adorandum, & libertatem ac scientiam adorantiũ, & adorandi infinitam ostendit: secundum illud apostoli.

Adoratores veri q sint.

Deus incorporeus probatur.

Anagogica expositio.

apostoli, Vbi spūs dñi, ibi libertas. Chry. In veritate autem oportet adorare, quia priora figura erant. s. circuncisio, holocausta, & tymiamata; nūc autem totum est veritas. Theo. Vel quia multi putant se Deum secūdum spiritum. i. animam adorare non rectam opinionem de eo habentes & hæretici, propter hoc addidit. Et veritate. Fortè ēt dicet aliquis quòd duas partes philosophiæ quæ secūdum nos sunt incitat in prædictis, actionem. s. & contemplationem per spiritum namq; actiuum insinuat, secūdum illud apostoli Qui spiritu Dei aguntur &c. per ueritatem verò contemplatiuum. Vel aliter: Samaritanorū erat opinio quod Deus loco concluderetur, & quod in hoc loco Deū adorari oporteat. Contra quos dicit quod veri adoratores non localiter, sed spiritaliter adorant: Iudæis verò omnia sub figura & umbra erant, & ideo dicit, quod ueri adoratores non in figura adorabunt, sed in ueritate. quia enim Deus spiritus est, spirituales adoratores quærit: quia uerò ueritas, ueros. Aug. Quærebas montem fortè adorandum, vt Deo esses propinquior; sed ipse qui in altis habitat, humilibus appropinquat. ergo descende ut ascendas. Ascensiones, inquit, in corde eius, in conualle plorationis quæ humilitatem habet in tēplo. Vis orare? in te ora, sed priùs esto templum Dei.

Dicit ei mulier. Scio quia Messias uenit, qui dicitur Xps. Cū ergo venerit, ille nobis annūciabit oīa. Dicit ei Iesus. Ego sum qui loquor tecū.

Chry. Mulier eorum quę dicta sunt altitudine fatigata obstupuit; vnde sequitur, Dicit ei mulier. Scio quia &c. Augu. Vnctus Latinè, Grecè Christus est, Hebraicè Messias est. Sciebat ergo quis eum posset docere, sed iam docentem nondum agnoscebat: vnde subdit, Cum ergo venerit ille nobis &c. q. d. Modò Iudæi de tēplo cō tendunt, nos de monte: cū ergo ille uenerit & monté sperneret, & tēplum euerteret, & docebit nos, ut in spiritu & ueritate nouerimus adorare. Chry. Sed vnde erat Samaritanis expectare Christi aduentum? Moysi quidem suscipiētes legem, ab ipsis Moysi literis hoc nouerant. Iacob enim de Christo prophetizans dixit. Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est. Sed & Moyses dicit. Prophetā nobis suscitabit Deus de fratribus nostris. Orig. Siquidem non est ignorandū quod sicut ex Iudæis surrexit Iesus; Christū se esse non solū dicens, sed ostendens; sic ex Samaritanis quidā Dositheus noīe asserebat se fore Christum qui prædicabatur. Augu. lib. 83. quæst. Fortasse autē ut intelligentibus indicaret quinq; corporis sensus quinq; virorū nomine significari post quinq; carnales responsiones quæ supra in litera patent, sexta responsione noīat Christum. Chry. Christus autē de reliquo mulieri reuelat seipsum. vnde sequitur. Dicit ei Iesus. Ego sum qui loquor tecū. Et quidē si circa principium hoc mulieri dixisset, videretur ei ex uanitate loqui, nunc autē paulatim in memoriā Christi eā reducens, opportune reuelauit seipsum, & quidē Iudæis quærentibus, Si tu es Christus, dic nobis palā, nō manifestè seipsum reuelauit, quia nō pro discendo quærebant, sed pro iniuriando. Hęc verò ex simplici mente loquebatur.

Sensus quinq; notant.

Et continuò uenerunt discipuli eius, et mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suā mulier, & abijt in ciuitatem, et dicit illis hominibus. Venite, et videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci. Nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & ueniebant ad eum.

Chry. Expleta doctrina & conuenienter ad tempus discipuli occurrerūt, vnde dicitur, Et cōtinuò uene. &c. Admirabātur quidem superabundantē Christi mansuetudinem & humilitatem; quoniam ita perspicuus existens, sustinuit loqui cum tāta humilitate mulieri inopi & Samaritanæ. Aug. Quia scilicet quærebat perditā, qui uenerat quærere quod perierat, hoc illi mirabantur. bonum. n. mirabantur, & nō malum suspicabantur. Chry. Sed tamen admirantes nō interrogauerunt causam: vnde subditur. Nemo tamen dixit ei &c. Erant eruditi discipulorum ordinem obseruare, ita eum timebant & uenerabantur, & nimirum alibi uidentur confidenter interrogare, quia ad eos pertinentia necesse habebant scrutari: hic autem nihil ad eos pertinebat quod fiebat. Orige.

Modestia Christi mirabilis.

Et

Et ferè quidē quasi quodam apostolo ad ciues utitur hac muliere; adeo eam inflāmans per verba, vt amphora dimissa iret in ciuitatem relatura conciuibus: vnde sequitur, reliquit ergo mulier, &c. Non curans de corpore ac viliori propter vtilitatē pluriū. Interest quoq; nostra omissis corporeis & neglectis satagere ad impartiendū alijs de cōmodis acquisitis. Aug. Hydria āt græco nomine appellatur tanquā si aquariū diceretur, qm̄ græcè aqua hydor vocatur. Chr. Et sicut apostoli uocati dimiserunt retia, ita hæc dimittit hydriam & euangelistarum opus fecit: & non vnū tm̄ uocat, sed ciuitatem integram. vñ sequitur; Et abijt in ciuitatem, & dicit illis &c. Orig. Conuocat quidē illos ad videndum hoīem continentem uerbum supra hominem. Quęcunq; āt facit mulier erat contubernium quinq; coniugum, & post illos conuersatio cum sexto non proprio uiro, quem deserens, & septimò adhærens lagenam dereliquit iā pudica. Chr. Non uerecūdata autem est hoc dicere. Anima.n. cum ignita fuerit igne diuino, ad nihil eorum quæ sunt in terra de reliquo aspicit, neq; ad gloriam, nec ad verecundiam, sed ad vnam solā quæ detinet eam flammā. Volebat āt non ex propria annunciatione eos inducere, sed ex auditu ꝓprio eos facere communicatores doctrinę Christi, unde dixit, Venite & uidete hominē, non dixit. Venite & credite; sed, venite & uidete, quod leuius erat. Nouerat.n. manifestè qm̄ solum gustantes de illo fonte eadem paterentur & ipsa. Alcui. Paulatim aūt uenit ad prædicandum Christum, primò uocat hominem ne diceret Christū, auditores irascerentur, & nollent exire. Chr. Vnde ēt neq; manifestè annunciauit Christum, neq; tñ totaliter siluit, sed dixit, Nunquid ipse est Christus? & ideo sermonem eius acceperūt, unde sequit. Exierunt de ciuitate &c. Aug lib. 83. quęstio. Quòd āt, relicta hydria discessit mulier, nō negligenter prętereūdū est, hydria.n. morem huius seculi significat, i. cupiditatem, qua homines de tenebrosa profunditate, cuius imaginē puteus gerit, hoc est de terrena conuersatione, hauriunt uoluptatem. Oportebat autem ut Christo credens seculo renunciaret, & relicta hydria cupiditatem secularem se reliquisse demonstraret. Aug. sup. Ioannem. Proiecit, ergo cupiditatem, & properauit annūciare ueritatem, discant qui uolunt euangelizare, ut prius hydriam ad puteum proijciant. Orig. Facta etiam mulier receptaculum honestæ disciplinę, ea quæ primitus, sapiebat paruipendens deponit.

Vis diuini amoris.

Tropologica expositio.

Interea rogabant eum eius discipuli, dicētes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis, Ego cibū habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli adinuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit ei Iesus. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.

Aug. Ierāt discipuli eius emere cibos, & uenerant quos Christo offerebant; uñ dicitur; Interea rogabant eum eius discipuli, dicentes. Rabbi, manduca. Chry. Vidētes.n. eum fatigatum ex itinere & ęstu qui erat, rogabant eum uulgari eorum uoce. Neq; enim erat hoc temeritatis, sed amoris cura circa magistrum. Orig. Arbitrantur aptum fore tempus ad prandium quod erat inter recessum mulieris ad ciuitatem, & aduentum Samaritanorū ad ipsum: non enim coram aliquo aduena sibi propinquabant escas. Ob hoc bene positū est, Interea. Theop. Dominus uerò sciens ꝙ Samaritana totam ciuitatem ad eū traheret, hoc discipulis significauit: unde sequitur; Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare, quem uos nescitis. Christo. Hominum salutem, hic cibum uocauit, ostendēs quantum desiderium habet nostræ salutis sicut enim nobis concupiscibile est comedere, ita ei saluare nos. Tu uero intuere quod non statim reuelat, sed ubique in quæstionem imittit auditorē, ut incipiens quærere quod dicitur, & laborans cum ampliori suscipiat desiderio. Theoph. Dicit autem, quem uos nescitis, idest nescitis quod cibum uoco salutem hominem: uel, nescitis quod Samaritani credituri sunt, & salui fient. Discipuli aūt adhuc dubitabant: unde sequitur, Dicebāt ergo discipuli adinui. Nunquid ali. at tu. ei mandu. Aug. Quid mirum si mulier illa non intelligebat aquam, ecce discipuli non intelligunt escam. Chry. Et quidē

Designatur cib. spiritalis.

alluetam

assuetam reuerétiã & honorem magistro præbent ad seinuicem quidem loquêtes, ipsum verò non præsumentes interrogare. Theo. In hoc åt ꝙ dicunt discipuli: Nũquid aliquis attulit ei manducare? Considerandũ est qđ cibos ab alijs ablatos dñs suscipere solebat, non quod alieno ministerio indigeret, qui dat esca oĩ carni, sed vt deferentes meritum consequerentur, simulq; formã tradens non erubescere paupertatem, neq; graue putare ab alijs nutriri. proprium.n. & necessarium est doctoribus, alios habere procuratores ciborũ, vt ipsi de nullo curantes verbi ministrationẽ procurent solicitè. Aug. Audiuit dñs cogitationes discipulorũ, & instruit eos vt magister, non per circuitum sicut mulierem, sed apertè, vnde sequitur, Dicit ei Iesus &c. Orig. Idoneus cibus filio Dei cùm auctor paternæ voluntatis efficitur, hoc velle in semetipso protestãs quod erat in patre Solus åt filius perfecti operis paternæ uoluntatis est capax: cęteri vero sancti nil pręter diuinam peragunt voluntatem. Plenã åt & integram facit Dei voluntatẽ, qui dixit, Meus cibus & c. Proprius.n. cib. eius ostendit. Quid åt sit uelle patris, innuit sermo sequens, Vt perficiam opus eius. Siquidem simplicius quis asseret, qm̃ opus est iussum mandantis, puta si dicant ædificantes vel fodiẽtes se perficere opus eius qui conduxit eos, sed super Christum perficitur opus Dei, restat vt priusquam perficeretur erat diminutum. Qualiter åt diminutum erat opus, cum esset Dei? perfectio quidẽ operis, rationalis naturę est perfectio, ad huius enim operis perfectionem, cum esset imperfectum verbum caro factum accessit. Cùm.n quodammodo homo perfectus fieret, ob transgressionẽ factus est imperfectus, & ideo missus est. Saluator, primo quidem vt perficiat voluntatem eius qui misit eum, secundo vero ut consumet opus Dei, ut quilibet perfectus fiat ad solidi cibi vsum. Theoph. Opus etiam Dei perfecit, scilicet hominẽ Dei filius, nostram naturam in seipso sine peccato ostendens in omni opere perfectam, & incorruptam. Opus etiã Dei scilicet legem perfecit, quia finis legis Christus eam cessare faciẽs omnibus quæ in ea erant perfectis, & à corporali cultu in spiritualem reduxit. Orige. Mysticè autem post populi negocium, ac disciplinam distinctionis aquarum, consequens erat, & de cibo disceptare. Samaritana quidẽ petita potum, non habebat præbere Iesu dignum poculum. Discipuli vero inuenientes humilia pulmẽta apud alienigenas ei obtulerunt, rogantes eum ut mãducaret. Et attende si forsan verentur ne uerbum Dei proprijs non uigoratum escis in eis deficiat. Quæcunque ergo reperiunt discipuli his iugiter proponunt verbum alere, vt corroboratum atque roboratum perseueret penes eos qui nutriunt ipsum. Quẽadmodum autẽ corpora egentia cibo, neque eisdem aluntur, neque eadem quantitas ciborum cunctis sufficiens est: sic intelligendum est, & in his quæ sunt supra corpus. nam horum hoc quidem plurimi hoc autem paucioris indiget nutrimenti, dissimilis capedinis entia. Sed neque qualitas alentium verborum atque intentionẽ cõtẽplatiuarũ operationum eadem cõgruit omnibus. Nam nuper geniti infantes rationale appetunt lac, perfectorum autem est solidus cibus. Veridicus est ergo Iesus, dicẽs. Ego cibum habeo manducare quẽ uos nescitis. Semper enim qui præest infimis ac nequeuntibus eadem cum validis uidere, hoc dicere potest.

Exẽplũ paupertatis in Christo

Opus Christi quid sit.

Exẽplũ ex naturalibus.

Nunc vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ iam sunt ad messem. Et qui metit, mercedẽ accipit, et cõgregat fructũ in vitã æternã. Vt et qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc.n. est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. ego misi vos metere quod vos non laborastis, alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.

Chry. Quæ si uoluntas patris de cætero interpretatẽ, dicẽs. Nonne uos di. q. ꝙ a. q. m. s. & mes. uenit? Theo. Scilicet materialis. Ego autem dico uobis, ꝙ messis intelligibilis adest. hoc enim dicebat ꝓpter Samaritanos uenientes ad ipsum, unde subdit. Leuate oculos uestros, & uidete regiones: quia albæ sunt iam ad messem. Chr. Rursus consuetis nominibus ad maximorum eos contemplationem reducit

Messis duplex describitur.

est. Regio.n. & messes hic indicat multitudinem animarũ, quæ paratę sunt ad prędicationis susceptioné, oculos ât hic dicit, & eos qui mentis, & eos qui corporis. Etenim uidebât de reliquo multitudiné Samaritanorũ venienté. Has ât præparationes hoīum, decenter regiones albatas vocat: sicut.n. spicæ cũ dealbatæ fuerint, ad messem sunt paratæ: ita & hi ad saluté sunt parati. Sed pp quid non manifestè dicit ꝙ pparati sunt homines ad susceptionem verbi? Duarum quidem occasionum gratia vnius quidé vt manifestior fiat sermo, & magis sub visum dicat quæ dicunẽ alterius ât dulcior sit narratio, & permanentior eorum quæ dicuntur memoria. Aug. In op⁹ ât feruebat, & operarios mittere festinabat: vnde subditur, Et qui metit, mercedem accipit, & cógregat fructũ in vitam ęternã, vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. Chr. Per ea quę hic dicit diuidit terrena à cęlestib. sicut.n. supra dixerat de aqua ꝙ qui bibit hãc aquã non sitiet; ita hic dicit, Qui metit, congregat fructum in vitam ęternam. & iterum, Qui seminat, simul gaudeat, & q metit. Prophetę.n. sunt qui seminant, sed nó illi messuerunt, sed apostoli: quia enim infra dicet, ꝙ alius seminat, & alius metit: ne quis æstimet ꝙ prophetę seminantes, mercede priuentur, extraneum quiddam inducit: & a sensibilib. alienum: nam in rebus quidem sensibilib. si contingat alium seminare, & alium metere, non simul lætantur, sed dolent, qui semināt quasi alijs laborantes, lætantur ât soli qui metunt, hic ât non ita, Sed & si non metunt seminantes simul cum metentibus lætantur, qm̃ in mercede cómunicant. Aug. Disparis.n temporis labores habuerunt apostoli & prophetæ, sed gaudio pariter perfruẽtur, mercedẽ simul accepturi sunt vitam æternam. Chry. Ad hoc ât quod dixerat, sermonem prouerbialẽ inducit. vnde subdit. In hoc.n est verbum verum quia alius est qui seminat & alijs qui metit. Hoc quidem vulgariter dicebãt, si qñ alij labores sustinuerũt, & alij fructus metebant. Sed & hic sermo iste maximè habet veritaté, quia prophetæ laborauerunt, sed vos fructus ex illorum laboribus metitis. vñ subdit. Ego misi uos metere quod vos nó laborastis. Aug. Quid ergo messores misit, non seminatores? Ibi ergo messores mittẽdi, ubi iam prophetæ prædicauerant. Legite labores illorum, & nó in omnib eorũ laboribus est prophetia Christi; ergo iam in Iudæa messis parata erat, qñ tot milia hominum precia rerum suarũ offerebât, & ad pedes apostolorum ponentes expeditis humeris a sarcinis secularib. Christum dominum sequebantur. De ipsa messe eiecta sunt pauca grana, & seminauerunt orbem terrarum, & surgit alia messis quæ in fine seculi metenda est; ad quam metẽdam non apostoli, sed angeli mittentur. Messores (inquit) sunt angeli. Chry. Dicit ergo; Ego misi vos metere quod vos non laborastis q.d. Vbi minor labor est, maior ât delectatio ad vos reseruaui; & qđ laboriosius erat, hoc fuit prophetarum, s. mittere semina. vnde subdit. Alij labo. & vos in labo. eorum introistis. Per hæc omnia vult ostendere, ꝙ prophetarum voluntas erat, ut hoīes ad eũ accederét. Ex hoc lex ordinabat, & propterea illi seminauerũt, ut hunc facerent fructum. Ostendit ét ꝙ ipse illos misit, & ꝙ multa est cognatio noui ad vetus testamentum. Orig. Vel aliter totũ; Qualiter quidem non est inconueniens hoc quod est, Leuate oculos vestros &c. allegorizare. Quód autem dr; Nõne vos dicitis, qñ quatuor mẽses sunt, & messis uenit, nõ secũdũ allegoriam tractare? Putamus ergo talia quædam esse in hoc dicunt ꝙ discipuli. Quatuor menses sunt, & messis venit. Plurimi.n. discipulorũ uerbi animaduertentes, veritatem incóprehensibilẽ fore humanæ naturæ, qñ coniecerunt aliam esse uitam a præsente, quæ corruptioni, quatuor elemẽtorũ quasi quatuor mensium subijcitur, putant solum post hanc uitam cognitionem esse veritatis. Dicunt igitur discipuli de messib. quæ sunt terminus operum ad veritatem conducentiũ, quia post instanté quaternitatem contingunt. huiusmodi aũt opinioné arguẽs uelut non sanam (inquit) verbũ incarnatũ his q talia suspicant. Nõne vos dicitis, qa adhuc quatuor mẽses sũt, messis venit? ego aũt hoc dico; leuate oculos vestros. In plurib. locis scripturæ diuinæ

Allegoriæ mysterium.

Mercēs prophetarũ & apostolorum.

Notula vtilis.

hoc

hoc legitur iubẽte nobis verbo diuino extollere, ac sublimare cõsiderationes & cogitationes deorsum cõsistentes, nec valẽt erigi nisi eleuante illas Iesu. Nemo enim cõsistens in passionibus, & viuens carnaliter, hoc propositum seruat mandatũ: quapp qui talis est, non videbit regiones si albæ sunt ad messem. Albescũt quidem regiones ad messem, cũ adest verbum Dei illustrans singulas regiones scripturæ fœcundans in eius aduentu: & ẽt oĩa sensibilia sunt quasi regiones albę paratæ ad messem, pręsto existente leuantibus oculis ratione quæ de quolibet est, vt quisqs fulgorem prospiciat profusę ubi licet veritatis. Qui ãt mittit prędictas messes, duplex hẽt in metendo emolumentũ: vnum quidem, dum accipit præmium, vnde dr. Et qui metit, mercedem accipit: quod arbitror dictum causa futurarum remunerationum. Alterum quod sequitur, Et cõgregat fructum in vitam ęternam. Bonũ habitum quoddam denotat intellectus, qui est fructus ex ipsa speculatione proueniens. Arbitror ãt quod in qualibet doctrina seminat quidẽ qui principia excogitat, q̃ suscipiẽtes alij ac perpetrantes si quid noui potuerunt exprimere coniungentes, fiunt suæ inuentionis gratia posteris causa, vt metendo quasi maturos fructus aggregent. Quanto ãt magis hoc in arte artium expedit contemplari? Siquidẽ seminantes sunt Moyses & prophetę præuenientes aduentum Christi. Metentes autẽ sunt Apostoli qui Christum susceperũt, & gloriam eius perspexerunt. Semen aũt erat tota ratio secundum reuelationẽ mysterij temporib. præteritis obfuscati silentio regiones ãt, i. legalis ac ꝓpheticæ scripturæ nondũ abluerant his qui aduentus verbi nequaquam extiterũt capaces. Qđ autem simul serens & metens gaudeat, erit cum priuatio mœroris & angustię in futuro fiet seculo, dum etiam Iesus trãsfiguraretur, in gloria, simul cum messorib. Petro, Iacobo, & Ioãne Moyses & Elias, satores pariter gaudent in videndo filij Dei gloriam. Attende tamen si hoc quod dico alias, & alias intelligi potest, propter aliam & aliam uitæ cõuersationẽ, in qua hoies iustificati sunt: ut liceat dicere aliũ quidẽ legis cultorẽ, aliũ verò euãgelij: & tñ exultãt simul dũ idẽ finis ab vno Deo per vnũ Christũ in vno Spiritu sancto reponit. Ad labores ãt prophetarũ & Moysi aduenerũt apostoli, instruẽte Iesu mẽtes, ac in horrea colligẽtes aię suę intellectũ in scripturis illorũ reconditũ & semp qui debitè caprũt disciplinã priorũ labores ad maiorẽ euidentiam trahunt, nõ tñ laborãtes sunt hi qui semina cõdiderunt.

Principia sciẽtiarum sunt semina.

Anagogica expositio.

Ex ciuitate ãt illa multi crediderunt in eum Samaritanorũ pp verbũ mulieris testimonium perhibẽtis, quia dixit mihi oĩa quæcunqꝫ feci. Cũ venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eũ vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt pp sermonem eius. Et mulieri dicebant, quia iã nõ propter tuã loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus & scimus, quia hic est vere Saluator mundi.

Orige. Postquam dicta sunt discipulis q̃ tractata sunt; resumit scriptura de his qui venerant de ciuitate ad Iesum, & crediderãt per testimonium mulieris. Chryso. Sicut autem in messe cum facilitate fructus congregantur, & in momẽto vno area manipulis repletur: ita & nũc fit, vnde dicitur. Ex ciuitate ãt illa multi crediderunt &c. Considerabant enim quod nequaquam mulier gratanter cum admirata esset; qui eius delicta redarguerat, nisi magnus quis esset, & excellens qui prædicabatur ab illa. Sic ergo solo mulieris testimonio credentes & nullum signum videntes exierunt, deprecãtes Christum vt apud eos maneret; & hoc est qđ sequit, Cũ ergo ven. ad il. Samari. rogauerũt eũ ut ibi maneret. Iudæi vero miracula vidẽtes nõ detinuerunt eum apud seipsos, sed omnia egerunt, vt a regione eorum eum abijcerent. Nihil. n. liuore & inuidia deterius, nihil inani gloria difficilius, quæ infinita corrumpere consueuit bona. Et quidem Samaritani uolebant eum semper secum detinere: ipse aũt hoc non sustinuit, sed solum mansit ibi duobus diebus post hæc, qđ subditur. Et mansit ibi duos dies. Orig. Nõ incongruè ãt aliquis illud obijciet, quomodo rogatus Saluator cũ Samaritanis manet, qui iussit ciuitatẽ Samaritanorũ nõ ingredi? Palam. n. quoniam & discipuli eius cũ eo ingressi sunt. Ad quod dicendum

Liuoris detestatio.

dicendum ꝙ in uiã gentium pergere, est imbui Gētili dogmate, & in illo ambulare. Ciuitatem verò Samaritanorum intrare, est acceptare falsam doctrinam recipiētium legales propheticos, euangelicos, & apostolicos sermones. Cū autem deseruerint propriam doctrinam, & venerint ad Iesum, licet cum eis manere. Chry. Et Iudæi quidem etiam signis uisis incorrecti manserunt, hi āt & sine signis multam circa eam fidem demonstrauerunt: solum.n. verba audierunt. vnde sequitur: Et multo plu. credi. pp sermonem eius. Cuius igit gratia hęc verba non dicunt euangelistæ vt discas quoniam multa magnorum trāscurrerunt, à fine verò totum ostenderunt. suasit.n toti ciuitati per ea quę dicta sūt. Vbi āt auditores non persuadentur, tunc euangelistę coguntur dicere ea quæ dicta sunt ne qđ est ex indeuotione auditorum, imputet quis defectui prędicantis. Ipsi autem discipuli Christi iam facti magistrā repulerūt. vnde sequitur; Et mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelā cre. Ipsi.n. audiuimus &c. Vide āt qualiter confestim intellexerunt ꝙ orbem terrarū liberare uenerat, & ꝙ ad cōem salutē ueniens non debebat in Iudæis suam cōcludere prouidentiā, sed vbiq; seminare sermonē. Dicentes ēt ꝙ est Saluator mundi, ostenderūt ꝙ mūdus perditus erat in magis malis existēs, & quidē venerunt saluare ꝓphetæ & angeli, sed hic est uerè Saluator, q salutē tribuit, nō solū tēporaneā, sed ętemā. Vide ēt qualiter audientiā mulierē dubitāter dicentē, Nunquid hic est Xp̄s, nō dixerūt hi, Quoniam nos suspicamur, sed quoniam scimus: & non simpliciter, sed quoniam hic est verè Saluator mūdi, non quasi unum ex multis Christū cōfitentes, solum verba audierūt, & hoc dixerat, quod dicere habebant, si miracula magna uidissent. Orig. Cęterum si meminimus prędictorum, nō difficile est conijcere, quomodo cum repererint verbū syncerum, alias disciplinas relinquunt quasi dogmatum ciuitatem, de qua egrediētes salutifere credunt, & puto studiose protulisse Ioannem, cùm non dixit Rogabant eum Samaritani intrare tamùm Samariā, vel ingredi ciuitatem, sed etiam ibi manere. Manet nanque Iesus penes deprecātes & ꝑsertim quoties qui præcantur, exeūt ciuitatem, & versus eum veniunt. Aug. Manet apud eos biduo, hoc est dat illis duo p̄cepta charitatis. Ori. Neq;.n. capaces erāt tertiæ diei eius, nō.n. erant auidi miraculosum quid cernere, quale qui fuerant in Chana Galilææ post triduum cum Iesu conuiuantes. Initium autem credendi multis fuit mulieris. verbum non.n. sic per seipsum verbum conficitur, illuminās capientem, uelut cùm alterius dicto sibi testimonium perhibetur. Augu. Sic ergo Christum cognouerunt. Primò per famā, postea per præsentiam, sicut agitur hodie cum eis qui foris sunt, & nōdū sunt Christiani, Christus nunciatur per Christianos amicos, tanquā illa muliere, hoc est ecclesia nunciante ad Christum ueniūt. credunt per istam fœminā, & multo plures, & firmius in eo credunt, qm̄ verè ipse est Saluator mundi. Orig. Impossibile est nāque eandem circa intellectum fieri passionem, vidēti, & ei qui per uidentē instruitꝰ, magisq; est per ipē ambulare, quàm p fidem. vnde hi non solum testimonio hominis, sed ob ipsam quoq; veritatē credunt.

Christus orbi aduenit salutifer.

Allegoricus intellectꝰ.

Post duos autē dies exijt inde, & abijt in Galilæā: ipse enim Iesus testimonium perhibuit quia ꝓpheta in sua patria honorem nō habet. Cum ergo uenisset in Galilęā, exceperūt eum Galilæi, cū omnia uidissent quę fecerat Hierosolymis in die festo. Et ipsi enim uenerant ad diem festum.

Alcui. Post biduū qđ fecit in Samaria, abijt in Galilæā ubi nutritus fuerat. vnde dicitur: Post duos āt dies &c. Aug. Mouet āt nos, ut euāgelista dixerit cōsequēter: Ipse.n. Iesus testimoniū perhibuit, quia ꝓpheta in sua patria honorē nō habet. Magis.n. vr̄ attestari potuisse, ꝙ ꝓpheta in patria sua honorē nō hēt, si cōtemneret pgere in Galilæā, & in Samaria remansisset. Hoc ego sentio; in Samaria biduū fecit, et crediderūt in eū Samaritani; tot dies fecit in Galilæa, & nō crediderūt in eū Galilæi, & pp hoc dixit, ꝙ propheta in patria sua honorem nō habet. Chry. Vel aliter. Ideo hoc adiectum est, quia non Capharnaum abijt, sed in Galilæā & in Chana, ut infra dicetur, ego enim patriā eum hic æstimo dicere Capharnaum, quoniā

Galilęorum obstinatio.

autem nō potitus est illic honore, audi eū dicētem; Et tu Capharnaū quæ vsque ad cœlum exaltata es, vsq; ad infernū descēdes, Dicit autē hic patriam propriam in qua vr̄ plus conuersatus. Theo. Vel aliter Quia dn̄s exiens de Samaria uenit in Galilæam, ne aliquis dubitaret & quæreret, qua de causa nō semper in Galilæa maneret, dicit ꝙ propter hoc non manebat in Galilęa, quia nullum ibidem recipiebat honorem, quod ipse testatus est, dicēs: q̄a propheta in sua patria non habet honorē. Orig. Perscrutanda est autem huius dicti sententia. Patria siquidem prophetarum in Iudæa erat, & est non ignotum quòd honorem à Iudęis nequaquam sunt cōsecuti, iuxta illud, Quem nam prophetarū non persecuti sunt patres uestri? Miranda etiam occurrit huius decreti ueracitas, cū peruenerit nō tantum ad anctos prophetas uilipēsos à proprijs, & ipsum dominū nostrum, sed protensa fit etiā in quosdam prophetię sequaces cōtemptos à suis ciuibus, & ad mortem deductos. Chry. Quid igitur? nóne uidemus & apud suos multos in admirationem deductos? ita quidē, sed ab his quæ raro cōtingunt, nō oportet talia pronunciari. Sed & si in propria patria aliqui honorātur, multo magis in aliena. Consuetudo.n. facilè hoīes contēptibiles facere cōlueuit. quādo igit̄ uenit in Galilæā, susceperūt eum Galilęi. Vn̄ sequitur; Cū ergo uenis. in Ga. exce. eū Ga. Vide qm̄ qui mali dicebantur, hi maximè ad Christū accedere inueniunt̄. Nā pp Galilæos dr̄, interroga & vide quoniā ꝓpheta ex Galilęa non surrexit: pp Samaritanos āt improperabāt ei, Samaritanus es, & dæmoniū habes. Sed ecce Samaritani & Galilæi credunt in confusionem Iudæorum. Inueniūtur autē & Galliæi Samaritanis meliores; nam illi quidem à mulieris crediderunt uerbis, hi verò videntes signa q̄ faciebat. vnde sequitur; Cū omnia uidissent quæ fe. Hieros. in die festo. Origenes. Quod.n. dominus eijcit de templo uendētes oues & boues, tā grande reperitur, ut his moti Galilæi reciperent dominum, cōsiderantes mirantesq; maiestatem eius; non.n. minor potentia eius ostenditur in his, quàm ut cęci uideant, audiātq; surdi.

Cōsuetudo reddit contemptibiles.

Aestimo verò nec hæc sola ipsum tunc fecisse, sed & alia signa. Bed. Sed vnde data est eis uidendi occasio, ostendit subdens; Et ipsi.n. uenerāt ad diem festus: Mysticè autem intimatur ꝙ gentibus in fide à duobus præceptis charitatis cōsolidatis, Christus circa fines mundi reuertet̄ ad patriā, .i. ad Iudæos. Orig. Expedit autem Galilæam, .i. transmigrantem festare Hierosolymis, ubi est templum Dei, & uidere singula quæ peragit ibi Iesus. Hoc.n. est principium, ut Galilæi recipiāt Dei filium cū tē ad ipsos. alioquin vel nō recepissent illū, vel ēt ipse nondū ipsis ꝑparatis ad eius receptionem adeo propè venisset ad eos:

Venit ergo iterū in Chana Galileæ, ubi fecit aquā uinum. Et erat quidē Regulus, cuius fili⁹ infirmabat̄. Hic cum audisset, quia Iesus aduenires à Iudæa in Galileā, abijt ad eū, & rogaba: eū, ut descenderet & sanaret filium eius: incipiebat.n. mori. Dixit ergo Iesus ad eū. Nisi signa et pdigia uideritis, nō creditis. Dicit ad eū Regulus. Dn̄e, descende priusquā moriatur filius meus. Dicit ei Iesus. Vade filius tuus uiui. Credidit homo sermoni quē dixit ei Iesus, et ibat. Iam autem eo descēdente, serui occurrerūt ei, et nunciauerunt, dicentes, quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horā ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, Filius tuus uiuit, & credidit ipse, & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fec t Iesus, cum uenisset à Iudæa in Galileam*

* Capharnaū.

Chry. Primo quidē dominus, ut suprà dictū est in Chana Galilæę venerat vocatus ad nuptias. Nunc autē ad eos uadit, ut magis eos attrahat sponte ad eos veniens propria patria dimissa, & vt fidē à priori miraculo in eis initiatū fortiorem faceret pp suam pręsentiam. Aug. Ibi.n. quando aquam in uinum conuertit, crediderūt in eū discipuli eius, & vtique plena domus erat turbis cōuiuantium, & factum est tā magnum miraculum, & non crediderunt nisi discipuli eius, & ideo hanc ciuitatem modo repetiuit, scilicet ut qui per priora non crediderant, modo credant. Theoph. Rememorat autem nobis euangelista miraculum perpetratum in Chana Galilææ de aqua couersa in uinum, ut augeret

Chri-

Christi præconium: quia Galilæi non solum pp miracula Hierosolymis facta, sed & propter ea quæ apud ipsos facta erāt receperunt Iesum, simulq; vt ostenderet ꝙ regulus credidit propter miraculū in Chana perpetratum, quāuis eius non perfectè cognouerit dignitatem. vnde sequitur: Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Orig. Putabit autē aliquis regis Herodis hūc esse regulū, & aliquis asserit hunc esse de familia Cæsaris, exercentem tunc tēporis aliquid in Iudæa: neq; enim dicitur ꝙ Iudæus fuerit. Chry. Regulus autem dicitur, aut quasi generis existens regalis, aut dignitatē aliquam principatus habens, aut quia sic vocabatur. Igitur quidam hunc eūdem esse existimāt Centurionē, qui est apud Matthæū. Ostenditur autem alius esse ab eo: nam ille quidem Christum volentem ire ad suam domum rogat remanere: hic autem & nihil tale promittētem ad domū trahit. Et ille quidem ad Iesum de monte descendentem Capharnaum intrauit, hic autem ad Iesum in Chana uenientē accessit. Et illius quidem puer à paralysi detinebatur, huius autē filius a febre. De hoc ergo regulo subditur: Hic cùm audisset, qa Iesus adue. à Iu. in Gali. abijt ad eū, & rog eū &c. Aug. Qui rogabat nōne credebat? Quid à me expectas audire? dominū interroga quid de illo senserit. Sequitur. n. Dixit ergo Iesus ad eū, Nisi signa & ꝓdigia uide. nō cre. Arguit hominē in fide tepidū, aut frigidū, aut oīno nullius fidei, sed tētare cupientē de sanitate filij sui, qualis esset Xp̄s, quid esset quantū posset. Prodigiū quidē appellatum est quasi porrocidiū quod porrò dicat, porro significet, & futurum aliquid portendat. Aug. de con. euan. Adeò autem dominus supra omnia mutabilia vult mentem credentis attollere, vt nec ipsa miracula quę quāuis diuinitus de mutabilitate corporū fiūt, à fidelibus quęri velit. Grego. Sed mementote etiam quæ petijt, & apertè cognoscetis quia in fide dubitauit. Poposcit nanq; vt descenderet, & sanaret filium eius, vnde sequitur: Dicit ad eum regulus. Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Minus itaque in illo credidit, quē non putauit posse salutē dare nisi præsens esset & corpore. Chry. Audi etiam qualiter adhuc terrene Christum trahit, quasi non posset eum post mortem suscitare. si autem nō credens uenit & rogauit, nil mirabile. Consueuerunt enim patres ex multo amore nō solum medicis loqui de quibus confidunt, sed de quibus non confidunt, nihil uolentes prætermittere eorum quæ ad salutem pertinent filiorum. si tamen valde credere Christi virtutem, non neglexisset etiā in Iudæam ire. Greg. Sed dominus qui rogatur ut uadat, quia non deest ubi inuitatur indicat, solo iussu salutē reddidit, qui voluntate omnia creauit. vñ sequīt, Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus uiuit. Hic supbia nostra retundit̄ q in hoībus nō naturā qua ad imaginē Dei facti sunt, sed honores & diuitias ueneramur. Redēptor verò noster, ut ostenderet qm̄ q̄ alta sunt hoībus, sanctis despicienda sunt, & q̄ despiciēda sunt hominibus, despiciēda nō sunt sanctis. Ad filium reguli ire noluit, ad seruū Cēturionis ire paratus fuit: Chr. Vel aliter: Illic quidē fides cōfirmata erat, idcirco & ꝓmisit ire, ut discamus eius deuotionē: hic āt adhuc imperfectus erat, & nondū nouerat manifestè ꝙ absens curare poterat: vñ ex hoc qđ nō accedit Iesus, hoc addiscit. Sequitur. n. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. Nō tñ integrè neq; sanè. Ori. Ostēditur āt eius dignitas & officium ex hoc, ꝙ seruiētes illi occurrūt vñ sequitur: Iā aūt eo descēdēte serui occurrerūt ei &c. Chr. Qui quidē obuiauerūt, nō ut annūciarent solum, sed quasi æstimantes de reliquo su perfluam esse Christi præsentiam quē credebant accedere. Quòd autē regulus non integrè credidit, neq; sanè, ostenditur ex hoc quod sequitur: Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Volebat enim scire utrū casu uel ex præcepto Christi hoc factum esset. Sequitur: Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Vide qualiter miraculum manifestum est. non enim simpliciter, neque ut contingit à periculo liberatus est, sed repentè & simul, ut appareat non esse ex naturæ consequentia quod fiebat, sed actione Christi. vñ sequitur. Cog.

Regulus quis sit.

Prodigij ratio.

Exēplo Iesu docemur.

Cēturionis dignitas.

ergo pa. quia illa ho. erat in qua dixit ei Ie. Filius tuus ui. & cre. ipse & do. eius to. Aug. Si ergo ꝓpterea credidit, quia nunciatum est ei ꝙ filius esset sanus, & cōparauit horam nunciantium horæ prænunciantis, quando rogabat, nondū credebat.

Gradus in fide sunt.

Beda. Vnde datur intelligi & in fide gradus esse, sicut & in alijs virtutibus, quib⁹ est initium, incrementum, atq; perfectio. Huius ergo fides initium habuit, cū filij salutem petijt. incrementum dum credidit sermoni domini, dicentis. Filius tuus viuit. Deinde perfectionem obtinuit, nunciantibus seruis. Aug. Ad solum sermoné crediderunt plures Samaritani. Ad illud miraculum sola illa domus credidit, vbi est factum. vnde subdit euangelista. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cū venisset à Iudæa in Galilæam. Chrysost. Non sine causa hoc adiecit, sed ostendens quoniam secundo signo facto, nondum ad altitudinem Samaritanorum nullum signum uidentium Iudæi peruenerunt. Orige. Amphibologiam autem continet præsens dictum; vno enim modo denotat quod Iesus veniendo à Iudæa in Galilæam duo fecit miracula, quorum secundum est factum erga filium reguli, alio modo sic.

Auentus Iesu duplex.

Duobus existentibus signis quæ Iesus in Galilæa exercuit, secundum egit veniés à Iudæa in Galilæam, & hic sensus verus est. Mysticè autem p hoc, ꝙ Iesus bis in Galilæam accedit, binus Saluatoris aduentus in mundum ostenditur. primus quidem misericordiæ, vt uino facto conuiuas exhilaret. secundus verò ut filium reguli ad mortem pene deductum suscitet, idest populum Iudæorum qui post plenitudinem gentium accedet saluandus in fine. Magnus autem rex regum est qui constitutus esse à Deo in monte Sion sancto eius, huius qui uiderunt diem, & gauisi sunt, reguli dinoscuntur. Arbitramur igitur regulum, esse Abraham, ægrotum verò filium eius, Israeliticum genus debilitatum erga cultum diuinum, & ideo incaluit ignitis spiculis inimici, ut proinde febrire censeatur. Apparet autem quòd præcedentibus sanctis postquam carnis exuerunt amictum populus fuit curæ, vnde legitur in Machabeis post mortem Hieremiæ, Hic est Hieremias propheta Dei, qui plurimum orat pro populo. Abraham igitur obsecrat adiuuari à Saluatore populum infirmum. & quidem potestatis verbum de Chana prodit, ubi dictum est, Filius tuus uiuit. Sed uerbi efficacia in Capharnaum agitur. nam ibi filius reguli curatus est, quasi in agro consolationis, morans, quod significat genus quoddam debilium, non tamen omnino fructibus priuatorum. Illud autem, Nisi signa & prodigia ui. non cre. dictum illi, refertur ad multitudinem filiorum suorum, & ad ipsum quodammodo. sicut enim Ioannes expectabat datum sibi signum, scilicet super quem uideris spiritum descendentem, sic & præmortui sancti aduentum Christi in carnem, & signis & prodigijs manifestum expectabant. Habebat autem hic regulus non solùm filium, sed etiam seruos, per quos significatur maneries quædam minus bene & infirmè credentium. nec à casu hora septima deserit filium febris: nam septenarius numerus est quietis.

Remissio peccatorū signat septenario.

Alcui. Vel quia per septiformem spiritum est omnis remissio peccatorum. Septenarius enim in tria & quatuor diuisus significat sanctam Trinitatem in quatuor anni temporibus, in quatuor mundi partibus, in quatuor elementis. Origenes. Possunt quoque significari duo aduentus Christi uerbi ad animam. primus quidem ex facto præbens animæ gaudium spiritualis conuiuij, secundus vero omnes languoris ac mortis reliquias amputans. Theoph. Regulus autem est omnis homo, non solum qui regi uniuersorum propinquus existit secundum animam, sed quia & ipse super omnia principatum sumpsit, cuius filius, idest mens febricitat voluptatibus prauis & desiderijs. Accedit autem ad Iesum & deprecatur ut descendat; idest ut condescensiu misericordiæ utatur, & parcat peccatis priusquam à voluptatū infirmitate mortificetur. Sed dominus dicit: Vade, id est profectum continuum circa bonum ostendas, & tunc filius tuus uiuet. Si autem ambulare cessaueris, mortificabitur tibi intellectus circa boni operationem.

CAPVT V.

POst hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Erat ãt Hierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur hebraicè Bethsaida, quinq; porticus habẽs. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorũ, expectantiũ aquæ motum. Angelus ãt domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebatur aqua. Et qui primus descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunq; detinebatur infirmitate. Erat ãt quidam homo, ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hũc cùm vidisset Iesus iacẽtem, & cognouissẽt quia iam multum tempus haberet; dicit ei: Vis sanus fieri? respondit ei languidus. Domine hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam Dum venio n. ego alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabbatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabbatum suum, & ambulabat. Erat ãt sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatum tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi, dixit, tolle grabbatum tuum & ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo, qui dixit tibi tolle grabbatũ tuum, et ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco.

Aug. de con. euan. Post miraculum in Galilęa factum, inde Hierosolymã redit. vnde dicitur, Post hæc erat, &c. Chr. Mihi vr̃ ꝙ erat dies festus Pentecostes, ascendit ãt Iesus Hierosolymam semper in festis dieb. vt cum eis dies festos faciens non videatur legi cõtrarius, & ob hoc multitudinem simplicẽ per signa & doctrinam attrahat. maximè. n. in dieb. festis hi qui iuxta positi erant cõcurrebant. Sequitur. Erat ãt Hierosol. probatica &c. Alcu. Probaton græcè, ouis dr̃ probatica ergo piscina pecuaria dr̃, vbi sacerdotes cadauera hostiarum abluebant. Chr. Decebat quidem Baptista dari peccata purgans, cuius imago pscripta fuit in piscina, & in alijs pluribus, & primum qui diẽ dedit Deus aquã expurgãtẽ corporũ sordes, & inquinationes nõ existentes, sed opinatãs, puta eas q̃ à funere, & q̃ a lepra, & ab alijs talib. deinde infirmitates diuersas per aquas facit solui, vnde sequitur. In his iacebat multitudo languẽtium &c. Volens. n. Deus propinquius adducere ad baptismi donũ, nõ adhuc inquinamenta solum mundat, sed ẽt ægritudines sanat sicut. n. ministri, qui prope regem sunt, his qui sunt a lõge clariores sunt, ita & in figuris fit. Non ãt simpliciter sanabat aquarum natura: semper enim hoc fieret, sed in Angeli descensione. vnde sequitur. Angelus ãt dñi descẽdebat secundum tp̃s in pisci. & mo. aqua. Sic enim & in baptizatis nõ simpliciter aqua operatur, sed cum Spiritus sancti susceperit gratia, tunc omnia soluit peccata. Angelus. n. descendẽs turbabat aquam, & sanatiuam imponebat virtutem, vt discant Iudæi, qm̃ multo magis angelorum dñs oĩs ægritudines animę sanare potest, sed tunc quidem infirmitas impedimentũ volẽti curari fiebat. subditur. n. Et qui prior descen. in piscinã &c. Nunc ãt vnusquisq; accedere potest, non. n. angelus est qui turbat aquã, sed angelorũ dominus, qui omnibus operatur, sed & si orbis terrarũ vniuersus ueniat, gratia non consumitur, sed similis manet. Sicut enim solares radij p unamquanque illuminat diem, & non cõsumuntur, neque a multa largitione minor fit solis lux, ita & multo amplius Spiritus sancti actio in nullo minuitur a multitudine eorum qui potiuntur ea. Hoc autem fiebat, scilicet ut unus tantũ post motionem quæ sanarentur, ut qui didicerãt, quoniam in aqua ægritudines corporis sanabantur, in hoc per multum tẽpus exercitati facilè crederent, ꝙ & ægritudines, animę aqua sanare potest. August. Plus est autem ꝙ Christus uiuis sanauit animarũ quàm quòd sanauit languores corporum moriturum, sed quia ipsa anima nõ eum nouerat a quo sananda erat, & oculos habebat in carne, vnde facta corporalia uideret, & nõdũ habebat in corde uñ Deũ latenter cognosceret, fecit, quod uideri poterat, ut sanaretur unde uideri non poterat. Ingressus est locũ ubi iacebat multitudo languentium, de quib. legit vnũ vt sanaret, de quo subditur. Erat ãt qui homo

Iesus interest festis diebus.

Figura baptismi.

Gratia Spiritus sancti largissima.

mo &c. Chr. Non ăt cōfestim eum a principio sanauit, sed primum eum familiaré sibi facit per interrogationé futuræ fidei, faciens viam? Non ăt expetit fidem, vt in cœcis fecit, dicens; Creditis quia possum hoc facere? quia hic nondum nouerat eū manifestè quis esset. Nam illi quidem ex alijs eius virtutem cognoscentes, conuenienter hæc auderant. Alij verò nōdum eum cognoscentes, sed per signa eum cogni turi post miracula requiruntur de fide. vnde sequitur; hunc cum vidisset Iesus iacētem, & cognouisset quia multum &c. Non hoc quærit, vt discat, hoc.n. superfluum esset, sed vt ostenderet istius patiētiam, qui triginta & octo annos habens, p vnúquemq; annū eripi ab ęgritudine expectans assidebat, & non desistebat. Et vt cognoscamus pp quam causam dimittēs alios ad hunc venit. & non dicit, Vis te curabo? nondum.n. aliquid magnum imaginabatur ille de Christo, non ăt turbatus est ad interrogationem, neque dixit iniuriari mihi uenisti? qn interrogas si volo sanus fieri, sed māsuete respondet: Sequit.n. Respondit ei langui. Dñe, hominem non habeo, &c. Non nouerat quis esset qui interrogabat, neq; ꝙ curaturus esset eū. Opinabatur, ăt fortasse vtilem sibi fore Christum ad mittēdum eū in aquam, sed Christus ostendit ꝙ verbo omnia pōt facere. vñ sequit; Dicit ei Iesus; surge, tolle grabbatū tuū & ambula. Aug. Tria dixit, sed surge non operis imperium fuit, sed operatio sanitatis. Sano autē duo imperauit. Tolle grabbatum tuum, & ambula. Chr. Intuere diuinę sapientiæ superabundantiam; non solum sanat, sed & lectum portare iubet: vt & credibile faceret miraculū, & nullus existimet phātasiam esse qđ factum est. Non.n. nisi certissimè & uehementer compacta essent membra, lectulū ferre possent. Audiens ăt languidus, quoniam cum potestate & velut iubēs dixit: Surge tolle grabbatum tuum; non derisit, dicens; Angelus descēdit, & turbat aquā, & solum unū curat. Tu ăt homo existēs, ex solo pręcepto speras te magis angelis, posse: sed audiuit, & nō discredidit ei qui iussit, & sanus factus est. vnde sequitur: Et statim sanus factus est homo, &c. Beda.

Interrogatio dispensatiua.

Claritudo miraculi.

Multū quippe inter sanationé domini, & quę a medicis infertur distare probat; hęc videlicet uoce iubentis, & mox impletur illa verò per multa temporis interualla, aliquoties perficitur. Chr. Igitur mirabile quidem est hoc, quæ ăt sequent; multo maiora erunt. Nam in initio quidem nullo molestāte suaderi nō ita mirabile est, sicut ꝙ post insanictib. Iudęis & accusantib. Christo obediuit, vt ostendit euangelista consequenter dicens: Erat ăt sabbatum in illo die. Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat. Aug. Non calumniabantur dño, quia sanum fecerat sabbato, quia eis respondere posset, quia si cuiusquam iumentum in puteū cecidisset vtique die sabbati erueret illud & saluaret, sed qui portabat grabbatum suum, quasi dicant; si sanitas non erat differenda nunquid & opus fuerat imperandum? sed ille auctoré sanitatis suæ obijciebat calūniatorib. unde sequitur; Respondit eis, q me sanum fe. il. mihi dixit. Tolle grabbatum tuum, & ambula. q.d. quare non acciperē iussionem a quo acceperam sanitatem? Chr. Nimirum si malignari vellet, poterat dicere: Si crimen est, accusate eum qui iussit, & deponam lectulum, sed & curationem utiq; occultasset. Etenim sciebat nō ita eos esse morsos ex sabbati solutione, sicut ex infirmitatis sanatione, sed neque hoc occultauit, neq; ueniā petijt, sed clara voce beneficium confessus est, illi uerò maligne interrogauerūt, vñ subditur: Interrogauerūt ergo eum quis est ille homo qui dixit, tibi, Tolle grabbatum tuū, & ambula? Non dicunt, quis est qui fecit te sanum? sed in medium inducunt, id qđ transgressio æstimabatur. Sequitur; Is aūt qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Iesus autem declinauit a tur. consti. in loco. Et primum quidem ut eo absente testimonium insuspicabile fieret. Qui enim adeptus fuerat sanitatem idoneus erat beneficij testis. Demum ut non plus faceret, furorem illorum accendi. Solus.n. visus eius cui inuidetur, non paruam inuidentibus immittit scintillam, propterea discedēs permisit ab ipsis suum factum examinari. Quidam ęstimăt hunc paralyticum esse eū, qui in Matthæo positus est, sed nō

Error refellitur.

Inuidiæ euasio.

est

est. Ille. n. multos habebat sui curã habentes, & eum ferentes, hic autem nullum. Sed & locus vtrorumq; diuersus est. Aug. Siquidem mediocri corde & humano ingenio cõsideremus hoc miraculum faciété, quod ad potestatem pertinet, non magnum aliquid fecit, & quod ad benignitatem, parum fecit. Tot iacebant, & unus curatus est, cum posset vno verbo oẽs erigere. Quid ergo intelligendum est, nisi qa potestas illa et bonitas magis agebat quid animę in factis eius pro salute sempiterna intelligerẽt, quàm quid pro temporali salute corporis mererentur. In illis n. factis quicquid temporaliter sanatum est in mẽbris mortalib⁹ in fine defecit: anima quæ credidit, ad uitam ęternam transitum fecit. Piscina illa & aqua illa, populũ mihi videtur significasse Iudęorum; significari n. populus nomine aquarũ, apertè nobis iudicat apocalypsis Ioannis. Bed. Bene ãt piscina probatica fuisse describitur Ille. n. populus ouis nomine significatur, secũdũ illud psalmi: Nos populus tu⁹, & oues gregis tui. Aug. Aqua ergo illa, i. populus ille quinq; libris Moysi tanquã quinq; porticus claudebaẽ, sed illi libri prodebant lãguidos, nõ sanabãt. Lex. n. peccatores conuincebat, nõ absoluebat. Beda. Denique multa genera languentiũ in eadẽ iacuerunt; cœci, s. qui sciẽtiæ lumine carẽt: claudi, qui ad ea q̃ iubẽtur implenda uires nõ hẽnt: aridi, qui supnæ dilectionis pinguedine carẽt. Aug. Venit ãt Christus ad populũ Iudęorũ, & faciẽdo magna, docẽdo utilia, turbauit peccatores, i. aquã p̃sentia sua, & excitauit ad passionẽ suã, sed latẽs turbauit. Si n. cognouissent, nunquã dñ m gloriæ crucifixissent. Subito. n. videbatẽ aqua turbata, et à quo turbabaẽ, nõ uidebatur. Descẽdere ergo in aquã turbatã, hoc est humiliter credere in dñi passionẽ. Ibi sanabatur unus, significans ecclesiæ unitatem: postea quisquis uenerit, nõ sanabaẽ, quia quisquis præter unitatem fuerit, sanari nõ poterit. vę illis qui oderunt unitatẽ & Patrẽ sibi faciũt in hoib. Habebat ãt 38. annos infirmitate qui sanatus est, hic n. numerus ad languorem pertinet magis quàm ad sanitatẽ. Quadragenarius. n. numerus sacratus, nobis in quadã p̃fectione commendatur, quia lex in decem præceptis data est, & prædicanda erat per totum mundũ, qui quatuor partibus cõmẽdatur. Denarius autẽ per quatuor multiplicatus ad quadragenariũ peruenit, vel quia p euangeliũ qđ quatuor libros hẽt, impletur lex. Si ergo quadragenarius numerus hẽt perfectionem legis, & lex non impletur nisi in gemino præcepto charitatis, quid miraris quia lãguebat qui 40. minus duos habebaẽ? necessarius erat illi homo ad sanitatẽ. Sed homo ille, qui & De⁹ est, & quia illum iacentem duobus minus inuenit, quia duo quædam iubendo quod minus erat impleuit. In duobus. n. dñi iussis, duo p̃cepta significata sunt charitatis. Dei dilectio prior est ordine præcipiendi, proximi ãt dilectio prior est ordine faciẽdi. Dicit ergo; Tolle grabbatum tuum. q. d. Cum esses languidus, portabat te proximus tuus, sanus factus es, porta proximum tuũ. [illegible]icit ẽt, Ambula. Sed quo iter agis, nisi ad dñm Deum tuum? Bed. Quid n. est dicere; Surge & ambula? nisi à torpore & ignauia in quibus prius iacebas erigere, & in bonis operibus proficere stude? Tolle grabbatũ tuũ. i. proximum tuum à quo portaris, & ipse patienter tolera. Augu. Porta ergo eum cum quo ambulas, ut ad eum peruenias cũ quo manere desideras. Ille ãt nondũ Iesum nouerat, quia & nos credimus in eũ quẽ nõ uidemus, & vt nõ uideatur, declinat à turba. Quadã solitudine intẽtionis uidetur Deus, turba strepitũ habet, uisio ista secretum desiderat.

Allegoria pulchra.

Subtilissima expositio.

Postea inuenit eũ Iesus in tẽplo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iã noli amplius peccare, ne deterius tibi aliqd contingat. Abijt ille homo, et nunciauit Iudęis, qa Iesus esset qui fecit eum sanũ. Propterea persequebãtur Iudęi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Iesus autẽ respõdit eis, Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quęrebant eũ Iudęi interficere, qa nõ solum soluebat sabbatum, sed et patrẽ suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.

Chr. Curatus homo nõ secessit ad nundinas, neq; voluptati, aut uanæ gloriæ dedit seipsum, sed in templo cõuersabatur, quod maximè religionis est signũ. vnde dicitur, Postea inuenit eum &c. Aug. Dominus quidem Iesus & in turba eũ uidebat,

& in templo. Ille autem lãguidus Iesum in turba non agnoscit, in templo agnoscit in loco sacratos Alcui. Quia si gratiam cõditoris agnoscere volumus, & ad eius uisionem uenire, fugienda est turba cogitationum & affectuum prauorum, declinãda sunt prauorũ cõuenticula, fugiendum est ad templum, ut nosipsos templum Dei studeemus facere, quos Deus inuisere, & in quibus manere dignetur. Sequitur: Et dixit illis, Ecce sanus factus es, iã noli ampli.pec. ne deteri. tibi ali.con. Chry. Vbi prius discim⁹ ꝙ ex peccatis ei nata est hęc ægritudo: quia.n. sępius animam in nobis ægrotantem insensibiliter habemus, corpus ãt & si prauam susceperit lęsionẽ, omne facit studium, ut ab infirmitate liberentur, propterea Deus punit corpus pro eis quæ anima deliquit; secundo vero ꝙ uerus est geennæ sermo: tertio ꝙ longum est & infinitum supplicium. Dicũt.n. quidam; Nunquid quia in breui tẽporis momẽto adulteratus sum, immortaliter crucior? Vide ꝙ hic tanto tempore pro peccatis cruciabatur, non.n. temporis mensura peccata iudicantur, sed ipsa delictorũ natura. Cum bis ãt & illud disc.mus, ꝙ si grauẽ sustineamus pœnam pro prioribus peccatis, deinde in eadẽ inciderimus grauiora patiemur, & hoc decẽter; q.n. neq; supplicijs factus melior, ut insensibilis de reliquo & contẽptor ad maius ducẽt tormentũ. Si ãt hic non oẽs pro peccatis torquẽtur, nõ cõfidamus. Nihil.n. uos hic pati ꝑ peccatis, signũ est maioris illic futuri supplicij. Non ãt oẽs ægritudines sunt ex peccatis, sed plures. Quędã.n. & à pigritia fiũt, quędã ꝓꝑ probationem, sicut in Iob. Sed ꝓꝑ qd paralytico huic Xp̃s de peccatis mentionem facit? Quidam huic paralytico detrahentes, dicunt eum Christi fuisse accusatorem, & propter hoc hęc audisse. quid igitur dicẽt de paralytico q̃ est apud Matthęum? etenim & illi dictũ est. Dimittuntur tibi peccata tua. neq; etiam Christus hunc incusat de prȩteritis, sed ad futurum eum munit solũ. Alios igitur curans peccatorum nõ meminit, quia his paralyticis ex peccatis ęgritudines sunt factæ; alijs ãt ex infirmitate naturali, vel ꝑ hos reliquos omnes admonet. Cũ his autem & illud est dicere, quoniã multam uidit inesse animę huius patientiã, & vt valentẽ suscipere admonitionem cum admonet. Tribuit autem signum ei proprię deitatis dicendo.n. Non amplius pecces, ostẽdit se scire omnia quæ ab eo facta erãt delicta. Aug. Nũc autem ille postea q̃ vidit Iesum, & cognouit eũ auctorem salutis suæ, non fuit piger in euangelizando quẽ viderat. vñ sequitur. Abijt ille homo & nũciauit eis, quia Iesus erat qui fecit eum sanum. Chry. Non ita insensibilis erat, vt post tantum beneficium & admonitionẽ maligna mente hoc dicat. si.n. detrahere vellet, sanitatem tacens transgressionẽ dixisset, sed hoc non fecit: non.n. dixit q̃m Iesus est qui dixit, Tolle grabbatum tuũ, quod uidebatur Iudęis crimen esse, sed dixit, Quoniam Iesus est qui me sanum fecit. Aug. Sic igitur ille annunciabat, & illi insaniebãt. vñ sequit̃ Propterea persequebãtur Iudęi Iesum, quia hoc faciebat in sabbato. Manifestũ enim opus corporale factum, erat ante oculos Iudæorum, non sanitas corporis, sed deportatio grabbati, quę non videbatur ita necessaria quemadmodum sanitas. Apertè ergo dicit dominus sacramentũ sabbati, & signũ obseruãdi vnius diei ad tẽpus datũ esse Iudęis. Impletionẽ verò ipsam sacramẽti, in illo venisse. consequit̃, Iesus ãt respondit eis. Pr meus vsq; modo operat̃, & ego operor. q.d. Nolite putare, q̃a sabbato ita requieuit pater meus, vt ex illo nõ operetur, sed sicut ipse nũc operat̃ sine labore, operor & ego, sed ideo dictũ est Deũ requieuisse, quia iã creaturã nullã cõdebat, postquã ꝑfecta sunt oĩa quietẽ verò propterea appellauit scriptura, ut nos admoneret post bona opera quieturos. Et sicut Deus postquam fecit hominẽ ad imaginẽ et similitudinẽ suã, & ꝑfecit omnia opera sua bona valde, requieuit septimo die, sic & tibi requiem non speres, nisi cũm redier.s ad similitudinem in qua factus es, quã peccato perdidisti, & nisi cum bona fueris operatus. Aug. 4 super Genes. ad literã. Dici ergo probabiliter potest ad seruandũ sabbatum Iudæis fuisse pręceptum in vmbra futuri quæ spiritualem requiem significaret, quam Deus exemplo quietis suæ fidelibus

Doctrina salubris & aurea Chrysostomi.

Signum deitatis Christ⁹ ostẽdit.

Operatio Dei qualis.

Sabbatũ quid figurauerit.

delib⁹ bona opera facietibus arcana significatione pollicebatur. Augu. super Ioan. Erit.n. sabbatum huius seculi cùm trãsierint sex ętates, quasi sex dies seculi. Tunc enim ventura est requies quę promittitur sanctis. Aug. 4 super Gene. ad literã. Cuius etiã quietis ipse dñs Iesus mysterium sua sepultura cõfirmauit. Ipso quippe die sabbati requieuit in sepulchro, postquam sexto die cõsumauit opera sua, quãdo ait: Cõsumatum est. Quid ergo mirũ si Deus istum diem quo erat Christus in sepultura quieturus, volens ẽt hoc modo prenunciare ab operibus suis in vno die requieuit, deinceps operaturus ordinem seculorum? Potest etiam intelligi, Deum requieuisse à condendis generibus creaturæ, quia ultra iam non condidit aliqua genera noua. Deinceps autem vsq; nunc & vltra operatur eorundem generum administrationẽ quæ tunc instituta sunt, non vt ipso saltẽ die septimo potentia eius à cœli & terræ omniumq; rerum quas condiderat gubernatione cessarat, alioquin cõtinuo dilaberentur. Creatoris nanq; potẽtia causa est subsistendi omni creaturæ, quę ab eis quæ creata sunt regendis si aliquando cessaret, simul & eorum cessaret species, omnisq; natura cõcideret. neq; .n. sicut structurã ædiũ cũ fabricauerit qs abscedit, atq; illo cessante stat opus eius: ita mũdus uix ictu oculi stare põt, si ei Deus regimẽ suũ substraxerit, proinde quidem dñs ait, Pater meus vsq; modo operat, continuationem quãdã operis eius q̃ vniuersam creaturam cõtinet atque administrat, ostẽdit. Aliter .n. posset intelligi, si diceret: Et nũc operatur: ubi nõ esset necesse, ut operis cõtinuationẽ acciperemus. Aliter ãt cogit intelligi, cũ ait. Vsq; nũc, ex illo, scilicet quo cũcta cũ cõderet operatus est. August. super Ioan. Ergo tanquam diceret Iudeis, quid expectatis ut non operer sabbato? Sabbati dies uobis ad significationem meam pręceptus est: opera Dei attenditis, per me facta sunt omnia, operatus est pater lucem, sed dixit ut fieret, si dixi verbo operatus est, & uerbũ eius ego sum. Pater meus & nunc operatus est cùm fecit mundum, & vsque nunc operatur, cùm regit mundũ: ergo & per me fecit, cùm fecit, & per me regit, cùm regit. Chrys. Et quidem Christus cùm discipulos excusare oportebat, Dauid conseruum eorũ in medium ferebat. Quando verò de seipso erat accusatio, ad patrem refugit. Considerandum q neq; ut homo solum excusat, sed neq; ut Deus solum, sed quandoq; hoc, quãdoq; illo modo. Volebat enim vtrũque credi, & cõdescensionis dispensationem, & deitatis dignitatẽ. vnde hic ęqualitatem sui ad patrem ostendit, & in dicendo eum patrem singulariter, dicit enim pater meus, & in agẽdo eadem illi, dicit enim, & ego operor. vñ sequitur. Propterea ergo magis quęrebant eum Iudęi interficere, q non solùm soluebat sabbatũ, sed & patrẽ suum dicebat Deum. Aug. Non quomodocunq;, sed quid? æqualem se facit Deo, nam omnes dicimus Deo Pater noster q es in cœlis. Legimus & Iudæos dixisse, Cùm tu sis pater noster, ergo nõ hinc irascebatur, quia patrem suũ dicebat Deũ, sed q longè alio modo q̃ hoĩes. Augu. de cõ. euan. Dicẽdo .n. pater meus vsq; modo operat, & ego operor, q ei esset æqualis, voluit intelligi, cõsequens esse ostẽdẽs, vt qm pater operat, & filius operetur, q pater sine filio nõ operat. Chr. Si verò nõ naturalis esset filius, nec eiusdẽ substãtiæ, hæc excusatio maior accusatione esset. Non.n. perfectus regalem legem transgrediẽs poterit effugere, si accusatus se excuset, dicens: Quoniam & resoluit legem. Sed quia par est dignitas filij ad patrẽ, propterea perfecta excusatio est. sicut igitur pater operans sabbato absolutus est à crimine: ita & filius. August. Ecce intelligunt Iudęi quod non intelligũt Arriani. Arriani quippe inæqualem dicũt filiũ patri, & inde hæresis pulsat ecclesiam. Chrisosto. Qui verò nolunt cum bona mente hoc suscipere, dicunt quòd Christus non fecit se æqualẽ Deo, sed Iudæi hoc suspicabantur, sed ad hoc p ea quæ supradicta sunt superueniamus. Manifestũ enim est quòd Iudęi persequebantur Christum, et q soluebat sabbatũ, & quòd dicebat patrem suum Deum, vnde & quod cõsequẽter adiungitur. Aequalem se faciẽs Deo, adhæret pręmissis in veritate. Hyla. 7. de Trini. Expositio enim est euangelistæ

Tropologica sententia.

Arrianorum perfidia.

causam demonstrantis cur dominū Iudæi interficere vellent. Chr. Et iterum si ipse hoc ipsū volebat astruere, sed Iudæi hoc inaniter suspicabantur, non dimisisset dominus eorum mentem in errore, sed correxisset: neq;.n. euangelista hoc tacuisset sicut supra de eo quod dictum est. Soluite templum hoc. August. Non tamen Iudæi intellexerūt Christum esse filiū Dei, sed intellexerūt in verbis Christi, quia talis commendaretur filius Dei, qꝑ æqualis esset Deo, quia ergo nesciebant, talem tñ prędicari agnoscebant. Ideo dicit: Aequalem se faciens Deo, non āt ipse faciebat, æqualem, sed ille illū genuerat æqualem.

Respōdit itaq; Iesus, & dixit eis. Amen amē dico vobis, nō pōt filius à se facere quicquā, nisi quod viderit patrem facientem quæcunq; enim ille facit, hæc et filius similiter facit. Pater.n. diligit filiū, & oīa demōstrat ei q̄ ipse facit, & maiora his demōstrabit ei opera, vt vos miremini.

Hil. 7. de Tri. Ad violati sabbati obiectum sibi reatū dixerat: Pater meus vsq; modo operat̃; & ego operor; vt vsurpasse hoc ex auctoris intelligeretur exemplis. Significans tñ hoc quod ipse ageret patris opus esse intelligendum, quia ipse in se operaretur operante, & rursum aduersum eā inuidiam qꝑ se Deo ęquasset paterni nominis vsurpatione, volēs & natiuitatē cōfirmare, & naturę uirtutem profiteri, respondit. vñ dr̃: & dixit eis. Amen amē dico vobis &c. Aug. Quidam qui Christianos se haberi volūt Arriani hęretici dicētes ipsum filium Dei qui suscepit carnem minorē esse q̄ pater est, capiunt ex his verbis causam calumniæ, & respōdent nobis. Videtis quia dñs Iesus cū aduerteret Iudęos ex hoc moueri, quia patri Deo ęqualem se faceret, talia verba subiunxit, ut se æqualē non esse monstraret: qui.n. nō pōt (inquiunt) a se facere quicquā, nisi quod viderit patrem faciētem utiq; minor est, non æqualis. Sed si Deus erat verbum, & est Deus maior, & Deꝰ minor duos Deos colimus, non unum Deum. Hil. 7. de Tri. Ne igitur ex æquatio illa per nomen natura natiuitatis quę filij est auferet eidē, ait filium ab se nihil facere posse. Augu. Tāquam diceret: Quid scandalizati estis, quia patrē meum dixi Deū, & quia æqualē me feci Deo? Iesum æqualis, vt ille me genuerit, nō ut ille a me, sed ego ab illo sum filio. Hoc est esse qđ posse. Quia ergo substantia filij de patre est, ideo potentia filij de patre est, quia ergo filius non est, à se, ideo non pōt a se, sic ergo non pōt filius a se facere quicquā, nisi qđ viderit patrē faciētem, quia videre filij, hoc est natum esse de patre. Non alia uisio eius, & alia substantia eius, totū quod est, de patre est. Hil. 7. de Tri. Vt āt maneret salutaris in patre & filio confessionis nostræ, ordo naturā natiuitatis ostendit: quę potestatē efficiendi, non per incrementa indultarū ad vnumquodq; opus uirium sumeret, sed de cognitione pīumeret: pręsumeret āt non de aliquo operis corporalis exēplo, ut qđ prius pater faceret, id postea filius facturus esset: sed cum ex patre filius esset natus, per virtutis ac naturę in se paternę conscientiā, nihil nisi quod patrem facientem uidisset, filiū facere posse testatus est. Nō.n. corporalibus modis Deus videt, sed uisus ei omnis in uirtute naturæ est. Aug. 2. de Tri. Hoc āt si propterea dictū acceperimꝰ, quia in forma accepta ex creatura minor est filius, consequēs erit, ut prior pater super aquas ambulauerit, & cætera q̄ filius in carne apparens inter hoīes fecit, vt possit filius ea facere quis āt vel delyrꝰ ista sentiat? Aug. su. Io. Ambulatio tñ illa carnis supra mare a patre fiebat per filiū. Qñ.n. caro ambulabat, & diuinitas filij gubernabat, pater absens non erat; cū filius dicat, Pater in me manēs, ipse facit opera. Cum ergo dixisset, Nōt pō filius a se facere quicq̄, Ne fortè carnalis subreperet intellectꝰ, ut faceret sibi hō quasi duos fabros, vnū magistrū, alterū discipulū, ut quō ille fecit arcā, iste facit alterā, secutus ait: Quęcunq;.n. ille fecerit hęc & filius similiter facit. Nō ait, Quęcūq; pater & filius talia similia facit, sed hæc eadē. Mundum pater, mūdum filiū, mundū Spiritus sanctus. Si unus Deus Pater, & filius, & Spiritus sanctus, vnus mundus factus a patre per filium in Spiritu sancto. Hęc ergo eadem facit. Addit aūt, Similiter, ne alius error in animo nasceretur. Videtur.n. corpus hoc idem facere qđ animus, sed nō similiter, animus.n. imperat

Error refellitur.

imperat corpori, corpus visibile est, alius inuisibilis. vt faceret aliquid seruus, iubẽte dño fecit, idẽ ab vtroq; factũ est, sed nũquid similiter? Nõ ergo sic pater & filius, sed hęc eadẽ facit & similiter facit, vt intelligamus simili potẽtia facere filiũ eadẽ ipsa quę facit pater. Aequalis igitur est patri filius. Hyl.7.de Tri. Vel aliter: Oia & eadẽ ad ostẽdẽdam naturę uirtutem locutus est. Est igitur natura eadẽ, cum eadem oia posse naturę sit. Vbi verò similiter per filium oia eadẽ fiunt, similitudo operum solitudinẽ operantis exclusit. Hæc igitur est veræ fidei nostræ intelligẽtia, quia sub vna hac significatione testatur, & similiter facta, natiuitatẽ: & eadem facta, naturam. Chry. Vel aliter: Totum quod dr̃, A semetipso nõ potest filius facere quicquã, intelligendum est, quia nihil contrarium patri, nihil alienum ab eo facere potest. Ideo ãt non dicit, Qm̃ nihil contrariũ facit, sed qm̃ non potest facere, vt hinc ostẽdat indissimilitudinem, & certitudinem parilitatis. Nõ.n. imbecillitatem filij, sed multam eius uirtutem ostendit hoc uerbum. sicut.n. cũ dicimus, Impossibile est, Deum peccare, non imbecillitatem eius accusamus, sed ineffabilẽ quandam virtutẽ eius testamur: ita cum dicit filius, Non possum a meipso facere quicquam, hoc dicit qm̃ impossibile est eũ facere aliquid contrarium patri. Aug.con.ser. Arriano. Hoc ãt non deficientis est, sed in eo ꝙ de patre natus est permanentis; tamq; laudabile est omnipotentem non posse mutari, q̃ laudabile est, ꝙ omnipotens non potest mori. Potest.n. filius facere ꝙ uidisset patrem facientem, si posset facere ꝙ per filium non facit pater, hoc est: Si posset peccare, neq; naturæ immutabiliter bonæ, q̃ a patre est genita, conueniret: hoc ãt quia non potest, nõ deficienter non potest, sed potenter. Chr. His ãt quę dicta sunt, attestatur quod sequitur, Quæcunq; enim ille fecerit, hæc similiter & filius facit. Si enim per seipsum pater omnia facit, & filius per seipsum facit. ut hoc quod dicit similiter, maneat: vides qualiter intelligẽtia est excelsa, humilitatis autem uerba si enim humilius producit verba quædã nõ mireris, quia.n. persequebantur eũ excelsa audientes, & cõtrariũ Deo esse ęstimabant, parumper verba remisit. Aug. Cum ergo dixisset, & se eadem facere, & similiter quæ facit pater, subdit: Pater.n. diligit filium, & omnia demonstrat ei quæcunq; ipse facit. Ad hoc qđ supra dixit, Nisi qđ viderit patrem facere, uidetur pertinere, & ꝙ omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Sed rursus mortalis cogitatio ꝑturbatur. Dicet.n. aliqs. Seorsum facit pater, ut possit filius uidere qđ facit, uelut si faber doceat filiũ artem suã, & demonstret ei quicquid facit, ut possit & ipse facere quod uiderit patrem facientẽ. Cum ergo pater facit, filius non facit, ut possit uidere filius quod pater facit. Porrò si fixum atq; incõcussum tenemus, quia per filium oia pater facit, antequã faciat, demõstrat filio. Vbi ẽt demonstrat filio pater quo facit, nisi in ipso filio per quẽ facit? si enim pater exẽpla faciat, & filius attendat manus patris quemadmodum faciat, ubi est illa inseparabilitas trinitatis? Non ergo faciendo demonstrat pater filio, sed demõstrando facit per filiũ. Videt.n. patrem filius demõstrantẽ antequã aliquid fiat, & ex demõstratione patris & uisione filij fit qđ fit à patre per filiũ. Sed dices, ostendo filio meo qđ uolo facere & facit ipse, atq; ego ꝑ ipsum. Sed verba dicturus es filio tuo, sed ipse filius est verbũ patris. Nũquid ergo per verbũ loquereĩ ad verbum, an quia filius magnũ est verbũ, minora uerba trãsitura erũt inter patrẽ & filiũ: & sonus aliqs & quasi creatura quædã tẽporalis exitura erat ex ore patris, & ꝑcussura autẽ filij? Remoue oia corporalia, simplicitatẽ uide, si simplex es, si nõ potes cõprehẽdere qđ sit Deus, vel hoc cõprehẽde qđ nõ Deus sit multũ ꝓficies si nõ aliud q̃ est senseris de Deo. In mẽte tua uide qđ volo dicere, in qua uideo memoriã & cogitationem, demonstrat memoria tua cogitationi tuę Carthaginẽ, & qđ in illa erat antequã intẽderes cõuersę ad se cogitationi ostẽdit. Ecce facta est à memoria demõstratio, facta est in cogitatione uisio: & nulla uerba in medio currerũt: Nullum ex corpore signũ datũ est, sed tñ oia q̃ in memoria tenes forinsecꝰ accepistis. pater q̃ demõstrat filio non accepit extrinsecus, intus totum agitur,

Posse peccare est impotẽtiæ.

Cõparatio verbi diuini & humani.

agitur q̃a nihil creaturarũ esset extrinsecus, nisi pater hoc fecisset per filium, & eã pater demõstrando fecit, quia per filium videntem fecit. Sic ergo demonstrans pater filij visionem gignit quemadmodum pater filium gignit. Demonstratio quippe generat visionem, non visio demõstrationem. quod si purius, & perfectius intueri valeremu , fortassis inueniremus, nec aliud esse patrem, aliud eius demonstrationem: nec aliud filium, aliud eius visionem. Hil 7. de Tri. Non igitur per ignorationẽ credẽdus est unigenitus Deus doctrina demonstrationis eguisse. Demonstratio.n. operum, nihil aliud hic nobis p̃terquam natiuitatis fidem ingerit: ut subsistẽtẽ filium ex subsistente Deo patre credamus. Aug. Videre.n patrem hoc est illi esse filium Sic ergo demõstrat pater oĩa quę facit filio, ut a patre uideat oĩa filius. Videndo.n. natus est. & ab eo est illi uidere, a quo est illi esse, & natũ esse & permanere. Hil. 7. de Tri Neq; ãt incircunspectũ se cœlestis sermo egit, ne forte diuersę naturæ significatio sub occasione dicti ambigui subreperet. Demonstrata enim potius opera patris esse ait domino, quã ad operationem eorum naturam uirtutis adiectam; ut demõstratio ipsa natiuitas esse doceretur, cui per dilectionem patris operum paternorum quæ per eum effici uellet esset cognata cognitio. Aug. Sed ecce, quẽ diximus patri coæternum uidentem patrem, & uidendo existentẽ, rursus nobis tempora nominat. Nã sequitur: Et maiora his demõstrabit ei opera. Si ãt demõstrabit, hoc est, demonstraturus est, nõdũ demonstrauit: & tunc filio demonstraturus est, q̃n & illis. Sequitur.n. Vt uos miremini. Et hoc difficile est uidere, q̃uo tanquam temporaliter filio coæterno aliq̃n monstret æternus pater oĩa scienti q̃ sunt apud patrem. Quæ sint ãt illa maiora facile est intelligere ex hoc quod subditur: Sicut.n. pa. susc. mor. &c. Maiora.n opera sunt mortuos suscitare, q̃ languidos sanare: sed qui pauloante loquebatur ut Deus cœpit loqui ut homo: Demõstrabit.n. quasi temporaliter homini facto in tẽpore opera maiora, i. resurrectionẽ corporum. Corpora enim resurgẽt per dispensationẽ humanam, sed animę resurgent per substantiam Dei: participatione.n. Dei fit aĩa beata, non participatione beatæ animæ. Q̃uo enim aĩa quę inferior Deo est, id quod ipsa interius est, hoc est corpus, uiuere facit: sic eandem aĩam non facit beatè uiuere, nisi q̃d ipsa aĩa superius est, s. Deus; ust & prius dictum est q̃ pater diligit filium, & demõstrat ei quæ ipse facit. Demõstrat.n. pater filio, ut animę suscitentur, quia per patrem & filium suscitantur, nec possũt uiuere nisi earum uita sit Deus, uel nobis pater demonstraturus est non illi, propterea subiungit: Vt uos miremini In q̃uo exposuit quid uoluit dicere, Et maiora his demonstrabit ei opera. Sed quare non dixit, Demonstrabit uobis, sed filio? quia & nos mẽbra sumus filij, & ipse discit quodammodo in membris suis q̃uo & patit̃ in nobis sicut.n. dixit, Quod uni ex minimis meis dedistis, mihi dedistis: ita si interrogaretur a uobis, Quando eris discẽs cum tu doceas omnia? Respondet. Cùm unus ex minimis meis discit, ego disco.

Quid sit filio uidere patrem.

Vigilanter intellige hęc

Sicut enim pater suscitat mortuos, & uiuificat, sic & filius quos vult viuificat. Neq; enim pater ĩudicat quenquã, sed omne iudicium dedit filio: ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum.

Augu. Quia dixerat q̃ maiora his opera pater demonstraturus est filio, quæ sint maiora prosequitur, & dicit. Sicut.n. pater suscitat mortuos &c. Planè maiora sunt ista, ualde.n. plus est ut resurgat mortuus q̃ ut conualescat ægrotus. Non ãt sic hoc intelligamus ut alios a patre suscitari, alios a filio æstimemus. sed eosdẽ quos pater suscitat & uiuificat, ipsos & filius suscitat & uiuificat. Et ne quis diceret, Suscitat pater mortuos per filiũ, ille tanquã potẽs, iste tanquã ex aliena potestate, tãquã minister facit aliquid. Potestatem filij signauit, dicens: Filius quos uult, uiuificat. Tenete hic, non solum potestatem filij, uerum ẽt & uoluntatem. Eadem.n. patris & filij potestas est & uoluntas. Nõ enim uult pater aliud quam filius; sed sicut illis una substãtia, sic una uoluntas est. Hilar. 7. de Trini. Velle quidem naturæ libertas est, quę ad perfectæ uirtutis beatitudinem

Eadem operatio trinitatis

nem

nem cum arbitrij voluntate in libertate subsistat. Aug. Sed q. sunt isti mortui quos viuificat pater & filius? Vult nobis insinuare resurrectionem mortuorum quam oés expectamus, non illá quam quidá habuerunt, ut cæteri crederent resurrexit.n. Lazarus moriturus. Cũ ergo dixisset, Sicut .n pater suscitat mortuos & viuificat, ne intelligeremus illã mortuorũ resurrectionem, quá fecit ad miraculum non ad vitá æternã, secutus ait: Neq; n. pater iud. qué quam &c. Vt ostédat quia de illa resurrectione mortuorũ dixerat, quæ futura est in iudicio. Vel aliter: De resurrectione animarũ dictum est, Sicut pater susci. mortuos &c. De resurrectione aũt corporum sic dicit, Neq. n. pa. iu. quenquam &c. Resurrectio.n. aíarum fit per substantiá pris & filij, & ideo id simul operat̃ pater & filius. Resurrectio verò corporum fit per dispensatione humanitatis, nó patri coæternam. Sed vide quó verbũ Christi métem nostrá huc atq; illuc ducit. vno eam loco remanere non sinit: vt versando exerceat, exercendo mundet, mundando capaces reddat, capaces factos impleat. Paulò .n. ante dicebat, quia demonstrat pr̃ filio quicquid facit, videbá quasi patré facientem, & filiũ expectanté: modò rursus video filiũ faciétem, patrem vacanté. Aug. 1. de Tri. Non n. q dr̃, Omne iudiciũ dedit filio, secd̃ illam locutionem dictum est, qua dr̃, Sic dedit filio vitam hr̃e in semetipso, vt significaret quia sic filium genuit. Sic n. si diceretur, non utiq; diceret, Pater non iudicat quenquam secd̃m hoc enim q pater æqualé genuit filium, iudicat cum illo; secd̃m hoc ergo dictum est, q in iudicio non forma Dei, sed formæ filij hois apparebit, non quia nó iudicabit qui dedit omne iudicium filio, cũ de illo dicat filius, Est qui q̃rat & iudicet, sed ita dictum est, Pater non iud. qu. n. ac si diceretur. Patré nemo videbit in iudicio, sed oés filium, quia filius hominis est, ut possit & ab impijs videri, cum & illi uidebũt in quem pupugerũt. Hylar. 7. de Tri. Vel aliter. Quia dixerat, Et filius quos vult, viuificat, ne non natiuitatis videretur in se hr̃e naturam, sed non natæ potius potestatis iure subsistere, continuò subiecit.

Duplex resurrectio.

Solerter lege.

Neq; enim pater iud. quen. &c. Et in eo q omne iudicium datum est naturæ, natiuitas demonstratur, quia & omnia hr̃e sola natura possit indifferens, neque natiuitas aliquid possit habere nisi datum. Chry. Sicut enim dedit vitam, idest genuit eum viuentem, ita dedit iudicium. i. genuit eũ iudicem. Dedit enim hic, positum est, ne hũc ingenitũ suspiceris, neq; duos patres æstimes. Dicit aũt, Omne iudicium, quia dñs est & puniendi & honorádi vt uoluerit. Hyla. 7. de Tri. Datum est enim ei oé iudicium, quia viuificat quos vult, neq; adeptum patris iudicium pôt uideri cum ipse non iudicet, quia filij iudiciũ ex iudicio est paterno, ab eo enim datũ oé iudicium est. Sed dati iudicij causa non tacita est. Sequitur enim. Vt oés hono. fi. sicut hono. patrem. Chry. Ne enim audiés qm̃ patrem habet auctorem, dissimilitudinem substantiæ æstimes & honoris minorationem, complicat honorem filij patris honori, eundem ostendens esse honorem patris & filij. Sed nunquid patré eum dicemus? Absit, qui enim patré eũ dicit, nó adhuc filium ut patré honorat, sed totum cõfundit. Aug. Et prius quidé filius videbat̃ vt seruus, pr̃ honorabat̃ ut Deus, apparebit filius æqualis patri. Vt omnes hono. filium, sicut ho. pa. Sed quid si inueniuntur qui patrem honorificant, & non honorificant filium? non pôt fieri. Vnde sequitur. Qui non ho. filium, non ho. pa. qui misit illũ. Aliud est.n. cũm tibi cõmẽdatur Deus q. a Deus est, & aliud cũ tibi cõmendatur Deus quia pr̃ est. Cũ tibi cõmendatur Deus creator, tibi cómẽdatur omnipotens spũs quidem summus, æternus, inuisibilis, incõmutabilis. Cũ uerò tibi quia pr̃ est cõmẽdatur nihil tibi aliud quã filius cõmendatur, q. a pater dici nó pôt si filium non habet. Sed si forté patré quidem honorificas tanquam maiorem, filium tanquá minorem: ibi tollis honorem patris, vbi minorem das filio. Quid enim tibi aliud vr̃ ita sentienti, nisi q. a pater equalem tibi filium generare aut noluit aut potuit? si noluit, inuidit, si non potuit, defecit. Vel aliter: Quod dicitur, Vt omnes honorificent filium sicut honorificant patré, redditũ est resurrectioni animarum,

Trinitatis assertio pulcherrima.

marum, quàm sic operatur filius sicut pater, sed pp resurrectionem corporum subditur. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illũ. Nõ dixit sic, Honoratur.n.homo Christus, sed non sicut pr̃ Deus. Sed dicit aliquis: Missus est filius, & maior est pr̃, quia misit. Recede à carne, missioné audi, non separationé. Res humanæ fallũt hoĩes, res diuinæ purgant, quanquam & ipsæ res humanæ dicant contra se testimonium, velut si quis vxorem velit petere, & per se non posset, amicũ maiorem mittit, qui eã petat. Et tñ attende quàm sit aliud in rebus humanis. Nunquid.n.homo pergit cum eo qué mittit? pater aũt qui misit filium non recessit a filio, cùm dicat. Non sum solus, quia pr̃ mecum est. Aug.4.de Tri. Nõ autem eo ipso ꝙ de patre natus est, missus dr̃ filius. sed vel eo ꝙ apparuit huic mundo, verbũ caro factũ. vñ dicit, A patre exiui, & veni in hũc mundũ. Vel eo quòd ex tpe cuiusquã méte percipit, sicut dictum est, Mitte illã ut mecum sit, & mecũ laboret. Hylar.8.de Tri. Conclusa igitur sunt omnia aduersum heretici furoris igenia. Filius est, quia a se nihil facit: De⁹ est, quia quæcunq; pater facit, & ipse eadem facit. Vnum sunt, quia exæquantur in honore. Non est pater ipse, quia missus est.

Amen amẽ dico vobis, qa qui verbũ meum audit, et credit ei q misit me, hẽt vitã æternam. Et in iudiciũ nõ venit, sed trãsit à morte in vitã.

Glo. Quia dixerat ꝙ filius quos vult viuificat, consequenter ondit qualiter p filium perueniatur ad vitã, dicens. Amé amen dico vobis, qu.a &c. Aug. Qñquidé in audiendo & credendo vita æterna est, multò magis in intelligendo. Sed gradus pietatis est fides, fidei fructus intellectus. Et non dixit, mihi. Sed credit ei qui misit me. Quare verbum audit tuũ, & credit alteri, quid voluit dicere, nisi quia verbum eius est in me? Et quid est, audit verbum meum, nõ audit me? Credit aũt ei qui misit me, quia cũ illi credit, verbo eius credit, mihi credit, quia verbum patris ego sum. Chr. Vel nõ dixit, Qui audit sermones meos, & credit mihi: æstimassent.n. hoc esse tumorem & gloriationé verborum superfluam, dicens aũt, Credit ei qui misit me, susceptibilem faciebat suũ sermonem. Ex duobus.n.suum sermoné susceptibilem facit, & in hoc qđ patri creditur ab eo qui ipsum audit, & in hoc quod multis bonis potietur. vnde sequit̃, Et in iudiciũ non uenit. Augu. Sed quis est hic? Erit quisquã Paulo apostolo melior, qui ait. Oportet nos exhiberi oẽs ante tribunal Christi? Aliqñ ergo iudiciũ pœna dr̃, aliqñ iudiciũ discretio dr̃. Ergo scd̃m iudicium discretionis oportet nos oẽs exhiberi ante tribunal Christi. Scd̃m iudiciũ damnationis hic dr̃. In iudicium non ueniet.i.non ueniet in damnationem. Sequitur. Sed transit a morte in uitã. Non nunc transit, sed iã transit a morte infidelitatis ad uitã fidei, a morte iniquitatis ad uitã iustitię. Vel aliter. Ne putares credendo te non moriturum secundum carné, scias te mortem quã debes supplicio Adã persoluturum. Accepit enim ille in quo tunc oẽs fuimus, morte morieris. Nec potes euadere diuinam sniam. Sed cùm persolueris mortem ueteris hominis, suscipies uitam noui hominis, & transitum facies de morte ad uitã. Ad quam vitã? ad æternã. Resurrecturi.n in fine seculi mortui in uitã ęternam trãsibunt, vita.n.ista nec vita nominanda est, quia non est uera uita, nisi q̃ est æterna. Aug. de ver. do. Videmus autem homines amatores pñtis uitæ temporalis ac finiendæ, sic pro illa laborare, vt qñ ueniat mortis metus quicquid possunt faciant, non ut auferant, sed ut differant mortem. Si ergo tanto labore tanta cura agitur, ut aliquãtulum plus uiuatur, quo agendum est, ut semper uiuatur? Et si prudentes dicuntur, qui oibus modis agunt, ut differant mortem, & uiuant paucos dies, quàm stulti sunt qui sic uiuũt ut perdant æternum diem?

Iudicij distinctio.

Amen amẽ dico vobis, quia uenit hora et nũc est, qñ mortui audient uocem filij Dei, et qui audierint, viuent. Sicut.n. pater hẽt uitã in semet ipso, sic dedit & filio habere vitã in semetipso.

Aug. Posset aliquis dicere. Ex patre aliquis uiuificatur cui credit, quid tu, nõ uiuificas? vide qa & fili⁹ quos vult viuificat, vñ dicit, Amen amen di. vo. quia ue. h o. & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, uiuent. Chr.

Cum.

Cum aũt dicat, Venit hora, ne fortè longum suspiceris, tps addidit; Et nunc est. Sicut.n.in resurrectione futura uocem audientes pcipientem suscitabimur, ita & tunc fuit. The. Hoc.n dixit pro his quos à mortuis su'citaturus fuit, s.filia Archisynagogi, filio viduæ, & Lazaro. Augu. Vel aliter; Ne fortè quia dixit. Trãsit de morte ad uitam intelligamus hoc in futura resurrectione, oñdere uolens qũo trãsit qui credit subiungit. Amẽ amen dico uobis, qa uenit hora, quæ hora? Et nunc est, qũ mortui audient uocẽ filij Dei, & q audierint, viuent. Non(inquit) quia uiuunt audiunt, sed audiendo reuiuiscunt. Quid est .n. audient? nisi obedient. Quid.n.credũt, & scdm veram fidẽ agunt, viuunt & mortui non sunt. Qui aũt vel non credunt, vel credunt male uiuentes, & charitatẽ non hñtes, mortui potius deputãdi sunt; & tñ adhuc agitur hora ista, & vsq; ad finẽ seculi ipsa hora vna agitur, vt Ioãnes dicit, Nouissima hora est. Augu. de ver. do. Qñ mortui, i. infideles audient uocẽ filij Dei, i. euãgeliũ. Et qui audierint: i. qui obedierint uiuẽt. i. iustificabuntur, & infideles iã non erunt. Aug. super Ioan. Sed q̃ret aliquis. Habet filius vitã vnde viuãt credentes? Audi ipsum dicentem: Sicut.n. hẽt pater uitam in semetipso, sic dedit & filio hñe vitã in semetipso. Viuere quippe suũ in illo est, non aliunde, non alienũ est: non quasi particeps sit uitæ quæ non est quod ipse, sed hẽt uitam in semetipso ut ipsa sibi sit ipse. Quid tu? aĩa mortua eras, Audi patrem per filium, Surge ut in eo recipias uitã, quam nõ habes in te. Qui hẽt vitam in semetipso: & sic agitur prima resurrectio. Hæc.n. uita q pater & filius est, ad aĩam pertinet. Non enim uitam illã sapiẽtiæ sentit corpus, sed mens rationalis. Hila. in lib. de Synodis. Conclusi quidem hæretici scripturarũ auctoritatibus, hoc solum tribuere solent filio vt patri tm̃ uirtute similis sit, tollunt aũt ei similitudinem naturæ, non intelligentes nõ nisi ex naturæ similitudine, similitudinem esse virtutis; neq; enim aliqñ inferior natura superioris a se potiorisq; naturæ uirtutem cõsequitur. Non autẽ põt negari quin filius Dei idem possit, cum dixerit, Quæcunq; pater facit, eadem & filius facit similiter; sed similitudini virtutis naturæ similitudo succedit, cum dixit; Sicut habet pater uitã in semetipso, ita & filio dedit hñe uitã i. semetipso. In vita naturæ & essentiæ significatio est, q̃ sicut hñ, ita data esse doceatur ad habendũ. Quod.n. in utroq; uita est, id in utroq; sigñatur essentia; & uita q̃ gignitur, est vita. i. essentia, quæ de essentia nascit, dũ non dissimilis nascitur. s. quia uita ex uita est, tenet in se originis suę indissimilẽ naturã. Aug. 15. de Tri. Intelligit ãt pater non sine uita existẽti iã filio uitã dedisse, sed ita eũ sine tpe genuisse, vt uita quã pr̃ filio gignãdo dedit coæterna sit uitæ eius q dedit. Hila. 7. de Tri. Quod.n. ex viuo viuũ natũ est hẽt natiuitatis pfectionẽ sine nouitate naturę; non .n. nouũ est qđ ex viuo generat in viuũ, quia nec ex nihilo ad natiuitatẽ uita q̃sita est; & vita quæ natiuitatẽ sumit ex vita, necesse est p naturę vnitatẽ & perfectę natiuitatis sacr̃m, vt in uiuente viuat, & in se hẽbat vitã viuentem. Et quidẽ naturæ humanę infirmitas ex disparib⁹ cõparatur, & ex inanimatis cõtinetur ad vitã, nec statim in ea qđ gignitur viuit, neq; totũ viuit ex vita, cùm in ea multa sint quæ sine naturæ sensu cũ excreuerint deficcentur. In Deo vero totã quod est, viuit. De⁹ enim vita est, & ex uita non põt quicquã esse nisi viuũ. Aug. Ergo quod dicitur, Dedit filio, tale est, ac si diceretur. Genuit filium, generando enim dedit. Qũo dedit ut esset? sic dedit ut uita esset in semetipso, ut non aliunde vita indigeret, sed ipse esset plenitudo uitæ. vnde credentes alij viuerent dũ uiuerent. Quid interest? quia ille dedit, iste accepit. Chry. Vides indissimilitudinem in uno solo differentiam ostendentem in essendo, hunc quidem patrem, illum uerò filium. Hyla. de syno. Discernitur enim persona accipientis, & dantis. Non enim potest intelligi ipse atque unus a se accepisse qui dederit, quia alius est ibi uiuens, alius profitens se uiuere per auctorem.

Anagogica expositio.

Collatio hęreticorũ.

Exẽplũ naturæ trãsfertur ad diuina.

Et potestatem dedit ei iudicium facere, qa filius hominis est. Nolite mirari hoc, qa uenit hora in qua oẽs, qui in monumentis sunt, audient vocẽ filij Dei: & procedent qui bona fecerunt, in re-

in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerũt, in resurrectionem iudicij.

Theo. Non solùm pater dedit filio qđ viuificet, sed ẽt ꝙ iudicium faciat. vñ dr: Et potestatẽ dedit ei iudicium facere &c. Chr. Cuius ãt gratia circa hæc continuè vertitur. iudicium dico & resurrectionẽ & vitã? qm̃ hæc maximè omniũ sunt quę introducere possunt & inflexibilem facere auditorem. Qui.n. persuasus est, qm̃ resurget, & filio dabit noxas eorum quæ deliquit, & si nihil aliud viderit, signũ hoc suscipiens curret, benignum sibi iudicem faciens. Sequitur: Quia filius hominis est,
Pauli Samosetani error arguit. nolite mirari hoc. Paulus quidem Samosetanus non ita ait, sed sic. Dedit ei potestatem iudiciũ facere, quia filius hominis est. sed nullam conuenientiam hẽt hoc dictum ita. Non.n propterea suscepit iudiciũ, quia homo est, quia quis prohibet oẽs homines esse iudices? sed quia ineffabilis Dei filius est, propterea & iudex est. Ita igitur legendũ. Quia filius hominis est, nolite mirari hoc quia.n. videbantur audiẽtibus obstare his quæ dicebantur, qm̃ nihil plus æstimabant esse Christum quàm purum hominem. quæ verò dicebantur, erant maiora quàm secundum hoiem, & etiã q̃ secundum angelum, & erãt solius Dei: ideo hãc opinionẽ soluens dixit: Ne miremini, quia filius hominis est: & subdit causam quare non sit mirandum, dicens: Quia venit in hora, in qua oẽs qui in monumentis sunt, audient vocẽ filij Dei. Et cuius gratia non dixit, Ne miremini quia filius hominis est? etenim & ipse filiꝰ Dei si resurrectionẽ posuit, quia.s. opꝰ dicens, qđ Dei proprium erat, dat audientib. ex eo syllogizare de reliquo, quoniã Deus erat, & Dei filius. Etenim qui argumenta cõplicant, cũ partes ponẽtes nobiliter demõstrauerint qđ quęritur, multoties non inducunt ipsi conclusionẽ, sed clarã rẽ facientes victoriã, dimittunt illi, qui contra dicit vt pro eis sententiã ferat. Igitur eius quidẽ quæ secundũ Lazarum resurrectionis suprà reminiscens de iudicio tacuit: non.n. pp iudiciũ surrexit Lazarus. Vniuersalem verò resurrectionẽ indu cẽs iudicium posuit, vnde sequitur: Et procedent qui bona fecerunt &c. Quia.n. suprà dixerat, Qui audit sermonem meũ, & credit ei qui misit me; in iudicium nõ venit: vt non ęstimet quis ꝙ credere sufficit ad salutem. Adiecit hic & de vita dum dicit, Et qui bona egerunt. & qui mala egerũt, Augu. Vel aliter. In quantum verbum in principio apud Deum dedit ei vitam habere in semetipso, sed quia verbum caro factum est ex virgine Maria, homo factus filius hoïs est. Et quia filius hoïs est, accepit potestatẽ iudicium facere, quod.s. erit in fine seculi. Et ibi erit resurrectio corporum mortuorum. Animas ergo suscitat, Deus per Christũ filium Dei, corpora suscitat per eundem filiũ hominis. vñ addit: Quia filius hominis est. Nã secũdũ ꝙ Dei filius est, semper habuit. Aug. de uerb do.
Forma iudicis uicturas. Ad iudicium.n. forma hoïs vẽtura est, forma illa iudicabit quę iudicata est: sedebit iudex qui stabat sub iudice. Dãnabit verò reos qui factus est falso reus. Rectũ.n. erat, vt iudicandi viderent iudicem: iudicandi ãt erant boni & mali, restabat vt in iudicio forma serui & bonis & malis ostẽderetur forma Dei solis bonis seruaretur. Beati.n. mũdo corde, qm̃ ipsi Deum videbunt. Aug. sup. Ioan. Oẽs aũt qui instituerunt alicuius ẽt falsæ religionis sectã, negare resurrectionem mentium nõ potuerunt, sed multi carnis resurrectionem negauerunt, & nisi tu dñe Iesu dixeris eam, quid opponemus contrauictoribus? Ad ipsam igitur ostendẽdam subdit. Nolite mirari hoc, s. ꝙ dedit potestatem filio hoïs, iudicium faciendi, quia venit hora. Aug. de verb do. Hic non addit, Et nunc est: quia ista hora in fine seculi erit. Nolite in quam mirari qui dixi; Oportet homines, ab homine iudicari, sed quos homines? nõ solũ quos inueniet viuos, vnde sequitur: Quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt. August. super Ioan. Quid euidentius? corpora sunt in monumẽtis, non animæ Superius etiam cum diceret, Venit hora; ꝙ adderet, & nunc est, subiecit, quando mortui audient vocem filij Dei. Non dixit, Omnes mortui; mortuos.n. iniquos uoluit intelligi; sed non omnes iniqui obediunt euangelio. At verò in fine omnes qui sunt in monumentis audient vocem eius, & procedent, noluit

luit dicere, Et uiuent, qđ supra dixit, vbi vitam æternam intelligi voluit & beatã, qui non oẽs habebunt qui de monumentis procedent. Accepisti certè potestatem iudicandi, quia filius hominis es. Resurgent corpora de ipso iudicio: dic aliquid, hoc audite. Qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ viuere, scilicet cum angelis Dei; qui malè egerunt, in resurrectionem iudicij. Hic iudicium pro pœna posuit.

Anagogicus intellect⁹.

Non possum ego à meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico & iudicium meum iustũ est, quia non quæro voluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me patris.

Aug. Dicturi eramus Christo. Tu iudicabis, & pater non iudicabit, nonne ergo secđm patrẽ iudicabis? Et ideo adiecit. Nõ possum ego a me &c. Chry. Hoc est, non extraneum neq; dissimile his q̃ vult pater a me fieri uidebitis, sed sicut audio, iudico. In quo nihil aliud ostendit, quàm qm̃ impossibile est eũ aliquid aliud uelle, quã qđ pater vult, hoc est ita iudico, ac si ipse pater esset qui iudicaret. Aug. Cũ ageretur de resurrectione animarum, non dicebat, audio, sed uideo, audio.n. nunc dicit, tanquã percipiẽtis patris imperium. Iam ergo sicut homo loquitur, quo maior est pater. August. in ser. contra Arria. Vel aliter dicit filius. Sicut audio iudico, siue ex humana subiettione, quia filius hoĩs est, siue secđm illam incommutabilem simplicemque naturam quæ sic est filij, ut tñ ei de patre sit. In qua natura nõ est aliud audire, aliud uidere, aliud esse. Vnde ab illo est ei audire & uidere, a quo illi est ipsum esse. & ideo sicut audit, iudicat, quia sicut genitum est verbum, ut idem uerbum sit ueritas, ita secundum ueritatem iudicat. sequitur. Et iudicium &c hoc enim dicẽs ad illum hominem uoluit referre intentionem nostram, qui uolũtatem suã quærendo, non eius a quo factus est, non habuit iustum iudicium de seipso, sed iustũ iudicium habitũ est de seipso. Ipse quippe faciens uoluntatem suam, nõ Dei, moriturum se esse non credit, sed & hoc iudicium eius iustum non fuit. Deniq; fecit, & mortuus est, quia iudicium Dei iustũ est, quod iudiciũ facit Dei filius, nõ quærendo uoluntatem suam, cum sit etiã hominis filius, non quia ipsius in iudicando nulla uoluntas est, sed quia non ita est voluntas eius propria, ut sit a uoluntate patris aliena. Aug. super Ioan. Nõ ergo quæro voluntatem meam propriam, idest filij hominis quæ resistat Deo, faciũt.n. homines uoluntatem suam non Dei, qñ faciunt quod uolunt, nõ quod iubet Deus. Quando autem ita faciunt quod uolunt, ut tamen sequantur voluntatem Dei, nõ faciunt voluntatem suam. Vel ideo dicit, Non quæro uoluntatem meã quia Christus nõ est de se, sed de patre suo est. Chrysost. Ostendit enim non aliam esse patris voluntatem præter suam, sed unã vtriusque. Si verò humanius hoc loquitur. Ne mireris. Hoĩem enim purum adhuc eum æstimant. Inde igitur suum iudicium iustum esse dixit. vnde quilibet aliud excusans dixisset, qui enim sua vult statuere, in suspicionem deueniet de corruptione iustitiæ, qui verò non suis innititur, quã occasionem habebit, ut iniusta iudicet? Aug. Filius vnicus dicit nõ quæro uoluntatem meam, & homines uolunt facere voluntatem suam. Faciamus ergo uoluntatem patris, Christi, & Spiritus sancti, quia horum vna voluntas, vna potestas, vna maiestas est.

Iudicij distinctio.

Doctrina moralis.

Si ergo testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est uerum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia uerum est testimoniũ eius quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioãnem, et testimonium perhibuit ueritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed hęc dico, ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens. Vos autẽ noluistis ad horã exultare in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius Ioanne Opera enim quæ dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa opera quę ego facio, testimoniũ perhibent de me, quia pater misit me. Et qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me, neq; vocem eius unquam audistis, neq; speciem eius uidistis. Et uerbum eius non habetis in uobis manens, quia quem misit ille, huic uos non creditis. Scrutamini scripturas, qa uos putatis in ipsis uitã ęternã habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, ut uitam habeatis.

Chry. Quia Christus magna de se enũciauerat, quorum demonstratio non erat

dicta: ad confirmationem eorũ quæ dicta sunt, oppositionem eorum inducit dicẽs: Si ego testimonium perhibeo de meipso &c. Quis aũt non statim turbabitur Christũ audiens hoc dicẽtem? Etenim in multis locis apparet sibiipsi testatus. Si igitur oĩa hæc falsa sunt, quę nobis erit spes salutis? Vnde veritatem inueniemus, cum ipsa veritas dicat Testimoniũ meũ non est verum? Hoc igitur qđ dicit, Nõ est verũ; non quantũ ad dignitatem suã, sed quantum ad illorum suspitionem loquebatur. Poterat.n.ei Iudæi subinferre, q̃m tibi nõ credimus. Nullus.n.vnquam sibi testans dignus est fide. Deinde post oppositionẽ alias dat r̃siones manifestas & irrefragabiles tres inducens testes eorũ quæ dicta sunt; opera quæ ab ipso sunt facta, patris testimoniũ, & Ioãnis p̃dicationem, & ponit priorem minorem, eam.s.q̃ Ioãnis? vñ dicit, Alius est qui testimonium perhibet de me, &c. Aug. Nouerat.n.ipse verã esse de se testimonium suũ, sed pp infirmos & pp incredulos quærebat sol lucernas: fulgorem quippe solis lippitudo eorũ ferre non poterat, ideo quæsitus est Ioannes qui testimoniũ perhiberet veritati. Martyres nõne testes sunt Christi, ut testimonium perhibeant veritati? Sed si diligentius inspicimus, q̃n martyres perhibent illi testimonium, ipse sibi perhibet testimonium. Ipse.n habitat in martyribus, vt p̃hibeant testimonium ueritati. Alcui. Vel aliter: Quia Christus Deus erat & homo vtriusq; naturæ proprietatem ostẽdit: aliq̃n loquens secundum hoc quod ex hominibus assumpsit, aliquando secundum maiestatem diuinitatis. Quòd ergo ait, Si ergo testimonium &c. Ex parte humanitatis est accipiẽdum, & est sensus: Si ego homo de me perhibeo testimonium, s.absq; Deo, testimonium meum non est uerum. vnde sequitur. Alius est qui testimonium perhibet de me. Pater.n.testimoniũ perhibet de Christo, quia in baptismo vox patris audita est, & in monte transfigurato Christo. Sequitur. Et scio quia verum est testimonium eius. Deus.n. veritas est, ergo testimoniũ veritatis quid aliud potest esse quã verum? Chry. Sed scđm priorem intellectum possent illi dicere. Si non est verum testimonium tuum, q̃uo dicis q̃m noui quod uerum est testimonium Ioannis. vnde ad eorum suspicionem r̃ndet, dicens. Vos misistis ad Ioannẽ &c.q.d. Non misissetis ad Ioãnem, sed eum dignũ fide nõ opinaremini. Et quod utiq; maius est non miserunt ad eum interrogandum de Christo, sed de seipso. Qui.n. missi sunt, non dixerunt. Quid dicis de Christo? sed tu quis es, quid dicis de teipso? ita magnã de homine admirationem habebant. Alcui. Ille aũt testimonium perhibuit, non sibi sed ueritati, sicut amicus ueritatis ueritati, Christo testimoniũ perhibuit. Non autem dñs refellit testimonium Ioannis qđ verè necessarium fuit, sed ostendit nõ ita debere hoĩes in Ioannẽ intendere, vt iã non putet solum Christum sibi esse necessariũ. vnde subdit. Ego aũt non ab ho. test.acci. Bed. Quia non indigeo. Ioannes aũt & si testimonium perhibuit, nõ t̃n ut Christus cresceret, sed vt hoĩes ad ipsius cognitionẽ promoueret. Chry. Testimonium ẽt Ioannis, Dei testimoniũ erat, ab illo.n.discens dixit quod dixit. Sed ne dicant, vnde manifestum est, ꝙ a Deo didicit quod didicit? eorum suspicionem correxit, dicens. Sed hoc dico, vt uos salui sitis. q. d. Ego quidem Deus existens nõ indigebam hmõi testimonio humano, quia verò ei magis attenditis, & eũ magis omnibus fide dignum putatis: mihi aũt neq; miracula facienti credidistis, propter hoc vobis commemoro testimonium illius, ut in.non dicãt. Quid igitur si ille dixit nos aũt non suscepimus? ostendit q̃m non acceptauerunt quæ ab eo dicta sunt. vnde sequitur. Ille erat lucerna ardẽs &c. Hoc aũt quod dicit, Ad horam facilitatẽ credendi ostendit, & quàm cito ab eo resilierunt, ꝙ si non fecissent, cito eos ad Iesum manu duxisset. Vocando aũt eum lucernam, ostendit q̃m non ex se habebat lumen, sed a Spiritus sancti gratia. Alcu. Ioãnes enim erat lucerna illuminatus a Christo luce, ardens fide & dilectione, lucens verbo & actione qui præmissus est, ut inimicos Christi confunderet, secundum illud. Paraui lucernã Christo meo, inimicos eius induã confusione. Chry. Ad Ioannem igitur uos duco non quasi illius indigens

Quęstio utilis tractat.

Obiectio soluitur.

Ioannes quare lucerna cõparatur

digens testimonio, sed vt vos saluemini: nam habeo maius testimonium Ioãne, & hoc est quod sequitur: Ego autem habeo testimonium maius Ioanne: hoc autẽ est quod est ab operibus. vnde sequitur: Opera enim quę dedit mihi pater, vt perficiã ea &c. Alcui. Quòd .n. cęcos illuminat, aures aperit, ora mutorũ resoluit, dęmonia fugat, mortuos suscitat: opera hęc testimoniũ perhibẽt de Christo. Hyl. 7. de Tri. Vnigenitus.n. Deus nõ nominis testimonio tantum, sed etiã virtutis docet esse se filium, opera.n. eius quæ facit testantur eum à patre missum. Itaq; filij obedientia & paterna auctoritas docent in misso. Sed quia opera nõ sufficiũt incredibilibus ad testimonium, sequitur. Et qui misit me pater, ipse testimonium perhibet de me. Reuoluite euãgelica volumina & omne eorum opus recensete, nullum aliud patris de filio testimoniũ extat in libris quàm ꝙ hic sit filius suus. Quid infert hodie calũniæ, vt adoptio nõis sit, vt mendax Deus sit, vt nomina inania sint? Beda. Missio autem incarnatio eius debet intelligi. Denique ostendit ꝙ Deus incorporeus sit, et ꝙ corporalibus visibilibus & visibilib⁹ oculi videri non possit. vnde sequitur. Neq; vo. ei⁹ vn. au. neq; spe. eius vid. Alcui. Possent.n. Iudæi dicere. Nos soliti sumus vocẽ dñi audire in Sina, & eũ vidim⁹ in specie ignis. Si ergo Deus perhiberet testimoniũ de te, nos intelligeremus vocẽ dñi. Cõtra hoc dicit. Ego habeo testimoniũ à patre, quãuis nõ intelligatis, q̃a vos nunquã audistis vocẽ eius, neq; speciẽ eius vidistis. Chr. Quomodo ergo Moyses dicit, Si facta est aliqñ huiusmodi, ut res audiret populus uocem Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti & vidisti, vidisse etiã cũ dicunt Esaias & alij plures. Quid ergo est qđ nũc ait Xp̃s? In philosophicũ eos inducit dogma, paulatim ostẽdens q̃m neq; vox circa Deum est, neq; species, sed superior & figuris est & loquelis talibus. Sicut .n. dixit, neq; vocem eius audistis: propter hoc non indicat ꝙ vocem emittat, sed nõ audibilem, ita dicens, Neq; speciem eius vidistis, non hoc dicit, ꝙ speciem sensibilẽ habeat, & uisibilẽ, sed q̃m nihil horũ ẽ circa Deũ. Alcui. Non.n. carnalibus auribus, sed spiritali intelligentia per gratiã Spiritus sancti audiri potest. Non ergo vocem spiritalem audierant, quoniam eum amare & pręceptis eius obedire nolebãt, neque speciem eius viderunt, quia nõ exterioribus oculis videri potest, sed fide & dilectione. Chrysostomus. Sed neque possibile erat eis dicere, quòd præcepta eius suscepissent & seruarent, ideoq; subiungit. Et uerbum eius non habetis in uobis manens. Idest, pręcepta Dei, legem & prophetas; & si enim ea Deus constituit, sed apud vnos non sunt. si enim scripturæ vbique docent, vt mihi credatis, vos autem non creditis, manifestum est quod sermo eius deficit à vobis. Et ꝓpter hoc subdit. Quia quem misit ille, huic vos nõ creditis. Alcui. Vel aliter. Verbum quod in principio erat, non habent in se manens, qui verbum Dei quod audiunt & memoria tenere & opere implere contemnunt. dixerat igitur se habere testimoniũ a Ioãne, ab operibus, à patre, addit & testimonium à lege, quæ data est per Moysen, di. Scrutamini scripturas, in quibus putatis vitam ęternam habere, & illæ sunt quę testimonium perhibent de me, q.d. Vos qui in scripturis putatis uitam ęternam habere, & me quasi cõtrarium Moysi repudiatis testimonio ipsius Moysi me esse Deũ intelligere potestis, si ipsas scripturas diligẽter inuestigatis. Oĩs.n. scriptura testimoniũ perhibet de Xp̃o, siue ꝑ figuras, siue ꝑ prophetas, siue per angelorũ ministeria. Sed his Iudęi de Xp̃o non crediderunt, & ideo uitã æternã habere nõ possunt. vñ sequit. Et uõ vul. ve. ad me, ut uitã habeatis q.d Scripturę perhibent testimoniũ, & tñ per tot testimonia nõ vultis ue. ad me, id est non vultis mihi credere, & à me quærere ueram salutem. Chry. Vel aliter potest continuari. Possent illi dicere, Qualiter si uocem eius non audiuimus, Deus tibi testatus est? & ideo dicit. Scrutamini scripturas? ostẽdens ꝙ per has testatus est Deus de eo, etenim i Iordane testatus est, & in mõte. Sed vocem quidem factam in monte nõ audierũt, factam autem in Iordane audierunt, sed non attenderunt. Propterea mittit eos ad scripturas, ostendens quoniam & patris testimonium illic est,

Missio Christi est inna tio.

Testimoniũ Christi multiplex.

Non autẽ ad lectionem simplicem scripturarũ, sed scrutationẽ exquisitam uos mittebat, quia ea quæ de eo dicebãtur in scripturis, desuper obumbrabãtur, neq; in superficie exprimebantur, sed uelut quidam thesaurus recondebantur. Non dicit autẽ in quibus habetis uitam æternam, sed in quibus æstimatis uos habere: ostẽdens qm̃ non capiebant magnũ fructum & nobile ex scripturis sola lectione æstimãtes se saluari, cum fide essent priuati. Propter qđ subdit: Et non uul. ue. ad me, quia ei cre. nolebant. Beda. Quod autem uenire pro credere ponatur, psalmista ostendit d. Accedite ad eum & illuminamini. Subdit autem, Vt uitã habeatis. Si enim anima quæ peccat morit, & ipsi anima & mẽte mortui erant. Promittebat ergo illis uitam animæ, uel fęlicitatis æternæ.

Scrutiniũ scripturarũ

Claritatem ab hoibus non accipio. Sed cognoui uos, quia dilectionẽ Dei nõ habetis in uobis. Ego ueni in noie patris mei, et non accepistis me. Si aliꝰ uenerit in noie suo, illũ accipietis. Quo uos potestis credere qui gloriã abinuicem accipitis, & gloriã quæ à solo Deo est, non quæritis? Nolite putare q' ego accusaturus sim uos apud patrẽ: Est qui accusat uos Moyses, in quo uos speratis. Si.n. crederetis Moysi, crederetis forsitã et mihi: De me.n. ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

Chry. Quia dñs supra meminit & Ioãnis, & testimonij Dei, & operũ suorum; vt eos ad seipsum attraheret, probabile erat multos suspicari qđ hæc diceret: gloriã hominũ amantis, & ideo cõtra hoc dicit: Claritatẽ ab ho. nõ accipi. hoc est nõ indigeo. Non.n. est mea natura talis, ut indigeat q̃ ab hoibus est, gloria. Si.n. sol à lucernę lumine nõ recipit adiectionẽ; multò magis ego humana gloria nõ indigeo. Alcu. Vel claritatẽ ab hoibus nõ accipio, idest laudẽ humanã non quęro: non enim venit ut honorem ab hominibus acciperẽ carnalem, sed honorem hominibus darẽ spiritualem. Non ergo idcm hoc loquor, vt gloriam meam quęram, sed condoleo, vobis errãtibus, & uolo reducere ad uitã veritatis. vnde dicit: Sed cognoui uos, quia dilectionem Dei non habetis in uobis. Chrysost. quasi dicat. Ideo hoc dixi, ut conuincam uos, quoniam propter amorem Dei, me nõ persequimini. Etenim ipse testatur mihi & p opera & per scripturas. Oportebat igitur vt sicut me abijciebatis existimantes esse Deo cõtrariũ, ita nunc ad me ueniretis, si Deum amaretis, sed non amatis. Non ãt ab his solum, sed etiam a futuris hoc ostendit, dicens: Ego ueni in nomine patris mei & non accepistis me. Si alius ve. in no. suo, illum accipietis. Ideo dicit se in nomine patris venisse, ut omnem abscindat occasionẽ indeuotionis. Alcu. Ac si dicat, ideo ueni in mundum, ut per me glorificetur nomen patris, quia patri oĩa attribuo. Dilectionẽ ergo Dei non habebant, quia nolebãt eũ recipere qui patris uenerat facere uoluntatem. Antichristus ãt ueniet in nomine nõ patris, sed suo, ut non gloriam patris, sed suam quærat. Quia.n. Iudęi noluerũt recipere Christum, pœna peccati huius cõgruet, ut recipiant Antichristũ, vt qui noluẽt credere veritati, credãnt mẽdacio. Aug. de ver. do. Sed audiamus & Ioannẽ: Audistis q' antichristus venit, & nũc antichristi multi facti sunt. Quid ãt expauescis in antichristo, nisi quia nomen suum honoraturus est, & nomen domini contẽpturus? Quid aliud facit qui dicit: Ego iustifico, nisi boni fuerimus perditis? Ergo vita mea ex te pẽdebit, & salus mea ex te religabitur, ita ne oblitus sim fundamentũ meum? nõne petra erat Christus? Chr. Sic igitur irrefragabilẽ indeuotionis eorum ponit demonstrationẽ. q.d. Si ut amãtes Deum me persequeremini, multò magis in Antichristo hoc uos facere oporteret: ille n. non dicet se a patre missum, neque secundum uoluntatem illius uenire, sed econtrario ea quę sibi non congruunt rapiens super omnia Deum se esse dicet. Manifestum est igitur q liuoris persecutio erat qua Christum persequebãtur, & odij in Deum. Deinde, eorum infidelitatis ponit causam, dicẽs: Quo uos potestis credo. qui gloriam abinuicẽ acci & glo. quę a solo Deo est, non quæritis? Hinc.n. rursus ostendit, qm̃ non quę Dei sunt intendebant, sed propriam uolebaut passionem defendere. Alcui. Magnum igitur uitium est iactãtia, & humanæ laudis ambitio, quę de se vult æstimari qđ de se non habet.

Antichristi designatio.

habet. Ideo n. non possunt credere, quia superba mēs eorum laudari desiderat, & se super alios afferre. Bed. Hoc āt vitium melius caueri non potest, q̃ vt ad consciētias nostras redeamus, nosq; puluerem esse consideremus: & si quid nobis boni inesse deprehendimus, non nobis, sed Deo ascribamus. Instruimur ēt ut semper nos tales exhibeamus, quales ab alijs videri, desideramus. Denique possent ipsi rñdere: Ergo accusabis nos apud patrē? Et ideo eorum quæstionem præueniens subdit; Nolite putare &c. Chry. Quia. s. non veni dānare, sed saluare. Est qui accu. vos Moyses in quo uos speratis. Sicut. n. de scripturis supra dixit, in quib. putatis vitā ęternam habere, ita & de Moyse ait; i quo vos speratis, ex proprijs eos vbiq; capiens. Sed dicent, qualiter nos ille accusabit? quid tibi & Moysi cōe qui sabbatum soluisti? Et iō subdit; Si. n. cre. Moysi, crederetis. & mihi; de me. n. ille scripsit. Hæc ex superioribus constitutionē haberes: cum. n. in confessione deductū sit q a Deo ueni, ab operib. a voce Ioānis, a patris testimonio, manifestum est quod Moyses eos accusabit. Etenim dixit: Si quis venerit signa faciēs, & ad Deum ducens, & futuro prędicens, cum veritate oportet ei obedire. Christus aūt hæc omnia fecit, nec ei crediderūt. Alcui. Forsitan āt more nostro posuit, nō qa dubitatio sit in Deo. Scripsit āt de Christo Moyses, dicens; Prophetam uobis suscitabit Deus de fratribus vestris, tāquam me, ipsum audietis. Aug. cōtra Faustum. Sed & oē quod scripsit Moyses, de Christo est, i. ad Christum omnino pertinet: siue q eum figuris rerum uel gestarum, vel dictarum, p̄nunciet, siue q eius gratiā gloriamq; commendet. Sequitur; Si āt illius literis non creditis, qūo uerbis meis creditis? Theo. q. d. Ipse etiam scripsit, & apud uos libros reliquit, vt si fortè obliuisceremini, de facili recordati possitis, & cū scriptis nō credidistis, qūo uerbis meis non scriptis creditis? Alcui. Ex hoc etiam colligitur, quia qui legit præcepta quæ rapinam & alia mala, prohibēt, & implere negligunt dictā euangelij, quæ perfectiora & subtiliora sunt, implere non ualent. Chrysostomus. Et quidem si attenderent his quæ dicebantur, oportebat quęrere & ab eo discere q̃ sunt illa quæ Moyses de eo scripsit, sed silent. Tale. n. est nequitia, vt quicquid dicat aliquis uel faciat, maneat proprium uenenum conseruans.

Ambitionis vitium taxatur.

Lex ad Christū spectat.

CAPVT VI.

Post hæc abij t Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat āt proximum pascha, dies festus Iudæorum. Cū subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum; Vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentās eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus; Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt unusquisq; modicū quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis, eius Andreas, frater Simonis Petri. Est puer vnus hic, qui hēt quinq; panes hordeaceos, et duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dixit ergo Iesus, Facite homines discumbere. Erat āt fœnū multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinq; milia. Accepit ergo Iesus panes et cum gratias egisset, distribuit discūbentib. Similiter & ex piscibus quantum volebant. Vt āt impleti sunt, dixit discipulis suis. Colligite q̃ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerūt ergo, et impleuerunt duodecim cophinos fragmētorum ex quinq; panibus hordeaceis & duob. piscibus, quæ superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum.

Chrys. Sicut iacula cum in durum aliquid inciderit cum multo impetu iaciuntur. cum āt nō habuerint aliquid obuiās, dissoluit citò immissio, & quiescit: ita & si cū audacibus hominibus impetuosè incesserimus, sæuiūt magis. Si autem cesserimus, facilè mollimus eorū insaniam. Propterea Christus furorē ex p̄missis sermonibus tantum secedendo mitigauit in Galilæam uadens non tamen ad eadem loca vnde in Hierusalem ascenderat: non. n. in

Doctrina moralis.

Chanæ Galilææ, sed ultra mare iuit. vñ ait: Post hoc abijt Iesus trans mare Galilææ qđ est Tyberiadis. Alcui. Hoc mare pro diuersitate locorum diuersis nominibus vocaĩ, sed quãtũ ad præsentem locum mare Galilææ pp prouinciã, Tyberiadis ãt a ciuitate dr̃. Mare ãt dr̃, non quia sit amara aqua, sed iuxta Hæbraicum modum omnium cõgregationes aquarũ maria vocantur. Quod mare dñs ẽt frequenter transit, ut populis ibi manentibus verbum prædicationis impendat. The. Transit.n. de loco ad locum probando populi voluntatem, & audiores hoies vniuscuiusq; ciuitatis & solicitiores reddens. vñ sequitur. Et seq. eũ mul. mag. quia vide. si. quæ fa. super his qui infirmabãtur. Alcui. Scilicet ꝙ cœcos illuminabat, & alia huiusmodi. Et sciendum est ꝙ quoscunq; in corpore sanabat, eos pariter reformabat in anima. Chr. Tanta ãt doctrina potientes a signis magis mouebanĩ, ꝙ grossioris mentis erat. Signa.n. vt ait Paulus, non sunt date fidelibus, sed infidelibus. Sapientiores ãt erant illi, de quibus in Luce dr̃, ꝙ stupebant in doctrina eius. Sed quare non dicit quæ signa videbant eũ facientem. qm̃ hic euangelista maiorem partem libri in sermonibus domini cõsumere studuit Sequitur; Subijcit ergo in montem, Iesus, & ibi sede. cum disci. suis. In montẽ quidem ascẽdit pp signum quod fieri debebat. Sed ꝙ discipulos secum ascendere fecit, accusatio multitudinis erat non sequẽtis eũ. Ascendit etiã in montem erudiens nos a tumultibus, & ab ea quæ in mũdo est turbatione quiescere: apta.n. ad philosophiã solicitudo est: Sequitur. Erat ãt proxi. pa. di. fe. Iu. Vide qualiter in anno integro nihil plus euangelista nos docuit de signis Christi quam ꝙ paralyticũ sanauit, & filiũ reguli, non.n. studuit vniuersa annunciare, sed ex multis magna, & pauca. Qualiter igitur non ascendit ad diem festũ? paulatim.n. soluebat legẽ, occasionẽ capiens a Iudaica nequitia The. Quia enim Iudæi eum persequebãtur, occasionem recessus accipiens legem exclusit, innuens obseruãtibus quòd ueritate, adueniẽte omnis cessat figura, & quòd legibus non subijcitur, vt legalia festa perficeret. & vide hoc quòd non erat festũ Christi, sed Iudęorum. Beda. Si quis autẽ verba euangelistarum diligenter cõsiderauerit, facile cognoscet quia vnius anni spacium fuit inter decollationem Ioannis & passionẽ domini. Cũm.n Matthęus dicat, quia dñs audita nece Ioannis secessit in desertum locũ, & ibi turbas pauit, & Ioannes dicit, ꝙ proximũ erat pascha Iudæorum qñ turbas pauit apertè demõstratur, quia imminente paschali festiuitate decollatus est Ioãnes. Euoluto ãt unius anni spacio passus est Christus in eadẽ festiuitate. Sequitur. Cum subleuasset ergo oculos Iesus &c. Dicit cũ subleuasset oculos Iesus, ut disceremus ꝙ oculos non erigebat huc atque illuc, sed pudice sedebat attentus cum discipulis suis. Chry. Neq; ẽt simpliciter sedebat, cũ discipulis suis, sed diligenter loquens, aliquid eis, & eos ad seipsum conuertens. Deinde respiciẽs uidit turbam ad se uenientem. Cuius igiẽ gratia Philippũ interrogat? sciebat.n. ꝙ discipulorum eius congregatio, ampliori indigebat doctrina. Talis ãt erat Philippus qui postea dixit. Ostende nobis patrẽ, & sufficit nobis, propterea igitur prius eũ erudiebat. Nam si simpliciter factũ esset miraculũ, non tantum appareret, nunc ãt prius cogit cõfiteri inopiam, ut certius discat miraculi magnitudinem. unde sequitur; Hoc autem dice. ten eum. Non quidẽ ignorãs id quod debebat ab ipso dici, sed humanę hoc dictum est. Sicut enim ꝙ dr̃, Qui scrutatur corda hominũ, non ostẽdit ignorantię scrutationem, sed certissime cogitationis, ita cum hic dicat ꝙ tentauit eum, nihil aliud dicit quàm quoniã sciebat certissimè. Sed & aliud est dicere quoniam probationem eum faciebat, per talẽ interrogationẽ inducens in certissimã, signi cognitionem. Propter hoc & euãgelista ne infirmitate locutionis minorationem aliquam suspiceris subiungit. Ipse.n. scie. quid esset facturus. Alcui. Interrogat igitur nõ ut ignorata discat, sed ut discipulo adhuc rudi propriam tarditatem ostendat, quam ipse in se perpendere non ualebat. Theo. Vel ẽt ut alijs ipsum ostenderet, non tãquam cor eius ignorãs. Aug. de con. euang Sed si dominus secũdũ narrationem

Christi duplex sanatio.

Supputatio tẽporum.

Consensus euangelicus.

rationē Ioannis prospectis turbis quęsiuit a Philippo tētans eū, vnde illis escæ dari possent, pōt mouere qūo sit verum quod alij narrauerunt, prius dixisse dn̄o discipulos vt dimitteret turbas. Quib. ille respondit secundum Matthæum, Non habēt necesse ire, date eis vos manducare: intelligitur igitur post hæc verba dn̄m inspexisse, multitudinem, & dixisse Philippo qđ Ioānes commemorat: alij āt prætermiserunt. Chry. Vel aliter. Alia quidē sunt illa: alia āt sunt hæc non eisdem facta temporib. Theo. Philippum igitur dn̄s tentans vtrū fidem haberet, inuenit eū adhuc humanis passionibus ubiacentē, quod patet ex hoc quod sequitur. Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis vt unusquisq; modicū quid acci. Alcu. In quo tarditatem suam ostendit. nam si perfectè de creatore intelligeret, De eius potentię largitate nō diffideret. Aug. de con. euan. Quòd āt Philippus hic apud Ioannē respōderet, Hoc Marcus a discipulis respōsum esse commemorat: volens intelligi hoc ex ore cęterorū Philippum respōdisse, quā ꝙ & pluralem numerum pro singulari vsitatissimè ponere potuerit. The. Sed & Andræam dominus similem Philippo inuenit, quamuis altius de illo contemplantē, sequitur. n. Dicit ei vnus ex discipulis eius. Andre. fra. Si. Pe. Est puer hic qui hēt quinq; panes hordeaceos & duos pisces. Chry. Aestimo quidē non sine causa id eum dicere, sed q audi uerat signum quod Eliseus de panib. hordeaceis fecerat, pauit. n. de 10. panib. centū hoīes. Ascendit igitur mente in aliqđ excelsum, sed ad summum non potuit puenire, qđ patet per hoc quod subdit. Sed hęc, quid sunt inter tātos? Aestimabat. n. ꝙ de paucioribus pauciora, & de plurib. plura facturus esset q miracula faciebat, sed hoc non erat verum. Similiter. n. ei facile erat, & de plurib. & paucioribus pascere turbas: non. n. materia subiecta indigebat, sed ne viderētur creaturæ alienæ esse ab eius sapientia ipsis creaturis vtitur ad materiam miraculorum. The. Confundātur Manichæi qui dicunt, ꝙ panes & oīa huiusmodi creata sunt a malo Deo, quia boni Dei filius Iesus Christus panes multiplicauit. nā si creaturæ malæ fuissent, nequaquā bonus mala multiplicasset. Aug. de con. euan. Quod āt Andręas apud Ioānem de quinq; panibus & duob. piscibus suggessit, hoc cęteri pluralem numerum pro singulari ponentes ex discipulorū persona retulerūt. Chr. Discamus āt hic qui voluptati attendimus, quæ comedebant, mirabiles uiri illi & magni: & quantitatē eorum quæ inferebantur, & uilitatē mensæ eorum Nondum āt apparentib. panib. iussit eos discūbere, ut discas qm̄ nō entia ut entia ei subsistūt, sicut Paulus ait. Qui vocat ea quę nō sunt tanquā ea quę sunt. sequitur n. Dicit ei Iesus, Facite ho. discumbe. Alcui. Ad literam homines discūbere dicimus iacendo comedere more antiquo, vnde sequitur; Erat āt fœnum multū in loco. Theo. Id est herba uiridis. Erat enim pascha quod in primo mense veris perficiebatur. Sequitur; Discubue ergo uiri nu. quasi quinq; mi. Soli uiri numerantur ab euangelista, quia legalē cōsuetudinem sequebatur. Etenim Moyses a 20. an nis, & supra populum connumerauit nulla mentione de mulierib. facta, innuēs ꝙ oē ꝙ uirile est & iuuenile dignum & honorabile est apud Deū Sequitur; Accepit er. Ie. panē, & cum gratias egisset, distri. discum. similiter ex piscib quantum uolebant. Chr. Sed quare paralyticum debēt sanare non orat, neq; suscitans mortuos, neq; mare quietans; hic autē orat gratias agens? ut. ostendat eos qui comestionem incipiūt gratias agere oportere Deo. Sed & aliter in minorib maxime orat, ut discas ꝙ non pp indigentiam orat. Si. n. indigeret orare, multo magis in maioribus hoc fecisset. Quia uero illa ex auctoritatē facit, manifestū est ꝙ hic cōdescendendo nobis orat & adhuc qm̄ turba multa erat præsens, oportebat eis suaderi ꝙ secundū uolūtatē Dei aduenerat, & ideo cū occulte aliquod miraculū faciebat nō orabat, sed coram multis orabat, ne crederent, ꝙ esset Deo contrarius. Hil. 3 de Tri Quinque igit panes offeruntur turbæ & frangūtur, subrepunt in frangentiū manus quædā fragmentorum procreationes, non ita minuitur; uā præfringitur, & tamen præfringentis manū fragmenta occupant, nō Consuetudo uiri legalis.

sensus, nō visus profectū tam conspicabilis operationis assequitur; est qđ non erat, vř quod non intelligitur: solum superest, vt Deus omnia posse credatur. Aug. Vnde.n. multiplicat de paucis granis segetes inde in manib. suis multiplicauit quinq; panes: potestas.n. erat in manibus Christi. panes āt illi quinq; quasi semina erāt, nō quidem terræ mandata, sed ab eo qui terram fecit multiplicata. Chr. Vide āt quanta est serui & dñi differentia; nam prophetæ quasi ex mēsura habentes gratiam ita miracula faciebant: Christus āt absoluta virtute faciens cum multa superabundantia oīa operabať. Sequitur: Vt āt im. sunt &c. Nō quidem hæc ostentatio superflua fuit, sed nec phantasiam existimarent, qđ factū est, propter quod ēt ex subiecta materia miraculū fecit. Sed quare non turbis dedit fragmenta portanda, sed discipulis? qm̄ hos maxime erudire volebat, qui orbis terrarum debebant esse magistri. Ego āt nō solum admiror multitudinem panū quæ facta est, sed & certitudinem superfluorum, quia neq; plus, neq; minus fecit superfluū esse, sed tm̄ quantum volebat. s. duodecim cophinos secundum numerum 12. Apostolorum. The. Addiscimus āt ex miraculo ꝑpetrato nō fieri pusillanimes, in coarctationib paupertatis. Beda. Turbę autem cū vidissent signum quod fecit dominus, mirabantur, quia nondum eum Deum esse cognouerant, ideoque euangelista subdit: illi ergo homines quia carnales erant & carnaliter intelligebant, cum vidissent quod fecerat signum, dicebant; quia hic est verè propheta, qui venturus est in mūdum. Alcui. Nondum pleni fide dominum vocant prophetam, qui nondū Deum dicere nouerant, sed iam multum profecerant ex uirtute miraculi: qui eum secernentes ab alijs prophetam vocabant sicut sciebāt in populo illo prophetas aliquando miracula fecisse, nec falluntur si dicūt eum prophetam, cum ipse dominus nouerit se prophetam, dicens. Non capit prophetā perire extra Hierusalem. Aug. Sic āt propheta est Christus & dñs ꝓphetarum, sicut angelus & dñs angelorum ex eo.n. ꝙ præsens annūciauit, angelus erat: ex eo ꝙ futura prædixit, ꝓpheta erat; ex eo ꝙ verbū caro factū est, & angelorū, & prophetarū dominus erat: nullus.n. ꝓpheta sine verbo Dei. Chr Ex hoc āt ꝙ dicūt; Qui venturus est in mundum, manifestū est ꝙ prophetam quendam principalē expectabant. Et ideo quod dř. Hic est verè propheta, in græco cum adiectione articuli ponitur, ad ostendendum, s. eum esse discretum ab alijs prophetis. Aug. Considerandum āt quod dicitur, quia Deus nō est talis substantia quę oculis videri possit, & miracula eius quibus totum regit, vniuersamq; creaturam administrat assiduitate uiluerunt, seruauit sibi quędam quæ faceret opportuno tempore pręter vsitatum cursum ordinemq; naturæ: nō ut maiora, sed insolita uidendo stuperent, quibus quotidiana uiluerunt Maius.n. miraculum est gubernatio totius mundi, q̄ saturatio quinq; milium hominū de quinque panibus, & tamē hoc nemo miratur. Illud mirantur homines, non quia maius, sed quia rarum est. Nec tñ sufficit hoc intueri in miraculis Christi, quia enim dñs est in monte, verbum Dei est in alto: proinde non quasi humiliter iacet, nec transeuntes prętereundum est. Alcui. Mysticè enim nomine maris turbidum seculū designatur. Mox āt vt Christus mare mortalitatis nostræ adijt nascendo, calcauit moriendo, transijt resurgendo, secutæ sunt eum credendo & imitando turbę credentium ex vtroq; populo collectorum. Bed. Tunc āt dominus subijt, in montem, qñ cęlum ascendit, quod designatur per mōtem. Alcui. Quòd.n. turbis inferiorib. relictis ad altiora cum discipulis ascendit, ostendit, ꝙ simplicibus minora præcepta sunt committi da, perfectioribus altiora: ꝙ imminente pascha illos reficit, significat quia quisq; pane diuini verbi & corpore & sanguine dñi desiderat refici, dēꝫ spiritualepascha facere id est, de vitijs ad uirtutes transire. Oculi verò domini sunt dona spiritualia, quæ cū dominus electis suis misericorditer concedit, tunc in eos oculos suos dirigit, id est respectum pietatis impendit. Aug. lib. 83. q. Quinque autē panes hordeacei significāt veterē legem, siue qnia nōdum spiritualibus, sed adhuc carnalibus data est lex. i. quinque corpo

Iesus est propheta.

ris sensib.deditis. Ná & ipsæ turbæ, quinque milia hominum fuerũt, siue quia per Moysen lex ipsa data est. Moysen.n.quinque libros scripsit. Et ꝙ hordeacei erãt panes, bene significauit per ipsam legẽ, quæ ita data erat, ut in ea vitale animæ alimẽtũ corporalibus sacramentis obtegeretur. Hordei.n.medulla tenacissima palea tegitur Vel ipsum populum nondum expoliatum carnali desiderio tanquam palea cordi eius inhærebat. Bed. Hordeum ẽt pabulum est iumentorum, & cibus seruorum, & lex vetus data est & seruis & iumẽtis, idest carnalib. Aug. li. 83 q. Duo ãt pisces qui saporẽ suauẽ pani dabant, duas illas ꝑsonas videntur significare, quibus populus ille regebatur, regiam.s. & sacerdotalem quę tñ duę personę dominum nostrũ præfigurabant; ambas.n.ille sustinuit. Alcui. Vel duo pisces dicta vel scripta prophetarum & psalmistarum significant, & cum quinarias ad quinq; sensus corporis referatur, mille ad perfectionem refertur. Qui verò quinq; sensus corporis perfectè regere student, viri dicuntur a uiribus, quos feminea mollities nõ corrumpit, sed sobriè & castè viuunt, & cęlestis sapientię dulcedine merẽtur recreari. Aug. sup. Io. Puer autẽ qui ista habebat fortè populus Israel erat, qui sensu puerili ea portabat, nec mãducabat. Illa.n.quæ portabat clausa onerabant, aperta pascebant. Bed. Pulchrè ãt dicit, Hęc quid sunt inter tantos? quia lex vetus parũ proficiebat, quousq; eã suis manib. suscepit, i. opere impleuit, & eandem spiritualiter intelligẽdam esse docuit quia lex neminem ducebat ad perfectum. Aug. su. Ioan. Frangẽdo ãt panes multiplicati sunt. Quicunq; n. libri Moysi multos libros cùm exponuntur tanquã frangẽdo, i. disserendo fecerunt. Aug. lib. 83. q. Dñs ẽt tanquam frangendo & aperiẽdo quod durum erat & clausum in lẽge discipulos impleuit, cum eis post resurrectionem aperuit scripturas. Aug. su. Io. Quia aut ignorantia populi erat in lege, propterea tentatio domini ignorantiã discipuli demõstrabat. Super fęnum autem discũbebant, quia carnaliter sapiebant & in carnalibus quiescebant: omnis.n.caro fęnum. Illi autem de panibus domini implentur, qui quod auribus audiunt, operibus implẽt. Aug. Quę sunt ãt fragmenta, nisi quæ populus non poterat mãducare? Quid ergo restat nisi vt secretiora intelligentiæ quę nõ põt capere multitudo illis credant, ꝙ idonei sunt, & alios docere valent, sicut erant apostoli. vñ & duodecim cophini impleti sunt. Alcui. Cophinis.n. seruilia implẽtur officia. Cophini igitur, sunt apostoli, & eorum imitatores, qui licet in præsenti sint despicabiles, spiritualium sacramentorũ diuitijs sunt interius referti. Dicuntur ãt apostoli fuisse cophini, quia per apostolos fides sanctæ Trinitatis erat ꝑdicanda in quatuor partib. mundi. Quòd aũt nouos panes noluit facere, sed allatos cumulauit, signat q̃a veterem scripturam non reprobauit, sed aperiendo patefecit.

Allegorica expositio. (margin)

Allegoria pulchra. (margin)

Notula pulchra (margin)

Iesus ergo cũ cognouisset, quia venturi essent vt raperent eum & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. Vt ãt sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaũ. Et tenebræ iam factæ erant, & nõ venerat ad eos Iesus. Mare ãt, vento magno flãte, exurgebat. Cũ remigassent ergo quasi stadia viginti quinq; aut triginta, vident Iesum ambulantẽ supra mare, & proximum naui fieri, & timuerunt. Ille ãt dicit eis. Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim, & statim nauis fuit ad terram in quam ibant.

Beda. Turbæ uiso tãto miraculo, intellexerunt pium atq; potentem, & idcirco voluerunt ipsum facere regem, homines nanq; uolunt habere regẽ pium ad regendum, & potẽtem ad tuendum. Dñs igitur hoc cognoscens fugit in montem, i. ascendit celeriter. vnde dr. Iesus ergo cum cogno. quia ven. es. vt ra. eum & fa. eũ regẽ, fugit iterum in montem ipse solus. Datur ergo intelligi ꝙ dominus cum sederet in mõte cũ discipulis suis, & videret turbas ad se uenietes descẽderat de mõte, & circa inferiora loca turbas pauerat. Nã quõ fieri pt, vt rursus ille fugeret, nisi ante de mõte descẽderet? Aug. de cõ euan. Nõ ãt repugnat qđ Mattheus dixit, Ascendit in mõtẽ solus orare. Neq;.n. causa orãdi contraria est causa fugiendi, qñ quidẽ & hinc dominus doceat hanc esse nobis magnam

causam orandi, quæ est cã fugiendi. Augu. Erat aũt rex, qui timebat fieri rex: nec talis rex qui ab hominibus fieret, sed talis qui hoĩbus regnũ daret, semp quidem ille cum patre regnat sc̃dm quod est filius Dei. Prædixerunt aũt prophetæ regnum eius, & sc̃dm id q̃ hõ factus Christus, & fecit fideles suos Christianos qui sunt regnum eius, quod modo colligitur, modo emitur sanguine Christi. Erit autẽ aliqñ manifestum regnũ eius, qñ erit aperta claritas sanctorũ eius post iudicium ab eo factum. Discipuli aũt & turbæ credentes in eum putauerunt illũ sic uenisse ut iã regnaret. Hoc est uelle rapere, & facere eũ regem. Chr. Vide aũt quanta est gulæ uirtus, non ultra eis sabbati trãsgressionis cura, non ultra zelant, sed oĩa remota sunt uentre repleto, & propheta iã erat apud eos, & regem eum intronizare uolebant. Christus aũt fugit, erudiẽs nos mundanas contẽnere dignitates. Sic igitur Iesus dimittit discipulos, & ascendit in montem. Hi uero a magistro relicti, ut sero factum est, descenderunt ad mare. Et hoc est qđ subditur: Vt aũt sero factũ est, &c. Et quidẽ vsq; ad vesperã expectauerunt eum, uẽturum esse putãtes ad se; facta uero uespera non ultra sustinent eum nõ inquirere, tantus eos detinebat amor, sed ab amore igniti ascẽderunt in nauẽ. vnde sequitur, Et cum ascen. na. ue. trãs mare in Caphar. Veniebant quidem ad Capharnaum æstimantes se illic eum inuenturos. Aug. Sic ergo dixit finem & redit, ut exponat quõ venerunt, quia p stagnũ nauigantes transierunt, & dum nauigarent recapitulando exponit quid acciderit, di. Et tenebræ iã factæ erant &c. Chr. Non sine causa euangelista tp̃s designat, sed ut per hoc calidũ eorum amorẽ ostendat. Non. n. dixerunt: Vespera nunc est, & nox aduenit, sed ab amore igniti ascenderunt in nauim, multa aũt erant ex quibus impediebantur a tempore, vnde dñ. Et tene. iam fa. erant, a tempestate, unde sequitur: Mare aũt uento ma. flau. exurge. a loco. Non n. erat ꝓpe terrã: vnde dicitur. Cum remigrassent ergo quasi stadia 25. aut 30 Bed. Eo genere locutionis quo cum dubitando loquimus solem⁹ dicere fermè 25. aut ꝓpè 30.

Regnũ Christi duplex.

Chry. Et ultimo ab inopinabili. vnde sequitur, Videt Iesum am. supra ma. & proxi. fieri. Apparet quidẽ eis postquã illos dimiserat, illo quidem docẽs eos quid est de relicto, & amorẽ excitans maiorẽ, hic vero suã virtutẽ ostendens, pp hoc igitur illi turbabantur. vnde sequitur, Et timuerunt; quibus turbatis dñs cõfortationem adhibet: vnde sequitur, Ille aũt dicit eis: Ego sum, nolite timere. Bed. Non aũt dixit, Ego sum Iesus, sed tm̃, Ego sum, quia familiares eius erant, ideoq; audita uoce facile potuerunt cognoscere magr̃m; siue quod verius est, ut ostẽderet se illum esse qui Moysi dixit, Ego sum qui sum. Chr. Ideo aũt eis apparuit, ut ostendat qm̃ ipse est qui tempestatem soluet. Hoc. n. ostẽdit euangelista subdens. Voluerunt ergo accipere eum in naui, & statim fuit nauis ad terram ad q̃ã ibant. Tranquillam. n. præbuit eis nauigationem. Nõ aũt nauim ascendit, uolens maius miraculum operari, & deitatẽ eius reuelare apertius. Theo. Vide nanq; tria miracula: primum est q̃ ambulabat supra mare; sc̃dm est q̃ fluctª mitigat; tertium est q̃ statim facit nauim ad terram ire ad quam ibant, nam multũ distabant a terra, cum eis dñs apparuit. Chry. Turbæ autem nõ ostendit se Iesus supra mare ambulantem, quia hoc signũ imbecillitatem eorum excedebat, sed neque discipulis diu uisus est hoc faciẽs, sed statim disparuit ab eis. Aug. de con. euã. Non est autem aduersus quòd Matthæus prius eum dixit dixisse discipulos ascẽdere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas, ac deinde dimissis turbis ascendisse in montẽ solus orare. Ioannes uero prius eum fugisse cõmemorat solum in montem, ac deinde inquit, Vt aũt sero factum est, descen. dis. eius ad ma. & cum ascen. in nauim. Quis n. nõ hoc uideat recapitulando Ioãnem postea dixisse factum a discipulis, quod iam Iesus iusserat antequam fugisset in montem? Chry. Vel aliter: Mihi vr̃ hoc signum aliud ab eo quod apud Matthæum positum est, tunc. n. nõ statim eũ susceperunt, nũc aũt persuasi sunt statim suscipere, & tunc quidem adhuc tempestas permanebat concutiens nauim, nunc

Mysteriũ latet ĩ verbis.

autem

aūt cum voce trāquillitas aduenit. multoties.n. eadē facit signa, ut facile susceptibilia fiāt. Aug. Mysticè aūt pauit dñs turbas, & ascendit in montē: sic.n. de illo prędictum est, Congregatio populorū circundabit te: & propter hāc in altum regredere, i. ut circundet te cōgregatio populorū regredere in altū. Quare āt dictū est, Fugit? neq; enim si nollet, teneret. Aliquid ergo significauit fugiēdo, quia scilicet nō potuit intelligi altitudo eius. quicquid.n. non intellexeris, fugit me, dicis: ergo fugit in montē ipse solus, quia ascendit super omnes cœlos. Illo autem sursum posito discipuli in nauicula tempestatē patiebantur, nauicula illa ecclesiam pręsignabat. Tenebrę iam factę erant, & merito, quia lux non erat. non.n. venerat ad illos Iesus. Quātum accedit finis mūdi, crescūt errores, crescit iniquitas. Lux deniq; charitas est secundum illud, Qui odit fratrē suum, in tenebris est. Ipsi fluctus nauē turbantes, & tempestates, & venti clamores sunt maledictorum, inde charitas refrigescit, inde fluctus augentur, & turbatur nauis, nec tñ venti illi & tēpestas, & fluctus, & tenebræ id agebant, vt vel nauis nō ꝓmoueretur, vel soluta mergeret. Qui.n. perseuerauit vsq; in finē, hic saluus erit. Quinarius āt numerus ad legē ꝑtinet, ipsi sunt quinq; libri Moysi, ergo legē signat numerus vigesimus quintus, qm̄ quinq; es quinis fiūt vigintiquinq;. Sed huic legi antequā euāgeliū veniret, deerat ꝑfectio, q̄ in senario numero cōprehenditur. Ipsa ergo quinq; ꝑ sex multiplicētur, vt lex per euāgeliū impleat: vt fiāt sexies quinq; 30. Ad eos ergo q legē implēt, venit Iesus calcās fluctus, idest oēs tumores mūdi sub pedibus habēs oēs altitudines seculi ꝓmens, & tamen tantę sunt tribulationes, vt etiā ipsi qui credunt in Iesum, expauescant ne deficiant. The. Cum autem homines uel dęmones nos per timorem nitūtur mouere, audiamus Christum dicētē, Ego sum: nolite timere, idest ego semper assisto, & sicut Deus permaneo, & nunquam pertrāseo: nō perdatis in me fidem pro fallis terroribus. Videt etiā quomodo nō in principio periculi dominus assistit, sed in fine. Permittit nanq; nos esse in medio periculorū, vt certātes in tribulationibus probabiliores fiamus, & vt ad ipsum solum recurramus, qui potens est ex insperatis nos liberare. Cum.n. intellectus humanus sibi prouidere non poterit, tunc salus diuina aduenit. Si voluerimus etiam Christū in nauiculā nostrā suscipere, i. in cordib⁹ nostris habitare, statim inueniremur in terra ad quā ire volumus, i. in cœlum. Beda. Quia vero hęc nauicula nō torpentes vehit, sed fortiter remigantes, significatur ꝙ in ecclesia non desidiosi & molles, sed fortes, & in bonis operibus perseuerātes perueniunt ad portum salutis ęternę.

Lux charitas dicitur.

Vbi humana desunt adsunt diuina.

Altera die turba q̄ stabat trans mare, uidit qa nauicula alia non erat ibi, nisi una, & quia nō introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abijssent. Aliæ verò super venerūt naues à Tyberiade iuxta locū, ubi mā ducauerāt panē, gratias agentes Deo. Cùm ergo vidisset turba qa Iesus non esset, neq; discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaū quærentes Iesum. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc venisti? Respondit eis Iesus, & dixit: Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia uidistis signa, sed qa manducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam ęternā, quē filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater signauit Deus.

Chry. Dñs si & turbis nō manifestā ostēderit quomodo supra mare ambulauerit, dedit tñ eis latēter suspicari qđ factū erat, & euāgelista hoc ostēdit, dicēs Altera die &c. vsq; ibi, abissent. Quid.n. hoc erat aliud quā suspicari ꝙ mare pedes trāsiēs recesserat? Neq;.n. est dicere ꝙ in alia nauicula pertrāsiuit, qa vna erat ibi tantū in quā erāt discipuli eius, cum quibus ipse non intrauerat. Aug. Insinuatum aūt est illis tam magnum miraculum, venerūt ergo & alię naues iuxta locum illum, ubi manducauerant panem, in quibus turbę eum secutę sunt, & hoc est quod subditur. Aliæ verò superue. na. &c. vsq; ibi, q̄rentes eum. Chry. Sed tamen post miraculum tam magnum venientes non interrogauerunt eum qualiter pertrāsijt, neq; curauerunt tantum miraculū addiscere. Sequitur enim. Et cùm inuenissent eum trans mare &c. Nisi quis dicat hic, quādo

pro

Pro qualiter dictum esse ab eis, dignū aūt est & hinc conspicere facilem eorum mētem. Qui.n. dicebant, Hic est propheta, q̄ studebant rapere & facere eum regē, inuenientes cū, nihil tale consiliantur. Augu. Ecce.n. ille qui in montem fugerat turbatus, cū ipsis turbis loquitur, modo teneāt, modo regem faciant. Sed ille qui post miraculi sacramētum, & sermonem infert, & quorum satiauit panibus ventrē, satiat sermonibus mentem. Alcui. Qui enim dedit exemplū fugiendæ laudis & terreni imperij, dat exemplum doctoribus qualiter debeant insistere prędicationi. Chry. Mansuetudo aūt & lenitas nō vbique est vtilis, cū.n. deses fuerit discipulus & grossus, stimulo uti ad eum oportet: hoc et hic filius Dei facit. Veniētibus enim turbis et blandiētibus ei dicēdo. Rabbi, q̄n huc uenisti, ut ostendat quod eū qui ab hominibus est, honorē non concupiscit, sed solū inspicit eorum salutem, redarguendo eis respondit non solum corrigere volens, sed & mentē eorum reuelare. unde sequitur: Respondit eis Iesus, & dixit. Amen amē dico uobis, quęritis me, non quia vidistis signa &c. Augu. q.d. Propter carnem me quęritis, nō ꝓp spiritū. Chry. Post reprehensionē āt doctrinam eis adiungit, dicēs. Operamini nō cibū &c. q.d. Vos escā exquiritis tēporalē, ego aūt corpora uestra nutriui, ut ꝑ hoc exquiretis illā escā, q̄ nō temporaneā, sed ęternam tribuit uitam. Alcui. Corporeus cibus carnē tantū reficit exterioris hoīs, & semel acceptus non sufficit, nisi quotidie accipiat: spiritalis āt cibus permanet in ęternum, & satietatem perpetuā immortalitatemq́; largit̄. Aug. Seipsum autem insinuat istum cibū, vt in sequētibus illucescit: ac si dicat, Quęritis me propter aliud, quærite me ꝓpter me. Chry. Sed quia quidam eo q͏̄ volunt pigrè nutriri, abutūtur hoc verbo, necessarium est inducere id quod est Pauli: Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operādo manibus suis, ut habeat vnde tribuat necessitatem patiēti, sed & ipse Corinthum veniēs, morabatur apud Aquilam & Priscillam & operabatur. Dicendo autem, Ne operamini cibū qui perijt, nō insinuat q͏̄ oporteat pigritari, sed q͏̄ oporteat operari & dare: hic .n. est cibus qui non perit. operari autem cibū qui perit, est affici secularibus rebus. Hoc igitur dixit, quia illi nullam fidei curam habuerunt, sed solum uolebant ventrem implere nihil laborantes, & hoc decenter cibum qui perit uocauit. Aug. Sicut autem Samaritanæ dixerat. Si scires qui petit à te bibere, postulasses ab eo, et daret tibi aquam uiuam, ita & hic subdit, Quē filius hominis &c. Alcui. Quando aūt per manum sacerdotis corpus Christi accipis, nō sacerdotem quem uides, sed illū quem nō vides, attēde. Sacerdos est dispensator huius cibi, nō auctor: filius hoīs seipsum dat nobis, ut nos in ipso & ipse in nobis maneat. Istū filium hoīs nolite sic accipere quasi alios filios hominum. Sequestratus est enim quadam gratia & exceptus à numero omnium. iste enim filius hominis et Dei filius est, hoc est quod subdit: Hūc.n. pater signauit Deus. Signare est signū ponere. q.d. Nolite me contemnere, quia filius hominis sum, sic.n. sum filius hominis, ut Deus pater me signaret, idest proprium aliquid mihi daret, quo non cōfunderet cum genere humano. sed per me liberaretur genus humanū. Hyl. 8. de Tri. Signaculorū āt natura est, ut omnē impressæ in se speciei explicēt formā, & nihil minus ex eo in se habeāt, vñ signentur, & dū totū accipiunt qđ imprimitur, totū ex se ꝓferunt quicq̄d impressum est. Verbū igitur hoc ad diuinæ natiuitatis nō proficit exēplū, quia in signaculis & materies sit & diuersitas & impressio, ꝑ quā molliorībus naturis, ualidiorū generum species imprimunt̄, unigenitus verò Deus & per sacramentū salutis nostræ hoīs filius, uolēs ꝓprietatis nobis paternæ in se signare speciē, signatū se à Deo ait, ut ꝑ hoc potestas in eo dādi ad æternitatē esse intelligi possit, q. a omnē in se paternæ formæ plenitudine signātis se Dei cōtineret. Chry. Vel signauit, idest in hoc misit hāc nobis afferētē escā. Vel signauit, idest reuelauit ꝑ suū testimonium. Alcui. Mysticè autē altera die, idest post ascensionem Christi, turba stans in bonis operibus, non iacens in terrenis voluptatibus, expectat vt veniat ad eos Iesus. Vna autem nauis

Exēplū Christi duplex

Filius quō dicitur signatus.

Anagogica expositio

uis est una ecclesia, sed & aliæ naues quæ superueniunt, sunt cōuenticula hæreticorum, qui q̄ sua sunt quærunt, nō quæ Iesu Christi, vnde conuenienter eis dr̄, Quæritis me, quia mãducastis ex panibus. Aug. Quàm multi ēt non quærunt Iesum, nisi vt illis benefaciat scd̄m tp̄s, alius negotiū habet, quærit intercessionem clericorū, alius p̄mitur a potentiore, fugit ad ecclesiam. vix quæritur Iesus pp̄ Iesum. Greg. 22. moral. Per eorum ēt personam dn̄s illos intra sanctā ecclesiam detestat̄, quippe sacros ordines ad dn̄m propinquantes, non in eisdem ordinibus virtutū merita, sed subsidia p̄ntis uitæ exquirūt. Satiat os quippe de panibus dn̄m sequi, est de sancta ecclesia temporalia alimenta sumpsisse. Et non pro signis dn̄m, sed pro panib⁹ quærere, est ad religionis officium non p̄ augendis uirtutibus, sed pro requirendis subsidijs inhiare. Bed. Illi ēt qui in orōne quærunt, nō æterna, sed temporalia, quærunt Iesum nō propter Iesum, sed pp̄ aliquid aliud; Significatur aūt mystice quoniam hæreticorum conuenticula carent hospitio Christi ac discipulorum eius, & dicuntur aliæ superuenisse naues, quia hęreses repentinæ fuerunt. Per turbam autē quæ cognouit q̄ Iesus non erat ibi, neque discipuli eius, illi designantur qui cognoscentes errores hæreticorum, relinquunt eos, & ad ueram fidem ueniunt.

Dixerunt ergo ad eū. Quid faciemus vt operemur opera Dei? Rn̄dit Iesus, & dixit eis. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signum, ut videamus & credamus tibi? Quid operaris? patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptū est, Panē de cœlo dedit eis mãducare. Dixit ergo eis Iesus. Amē amē dico uobis, nō Moyses dedit uobis panē de cęlo sed p̄r me⁹ dat uobis panē de cœlo uerum. Panis. n. uerus est q de cœlo descendit, et dat uitam mundo. Dixerūt ergo ad eum. Dn̄e, semper da nobis panem hūc.

Alcui. Intellexerat escam istam quæ permanet in uitā æternam esse opus Dei, & ideo interrogant quid facerent ut istū cibum, i. opus Dei operari possint, & hoc est quod dicitur, Dixerunt ad eum: quid faciemus ut operemur. &c. Id est, Quæ præcepta seruãdo poterimus implere opera Dei? Chry. Hoc autem dicebant nō ut discant & faciant, sed ad cibi exhibitionem eum inducere uolentes. Theo. Christus verò quamuis cognosceret q̄ eis nihil proderat, tn̄ propter cōem utilitatem īndit, & ostendit eis, imò oībus hominib⁹ quid sit opus Dei. vnde sequit̄: Rn̄dit Iesus &c. Aug. Non aūt dicit, ut credatis ei, sed ut credatis in eum. Non. n. continuò qui credit ei, credit in eū, nā & dæmones credebant ei, & non credebant in eū, nos credimus Paulo, sed non in Paulum. Credere ergo in eum, est credendo amare, credendo diligere, credendo in eū ire, & eius membris incorporari. Ipsa est fides quā de nobis exigit Deus, quæ per dilectionem operatur. Discernitur tn̄ ab operib⁹ fides, sicut dicit Apostolus, iustificari hominē per fidem sine operibus legis. Et sunt opera quæ videntur bona sine fide Christi, & non sunt bona, quia non referuntur ad eū finem ex quo sunt bona, finis. n. legis Christus, ad iustitiam omni credenti, & ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidem dixit esse opus Dei. ipsa est. n. fides quæ per dilectionem operatur. Nec dixit, Hoc est opus uestrum; sed, hoc est opus Dei, vt credatis in eū, ut qui gloriatur, in dn̄o glorietur. Credere ergo in eū, est manducare cibū qui permanet in uitā æternā, vt qd paras dentē & ventrē? crede, & mãducasti. Quia ergo inuitabat eos ad fidē, illi adhuc q̄rebant signa quib⁹ crederent. Iudæi. n. signa quærunt, & hoc est quod sequitur; Dixerūt ergo ei, Quod ergo tu facis &c. Chr. Nihil irrationabilius quàm signo p̄ manib⁹ existente, quasi nullo iā signo facto hoc dicant, neq; electionem signi fiendi dn̄o permittūt, sed in necessitatem eum æstimant ducere, ut nullum aliud faciat signum quàm tale, quale factum est in eorum parentibus. vnde subdunt: Patres nostri mãducauerunt mãna in deserto. Alcui. Et ne uideatur manna aliquo modo contēnendum, auctoritate psalmi illud extollunt, dicentes. sicut scriptum est, Panem de cœlo dedit eis mãducare. Chry. Multis quidem factis signis. & in Aegypto, & in mari rubro, & in deserto, huius maximè meminerunt, q̄ valdę concupiscebant pp̄ uentris tyrannidem,

Fides vera exprimitur.

Iudæi quare mãnacupierunt.

Neque

Neq; autem dicunt, ꝙ Deus hoc fecit, ne uideantur eum exæquare Deo, neq; Moysen inducunt, vt non uideantur Christum deprimere, sed medium ponunt, dicẽtes. Patres nr̃i man. manna. Vel aliter. Augu. Dñs Iesus talẽ se dicebat, vt se Moysi ꝓponeret; non. n. ausus est Moyses de se dicere, ꝙ daret cibũ q̃ non perit. Attẽdebãt itaq; quãta fecisset Moyses, adhuc aliqua maiora uolebant fieri. q. d. Tu ꝓmittis cibũ qui nõ perit, & nõ talia operaris qualia Moyses. Panes hordeaceos ille non dedit, sed mãna de cœlo. Chry. Licebat aũt dño dicere, qm̃ Moyse maiora miracula feci, sed non erat tp̃s horũ verborum nũc, sed unũ erat ad qđ studebat, s. ducere eos ad escã spiritalem. vnde sequitur: Dicit ergo eis Iesus, Amen amẽ dico vobis, Non Moyses &c. An non ex cœlo erat mãna? qualiter igr̃ ex cęlo dr̃? sicut & uolucres cœli dñr. & sicut dicit, Intonuit de cœlo dñs. Panem aũt non uerum uocat illũ, nõ quia falsum erat miraculũ de manna, sed quia figura erat, nõ ueritas. Nõ dixit; Nõ Moyses dedit, sed ego, sed pro Moyse quidem Deum, pro manna uerò seipsum posuit. q. d. Illud manna hoc significabat, s. cibũ de quo paulò ante locutus sum, & oĩa signa mea erant. Signa mea dilexistis, quod significatur cõtemnitis. Deus. n. dat panem quem significauit manna ipsum. i. dñm Iesum Christum vnde sequitur Panis. n. verus &c. Beda. Non quidẽ elementis, sed hoibus habitatoribus mũdi. The. Seipsum dicit panem uerum, quia principale significatum per manna, est vnigenitus Dei filius homo factus. Manna nanq; interpretatur, quid est hoc, nã Iudæi uidẽtes stupefacti, vnus ad alium dicebãt, qd est hoc? Filius aũt Dei factus homo, ipse est potissimum admiratiuum manna, ita ut cuilibet contingat q̃rere, quid est hoc? qũo filius Dei, filius hominis est? qũo ex duab⁹ naturis una fit persona? Alcui. Qui per assumptam humanitatem descendit de cœlo, & per assumẽtem diuinitatẽ dat uitam mundo. Theo. Hic autẽ panis uita scd̃m naturam existens, tanquam uiui patris filius proprium opus facit, quia uiuificat cuncta. Sicut. n. ex terra patris infirmã naturam carnis conseruat, sic & Christus per spiritus operationes viuificat animã, & ẽt corpus incorruptibile facit; nam per eius resurrectionẽ corporalis cõfertur incorruptio, & ideo dicit ꝙ dat uitã mundo. Chr. Non Iudæis solũ, sed orbi terrarũ. Illi uero inferius adhuc inspiciebãt. vñ sequitur: Dixerũt ergo ad eum, Dñe &c. Dicente autem eo, qm̃ pater meus dat uobi panem; nõ dixerunt. Roga ut det; sed, da nobis. Aug. Sicut. n. Samaritana cui dictum est, qui biberit de hac aqua nõ sitiet unquam, secundum corpus accipiens, & carere indigẽtia volens. Da mihi (inquit) dñe de hac aqua, sic & isti dicunt, Da mihi panem qui reficiat, & non deficiat.

Manna quid figurauerit.

Dixit aũt eis Iesus, Ego sum panis uitæ. Qui uenit ad me, nõ esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternũ. sed dixi uobis, quia & uidistis me, et nõ credidistis. Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, et eum qui uenit ad me, non eyciã foras. quia descendi de cælo, non ut faciã uoluntatem meã, sed uoluntatem eius qui misit me, patris, ut omne qd dedit mihi, nõ perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est autẽ uoluntas patris mei qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitã æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Christ⁹ panis cælestis.

Chry. De reliquo dominus in mysteriorum traditionẽ eos inducturus est, & primum de deitate sua loquitur. vnde dr̃; Dixit autem Iesus, Ego sum panis uitæ. Neq; enim hoc de corpore eius dictũ est. de illo. n. in fine dicit, Panis quem ego dabo, caro mea est. Sed interim de diuinitate loquitur. Etenim caro propter Deũ verbis panis est, quod spiritum ipsum suscipienti panis cęlesti fit. Theo. Non autem dixit, Ego sum panis nutrimenti, sed vitæ. Quia enim cuncta mortifera erant, uiuificauit nos Christus per seipsum; est autem panis non consuetæ uitæ, sed illius quæ morte non resecatur. vnde subditur; Qui uenit ad me, non esuriet, & qui credit in me, nõ sitiet in æternum. Aug. Qui uenit ad me, hoc est qui credit in me, & quod dixit, non esuriet; hoc intelligendũ est, Et non sitiet unquam, utroque enim significatur æterna illa satietas, vbi nulla est egestas. Theoph. Vel non sitiet neque esuriet, idest ad uerbum Dei audiendum, neque tædiosus efficietur, neque

Christ⁹ oĩa uiuificauit.

sitiet

sitiet siti intellectuali, quasi nō habeat aquā baptismi, & sanctificatione per spiritum factam. Aug. Panē igitur de cęlo desideratis, ante vos habetis, sed nō māducatis. vñ sequit. Sed dixi uobis, quia & uidistis me, & nō credidistis. Alcui. q. d. Nō iō hoc dixi et uos sciā hoc pane satiādos, sed potius ad improperiū vestrę incredulitatis dico, quia uidetis, & nō creditis. Chry. Vel per hoc ꝙ dicit. Dixi vobis. insinuat testimoniū scripturarum, de quo supra dixerat. Illę sunt quę testimonium perhibēt de me. Et iterum dixerat: Quoniam ueni in nomine patris mei, et nō suscepistis me: hoc autē ꝙ dicit, Quia & uidistis me &c. signa occultè insinuat. Aug. Sed non ideo ego populum Dei perdidi, qa uos vidistis & nō credidistis, vñ sequitur: Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eijciam foras. Beda. Absolutè dicit, Omne: vt ostenderet plenitudinē fidelium. Hi āt sunt quos pater dat filio, quando per occultam inspirationem facit eos credere in filium. Alcui. Quemcunq; ergo pater traxerit ad hoc vt credat in me, veniet per fidem ad me ut mihi iūgaī, & eū q passibilis fidei & bonę operationis veniet ad me, nō eijciā foras, idest in secreto puræ consciētię mecū morabitur, & taudē recipiā eū in æterna beatitudine. Aug. Illud. n. intus vñ nō exitur foras, est magnū penetrale & dulce secretū sine tædio, sine amaritudine malarū cogitationū, sine interpellatione tētationū & dolorū, de quo dicitur, Intra in gaudium dñi tui. Chry. Per hoc āt ꝙ dicit, Qđ dat mihi pater, ostēdit qm̄ non contingēs res est credere in Christū, neq; cogitationibus humanis pficitur, sed ea q̄ desuper reuelatione indiget, ēt anima deuota suscipiēte reuelationē vnde nō ab accusatione eruti, quibus non dat pater; indigemus. n. & ea quæ ex nobis est voluntate ad credendum, per hoc autem tangit incredulitatē eorum, ostēdens quoniam qui non credit ei, uoluntatem transgreditur patris. Paulus autem ait, ꝙ ipse eos tradiderit patri, Cum tradiderit, inquit, regnū Deo. & patri. Sicut igitur pater dans non priuat seipsum, sic nec filius tradens. dicitur autē filius tradere, quoniam per eum ad patrem

Gaudiū puræ cō sciētię.

adducimur. Et de patre dictū est, Per quē vocati estis in societatem filij eius. Sic igitur qui venit ad me, saluabitur; qa ꝑ his ueni, carnē assumpsi vnde sequitur; Quiā descendit &c. Quid dicis? alia sunt tua, & q̄ illius? Ne igitur hoc aliquis suspicetur, subiunxit, Hæc est aūt volun. eius qui misit me, &c. Per hoc aūt & filius vult; quia filius quos vult viuificat. Quid est igiī qđ dicit, Nō aliud acturus veni quàm qđ pater vult? quasi non habēs diuinā volūtatē à patre, oīa. n. quæ patris sunt, mea sunt; sed hoc nō dixit; sed in fine reseruat, excelsa. n. interim occultat. Aug. Vel aliter; Quare nō eijciat foras subiungit, dicens; Quia descendi de cœlo nō ut faciam uoluntatem meā, sed voluntatē eius, qui misit me. Propterea. n. aīa à Deo exiit, quia superba erat. Superbia. n. eiecti sumus, humilitate regredimur. Medicus. n. qñ ægritudinem discutit, si curet quod per aliquā causam factū est, & ipsam causam nō curet, ad tempus uidetur mederi, sed causa manente morbus repetitur. Vt ergo causa omniū morborū curaretur, idest superbia, descendit & humilis factus est filius Dei. Quid superbis homo? filius Dei ꝓpte humilis factus est. Puderet te fortasse imitari humilem hoīem, & saltē imitare humilē Deū. hęc est n cōmendatio humilitatis, Non veni facere uoluntatem meā, sed voluntatem eius qui misit me. Superbia quippè facit uoluntatem suā humilitas voluntatem Dei. Hyl. 3. de Tri. Nō igitur hoc dicit, quia facit quod nō uelit, sed obediētiam suam sub effectu paternæ voluntatis ostendit, uolens ipse voluntatem patris explere. Augu. Ideo ergo qui ad me uenerit non eijciam eum foras, quia non ueni facere volūtatem meam, humilis ueni humilitatē docere, qui ad me uenit, incorporatur mihi & humilis fit, qa nō faciet volūtatē suam, sed Dei, & ideo non eijcietur foras, quia cùm superbus esset, proiectus est foras, ad me. n. uenire nō potest nisi humilis, non mittitur foras nisi superbia. qui seruat humilitatem, non labitur à veritate. Quare autem ideo non eijciat foras qui uenit ad illum, quia non venit facere voluntatem suam, ostendit cùm subdit. Hæc est enim voluntas eius qui

Volūtas vna patris & filij.

Qui misit me patris, vt oẽ qđ dedit mihi Pater nõ perdã ex eo. Ipse illi datus est q̃ seruat humilitatẽ, non est uoluntas in cõspectu patris ut pereat vnus de pusillis: de tumẽtibus põt perire, de pusillis nihil perit, quia nisi fueritis sicut pusillus iste, nõ intrabitis in regnum cœlorũ. Aug. de corect. & gratia Qui ergo in Dei prouidentissima dispõne præsciti, ᵽdestinati, vocati, iustificati, glorificati sunt, ẽt nondũ renati, sed & nondũ nati, iam filij Dei sunt, & oĩno perire non pñt: hi. n. verè veniunt ad Christũ. Ab illo ergo datur ẽt perseuerantia in bono vsq; in finẽ: neque. n. datur nisi eis qui non peribunt, qm̃ qui non perseuerant peribunt. Chry. Per hoc aũt qđ dicit. Non perdã ex eo, non oñdit se indigere eorum cura, sed hoc dicit ᵽp eorum salutem. Postquã aũt dixerat. Non perdã ex eo, & nõ eijciã foras: subiungit, Sed resuscitẽ eum in nouissimo die, quia in resurrectione cõi mali eijcientur scđm illud, Tollite eum & eijcite eũ in tenebras exteriores. Ipsi ẽt perdentur secundum illud. Qui põt animã & corpus perdere in gehennã Ideo aũt multoties resurrectionẽ inducit, vt non ex solis rebus pñtibus iudicent Dei prouidẽtiam, sed aliã expectent vitam. Aug. Videte aũt quemadmodum & hic geminam illam resurrectionẽ designet, qui venit ad me modo resurgit, humilis factus in membris meis. Sequitur autem: Sed resuscitẽ illum in nouissimo die. Ad exponendũm autẽ quod dixerat, Omne quod dedit mihi pater. Et iterum quod dixerat, Non perdam ex eo: subiungit. Hæc est. n. voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui uidet filium & credit in eum, habeat uitã æternam. Superius dixit, Qui audit verbum meum, & credit ei qui misit me. Modo aũt, Qui videt filium & credit in eum, nõ dixit, Et credit in patrem. Hoc est. n. credere in filium, quod & in patrem, quia sicut pater habet uitã in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. vt sic omnis qui uidet filiũ & credit in eum, habeat uitam æternam, credendo & transeundo ad uitã tãquam prima illa resurrectione, & quia ipsa non est sola, subiungit de secunda: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Resurrectio duplex notatur.

Murmurabãt ergo Iudæi de illo, qa dixisset: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi, et dicebant, Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, et matrem? Quo ergo dicit hic, quia de cælo descendi? Respondit ergo Iesus, et dixit eis. Nolite murmurare inuicem. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et scriptum in prophetis, Et erunt oẽs docibiles Dei. Omnis qui audiuit à patre et didicit, venit ad me. Non quia patrem uidit quisquam, nisi is qui est à Deo, hic uidit patrem.

Chry. Iudæi existimantes se comestione carnali potiori non turbabantur, vsq; quo postea diffisi sunt, vnde dr̃: Murmur. er. Iu. de il. quia di. Ego sum panis &c. Videbantur quidem turbari in hoc ꝙ dixerat eum de cœlo descendisse, sed non hoc erat quod turbationẽ faciebat, sed hoc ꝙ non expectabant potiri mensa corporali. Adhuc tñ eum venerabãtur, quia recens erat signũ, & propterea non manifestè ei contradicebant, sed murmurando suam perturbationem oñdebant: quid aũt murmurando dixerint, subditur. Et dicebãt, Nõne hic est Iesus filius Ioseph &c. Aug. Longè aũt isti erãt a pane de cœlo, nec eũ esurire nouerãt. panis. n. iste interioris hominis quærit esurien. Chry. Manifestũ est enim qm̃ mirabilẽ eius nondum sciuerãt generationẽ, ᵽpea eum adhuc filium Ioseph dicunt, sed non increpantur. Non. n. rñdit eis, Non sum filius Ioseph, quia nõ poterãt illum mirabilẽ partum audire. Si uero eum qui scđm carnem non poterant manifestè audire, multo magis nec superiorem ineffabilem. Aug. Ab hominibus enim carnem assumpsit, sed non more hominum. Nam patrem habẽs de cœlo, matrem elegit in terra, & illic natus sine matre, & hic sine patre: quod ergo talibus murmurantibus respondit, subditur. Rñdit er. Iesus & di. eis: nolite murmu. inuicem. q. d. Scio quare nõ esuritis sic, ut istũ panem non intelligatis, neq; quæratis. Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me traxerit illum. Magna gratiæ commẽdatio. Nemo venit nisi tractus, quem trahat, & quem non trahat, quare illum trahat, & illum nõ trahat, noli uelle iudicare, si non uis errare, semel accipe & intellige.

Occultio mysterij.

tellige.

telligę. si non traheris, ora ut traharis. Chry. Hic aût insiliût Manichæi dicêtes; qm̃ nihil in nobis est positum. sed hoc nõ quod in nobis est destruit, sed ostẽdit nos diuino auxilio indigente: ostendit.n. hic nõ eum qui inuitus uenit, sed eũ qui multa patitur oppugnationẽ. Aug. Si.n. inuiti trahimur ad Christum, ergo inuiti credimus: ergo uiolentia adhibetur, non uoluntas excitatur. sed intrare quisquam ecclesiam põt, nolens, credere non põt nisi uolens; corde.n. creditur ad iustitiã. si ergo inuitus uenit qui trahit̃, non credit; si non credit, non uenit: non.n. ad Christum ambulando currimus, sed credendo, nec motu corporis, sed uolũtate cordis accedimus: ergo uoluntate traheris. Quid est aût trahi uolũtate? delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Est quædam uoluptas cordis, cui dulcis est panis ille cęlestis. Porrò si poetę dicere licuit, Trahit sua quemq; uoluptas, quanto fortius nos dicere debemus trahi hoiem ad Christũ, qui delectatur ueritate beatitudine, iustitia, sempiterna uita, qđ totũ Christus est? An nõ habẽt corporis sensus uoluptates suas, & aĩas delectitur a uoluptatib⁹ suis? Da amantẽ, da desiderantẽ, esurientẽ, fonti æternæ patriæ suspirãtẽ, & scit quid dicã. Sed quare noluit dicere, quem traxerit pr̃. si trahẽdi sumus, ab illo trahamur, cui dicit q̃dã q̃ diligit, Trahe me post te. Sed quid intelligi uoluit, aduertamus. Trahit pr̃ ad filiũ eos qui ppea credunt in filiũ, quia eũ cogitãt patrẽ hr̃e Deũ. Deus.n. pater ęquatẽ sibi genuit filium, & qui cogitat atq; in fide id sentit ac ruminat æqualem esse patri eũ in quẽ credit creaturam, nõ eum traxit pater. Fotinus dicit, Homo solus est Christus, qui sic credit, non eũ pater trahit: trahit Petrum qui dixit, Tu es Xp̃s filius Dei uiui. vñ dictũ est, Non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Ista reuelatio ipsa attractio est. Si.n. qui inter delicias terrenas reuelantur amantibus trahunt, nõ trahet reuelatus Christus a patre. Quid.n. fortius desiderat aĩa quàm ueritatem? sed hic homines esuriunt, ibi saturabuntur. Et ego resus. eũ in no. die. q. d. saturabitur, eo q̃ & hic sitit in resurrectione mortuorũ, qm̃ ego resuscitabo eum. Aug. de quæ. no. & ue. te. Vel attrahit pater ad filiũ per opera quæ faciebat per illum. Chr. Nõ parua dignitas filij, si pater adducit, & ipse suscitat; non diuidens ad patrẽ opera, sed ostẽdens parilitatẽ uirtutis. deinde oñdit modum scd̃m quem pater trahit, di. Scriptũ est in prophe. Et erũt oẽs doci. Dei. Vides fidei dignitatem, qm̃ non ab hoibus neq; hoĩes, sed ab ipso Deo eã debeant addicere. Magr̃.n. præsidet omnibus paratus existens sua tribuere, ad oẽs suam doctrinam effundens. Si aũt oẽs docibiles Dei, qualiter quidã non credunt? quia hoc de pluribus dictũ est, siue qm̃ oẽs qui uolũt. Aug. de prædesti. san. Vel aliter; Sicut integrè loquimur cum de aliquo literarũ magr̃o, qui in ciuitate solus est dicimus, oẽs iste hic literas docet, nõ quia oẽs discunt, sed quia nemo nisi ab illo discit quicunq; ibi literas discit. Ita rectè dicimus, Oẽs Deus docet uenire ad Christum, non quia oẽs ueniunt, sed quia nemo aliter uenit. Aug. super Ioan. Vel aliter: Omnes regni illius homines docibiles erunt Dei, non ab hominibus audirent, etsi hic ab hominibus audiunt, tñ quod intelligunt intus datur. strepitum uerborum ingero auribus uestris nisi reuelet ille qui intus est, quõ ergo ô Iudæi me potestis agnoscere, quos pater non docuit? Bed. Dicit autem pluraliter, In prophetis, quia oẽs prophetę, vno eodemq; spiritu repleti, licet diuersa prophetarent, tñ ad idem tendebant. quapropter cum quouis eorum oẽs alij concordabant, sicut cum Ioele propheta qui dicit, Erunt omnes docibiles Dei. Glo. Hoc in Ioele non inuenitur, sed aliquid simile. dicitur enim ibi; Filij Sion exultate & lætamini in dño Deo nostro, quia dedit nobis doctorem. Expressius tñ est in Esaia, vbi dr̃. Ponã vniuersos filios tuos doctos a domino. Chry. Quod quidem pcipuum est, quia ante per homines discebant quæ Dei sunt, nunc autem per unicum filium Dei, & Sp̃m sanctũ. Aug. de prædesti. san. Omnes autem docibiles Dei ueniunt ad filium, qm̃ audierunt & didicerunt a patre per filium; vnde subditur, Omnes qui audiuit a patre & didicit, uenit ad me. Si autem omnis qui audiuit a patre & didicit,

Prophetę oẽs vno spiritu Christũ testati sunt.

cit, venit: profectò omnis qui nõ uenit, audit a patre, nec didicit. Valde remota est a sensibus carnis hæc schola, in qua pater auditur & docet, vt veniatur ad filiũ, nec agit hoc cum carnis aure, sed cordis, vbi est & ipse filius, quia ipse est uerbum eius per qđ pater sic docet, simul est & Spiritus sanctus. inseparabilia.n. didicimus esse opera Trinitatis, sed patri hoc potissimũ est attributum, quia de ipso procedit & filius & Spũs sanctus. Itaq; gratia q̃ occultè & humanis cordibus diuina largitate tribuitur, a nullo corde duro respuitur: ideo quippe tribuit, vt cordis duritia prę mitus auferatur. Cur ergo nõ oẽs docet vt veniant ad Christũ? nisi quia eos quos docet, misericordia docet, quos ãt nõ docet, iudicio non docet. si aũt dixerimus ꝙ uolunt discere quos nõ docet, rñdebitur nobis, Et vbi est qđ ei dr̃: Deus tu conuertẽs viuificabis nos? aut si non facit uolẽtes ex nolentibus Deus, vt qđ orat ecclesia secũdum pceptum dñi pro psecutoribus suis? nõ.n. quisquã dicere põt credidi, vt sic vocaret, pùenit qppe eũ misericordia Dei. quia est uocatus, ut crederet. Augu. super Ioã. Ecce ego qũo trahit pater docẽdo de ueritate, non necessitatẽ imponendo, trahere.n. Dei est. Omnis qui audiuit a patre & didicit, uenit ad me. quid igĩ Christus nihil docuit? quid ꝙ patrem magr̃m hoĩes non uiderũt, filium uiderunt? filius ergo dicebat, sed pater docebat. Si ego homo cum sim illum doceo qui audiuit uerbum meũ, illum docet, & pr̃ qui audiuit uerbum eius. Exponit aũt hoc ipse & ostẽdit nobis quid dixerit, cõtinuo subiungẽs. Nõ quia pa[trem] vi. quisq; nisi &c. q d. Ne fortè cum dico uobis, oẽs qui audiuit a patre & didicit, dicatis apud uos. Nunquã vidimus patrẽ, qũo ab eo discere poterimus? a meipso audite. Ego noui patrem, ab illo sum, quomodo uerbum est ab illo cuius est uerbum. non quod sonat & trãsit, sed quod manet cum dicente, & trahit audientem. Chry. Omnes quidem a Deo sumus. Id verò quod est præcipuum filij & proprium, hic non posuit propter auditorum imbecillitatem.

Schola cęlestis describitur.

Pater cęlestis trahiĩ.

Amen amen dico vobis, qui credis in me, hẽt vitã æternã. Ego sum panis vitę. Patres uestri manducauerunt manna, in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cęlo descendens, ut si qs ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.

Aug. Reuelare voluit se dñs quid eẽt, unde dicit. Amen amen dico uobis &c. q. d. Qui credit in me, hẽt me. quid est autẽ hr̃e me? habere vitã æternam. vita.n æterna est uerbũ quod in principio erat apud Deum, & uita erat lux hominũ. assumpsit vita mortẽ, & uita occideret mortẽ. Chr. Quia verò turbæ instabant cibum corporalem petentes, & eius cibi qui patrib⁹ eorum datus erat reminiscẽtes, ut oñdat ꝙ omnia illa figura erant huius veritatis p̃sentis mentionem de cibo spirituali facit dicens: Ego sum panis uitæ. Panẽ quidem uitæ seipsum uocat, qm̃ uitam nostrã cõtinet & hãc & futurã. Aug. Sed qa illi de manna superbiebant, subiungit: Patres vestri manducauerunt manna in deserto & mortui sunt. Iõ patres uestri, quia similes estis illorũ, murmuratores patres murmuratorũ filiorũ. Nã de nulla re magis Deũ offendisse ille populus dictus est, quã contra Deum murmurãdo. Ideo aũt mortui sunt, quia qđ uidebant credebant, qđ nõ uidebant non credebãt, neq; intelligebãt. Chry. Non aũt sine cã addit, In deserto, sed occultè insinuans, qm̃ nõ longum tp̃e fuit, quo.s. manna datum est, neq; simul cum uenit in terram promissionis, sed qa uidebant panem datum a Christo minus esse illo quod patribus datum erat, in eo ꝙ illud desuper descendebat. Miraculum verò panẽ inferius gerebaĩ, propterea subiungit, hic est panis de cœlo descendens. Aug. Hunc panem significauit mãna, hũc panem significabat altare Dei. Sacramenta hæc sunt, & illa fuerunt. In signis diuersa sunt, in re quæ significatur paria sunt. Apostolum audi. Omnes eandẽ escã spiritalem manducauerunt. Chry. Deinde ostendit quod maxime eos poterat persuadere, quoniam ipsi patribus suis multo digniores effecti sunt, qui manna manducãtes sunt mortui, & ideo subdit: Vt si quis ex ipso manducauerat, nõ moriaĩ. A fine vtriusq; cibi ostẽdit differentiam. panem autem hic dogmata salutaria dicit, &

Cõparatio mannę et eucharistiæ.

fidē quæ in ipsum est, aut corpus suū, hec enim conseruant aīam. Aug. Sed nunquid nos non morimur, qui manducauimus panem descendentem de cœlo? sic illi sunt mortui quemadmodū & nos sumus morituri, quantum attinet ad mortem huius corporis visibilem atq; carnalem; quantū āt pertinet ad mortem spiritalem, qua patres istorū mortui sunt, manducauit manna Moyses & multi qui dn̄o placuerunt, & mortui non sunt. quia uisibilem cibum spiritualiter intellexerunt; spiritualiter gustauerunt ut spiritualiter satiarentur. Nam & nos hodie accipimus visibilē cibū, sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti, q̄m multi de altari accipiunt, & accipiēdo moriuntur. vn̄ Apost. Iudiciū sibi māducat & bibit: panē ergo cęlestē spiritualē manducare est innocentiam ad altare apportare peccata & si sint quotidiana, non sint mortifera: ante quā ad altare accedatis, attēdite quid dicatis. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris. si dimittis, dimittētur tibi, securus accede, panis est, nō venenum; si quis ergo ex hoc pane māducauerit, non morietur. Sed qđ pertinet ad virtutē sacramenti nō qđ pertinet ad uisibile sacramentū, qui manducat. s. intus nō foris. Alcui. Ideo inquā non morit̄ qui comedit hūc panē, q a ego sum panis, viuus qui de cęlo descēdi. The. Per hoc. s. ꝙ incarnatus est, nō ergo prius solum fuit homo, & postmodū assumpsit diuinitatē, vt Nestorius fabulat̄. Aug. De cęlo descēdit & māna, sed māna umbra erat, ille veritas est. Alcui. Est āt mea uita uiuificans; vn̄ sequit̄, si q̄s mād. ex hoc pa. uiuet, non tm̄ i p̄senti p fidē & iustitiā, sed i ęternū.

Accessus altaris docetur.

Et panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita.

Aug. Determinat consequenter dominus quomodo se panem dicat, non tantū secundum diuinitatem, quæ pascit omnia, sed etiam secundum humanam naturam quæ est assumpta a verbo Dei, cum subdit; Et panis quem ego dabo &c. Bed. Hunc panem tunc dominus dedit quādo mysterium corporis & sanguis sui discipulis tradidit, & quādo semetipsum Deo patri obtulit in ara crucis. quod vero dicit, Pro mundi vita, non debemus intelligere pro elementis, sed pro omnibus qui mundi nomine designantur. The. In hoc ꝙ dicit; Quem ego dabo, potestatē suam demonstrat, ꝙ non sicut seruus minor patre crucifixus est, sed uoluntarie; nam etsi a patre dari dicatur, tn̄ seipsum tradidit, ipse. Attēde āt ꝙ panis qui in mysterijs à nobis assumitur, non solum figuram gerit carnis Christi, sed ipse est vera caro Christi: nō. n. dixit, Panis quem ego dabo figurā carnis meæ gerit, sed caro mea est. Trāsmutatur āt inenarrabilibus uerbis iste, panis per mysticam benedictionem & habitationem Spiritus sancti in carnē Christi. Sed quare non videmus carnem? quia si caro uideret̄, horror nos in eius assumptione inuaderet: vnde ut nostrę infirmitati condescendatur talis nobis ur̄ mysticus cibus, secundum ꝙ nostrę consuetudini competebat. pro mundi āt uita carnem suā tradidit, quia moriēdo mortem soluit. Ego ēt intelligo pro mundi uita resurrectionem, nam domini mors uniuersalē resurrectionem toti generi humano ministrauit; fortè autem & uitam quæ in sanctificatione, & beatificatione consistit, & spiritu, mundi uitam dixit. quamuis. n. nō oēs susceperint uitam quę est in sanctificatione & spiritu, tn̄ dn̄s seipsum pro mūdo tradidit, & quantum in eo est totus mundus sanctificatur. Aug. Quando āt caperet caro, ꝙ dixit panem, carnem: norunt āt fideles corpus Christi, corpus Christi, esse non negligant, fiant corpus Christi, si uolūt uiuere de spiritu Christi. de spiritu n. Christi non uiuit, nisi corpus Christi, nunquid enim corpus meum uiuit de spiritu tuo? Hunc panem exponit Apostolus, dicens: Vnum corpus multi sumus: O sacramētum pietatis, ò signum vnitatis, ò vinculū charitatis qui uult uiuere accedat, credat, incorporetur ut uiuificetur.

Trāsmutatio panis.

Beneficium sacramentale.

Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes: Quō pōt hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus. Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitā in vobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Aug. Quia Iudæi panē concordiæ non intelligebant, adinuicem litigabāt: unde dicitur, Litigabant ergo Iudæi adinuicē &c. Qui autem manducant talē panē, nō litigant adinuicem, nam per hunc Deus habitare facit vnanimes in domo. Beda. Putabāt ergo Iudæi ꝙ dominus particulatim carnem suā diuideret, & eis ad mādu candum daret, & ideo litigabant, quia nō intelligebant. Chry. Quia igitur dicebāt hoc esse impossibile, ut scilicet carnē suā ad manducandum daret ostēdit, quoniā non solum non est impossibile, sed ualde necessariū. vnde sequitur: Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico uobis, nisi māducaueritis &c. q. d. Quomodo quidē detur, & quisnam sit modus manducādi istū panem ignoratis, ueruntamē nisi manduca. &c. Beda. Et ne crederetur illis solis hoc dixisse, mox generalem sententiam intulit, dicēs: Qui man meam car. & bib. meū sanguinem. Aug. Et ne istam uitam intelligentes de hac re litigarent: secutus adiunxit Habet vitam ęternam. Hanc ergo non habet, qui istam carnē nō manducat, nec istum sanguinem bibit. Nam temporalē vitā sine illo habere hoīes possunt, ęternā vero oīno non possunt: Non ita est hęc esca, quā sustētādę huius temporalis vitæ causa sumimus: nā q eam non sumpserit, nō uiuet: nec tñ q eā sumpserit, uiuet. Fieri. n. pōt ut morbo, vel senio, vel aliquo casu plurimi qui eā sumpserint, moriātur. In hoc uero cibo & potu, idest corporis & sanguinis dñi nō ita est, nā & qui eam nō sumit, nō habet vitā, ꝙ qui eā sumit, habet vitam, & hanc vtique ęternam. The. Non enim duri hominis caro est, sed Dei, & hominem diuinum facere valens, tanquam diuinitate inebrians. Aug. 21. de ciuita. Dei. Sunt autem quidam liberationem ab ęterno supplicio hominibus promittentes Christi baptismate ablutis, qui participes sunt corporis eius quomodolibet uixerit, ꝓpter illud quod dicitur hic. Sed contra dicit eis Apostolus, dicens: Manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, immunditia, & c. quę pdico sicut pdixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. Quamobrem quomodo sit accipiendum quod hic dicitur, merito

Panis uitæ quō intelligitur.

quęritur. Qui. n. in eius est corporis unitate, i. Christianorū compage membrorū, cuius corporis sacramētum fideles cōicātes de altari sumere, consueuerūt, ipse uere dicendus est manducare corpus & bibere sanguinem Christi, ac per hoc Hæretici & Scismatici ab unitate corporis separi, possunt idem percipere sacramentum, sed nō sibi utile, imò verò ēt noxiū, quo iudicentur grauius q̄ uel tardius liberentur, nec illi ēt in perditis & damnabilibus moribus debēt esse securi, qui per uitę iniquitate ipsam uitæ iustitiā quæ est Christus deserunt, siue fornicādo, siue aliquid huiuscemodi faciendo. Nō enim illi dicēdi sunt māducare corpus Christi, quoniā nec in membris computādi sunt Christi. Vt enim alia taceam, non possunt, simul esse membra Christi, & membra meretricis. Aug. super Io. Hunc itaque cibum & potum societatem vult intelligi corporis & mēbrorum suorū, quod est ecclesia in prædestinatis & uocatis & iustificatis & glorificatis sanctis & fidelibus eius. huius rei sacramentum, idest unitas corporis & sāguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum in dominica mēsa præparauit, & de dominica mēsa sumitur quibusdam ad uitā, quibusdam ad exitium. Res verò ipsa cuius sacramentū est, omni homini est ad uitam, nulli ad exitū quicunq; eius particeps fuerit. Ne aūt putarēt sic in isto cibo & potu ꝓmitti uitā æternam, ut qui eam sumerent iā nec corpore morerentur. Huic cogitationi occurrens subiungit, dicens: Et ego resuscitabo eū in nouissimo die ut scilicet habeat interim vitam æternam secundum spiritum in requie q̄ sanctorū spiritus suscipit Quod āt ad corpus attinet, nec corpus ēt uita æterna fraudetur, sed in resurrectione mortuorum in nouissimo die eam habeat.

Quæstio utilis.

Corpus Christi mysticum.

Caro .n. mea uerè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui māducat meā carnē, et bibit meū sanguinē, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me uiuens pater, et ego uiuo propter patrē, & q manducat me, et ipse uiuet propter me. Hic est panis q de cœlo descendit. Non sicut manducauerūt patres vestri māna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Hæc dixit in synagoga dicens in Capharnaum.

Bed.

Bed. Dixerat superius; Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, hēt vitā æternam, & vt ostenderet quanta distātia sit inter corporalem cibum & potū, & spirituale mysteriū corporis, & sāguinis sui, adiecit. Caro. n. mea uerè est cibus &c. Chr. Hoc āt dicit, aut ut credāt, his quæ dicta sunt, vt nō ęstimēt ænigma, & parabolā esse, sed sciant q̄m oīno oportet manducare corpus Christi, aut vult dicere ꝙ verus cib. est hic qui animam saluat. Aug. Vel aliter: Cum cibo & potu id appetant homines, vt non esuriant, neq; sitiant, hoc veraciter non præstat nisi iste cibus & potus, qui eos a quib. sumitur immortales, & incorruptibiles facit. i. societas ipsa sanctorum, ubi pax erit, & vnitas plena atq; perfecta, propterea dn̄s noster corpus & sanguinem suum in eis reb. cōmendauit, quæ ad vnum aliquid redigun tur ex multis, nanq; aliud. s. pani ex multis granis in vnum constat, aliud. s. vinum ex multis acinis confluit. Deinde iā exponit quid sit manducare corpus eius, & sanguinem bibere, dicens: Qui man. me. car. &c. Hoc est ergo māducare illā escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & Christū in se habere At per hoc qui nō manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat eius carnē, nec bibit eius sanguinē, sed magis tantæ rei sacramētū ad iudiciū sibi manducat & bibit. Chr. Vel aliter. cōtinuatur quia promiserat se manducantib. vitam ęternā vt ergo hoc cōfirmet induxit, Qui man. meā car. &c. Aug. de ver. do. Multi quidem qui vel corde ficto carnem illam māducant, & sanguinem bibunt, uel māducauerint apostatę fiunt nunquid manent in Christo, & Christus in eis? Sed est profecto quidā modus manducandi illam carnē, & bibendi illū sanguinem: quō qui manducauerit & biberit, in Christo manet & Christ⁹ in eo. Aug. 21. de ciui Dei. Hoc est illi qui non sacramento tenus tm̄, sed reuera corpus Christi manducant, & sanguinē bibunt. Chr. Et quia ego viuo manifestū est, ꝙ ipse uiuet, & ad hoc ostēdendum subiūngit, Sicut misit me uiuēs pater &c. Ac si dicat: Viuo ego sicut pater, & ne ingenitum æstimes, adiecit. Propter patrē, patrem sibi esse principium occultè insinuans; ꝙ āt dicit: Qui manducat me, & ipse uiuet ꝑꝑ me; non de uita simpliciter hoc dicit, sed de approbata. Etenim ēt infideles uiuunt nō manducantes, de carne illa, sed neq; de resurrectione cōmuni hoc dicit, etenim omnes suscitabūtur, sed de gloriosa & mercedem habēte. Aug. Non āt ait, Sicut manduco patrem, & ego uiuo ꝑꝑ patrem, & qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Nō. n. filius ꝑticipatione patris fit melior, sicut participatione filij per unitatem corporis eius & sanguinis, quod illa manducatio & potatio significat nos efficimur meliores. Si ergo ita dictum est. Viuo ꝑꝑ patrē, quia ipse de illo est, sine detrimento ęqualitatis dictū est. nec tn̄ eandē nostram, & suā æqualitatem significauit, sed gratiam mediatoris ostendit. Si āt secundum id accipimus; Viuo ꝑꝑ patrem, quod alibi ait; Pater maior me est, hęc uerba ita dixit; Sicut misit me pr̄, Ac si diceret, ut ego uiuā propter patrē, idest ad illum tanquā ad maiorem referam uitam meā, exinanitio mea fecit in qua me misit; ut autē quisq; uiuat propter me, participatio facit; quia manducat me. Hyla. 8 de Tri. De ueritate igitur carnis & sanguinis Christi, nō relictus est ambigendi locus, nunc. n. ex ipsius domini professione & fide nostra uere caro est, & uere sanguis est, hęc ergo uitæ nostræ causa est, ꝙ in nobis carnalibus manentem per carnem Christū habemus uicturis nobis per eum ea conditione qua uiuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter secundū carnem per eum uiuimus, id est naturam carnis suæ adepti; quomodo nō naturaliter secundum spiritum in se patrem habeat, cum uiuat ipse per patrē? per patrem autem uiuit, dū natiuitas nō alienam ei intulit diuersamq́ue naturā. Aug. Vt autem illum panem māducādo uiuamus qui æternam uitam ex vobis habere non possumus, de cœlo descēdit. unde sequitur: Hic est pa. qui de cœ. descendit. Hila 10. de Tri. Se panem hic dicit; ac ne uerbi uirtus atque natura defecisse existimaretur in carnem, panem carnem suam esse dixit, ut per hoc qui descēdens de cœlis panis est, non ex humana conce-

Veritas euchari stiæ cōprobant

ptione origo esse corporis eius existimaretur, dũ cęleste esse corpus ostẽdit: at vero cum panis est, assumpti per verbũ corporis est professio. The. Nõ.n. purũ Deũ comedimus, nã & impalpabilis & incorporeus est: neq;.n. hõis puri carnem comedimus, q̃ nil posset proficere. Sed quia Deus carnẽ sibi vniuit caro eius viuificatiua existit, non q; in dię naturã transierit, sed secũdũ quandã igniti ferri consuetudinem (qđ & ferrum manet & ignis) actũ ostendit sic & caro dñi viuificatiua est, tanquã caro verbi Dei. Bed. Et vt ostenderet distantiã vmbræ & lucis typi & veritatis, subiunxit: Non sicut manducauerunt patres vestri &c. Augu. Quòd ãt illi mortui sunt, ita vult intelligi, vt non viuant in ęternum. Nã temporaliter & hi profecto morientur qui Christum manducant, sed viuunt in æternum, quia Christus est vita æterna. Chr. Si.n. possibile fuit sine messe & frumento & alijs huiusmodi 40 annis illorũ vitã conseruare, multo magis nunc cibo spirituali hoc facere poterit, cuius illa erãt figuræ: frequenter ãt vitã repromittit, quia nihil est ita delectabile hominib. vsi & in veteri testamento longitudo vitæ promittebatur, hic ãt vita finẽ non habens. Simul ẽt per hoc ostendere vult, q̃m sententiam morti tradentem pro peccato nunc soluit uitam ęternã contrario promittens. Sequitur: Hęc dixit in synag. do. in Caph. ubi & plurimę uirtutes eius sunt factæ. Docebat ãt in synagoga, & in tẽplo multitudinẽ attrahere volẽs, & ostendẽs, q̃m non est contrarius patri. Bed. Mystice Capharnaum quę interpretatur uilla pulcherrima, significat mundum, synagoga verò Iudaicum populum. Per hoc ergo ostẽditur, quòd dominus per mysterium incarnationis mũdo apparens Iudaico populo multa docuit, quæ ipsę intellexit.

Virtus eucharistiæ ostẽditur.

Mysterium allegoriæ.

Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerũt. Durus est hic sermo. Et quis põt eũ audire? Sciens ãt Iesus apud semetipsum, quia murmurarẽt de hoc discipuli eius, dixit eis. Hoc uos scãdalizat? Si ergo videritis filium hõis ascendentẽ vbi erat prius? Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquã. Verba quæ ego locutus sum vobis spiritus & vita sunt. Sed sũt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat.n. ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eũ. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo põt venire ad me, nisi fuerit ei datũ a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierũt retro, & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim. Nunquid & vos uultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus. Dñe, ad quẽ ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credidimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. Respondit ei Iesus. Nonne ergo vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est. Dicebat ãt de Iuda Simonis Iscariotę. Hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim.

Aug. Talia loquente Iesu non crediderũt aliquid magnũ dicentem, & uerbis illis aliquã gratiã cooperantem, sed prout uoluerunt intellexerunt, & more hominum, quia poterat, aut disponebat Iesus carnẽ qua indutum erat uerbum, veluti cõcisam distribuere credentib. in se. unde dr; Multi ergo audi. nõ ex inimicis, sed ex discip. eius dixe. Du. est hic sermo. Chr. Idest difficile susceptibilis, superexcedens eorũ imbecillitatem: putabant.n. eũ supra seipsum loqui maiora ꝓpria dignitate, & dixerũt. Quis põt eum audire? quasi pro seipsis respondentes, quia nõ debebãt. Aug. Si ãt discipuli durum habuerunt istũ sermonẽ, qd inimici? & tñ sic oportebat ut diceret, q; nõ ab hominibus in intelligeretur, secretum Dei intentũ dẽt facere, nõ aduersos. The. Cum ãt audis q; discipuli eius murmurabant, non intelligas hos qui actu sunt discipuli, sed hos qui in habitu & figura uidebantur ab eo instrui. Nam inter discipulos erãt quidam ex plebe, q uicebantur eius discipuli, quia multo cũ discipulis manebant tpe. Aug. Sic ãt apud se ista dixerũ, ut ab illo nõ audirent, sed ille qui nouerat in seipsis apud seipsum audiebat. uñ sequit; Sciẽs aũt Iesus apud semetipsum quia murmur. de hoc discip. eius, dixit eis. hoc uos scandali. Alcui. Quòd.s. dixi uobis mãducare carnẽ meã & bibere sanguinem meum? Chr. Erat ãt hoc suæ deitatis signum, occulta in mediũ ferre. uñ sequitur; Si ergo uide. fil. ho. ascen. ubi erat prius, supple quid dicetis? Hoc & in Nathanaele fecit, dicens; Quoniã dixi tibi, uidi te sub ficu, credis, maiora his uidebis. Nõ igitur quæstiones quęstionibus

Deus cognitor occultorum.

ssionibus copulat, sed magnitudine dogmatū & multitudine eos inducere vult. Non igitur discipulos in scādalum mittere volens hoc dicit, sed eorum scandalum soluere uolens. Nā dum ęstimant eum de Ioseph natum, nō suscipiunt ea quę dicebantur. Qui verò credituri erant quoniā de cęlo descēdit, & illuc ascendit, facilius attendunt his quę dicebātur. Aug. Vel aliter: Hinc soluit quod illos cōmemorat, illum .n. putabant erogaturum corpus suū. Ille aūt dixit se ascensurum cęlum utiq; integrum. Cùm uideritis inquiēs filiū hominis ascendentem ubi erat prius. Certè vel tunc videbitis, quia non eo modo putatis erogat corpus suū, & quia gratia eius nō consumitur morsibus, filius āt hominis Christus ex uirgine Maria hic esse cępit in terra, ubi carnē assumpsit ex terra. quid ergo vult quod ait, Cū uide. fi. ho. ascend. vbi erat prius, nisi ut intelligamus vnam personā esse Christum Deū & hominē non duas? ne fides nostra sit quaternitas, sed trinitas. Sic ergo erat filius hoīs in cęlo, quemadmodum filius Dei erat in terra: fili⁹ Dei in terra in suscepta carne, filius hoīs in cęlo in unitate ꝑsonę. The. Nō ergo ꝑꝑ hoc putes ꝙ de cęlo corpus Xp̄i descenderit, hoc .n. Marciani hæretici & Apollinaris est dictū, sed quia unus & idē erat fili⁹ Dei & hoīs Chr. Propter hoc āt & aliā solutionē inducit, dicēs: Spiritus est q̄ viuificat, caro nō prodest quicquā: quod aūt dicit, tale est. spiritualiter oportet ea q̄ de me sunt audire, qui āt carnaliter audit, nihil proficit. Est autem carnaliter intelligere, simpliciter ea quæ proposita sunt uidere, & nihil plus imaginari. Oportet autem non ita iudicare, sed omnia mysterij interioribus oculis inspicere, qđ semper est spiritualiter audire. Carnale verò erat dubitare qualiter pōt nobis carnē dare manducare? quid igitur, non est uera caro? imò utique. Quod igitur ait, Caro non prodest quicquā, non de sua carne dicit, sed de eius carne q̄ carnaliter accipiebat quę dicebantur. Augu. Vel aliter: Caro non prodest quicquam. Sed quomodo illi intellexerunt? Carnem quippè sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello uendit̄

Intellectus spiritualis.

non quomodo spiritu uegetatur, accedat spiritus ad carnem, & prodest plurimum. Nam si caro nihil prodesset, verbum caro nō fieret ut habitaret in nobis, sed spirit⁹ per carnem aliquid operatus est in nobis ꝓ salute nostra. Aug. 10. de ciui. Dei. Nō enim caro per seipsam mūdat, sed per uerbum à quo suscepta est, quod cum sit principium omniū suscepta anima & carne, & animam credentium mundat & carnē. Spirit⁹ ergo est q̄ viuificat, caro nō ꝓdest quicquam, sicut illi intellexerunt carnē, non sic ego do ad manducandum carnem meam, quia nec carnē debemus sapere secūdum carnem, proinde dicit, Verba quę ego locutus sum vobis, spirit⁹ & uita sūt. Chry. Idest, spiritualia sunt, nihil habentia carnale, neque consequentiam naturalem, sed eruta sunt ab omne tali necessitate quę in terra, & à legibus quę hic positę sunt. Aug. Si ergo intellexisti spiritualiter, spiritus & uita tibi sunt, si intellexisti carnaliter, ēt sic spiritus & uita sunt, sed tibi non sunt. Diximus enim hic dominū commendasse in māducatione carnis suę. & potatione sanguinis sui, vt in illo maneamus & ipse in nobis, hoc autem quid facit, nisi charitas? Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris ꝑ spiritū sanctū, q̄ datus est nobis: ergo spiritus est qui viuificat. Chry. Et q̄a de carnali audiētia supra locutus est, subiūgit. Sed sunt quidā ex vobis q̄ nō credūt. Dicens quidā, discipulos excepit, suā āt dignitatē ostēdit, occulta reuelās. Aug. Nō dixit, Sūt quidā in vobis qui nō intelligūt, sed causam dicit quare nō intelligāt. Propheta .n. dixit: Nisi credideritis, nō intelligetis. Nā qui resistit, quomodo viuificat? Aduersarius .n. radio lucis quo penetrandus est non auertit faciem, sed claudit mentem, credāt & aperiant, & illuminabuntur. Chr. Et ut discas, quoniam ante hæc verba, & nō postquam murmurauerūt & scandalizati sūt hoc Christus cognouerat, subiungit euange. dicēs; Sciebat enim ab initio Iesus &c. The. Volens per hoc nobis euangelista ostendere, ꝙ ante constitutionē mundi omnia cognoscebat, quod diuinitatis erat indicium. August. Sed postquam distinxit credentes dominus a non credentibus ex-

Fides est intelligendi principium.

pressit causam quare nõ credunt. vnde se quitũ, Et dicebat, Propterea di. uobis, quia nemo &c. Chry. q. d. Non turbant me, neque stuporem inferunt qui nõ credũt. Non quib⁹ dedit pater. Dixit ãt hoc, ut ostẽdat quõ non illorũ gloriã cõcupiscens hoc dicebat, & ut suadeat eis ꝙ patrẽ eius existimant Deum, & non Ioseph. Aug. Ergo & credere datur nobis, nõ enim nihil est credere. Si .n. magnũ qd est, gaude quia credidisti, sed noli extolli, quid enim habes quod non accepisti? Aug. de prędesti. sancto. Hoc autem donum quibusdã dari & quibusdam non dari omnino non dubitat, qui nõ vult manifestissimis sacris literis repugnare. Cur autem non omnibus detur, fidelem mouere non debet, qui credit ex uno omnes isse in condemnationẽ iustissimam, ita ut nulla Dei esset iusta reprehẽsio, & si nullus inde liberaretur. unde constat magnam esse gratiam, ꝙ plurimi liberãtur. Cur aũt istum potius quàm illũ liberet, inscrutabilia sunt iudicia ei⁹, & inuestigabiles vię eius. Sequitur; Ex hoc multi discipuli ei⁹ abierũt retro, &c. Chry. Homo dixit, Recesserunt, sed abierunt retro, ab ea quæ secundũ uirtutẽ est auditione, & quã habebãt olim fidẽ perdiderũt. Aug. Et ꝑcisi à corpore vitã perdiderunt, quia fortè in corpore nec fuerũt, inter nõ credẽtes & ipsi reputati sunt. Abierũt retro nõ pauci, sed multi post sathanã, nõ post Christũ, quomodo de quibusdã fęminis dicit Apostolus. Quędã cõuersę sunt retro post satanã: Petrũ aũt non repulit dñs retro ire post satanam, sed fecit post se ire. Chry. Quæret aũt aliquis ꝙ tẽpus erat uerba dispẽsandi his q̃ cõstructa erãt nocẽtiũ? multa qdẽ vtilitas et necessitas. Quia .n. instabant cibũ corporalẽ parẽtes, & eius qui sub patribus datus est reminiscentes, ostẽdens quoniam omnia illa typ⁹ erãt, meminit cibi spiritualis. Nõ igitur scandalizari oportebat, sed interrogare congruum erat, quare illorum amẽtiæ scandalum fuit non indissolubilitatis eorum quæ dicebantur. Aug. Et hoc etiã fortè factum est ad cõsolationem nostrã, quoniã aliquando contingit ut homo dicat uerum, & quod dicit non capiatur, at quę illi qui audiũt scandalizẽtur & discedãt, Pœnitet autem hominẽ dixisse quod verũ est: dicit .n. apud se homo, Non debui sic dicere, & sic dño cõtigit. Dixit & perdidit multos, sed nõ turbatur ipse, quia ab initio nouerat qui nõ essent credẽtes. nos si nobis contingat, conturbamur: solatium in dño inueniamus, & tamen caute verba dicamus. Beda. Sciebat autem dñs de alijs discipulis qui remanserunt an uellent abire, sed tamen eos interrogauit, ut fides eorum monstraretur, & alijs imitanda proponeretur. vnde sequitur. Dixit ergo Iesus ad 12. Nũqd & uos vult abire? Chry. Per hũc autem modum oportebat eos trahi. Nã si eos laudasset, passi essent aliquid humanum, existimantes se gratiã Christo facere, eum non relinquendo: ostendens verò se non indigere eorũ sequela, magis eos detinuit te non autẽ eis dixit, Abi: hoc .n. esset eos expellere, sed interrogauit eos an uellent abire, auferens eis uim & necessitatẽ, & nolens eos uerecundia coarctari, ex necessitate .n. detineri, par esset ac si abirent. Petrus autem fratrum amator, amicitiæ conseruator, pro toto respõdet collegio. vnde sequitur; Respondit ergo ei Si. Pe. Dñe, ad quẽ ibim⁹? Aug. q. d. Repellis nos à te, da nobis alterũ ad quẽ ibimus si te relinquimus. Chr. Hoc ãt uerbũ multę est amicitiæ ostensiuũ, q. a. s. X ps eis honorabilior erat quàm patres & matres, deinde ut nõ uideaĩ hoc ꝓpter dicere, quia nõ essent qui eos reciperẽt, subiũgit. Verba uitæ æternę habes. Audiẽs .n. magistrũ dicẽtẽ, qui resuscitabo eũ & habebit uitã ęternã, ostendit se recordari eorũ q̃ dicta sunt verborũ & Iudęi quidẽ dicebant, Hic est filius Ioseph, hic vero dicit, Et nos credimus & cognouimus, quia tu es X ps filius Dei. Chrysost. Credimus enim ut cognosceremus. Nam si prius cognoscere, deinde credere vellemus, nec cognosceremus nec credere ualeremus. Hoc credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei, idest quia ipsa uita ęterna tu es, & non das in carne & sanguine tuo nisi quod es. Chrysostomus. Quia verò Petrus dixerat, Et nos credimus, dominus de collegio credentium excipit Iudam. unde sequitur: Respondit ergo eis Iesus, Nonne ego

Iudicia Dei inscrutabilia.

Discretio Christi.

Syncera Petri confessio.

vos 12. elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Quod autem dicit tale eſt, ne æſtimetis quòd ſecuti eſtis me, nó redarguã malos. Dignũ aũt eſt hic quærere, quare nũc nihil dicunt diſcipuli, ſed poſtea formidãtes dicunt, Nũquid ego ſum domine? ſed nondum Petrus audierat, Vade retro me ſatana, & propter hoc timorem non habuit, nunc etiam non dicit, Vnus ex vobis me tradet; ſed diabolus eſt ideo neſciebãt quod dicebantur, ſed malitiam exiſtimabant vituperari ſolum accuſant autẽ hic Chriſtum Gentiles inſipienter. Non enim electio eius vim infert his quæ futura ſunt, ſed in uoluntate politum eſt ſaluari & perire. Beda. Vel dicendum quòd ad aliud elegit 11. & ad aliud unum. Vndecim elegit, vt in apoſtolica dignitate pſeuerarent. Vnum elegit, ut per proditionis eius officium ſalutẽ operaretur humani generis. Auguſtinus. Electus enim eſt ille de quo nolente, & neſciente magnum aliquid boni fieret. Sicut enim iniqui male, vtuntur bonis operibus Dei, ſic econtra Deus bene vtitur malis operibus hoium. Quid Iuda peius? ſed malo eius beneuſus eſt dominus, tradi ſe pertulit, ut nos redimeret. Poteſt etiam ſic intelligi quòd ait, 12. elegi, quia cõſecratus eſt duodenarius numerus eorũ, qui per quatuor cardines, mundi Trinitatem fuerant denũciaturi, non autem quia perijt inde vnus, ideo illius numeri honor ademptus eſt. Nam in locum pereũtis alius ſubrogatus eſt. Gre. 33 moral. Capitis autem nomine cenſetur corpus, cum de peruerſo homine dicitur. Vnus ex uobis diabolus eſt. vnde euãgeliſta exponens ſubdit; Dicebat autẽ de Iuda Simonis Iſcariote, hic enim erat traditurus eum cũ eſſet vnus de duodecim. Chryſoſtomus. Conſidera Chriſti ſapientiam: neq; enim Chriſtus eum manifeſtũ fecit, ne inuerecundum faciat, & ſic litigioſior fiat, neque eum latere permiſit, ne æſtimans ſe latere ſine timore operaretur.

Salus animarũ in libertate eſt.

Sapiẽtia Christi.

CAPVT VII.

Poſt hæc autem ambulabat Ieſus in Galilæa. Non enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat ãt in proximo dies feſtus Iudæorum ſcenopegia. Dixerunt ãt ad eum fratres eius. Tranſi hinc, & vade in Iudæã ut & diſcipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quiſ facit, & quærit ipſe in palam eſſe. Si hæc facis, manifeſta teipſum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dicit ergo eis Ieſus. Tempus meum nondum aduenit tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos. Me autem odit, quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo, quòd opera eius mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. Ego enim non aſcendam ad diem feſtum iſtum, quia meum tẽpus nondum impletum eſt.

Aug. Futurũ erat ut aliqs fidelis Chriſti abſcõderet ſe ne a perſecutoribus inueniretur, & ne illi pro crimine obijceretur latibulũ, præceſſit in capite, quod in membro confirmaretẽ. vñ dr; Poſt hæc ãt ambulabat Ieſus in Galilæa. Nó n. volebat &c. Bed. Hæc verborum cõnexio talis eſt, vt intelligamus qm̃ in medio multa geri, & fieri potuerũt. Iudæa ãt & Galilæa regiones ſunt Palæſtinę prouinciæ, ſed Iudæa dicta eſt a tribu Iuda, non tñ ſolum illa regio quam tribus Iuda, ſed & illa quã tribus Beniamin poſſidebat, Iudęa dicta eſt, quia ex tribu Iuda reges oriebantur. Galilęa verò dr, eo q lacteum populũ .i. candidũ gignat; gala. n. Græcè, Latinè lac dr. Aug. Sic ãt hoc dominus dixit, quaſi non poſſet ambulare inter Iudæos, & non occidi a Iudęis. Hanc. n. potentiam qn̄ voluit demonſtrauit, ſed infirmitati noſtræ, præbebat exemplum. Non ipſe perdiderat poteſtatẽ, ſed noſtram conſolabantur fragilitatem, Chr. Sed & illud eſt dicere, qm̃ quæ deitatis oſtendebat, & quę humanitatis, etenim fugiebat perſecutores vt homo, & apparebat eis ut Deus, vtrunque verè exiſtens. Theo. Seceſſit etiam nunc in Galilæam, quia nõdum paſſionis aderat tempus. Vnde vanũ reputabat in medio inimicorum manere, & magis ipſos

Iudæa vnde dicta ſit.

sos ad odium incitaret; vnde & consequēter tempus describitur, cū subditur: Erat āt in proximo dies festus Iudęorū scenopegia. Aug. Quid sit scenopegia, qui scripturas legerunt nouerunt; faciebant tabernacula in die festo ad similitudinē tabernaculorum in quibus habitauerunt cū ex Aegypto educti peregrinarētur in heremo celebrant ex hoc diem festum reminiscentes beneficiorum domini, qui tñ occisuri erant dominum. Appellabatur aūt apud Iudæos dies festus, cum tñ non esset vnus sed plures. Chry. Ostendit igitur per hoc euangelista, q̄m multum tempus prætermisit. Cum.n. dominus sedit in mōte, erat propè dies festus paschæ. Hic āt scenopegię meminit, & in quinq; intermedijs mensibus nihil aliud nobis enarrauit, nisi miraculum panum & allocutionem factā ad eos qui comederunt. Quia.n. indeficiēter signa faciebat & disputabat, non poterant euangelistæ oīa enumerare, sed illa pcipuè studuerunt dicere, pro quibus, aut querela, aut contradictio q̄dam a Iudæis subsequabat, quod & hic apparet. Theo.

Multa gesta domini omissa.

Quia.n. fratres eius viderāt ipsum nō esse paratum ad descendendū, subditur: Dixerunt āt fratres eius ad eum: Transi hinc, & uade in Iudæam. Bed. Ac si dicant: Tu signa facis, & pauci ea uident: transi ergo ad regiam vrbē, vbi sunt principes, ut his signis laudem consequaris ab eis. Sed quia non oēs discipuli semper dominū sequebantur, sed eorū multi Iudęa erant, ideo subdūt. Vt & disci. tui vid. opera tūa quæ facis. The. Idest turbæ q̄ sequunt̄ te, nō.n. de 12. dicunt discipulis, sed de alijs qui cōuersabantur cum illo. Chr. Cùm aūt audis, Fratres domini Mariæ cogitate cōsanguinitatem, non iterum patientis ullam propaginē. Sicut.n. in sepulchro vbi positum est corpus domini, nec ante, nec postea mortuus iacuit, sic vterus Mariæ, nec ante, nec postea quicquam mortale cōcepit. opera quidem domini discipulos non latebant, sed istos latebant. Et ideo dicebant. Vt disci. tui vi. ope. quę tu facis. Loquebantur autem prudentiam carnis verbo quod caro factum est. unde & subdūt, Nemo quippe in occulto quid facit, &c. quasi dicat. Facis miracula apparere hominibus, ut laudari possis ab hominibus: nam qui cum uidentur monere, gloriæ ipsius consulunt; & quia humanā gloriā requirebant, in eum nō credebant: qn̄ sequitur, Neque enim fra. eius cre. in eū Christum enim consanguineū potuerunt habere, credere autem in eum ipsa propinquitate fastidierunt. Chr. Dignum est aūt mirari euangelistarum morem ueritatis amicum, qualiter non uerecundantur dicere ea quæ magistro uidentur ferre iniuriam, sed hoc maximè studuerūt enūciare? Non.n. paruam hēt detractionē q̄ fratres eius credebant, & uē quidem initium uerborum, quasi amicorum esse multę āt amaritudinis erant quæ dicebantur, quia de formidine & de amore gloriæ eum notant, nam dicunt, Nemo in occu. quid facit. Quod erat dicere, Formidinem incusantium & simul suspicantiū quę fiebant nō uere facta esse. Per hoc āt quod dicūt, Et quęrit ipse in palàm esse, amorem glorię in eo notant. Christus āt mansuetè eis respondit, docens nos non indignè ferre, si aliquid ēt uiles nobis cōsilientur. Sequitur enim, Dicit eis Iesus; Tempus meum nōdum aduenit, tempus āt ue. sem. est paratum. Bed. Ne autem uideatur hoc contrarium ei quod Apostolus dicit, Ad ubi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, referendum est quod dicitur, non ad tempus natiuitatis, sed ad tempus glorificationis. Augustinus. Dabant enim illi consilium consequende glorię, ueluti seculariter & terreno affectu monētes ne esset ignorabilis, & latitaret. Sed dn̄s uoluit ipsam celsitudinem per humilitatis uiam sternere. Dicit ergo: Tēpus meum, idest glorię meæ, qua ueniam in altitudine iudicaturus. Nondū uenit. Tempus autem uestrum, idest mundi gloria, semper est paratum. Et quoniam nos domini corpus sumus, quādo nobis insultant amatores huius seculi, dicamus eis: Tempus uestrum adest paratum, tempus nostrū nondum aduenit, excelsa enim patria, humilis uia, Qui recusat uiam, quid quærit patriam? Chrysost. Vel aliter. Videtur mihi aliud occultè insinuari, fortassis enim eum prodere uolebant & tradere Iudæis. Ideo dicit. Tēpus meum nondū aduenit hoc

Mariæ & sepulchri cōparatio pulchra.

Dominus elegit humilitatē

hoc est tẽpus crucis & mortis. Tempus ãt vestrum semper est paratũ, quia & si vos semper sitis cum Iudæis, nõ interficiẽt vos eadem cum illis zelãtes: vnde sequit, Nõ potest vos odisse mundus; me aũt odit q̃a ego testi. perhi. de illo, quia opera eius ma. sunt. q. d. Qualiter mundus eos odit, q̃ eadem cũ ipso volunt, & pro eisdem studẽt? me ãt odit, q̃m redarguo eum. Intantũ ergo gloriã hominum non quæro q̃ nõ prætermitto eos redarguere, licet sciã ex hoc odiũ nasci, & mortem intẽtari. Per hoc ẽt ostendit q̃ odium Iudæorum contra eum concitabat publica redargutio: nõ ãt sabbati solutio. Theo. Vel dominus contra duo de quibus illi eũ arguebant, alia duo inducit. Contra formidinẽ quidem dicit, q̃ opera mundi redarguit, idest opera eorum qui mundana sapiunt, quod non faceret si formidolosus esset, sed contra inanẽ gloriam misit illos ad festum: vnde sequitur, vos ascendite ad diem festum hũc: nã si vanæ gloriæ passione detineretur, retinuisset eos secum, nam gloriæ cupidi consueuerunt multos habere qui sequantur eos. Chry. Hoc etiam dicit ostendens q̃ eis blandiri nõ vult, sed cõcedit eis Iudaica facere. Augu. Vel aliter: Vos ascendite ad diem festum hunc, vbi gloriã humanã quæritis, vbi extẽdere vultis carnalia gaudia, nõ æterna cogitare. Sequit: Ego ãt nõ ascendã ad diẽ festũ. Chr. Scilicet modo vobiscũ, quia meũ tẽpus nondum impletũ est. In futuro. n. Pascha crucifigẽdus erat. Aug. Vel meũ tempus, id est, gloriæ meæ nondum aduenit, ipse erit dies festus meus nõ die bus istis præcurrens & transiens, sed permanes in æternum. Ipsa erit festiuitas & gaudium sine fine, æternitas sine labore, serenitas sine nubæ.

Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt ãt ascenderũt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diẽ festum, nõ manifeste, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebãt eũ in die festo, & dicebãt. Vbi est ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidã enim dicebant quia bonus est. Alij autẽ dicebant non sed seducit turbas. Nemo tamen palã loquebãt de illo propter metũ Iudæorum.

Theo. Quia dixerat dñs: Non ascendam vobiscũ, in principio denegauit ascẽsum, uitans iram frementiũ Iudæorũ: vnde dicitur, Hæc cum dixis. ipse man. in Gal. Postea ve ascen. vũ sequit: Vt aũt ascen. fra. eius, tunc &c. Aug. Ascendit autẽ non gloriari tẽporaliter, sed aliquid docere salubriter: de festo æterno admonere. Chr. Vel ascendit non ut patiatur, sed ut alios erudiat. Latenter autem ascẽdit, poterat enim manifestẽ ascendere, & detinere eorum inordinatum impetum, quod multoties fecit, sed nolebat hoc cõtinuo facere, ne magis suam diuinitatem denudaret, & vt incarnatio eius certior esset, & ut nos erudiret ad uirtutẽ. Vt igitur disceremus quid nos oporteat facere, qui non possumus persecutores detinere, voluit latẽter ascendere. Nõ autem dicit in occulto, vt ostendat dispensatiuẽ hoc esse factum. Si enim omnia vt Deus ageret; quomodo possemus nos scire incidentes humanis periculis quid oporteat facere. Alcui. Vel occultẽ ascendit, quia fauorem hominũ nõ quærit, non pompis stipantium, sed turbarum delectatur. Bed. Mysticẽ autem designatur, quia singulis quibusq; carnalibus humanã gloriã quærentibus dominus manet in Galilæa, quæ interpretatur transmigratio sancta, i. in mẽbris suis, qui trãsmigrant de vitijs ad uirtutes, & in eis proficiũt. Postmodũ vero dñs ascẽdit q̃a membra Xpi nõ huius uitæ, sed æternæ gloriã quærũt. Occultẽ autẽ dñs ascendit, quia oĩs gloria eius est ab intus, idest de corde puro & cõscientia bona, & fide nõ ficta. Aug. Vel q̃ quasi latẽter ascẽdit, aliquid significare uoluit. Oĩa. n. q̃ dicta sunt antiquo populo Israel, vmbræ fuerũt futurorũ, & scenopegia vmbra erat futurorum. Oĩa ergo q̃ erãt in figura, manifestãtur in nobis. Ascendit ergo in occulto, figura. n. erat ipsum esse in occulto. In ipso die festo Xps latebat, quia ipse dies festus Christi mẽbra peregrinatura significabat. Ille. n est in tabernaculis qui se in mũdo esse intelligit peregrinũ. Scenopegia ãt erat celebratio tabernaculorũ. Seq. Iudæi aũt q̃rebãt eũ i die festo, & dicebãt, Vbi est ille? Chr. Et multo odio & inimicitia, neq; n. noĩatim vocare volebãt. Nõ ãt multa erat eis in festiuitate reuerẽtia, nec multa religio, q̃a à festiuitate credebãt Xpm fraudulẽter detinere. Sequi. Et murmur mul. &c.

Tropologica expositio.

Augus.

Aug. Murmur erat de cõtentione, quam cõueniẽter exponit, dicens: Quidam n. dicẽ. quia bonus est. Alij autem dicẽ. non, sed se. turbas. Quicunq; emicuerit in aliqua gratia, alij dicunt bonus est, alij nõ, sed seducit turbas. Quod aũt dictum est de Deo, valet ad cõsolatione de quocũq; hoc dictum fuerit Christiano. Et quidem si seducere decipere est, nec Christus seductor, nec prius q̃ debet seductor esse Christianus. Si aũt seducere aliunde aliquẽ ad aliud persuadendo ducere est, quærendũ est, vnde & quo. Si a bono ad malum, malus seductor est, si a malo ad bonũ, bonus est; & vtinã sic oẽs seductores uocemur & simus. Chry. Igit illam quidẽ æstimo opinionem multitudinis esse, quia s. dicebat bonus esse, hanc vero principũ & sacerdotum, qđ ondĩtur per hoc q̃ dicunt, Seducit turbas non dñt. Seducit nos. Sequitur; Nemo tñ palã loquebat de illo, ꝓp metũ Iu. Aug. Eorum s. qui dicebãt, bonus est; nõ q̃ dicebãt, seducit turbas. Hæc n. clarius sonabãt Sed bonus est, pressius susurrabant. Chr. Vide aũt eorum qui principantur corruptionem: hi autem qui principatibus subijciuntur, sani quidem erant iudicio, sed non habebant libertatem dicẽdi, quod maxime multitudinis est.

Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum. Et docebat & mirabantur Iudæi. dicentes, quõ hic literas scit cum non didicerit? Respondit Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis noluerit uoluntatem eius facere; cognoscet de doctrina utrum ex Deo sit an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic uerax est, & iniustitia in illo non est.

Chrys. Dñs tardatione sua auditores attentiores facere uolens, non in primis diebus ascendit, sed circa solennitatis medium; vnde dr̃, Iam autem, die festo mediante &c. Qui n. primis diebus cum q̃sierunt repente eum p̃sentem uidentes magis intendebant docẽti; & qui bonum eũ dicebant, & qui malum; illi quidem ut aliquid lucrarentur & admirarentur, hi uerò ut cõprehenderent. The. Nam in principio festi his q̃ festi erant magis attendebant; vnde nullos Christum attentius audierunt. Aug. Quantum n. datur intelligi ipsam festiuitatẽ diebus pluribus celebrabant, & ideo dicit. Iam die festo mediante, i. cum illius diei festi tot dies remansissent quot præterissent, vt & impleretur qđ ait: Non ascendã ad diem festum hunc, i. ad quem uos vultis, primũ vel scđm diẽ, ascendit autẽ postea die festo mediante. Aug de quæst. no. & vete. testa. Tunc etiã ascendit, non quasi ad diem festũ, sed quasi ad lucem. Illi uerò ascenderunt, quasi ad p̃sentidum delicijs diei festi. Christo uero ille fuit dies festus, quo passione sua redemit mundum. Augu. sup. Io. Ille autẽ qui prius latebat, docebat, & palã loquebatur, & nõ tenebatur. Illud n. q̃ latebat, erat causa exẽpli, hoc ptãtis. Chry. Quid autem docebat nõ dixit euangelista, sed quod mirabiliter docebat, hoc solũ ostendit; tanta n. erat uirtus docẽtis, ut qui dixerant, seducit turbas transmutati mirarẽtur. Vnde sequitur; Et mirabãtur Iudæi dicentes, quõ hic literas scit cum non didicerit? Vide admirationem nequitiã plenam. Non. n. dicit qđ in doctrina admirarentur, sed in aliã admirationem inciderunt. Aug. Oẽs quidem quantum arbitror admirabantur, sed non omnes conuertẽbantur. Et unde admiratio? quia multi nõ uerant vbi natus, quemadmodum fuerat educatus. Nunquam eum uiderãt literas discentem, audiebant tñ de lege disputãtem, legis testimonia proferentem, quæ nemo posset proferre nisi legisset, nemo legere nisi literas didicisset, & ideo mirabãtur. Chry. Ab hac autem quæstione cognoscere debebant, qm̃ hæc scientia humanitus non erat in eo, sed diuinitus, sed hoc ipsi nolebant reuelare, sed in sola admiratione stabant, dñs hæc reuelauit. Sequitur enim: Respondit eis Iesus, & dixit. Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui misit me. Aug. Videtur autem hoc esse contrarium quod dicit, Mea & nõ mea, nam si dixisset, Ista doctrina non est mea. nulla esset quæstio. Quæ est ergo doctrina patris, nisi uerbũ patris? Ipse ergo Christus est doctrina patris, si uerbum patris est. Sed quia uerbum non potest esse nullius, sed est alicuius, & suam doctrinam dixit seipsum & non suam, quia patris est uerbum,

Doctrina salubris.

Festum Christi est dies passiõis eius.

Consen. euange.

num, quid est tā tuū quàm tu, & quid tā non tuum quàm tu, si alicuius es quod es? breuiter ergo hoc mihi dixisse ṽr, Mea doctrina non est mea, ac si diceret, Ego nō sum a meipso. Sabellianam hæresim sniã ista dissoluit, qui dicere ausi sunt esse ipsum filium qui est & pater, duo esse noïa, sed vnam rem. Chry. Vel suam dicit, qm eam docuerat, non suā aūt, qm patris erat doctrina. Sed si oïa quæ sunt patris eius, sunt, ex hoc ipso q patris est deberet esse & sua. Sed hoc quod dicit, Nō est mea, vehementer ostendit & sui & patris vnā esse doctrinā, ac si diceret, Nihil habeo permutatum aut diuersum, sed ita ago vt dico, vt nō æstimetur aliud quid prer patrē dicere vel agere. Aug. 1. de Tri. Vel aliter: Secundum aliud suam dixit, secūdum aliud non suam, secūdū formā Dei suam, secūdum formam serui, non suam. Aug. Si quis aūt hoc parum intellexerit, audiat cōsilium, quod dñs consequenter dat, dicens: Si qs uoluerit voluntatem eius facere, &c. quid est si quis uolue. uolun. eius facere? hoc est credere in eū. ipse. n. supra dixit, Hoc est opus Dei, vt credatis in eū quē ipse misit. Quis autē hoc nesciat, hoc esse facere uoluntatē Dei, operari opus eius? Cognoscere aūt, hoc est intelligere ergo noli q̄rere intelligere vt credas, sed crede ut intelligas, quia nisi credideritis, non intelligitis. Chry. Vel hoc ita dicit, ac si dicat; Auferre irā, & inuidiam, & odiū, qđ sine cā in me hētis, & nihil erit quod prohibeat, uos cognoscere, qm Dei uerba sunt q̄ loquor. Deinde aliud inducit argm̄ insolubile ab his q̄ sunt in consuetudine hoium, nos erudiens. vnde sequitur: Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam q̄rit. q.d. Qui aliquam propriam vult instituere doctrinam, pp nihil aliud hoc vult q̄ ut gloriam acquirat. Si uerò ego gloriam eius qui misit me q̄ro, cuius grā aliena uellem uos docere? Et hoc est quod subdit; Quid autē quæ. glo. eius qui misit illum, hic uerax est, & iniustitia in illo non est. Theo. q.d. Verax sum, quia doctrina mea continet ueritatē. Iniustitia in me non est, q: alterius gloriam non usurpo. Aug. Qui q̄rit gloriam propriā: antichristus est. Dñs autem noster magnum nobis exemplum

Passiones impediunt veritatē

præbuit humilitatis, dum habitu inuētus ut hō quærit gloriam patris nō suam, sed tu qñ aliquid boni facis, gloriam tuā quæris; qñ aliquid mali facis, Deo calumniā meditaris. Chr. Vide ergo qm causa quædam propter quā humilia de se dicit hæc est, ut credant; qm non desiderat gloriam, neq; principatum, & etiam propter imbecillitatem audientium, & vt doceat homines moderata sapere; & nihil de se dicere magnum, sed semper humile.

Nonne Moyses dedit uobis legem, et nemo ex vobis facit legē? Quid me quæritis interficere? Rñdit turba, & dixit. Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Respondit Iesus & dixit eis. Vnum opus feci, et oēs miramini. Propterea Moyses dedit uobis circuncisionem, non quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbato circuncidistis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciē, sed iustum iudicium iudicate.

Chry. Duas criminationes Iudæi cōtra Xp̄m inducebant, unā q sabbatum solueret, aliā q patrē suum dicebat Deū, æqualē seipsum faciens Deo. Hoc igit prius cōfirmauit, dū ōndit q non est Deo contrarius, sed eadē illi docet. De reliquo ad sabbati solutionē instat, dicens: Nonne Moyses de. uo. legē, & nemo ex uobis facit legem? Ac si diceret, Lex dicit nō occides, vos aūt occiditis, & hoc est qđ subditur, quid me q̄ritis interficere? Ac si diceret, Et si ego dissolui legē hoiem sanans, trāsgressio fuit, sed in salutem, uos autē trāsgredimini in malum, unde nō debeo a uobis de solutione legis dijudicari. In duobus ergo eos corripuit, & dicendo, quid me q̄ritis interficere? ostendendo qm occisionem meditantes, non sunt digni alium dijudicare. Aug. Vel hoc dicit, quia si legem facerent, in ipsis literis Christū agnoscerent, & præsentem non occiderent. Respondit autem ei turba nō pertinentia ad ordinem, sed ad perturbationem. Sequit enim: Respōdit turba & dixit. Dæmoniū habes, quis te quærit interficere? Et dictum est quod dæmoniū haberet qui dæmones expellebat. Dominus autem non turbatus, sed in sua ueritate tranquillus

Duplex criminatio a Christo diluitur

non

nō reddidit maledictum pro maledictio, ſed reſpondit tranquille. Beda In quo nos patientiæ reliquit exemplum, vt quoties nobis ab aliquibus falſa obijciuntur cōuitia, patienter tolleremus, & uera q̄ poſſumus nō obijciamus, ſed ſalutaria monita ꝑdicemus. Sequitur.n. Rñdit Ieſus & dixit eis, vnum opus feci, & oēs miramini. Aug. Ac ſi diceret, Quid ſi oīa opera mea uideritis? Ipſius.n. opera erāt q̄ in mundo uidebant, & ipſum qui fecit oīa non uidebant, fecit unam rem & turbati ſunt, quia ſaluū fecit hominem in ſabbato. quaſi ſi quiſquā eorum ægrotus ſabbato ſinceraret, alius illum ſanū feciſſet q̄ ille qui eos ſcādalizauit, quia unum hoīem ſabbato ſaluum fecit. Chr. Hoc.n. eſt ꝙ dicit, Miramini; hoc eſt turbamini, tumultuatis. vide autē quō prudenter a lege eos ſyllogizat. Vult.n. oſtendere ꝙ facere hoc opus nō erat legem ſoluere, ſunt.n multa principaliora quàm lex de obſeruatione ſabbati, per quorum obſeruationem lex non ſoluitur, ſed implet̄, & ideo ſubdit; Propterea Moyſes dedit uobis circum. nō q̄a ex Moyſe eſt, ſed ex patribus, & in ſabbato circunciditis hoīem. Aug. q.d. Bene factum eſt, vt acciperetis circunciſionem a Moyſe, non quia ex Moyſe, ſed ex patribus. Abraham.n. primus accepit circunciſionem a dño. Et in ſabbato circūciditis. Conuicit uos Moyſes. accepiſtis in lege, vt circuncidatis octauo die. Accepiſtis in lege vt vacetis 7. die. Si octauus dies illius qui natus eſt occurrit ad diē ſeptimū ſabbati, circunciditis hoīem, quæ circunciſio pertinet ad aliquod ſignaculū ſalutis, & non debēt hoīes ſabbato uacare a ſalute. Alcui. Propter tres.n. cauſas data fuit circunciſio. Primo, ut ſignum eſſet magnæ fidei Abrahæ ſecundo, ut per eā a cæteris nationibus diſcernerētur; tertio ut illā in uirili mēbro ſuſcipientes, caſtitatē mētis & corporis obſeruare deberēt. Et tm̄ conferebat tunc circunciſio quantū nunc baptiſma, niſi ꝙ ianua nōdum aperta erat. Cōcludit ergo ex ꝓmiſſis. Si circunci. accipit hō &c. Chr. q.d. Sabbati ſolutio in circunciſione legis eſt obſeruatio, ſic & ego hoīem curās ſabbato legē ſeruaui. Vos q̄ nō eſtis legiſlatores, ultra modū legē defenditis. Sed Moyſes iubet legē ſolui ꝑ mandatū qđ erat ex lege, ſed ex patrib⁹. Per hoc aūt quod dicit; Totum ho. ſa. fe. in ſab. oñdit circunciſionem eſſe particularem ſanitatem. Aug Forte aūt illa circūciſio ipſum dñm ſignificabat. Quid.n. eſt circunciſio, niſi carnis expoliatio? Significauit ergo expoliationē a corde cupiditatum carnaliū. Nō ergo ſine cā data eſt in eo mēbro per qđ procreatur creatura mortalium, q̄a per unū hoīem pc̄m intrauit in mundum. Ideo aūt quiſq; cum ꝓputio naſcit. q̄a omnis cum uitio propaginis naſcitur, & nō mundat Deus ſiue a uitio cū quo naſcimur, ſiue a vitijs q̄ malè uiuendo addimus, niſi per Chriſtum. Cultellis .n. petrinis circuncidebant, & petræ noīe Chriſtum figurabant. Ideo āt octauo die, quia poſt ſeptimū ſabbati dñs die dñico reſurrexit Ipſa aūt reſurrectio nos circūcidit. i. abſtulit deſideria carnalia. Intelligi te hoc ſignificari opus bonum qđ ego feci totum hoīem ſaluum in ſabbato, q̄a & curatus eſt, ut ſanus eſſet in corpore, & credidit ut ſanus eſſet in anima. Eſtis autē prohibiti ſeruilia opera facere ſabbato. Nunq̄d ſeruile opus eſt hominē ſanare in ſabbato? Manducatis ſi quidem & bibitis ſabbato, quia pertinet ad ſalutem per qđ oſtenditis opera ſalutis nullo modo eſſe die ſabbati omittenda. Chry. Non autem dixit, Ego maius circunciſione operatus ſum, ſed ſolum factū narrās, iudicium eis conceſſit. vnde ſubdit; Nolite iudi. ſecundum fa. ſed iuſtū iudiciū iudicate, q.d. nō quia Moyſes apud uos hēt maiorem glorīā quàm ego, ex perſonarū dignitate feratis ſniam, ſed a rerum natura. hoc.n. eſt iuſtè iudicare. Nullus aūt incuſauit Moyſen de hoc ꝙ iuſſit ſabbatū ſolui ꝑ mandatum circunciſionis, quod erat aliunde quàm ex lege inductū: ergo fide dignior uobis eſt Moyſes, qui iubet ſolui legem a mandato non legali. Aug. Hoc autē quod dñs notauit hoc loco, euadere in hoc ſeculo magni laboris eſt, non perſonaliter iudicare admonuit: quidem dominus Iudæos, admonuit & nos. quod enim precioſum ſonabat de ore domini, & propter nos ſcriptum eſt, & nobis ſeruatū, & propter nos recitatum. ſurſum eſt dominus,

Exēplū Chriſti proponitur.

Tres cauſæ circūciſionis.

Sed et hic est veritas dominus. Corpus.n. dñi in quo surrexit vno loco esse pōt, veritas eius vbique diffusa est, Quis ergo est qui nō iudicat personaliter, qui à qualiter diligit. Non.n. cùm homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus, timédũ est ne personas accipiamus: nónunqui.n. est iudicium inter patrē & filium. nō æquamus filium patri in honore, sed ꝑponimus si bonam causam habet filiū patri in veritate, & sic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æquitas meritum.

Dicebant ergo quidā ex Hierosolymis. Nunc hic est que Iudæi quærunt interficere? Ecce palā loquitur, et nihil ei dicunt. Nunquid vere cognouerunt principes, qa hic est Christus? sed hūc scimus vñ sit, Christus autem cū uenerit, nemo scit unde sit. Clamabat ergo Iesus in tēplo docēs & dicens. Et me scitis, unde sim scitis, & a meipso nō veni, sed est uerus qui misit me, quē nos nescitis. Ego scio eum & si dixero quia nescio eum ero similis uobis mendax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum uenerat hora eius.

Aug. Supra dictū est ꝙ dñs ideo velut occultè ascēdit ad diē festū, non qa timebat ne teneretur, cui potestas erat, vt nō teneretur; sed vt significaret ēt in ipso die festo, qui celebrabatᷣ à Iudæis se occultari, & suū esse mysteriū. Nūc āt apparet potestas, q̄ putabatᷣ timiditas. Loquebatᷣ.n. palā in die festo ita vt mirarentur turbæ. vñ dicitur Dicebant ergo qui. ex Hiero. &c. Nouerant.n. qua sæuitia quærebatᷣ, mirabantur qua potentia non tenebatur. Chry. Addit āt euangelista, Ex Hier. qm̄ qui magis potiti erant signis, hi oēs erant miserabiliores, qui deitatis eius signū uidētes maximum, omnia iudicio corrupto rum principium permittebant. An non magnum signum, insanientes & quærētes interficere, habere eum in manibus, & repente quiescere? Augu. Igitur non plenè intelligentes Christi potentiam, putauerunt esse principium sciētiam ꝙ ei pepercerunt. vnde subditur; Nunquid vere cognouerūt principes, quia hic est Christus? Chry. Sed ipsi neque principium sequuntur sententiam, sed aliam proferunt corruptam, & propria amētia dignam, unde subditur; Sed hunc scimus, &c. Aug. Hæc opinio apud Iudæos nō inaniter nata est, inuenimus tamen ꝙ scripturæ dixerūt de Christo quoniam Nazareus vocabitur: ergo prædixerūt unde sit. Iudæi etiam dixerunt Herodi quærenti, ꝙ Christus in Bethlehem Iudæ nasceretur, & testimoniū etiam propheticum attulerūt. vnde ergo nata est hęc opinio apud Iudęos, ꝙ Christus cū venerit, nemo sciat unde sit? nisi quia utrunque pronūciauerunt scripturæ secundum hominem prædixerūt unde esset, secundum Deum latebat impios & q̄rebat pios. Hanc igitur opinionem in eis generauerat, quod per Esaiā dictū est, Generationem eius quis enarrabit? Denique dominus ad utrunque respondit, & quia nouerant eum unde esset, & quia non nouerant. vnde sequitur. Clamabat ergo Iesus docēs in tēplo, & dicēs. Et me scitis, & vnde sim scitis: hoc est dicere, & unde sim scitis, & uñ sim nescitis. vnde sim scitis, Iesus à Nazaret, cuius etiam parentes nostis. Solus.n. in hac causa latebat uirginis partus, quo excepto totum nouerāt in Iesu, quod ad hominē pertinet. Rectè ergo dixit, Et me nostis, & unde sim scitis, secūdum carnem & effigiem hominis quā gerebat; secundum diuinitatē āt à me ipso nō ueni, sed est uerus qui misit me. Chry. Per qđ ea q̄ in mente habebāt reuelat, ac si diceret: Nō sum de numero eorū qui sina causa uenerūt, sed est uerax qui misit me, & si uerax est, in ueritate misit, & ꝙ missus est, congruū est ueracē esse. Rursus āt ex proprijs sermonibus eos capit. quia .n. dicebāt, Cū uenerit Xp̄s nullus cognoscit vñ est. ostēdit ēt inde se Christū esse, qm̄ à patre uenit, quem ipsi nesciebant, & ideo subdit. Quē uos nescitis. Hyl. 6. de Tri. Nunquid autem non omnis homo licet in carne ex Deo nat⁹ est, & quomodo negat ab his uel seipsum, vel unde ipse sit sciri, nisi id vnde est ad naturę suæ referret auctorem? Nam id ꝙ unde sit ignoratᷣ naturā ex qua est, dum unde sit nescitur, ostendit. Ignorari.n. unde sit, non potest, quicquid subsistit ex nihilo, quia hoc ipsum, quod nō ignoratur, ex nihilo ignorationem eius, unde sit non habet. Ob hoc autem quid sit ipse nescitur, dum ignoratᷣ

Christi ortus naturalis.

à quo

à quo ſit: non.n. confitetur filium, qui negat natum; nec natum intelligit, qui putabit eum eſſe ex nihilo. Chry. Vel ignorãtiã hic dicit quę eſt, per opera, ſicut Paulus ait: Confitent ſe noſſe Deum, factis aũt negant. Dupliciter autẽ eos redarguit. Et primum quidem quæ occultè loquebant, hęc in medium inducit, clamas vt eos uerecundari faciat. Aug. Denique vt oſtẽderet eis vñ poſſent ſcire, ſubiecit, Ego ſcio eum. Ergo a me quęrite, vt ſciatis eum. Patrem.n. non cognoſcit niſi filius: & cui noluerit filius reuelare. Et ſi dixero quia neſcio eum, ero ſimilis uobis mẽdax. Chr. Quod eſt impoſſibile, quia.n. verax eſt q miſit, congruum eſt & eum qui miſſus eſt veracem eſſe, vbiq; autẽ cognitionem patris ſoli ſibi attribuit, quia à patre eſt; unde ſequitur, Et ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum. Hil.6.de Trini. Quęro autem vtrũ, id qđ ab eo opus eſt, in eo creationis aut naturam gñationis oſtendat. Si opus in eo creationis eſt, uniuerſa quoque quę creantur à Deo ſunt, & qũo patrem non vniuerſa nouerunt, cum filius eum iccirco, quia, ab eo eſt non neſciat? Sic verò iccirco ei, qa ab eo ſit eũ noſſe ſit propriũ, qũo non hoc ei qui ab eo eſt erit propriũ.ſ. vt ver⁹ filius ex natura Dei ſit? Habes igiť proprietatẽ cognitionis de ꝓprietate generationis: tñ ne forte id qđ ab eo eſt, aduẽtus ſui tẽpus hæreſis inuaderet, cõtinuo ſubiecit: Et ipſe me miſit: Tenuit ordinẽ euãgelici ſacramenti, natũ ſe ꝓfeſſus & miſſum. Aug. Ab ipſo inquit ſum, quia filius

Chriſt⁹ natus et miſſus.

de patre, ꝙ aũt uidetis me in carne, ipſe me miſit, vbi noli intelligere naturę diſſimilitudinẽ, ſed generãtis auctoritatẽ. Chry. Irritauerũt aũt Iudęos ea q̃ dicebantur, ꝓp hoc qđ dixerat: Quẽ uos neſcitis, qa ſimulabãt ſe ſcire; vñ ſequitur, Quærebant ergo eum apprehendere &c. Vide furorẽ eorum inuiſibiliter refrenatum. Euangeliſta verò humanius & humilius loqui volẽs, ut ex hoc Chriſtus homo putaretur, nõ dixit ꝙ eos inuiſibiliter detinuit, ſed ſubiecit; Quia nõdum venerat hora eius. Aug. Hoc eſt, quia nolebat.n. domin⁹ ſub fato natus eſt, hoc nec de te credẽdum eſt: quãto magis de illo, per quem factus es; ſi tua hora volũtas eſt illius, illius hora quę eſt niſi voluntas ſua? Nõ ergo horã dixit quã cogeretur mori, ſed qua dignareť occidi.

De turba autem multi crediderunt eum: & dicebant, Chriſtus cum venerit, nunquid plura ſigna faciet, q̃ quæ hic facit? Audierunt phariſæi turbam murmurantem de illo hæc, & miſerunt principes & phariſæi miniſtros, vt app rehenderent Ieſum. Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum, & vado ad eum qui me miſit. quæritis me & non inuenietis, & vbi ego ſum, vos non poteſtis uenire. Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos; Quo hic iturus eſt, quia non inueniemus eum? Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quem dixit, quæritis me & non inuenietis, & vbi ſum ego, vos non poteſtis venire?

Aug. Humiles & pauperes ſaluos faciebat dominus. vnde dicitur: De turba autẽ &c. Turba.n. quæ ſuam ęgritudinem cito vidit, etiam illius medicinam ſine dilatione cognouit. Chr. Veruntamen neque in his erat ſana fides, ſed more multitudinis vulgaria loquebantur. Sequitur.n. Et dicebant, Chriſtus cum venerit nunquid ſigna &c. Dicere.n. Chriſtus cum venerit, erat non firmiter credentium hunc eſſe Chriſtũ, vel ẽt hoc dicere, eſt oſtendere eũ eſſe Chriſtũ ac ſi dicãt, Nonne ille cũ venerit melior erit & plura ſigna faciet? groſſiores.n. nõ à doctrina, ſed à ſignis inducunť.

Vulgi opinio de Chriſto.

Aug. Vel intelligũt? Si duo nõ erũt hic eſt Xps. Principes aũt inſaniebant. Et ideo me dicũ nõ ſolũ non agnoſcebant, ſed ẽt occidere cupiebãt. vñ ſequiť: Audierunt phariſæi turbã murmuratam de illo hæc &c. Chry. Multa quidẽ locutus eſt ſupra, ſed nihil tale fecerũt qđ maximè.n. eos mordebat, hoc erat, ꝙ turbæ.ſ. Chriſtũ glorificãt: Sabbati aũt ſolutio apparens cauſa erat, quam ſcilicet prætendebant, & ipſi quidem non audebãt Chriſtum capere, periculum timentes. Miniſtros autem mittũt tanquam periculis expoſitos. Aug. Quia ergo non poterant apprehendere nolẽtẽ, miſſi ſunt vt audirent docentem. Sequiť.n. Dixit ergo Ieſus, adhuc modicum tempus uobiſcum ſum. Chry. Verba loquitur humilitatis plena, ac ſi diceret. Quid feſtinatis me interficere? Paruum expectate tempus. Augu. Quod modo ergo vult

facere,

facere, facturi estis, sed nõ modo quia nolo. Implere.n.debeo dispẽsationẽ meã, & sic peruenire ad passionẽ. Chr. Per hoc igitur audaciorem turbã terruit, studiosiorẽ vero magis audiã faciebat ad audiẽdum, quasi paruo tpe derelicto, in quo possent hac doctrina potiri. Non aũt dixit simpliciter, Hic sum: sed vobiscum sum. q.d. Et si persequamini me, non tñ cessabo q̃ sunt pro uobis dispensans, & ea quæ sunt ad salutem docens, & monens uos. Quod autẽ subdit; Et uado ad eum qui &c. sufficiens erat eos terrere. The. Tanquã patri sit de ipsis conquesturus, quia si missum opprobrijs affecerunt, nõ est dubium ꝙ & mittenti fecerunt iniuriã &c. Bed. Dicit aũt, Vado ad eũ qui misit me, ac si diceret. Reuertens ascẽdo ad patrẽ qui me incarnari ꝑcepit, illud se dixit ire a quo nunquã recessit. Chr. Quòd uero eo indigebant manifestat per hoc qđ dicit: Quæritis me & non inuenietis. Sed vbi q̃sierunt eum Iudæi? Dicit Lucas, q̃m plangebãt mulieres super eum. Probabile aũt est & multos alios hoc passos esse, & ꝓcipuè dum ciuitas caperet eos meminisse Christi, & miraculorũ eius, & p̃ntiam eius q̃rere. Aug. Vel hic iã resurrectionẽ suam ꝑdixit, quia q̃situri illum erant post resurrectionẽ cõpuncti. Noluerunt.n.eum agnoscere p̃ntem, & postea q̃sierunt eũ viderent in eum multitudinem credentẽ, vnde multi compuncti dixerunt: Quid faciemus? Viderunt.n. Christum suo scelere morientẽ, & crediderunt in Christũ suis scelenbus ignoscẽtem, & quousq; biberẽt sanguinẽ, quem fuderũt, de sua salute desperauerũt. Chr. Deinde ne quis eũ p mortem cõi modo abire existimet, subiũgit: Et vbi ego sum, uos non potestis uenire. Si uero in morte maneret, possent ad eũ ire: illuc n. omnes abimus. Aug. Non autem dixit, Vbi ero: sed, Vbi sum. Semper n. ibi erat Christus, quo fuerat rediturus. hic redijt, ut nos nõ derelinqueret. Erat.n. Christus scđm uisibilem carnem in terra, scđm inuisibilem maiestatem in cœlo & in terra. Non autẽ dixit, non potestis; sed non potestis uenire; tales.n. tunc erant qui non possent. Nã ut sciatis non hoc ad desperationem dictum, & discipulis suis dixit tale aliquid.

Resurrectio aiæ & corporis.

Quo ego uado, vos non potestis uenire. Deniq; hoc Petro exposuit, dicens; Quo ego uado non potes mẽ sequi mõ; sequeris aũt postea. Chry. Hæc aũt omnia induxit, uolẽs eos attrahere, etenim modicum tpš quod relinquebatur, & post recessum ipsum desiderabilem esse, & eũ non posse de cætero inueniri, sufficientia erant ad suadendum, ut ad eũ accederent. Per hoc aũt quod dicit. Vado ad eum qui me misit, oñdit nullã sibi fieri læsionem ab insidijs eorũ, & passionem suã uoluntariam sibi esse: passi sunt autẽ aliquid ipsi Iudæi ad ea quæ dicta sunt, & q̃runt ad seipsos quo debeat ire, quod non erat eorum qui desiderarẽt ab eo liberari. Sequitur.n. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipso, quo hic iturus est quia non inueniemus eũ? Nunquid in dispersionẽ gentium iturus est, & docturus gentes? Sic n. gentes uocabant quasi exprobrantes, & magna in semetipsis gloriantes, quia.s. gentes ubiq; dissiminatæ erant, & imperfectæ adinuicem permixtæ. Sed hoc opprobriũ postea ipsi sustinuerunt, quia vbiq; dispersi sunt. Antiquitus aũt tota gẽs in unum collecta erat, sed cum Iudæi ubiq; terrarũ iam gẽtibus permixti essent, non diceret. Quo ego uado uos non potestis uenire, si per hoc gentes intellexisset. Augu. Dixerat autẽ dñs, Quo ego uado, de sinu patris. Hoc ergo illi nullo modo intellexerunt, & tamen ex hac occasione salutem nostrã prædixerũt ꝙ dñs iturus esset ad gentes, non præsentia corporis, sed tamen pedibus suis. Misit enim ad nos membra sua, & fecit nos mẽbra sua. Chr. Non autem dixerunt, ꝙ iturus esset ad gentes lædere eas, sed docere. Iam enim iram submiserãt, & his quæ dicta erant crediderant; nequaquam autem nisi credidissent, quæsissent ad seipsos; Quis est hic sermo quem dixit, quæretis me, & nõ inuenietis, & ubi ego sum, uos non potestis uenire?

Passio uoluntaria declarat.

In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat dicens. Si qs sitit, ueniat ad me, et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de uentre eius fluent aquę uiuę. Hoc autem dixit spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Nondũ enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.

Chry.

linguis quas non nouerant homines locutos veniente in se Spiritu sancto, sicut tūc factum est, cum oporteret & eius aduentū signis sensibilibus demōstrari. Aug. super Io. Cùm ergo & modo accipiatur Spiritu sanctus, quare nemo loquitur linguis omnium gentium, quia iam ipsa ecclesia linguis gentium loquitur, in hac qui nō est, nec modo accipit Spiritū sanctū. Si amas vnitaté, ét tibi habet, quisquis in illa aliquid habet. Tolle inuidiam, & tuū est quod habeo: Liuor separat, Charitas iungit. Ipsam habeto, & cūcta habebis, quia sine ipsa nihil ꝓderit quicquid habere potueris. Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctū, qui datus est nobis. Quare ergo dñs post resurrectioné suam Spiritum sanctum dare uoluit? vt. s. in resurrectionem nostram charitas flagraret, ab amore seculi separaret & tota curreret in Deum. Qui.n. dixit, Qui credit in me veniat et bibat, et flumina de ventre eius fluent aquę viuæ. Vitā æternā promisit, ubi nihil timeamus, vbi non moriamur. quia ergo tale est quod ꝓmisit Spiritus sancti charitate feruētibus, ideo ipsum spiritū noluit dare, nisi cū esset glorificatus, vt in suo corpore ostéderet vitā, quā modo nō habemus, sed in resurrectione speramus. Aug. cont. Faustū. Si itaq; hæc causa erat, vt nondū daretur Spiritus sanctus, q a nondū erat Iesus glorificatus, ꝓculdubio clarificato Iesu iam causa erat, ut statim daretur Cataphrices āt se ꝓmissum paracletū suscepisse dixerūt, & hinc à fide catholica deuiarūt. Manichæi ét q̄ de promissione Spiritus sancti dicūtur, de Manichæo asserūt esse ꝑdictū, tāquā scilicet antea nō fuerit spiritus datus. Chrysostomus. Vel aliter; Gloriam Christi crucem uocat, quia enim inimici eramus, donum autem nō inimicis, sed amicis datur: oportebat prius offerri hostiā & inimicitiam in carne dissolui, & tūc factos Dei amicos suscipere donum.

Aduentus Christi ostenso.

Hęresis dānatur

Ex illa ergo turba cū audissent hos sermones eius dicebāt. Hic est uerè ꝓpheta. Alij dicebant. Hic est Xps. Quidam autem dicebant. Nūquid à Galilęa venit Christus? Nonne scriptura dicit, qa ex semine David et de Bethlehē castello vbi erat David, Venit Christus. Dissensio itaq; facta est in turba ꝑ eum. Quidam aūt ex ipsis uolebant apprehendere eū, sed nemo misit super eū manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices & pharisæos, et dixerūt eis illi. Quare non adduxistis illū? Responderunt ministri, nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquitur. Responderunt ergo eis pharisęi. Nunquid & uos seducti estis? Nunquid ex principibus aliquis credit in eum, aut ex pharisęis? Sed turba hęc quę non nouit legē, maledicti sunt. Dixit Nicodemus ad eos, ille q uenit ad Iesum nocte, qui unus erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei. Nunquid & tu Galilęus? Scrutare scripturas, & uide, quia à Galilęa propheta non surgit, & reuersi sunt unusquisque in domum suam.

Bed. Cùm dominus inuitasset credétes in se ad potandum Spiritum sanctū, nata est de illo in turba dissensio. vnde dicitur: Ex illa er. hora tur. cùm audis. hos sermo. eius dice. hic est verè propheta. The. Qui scilicet expectabatur. Alij, scilicet populus, dicebant, hic est Christus. Alcui. Iam isti sitim illam spiritualiter haurire cęperant, iam sitim infidelitatis deposuerant, alij in suę infidelitatis ariditate permanebant, de quibus subditur. Quidam autem dic. Nunquid à Gali. venit Christus? nonne scri. di. q ex semi. Da. & de Beth. ca. vbi erat Da. Xps ve. Nouerant.n. quid de Christo ꝑdixissent ꝓphetę, sed ignorabāt oia in ipso impleta fuisse, & q nouerát in Nazareth nutritū, natiuitatis locū nō attendebāt, nec prophetiā quā legerūt in eo cōpletā credebant. Theophy. Sed esto, locum natiuitatis ignorabāt, nū ét genus ignorabant? quoniā ex domo & familia Dauid natus erat. Quare igitur dicebant. Nonne ex semine Dauid ue. Christus? Sed & hoc obumbrare volebant per educationem in Nazareth, omnia maliriose loquentes unde non accedunt ad Christum quęrentes, quomodo scripturæ dicunt quòd à Bethlehem oportet uenire Christum, tu auté ex Galilæa uenisti? sed omnia malitiose loquuntur. Et quia non diligenter attendebant his quę dicebantur, neque discendi gratia, propter hoc nihil eis Christus respondit? Nathanaelem autem dicentem, A Nazareth potest aliquid boni esse?

Scribarū obstinatio cōtra Christum.

TTT

esse? laudauit, vt verè Israelitam, qui veritatis erat inquisitor, & omnia vetera diligenter edoctus. Sequitur: Dissensio itaq; facta est propter eum in turba. The. Non in principibus: nam principes vnius voluntatis erant, vt videlicet non eũ reciperẽt, sicut Christum. qui ergo magis moderati erant in malitia, verbis tantũ gloriæ Christi aduersabantur; qui verò peiores erant, manus ẽt appetebãt imponere, de quibus subditur. Quidam autem ex eis uolebant apprehendere eum. Chry. Hoc autem induxit euangelista ostendens, quòd loquebãtur neq; quærẽtes veritatem neque discere volentes. Sequitur: Sed nemo misit super illum manus. Alcui. Quia .s. ipse non permisit qui conatus illorum in sua potestate habebat. Chry. Hoc autem sufficiẽs erat eos in compunctionem deducere, sed non sunt compuncti: talis.n. nequitia nulli vult credere, ad vnum aspicit solum, ut eũ cui insidiatur interficiat. Aug. Qui uerò missi fuerant, vt eum tenerẽt, redierũt immunes à crimine, & pleni admiratione, de quibus subdit̃, Venerũt ergo ministri ad pon. & pha. & dixerũt eis illi. Quare nõ addu. eũ? Alcui. Qui eũ lapidare volẽtes tenere nõ potuerũt, arguũt ministros q̃a eũ non adduxerant. Chry. Ecce pharisęi & scribę miracula videtes & scripturas legẽtes nihil ꝓfecerunt, ministri autẽ nihil horũ habẽtes, ab una sola allocutione sunt capti, & abeũtes, ut eũ ligarent, redierũt ligati miraculo: Et nõ dixerũt. Nõ potuimus ꝓpter turbam, sed præcones efficiuntur Christi sapientiæ. Nam sequitur; Responderunt ministri, Nũquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquit̃. Augustinus. Ille autem sic locutus est, quia Deus erat & homo. Chrysostomus. Non est autem solum eorum prudentia admiranda, quia signis non eguerunt, sed à sola doctrina sunt capti: non enim dixerunt, nunquam talia miracula fecit homo: sed nunquam sic locutus est homo. Sed etiam admiranda est eorum securitas, quoniam ad pharisęos qui contra Christum aduersabantur venerũt; & eis talia locuti sunt. Nec tamen longum sermonem audierant sed breuem: cum enim mens fuerit incorrupta non longis sermonibus opus est. Augu. Pharisęi tamen eorum testimonium repulerunt, nam sequitur: Responderunt ergo eis pharisæi, nunquid & vos seducti estis? quasi dicat. Videmus uos delectatos esse in sermonibus suis. Alcui. Et reuera laudabiliter seducti erant, quia dimisso malo infidelitatis, transierant ad fidem. Chrysostomus. Ab argumẽto autem insipienti contra eos syllogizant. Nam sequitur: Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex pharisęis? sed turba hęc quę non nouit legem, maledicti sunt. Hęc autem est ipsorum accusatio, quoniã turba quidem crediderit, ipsi autem non crediderunt. August. Qui enim non nouerant legem, ipsi & credebant in eum qui miserat legem, & eum qui miserãt legem condemnabant illi, qui docebant legem. vt impleretur quod domin⁹ dixerat: Ego veni, vt non videntes uideant, & uidentes cęci fiant. Chryso. Qualiter igitur maledicti sunt illi, qui à lege suadentur? Vos potius maledicti estis, qui nõ obseruastis legem: Theo. Ideo autem suauiter & blãde pharisęi ministris respondent, dubitauerunt ne fortè ab eis prorsus segregentur, Xp̃o adijciant. Chry. Quia verò dixerant ꝙ nullus principiũ credidit in eũ. Ad hoc excludendo subiungit̃, dixit Nicodemus ad eos. Ille q̃ venit ad Iesum nocte, qui vnus erat ex illis. Aug. Ipse nõ quidẽ incredulus, sed timidus. Nã ideo nocte venerat ad lucẽ, quia illuminari volebat, & sciri timebat: hic ergo respondit Iudæis, Nũquid lex nostra iudicat hominem nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Credebat.n. quia si eũ tantũmodo patiẽter vellẽt audire; fortè similes fierẽt illis qui missi sunt tenere, & maluerũt credere. Volebant autem illi peruersi ante esse damnatores quàm cognitores. Augustinus 2 2. de ciuita. Dei. Dicit autem lex nostra, de lege q̃ Dei est, eo quòd est ab illo data hominibus. Chry. Ostendit autem Nicodemus eos neque cognoscentes legem, neque facientes quę sunt legis: cũ autem congruum esset ostẽdere quòd nõ indiscretè miserunt. vocaturi eum, rudius & iracundius utuntur contradictione. Nam sequitur. Responderunt & dixerunt ei; Nunquid & tu Galilæus es?

Miraculum doctrinę Christi.

Augu.

Iesus quare Galilę⁹ vocatur

Aug. Idest quasi a Galilæo seductus. Dominus.n Galilæ⁹ dicebatur, qm̄ de Nazareth ciuitate erant parētes eius, secūdum Mariam dixi parentes, non secundum virile semē Chr. Deinde iniuriose, quasi eo nesciente scripturas, induxerunt: Scrutare scripturas, & uide quia propheta a Galilea non surgit, ac si dicerent; Vade & disce. Alcui. Non.n. locum vbi natus est, sed vbi conuersabantur attendebant; & ideo non solū Messiā, sed nec prophetā eū credebāt. Aug. Propheta quidē a Galilæa nō surgit, sed dn̄s prophetarū inde surrexit. Sequit̄. Et reuersi sunt vnusquisq; in domū suā. Alcu. Nullo ꝑfectio negotio vacui fide & iō fraudati vtilitate sunt reuersi in domū infidelitatis & impietatis suæ.

CAPVT VIII.

IESV autem perrexit in montē Oliueti, & diluculo iterū venit in templum, & oīs populus venit ad eū, & sedens docebat eos. Adducunt āt scribæ, & pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, et statuerunt eam in medio, & dicunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege āt Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc āt dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. Iesus āt inclinans se deorsum, digito scribebat in terram. Cum ergo perseuerarēt interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terram. Audientes autem hęc vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus; & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus, dicit ei; Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit; Nemo domine. Dixit ei Iesus. Nec ego te condemnabo. Vade & iam amplius noli peccare.

Consuetudo Iesu & vitæ modus.

Alcui. Dn̄s maximè circa suā passionē hanc sibi effecerat cōsuetudinē, ut in die quidem in tēplo quod erāt Hierosolymis verbū Dei prędicaret, signa & miracula ostēderet, sero reuertebatur in Bethaniā, vbi apud sorores Lazari hospitabatur, & mane iterū ad simile opus reuertebatur. Igitur secundum hunc morem cū in vltimo die scenopegię totā die in templo prędicasset, vespere perrexit in montem Oliueti, & hoc est quod dicitur: Iesus autem perrexit &c. Aug. Vbi.n. decebat docere Christum, nisi in montē Oliueti? in monte vnguenti, in monte chrismatis, Christi .n. nomē a chrismate dictum est Chrisma autem Gręcè, Latinè vnctio nominatur. Ideo autem nos vnxit, quia luctatores cōtra diabolum fecit. Alcui Vnctio.n. olei fessis & dolentibus membris solet afferre leuamen. Mōs etiam oliuarum sublimitatem dominicę pietatis designat: oleos gręcè, latinè misericordia. Natura quoque olei Mysterio aptissimè cōgruit, superfertur n. oībus liquoribus, & sicut ait: Psal. Miserationes eius sup̱ omnia opera ei⁹. sequitur: Et dilu. iterum ve. in templum, vt .s. misericordiam cum incipiente noui testamenti lumine fidelibus in templo videlicet suo pandendam prębendamq; significaret Quod.n. diluculo redibat; exortū nouæ gratiæ designat. Beda. Significatur autem ꝙ postquam per gratiam cœpit inhabitare in templo suo, idest in ecclesia, ex omnibus gentibus crediderunt in eum. vnde sequit̄: Et omnis populus veniebat ad eū & sedēs docebat eos. Alcui. Sessio humilitatē incarnationis insinuat. Sedēte ergo dn̄o ad eū venit populus, q.a postquā p susceptā humanitatē visibilis apparuit, cęperūt eū multi audire & in eum credere, quē p humanitatē sibi proximū meminerant. Mansuetis āt & simplicibus sermonē dn̄i admirātibus, scribæ & pharisæi interrogāt, nō vt discāt, sed vt veritati laqueos nectant. vnde sequitur. Adducunt autem scribæ & pharisæi mulie. in adul. depre. et statu. eā in medio, & dixe. ei. Magister, hæc muli. depre. est modo in adulterio. Aug. Animaduertant enim eum nimium esse miten. De illo quippè fuerat ante prædictum. Procede & regna propter veritatem & mā suetudinem & iustitiam. Ergo attulit veritatem, vt doctor, mansuetudinem vt liberator, iustitiam ut cognitor. Cùm loquereī, veritas agnoscebatur, cū aduersus inimicos nō moueretur, māsuetudo laudabatur. In tertio ergo, s. iustitia scandalum posuerūt. Dixerūt enim apud seipsos: Si eam dimitti censuerit, iustitiā

Allegorica expositio.

Tres Iesu virtutes præcipuæ.

non tenebit: lex enim quod iniustũ erat iubere non poterat, & ideo legẽ inducũt, dicentes: In lege ãt Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. ut ãt mansuetudinẽ non perdat in qua iã populis amabilis factus est eam dimitti debere dicturus est; vñ eius sententiam requirunt, dicẽtes. Tu ergo q̃d dicis? Hinc nos inueniemus ad accusandum occasionem, & reũ faciemus tãquam legis præuaricatorẽ. vñ euãgelista subdit. Hæc ãt dicebant, ten. eũ vt pos. accu. eum. Sed dñs in respondendo, & iustitiam seruatus est, & à mansuetudine non recessurus. Sequitur. n. Iesus ãt incli. se deorsum digi. scri. in ter. Augu. de con. euan. Tanquam illos tales in terra scribẽdos significaret, non in cœlo, vbi monuit discipulos, ut se scriptos esse gauderent, aut ꝙ se humiliando (quod capitis inclinatione mõstrabat) signa in terra faceret; aut ꝙ iam tp̃s esset, ut in terra quę fructũ daret nõ lapide sterili sicut antea, lex eius conscriberetur. Alcui. Per terram. n. cor humanum ostenditur, quod bonarum vel malarum actionum solet reddere fructus per digitum autem qui articulorum compositione flexibilis est, subtilimitas discretionis exprimunt. Nos ergo instruit, ut cũ quælibet mala proximorũ conspicimus, nõ statim ea temere damnemus, sed prius ad cõscientiã cordis humiliter reuersi, digito discretionis ea solicitè disquiramus. Beda. Quantum etiam ad historiam pertinet per hoc ꝙ digito scripsit in terra, illum se fortè monstrauit qui quondam legem in lapide scripsit. sequitur: Cum autem perseuerarent interrogantes eũ, erexit se. August. Non dixit, non lapidetur, ne contra legem dicere uideretur. Absit autẽ ut diceret lapidetur. venit enim non perdere quod inuenerat, sed quærere q̃d perierat. Quid ergo respondit? Qui sine peccato est vestrum, primus illam lapidẽ mittat. Hæc vox iustitię est, puniatur peccatrix, sed non a peccatoribus: impleatur lex, sed non a præuaricatoribus legis. Gregor. 9. mora. Qui enim prius semetipsum non iudicat, quid in alio rectum iudicet, ignoret. Et si nouit etiam per auditum, rectè tamen aliena merita iudicare non valet, cui conscientia innocentiæ propriæ

Tropologica expositio.

nullam iudicij regulam præbet. Aug. Cũ ergo eos telo iustitiæ percussisset, nec dignatus est cadentes attendere, sed auertit ab eis obtutũ. vnde sequitur: Et iterũ se inclinãs scrib. in terra. Alcui. Potest ẽt intelligi fecisse hoc dñs iuxta consuetudinẽ, ut quasi aliquis agens uultu intendens in aliud; liberã eis exeundi facultatem daret. In hoc ẽt figuratè admonet, vt priusquam fratrem corripiamus, & post adhibitam correctionẽ diligenter perpendamus utrũ ipsis peccatis de quibus alium castigamus, aut in alijs obnoxij sumus. Aug. Sic igitur illi voce iustitię tanquam telo percussi se se insipientes & reos inuenientes, vnus post unum oẽs recesserũt, & hoc est quod subditur, Audientes ãt hæc, unus post alium exibant, incipientes a senioribus. Glo. Qui fortè magis res erant, uel magis culpas suas cognoscebant. Augu. Relicti sunt ãt duo miseria & misericordia. Nam sequitur: Et remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Credo territa est illa mulier, ab illo se puniendã sperabat, in quo peccatum inueniri nõ poterat. Ille ãt qui aduersarios eius repulerat, lingua iustitiæ, leuans in illam oculos mãsuetudinis interrogauit eam. vnde sequitur. Erigens autẽ se Iesus dixit ei. Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit, quæ dixit. Nemo domine. Audiuimus supra vocem iustitię, audiamus nunc mansuetudinis nam sequitus. Dixit ei Iesus, Nec ego te condẽno, a quo te fortè condemnari timuisti, quia in me peccatum non inuenisti. Quid est domine? Faues ergo peccatis? nõ planè. Attende q̃d sequitur. Vade, & amplius noli peccare. Ergo & dñs damnauit, sed peccatum, nõ hominem nam si peccatorũ auctor esset, diceret. Vade, & uiue ut uis, de mea liberatione esto secura. Ego te quantumcunque peccaueris, etiam a gehenna & inferni tortoribus liberabo, non hoc dixit. Intendant ergo qui amant in domino mansuetudinem, & timeant veritatẽ. Etenim dulcis & rectus dominus.

Doctrina moralis.

Pietas Iesu eluceścit.

Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens; Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitę.

Alcui. Quia mulierẽ absoluit a crimine,

ne, ne aliqui dubitaret an ille quam videbant verum hoiem, posset peccata dimittere, dignat ipse apertius sue diuinitatis potentiam demonstrare. vnde dicitur: Iterum ergo locu. est eis, dicens. Ego sum lux mundi. Beda. Vbi aduertendum est, quia non ait: Ego sum lux angelorũ, vel cœli, sed lux mundi, idest hominum in tenebris commorantium. secundum illud, Illuminare his qui in tene. & in umbra mortis sedent. Chry. Vel aliter: Quia superius Galilçam ei asserebant, & quasi de quodam prophetarum de eo dubitabãt, uoluit ostendere, quoniam nõ unus prophetarum est, sed dominator orbis terrarũ. vnde dicitur; Iterũ ergo locutus est eis Iesus &c. Non Galileç neq; Palestinç, neq; Iudæç. Aug. Manichæi solem illum oculis carnis visibilem, Christum dominum esse putauerũt: sed ecclesia catholica improbat tale commentum. Nõ est. n. dominus Christus sol factus, sed per quem sol factus est. Omnia. n. per ipsum facta sunt, & propter nos sub sole factum est lumẽ qđ fecit solem, carnis nube tegitur non ut obscuretur, sed ut temperetur. Loquens ergo per nubem carnis, lumẽ indeficiens, lumen sapientiç ait hominibus. Ego sum lux mundi. Theo. Vteris ãt aduersus Nestoriũ hoc pñenti sermone non. n. ait, Qđ in me est lux mũdi; sed, ego sum lux mũdi, ipse nãque q homo uidebaẽ, idẽ & filius Dei, & lux mũdi erat. nõ sicut nugabatur Nestorius in simplici hoie Dei filius habitabat. Aug. Abstulit ãt te ab oculis carnis, & reuocauit ad oculos cordis, in hoc qđ subdit. Qui seqtur me nõ ambu. in tene. sed habet lumẽ ui. Nõ. n. sufficit dicere, Habebit, lumẽ, sed addidit, Vitæ. Hęc uerba domini cum uerbis psalmi concordãt. In lumine tuo uidebimus lumẽ, quoniã apud te est fons uitç. In istis uisibus corporalibus aliud est lumen, & aliud fons. Fõtem fauces quærunt, lumen oculi. apud Deum quod lumen est, hoc est fons. Qui tibi lucet, ut uideas, ipse tibi manat ut bibas. Quod promisit, futuri temporis uerbũ posuit. In eo quod facere debemus prçsens tempus posuit. Qui sequitur, inquit, habebit modo per fidem, post habebit per speciem. Sequere istum solẽ uisibilem, si ipse tendis ad occidentem quõ & ille tẽdit. & si volueris tu illum deserere, ipse te deseret in occasu. Deus tuus ubique est totus, si non ab illo facies casum, nunquam à quç ille faciet occasum. Tenebrç satis metuendç sunt morum, non oculorũ. & si oculorum, nouum exteriorum, sed interiorum: vnde discernitur non album & nigrum, sed iustum & iniustum. Chr. Intellectualiter enim dixit. Nõ ambulabat in tenebris, idest non manet in errore. Hinc & Nicodemũ laudat et ministros, et ipsos occultè insinuat, dolos cõplicãtes q in tenebris & errore sũt, sed lucẽ nõ supabũt.

Cõmentũ Manichęorum. | Christ verus sol dicitur.

Dixerunt ergo ei pharisęi. Tu de teipso testimoniũ perhibes, testimonium tuum non est verũ. Respondit Iesus, et dixit eis Et si ego testimonium perhibeo de meipso, uerum est testimoniũ meum, quia scio unde ueni, & quo vado, Vos autem nescitis unde venio, aut quo uado. Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam. Et si iudico ego, iudicium meum uerum est, quia solus non sum: sed ego & qui misit me pater: Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater.

Chry. Quia domin° dixerat. Ego sum lux mũdi, & qui sequitur me nõ ambulat in tenebris. Iudçi hoc euertere voluerũt, vnde dicitur. Dixerunt ergo ei pharisæi, Tu de teipso testimonium perhibes, &c. Alcui. Sic responderunt tãquam ipse dñs solus sibi testimonium perhiberet, cũ cõstet ꝙ antequam in carne appareret, multos testes prçmisit, qui eius sacramenta prædixerunt. Chry. Dominus autẽ euertit quod dixerant, vnde sequitur. Respondit Iesus, & dixit eis. Et si ego testimoniũ perhibeo de meipso, uerum est testimonium meum. Hoc iuxta eorũ suspicionẽ locutus est, hominem eum nudũ æstimãtium, & causam subiungit. Quia scio unde veni, & quo uado, idest ex Deo sum, & Deus & Dei filius. Nõ autẽ hoc dicit manifeste, quia semper humilia miscet altis, Deus autem ipse sibi fide dignus testis est. Aug. Verum est enim testimonium luminis, siue se ostendat siue alia. Locutus est propheta verum, sed unde haberet, nisi de fonte veritatis hauriret? ergo idoneus

Christ° lucem mundo intulit.

est Iesus qui sibi testimoniũ perhibeat. dicens autem, Quia scio vnde venio, & quo vado: patrē volebat intelligi; patri.n. gloriam dabat filius, à quo est missus. quantū ergo debet homo glorificare eũ à quo est creatus? non autem veniendo inde discessit, aut redeundo nos dereliquit, non potest hoc fieri ab isto sole, qui qñ pergit ad occidentem, deserit orientem. Sicut autē sol ille & videntis faciem illustrat & cęci, sed videt ille, ille non videt, sic & sapientia Dei, verbum Dei vbiq; pręsens est etiam infidelibus, sed quibus eam videāt oculos non habent cordis. vt ergo dñs inter fideles suos & inimicos suos Iudęos tanquam inter tenebras & lucem distingueret, subiungit Vos autē nescitis, vnde venio aut quo vado. Illi ergo Iudęi videbant hominem, nec credebant Deum, & ideo dominus subdit. Vos secundum carnem iudicatis, dū s. dicitis Tu de teipso testimoniū perhibes, & testimonium tuum non est verum. Theo. Ac si dicat. Vos quoniam in carne sum, carnem me solū esse putātes, non autem Deum secūdum carnem falli biliter iudicatis. Aug. Quia.n. Deum nō intelligitis & hominē videtis, ideo vobis arrogās videor, qa ego dē me testimoniū perhibeo. Ois.n. homo quādo de se perhibere vult laudabile testimoniū, superbus & arrogās videt. hois.n. inti mi sumus, verū dicere & mētiri possumus, lux mentiri nō pōt. Chry. Vel aliter: Sicut secūdū carnē viuere, male viuere est, ita secundū carnē iudicare, iudicare iniustū est. Et qa possent dicere. Si iuste iudicamus, pp quid non conuincis? propter quid non condemnas? subiungit. Ego nō iudico quenquā. Augu. Quod duobus modis intelligi potest, vt aut hoc intelligamus. Nō iudico quenquam; idest modo, sicut dicit alio loco Ego non veni vt iudicem mundū, sed vt saluum faciam mundum; nō iudicium suum negando, sed differendo. aut certē quia dixerat, Vos secundum carnem iudicatis, ita coniunxit. Ego non iudico quēquam: vt subaudias secūdum carnē Christum non iudicare, sicut ab hominibus iudicatus est, nam vt cognoscas iam iudicē Christum, subditur: Et si iudico ego &c. Chry. q. d. Propter hoc dixi, non iudico,

Contrarietas soluitur.

quasi nō præsumens iudicare, quia si iudicarem, iuste uos condemnarem, sed nunc tps iudicij non est, sed de futuro iudicio insinuat cum subdit. Quia solus nō sum, sed ego & qui misit me pater; ostendens quia non ipse solus eos cōdēnabit, sed & pater. Hoc at ad suspicionem illorum loquitur: non.n. æstimabāt dignum fide esse filium nisi patris testimoniū assumpsisset. Aug. Si aūt tecum est pater, qūo te misit? Ergo dñe, missio tua, incarnatio tua est. hoc ergo Christus erat secundum carnē, & a patre non recesserat, quia pater & filius ubiq; erant. Erubescere Sabelliane, non.n. dixit. Ego sum pater, & ego ipse sū filius, sed solus non sum, inquit, quia mecū est pr. Distinguere ergo psonas, distingue intelligentiā, agnosce quia pater, pater est, & filius, filius est. sed noli dicere pater maior est, filius maior. Vna substantia est, vna coæternitas, pfecta æqualitas. Ergo verū est, inquit, iudicium meū, quia filius Dei sum. ut tñ intelligas, quia mecū est pr, non sic sum filius, ut ipsum deseruerim formā serui accepi, sed formā Dei nō amisi. De iudicio dixerat testimonio uult dicere. nā sequit, Et in lege ve. scriptū est &c. Aug. con. Faust. An forte Manichei calumniant, quia nō ait, In lege Dei, sed in ge vestra scriptum est Vbi vsitatā locutionē scripturarum quis nō agnoscat? lege. n. vestra dixit, uobis data: sicut Apostolus dicit euāngeliū suum; qđ se tamen accepisse testatur, nō ab homine, sed per reuelationem Iesu Christi. Aug. sup. Ioan. Magnam autem hēc quæstionem, & valde vr in mysteriores esse cōstituta ubi Deus dixit, in ore duorū uel triū testiū stat oē uerbum. Fieri enim pōt, ut duo mentiantur. Susanna casta duobus falsis testibus urgebatur, uniuersus populus mentitus est cōtra Christum. quomodo ergo accipiendū est, In ore duorum uel trium stabit omne uerbū? nisi quia hoc modo per mysteriū Trinitas commendata est, in qua est perpetua stabilitas ueritatis? Accipite ergo nostra testimonium ne sentiatis iudicium nō differo iudicium, differo testimoniū. unde sequitur, Ego sum qui test. perhi. de meipso &c. Beda. In multis.n locis pater filio suo perhibet testimonium, ut est illud

Trinitas personarū asserit.

Difficultas i uerbis.

lud, Ego hodie genui te. Et itē: Ait eſt filius meus dilectus. Chy. Vel aliter: Si qđ dictum eſt ſimpliciter accipiat, quæſtio nē habet: nā in hominibus quidē ꝑp hoc determinatum eſt, ꝙ in ore duorum uel trium teſtiū ſtat omne verbū, q̄a unus ſolus non eſt fide dignus. In Deo autē qualiter vtiq; hoc habebit rationem? ſed & aliter non ſtaret quod dictum eſt, nam in hominibus cum duo de aliena re teſtantur, tūc teſtimoniū eſt verum, hoc.n. eſt duos teſtari: ſi verò unus eorum ſibijpſi teſtať, nō adhuc ſunt teſtes. Ad nihil ergo aliud hoc dixit, quàm ut oſtēdat ſe nihil minus patre habentē, alioquin non dixiſſet. Ego & qui miſit me pater. Cōſidera ēt poteſtatem nihil habentem diminutum à patre: homo.n. cū à ſeipſo dignus fuerit fide, teſtimonio non indiget, ſed hoc non aliena re. In propria verò cum teſtimonio alieno indigeat, nō adhuc dignus eſt fide. Hic uerò totum cōtrarium: etenim in propria re teſtans & ab alio teſtimonium habens, dixit ſe fide dignum eſſe. Alcui. Vel poteſt ſic intelligi quod dicitur, q.d. Si veſtra lex approbat teſtimoniū duorū hominū qui poſſent decipi, & plura teſtari, qua ratione meū & patris mei teſtimoniū, qđ ſumma ſtabilitate firmū ē, uerū eſſe nō dicitis?

Dicebant ergo ei, Vbi eſt pater tuus? Reſpōdit Ieſus. Neque me ſcitis, neque patrem meum. Si me ſciretis, forſitan & patrem meū ſciretis. Hæc uerba locutus eſt Ieſus in gazofilatiō, docens in tēplo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum uenerat hora eius.

Aug. Illi qui audierāt à dño, vos ſecūdum carnem iudicatis: manifeſtauerūt qđ audierunt, patrem.n. Chriſti carnaliter acceperunt: vnde dicitur, Dicebant ergo ei, &c.q.d. Audiuimꝰ te dicere, ſolus nō ſū, ſed ego & qui miſit me pater. nos ſolū te videmus. oſtēde ergo nobis tecum eſſe patrem tuum. Theo. Quidam verò notant hoc prolatum eſſe à Iudęis quaſi ad cōtumeliā & contemptū. Improperant.n. etiā quam ex fornicatione genito & propriū genitorem ignoranti, uel tāquam uili exiſtēti, eo ꝙ pater eius putabatur, ſ. Ioſeph. q.d. ignotus & ignobilis eſt pater tuus, qđ frequenter patrem nobis inducis? Quia ergo non ut ſcire volentes, ſed ut tentantes quęrebant, ad pręmiſſam quęſtionem non reſpondet, unde ſequitur, Reſpon. Ie. Neque me ſcitis &c. Aug. q.d. Quęritis, Vbi eſt pater tuus; quaſi me iā ſciatis; quaſi totum hoc ſit quod uidetis. Ergo quia me non noſtis, ideo patrem meum uobis non oſtendo. Me quippè hominē putatis, ideo patrem meum hominem quęritis. Quia verò ſecundū quod uidetis aliud ſum, & aliud ſecundum quod non videtis; patrē autem meum loquor occultum, occultus prius eſt, ꝙ ut me noueritis; tunc & patrē meum ſcietis, & hoc qđ ſubdit, Si me ſciretis &c. Chry. Dicit autem hoc, vt oſtēdat ꝙ nihil eis prodeſt dicere ꝙ ſciāt patrem, filium neſcientes. Orig. Contrariari autem uidetur adinuicē quod hic dicitur, Neq; me ſcitis, neq; patrem meū, & quod ſupra dictum eſt. Et me ſcitis, & unde ſim ſcitis. ſed tamen qđ dicitur, Et me ſcitis, ad quoſdam dicit Hieroſolymatū dicentium, Nunquid verè intellexerunt principes, quia hic eſt Chriſtus? hoc verò quod dicit, Neque me ſcitis ad phariſęos dicitur, Hieroſolymitis tamē in priorib. ait; Verax eſt qui me miſit, quem uos neſcitis. Quæret itaque aliquis, quomodo verum eſt quod dicitur, Si me ſciretis, & patrē meū ſciretis, cū Hieroſolymitæ quibus dicit, Et me ſcitis, patrē neſciuerint? Dicendū āt eſt ad hoc ꝙ Saluator quādo que quidē de ſeipſo, ut de homine loquiť, quādoq; āt ſecundū diuinā naturā. hoc ergo ꝙ dicit, Et me ſci. de ſeipſo homine dicit; hoc verò, Neq; me ſci. de diuinitate. Aug. Quid eſt.n. Si me ſci & pa meū ſciri. niſi ego & pater unū ſumus? Quādo uides aliquē alicui ſimilē, quotidiana locutio eſt, Si hunc uidiſti, illum uidiſti. propter ſimilitudinem tale dediſti reſponſum hinc & dominꝰ, Si me, inquit, ſciretis, & patrē meum ſciretis, nō quia pater eſt filius, ſed quia patri ſimilis eſt filius. Theo. Erubeſcat Arrianus, nam ſi iuxta eum creatura filius ſit, qualiter qui nouit creaturam & Deum nouit? neque enim qui ſubſtātiam nouit angeli, nouit & diuinam, cum itaq; qui filium nouit, & patrem nouit. igitur conſubſtantialis patri, & filius. Aug. Hoc autem verbum forſitan increpatiuè dicitur, quod uidetur eſſe verbum dubitationis.

Quęſtio ſolutī.

Expoſitio literalis.

nis. homines.n.de reb. quas certas habēt, aliqñ verbum dubitationis ponunt, velut si indigneris seruo tuo, & dicas, Contemnis me. Considera forsans dominus tuus sum; sic & dñs dubitando increpat infideles, cū dicit: Et patrem meum forsitan sci. Orige. Oportet āt videre qm̄ qui alterius sectæ sunt, opinantur ex hoc probari manifestè Deum quem Iudæi colebāt, patrē nō esse Christi. Si.n. inquiunt, hoc pharisæis Deū prouisiorem mundi colentib. diceba Saluator: manifestum est q patrē Iesu alterū a conditore mundi existentē, nequaquā pharisæi nouerunt. Hoc verò dicunt non obseruantes cōsuetudinem locutionis in scripturis. Si.n. aliquis vellet inducere ea quę de Deo sunt a parentibus eruditus, non āt bene uiuat, hūc dicimus de Deo notitiam nō habere: vnde & filij Eli pp eorum malitiam Deum ignorasse dicuntur: Sic igitur & pharisęi patrē ignorauerunt, non.n. uiuebāt secundum cōditionis edictum. Est āt & aliud significatū cognoscendi Deū altero existentē. cognoscere dominum q̄ simpliciter credere. Dicitur.n. in psalmo: Studete & videte, qm̄ ego sum Deus. Quis non confitetur hoc scribi populo in conditorem credēti? Multum.n. differt credēdo cognoscere, & credere tantum: sed pharisęis quib. ait, Neq; me sci. neq; patrem meum rationabiliter diceret; Neq; creditis patri meo: qui.n. negat filium, minimè patrem habet, s. neq; secūdum fidem, neq; secundum cognitionem. Sed & aliter de scriptura illos, q adiuncti sunt cognoscere illud. Vt.n. Adam cognouit vxorem suam ei coniunctus est. Sic ergo qui adhæret mulieri, mulierē cognoscit, & qui adhęret domino, vnus spiritus est, & Deū cognoscit. Si verò sic sehēt, pharisęi nec patrem nouerunt nec filium. Post hoc est quidem aliquē cognoscere Deum, nō autem cognoscere patrē. Infinitis ergo orationibus ęditis in lege, nō inuenimus aliquem orando dicentem Deum patrem, tamen orant eum tāquam Deum & dominum, ne præuenirent gratiā per Iesum toti mundo effusam, uocātem cūctos ad filiationē, iuxta illud, Narrabo nomen tuum fratribus meis. Sequit. Hæc ver. lo. est Ie. in gazo. do. in templo.

Hæresis explodi tur.

Gratia per Iesum effusa.

Alcui. Gaza, Persica lingua diuitię: phyla reseruare. Erat autē locus in tēplo ubi seruabantur diuitię. Chry. In templa loquebatur in ordine magistri, & hic loquebatur super quibus mordebant & accusabant, qm̄ seipsum facit parem patri. Aug. Magna igitur fiducia sine timore; nō.n. pateretur qđ nollet. vnde sequitur. Et ne. ap pre. eum, quia nondum &c. Nonnulli cū hoc audiunt, sub fato fuisse Christum credunt, sed si fatum, sicut nonulli intellexerunt, à fando dictum est, i. à loquendo verbum Dei, qūo habet fatum? Vbi sunt fata? In cę... inquis, in ordine & conuersionibus sydeium. Qūo ergo fatum hēt per quem factum est cęlū & sydera, cum tua voluntas si rectè sapias transcendat & sydera? an quia nostri Christi carnem fuisse sub cęlo, ideo putas & potestatē Christi subditā cęlo? Igitur nondum uenerat hora eius, non qua cogeretur mori, sed qua dignareī occidi. Orig. Vbicunq; āt additur; Hęc uerba locutus est Iesus, in tali loco, si bene attendas, inuenies additionis opportunitatē. Est āt gazophylatiū locus nuiminatum, in honorem Dei & dispensationē pauperum oblatorum. Numisma āt sunt diuina uerba imaginem regis magni impressam habentia, vnusquisq; āt cōferat mundificationem ecclesię, portās ad intellectuale gazophylatiū quicquid pōt ad honorē Dei & vtilitatem cōem. Omnibus āt offerentibus in gazophylatio tēpli magis, opportebat Iesum munera portare, quę erant verba uitę æternæ. Loquēte ergo Iesu in gazophylatio, a nemine detentus est, quia sermones eius fortiores erant his qui eū capere volebant, cum nō sit infirmitatis in quibus verbum Dei loquitur. Beda. Vel aliter; In gazophilatio Christus loquitur, qm̄ in parabolis ad Iudæos sermones proferebat, tunc āt quasi gazophylatium operiri cępit, quando discipulis suis cœlestia reserauit, unde etiā gazophylatium tēplo inhærebat, quia q̄ lex & prophetæ figuraliter prædixerant, ad dominum pertinebant.

Tropologia pulchra

Dixit ergo iterū eis Iesus: Ego vado et q̄retis me, & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos nō potestis uenire. Dicebānt ergo Iudæi, Nunquid interficit semetipsum, qa dixit: quo

ego

ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat: Vos de rsum estis, ego de supernis sum, vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.

Aug. Quia supra dictũ est ꝙ nemo apprehendit eum, quia nondũ venerat hora eius: modo de ipsa sua passione q̃ posita erat, nõ eius necessitate, sed potestate, locutus est Iudęis. vñ dr̃: Dixit er. ite. Ie. Ego vado. Christo. n. domino mors, profectio fuit illuc vnde uenerat & uñ discesserat. Bed. Hęc át verborum connexio talis esse vr̃, ut hæc át verborum connexio talis esse vr̃, ut hæc vno tpe, uno quoque in loco geri potuissent, qm̃ nihil exponi, & quædam vel multa potuerunt. Orig. Sed obijciet aliquis sic: Si his qui manebant in incredulitate, ista dicebant, qũo eis dicit, & quęretis me? quærere. n. Iesum, est quærere veritaté & sapientiam. Sed dices; quia & de persequentib. aliquando dr̃ ꝙ quærebant eum capere, differentiæ. n. sunt corũ qui quęrunt Iesum. Nõ oés. n. pro eorum salute & utilitate quærũt eum, pp hoc solum hi qui rectè quęrunt eum, inueniunt pacé. Rectè autem quærere dicuntur, qui verbum quod est in principio apud Deũ quærunt, ut illos patri adducat. Aug. Quęretis ergo (inquit) me, non pio desiderio, sed odio. Nã illũ, postea quã abscessit ab oculis hoĩum, inquisierũt, & qui oderũt, & qui amabãt: illi persequendo, illi habere cupiendo, & ne putetis quia me bene q̃retis. In peccato vestro moriemini hoc est Christũ male quærere, in peccato suo mori, hoc est illum odisse per quem solũ posset saluus esse, dixitq́; sententiam præscius ꝙ in peccatis suis morientur. Beda. Sed nota ꝙ peccato in singulari numero utitur, sed vestro in plurali, ut idem omnium scelus ostenderet. Orig. Quæro autem propter quid infra dicitur, ꝙ hoc ipso loquente multi crediderunt in eũ? nunquid ad oés pręsentes dicit, in peccato vestro moriemini? sed ad illos dicebat quos sciebat non esse credituros, & pp hoc in eorum peccatis esse morituros, & non ualantes post ipsum sequi. nã sequitur; Quo ego vado & c. Vbi. s. veritas & sapiétia est

Differẽtia quærentium Iesum.

hoc est. n. ubi est Iesus, Nõ possunt ait; q̃ a non uolunt: si. n. uoluissent, & nõ potuissent, non rationabiliter eis diceretur: In peccato uestro moriemini. Aug. Hoc aũt & discipulis alio loco dicit, nec tñ dixit eis: In peccato uestro moriemini, sed quo ego uado, vos non potestis venire. modo non abstulit spem, sed prædixit dilationé. Orige. Præsens át uerbum minaĩ Christi recessum, sed quandiu seruamus ea quę animæ nostræ sunt insita veritatis semina, nequaquam recedit a nobis verbum Dei. Si uerò a lapsu in malitiam corrũpamur, tunc dr̃ nobis, ego vado, & cum quęremus eum nequaquam inueniemus, sed in peccatis nostris moriemur, ab ipsa morte occupati. Non oportet át pertransire inexquisitè, q̃uod dr̃: In peccatis vestris moriemini. Si. n. cõiter accipiatur, manifestũ est ꝙ peccatores in peccatis eorum moriũtur, iusti verò in iustitia: si verò dr̃, Moriemini; sicut qui ad mortem peccata, moritur. Manifestum est ꝙ hi quibus talia dicebantur nequaquã mortui erant, sed uiuebant in infirmitate animæ, sed infirmitas illa ad mortem erat. pp hoc medicus videns eos grauiter infirmantes, dicebat Et in peccatis vestris moriemini, & sic manifestum erat illud. Quo ego uado, vos nõ potestis venire. Cũ. n. aliquis in suo peccato moriĩ, quo vadit Iesus non põt ire: nullus. n. mortuus potest sequi Iesum. Nõ. n. mortui laudabunt te domine Aug. His át uerbis auditis qũo solent carnalia cogitãtes, interrogauerunt. nam sequitur: Dice. ergo Iudæi: Nũquid interfi. semetipsum? quia di. quo ego uado, uos non po. venire? Stulta verba. Quid. n. non poterat illi uenire quo ipse perexisset, si interficeret semetipsum nunquid ipso non erant morituri? Ergo quo ego vado dixit, non quo itur ad morté, sed quo ipse ibat post mortem. Theoph. Per hoc enim manifestauit ꝙ resurget in gloria, & sedebit ad dexteram Dei. Orige. Quæremus tamen si hoc ab eis de Saluatore dicitur altius aliquid cernentibus. Multa etiam aut ex traditione, aut ex apocryphis ipsos cõtingebant uidere pręmultis. Forte igitur in his quæ tradita sunt de Christo, erat iuxta sanas traditiones, ꝓpheticorũ sermonũ sicut generari.

Expositio moralis.

Iudæorum lingua uideĩ cogi spiritus sancto.

nerari eum in Bethlehem: sic & de morte eius, vt hoc modo transire deberet ab hac uita, quo ipse dicit; Nemo tollit aīa meā a me, sed ego pono eam, quare qđ hic dr, Nunquid interficiet se, nō scđm simplicē sensum dr, sed secundum aliquam Iudęorum de Christo traditionē; multum n. ex hoc ꝙ dixerat, Ego vado apparet potestas voluntariè morientes corpore derelicto. Aestimo āt ꝙ ignominiose proferētes hoc ꝙ scđm traditiones suas de morte Christi ad ipsos deuenerat, & non gloriā dantes dixerunt, Nunquid interficiet semetipsum? Oportebat. n. eos cum demonstratione gloriæ sic dicere. Nunquid aīa eius cum ipsi placuerit egredietur relicto corpore? Dñs āt ad eos qui terrena sapiebāt, tanquam ad terrenos loquitur. vñ subdit, Et di. eis; Vos de deor. estis, i. terrā sapitis, sursum cor non habetis. Chr. q. d. Non est mirum vos talia cogitare, hoīes carnales & nihil intelligentes spirituale; ego de supernis sum. Aug. De quib. supernis? Ab ipso patre quo nihil superius. Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mūdo. quō. n. erat de mūdo, per quem factus est mundus? Bed. Et qui ante mundum fuit; illi āt de mundo erant, quia postquā mundus esse cœpit fuerant creati. Chr. Vel pp mundanas & vanas cogitationes hoc dicit, Ego non sum de mundo. Theo. Nihil mūdanum siue terrenum affectans; vnde nullatenus ad tantam insaniam deuenirē ut meipsum occiderem. Sed Apollinarius malè suscipiēs hūc sermonē ait, ꝙ corpus dñi non fuit de hoc mundo, sed de sursum cęlitus descēdit. Nunquid igitur & apostoli quib. a dño dictum est; Vos nō estis de hoc mūdo; omnia corpora sunt cęlitus obtinentes? Sic igitur intelligendum est, cum dicitur, Ego non sum de hoc mūdo; hoc est, non sum de numero vestrum qui mundana curatis. Orig. Alius aūt sensus, est eorum quę sunt de sursum, & eorum q̄ sunt de hoc mūdo Deorsum. n. sicut de loco aliquo intelligitur, sed mundus materialis, locis quidem diuersis continnetur, qui oēs quantū ad immaterialia & inuisibilia deorsum sunt, quo ad mundū, verò comparandum, mundi loca erunt utique quædā deorsum, & quędam sursum. Vbi autē est thesaurus vniuscuiusque, ibi est, & cor eius Si itaq; aliquis thesaurizet in terra deorsum efficitur. Si verò aliqs thesaurizet in cęlis, fit desuper, sed & trāscēdēs oēs cęlos, in fine beatissimo inueniet. Et iterū. Qui circa hunc mundū est amor, facit eum qui de hoc mundo est, qui āt nō diligit mundum, nec ea quæ sunt in hoc mundo, non est de mūdo hoc. tñ est & aliquis alius mundus pręter hunc sensibilem mundū, in quo sunt inuisibilia, cuius visum & decorē uidebunt hi qui mūdo sunt corde. Sed & ipse primogenitus oīs creaturę pōt dici mundus, prout est summa sapientia, oīa n. in sapientia sunt facta In ipso itaq; erat totus mundus, intantū differens a mundo materiali, inquantum differt ratio totius mundi ab oī materia denudata a materiali mundo. Anima ergo Christi dicit, Ego nō sum de hoc mundo, quia non conuersatur in isto mūdo, Aug. Exposuit āt dominus quid in intelligi uoluerit, cū dixit. Vos de hoc mun. estis quia scilicet peccatores erant. oēs āt cum peccato nati sumus, oēs uiuendo ad id qđ nati, eramus addidimus. Tota ergo infidelitas Iudęorum ipsa erat non peccatum habere, sed in peccatis mori. unde subdit, Dixi er. uo. quia mo in pec. vestris. Credo āt in illa multitudine quę dominū audiebat, & eos fuisse qui credituri erant, quasi in oēs āt processerat illa seuerissima sententia in peccato vestro moriemini. Ac per hoc & illis qui credituri erāt, spes erat ablata. reuocauit ergo eos ad spem, adiūgēs. Si n. non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Ergo si creditis q̄a ego sum, non moriemini in peccato vestro. Chr. Si enim pp hoc venit ut peccatū tollat, & aliter non cōtingit illud exuere nisi per lauacrum, nec continget eū qui non credit ex hac uita abire, veterem hominem, idest peccatum non habentē. non solum quia non credit, sed etiā quia priora peccata habens hinc recedit. Cum autem dixit, Si non crediderītis, quia ego sum quia nihil addidit, multum est, quod cōmendauit quia sic etiam & Deus Moysi dixerat, Ego sum qui sum, sed quomodo audio, Ego sum qui sum, & nisi credideritis, quia ego sum, quasi alia non sunt?

Tēperamētum superioris sententię.

Sed

Sed prorsus qualiscunq; excellentia si mutabilis est uerè non est. Non.n.est ibi uerũ esse, vbi est & non esse. Discute rerũ mutationẽ inuenies fuit & erit. Cogita Deũ, inuenies est, vbi tp̃s p̃teritum esse nõ possit. Vt ergo tu sis transcende tp̃s. Hæc itaque ꝓmittens, ne moriamur in peccatis nr̃is: nihil aliud mihi vr̃ his uerbis dixisse, Nisi credideritis q̃a ego sum, quam nisi credideritis, quia Deus sum. Deo gratias: quia dixit, Nisi credideritis, nõ dixit, nisi ceperitis, quia.n. hoc capiat. Orig. Manifestum est autem ꝙ qui moritur in peccatis suis quamuis dicat se Christo credere, tñ in ueritate non credit, qui.n. credit iustitiæ non iniustitiam faciet, & credens in sapientiam, nihil stultum dicit aut facit, & sic si scrutatus fueris cæteros intellectus Christi inuenies quõ qui non credit Christo, moritur in peccatis suis. Accedens aũt ad contraria eorũ quæ considerãtur in Christo, in peccatis suis moritur.

Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dicit eis Iesus. Principium qui & loquor uobis. Multa habeo de uobis qui me misit, uerax est, & ego quæ audiui ab eo hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deum.

Aug. Quià dixerat supra dñs, Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. Interrogant illi uelut quærẽtes nosse in quem deberent credere, ne in suo pc̃ō morerentur, vñ dr̃: Dice.er. ei. Tu quis es? Non.n. cum dixisti, Nisi credideritis quia ego sum: addidisti quis esses. Sciebat autẽ ibi quosdam esse credituros & ideo cum dixissent; Tu quis es? ut scirent quid illum credere deberent. Dicit eis Iesus: Principium qui & lo. uobis, non tanquam diceret principium suũ: sed tanquam diceret, Principium me credite; qđ in ꝓnomine græco euidẽter apparet, vbi principiũ fœminini generis est. principium ergo me credite, ne moriamini in peccatis uestris: principiũ.n. mutari non pót, in se manet, & innouat omnia. Absurdũ est aũt ut filium dicamus principium, & patrem principiũ non dicamus. non tñ duo principia, sicut nec duos Deos, spiritus autem sanctus patris & filij est spiritus, nec pater est nec filius. Pater tñ & Filius & Spiritus sanctus sunt unus Deus, unũ lumen, unum principium. Addidit autẽ: Qui loquor uobis, quia humilis pp uos factus ad ista uerba descendi. Ergo credite me esse principiũ, quia ut hoc credatis nõ solũ sum principiũ, sed & loquor uobis. Nisi principiũ secuti est ita maneret apud patrẽ, ut non acciperet formam serui, quõ ei crederent, cũ infirma corda intelligibile uerbũ sine uoce sensibili audire non possent? Beda. Sanè in quibusdã exẽplaribus inuenitur, Qui & loquor vobis, sed congruentius esse ꝓbatur si q̃s legatur ut iste sit sensus, Principiũ me esse credite, quia pp uos ad hæc uerba descendi. Chry. Vel aliter: Considerãda est amentia Iudæorũ, qui post tp̃s tm̃ & signa & doctrinam interrogant, Tu quis es? Quid igitur Xp̃s? a principio loquor uobis. q. d. Sermones meos indigni estis audire, nõ solũ ut dicã uobis, quid ego sum. vos.n. oĩa tentantes loquimini, & hæc oĩa possem arguere & uos punire unde sequit̃; Multa habeo de uobis &c. Aug. Supra dixit, Ego non iudico quemquam, sed aliud est, Non iudico, & aliud, habeo iudicare, non iudico dixit ad p̃ns. Quòd aũt dicit, Multa habeo de uobis loqui & iudicare, iudicium futurũ dicit. Ideo ét uerus in iudicio ero, quia filius ueracis ueritas sum, vnde sequit̃. Sed q̃ misit me, verax est. Verax est pr̃, nõ participando, sed generando ueritatẽ. Nunquid.n. dicturi sumus. Plus ueritas quã uerax? si hoc dixerimus, filium incipiemus, dicere patre maiorem. Chr. Dicit autem hoc ut nõ æstiment, qm̃ tot audiens ex imbecillitate non punit, aut quia eorũ cogitationes & contumelias non nouit. The. Vel quia dixerat, Multa habeo de uobis loqui & iudicare. iudicium futuro seculo reseruans subiungit, sed qui me misit uerax est. q. d. Et si uos infideles estis pater meus uerax est, qui diẽ stabiliuit in quo uobis retributio fiet. Chry. Vel aliter, Si in hoc me misit pater, non iudicem mundum, sed ut salutem mundum. verax aũt est pater. Conuenienter nullum ego nunc iudico, sed hæc loquor q̃ sunt ad salutẽ, non quæ ad iudicium. vnde sequitur; Et ego q̃ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Alcu. Audisse autem a patre, idem est & esse a patre, q̃a ab illo habet audientiã.

Trinitatis ostensio.

Aequalitas patris & filij.

à quo

à quo habet essentiam. Aug. Dat gloriam patri æqualis filius, tanquã dicat; Do gloriam ei cuius sum filius. quo tu superbus es aduersus eum cuius es seruus? Alcu. Cũ autem audissent, Verax est qui misit me, nõ intellexerunt de quo diceret: vñ subditur, Et nõ co qa pa. eius di. Deum Nondum.n. oculos cordis apertos hẽbant quibus p̃ris & filij æqualitatẽ intellexerunt.

Dixit ergo eis Iesus, Cum exaltaueritis filiũ hoĩs, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me p̃r hęc loquor. Et qui me misit mecũ est, et non reliquit me solum, quia ergo quæ placita sunt ei facio semper. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

Aug. Cùm dixisset dñs, Verax est qui misit me, non intellexerunt Iudæi q̃ de patre illis diceret. videbat aũt ibi aliquos quos ipse nouorat post passionẽ suam esse credituros, & ideo sequit: Dixit ergo eis Iesus, &c. Recolite illud, Ego sũ q̃ sum: & cognoscetis quid sit dictum, Ego sum. Differo cognitionẽ vestram, vt impleam passionẽ meam. ordine vestro cognoscetis, qui sum, cum.s. exaltaueritis filiũ hominis. Exaltationem autẽ crucis dicit, qa & ibi exaltatus est, qñ pependit in ligno; hoc oportebat impleri per manus eorum qui postea fuerant credituri, quibus dicit hoc. quare? nisi vt nemo in quocunq; scelere, & malè sibi conscius desperaret, qñ videat eis donari homicidium qui occiderant Christum. Chr. Vel aliter continua: Quia multa signa faciens & docens eos non cõuerterat, de cruce de reliquo loquitur, dicens: Cum exalta. &c. q.d. Vos æstimatis q̃ tunc maximè a me separati eritis, qñ me occideritis. Ego autẽ dico, qm̃ tunc maximè scietis & grã signorum & resurrectionis & captiuitatis vestræ, qm̃ ego sum Christus filius Dei, & q̃ non cõtrarior illi. pp quod subdit. Et a meipso facio nihil &c. Per hoc.n. indr̃iam substãtiæ manifestat, & q̃ nihil extra paternales intelligentias loquit, si.n. Deo cõtrarius essem, non tantã iram mouissem contra eos qui me non audierunt. Augu. Vel aliter: Quia dixerat. Tunc cog. quia ego sum, & ad ipsum esse pertinet tota Trinitas, ne fortè subintraret error Sabellianorum, cõtinuo subiũxit: Et a meip. fa. nih.

Ratio dilationis.

q.d. a meipso nõ sum, filius.n. de patre est Deus. Quod ergo addidit, Sicut docuit me &c. Nemini uestrum obrepat cogitatio carnalis. Nolite uobis quasi duos homines ante oculos ponere, & loquentẽ patrem ad filiũ. Sicut facis tu qñ aliqua uerba dicis filio tuo. Quæ.n. uerba fierẽt; vni co verbo? si aũt Deus loquitur in cordibus uestris sine sono. quõ loquitur filio suo? Incorporaliter p̃r locutus est filio, quia incorporaliter pater genuit filiũ, nec eũ sic docuit, quasi indoctũ genuerit: sed hoc est eum docuisse, quod est scientẽ genuisse. Si.n. simplex est natura ueritatis, hoc est filio esse q̃ nosse. quẽadmodum ergo p̃r illi gignendo dedit ut esset; sic gignẽdo dedit ut nosset. Chr. Rursus ad humilius sermonẽ reduxit. Sequitur; Et qui me misit. Ne aũt hoc q̃ dicit, Misit me: minorationis esset, dicit: Mecum est, nam hoc quidẽ dispensationis, hoc aũt deitatis est. Aug. Et cum ambo simul sint, unus tñ est missus, alter misit. qm̃ missio incarnatio est, & ipsa incarnatio filij tm̃ est, nõ & patris: ergo inquit, Qui me misit, i. cuius auctoritate tanquã paterna incarnatus sum. Misit itaq; pater filium sed non recessit a filio: vnde sequitur, Et non rel. me solum. Non.n. quo misit filium, non ibi erat pater qui dixit; Cœlum & terram ego impleo, sed quare eũ non dereliquit, subdit: Quia quæ pla. sunt ei. fa. semper. Non ex quodam initio, sed sine initio, sine fine: Dei.n. gñatio non habet initium tẽporis. Chry. Vel aliter: Quia continuo dicebat, Qm̃ non ex Deo est, & quia sabbatũ non custodit, contra quod ait: Qm̃ quæ placita &c. Ostendens qm̃ & soluere sabbatũ placitũ est ei. Multipliciter enim studet, ut ostendat q̃ nihil facit patri contrariũ, & quia hoc humanius locutus est, subdit. Hæc illo loquente &c. Ac si di. euang. Ne turberis si quis humile a Christo audieris. qui enim post tantam doctrinam nondum suasi erant, humiliora audierunt & suadentur. igitur crediderũt quidam, sed non ut oportebat, sed simpliciter quasi lætantes & requiescentes in uerborũ humilitate. Et hoc ostendit euangelista in subsequentibus sermonibus, in quibus narratus, quòd rursus ei iniuriabantur.

Locutio patris ad filium.

Dice-

Dicebat ergo Iesus ad eos q crediderũt ei, Iudeos. Si uos mãseritis i sermone meo, vere discipuli mei eritis, et cognoscetis ueritatẽ, et ueritas liberabit uos. Rñderunt ei Iudæi, Semen Abrahæ sumus, et nemini seruiuimus unquam. Quo tu dicis liberi eritis? Rñdit eis Iesus, Amẽ amẽ dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem nõ manet in domo in æternum. Filius autem manet in æternum. Si ergo uos filius liberauerit, verè liberi eritis.

Aug. Voluit dñs in profundũ fundare fidem eorũ qui crediderant, vt nõ superficietenus crederẽt. Et ideo dr̃, Dicebat ergo Iesus ad eos &c. Per hoc ꝙ dicit. Si mãseritis, ostẽdit ea q̃ in eorũ corde erãt. Sciebat. n. qm̃ crediderunt quidã, sed non mãserunt, & magnum quid eis ꝓmittit, s. verè discipulos eius fieri. In quo occulte tãgit quosdã qui prius ab ipso recesserãt, & illi eum audierunt & crediderũt & recesserunt, qa non ꝑmanserunt. Aug. de ver. do. Oẽs aũt nos unũ magr̃m habemus, & sub illo condiscipuli sumus. Nec ideo magistri sumus, qa de loco superiore loquimur, sed magr̃ est oĩum qui habitat in nobis, ad discipulum aũt parum est accedere, sed oportet manere nos, si in illo non manserimus, cademus. Breue opus, breue verbum magnũ opere si manseritis. Quid .n. est in verbis Dei manere, nisi nullis tẽtationibus credere? Si labor nõ est, gratis accipis præmium. Si labor est attende magnum præmiũ, & cognoscetis veritatẽ. Aug. su. 10. q. d. Quia nũc credentes estis, manendo uidentes eritis. Nõ. n. qa cognouerunt crediderunt, sed ut cognoscerent crediderunt. Quid. n. est fides, nisi credere qđ nõ uides? veritas qđ credidisti uidere. Si ergo ꝑmaneatur in eo quod credis, peruenitur ad id quod vĩ, vt. s. contẽplemur ipsam veritatẽ sicuti est, non per verba sonantia, sed per lucẽ splendentẽ? Veritas incõmutabilis est, panis est, mentis reficit, nec deficit: mutat uescentẽ, non ipsa in vescentem mutaĩ Ipsa autẽ ueritas verbum Dei est. hæc ueritas carne induta est, ꝑp nos latebat in carne, nõ ut negaret, sed ut differretur, vt in carne pateretur, ut caro peccati redimeretur. Chry. Vel cognoscetis veritatem, hoc est me. Ego. n. sum veritas: Iudaica quidẽ oĩa typus erant: veritatem aũt a me scietis. Aug. de ver. do. Fortè aliquis diceret: Et quid mihi ꝓdest cognoscere ueritatẽ? Et iõ subiungit. Et ue. li. uos. q. d. Si nõ delectat veritas, delectat libertas. Liberari. n. ꝓpriè dr̃ liberũ fieri, qũo sanari sanũ fieri. Hoc in uerbo græco planius est. nã in consuetudine latina maxime in eo consueuimus audire hoc uerbũ, vt quocunq; liberaĩ, intelligatur pericula euadere, molestijs carere. The. Sicut aũt supra infidelib⁹ ait: In peccatis uestris moriemini, sic manentib⁹ in fide absolutionẽ annũciat peccatorũ. Aug. 4. de Tri. Vnde etiã veritas liberabit nisi a morte, a corruptione, a mutabilitate? Veritas qppè immortalis incorrupta incõmutabilis ꝑmanet: vera ãt incõmutabilitas est ipsa æternitas. Chr. Eorũ aũt qui crediderant, erat etiã increpationes sufferre, sed hi statim sæuiunt. Si aũt oportebat eos turbari in priori, cõuenientius erat, vt turbarẽtur in hoc. s. ꝙ dixit: Cognoscetis veritatẽ, ut dicerent. Nunc ergo ueritatem nescimus, lex igĩ mẽdaciũ est cognitio nr̃a, sed nullius horũ eis cura erat, sed de mũdanis rebus dolent. Non. n. aliã seruitutẽ nouerãt nisi mundanã: vnde sequitur, Rñderũt ei Iu. semẽ Abrahę sum⁹, & ne. ser. unq̃ &c. q. d. Eos qui de genere sunt Abrahæ qui sunt ingenui, non oportebat seruos uocare; nunquam. n. seruiuimus. Aug. Vel hoc rñderunt non illi qui iam crediderãt, sed qui in turba erant nondum credẽtes; hoc aũt ipsum, Nemini seruiuimus unquam secđm huius tp̃is libertatem qũo uerum dixistis? Ioseph nõ est uenundatus? ꝓphetæ sancti in captiuitatem non sunt ducti? ò ingrati quid est quod uobis assiduè imputat Deus, ꝙ uos de domo seruitutis liberauit, si nemini seruistis? Vos autẽ qui loquimini, qũo soluebatis tributa Romanis, si nemini unquã seruistis? Chry. Quia uerò non ad uanã gloriam erant quæ dicebantur a Christo, sed ad salutẽ, non uoluit ostendere eos seruos esse hominũ, sed peccati, q̃ difficillima seruitus est, a qua solus Deus eripere potest; unde sequitur, Rñdit Iesus. Amen amen di. uo. &c. Aug. Multum commendat quod sic pronunciat, quodammodo si dici fas est, iuratio eius est. Amen quippe interpretatur uerum

Christ⁹ firmat fidem credentiũ.

Fides est credere quod nõ uides.

Vesana Iudęorum responsio.

rum, & tñ nõ est inter, retatũ, nec grecus hoc interpres ausus est tacere vel latinus. Nam hoc verbũ amen Hebræum est, non est aũt interpretatum, vt honoré haberet, velemento secreti, non ut esset ligatũ, sed ne vilescere nudatum. Iá quantũ hoc commẽdatum sit, ex ipsa geminatione cognoscite. Verũ dico vobis, veritas dicit, quæ vtiq; & si nõ dicete verũ dico, mẽtiri oĩno non posset: tñ inculcat, dormiẽtes quodãmodo excitat, contẽni non vult, qđ dicit. Ois inquit, Iudęus, Gręcus, diues, pauper, imperator, & mendicus si facit peccatum, seruus est peccati. Gre. 3. mor. Quia qsquis se prauo desiderio subijcit, iniquitatis dño dudum libera mentis colla supponit: sed huic dño contradicimus, cum iniquitati quę nos cęperat reluctamus, cũ cõsuetudini violẽter resistimus, cum culpã pęnitendo percutimus, & maculas sordium lachrymis lauamus. Gre. 25. mora. Quantò ãt aliqui liberius peragunt puersa q̃ uolunt, tanto eius seruitio obnoxius obligantur. Aug. O miserabilis seruitus, seruus hoĩs aliqñ sui domini duris imperijs fatigatus, fugiendo requiescit: seruus peccati quo fugit, secum trahit quocũq; fugerit. Peccatum. n. quod facit intus est, voluptas transit, peccatum non trãsit: præterit quod delectabat, remãsit qđ pungat. Solus de peccato liberare põt, qui venit sine peccato, & factus est sacrificiũ pro peccato. Nã sequitur: Seruus ãt nõ ma. in do. in æternũ. Ecclesia est domus, seruus peccator est multi intrant in ecclesia peccatores non ergo dixit, Seruus non est in domo, sed nõ manet in do. in eternũ. Si ergo nullus ibi seruus erit quis ibi erit? quis gloriabitur mũdũ se esse a peccato? multum nos terruit, sed adiungit, Filius ãt ma. in eternũ. Ergo solus in domo sua erit Christus? An fortè in hoc ꝙ dicit filius caput & corpus est? Non. n. sine causa terruit, & spẽ dedit: terruit, ne peccatũ amaremus: spẽ dedit, ne peccati absolutione diffideremus hic est ergo spes nostra, ut a libero liberemur. ipse. n. preciũ dedit, non argentum, sed sanguinẽ suum, & pp hoc subdit. Si er. fi. vos li. ue. li. er. Aug. de ver. do. Nõ a barbaris, sed a diabolo: non a corporis captiuitate, sed ab aiæ iniquitate. Augu. sup. Ioan. Prima libertas est carere criminib. sed illa inchoata est nõ perfecta libertas, quia caro cõcupiscit aduersus spiritum, vt non ea quæ vultis faciatis. libertas ãt plena atq; perfecta est, qñ nullę erũt inimicitiæ, qñ nouissima inimica mors destruetur. Chr. Vel aliter: quia dixerat, Qui facit peccatum, seruus est peccati, ne præcurrant & dicãt immolationes habemus, illę nos eripere põt, ꝓpterea induxit, Seruus nõ manet & c. Domus mẽtionẽ facit, patris principatum domũ nominãs, ostendẽs ex translatione humanorũ, q̃m sicut dñs in domo, ita ipse oĩum potestatẽ hẽt, hoc. n. quod dicit. Non manet, significat non hẽt potestatẽ donandi, sed filius q̃ est dñs domus hẽt: Et ideo sacerdotes veteris legis nõ habebant potestatem per sacramẽta legalia peccata dimittere, oẽs. n. peccauerunt, ẽt sacerdotes, qui pro seipsis) ut dicit Apost.) necesse habebant sacrificia offerre; sed filius hanc hẽt potestatẽ: vñ concludit, Si ergo fi. uo. li. ue. li. er. ostẽdens ꝙ mundana libertas de qua gloriabantur non est uera libertas. Aug. Noli ergo libertate abuti ad libere peccandũ; sed vtere ad non peccãdum. Erit enim uoluntas tua libera si fuerit pia, eris liber si fueris seruus iustitiæ.

Scio quia filij Abrahæ estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem, loquor; et vos quę vidistis apud patrem vestrum, facitis. Respõderunt, & dixerunt ei; Pater noster Abrahã est. Dicit eis Iesus, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autem quæritis me interficere, hominẽ qui veritatem vobis locutus sum quam audiui a Deo. Hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri.

Aug. Iudæi se liberos dixerant, quia semen erant Abrahæ. Quid ergo dñs ad hoc respõderit, subdit: Scio quia fi. Abra. es. q. d. Agnosco uos quia filij estis Abrahę carnis origine, nõ cordis fide. Et ideo subdit: Sed quę. me. int. Chry. Hoc enim addidit ut non dicant, peccatum non habemus. Dimittens enim omnem eorum uitã redarguere hoc quod pręmanibus erat, qđ adhuc agere uolebãt ducit in mediũ. Paulatim. n. eos a cognitione illa remouet: erudiẽs in hoc nõ magna sapere. Sicut. n. libertas

Marginal notes: Amen quare non est translatum. — Seruius peccati grauissima. — Allegorica expositio. — Moralis doctrina.

bertas & seruitus est ab operibus, ita & cognatio: sed ne dicerét hoc iuste agim⁹, subiungit cām, dicens; Quia ser. meus nó ca. in vo. Aug. Id est non capit in cor uestrum, quia non recipitur a corde vestro. Sic est.n. sermo Dei fidelibus, tanquā pisci hamus. tunc capit qñ capit, nec fit iniuria illis qui capiunt, ad salutē quippè non ad pernitiē capiuntur. Chry. Et nō dixit: Nō capitis meū sermonē, sed non capit meus sermo in uobis, altitudinē suorū dogmatum oñdens. sed possent dicere, Quid si a teipso loqueris, pp hoc inducit subdens; Ego qđ vidi &c. Non.n. solum eandē substantiā, sed eandem ueritatē habeo patri. Aug. Dñs aūt patrem suū Deum vult intelligi. q.d. Veritatem vidi, veritatem loquor, quia ueritas sum. Si ergo dñs veritatem loquitur quam vidit apud patrem, se vidit, se loquitur, q̄a ipse est veritas pr̄is. Orig. Manifestat aūt hæc auctoritas Saluatorem fuisse uisorē eorum q̄ sunt apud patrem, cum tñ homines quibus reuelatio fit uisores, non sint. Theo. Cū vero audis, Quod uidi loquor, nequaquā corporalem uisionē intelligas, sed naturalem notitiam verā & approbatam. Sicut.n. oculi uidentes, integrè aliquid, & uerè prospiciunt nec fallūtur; sic ego veraciter ea loquor q̄ cognoui a patre meo. Sequitur. Et uos qđ uidistis &c Orig. Adhuc non nominat patrē ipsorū, paulo superius Abraham, cōmemorauit, sed dicturus est alterum patrem eorum. s. diabolum, cuius filij erant inquantū mali erant, non in quātum hoīes erāt: malum ergo qđ faciunt, dñs eis obiurgat & corripit. Chr. Alia litera habet, & uos q̄ vidistis apud patrem uestrum facite. q.d. Sicut ego uerbis & ueritate ostendo patrem, ita & vos a rebus ostendit Abrahā. Orig. Item alia litera habet: Et uos quæ audistis a patre facite. Audierant.n. a patre ea quę in lege & prophetis scripta sunt. Qui aūt hoc verbo contra eos qui alteri⁹ opinionis sunt, fuerit usus, ostendit ꝙ non alius Deus est qui legem dedit, & prophetas, & Christi pater. Quæramus ēt ab inferentibus duas naturas dicentes, a patre quidem audiuisse alienos inconueniens est. Si aūt proprij Saluatoris erant & beatæ naturę, qualiter quærebāt

Visio spiritualis notat.

illum occidere, & Saluatoris sermonem non capiebant. Illi aūt longè molestius acceperunt q̄ protulerit dñs, quis eorum esset pater. nam eum qui multarū gentium pater est, fatentur sui fore patrē: vnde sequitur, Rñderunt & di. Pa. no. Abra. est. Aug. q.d. Quid tu dicturus es cōtra Abraham? Videbātur.n. eum prouocare vt aliquid mali diceret de Abrahā, & esset ei occasio faciendi quod cogitabant. Orige. Sed & hoc ipsum Saluator interimit tanquam falso dictum, vnde subdit: Dicit eis Iesus, si filij Abrahæ &c. Aug. Et tñ superius ait, Scio quia filij Abrahæ estis. Vnde nunc non negauit eorū originem, sed facta cōdemnat, caro eorū ex illo erat, sed uita non erat. Orig. Vel dicendum qđ supra in græco habet, Scio ꝙ semē Abrahæ estis, vt ergo hęc pateāt, videamus primo corporalis seminis & filij dr̄iam. Manifestum est.n. ꝙ semen in seipso hēt rationes eius, cuius est semen, adhuc manentes & pausantes; filius vero trāsmutato semine, & agente in appositā sibi materiam a muliere p superinducta nutrimenta similitudinem accipit generantis. Et quantum ad corporalia, si aliquis est filius alicuius, subsistit, ex semine, si vero aliqđ est semē, nō omnino filius efficitur. Qm̄ autē ex operibus iudicantur aliqui semen Abrahæ, videndum est ne fortè ex aliquibus seminalibus rōnibus infusis quibusdā animabus oporteat imaginari eos qui semē sunt Abrahę. Nō oēs igit hoīes semē sunt Abrahæ, neq;.n. oēs habent hmōi rationes conditas in earum animabus. Oportet igitur eum qui Abrahā semen est, eius fieri per similitudinē & filium: Possibile verò est ex negligētia & ocio destruere hoc quod est eius semen. hi aūt ad quos sermo erat, adhuc in spe erant, unde scrībat Iesus ꝙ adhuc semen erant Abrahæ, & nondum peremerant possibilitatē fiendi filij Abrahæ, propter ꝙ eis dicit, Si fi. Abra. estis, opera Abra. facite. Si autem super hoc ꝙ erant semen Abra. ad augmētum magnitudinis adoleuissent, verbum Iesu caperent. Sed q̄a non accesserant ad hoc quòd essent filij, verbū non capiunt, sed interficere uolunt verbum, & quasi cōstringere, nō capientes magnitudinem eius. Sic igitur

Expositio subtilis.

tur aliquis uestrum semen est Abra. & ad huc verbum Dei non capit, non q̃rat inter ficere verbum, sed trāsmutaret se ad hoc qđ sit filius Abrahæ, & tunc poterit cape re filium Dei. Quidā aūt unum ex operibus eligunt Abra. illud, s. credidit Abrahā Deo & reputatum est illi ad iustitiam. vt aūt concedatur eis quòd fides sit opus, cur nō dictū est singulariter; Opus Abra. facite, sed pluraliter; puto.n. quòd hoc dictum æquipollet ei qđ est, Cuncta opera Abra. facite, vt tñ ex historia Abra. allegoricè sumpta, opera eius spūaliter ꝓsequamur. Neq; n. oportet eum qui vult esse filius Abra. adire ancillarū cōiugia, nec post obitū coniugis in senectute aliā ducere coniugem. sequit; Nunc auté quæritis me &c. Chr. Hanc. s. veritaté ꝙ est p̃ri æqualis; pp hoc. n. Iudęi quærebant eū interficere, & ut ostendat ꝙ hoc non est cōtrarium patri, subdit; Quā audiui a Deo. Alcui. Quia ipse qui est ueritas, a Deo patre genitus erat. audire. n. nihil aliud est, quàm esse a patre. Orig. Occidere me (inquit) hoīem. Interim non dico filiū Dei, non dico verbū, quia non morit̄ verbum, hoc dico qđ uidetis, quia quod uidetis potestis occidere, & qué non videtis offendere. Sequitur; Hoc Abra non fecit. Alcui. q. d. In hoc probatis uos non esse filios Abrahæ, quia facitis opera contraria operibus Abrahæ. Orig. Sed diceret ad hoc quidam, q̃m superfluè dictum est hoc quod non fecerit Abraham, quod suis temporibus non cōtigebat fieri. Non. n. in suis diebus natus erat Xp̃s, sed dicendum ꝙ in tēporibus Abrahę natus fuerat hō, qui quā audierat a dño ueritatem dicebat, non tñ quæsitus est ab Abraham, ut eum occideret. Et scias ꝙ spiritualis aduentus Iesu, nullo tp̃e defuit sanctis. Ex hoc igitur cōprehendo, oēm hominem qui post regenerationem & cæteras apud se factas diuinitus gratias peccat, denuò crucifigit Dei filium proprijs reatibus in quos reddit, sed hoc Abrahā non fecit. Sequitur; Vos facitis &c. Aug. Adhuc non dicit quis est iste pater eorum. Chry. Dicit autem hoc dñs uolens eis auferre superfluā gloriam de cognatione, & suadere eis, ut nō ultra spem salutis habeant in cognatione natu

Tropologica expositio.

Aduentus Christi ad sāctos.

rali; sed in ea quæ est secundum adoptionem; hoc enim eos prohibebat uenire ad Christum, quia æstimabant cognationem Abrahæ sibi sufficere ad salutem.

Dixerunt itaq; eis, Nos ex fornicatione nō sumus nati. Vnū patrem hēmus Deū. Dixit ergo eis Iesus. Si Deus, p̃r vester eēt, diligeretis vtiq; me. Ego. n. ex Deo ꝓcessi et veni, Neq; n. à meipso ueni, sed ille me misit. Quare loquelā meā nō cognoscitis? qa nō potestis audire sermonē meū.

Aug. Cęperunt Iudæi utrunq; cognoscere, quia nō de carnis g̃natione loqueretur dñs, sed de uitæ institutione. Cōsuetudo aūt scripturarum est fornicationē spiritualiter appellare, cū dijs multis & falsis aīa tanquā prostituta subijcitur; vnde dr̃, Dixe. ei; Nos ex fornicatione non su. nati. Vnū &c. The. Quasi rñderēt ꝙ Dei quęrerent ultionē, & ideo aduersus eum cōsiliarentur Orig. Vel aliter; Quia redarguti sunt non esse filij Abrahæ, atrocius rñdent, latenter designantes ex adulterio productum fore Saluatorē, sed magis mihi videtur ꝙ contrixando responderunt. Cum. n. prius dixerāt, Pater noster Abraham est, & audiuissent. Si filij Abra. estis ope. Abrahæ facite, fatentur se hr̃e maiorem patrem quàm Abraham, s. Deum, & non ex fornicatione sumpsisse exordium. Non. n. ex spōsa, sed ex meretrice seu materia dæmon qui nihil fecit ex se producit eos qui carnalibus usi inhærent materiæ Chry. Sed quid dicitis? vos patrem habetis Deum, & Christum incusatis hęc dicentem? Et nimirum ex fornicatione multi eorum nati erant, etenim illicitas commixtiones faciebant, non tamen hoc redarguit sed instat, ut ostendat ꝙ non sunt ex Deo. vnde sequitur; Dixit er. eis Iesus. Si Deus p̃r ue. es. dili. me vtique. Ego &c. Hyla. 7. de Trin. Religiosi nominis assumptionem Dei filius in his qui se Dei filios confitentes patrem sibi Deum dicerent, non improbauit, sed temerariam Iudæorum vsurpationem patrē sibi Deum præsumentium, per id quòd se non diligerēt obiurgat, non utique dici potest idipsum esse ex Deo exire, quod venisse. Sed cum ab his qui sibi Deum patrem dicerent, iccirco se diligendum ait, quia ex Deo exisset, causam dilectionis ex causa do-

Fornicatio spiritualis.

Iudæi nati ex fornicatione.

cuit

fuit esse nascẽdi. exisse.n. ad incorporalis natiuitatis retulit nomẽ, q̃a religio profitenti sibi patrem Deũ ex dilectione Christi, ꝙ ex eo genitus sit merenda est. Nec .n. in Deum patrem sit religiosus, qui nõ diligit filium, cum diligendi filij non alia causa sit, quàm ꝙ ex Deo sit. Ex Deo igit̃ filius est, nõ aduẽtu, sed natiuitate. dilectio autem in patrem hinc erit omnis, si filius ex eo esse credatur. Aug. Sic ergo qđ de Deo processit verbũ ęterna processio est, ab illo.n. processit vsque verbũ patris, & uenit ad nos, quia uerbũ caro factum est. Aduẽtus eius, humanitas eius, mãsio eius, diuinitas eius. dicitis Deũ patrem, cognoscite me vel fratrem. Hila. Nõ esse ãt à sibi originem docuit cum subdit, Neq; .n. à meipso &c. Orige. Hoc arbitror dici propter quosdam per se venientes & non missos à patre, de quib⁹ in Hieremia dicitur: Non mittebam eos, & ipsi curabant. Quoniam ãt qui duas naturas ingerunt, vtuntur hoc verbo obijciẽdum est cõtra illos. Paulus.n. odiebat Iesum cum persequeretur ecclesiã Dei, vnde dominus ad eum, Quare me persequeris? Si ergo uerũ est quod hic dicitur; Si Deus pater uester esset diligeretis, nequaquã Deus pater vester esset. Paulus ãt aliquo tẽpore non diligebat Iesum, fuit ergo tẽpus quo De⁹ pater Pauli nõ extitit. Nõ igit̃ natura Paulus Dei filius fuit, sed postmodũ Dei filius factus est, qñ verò Deus alicuius fit pater, nisi qñ mãdata eius custodit? Chrys. Quia verò semp quęrebãt dicẽtes, Quid est hoc qđ dicit: Quo ego uado uos non potestis venire? propterea subdit, Quare lo. meã nõ cognoscitis? q̃a nõ po. aud. sermo. meũ. Aug. Ideo ãt audire nõ poterãt, q̃a corrigi credẽdo nolebãt. Chry. Primo igitur captanda est virtus quæ verbũ diuinum exaudiat, vt deinceps validi sistamus ad percipiẽdam totam locutionẽ Iesu; quoniã quandiu quis curatus nõ est in auditu proprio, à verbo quod dicit surdo aperiaris, auditu percipere nequit.

Anti-christi notantur

Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio et in ueritate nõ stetit q̃a ueritas nõ est in eo. Cũ loquit̃ mẽdaciũ ex proprijs loquitur quia mẽdax est, et pater eius. Ego ãt si ueritatẽ dico, non creditis mihi: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis.

Chry. Excludit Iudęos dominus à cognatione Abraham; & quia maiora ausi sunt, vt. s. patrem suum Deũ dicerent, de reliquo percutit eos, dicens: Vos ex patre diab. estis. Aug. Hic iam cauenda est hęresis Manichęorum, quę dicit esse quãdam naturam mali, & gentem quandam tenebrarum cum principibus suis, unde diabolus originem ducit: & hic dicũt ducere originem carnem nostram, & secundũ hoc putãt dictum à domino, Vos ex patre diabolo estis, ꝙ esset illi uelut natura mali ducẽtes originẽ de gente contraria tenebrarum. Orig. In hoc ãt simile uidẽtur incurrisse ei qui diceret alterã esse oculi uidentis substãtiã, & alterã caligantis vel se auertentis; quemadmodum.n. in his non differt substantiam, sed quędam cõtingit causa quæ facit caligare: sic substantia eadem est, siue recipiat rationem siue non. Aug. Iudęi ergo filij erant diaboli imitando, non nascendo: vnde sequitur; Et desideria patris &c. Ecce unde filij estis scilicet talia desiderãtis; nõ q̃a de illo nati estis. Quæretis.n. me occi. ho. qui ueritatẽ vobis dico; & ille inuidit hoĩ & occidit, vñ sequit̃: Ille homici. erat ab initio. Vtique primo hoĩe & in quo potuit fieri homicidium, nõ.n. posset occidi homo nisi prius fieret homo. Nõ ferro occinctus diabolus ad hominẽ uenit, verbũ malũ seminauit & occidit, Noli ergo putare nõ esse homicidã qñ fratri tuo mala ꝑsuades. Vos ãt ideo sæuitis in carne, quia nõ potestis in mente. Ori. Perpẽde aũt quòd non propter aliquem singulariter tantum, sed pro toto genere quod peremit, inquantũ in Adam cuncti moriũtur; & verè dictus est ab initio homicida. Chry. Et nõ dixit, Opera, sed desideria eius facitis; ostendẽs quoniam uehementer & ille & ipsi ab occasionibus possidẽtur, & quia cõtinuè eũ accusabãt ꝙ nõ est à Deo, insinuat occultè ꝙ hoc etiam eis ex diabolo est. vnde sequitur: Et in ueritate non stetit. Aug. 11. de ci. Dei. Fortè autem aliquis dicet ꝙ ab initio suæ ostensionis in veritate non ste-

Diabolus homicida dicitur.

 terit

terit, & ideo nūquam beatus cum sanctis angelis fuerit, suo recusans esse subditus creatori, ac per hoc falsus & fallax: q̄a pia subiectione noluit tenere qđ naturę est, affectans per superbā elationem simulare quod non est. Huic sententię quisquis acquiescit, non cum Manichęis sapit, vt suā quandam propriam tanquam ex aduerso quodā principio diabolus habeat naturā mali qui tanta vanitate desipiunt, vt non attēdant dixisse dñm, A veritate, alienus fuit: sed, in ueritate nō stetit, vbi à veritate lapsum intelligi voluit. Illud etiā quod ait Ioānes, Ab initio diabolus peccat: hoc intelligūt, si naturale est nullo modo esse peccatum. Sed quid respōdetur propheticis testimonijs, siue quod ait Esaias sub figurata persona principis Babylonię, diabolū notās. Q̄uo occidit Lucifer qui mane oriebatur? siue quod Ezechiel: In delicijs paradisi Dei fuisti, quę si aliter cōnuenientius intelligi nequeunt, oportet quod dictum est, In veritate non stetit, sic accipiamus, ꝙ in veritate fuerit, sed non permāserit, & illud ꝙ ab initio diabolus peccat, non ab initio ex quo creatus est peccare putādus est, sed ab initio peccati: cępit .n. in ipso peccatū, & ipse initiū peccati fuit. Ori. Et āt vniforme quidē, in veritate morari: variū aūt ac multiforme, non morari in ea: quibusdā (vt ita dicā) tremētibus gressibus & nitentibus sistere in ea; nō tñ obtinere valentibus. Quibusdā verò nō passis illud, sed in periculo cōsistentibus, secūdū illud, Mihi āt paulisper cōmoti sunt pedes; & cęteris ab ea cadētibus. Causa igit̄ cur diabolus veritatē nō colat, subditur: Quia veritas nō est in eo, s. ꝙ vana suspicatur, & seductus est ipse à seipso; in hoc deterior, ꝙ illi quidē ab eo falluntur, is āt sibijpsi deceptionis auctor existit. Sed oportet inuestigare q̄uo dicit̄ ꝙ veritas in ipso nō est: verū q̄a nullā vnquam veram habet doctrinam, sed cūcta quę opinatur falsa sunt, uel quia Christi particeps non est, qui dixit: Ego sum ueritas, impossibile autem est aliquā rationalem substantiam de cunctis opinari falso, & de nullo uel exiliter rectitudinem conspicere. Diabolus igitur saltem id uerè capit dogma, considerando de se ꝙ rationalis est. Non igitur eius natura consistit ex cōtrario veritatis. i. ex errore & ignauia:. nūquam .n. ueritatem cognoscere posset. Aug. 11. de ci. Dei. Vel cū dicit: Quia ueritas in eo nō est: subiecit iudicium, quasi quęsissemus, vnde ostēdatur ꝙ in ueritate non steterit: ait, quia ueritas non est in eo. Esset aūt in eo, si ipsa stetisset. Seqtur: Cum loquitur mendaciū, &c. Aug. In his verbis quidā diabolum putauerunt patrē habere, & quęsierunt quis esset diaboli pater; hic est error Manichæorum. Diabolū autem dñs dixit patrem mendacij: nō .n. omnis qui mentitur, pater mendacij sui est. Si .n. ab alio mēdacium accepisti & dixisti, tu quidē mentitus es, sed pater mendacij non es. Ille uerò quia nō aliunde accepit mendacium, quo mendacio tanquā veneno serpens hominē occideret: pater est mēdacij, sicut Deus pater est veritatis. The. His .n. & Deum apud homines criminatus est, ad Euam dicēs: Quoniā inuidens uobis lignum inhibuit, & apud Deū quondam criminatus est homines, ut cū dixit. Au gratis colit Iob dñm? Orig. Attende tñ ꝙ hoc nomē mendax, dicitur tā de diabolo qui mēdaciū genuit: sicut hic dicitur, Qui mendax est, q̄ de hoīe secūdū illud psalmi, Oīs homo mēdax. Nā si quis mendax nō est, huiusmodi nō est homo tantū; ita ꝙ ei & similibus dici pōt, Ego dixi dij estis. vnde cum aliquis loquitur mendacium, de proprijs loquitur. Spiritus autem sanctus loquitur à uerbo veritatis & sapientiæ secundum illud, De meo accipiet annūciabit vobis. Aug. de q. euā. Vel aliter Diabolus nō speciale nomē, est sed cōe. In quocunq; .n. opera diaboli fuerint inuēta, diabolū est appellandus; operis .n. nomē est, nō naturæ. Itaque in hoc loco patrē Iudæorū Cain significat, cuius imitatores volentes esse Iudæi, Saluatorē peremerūt; ab ipso .n. forma data est fratricidij, quē dixit mendaciū de ꝓprijs loq, ut ostēderet vnūquéq; non nisi ꝓpria volūtate peccare, sed q̄a Cain imitator diaboli est patrē eius diabolū dixit, cuius opera secutus est. Alcui. Sed q̄a dñs veritas est, & filius ueracis Dei ueritatem dicit, sed Iudęi qui filij erant diaboli, auersi erant à veritate. Et hoc est quod sequitur.

Manichęorū cōfutatio.

Quęstio subtilis.

Calumnia diaboli.

quitur. Ego āt quia veritatem &c. Orige. Sed quō hoc dr̄ Iudęis, qui in eū crediderant, sed cōsidera ꝙ pōt aliquis secūdum aliquam intētionem credere, secūdm aliam verò nō credere: sicut qui credūt in eum qui sub Pontio Pilato crucifixus est, nō āt credunt in natum de Maria virgine in eūdē credunt, & nō credūt. Sic igit̄ ad quos loquebat̄ credebant, in eū, secūdm ꝙ videbatur signorum factor, non credebant āt his, quę profunde ab eo dicebantur. Chr. Quia igitur inimici estis veritatis, in nullo me incusantes uultis me interficere, & ideo subdit, Quis ex vo. arguet me de peccato? The. q. d. Si Dei filij estis, vtiq; peccantes dētis habere odio. Si ergo me quoque, quē exosum habetis, non potestis arguere de peccato, manifestū est ꝙ pp veritatē me odio habetis, qm̄. s. dicebat se filiū Dei. Ori. Habet āt hoc uerbum Christi magnam fiduciā, cum nullus hominū fiducialiter hoc dicere potuerit, nisi solus dñs nostrū qui peccatum non fecit. Greg. in ho. Pensate āt mansuetudinē Dei. Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorē nō esse, qui ex virtutis diuinitatis poterat peccatores iustificare: vnde subdit, Qui est ex Deo, verba Dei au. &c. Augu. Noli attendere naturā, sed vitium. Sunt isti ex Deo, & nō sunt ex Deo: natura ex Deo, uitio non ex Deo. Eis āt hoc dictum est qui non solum peccato vitiosi erāt (nā hoc cōe erat omnib) sed ēt præcogniti ꝙ non erant credituri ea fide qua possent a peccatorum obligatione liberari. Greg. in ho. Interroget se ergo vnusquisq; si verba Dei aure cordis ꝑcipit, & intelligeret, vñ sit. Nam sunt nonnulli qui pręcepta Dei, nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nōnulli qui hęc quidem corporis aure ꝑcipiunt, sed nullo ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli qui libenter verba Dei suscipiunt, ita vt ēt in fletibus compungantur, sed post lachrymarū tempus ad iniquitatem redeunt: hi profecto verba Dei nō audiunt, quia hęc exercere in opere contemnunt.

Verbū Dei filio proprium.

Responderunt ergo Iudæi, & dixerūt ei. Nōne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, et dæmonium habes? Respōdit Iesus & dixit: Ego dæmonium non habeo sed honorifico patrē meū, & vos inhonorastis me. Ego āt non quæro gloriam meam: Est qui quærat & iudicet. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.

Chr. Cum aliquid altum dñs diceret, hoc apud Iudæos, qui ualde insensibiles erāt, insania videbatur, ut ex eorū respon sione colligitur. Dr̄. n. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, &c. Orig. Sed dignū est quęrere quō cum Samaritani secula futura denegent, nec animę durabilitatē acceptēt, ausi sunt Samaritanum dicere Saluatorē, q de resurrectione & iudicio tot, & tanta edocuit? Sed forsan velut improperantes illi hoc dicunt, dum quæ sentiūt ipsi non docet. Alcui. Samaritani. n. gens odiosa Israelitico populo, decem tribub. in captiuitatē ductis, terram eorum possidebant. Orig. Cōuenit quoq; ꝙ aliqui de eo arbitrentur ꝙ secundum Samaritanos sentiret, ut nihil post obitum reseruet hominibus, sed fictè ad placendū Iudæis de resurrectione & æterna vita tractaret. Dęmonium verò illum habere dicebant, pp eius sermones transcendentes capacitatē humanam, quibus Deum patrem suū asserebat, & se de cœlo descendisse, & cętera huiusmodi, vel pp suspicionem eorum, quia plures in Belzebub principem dęmoniorum opinabātur ipsum eijcere dæmones. The. Vel Samaritanum dicebant illū tanquam ritus hebraicos dissoluentē sabbati. Samaritani n. non perfectè iudaizabant. Ex hoc verò & eorum cogitationes reuelabat, dæmonum ipsum habere suspicabantur: qñ verò eum Samaritanum dixerunt, nusquam euāgelista dixit: ex quo palam est ꝙ multa prætermiserunt euangelistæ. Grego. in ho. Ecce iniuriam suspiciens Deus, non contumeliosa verba respondet. Sequitur enim: Respondit Iesus, & dixit: Ego dęmo. &c. Ex qua re q̄d nobis innuitur, nisi ut eo tpe cū a proximis, ex falsitate contumelias accipimus, eorū ēt vera taceamus mala, ne ministeriū iustæ correctionis in arma uertatur furoris. Chr. Et attēdendū ꝙ ubi eos docere oportebat, & eorū superbiā subtrahere, asper erat; vbi verò exprobatum eum oportebat sufferre, multa mansuetudine vtebatur erudiēs nos, quę quidem ad Deū vindica-

Iudæorū mens puersa.

Christ⁹ quare Samaritanus dicitur.

dicare, quę verò ad nos despicere. Augu. Et ut homo prius eius imitetur patiẽtiã, vt perueniat ad potentiam. Sed quamuis maledictus maledicta non redderet, pertinuit tñ ad eum negare. Duo ãt sibi fuerãt obiecta: Samaritanus es, & dæmoniũ habes. Non dixit, Non sum Samaritanus: Samaritanus.n. interpretatur custos, nouerat ãt ille se nostrum esse custodem. nõ.n. pertinuit ad eum, vt redimeremur, & nõ pertinet ut seruemur. Deniq; ipse est Samaritanus qui accessit ad saucium, & misericordiam impendit. Ori. Aliter quoq; dñs magis quàm Paulus omnibus omnia fieri uoluit, ut oẽs nancisceretur; & ideo se non negauit esse Samaritanum. Aestimo ãt solius Iesu fore vocem; Ego dæmoniũ non habeo &c. sicut illud. Venit princeps mundi huius, & in me no hẽt quicquam; quia ẽt quæ delictorum reputata sunt minima, dęmonibus adaptantur. Aug. Dein de post tale conuitium hoc solũ dixit de gloria sua Sed ho. pa. meũ. q. d. Ne vobis arrogãs videar, habeo quẽ honorificem. Theo. Honorificauit autem patrem vlciscens eum, & non tolerans homicidas, & mendaces, se Dei ueraces filios appellari. Orig. Solus ãt Christus verissime veneratus est patrẽ, nullus.n. honorans quicquã ex his quę nõ honorantur a Deo honorat Deum. Gre. in ho. Sed quia quisquis Dei zelo vtitur, a prauis hominibus dehonestatur, in semetipso nobis dominus patiẽtiæ præbuit exẽplũ, qui ait; Et uos in ho. Aug. q. d. Ego facio quod debeo. vos non facitis quod debetis. Orig. Non ãt illis solum hoc dictũ est, sed & oibus iniustè agẽtibus, qui iniuriam inferunt Christo ꝙ est iustitia, & inferentibus contumeliam sapientiæ, eo ꝙ Christus est sapientia, & similiter de alijs huiusmodi. Gre. Sed quid nobis contra iniurias faciendũ sit, suo exẽplo nos admonet cum subiungit; Ego au. glo. & c. Chr. q. d. Et honore quem ad patrẽ habeo hæc locutus sum uobis, & ꝑ hoc dehonoratis me, sed nulla est mihi cura huius contumeliæ; illi.n noxas debetis ꝑ quem hęc audio. Orig. Quęrit autem Deus gloriã Christi in quolibet suscipientium illum, q̃ quidem reperiret in operãtibus secũdum insitas uirtutis caulas. Cũ

Exẽplũ Christi proponitur.

autem nõ repererit, ponit illos in quibus non reperit gloriã filij sui. unde dicit. Et qui quærat & iudicet. Aug. Quem autem uult intelligi nisi patrem? Quõ ergo alio loco dicit, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudiciũ dedit filio? Sed uidete ꝙ iudicium quãdoq; pro damnatione accipitur, hic aũt secũdum discretionem positum est. q. d. Est pater qui gloriam meã a uestra discernat; uos.n. secundum hoc seculum gloriamini, ego non sum hoc seculum. Discernit ẽt gloriam filij sui a gloria omnium hominum; non.n. quia homo factus est, iam comparã dus est nobis, nos homines cũ peccato, ille sine peccato, & hoc secundum ipsam formam serui: nã illud quis dignè loquat, In principio erat verbum? Aug. Vel aliter: Si uerè dictum est a Saluatore; Omnia mea tua sunt, palã est, quoniam & ipsum iudicium filij patris est. Grego. Cùm uerò malorum peruersitas crescit non solũ frangi prędicatio non debet, sed etiã augeri; unde dominus post quam dæmoniũ habere dictus est, prædicationis suæ beneficia largius impẽdit, dicẽs; Amen amẽ dico uobis, si quis sermonem meũ seruauerit &c. Aug. Videbit dictum est pro eo quod est, experietur. Cũ ergo morituris moriturus loqueretur, quid sibi uult quod ait, Qui sermonem meum serua. &c. Nisi quia uidebat aliam mortẽ de qua nos liberare uenerat, mortẽ æternam, mortem damnationis cum diabolo & angelis eius; ipsa est uera mors, nã ista migratio est. Orig. Sic intelligendum est; Si quis sermonem meum ser. mor. nõ ui. in æternum. Ac si diceret; Si quis lucem meam custodierit, tenebras non uidebit. Quòd autem dicit in ęternum, communiter est sumendum, ut sit talis intellectus, Si quis sermonẽ meum seruauerit, in ęternum, mortem non uidebit in æternum quia eo usque nõ uidet aliquis mortem, quousq; Iesu uerbum custodit. Cum uerò quis torpens in obseruantia sermonis, & circa sui custodiam negligens factus, eum cessat custodire, subinde mortem uidet, non apud alium quàm apud se ipsum. Sic igitur a Saluatore instructi prophetę quærenti, Quis est homo qui uiuet & non uidebit mortẽ? respondere possumus

Quæstio pulchrę

mus

mus. Qui custodit uerbum Christi. Chry. Seruauerit autem dicit nō solum fide, sed etiam per uitam puram. Simul āt & occulte insinuat, quoniam nihil possunt ei facere. Si.n. qui sermonem eius seruabit non morietur in æternum, multo magis & ipse potest nòn mori.

Dixerunt ergo Iudæi. Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est & prophetæ, & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abrahaā qui mortuus est? Et prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est? pater meus qui glorificat me, quē uos dicitis, q Deus uester est, & nō cognouistis, eū, ego autem noui eum. Et si dixero, quia nō scio eum, ero similis uobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, uidit & gauisus est.

Greg. in ho. Sicut bonis necesse est, ut meliores etiam per contumelias existant, ita semper reprobi de beneficio peiores fiunt nam accepta pdicatione iterū Iudæi blasphemant: dr̄.n. Dixerunt er. Iu. Nunc cogno. quia dæmo. ha. Orige. Hi qui sacris scripturis credunt, comprehenderunt q quæ præter rectam rationem ab hominibus exercentur, non præter dęmones fiunt. Sic igitur Iudæi uirtute dæmonis putabant Iesum dixisse. Si quis sermonē meum seruauerit &c. Hoc autē passi sunt, quia Dei uirtutem non perspexerunt: nā hic de morte quadam inimica rationi, qua pereūt delinquentes hoc fassus est. Hi uero de cōi morte coniectantes esse quod dr̄, increpāt dicentem quasi defuncto Abraham & prophetis unde subdit Abraham mortuus est, & prophetæ, & ut dicit Si quis sermonem meum &c. Cum aliqua differentia sit inter mortem gustare & uidere, pro eo q morte non uidebit, mortem non gustabit protulerūt, uelut incauti auditores, confundentes dominicum sermonem. Sicut.n. dominus inquantum panis uiuus est, uisibilis est, in eo uerò q est sapientia, est uisibilis pulchritudinis. Sic etiam aduersaria eius mors & gustabilis est, & uisibilis. Cum ergo quis steterit per Iesum in intellectuali loco mortem non gustabit, si statum seruasecundum illud: Sunt de hic stantibus qui non gustabūt mortem. cum autem aliquis

Opinio friuola, Iudæorum.

sermonem Christi acceperit & custodierit, mortem non uidebit. Chry. Rursus aūt ex inani gloria ad cognationem confugiūt unde sequitur, Nunquid tu maiores patre nostro Abraham, qui mortuus est? Poterant etiā dicere, nūquid tu maiores Deo, cuius sermonem qui audierunt mortui sunt? sed non dicunt hoc, quia etiam quā Abraham minorem eum æstimabant Ori. Non. discernunt, quia non solum Abraham, sed etiam quolibet nato ex muliere: qui natus ex uirgine maior est, nec uerum dicebant Iudæi Abraham mortuus est: audiuit enim uerbum Christi, atque seruauit, & huiusmodi simile dicens de prophetis, de quibus subdunt; Et prophe. mor. sunt; nam & uerbum filij Dei custodirent cum uerbum domini factum fuerit ad Oseæ, uel Esaiam, uel Hieremiam. quod si quis alius custodiuit, ipsi prophetæ custodierunt Mēdacium ergo dicunt & in hoc; Scimus quia dæmonium habes, & in hoc: Abraham mortuus est & prophe. Greg. in ho. Quia.n. æternæ morti inhæserant, & eandem mortem cui inhæserant non uidebant. cum solam mortem carnis aspiceret in ueritatis sermone caligabant: subdunt āt. Quem teip. facis? Theo. q. d. Iu. qui nulla cura dignus es carpentarij filius de Galilæa, tibi subripis gloriam Bed. Quem teipsum facis, hoc cuius meriti, cuiusue dignitatis uis credi? Abraham tamen mortuus erat corpore, anima aūt uiuebat. Maior autem est mors animæ in ęternum uicturæ, q̄ corporis quandoque morituri. Orig. Cęcutientium autem fuit hæc prolatio, quoniam non se fecit Iesus id quod est, sed ex patre recipit; unde sequit, Respondit Iesus: *Si ego glorifico &c.* Chryso. Hoc tantum ad eorum suspitionem dixit, sicut, & suprà, Testimonium meum nō est uerum, si testimoniū perhibeo de meipso. Beda. His autem uerbis nihil esse ostendit gloriam uitæ præsentis. Aug. Dixit autem hoc propter illud quod dixerant, Quē teipsum facis? refert enim gloriam suam ad patrem de quo est; unde subdit, Est pater meus qui glorificat me. De isto uerbo calumniātur Arriani fidei nostræ, & dicunt, Ecce maior est pater qui glorificat filium. Hæretici nō legistis & ipsum filium dicentem, q glorificet patrē suum? Alcui. Glorificauit

Mēdacium Iudæorum.

Caluminia Arrianorum. rificauit aūt pater filium, cum tempore baptismi, & in monte, & tépore passionis coram turbis uox facta est ad eum, & post passioné cum resuscitauit & collocauit eum ad dexteram suæ maiestatis. chry. Addit aūt: Qué uos dicitis, quia Deus uester est. Volebat.n. ostendere, quoniam non solum patrem eum nesciebant, sed neque Deum. Theo. Nam si uerè patrem cognoscerent, filium eius uenerarentur. Deum etiam contemnent, qui homicidium in lege prohibuit, aduersus Christum clamantes. unde subdit, Et nō cog. eum. Alcui. q.d. Vos carnaliter illum Deum uestrum uocatis, pro temporibus ei seruitis, & non cognouistis eum, sicut intelligendus est, spiritualiter ei seruire nescitis. Aug. Quidā hæretici dicunt Deum annunciatum in ueteri testamento, nō esse patrem christi, sed nescio quem principem malorum angelorum. cōtra ipsos ergo dicit patrē suum, quem illi dicebant Deum suū. Et non cognouerunt. Si.n. ipsum cognouissent, eius filium recepissent. De se auté subdit. Ego autem noui eum. Secundum carnem iudicantibus, potuit & hic arrogans uideri, sed arrogantia non ita caueatur, ut ueritas relinquatur: propter quod subdit. Et si dixero, quid non scio eum, ero similis uobis mēdax. Chry. q.d. Sicut uos dicentes scire eum, mentimini, ita ego si dixero, me nescire, sed maxima demonstratio est ꝙ ab illo sit missus, hoc quod sequitur. Sed scio eum. Theo. Naturaliter ipsius cognitionem obtinens, qualis.n. ergo sum, talis & pater: quoniam ego meipsum cognosco, & illū cognosco. Præbet aūt indicium ꝙ ipsum cognoscat, cum subdit: Et sermonem eius seruo. Sermonem mandata nūcupans. Quidam aūt sic intelligunt hoc quod dicitur. Sermoné eius seruo. i. rationem substantiæ eius. Eadem.n. est ratio substantiæ patris & filij: ideoq; patrem cognosco; nam & pro quoniam sumitur; ut sit sensus, Quoniam eius sermoné seruo. Aug. Sermonem ēt patris tanquā filius loquebatur, & ipse erat uerbum patris, quod hominibus loquebatur. chry. Et quia dixerant, Nūquid tu maior es patre nostro Abraham? nihil de morte exponens, se maioré Abrahā esse ostendit consequenter, cum subdit. Abrahā pater uester exul. ut ui. diem meum, uidit & gauisus est, s. propter beneficiū quod à mé habet, ut à maiore. Tho. q.d. Diem meum desiderabilem habuit & lætitiæ plenum nō quasi alicuius minimi aut fortuiti. Augu. Non timuit, sed exultauit, ut uideret, credens utiq; exultauit sperando, ut uideret intelligēdo diem meum. Incērtum auté potest esse utrum dixerit temporalem diem dñi, quo erat uenturus in carne, an diem dñi qui nescit ortū nescit occasum. Sed ego non dubito patrem Abraham totum scisse. Ait.a.n. seruo suo qué mittebat. Pone manum sub fœmore meo, & iura mihi per Deum cœli. Ergo quæ fuit illa iuratio, nisi quia significabatur de genere Abrahæ uēturum in carne Deū cœli? Greg. Tūc etiam diem domini Abraham uidit, cum in figura summæ Trinitatis tres angelos hospitio suscepit. Chry. Vel dié suum dicit diem crucis, quem Abraham in oblatione arietis & Isaac pręfigurauit, per hoc ostendens ꝙ non inuitus ad passionem ueni, & ostendens eos esse alienos ab Abraham, si in quibus ille exultauit hi dolent. Aug. Quale autem gaudium fuit cordis uidentis uerbum manes, splendorem pijs mentibus refulgentem, apud patrem manentem Deum, & aliquando in carne uenturum non de patris gremio recessurum.

Intellectus anagogicus.

Dies domini duplex.

Dixerunt ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? Dixit ergo eis Iesus. Amen amen dico uobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

Greg. Carnales mentes Iudæorum audientium uerba Christi oculos a carne nō subleuant, dum in eo solam carnis ætatem pensant, unde dicitur; Dixerunt er. Iu. ad eum. Quinquaginta annos &c. q.d. multa sunt annorum curricula ex quo Abraham mortuus est, & quomodo uidit diem tuum carnaliter.n. hoc intellexerunt. Theo. Tūc autem 33. amorem Christus erat, quare ergo non dixerunt. Quadra. annos nondū ha. sed quinquaginta? Superuacua est huiusmodi quæstio, simpliciter n. prout eis ocurrit dixerunt. Respondent tamen quidam ꝙ per quinquagesimum annum ex reuerentia iubileum nominat, in quo & captiuos manumittebat, & emptis possessionibus cedebant. Grego. Quos benigne

Quæstio curiosa.

redem-

redẽptor noster à carnis suæ intuitu submouet, & ad diuinitatis cõtemplationem trahit, unde sequitur. Dixit ergo eis Iesus. Amen amen di. vo. antequam &c. Ante. n. præteriti tẽporis est, sum vero præsentis, & quia præteritum & futurum tempus diuinitas non habet, sed semper esse habet, non ait. Ante Abrahã ego fui, sed ante Abraham ego sum; secundum illud, Ego sum qui sum. Ante ergo vel post Abraham habuit esse, qui & accedere potuit per exhibitionem præsentiæ, & recedere per cursũ vitæ. Aug. Quia vero creatura est Abraham, nõ dixit. Antequam Abraham esset, sed antequam fieret. neque hoc dixit, Ego factus sum; nam in principio erat uerbum. Greg. Sed sostinere ista æternitatis verba mentes infidelium nõ ualentes, quem intelligentes non poterant obruere quærebant. vnde sequitur, Tule. er. lap. vt ia. in eum. Aug. Tanta duritia quo curreret nisi ad similes, s. lapides? Quia uero postquam cuncta quę ad eũ spectabant docendo perfecerat, hi lapides inijciunt, deserit eos quasi correctionem nõ suspicientes, unde subditur. Iesus autẽ abscon. se, & exiuit de tẽplo. Non aũt abscondit se in angulo templi quasi timens, aut in domuncula fugiẽs, uel post murum, aut columnã diuertens, sed cœlica potestate inuisibilẽ insidiantibus se cõstituens, per medium illorum exiuit. Iesus aũt abscon. se, & exi. de templo. Greg. Qui si diuinitatis suę potentiã exercere voluisset, tacito nutu mentis in suis eos actibus ligaret, aut in pœnas subitæ mortis obrueret; sed qui pati venerat exercere iudicium nolebat. Aug. Magis. n. erat commendanda sapientia, q̃ exercenda potentia. Alcui. Ideo etiam fugit, quia nondũ uenerat hora passionis, & quia ipse non elegerat hoc genus mortis. Aug. Ergo tanquã homo a lapidibus fugit, sed uę illis a quorũ lapides cordibus Deus fugit. Beda. Mysticè autem quotquot malas cogitationes quis assumit, quasi tot lapides ĩ Iesum mittit; ac deinde quantum ad se pertinet si ad deliberationem transit, Iesum extinguit Greg. Quid autem abscondendo se dominus significat, nisi quod eis ipsa ueritas absconditur, qui eius uerba sequi contemnunt? eam quippe quã nõ inuenit humilem, ueritas fugit mẽtem. Quid autem

Iesus factus inuisibilis.

nobis hoc exemplo loquitur, nisi ut etiam cum resistere possumus, iram superbientiũ humiliter declinemus.

CAPVT IX.

ET præteriẽs Iesus, vidit hominem cæcum a natiuitate & interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus, Neq; hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quãdo nemo potest operari. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius cæci, & dixit ei. Vade, & laua in natatoria Siloe, quod interpretatur, missus. Abijt ergo & lauit, & venit videns.

Chry. Quia Iudæi sermonũ Christi altitudine non susceperat, exiens de templo curauit cœcum, sui absentia eorum fororẽ mitigans, & per operationem signi eorum duritiã molliens, & de his quę dicta sunt a se faciens fidem, unde dicitur: Et præteriens Iesus &c. Vbi cõsiderandum q̃ egrediẽs de templo studiose uenit ad opus sui manifestatiuum, ipse. n. uidit cœcum, non cœcus ad eũ accessit. Et ita studiose respexit, ut discipuli eius uidẽtes eum studiose aspicientem interrogarent. Sequitur. n. Et inter. eum disci. eius, Rabbi, quis &c. Aug. Rabbi magister est. Magistrum appellant, quia discere cupiebant, quęstionẽ quippe proposuerant domino tanquam magistro. Theo. Videtur tamen hæc questio peccare, neq; enim susceperant apostoli nugas Gentilium, quoniam anima in alio seculo uiuens peccauit; sed diligẽter intuenti nõ apparet simplex hæc quæstio. Chry. Venerunt. n. ad hanc interrogationẽ, quia prius supra paralyticum curãs dixit: Ecce sanus factus es, non ultra pecces. Illi igitur cogitantes, quia propter peccata fuerat ille paralysi resolutus, quærunt de isto. Si hic peccauit, quod non est dicere, à natiuitate enim cœcus est. Aut parentes eius. sed neque hoc, filius enim pro patre non sustinet pœnam. Sequitur. Respondit Ie. Neq; hic peccauit, neque parentes eius. Augu.

Pietas domini notatur.

Nũquid uel ipse sine originali peccato natus erat, uel uiuendo nihil addiderat? Habebant ergo peccatum & ipse & parentes eius, sed nõ ipso peccato actum est, ut cæcus nasceretur. Ipse aũt causam dicit quare cæcus sit natus, cum subdit. Sed ut manifestentur opera Dei in illo. Chry. Non autẽ ex hoc ostendit q alij cæci facti sunt propter peccata parentum. Neque.n. contingit vno peccante alium puniri. quod autem dicit, Vt manifestetur gloria Dei, de seipso dicit, non de patre. Illius.n. gloria iam manifesta erat, sed nunquid iste iniuste passus est? Sed ego eum beneficium accepisse dico per cæcitatem, per hanc.n. interioribus respexit oculis. Qui uerò ex nõ ente ad esse eum deduxit, potestatem habeat absq; iniuria, & ita eum dimittere. Dicunt autem quidam quoniam vt, hic non est causatiuum, sed significat euentũ; sicut & illud, Lex subintrauit, ut abundaret delictũ; sit & hoc consecutum est, ut dñs oculos clausos aperiens, & alia naturalis infirmitatis nocumenta corrigens, suam demonstrauit uirtutem. Greg. 1. mora. Alia itaque est percussio, qua peccator percutitur, ut sine retractatione puniant̃, alia qua peccator percutitur, ut corrigat̃, alia qua quisq; percutitur, non vt præterita corrigat, sed ne ventura cõmittat: alia per quã nec preterita culpa corrigitur, nec futura prohibetur. Sed dum inopinata salus percussionem sequitur, saluantis virtus cognita ardentius amatur. Chry. Et quia de seipso dixit, ut manifestetur gloria Dei, subiungit. Me oportet operari opera eius qui misit me.i. me oportet manifestare meipsum, & facere ea quæ manifestent me patri eadem facientem. Beda. cum.n. filius se operari opera patris asserit sua, & patris opera eadem esse monstrauit, quæ sunt infirma saluare, debilia roborare, homines illuminare. Aug. Per hoc autem q dicit. Qui misit me, uniuersam gloriam dat illi de quo est, quia ille habet filium qui de illo sit, ipse non habet de quo sit. Chry. Addit autẽ. Donec dies est.i. donec licet crẽdere hominibus in me, donec vita hæc cõsistit oportet me operari. Et hoc ostendit subdens: Venit nox qñ nemo potest operari. Nox dicta secundum illud. Proijcite eũ in tenebras exteriores. Ibi ergo erit nox, vbi nemo potest operari, sed recipere qđ operatus est. Cũ uiuis fac, si quid facturus es. Chry. Vltra.n. neq; fides est; neq; labores; neq; pœnitentia. Aug. Si autem modo operamur, hic est dies; hic est Christus, vnde subdidit. Quandiu sum in mundo, lux sum mũdi. Ecce ipse est dies. Dies iste qui circuitu solis impletur, paucas horas habet, Dies præsentiæ Christi usq; in cõsummationem seculi extẽdetur. Ipse. n. dixit, Ecce ego vobiscum sum, vsque in consummationem seculi. Chry. Quia uero sermonem quem dixerat, per opera credi fecit, subiungit euangel. Hæc cum dixisset expu. in ter. & fecit lu. ex spu. & li. lu. su. ocu. cæci. Qui autem maiores substantias de nihilo ad esse produxit, multo magis oculos sine materia fecisset. Sed voluit docere se ipsum esse creatorẽ qui in principio usus est luto ad homines formationẽ. Ideo autem nõ aqua vtitur ad lutum faciendum, sed sputo, ut nihil ascribatur fonti. sed id scias, quoniam virtus oris eius ocu os aperuit & plasphemauit, & deinde vt nõ videatur eis ex uirtute terrę esse curatio, iussit lauari, unde sequitur. Et dixit ei: Va. & la. in na. Si. quod interpretatur missus, vt discas quoniã nõ indigeo luto ad faciendo; oculos. Et quia in Siloe erat uirtus Christi quæ omnia operabatur, propter hoc & interpretationem nobis euangelista adiecit, dicens. Quod interpretatur missus, vt discat qm̃ & illic Christus eũ curauit. Sicut.n. apostolus dicit, q petra erat Christus, ita & Siloe spiritualis erat, cuius repentinus aquæ defluctus occulte insinuat nobis Christi manifestationem præter omnem spem. Sed quare nõ statim eum fecit lauari, sed ad Siloe misit? vt destruatur Iudeorum indeuotio. Cõueniens.n. erat omnes eum videre euntem, & lutũ super oculos habentem. Et etiam volens ostendere, quoniam nõ alienus est a lege & veteri testamento; mittit eum ad Siloe. Nõ autem erat timendum ne Siloe sumeret hãc gloriam, multi enim lauantes ibi oculos, nullo tali beneficio sunt potiti. Et iterum ut discas cæci fidem qui non contradixit, neque cogitauit apud seipsum. Lutum solet magis excæcare, multoties laui in Siloe, & in nullo sum adiutus: si quam uirtutem haberet, præsens vtique curasset.

sed

Sensus profundus.

Mysterium in sinuat.

sed simpliciter obediuit, uñ sequit: Abijt ergo & la.& ue. uidens. Sic igitur manifestauit suam gloriam: non. n. parua gloria est, ut æstimetur auctor creationis. Ea. n. quæ de maiori eæ fidês, quod minus est certificat, in uniuersa autem creatione honorabilior est homo. Eorum autem quæ in nobis sunt membrorum, honorabilior est oculus, hic.n.corpus gubernat. hic ornat uisum. Et quod sol est in orbe terrarũ, hoc est oculus in corpore, unde superiorẽ locum sortitur, sicut in quodam regali loco collocatus. Theo. Quidam tñ dicunt q lutum non fuit depositum, sed in oculos est conuersum. Beda Mysticè autem postquam expulsus est de cordibus Iudæorum, mox transiuit ad Gentilium populũ. Præterire autem eius uel iter facere, est de cælis in terram descendere. Itaque uidet cæcum, cum misericorditer respexit genus humanum. Aug. Genus ei humanũ est ille cæcus, hæc.n.cæcitas contigit in primo homines per peccatũ, de quo omnes originẽ duximus; cæcus est ergo à natiuitate. Spuit dñs in terram, de saliua lutum fecit, quia uerbum caro factum est, & inunxit oculos cæci. Inunctus erat & nondum uidebat, qñ .n. inũxit, forte eum cathecuminum fecit. Mittit illum ad piscinam quæ uocatur Siloe, quia baptizatus est in Christo. & tunc eum illuminauit. Pertinuit autem ad euãgelistam, ut commendaret nobis nomẽ huius piscinæ, & ait. Quod interpretatur missus, Nisi.n. ille fuisset missus, nemo nostrũ esset ab iniquitate dimissus. Gregor. 18. mo. Vel aliter. Per saliuam sapor intimæ contemplationis accipitur, quæ ad os a capite defluit, quia de claritate conditoris adhuc in hac uita nos positos gustu reuelationis tangit; unde dñs saliuam luto miscuit, & cæci nati oculo reparauit. quia superna gratia carnalem cogitationem nostram per admixitionem suæ cõtemplationis irradiat, & ab originali cæcitate hominem ad intellectum reformat.

Gloria Dei manifestata.

Gust⁹ fęlicitatis æternæ.

Itaque uicini & qui uiderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est. Alij autem, nequaquam, sed similis est ei. Ille uero dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei, Qũo aperti sunt tibi oculi? Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi; Vade ad natatoria Siloe. & laua. Et Abij, & laui, & uideo, Et dixerunt ei, Vbi est ille? Ait, nescio. Adducunt eum ad pharisęos qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisęi quomodo uidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & uideo. Dicebant ergo ex pharisęis quidam: Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Alij ãt dicebant; Quomodo potest peccator homo hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterũ: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, Quia propheta est.

Chr. Inopinabiliter facti miraculi incredulitatem inducebat, & ideo dr. Itaque uicini & qui u.eum prius quia mendi. erat dice. Nonne hic est qui sede. & mendicabat? Mirabilis Dei clementia quo descendebat? Eos qui mẽdicabant cum multa deuotionem curabant, & hinc Iudæorũ os obstruens quoniam non præclaros, non insignes, neq; principes, sed ignobiles sua dignos ducebant prouidentia; etenim in salute omnium uenerat. Sequit. Alij dicebant, quia hic est. Cæco.n. per lõgam uiam euntes diligentes inspectores facti ex inopinabilitate eius quod uiderant, non ultra poterant dicere: Non est hic. Sequitur: Alij ãt nequaquam, sed similis eius est. Augu. Aperti.n. oculi uultum mutauerant. Sequitur, Ille ãt di. quia ego sum, Vox gratiæ ne damnetur ingrata. Chry. Non. n. uerecundatus est de priori cæcitate, neq; formidauit furorẽ plebis, neque renuit ostendere seipsum, ut pdicet bene factorem. Sequitur; Dicebant ergo ei, quomodo aperti sunt oculi tui? Hunc modum neque nos scimus neq; ipse qui curatus est nouit, sed quod quidem factum est nouerat, modum autem comprehendere non poterat. unde sequitur. Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & liniuit oculos meos. Vide quomodo uerax est: non dixit, unde fecit. Quod enim non nouerat non dicit, neq; enim sciuit quoniam in terra expuit, quoniam autem superunxit, per sensum tactus didicit. Sequitur. Et dixit, Vade ad natato. Siloe & laua. Et hoc etiam ex auditu testatus est, recognouit enim eius uocem ex disputatione cum discipulis. Et quia ad unum se præparauerit, scilicet omnia sibi suaderi a iubenti, subiunxit Et abij & laui,

Clemẽtia Iesus miranda

Cęcus fit apostolic⁹

laui,& uidi. August. Ecce annunciator factus est gratiæ, ecce euangelizat & confitetur Iudæis. Cœcus ille confitebatur & cor impiorum stringebatur, quia nõ habebant in corde quod iam ille habebant in facie; unde sequitur. Et dixerunt, ubi est ille? chry. Dicebant ãt hoc, occasionẽ meditantes, iam.n. aduersus ipsum conspirauerant. Christus autem non aderat his qui curabãtur, nõ.n. quærebat gloriam, neque se ostẽtare. Recedebat ẽt semper curans Iesus, ut omnis suspitio tolleret̃ signorum. Qui. n. non cognoscebant eum, qualiter ob gratiam eius se curatos confiterentur? uñ sequitur: Ait, nescio. Aug. In his uerbis inunctꝰ similis erat, nondũ uidenti p̃dicat, & nescit quid prædicat. Beda. Vnde figuram tenet cathecuminorum, qui etsi credunt in Iesum, adhuc tamen eum quasi nesciunt, quia nondum loti existunt. Pharisæorum autem erat approbare opus uel improbare. Chry. Iudæi igitur q̃rentes. Vbi est ille? Volebant eum inuenire, ut eum ducerent ad eos. quia uero non habuerunt eum, ducunt cœcum; unde sequitur. Adducunt eũ ad pha. qui cœ. fue. ut.s. uehementius eum interrogarent. Propterea autem, & euangelista subdit; Erat au. sabbato &c. Vt.s. eorum malam mentem demonstraret & causam propter quam eum querebant, ut.s. occasionem contra eum inuenirent, & ut detraherent miraculo per æstimatam legis præuaricationem, quod etiam manifesta est ex his quæ sequuntur. Sequitur.n. Iterum ergo inter. eum &c. Vide autem qualiter non turbatur cœcus; nam qñ quidem turbis dicebat sine periculo interrogatus, non ita magnum erat ueritatem dicere.

Mirabile autem est nunc q̃ in ampliori periculo constitutus, neq; n. gat, neq; contraria dicit prioribus. Seq̃tur.n. Ille ãt dixit eis. Lutum posuit mihi super oculos meos & laui, & uideo. Hoc autem ad eos qui iam audierant succinctius loquitur. Non. n. dixit nomen dicentis, neque quoniam dixit mihi, Vade & laua, sed confestim, Lutum posuit &c. Et sic cõtrarium passi sunt eius quod uolebant. Duxerunt enim eum ut negaturum, sed ab eo certius didicerunt. Sequitur; Dicebant ergo ex pha. Augu. Non omnes, sed quidam. iam enim inungebantur quidam. Dicebant ergo, nec uidentes nec inuncti: Non est hic homo a Deo qui sabbatum non custodit. Ipse potius custodiebat qui sine peccato erat. Sabbatum.n. obseruare spiritualiter est non habere peccatum, & hoc admonet Deus, quando commendat sabbatum. Omne opus seruile non facietis. Quid sit: opus seruile a domino audite: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, sed isti sabbatum carnaliter obseruabant, spiritualiter uiolabant. Chryso. Malitiose autem quod factum est silentes, æstimatam p̃uaricationem in medium ferebant. Non.n. dicebãt, qm̃ sabbato curat, sed qm̃ sabbatum non seruat, Sequitur: Alij dicebant. Qũo põt homo peccator hęc signa facere? A signis.n. inducebantur, sed imbeciliter erant dispositi; congruum. n. erat ostendere qualiter sabbatum non soluitur, sed nondum hanc habebant mentẽ q̃ Deus esset, vt possent respondere qm̃ dominus sabbati hæc fecit. Nullus denique eorum audebat ea quæ uolebat manifeste dicere, sed in ambiguitate, hi quidem propter improbabilitatem, alij uero propter amorem principatus. Sequit̃; Et schisma erat inter eos. Hoc schisma primo incepit in populo, deinde in principibus. Aug. Dies.n. erat Christus, qui inter lucem & tenebras diuidit. Chry. Volentes, autem q dixerant, Homo peccator non potest talia signa facere, os aliorum obruere, eum qui suscepit uirtutis experientiam in medium ducunt, vt nõ uideantur ipsi aduocatione uti; unde sequitur, Dicunt ergo cœco iterum. Tu quid dicis de illo &c. Theo. Vide quomodo beniuole quærunt, non, n. dixerunt. Tu quid dicis de illo qui sabbatum non obseruat? sed miraculum commemorant. Quomodo aperuit tibi oculos, bene ipsum sanatum concitantes, quasi diceret. Benefecit tibi; unde debes.n p̃dicare. Augu. Vel quærebant quemadmodum hominem calumniarentur, ut eum de synagoga eijcerent, sed ille constanter, quod sentiebat expressit. unde sequitur, Ille autem dixit, quia propheta est. Adhuc quidẽ inũctus in corde, nondum Dei filium confitebatur, non mentitur tamen. Ipse.n. dominus de ipso ait, Non est propheta sine honore nisi in patria sua.

Cõstãtia cœci notatur.

Insidiosa interrogatio.

Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & uidisset, donec uocauerunt parentes eius

qui

qui uiderat, & interrogauerunt eos, dicentes. Hic est filius uester, quem uos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc uidetur? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est. quomodo autē nunc uideat ne scimus, aut quis eius aperuit oculos nos nescimus. Ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam.n. conspirauerant Iudæi, ut si qui eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, quia ætatem habet, ipsum interrogate.

Chry. Quia pharisæi cæcum attonitum facere nō ualuerunt sed videbat eum cum omni propalatione benefactorem suū prædicantē, per parentes putabāt Christi miraculum annihilare; vnde dr̄, Non cre. ergo Iudæi &c. Aug. Idest cœcus erat & vide-
Natura ueritasque fit. rat. chry. Sed hæc est ueritatis natura, per quæ putatur insidias pati, per hæc fortior fit, mendacium.n. sibijpsi quidem obuiat, & per ea per quæ lædere veritatem vr̄, per ea clariorem eam ostendit; quod & nunc factum est. Ne.n. aliquis diceret ꝙ uicini nihil certum dixerunt, sed per quandam assimilationem locuti sunt: Parētes in medium ducunt qui maxime suum filium cognōscebant. Statuentes autem eos in medium, cum multo furore interrogant unde sequitur, Et inter eos &c. Et non dicūt. Qui quandoque fuit cœcus, sed quem dicitis, quia natus est cœcus. O inquinati quis pater eligeret talia mentiri de filio? Solum non dicunt, quem uos fecistis cœcum. Duobus autē his ad negationem eos inducere conantur, & in hoc ꝙ dicunt, Quem dicitis quia natus est cęcus, & in hoc quod subdunt, Qūo ergo nunc uidet? Theop. q.d. Aut hoc falsum est, ꝙ nunc uideat, aut primum ꝙ cæcus fuerit, sed constat hoc esse uerum ꝙ uide, falsum ergo fuit quod cœcum eum dicebatis. chry. Tribus ergo interrogationibus factis, si filius eorum est, si cœcus fuit, & qualiter uidit, duas confitentur: uñ sequitur, Rñderunt ergo eis parentes eius & dixerūt ei: Scimus quia hic est filius &c. Tertiam autem abijciunt; unde subdunt, Qūo autem nunc uideat nescimus, aut quis eius aperuit oculos nos ne scimus. Et hoc etiam pro ueritate factum, est, ut nullus alius, sed is qui curatus est, & qui dignus fide erat, hoc confiteretur; uñ sequitur, Ipsum inter. ęta. habet, ipse de se loquatur. Aug. q.d. Iuste cogeremur loqui pro infante, quia ipse pro se loqui non posset. Cœcum a natiuitate nouimus, sed loquentem. Chry. Qualiter ergo grati fuerint parētes, qui eorum quæ sciebāt, quædam tacuerunt propter timorē Iudæorum. Sequitur. n. Hæc dixerunt parentes eius quia time. Iudæos. Rursus & hic opinionē Iudæorum & mente euangelista inducit; vnde sequitur, Iam.n. conspirauerant Iudæi, ut si quis eum confiteretur &c. Augu. Iam nos erat malū fieri extra synagogam: illi expellebant, Christus suscipiebat. Sequitur; Propterea parentes eius dixerunt, quia ætatem habet, ipsum interrogāte Alcui. In quo ostendit euangelista illos non per ignorantiam, sed propter metum talia respondisse. Theo. Imbecilliores enim filio erant qui testis aderat intrepidus ueritatis illuminatos habens oculos intellectus a Deo.

Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cœcus. & dixerūt ei. Da gloriam Deo. Non scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille. Si peccator est, nescis unum scio, quia cæcus cum essem, modo uideo. Dixerunt ergo illi; Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi uobis iam, & audistis? quid iterum uultis audire? Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt. Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus. Non scimus quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit. Respōdit ille homo, & dixit eis. In hoc.n. mirabile est, quia uos nescitis unde sit. & aperuit meos oculos. Scimus autem quia peccatores Deus non audit; sed si quis Dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cœci nati. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam. Responderunt & dixerunt ei; In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.

chry. Quia parentes miserunt pharisęos ad illum qui curatus est, rursus uocauerunt eum secundo; vñ dr̄, Voca. er. rur. ho. qui cœ. fuerat. Non autem manifeste dicunt; Nega quoniam Christus te curauit, sed sub prætextu religionis ad hoc eū inducere uolunt. unde sequitur; Da gloriā Deo. q.d. confitere, quia hic nihil est operatus. Aug. Nega quod accepisti, quod plane non est Deo gloriam dare, sed Deo potius

tius blasphemare. Alcu. Sic ãt uolebant illum dare gloriã Deo, ut sicut & ipsi, Christum diceret peccatorem: unde sequitur, Nos scimus quia hic homo peccacor est. Chry. Qualiter ergo nõ arguistis eum dicenté. Qui ex uobis arguet me de peccato? Alcu. Sed ille ut neque pateret calumniæ. neque ueritatem celaret non dixit; Scio eũ iustum, nã sequit: Dicit ergo il. Si peccator est nescio. Chry. Qualiter qui dixit, Qm̃ propheta est; nunc dicit, Si pec. est nescio. Nunquid modo timuit cœcus? Absit, sed uoluit Christum a rei testimonio & non a sua uoce ab incusatione eripere, & suam responsionem facere fide dignum ab accepto beneficio. Vnde subdit. Vnum scio, quia cœcus cum essem, modo uideo. q. d. Nihil modo de hoc dico, utrũ sit peccator, sed iterum dico, ꝙ manifeste noui, quia igitur nequiuerũt euertere, qđ factũ est, ad priores redeunt sermones, rursus modũ curationis inquirentes, sicut canes quidem uenationé nunc, huc nunc illuc inuestigantes; unde sequitur, Dixe. er. il. Quid fecit tibi &c. hoc est. Nunquid prę stigio aliquo? Non. n. dixe runt, qualiter uidisti, sed qualiter aperuit oculos tibi, dantes occasioné detrahendi contra eius operationé. Donec igit̃ res iniquisitione indigebat, cœcus remisse loquebatur, quia uero iam uicerat, audacter de reliquo eis loquitur; unde sequitur, Respondit eis, Dixi uobis &c. q. d. Non attenditis ad ea quæ dicuntur; unde ultra non respondebo uobis inaniter interrogantibus, & non uolentib. addiscere, sed cauillari, quæ dicuntur; unde sequitur, Nunquid & uos uul. discipu. eius fieri. Aug. quid est nunquid & uos, nisi quia iam ego sum, nũquid & uos uultis? iam uideo, sed non inuideo. Hæc loquebatur iam stomachus aduersus duritiam Iudæorum, & ex cęco uidens, non ferens cęcos. Chry. Itaque forte quid est ueritas, ita imbecille mendacium. nam ueritas quidé et si despectos assumpserit claros eos facit uel ostendit. Mendacium auté etsi cum fortibus fuerit, imbeciles eos monstrat. Sequ tur. Maledix. er. ei, & di. Tu dis. eius fis. Auge. Maledictũ est si cor discutias, nõ si uerba perpendas tale maledictum super nos, & sup filios nostros Sequit̃; Nos ãt Moysi discipuli sumus: nos scimus, quia Moysi locut. est Deus. Sed tunc sciretis, quia per Moylen ꝑdictus est Deus; habetis. n. dñm dicentem, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, de me ille scripsit, ita ne segnem seruum & dorsum ponitis, contra dñm? nõ subditis. Hunc autem nescimus unde sit. Chry. Ea quæ per uisum cognoscitis, auditu minora æstimatis; illa. n. quæ nosse uos dicitis, a progenitoribus audistis. Sed nonne fide dignior est qui certificauit; quòd a Deo uenit per miracula, quæ non solum audistis, sed uidistis? unde sequitur: Respondit ille homo, & dixit eis. In hoc. n. mirabile est, quia uos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos. Vbique signum inducit, quia hoc deprauare non poterat, sed ab eo conuincebatur, & quia dixerant, quod homo peccator non potest talia signa facere de cætero illorum assumit iudiciũ propria uerba eis in memoriam reducens; unde subdit. Scimus autem, quia peccatores Deus non audit. q. d. Opinio hæc mea & uestra cõis est. Aug. Adhuc tamen unctus loquitur. Nã & peccatores exaudit Deus. Si. n. non frustra publicanus diceret, Deus propitius esto mihi peccatori, ex illa confessione meruit iustificationem, qũo ipse cœcus illuminationem. Theo. Vel dicẽdum est, eũ ꝙ dictum est Deum non exaudire peccatores, hoc significat, ꝙ facere miracula Deus peccatoribus non concedit. Cum uero ueniam implorant de commissis translati sunt, de gradu peccantium ad statum pœnitẽtium. Chry. Et uide quod cum supra dixit. Si peccator est nescio, non dubitans dixit, hic. n. non solum à peccatis eum excusat, sed ualde Deo placentem ostẽdit: nam subdit, Si quis Dei cultor est &c. Non. n. sufficit Deum cognoscere, sed uoluntatem eius facere, deinde extollit quod factum est di. A seculo non est au. quia quis ape. ocu. cę. nati. q. d. Si confitemini qm̃ Deus peccatores non audit, hic autem miraculum fecit, & tale quale nullus hominum fecit manifestum est uirtuté qua hoc fecit maiore esse, quam quæ est secundum hominem uirtus, unde subdit, Nisi esset hic a Deo, nõ posset facere quicquam. Aug. Libere constanter ueraciter. Hæc enim quæ facta sunt a dominio, a quo fierent nisi a Deo? aut quando discipulis talia fierét, nisi in eis dominus habitaret?

Chry.

Iniquæ æmulorũ præ creatio.

Græci opinio falsa.

Veritas facit claritas.

Chry. Quia ergo ueritatem locutus est, in nullo confusus est, quando maxime admirari eum oportebat, tunc eum condẽnant. Sequit.n. Responderunt, & di. ei. In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Aug. Quid est totus? cũ oculis clausis: sed q aperuit oculos, saluat & totũ. Chr. Vel dicunt, Totus, ac si dicerent: A prima ætate in peccatis es, hic igitur eius cęcitatem exprobrant ostendentes ꝙ propter peccata factus est cęcus, quod rationem nõ habeat. donec ergo expectabãt eum negaturum esse, fide dignũ esse putabãt, sed nũc eũ eijciũt. vñ sequitur, Et eiece. eũ fo. Au. Ipsi illũ magistrũ fecerant, ipsi ut discerẽt toties interrogauerũt, & ingrati docentẽ proiecerũt. Bed. Solet.n. maiorũ cõsuetudo à minoribus aliq̃d discere dedignati.

Opinio falsa pharisæorũ.

Audiuit Iesus qa eiecerunt eũ foras, et cum inuenisset eũ, dixit ei. Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit. Quis est dñe, ut credam in eũ? Et dixit ei Iesus. Et uidisti eum & qui loquitur tecũ, ipse est. At ille ait, Credo domine. Et procidẽs adorauit eũ. Et dixit ei Iesus. In iudiciũ ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant; & q uident, cęci fiant. Et audierunt quidã ex pharisęis q cum ipso erãt, et dixerunt ei. Nunqd & nos cęci sumus? Dixit eis Iesus. Si cæci essetis, non haberetis peccatũ, nec uero dicitis: qa uidem⁹ peccatũ ergo uestrũ manet.

Cœci illuminati profectus.

Chry. Qui propter ueritatẽ & Christi cõfessionem iniuria opprimũtur, hi maxime honorantur, quod in cęco factum est: eiecerũt.n. eum ex templo Iudæi, & inuenit eum dñs templi & eum susceperit, sicut agonotheta atlethã multum laborantem & coronauit, vnde dr: Audiuit Iesus quia eie. eum fo. & cum inue. eum di. Tu cre. in fi. Dei? Ostendit autem euangelista, qm̃ propter hoc venit Iesus, ut ei loqueretur Interrogat ãt non ignorans, sed volens seipsum notũ facere, & qm̃ multũ appreciatur eius fidem. q.d. Plebs cõuiciata est mihi sed nulla mihi est cura illorũ, vnius cura est, ut tu credas melior est faciens voluntatẽ Dei, q̃ decies mille iniq. Hila. 6. de Tri. Si ãt sola Christi qualiscũque cõfessio fidei esset cõsummatio dictũ fuisset; Tu credis in Christum. Sed quia hæreticis penè omnibus hoc nomẽ in ore esse futurum, ut Christum cõfiterentur, et filium tamẽ negarent: id quod proprium Christo est, ad fidẽ po scitur i. ut credatur in Dei filium. Credidisse autem in Dei filiũ quid proficit, si credatur in creaturã: cum à nobis fides in Christo nõ creaturæ Dei, sed filij Dei postuletur? Chry. Nondũ autem Christum, & post curationẽ à Iudæis circumtrahebatur, vnde sequitur. Rñdit ille & dixit, Quis est dñe, ut credã in eum? desiderantis & ualde ingerentis animæ verbũ est, pro quo tot disputauit. Hũc ignorat, ut discas ĩ eo ueritatis amorem, nõdum dixit ei dñs: Ego sum qui curaui te, sed medie adhuc loquitur, vñ sequitur; Et uidisti eum. Theo. Hoc autem dicit, ut reducat ei in memoriã sanitatẽ, quia ab ipso virtutem uidendi acceperat. Attende autem qm̃ qui loquebat̃ ex Maria natus est, & ipse idem est Dei filius, nõ alius & alius secũdum errorem Nestorij: vnde sequitur: Et qui loquitur tecũ, ipse est. Augustin. Modo lauat faciem cordis eius. Denique iam facie lota cordis & mũdata conscientia, agnoscit illum nõ filiũ hominis tantum, quod ante crediderat: sed iam filium Dei qui carnẽ susceperat. vnde sequitur: At ille ait, Credo domine. Parũ est credere, uis uidere qualẽ credat? Et ꝓcidens adorauit eũ. Bed. In quo possunt sumere exẽplũ, ut nõ erecta ceruice q̃s dñm roget, sed supplex in terrã prostratus, eius misericordiã imploret. Chry. Per hoc igit̃ eius diuinam uirtutem ostendẽs, & verbo opus adiũgens, dominus autem illum feruentiorem circa fidem fecit, & eos qui sequebãtur erexit; vnde sequit̃, Et dixit eis Iesus. In iudicium in hunc mundum ueni. Aug. Dies enim erat inter lucẽ & tenebras discurrens; rectè autem subditur, Vt qui non uident uideant, quia de tenebris liberat. Sed quid est quod subditur, Et qui uident cœci fiant? audi quod sequitur, Commoti sunt.n. pharisæi quidã ex uerbis istis. vnde sequitur; Et audierũt quidam ex pha. qui cum ipso erant, & di. ei; Nunquid & nos cœ. sumus? hoc.n. eos mouebat, Et qui uident cœci fiant. Sequitur Dixit ergo eis Iesus; Si cœci essetis, nõ haberitis peccatum, id est si uos cœcos diceretis, & ad medicũ recurreretis. Nũc uero quia dicitis, Videmus, peccatum uestrum

Nestorij error dãnatur.

Cõfessionis remediũ.

strum

ſtrum manet: quia.n.dicendo, Videmus: medicum non quæritis, in cęcitate veſtra manebitis. hoc eſt ergo quod pauloante dixi. Ego veni, vt qui nõ uident videãt.i. qui ſe nõ videre cõfitentur, & medicũ quærunt, vt videãt. Et qui uident cęci fiant, i. qui ſe putant videre, & medicũ non quærunt. in cęcitate pmaneãt. ergo iſtã diſcretionem vocauit iudiciũ cùm ait: In iudicium veni in hunc mundũ. Non illud iudicium iã intulit mundo, qđ de viuis & mortuis in fine ſeculi iudicabit. Chr. Vel aliter. In iudiciũ dixit. i. in maius ſupplicium, oñdens qm̃ qui condẽnauerunt eũ, ipſi ſunt qui condẽnati ſunt. Quod aũt dicit: Vt qui non uident videant, & q uidẽt cęci fiant. Idem eſt qđ Paulus dicit ꝙ gẽtes q̃ non quærebãt iuſtitiã, inuenerunt iuſtitiam, q̃ eſt ex fide Xp̃i. Iſrael aũt perſequens legem iuſtitiæ, in legẽ iuſtitiæ non peruenit. Theo. q. d. Ecce qui a natiuitate nõ viderat, iam videt aĩa in corpore, qui vero videre vñr, excęcati ſunt intellectu. Chry. Sunt. n. duæ viſiones, & duæ cęcitates. ſ. ſenſibilis & intellectualis; illi aũt ad ſenſibilia inhiant ſolũ, & de ſenſibili ſolum verecundabantur cęcitate, vnde oñdit eis ꝙ melius eſſet eos eſſe cęcos, q̃ ſic videntes. Propter quod dic. Si cęci eſſetis, non haberetis pct̃m quia tolerabilius fieret vobis ſupplicium. Sed nunc dicitis, quia uidetis. Theo. Non conſiderantes facto in cęco miraculum, non eſtis digni uenia, quaſi ex uiſis miraculis ad fidem non attracti. Chry. Hoc igitur quod æſtimabant eſſe magnam laudem, oſtendit ꝙ eis fert ſupplicium, & ſimul cõſolatus eſt eũ qui a natiuitate fuerat cęcus de corporali cęcitate. Non aũt ſine cauſa euãgeliſta dicit, ꝙ audierunt hoc quidam ex phariſæis qui cum ipſo erant, ſed ut rememoretur, qm̃ iſti illi erant, qui prius reſtiterant Chriſto, deinde eum lapidare uoluerunt. Erant. n. quidam ſuperficietenus ſequentes, & facilè in contrarium tranſmutabãtur. The. Vel aliter; Si cęci eſſetis, i. inſcij ſcripturarum, nequaquã tam grande uobis peccatum incumberet tanquam ignorantia peccantibus: nunc uerò quia prudentes uos atque legiſperitos aſſeritis, per voſipſos condemnabiles eſtis.

CAPVT X.

AMEN. amen dico uobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit, & oues uocem eius audiunt. Et proprias oues uocat nominatim et educit eas. Et cum proprias oues emiſerit ante eas uadit; et oues illum ſequuntur, quia ſciunt uocẽ eius. Alienum autem non ſequuntur. ſed effugiunt ab eo, quia nõ nouerunt uocem alienorum. Hoc prouerbium dicit eis Ieſus, illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.

Chry. Quia dñs de cæcitate Iudæorũ diſputauerat, ne dicant. Non eſt ex noſtra cæcitate ꝙ ad te non accedimus, ſed a te auertimur, vt erroneũ fugientes, vult oſtẽdere ꝙ non eſt erroneus, ſed paſtor, ponẽs, ſigna latronis & paſtoris. Et primo oſtẽdit quis eſt erroneus & fur, dicẽs. Amen amẽ di. uo. qui non intrat per oſtium in ouile ouiũ, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Hoc aũt & eos qui ante eum fuerunt occultè inſinuat, & eos qui poſt eũ futuri ſunt antichriſtum & pſeudochriſtos: oſtiũ ãt ſcripturas uocauit, hę. n. Dei cognitionẽ aperiunt, hæ oues cuſtodiunt, & lupos ſuperuenire non pmittunt; hæreticis introitum pcludentes. Qui ergo non ſcripturis utitur, ſed aliunde aſcendit, hoc eſt aliam ſibi & nõ legitimã viã facit, hic fur eſt; dicit autẽ, Aſcendit & non intrat, ad ſimilitudinem furis maceriã tranſcendere uolẽtis, & piculoſe oĩa agentis. dicẽs autem, Aliunde: ẽt ſcribas occultè inſinuauit, qui docebant mãdata & doctrinas hominũ, & legẽ pũaricabant. Si aũt infra ſeipſum oſtiũ dicit nõ oportet turbari, etenim paſtorẽ ſeipſum & ouem differenter pdicat: quia. n. adducit nos patri, oſtium ſe dicit, q a verò pcurat, paſtorẽ. Aug. Vel aliter; Multi ſunt qui ſcd̃m quãdam uitæ huius cõſuetudinem dñr boni hoĩes, qui ea quę in lege mandata ſunt. quaſi obſeruant, & Chriſtiani non ſunt, & plerunq; ſe iactãt ſicut phariſæi, nunqd & nos cęci ſumus? quia uerò omnia iſta quæ faciunt, & neſciunt ad quem finẽ referant, inaniter faciunt [Pſeudo Chriſti notan.]

diunt, dñs de grege suo & ostio quo intratur ad ouile ad similitudinem posuit, dicens. Amen amé &c. Dicāt ergo Pagani, vel Iudæi, uel hæretici, bene uiuimus, si p ostium non intrant, quid eis prodest? Ad hoc.n. debet unicuiq; prodesse bene uiuere, vt detur illi semp viuere, quia nec bene uiuere dicendi sunt, qui finé bene uiuédi, vel cęcitate nesciūt, uel inflatione cótemnunt. Non est aūt cuiquam spes vera semp uiuendi, nisi cognoscat uitā, qđ est Christus, & per hanc ianuā intret in ouile. Quicunq; ergo vult intrare ad ouile, p ostium intret, non solum Christum prędicet, sed Christi gloriā q̄rat, non suam. Humilis aūt ianua est Xps, qui intrat per hāc ianuā, oportet humilem esse, ut sano capite possit intrare. Qui auté se non humiliat, sed extollit, per materiā vult ascendere, ideo exaltatur ut cadat. Quærūt ergo plerunq; tales homines ét persuadere hominibus, ut bene uiuant, & Christiani nó sint, per aliam partem uolunt ascendere, rapere, & occidere. Tales ergo fures sunt, quia qđ alienum est, suū dicūt. Latrones quia qđ furantur, occidunt. Chry. Vidisti qualiter descripsit latroné, intuere & pastoris diffinitionem. Sequitur.n. Qui aūt intrat per &c. Augu. de ver. do Intrat per ostium qui intrat per Xpm, qui imitatur passionem Christi, qui cognoscit humilitatem Xpi, vt cum Deus factus sit homo pro nobis, cognoscat se hó non esse Deū, sed hominé. Qui.n. vult Deus uideri cum sit hó, non imitatur illum qui cum Deus esset, hó factus est. Tibi autem non dicit, Esto aliquid minus q̄ es, sed agnosce qđ es. Sequitur: Huic ostiarius aperit. Chry. Nihil prohibet ostiarium uocare Moysen; ille.n. est cui eloquia Dei credita sūt. Vel spūs sanctus est ostiarius, per qué scripturæ reseratæ nobis indicāt Xpm. Aug. Vel aliter; Ostiarium ipsum dñm débemus accipere: multo sunt.n. magis inter se diuersa in rebus humanis pastor & ostium, quàm ostiarius & ostium; & tñ dñs & pastorem se dixit, & ostium. Cur ergo nó intelligamus ipsum & ostiarium? ipse n. se aperit, qui seipsum exponit. Si aliam personam q̄ris ostiarij, vide ostiarium forte Spiritum sanctum, de quo dñs dicit, Ipse uos docebit omnem ueritatem; ostiū est Xps, qui est ueritas; quis aperit ostium, nisi qui docet ueritatem? Cauédum tñ est, ne maior æstimetur ostiarius esse quàm ostium, quia in domib⁹ hoīum ostiarius ostio, non ostium p̄ponitur ostiario. Chr. Quia vero dicebant eum esse deceptoré, & hoc ex infidelitate sui ipsorum certificabāt, dicentes; quis principium credit in eum? ostendit nunc ꝙ ex hoc ꝙ non attédunt ei, ex ordine ouium excludūtur. vñ sequitur; Oues uocem eius audiunt. Si n. pastoris est per legitimum intrare ostiū per qđ ipse intrauit, ab ouium congregatione se abstrahūt qui ipsum non audiūt. Sequitur; Et proprias oues uocat nominatim. Aug. Nouit.n. noīa p̄destinatorum, vnde discipulis ait; Gaudete qm̄ nomina vestra scripta sunt in cœlo. Sequitur; Et educit eas. Chry. Oues educebat, qñ eas mittebat, nó extra lupos, sed in medio luporum. Videtur auté & de cęco occultè insinuare. Etenim illum eduxit uocās ex medio Iudæorū. Aug. Sed & quis alius oues emittit, nisi qui earum peccata dimittit? vt eum sequi duris liberatæ uinculis possint. Sequitur.n. Et cum proprias oues emiserit, ante eas uadit. Glo. Emittit siquidé eas de tenebris ignorantię ad lucé; dum ante eas uadit, quasi in columna nubis & ignis. Chry. Nimirum pastores contrarium faciunt oues sequentes, sed ipse ońdit se cótrarium facere, qm̄ oues deducit ad ueritaté. Augu. Et quis est qui oues p̄cessit, nisi qui surgens a mortuis iam nó moritur? & patri dixit; Quos dedisti mihi, volo vt ubi ego sum & ipsi sint mecū? Sequitur; Et oues illum sequuntur, &c. Chr. Alienos dicit eos qui circa Theodā & Iudā, aut eos qui post hæc alios debent decipere pseudo apostolos; vt.n. non dicatur unus illorum esse, per multa se ab eis separat. Primo quidem, per doctrinā scripturarum, per quas Xps ad se homines adducebat; Illi uero ab eis homines abstrahebant. Secundo, per ouium obediétiam. Nam in eum quidem nó solum uiuenté, sed etiam mortuum homines crediderūt, illos autem confestim reliquerunt. The. Significat etiam antichristum qui paululum decipiens nó obtinebit sequaces post

eius

Margin notes: Virtutes gentiliū vanæ. — Passio Christi imitáda — Spiritus sanctus ostiari⁹. — Allegorica expositio.

eius mortem. Aug. Sed quō soluetur ista qō? Audiunt uocem Christi qñque non oues: audiuit.n.Iudas, sed lupus erat, & non audiunt oues, aliqui.n.eorū qui Christum crucifixerunt non audierunt, sed oues erant. Sed dicet aliquis, qñ non audiebant, oues non erant; vox audita eos mutauit, & ex lupis oues fecit. Me aūt adhuc mouet qꝑ per Ezechielē obiurgat dñs pastores & dicit inter cætera de ouibus: Errātem non reuocastis, & errantem dicit, & ouē appellat. Non erraret, si vocem pastoris audiret; sed ideo errauit, qa vocē alieni audiuit. Dico ergo; Nouit dñs qui sūt eius, nouit p̄scitos, nouit p̄destinatos Ipsi sunt oues, aliqñ seipsi nesciunt, sed pastor nouit eas. Multæ.n.oues foris sunt, & multi lupi intus. De p̄destinatis ergo loquit̄. Est autem aliqua uox pastori, in qua oues non audiunt alienos; in qua oues non audiunt Xp̄m. Quæ est ista uox? Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Hanc uocē non negligit, proprius, non audit alienus. sequitur, Hoc ꝓuer. di. eis Ie. Illi au. non cog. quid lo. eis. Pascit.n. dñs manifestis, exercet obscuris. Cum autem duo audiunt uerba euangelij; vnus impius, alter pius; & talia fortè sunt, ut ambo non intelligant. Vnus dicit, uerum est qđ dixit, & bonū est quod dixit, sed nos non intelligamus. Iste quia credit, iā pulsat dignus est cui aperiatur, si pulsare persistat. Alius dicit, Nihil dixit, quia adhuc audiat, Nisi credideritis non intelligetis.

Nouis dñs quæ sunt ei⁹.

Dixit ergo eis iterum Iesus; Amen amē dico uobis, quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt fures sunt & latrones; sed nō audierūt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit saluabitur; et ingredietur & egredietur, et pascua inueniet Fur non uenit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant.

Chry. Dñs attentiores uolens Iudæos facere manifestat quod supra dixerat. vnde dī. Dixit ergo iterum eis Iesus, Amen amen di. vobis &c. Aug. Ecce quod clausum posuerat aperuit: ipse est ostium intremus, & nos intrasse gaudeamus. Sequitur; Oēs quotquot vene. fures sunt & latrones. Chry. Nō de prophetis hoc dicit, sicut hæretici dicunt: sed de seditiosis. vñ & laudans oues subiungit. Sed non audierunt eos oues. Nusquam aūtē vr̄ laudare eos qui non obedierunt prophetis; sed eis detrahit vehemēter. Aug. Intellige ergo: Quotquot venerunt p̄ter me, non aūt præter illū ꝓphetæ venerunt, quia cū illo uenerunt qui cum verbo Dei venerunt; qui veraces fuerunt, qa ipse verbum & veritas venturus p̄cones mittebat; sed eorum corda, quos miserat, possidebat; carnem quippe ipse accepit ex t̄pe qui est semper. In principio erat verbū, Ante aduentum aūt eius quo humilis venit in carne p̄cesserunt iusti, sic eū credentes uenturū, quō nos credimus in eum qui venit; t̄pa variata sunt non fides. Eadē.n. fides vtrosq; cōiungit, & eos qui venturum esse, & eos q venisse, crediderunt Quotquot ergo p̄ter illum venerunt, fures fuerūt & latrones, i. ad furandum & occidendū venerunt. Sed nō audierunt eos oues, illi.s. de quibus dictum est. Nouit dñs qui sunt ei⁹. Eos ergo nō audierunt oues, in quibus nō erat uox Christi; errantes, vana fingentes, miseros seducentes. quare autē se ostium dixerit, aperit subdens: Ego sum ostium, per me si quis intro. saluabitur. Alcu. q.d. Illos non audiūt oues, sed me audiunt, qa ego sum ostium, & qui p me non fictus, sed verus introierit perseuerādo saluabitur. Theo. Educit autē ad pascua dñs oues per ostiū, vnde sequitur: Et ingredietur & egredietur &c. Quæ sunt aūt hæc pascua, nisi delectatio futura & requies in quā nos dñs introducit? Aug. Sed quid est quod dicit, Ingredietur & egredietur? Ingredi quippe in ecclesia, non est bonum Potest ergo dici ingredi nos, qñ interius aliquid cogitamus: egredi autem, qñ exterius aliquid operamur: secundum illud, Exiuit homo ad opus suum. Theo. Vel ingredi dicitur, cui est curæ homo interior: egredi uero, qui hominem exteriorem, idest membra quæ sunt super terram in Christo mortificat: hic.n. pascua in futuro reperiet seculo. Chry. Vel hoc dicitur propter apostolos, qui cum ocio introierunt & exierūt, vt totius orbis terrarum facti domini, & nullus eos eijcere ualuit & nutrimentum habuerunt. Augu. Sed plus me delectat quòd ipse quodammodo nos admonuit, cùm

Vna fides omnium tēporum.

Pascua mystica

cùm secutus adiunxit: Fur non venit nisi vt furetur. Alcui. q. d. Merito oues non audiunt vocem furis, quia non venit fur nisi vt furetur, alienā rem sibi vsurpando, non de pceptis Christi suos sectatores istrués, sed suis exemplis eos viuere suadés. vnde subditur: Et mactet, mala doctrina detrahé do à fide. Et perdat, in æterna dānatione. ille ergo furantur & occidūt. Ego veni vt vitā habeāt; & abundantius habeant. Aug. Vī mihi dixisse, vt vitā habeant ingredientes, hoc est per fidem quæ per dilectioné operatur, per quā fidé in ouile ingrediunt vt viuant, quia iustus ex fide viuit. Et abundātius habeant, scegrediétes, scilicet quādo veri fideles moriuntur, & abundantius habeant vitam, vbi nunquam deinde moriantur. Quanuis ergo & hic in ipso ouili non desinit pascua, inuenient tamé pascua vbi saturentur, qualia inuenit cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso. Greg. super Ezech. in ho. 13. Ingredietur ergo ad fidem, egredietur ad spem, pascua vero inueniet in æterna satietate. Chry. Quod autem dicit, Fur non venit nisi vt furetur & mactet & perdat, de seditiosis dicit, qđ ad literam est factum omnibus occisis & perditis, qui eos sequebantur, & sic etiam præsenti vita eos priuauerunt. Ego autem veni pro salute omnium vt vitā habeant, & abundantius habeant in regno cœlorū, & hęc est tertia differétia, qua se discernit à pseudoprophetis. Theoph. Mysticè auté fur diabolus est, qui venit tentando, vt furet p cogitationes illicitas, & mactet per consensum, & deinde per opera destruat.

Vita duplex distinguit.

Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercennarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimitit oues, & fugit, & lupus rapit & dispergit oues. Mercennarius autem fugit, quia mercennarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

Aug. Aperuit dominus duas res, quas quodāmodo clausas proposuerat. Primo quidem scimus, quia ostium ipse est; nunc autem ostendit, quia pastor est, dicens Ego sum pastor bonus. Supra autem dixerat pastorem intrare per ostium, si ergo ipse est ostium; quodammodo per seipsum intrat? Sicut ergo ipse per ipsum nouit patré, nos autem per illum; sic intrat in ouile per seipsum, nos auté per ipsum; nos quia Christum prædicamus per ostium intramus, Christus autem seipsum prædicat, lumen enim & alia demonstrat, & seipsum. Si autem præpositi ecclesię qui filij sunt, pastores sunt, quomodo vnus pastor est, nisi qa sunt illi omnes vnius membra pastoris? & quidé qui pastor est, dedit membris suis; nā & Petrus pastor, & cæteri apostoli pastores, & omnes boni episcopi. Ostium vero nemo nostrum se Dei, hoc sibi ipse proprié tenuit, non autem adderet, Bonus; nisi essent vt pastores mali, ipsi sunt fures & latrones, aut certe vt multum mercennarij. Greg. in ho. Atq; eius bonitatis formam quam nos imitemur adiungit, dicés; Bonus pastor &c. Fecit quod monuit, osté dit, quod iussit, pro ouibus suis animā suā posuit, vt in sacramento nostro corpus suū & sanguinem verteret, & oues quas redemerat carnis suæ alimento satiaret, ostensa est nobis de contemptu mortis via quā sequimur apposita forma cui imprimamur, primū nobis est exteriora nostra misericorditer ouibus eius impendere; postremum verò si necesse sit etiam in mortem animam nostrā pro eiusdé ouibus ministrare. Qui autem non dat pro ouibus substantiam suam, quādo pro his daturus est animam suam? Aug. Non autem solus Christus hoc fecit, & tamen si illi qui fecerunt membra eius sunt, idem ipse vnus hoc fecit, ipse enim potuit facere sine illis, ille sine ipso non poterant. Aug. Omnes tñ pastores boni fuerunt, nō solū quia sanguinem fuderunt, sed quia pro ouibus fuderunt; nō. n. fuderunt elatione, sed charitate. Nā & apud hæreticos qui propter iniquitates & errores suos aliquid molestiarum perpessi fuerunt, nomine martyrij se iactant, vt hoc pallio dealbati facilius furentur, quia lupi sunt. Non autem omnes qui corpora sua in passione etiam ignibus tradunt, æstimandi sunt sanguiné fudisse pro ouibus, sed potius cótra oues, dicit enim Apostol. Si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeā, nihil mihi prodest. Quomodo autem habet vel exiguam charitatem, qui etiam coniunctus nō amat vnitatem, quā

Pastori bonis forma.

Pseudomartyres hęreticorum

dominus commendans noluit multos appellare pastores, sed pastorē vnum; dicens, Ego sum pastor bonus? Chry. Sic igitur de cętero dñs de passione sua disputabat, ostēdens: quoniā pro salute fieri mundi, & nō inuitus in hanc venit. Deinde rursus ostēdit signa pastoris & mercenarij, cum dicit: Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit. Greg. Sunt.n. nōnulli qui dum plus terrenā substātiā q̄ oues diligunt, merito nomē pastoris perdūt. non.n. pastor, sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oues dominicas, sed ad tēporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est, qui pastoris locum tenet, sed lucram animarū nō quærit, terrenis cōmodis inhiat, honore prælationis gaudet. Aug. de ver. do. Aliud ergo quærit in ecclesia, nō Deū q̄rit; si Deum quæreret, castus esset, quia legitimum maritū aīa Deum hēt, quisquis à Deo præter Deū aliquid quęrit, non caste Deū quærit. Greg. in ho. Vtrum vero pastor sit, uel mercenarius cognosci ueraciter nō pōt, sic occasio necessitatis deest. tranquilitas.n. tpe plerunq; ad gregis custodiā sicut uerus pastor, sic ēt mercenarius stat, sed lup' ueniēs indicat quo quisq; aīo super gregis custodiā stabat. Aug. de uer. do. Lupus aūt diabolus est, & qui illum sequuntur. Nam dictum est, q̄ induti quidam pellibus ouium intus sunt lupi rapaces. Aug. sup. Io. Ecce lupus ouis guttur apprehendit, diabolus fidei adulterium persuasit, excommunicādus est, sed excōmunicatus inimicus erit, insidiabitur, nocebit cum potuerit; unde taces, non increpas: lupum uenientē uidisti & fugisti, corpore stetisti, animo fugisti; affectiones.n. nostræ, motus animorum sunt, lætitia animi diffusio est, tristitia autē contractio, cupiditas animi progressio, timor animi fuga est. Greg. in ho. Lupus etiam super oues uenit cum quilibet iniustus & raptor fideles quosq; atq; humiles opprimit. Sed is qui pastor uidebatur & non erat, relinquit oues & fugit: quia dū sibi ab eo periculum metuit, resistere eius iniustitiæ non pręsumit. fugit autem non mutando locum, sed detrahendo solatiū. Sed contra hęc mercenarius nullo zelo accenditur, quia dum sola exteriora commoda requirit, interiora gregis damna negligenter patitur: unde subditur, Mercenarius autē fugit &c. Sola ergo causa est, ut mercenarius fugiat, quia mercenarius est. Ac si dicat: Stare in periculo ouiū non potest, qui in eo q̄ ouibus præest, nō oues diligit, sed lucrum terrenū quærit, & ideo opponere se cōtra periculum trepidat, ne hoc quod diligit amittat. Augu. Si autem apostoli pastores fuerunt non mercenarij, quare fugiebāt qñ persecutionem patiebantur? & hoc domino dicente, Si uos persecuti fuerint fugite, pulsemus, aderit qui aperiat. Aug. ad hono. Fugiunt ergo omnino de ciuitate in ciuitatē serui Christi, ministri uerbi & sacramenti eius, quādo eorum quisquam specialiter à persecutoribus quæritur, ut ab aliis qui nō ita requiruntur non deseratur ecclesia. Cùm autem omnium, idest episcoporum & clericorum & laicorum, est commune periculum, hi qui aliis indigent nō desiderantur ab his quibus indigent: aut igitur ad loca munita omnes transeant, aut qui habent remanendi necessitatem, nō relinquantur ab eis, per quos eorum ecclesiastica est implenda necessitas. Tunc ergo de locis in quibus sumus pręmente persecutione fugiendum est Christi ministris, quando ibi aut plus Christi nō fuerit cui ministretur, aut potest impleri per alios necessarium, ministerium, quibus eadē nō est causa fugiendi. cum autem plus manet & ministri fugiunt ministeriumq; subtrahitur, quid erit nisi mercenariorum illa fuga dānabilis, quibus nō est cura de ouibus? Aug. sup. Io. In bonis ergo nominātur ostium, ostiarius pastor, & oues, in malis fures & latrones mercenarij, lupus. Augu. de uer. do. Diligendus est pastor, cauēdus latro, tolerandus mercenarius. Tandiu n. est utilis mercenarius, quandiu non uidet lupū, furē uel latronē, cum aūt viderit fugit. Aug. su. Io. Nec.n. mercenarij diceretur. nisi acciperet à conducente mercedem, filij æternā hæreditatem patris patiēter expectant, mercennarius temporalem mercedem cōducti festinanter exoptat, & tñ per linguas utrorumq; diuina Christi gloria diffamatur. Inde ergo lædit unde mala facit.

Apostoli quare fugerint.

Mali perlati sunt tolerādi.

eit,non unde bona dicit.botrum carpe,spinam caue,quia botrus aliquando de radice vitis exortus.pendet in spinis, multi qppe in ecclesia cõmoda terrena sectãtes Christum prædicãt,& per eos uos Christi audiũt,& sequũtur oues non mercenarium.sed vocem pastoris per mercenarium.

Ego sum pastor bonus & cognosco oues meas, & cognoscũt me meæ. Sicut nouit me pater & ego agnosco patrem,& animam meã pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo,quæ non sũt ex hoc ouili:& illas oportet me adducere,& uocẽ meã audiẽt,& fiet unum ouile & unus pastor. Propterea me pater diligit:quia ego pono animã meam ut iterum sumã eã. Nemo tollit eam a me,sed ego pono eã à meipso. Potestatẽ habeo ponendi eã, & potestatẽ habeo iterum sumẽdi eã. Hoc mandatum accepi a patre meo. Dissẽsio iterum facta est inter Iudæos propter sermones, hos,Dicebat autem multi ex ipsis,Dæmoniũ habet et insanit,Quid eum audiitis? Alij autem dicebãt, hæc uerba non sunt dæmoniũ habentis. Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire.

Chry. Duos superius malos præmisit dominus:vnũ qui furatẽ & mactat & rapit, alterum qui non prohibet per illum, seditiosos insinuans,per hunc Iudæorũ magistros confundens,& nõ procurantes creditas oues. Sed ab utrisq; seipsum Christus distinxit: ab illis quidem qui ad lædendum venerunt in hoc q dixit.Veni vt vitam habeant;ab his qui contemnunt luporum rapinas,ex eo q pro ouibus animã ponit, & ideo quasi concludens subdit, Ego sum pa. bonus. Sed quia superius dixerat q oues pastoris uocem audiunt, & sequuntur eum ne quis dicat, Quid ego dicis de his qui tibi nõ credunt? consequenter subdit: Et co.oues meas &c. Quod & Paulus ostẽdit dicens:Non repellit dñs plebem suam quã præsciui.Grego. in ho. Acsi aperte dicat, diligo oues meas, & ipse me diligentes obsequuntur. qui. n. ueritatem non diligit, adhuc minime cognouit. Theo. Hinc autẽ differẽtiam mercenarij & pastoris eliciẽs. Nam mercenarius ignorat oues, quia raro uisitat eas, pastor uero cognoscit oues proprias tanquam erga eas solicitus. Chr. Deinde ut non æstimes parem mensuram cognitionis Christi & ouium, consequenter subdit; Sicut no. me.pa. & ego co.patrẽ q.d.Ita certissime ipsum scio, sicut ipse me hic ergo est par cognitio, ibi non,nam sequitur, Et ani.po.pro ouib.meis. Grego. in ho. Ac si aperte dicat; In hoc constat, qa cognosco patrem:& cognoscor a patre, qa animam meam pono pro ouibus meis, id est charitate, qua pro ouibus meis morior quantum patrem diligam ostendo, Chry. Hoc etiam dicit ostendens q non est erroneus,quia & apostolus quando seipsum uoluit ostendere uerum esse magistro, contra pseudo apostolos induxit rationem periculis, & mortibus Theo. Seductores. n. non exposuerunt animam suam pro ouib. sed sicut mercenarij deserunt illos qui cõsequebatur,dominus autem ut non caperentur dixit;Sinite hos abire. Greg. Quia uero non solum Iudæam, sed etiam gentilitatem redimere uenerat adiungit; Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili. Aug.de uer.do.Loquebatur.n. primo de ouili de genere carnis Israel:erant autem alij de genere fidei ipsius Israel, extra erãt adhuc in gentibus,erant prędestinati, non dum cõgregati.Non ergo sunt de hoc ouili,quia nõ sunt de genere carnis Israel, sed erunt de hoc ouili;nã sequitur, Et il.opor. me &c.Chry. Ostendit utrosque dispersos & pastores non habentes. Sequitur: Et uocem meam audient.Ac si dicat; Quid miramini si hi sunt me secuturi & uocem meã audituri,quando alios uidebitis me sequẽtes,& uocem meam audiẽtes?deinde & futuram eorum pręnunciat unionem, unde subdit:Et fiet unum ouile &c. Greg. in ho. Quasi ex duobus gregibus vnum ouile efficit,quia Iudaicum & Gentilẽ populum in sua fide coniungit. Tho. Idem nanq; omnibus est baptismi signaculum, vnus pastor verbum Dei. Attendant ergo Manichæi, qm̃ unum ouile & unus pastor est noui & ueteris testamenti. Augu. Quid est ergo. Nõ sum missus nisi ad oues quæ perierunt. domus Israel,nisi quia pñtiã suã corporalẽ nõ exhibuit nisi populo Israel? ad gẽtes autẽ nõ perrexit ipse sed misit Chr.Hoc autẽ uerbũ oportet,q hic positũ est nõ necessitatis est demõstratiuũ, sed eius q omnino fiet,qa autẽ alienũ dicebãt eũ a patre subiungit:Propterea me &c. Aug. Quia morior ut resurgam, cum magno enim pondere dictum est,Ego pono. Nõ glorientur Iudæi,

Margin notes: Christus duo facit p ouib. suis. — Vnus pastor utriusque testamẽti.

dæi, sequire poterunt, si ego voluero ponere animam meam. quid sequiendo facturi sunt? Theo. Dilexit ât pater filium, nõ tamquã stipendiũ mortis pro nobis sustinendæ dilectionẽ suam tribués, sed quasi suæ quidditatis proprietatẽ in genito intués dũ ex eadẽ charitate ꝑ nobis voluit mortẽ subire. Chry. Vel vtitur hic cõdescẽsione. q d. Et si nihil aliud esset, hoc suasit mihi amare uos; ꝗ vos ita amamini à patre, ut ego etiã propter hoc diligar ab eo, qa ꝑ uobis morior, nõ autẽ a patre antea nõ amabatur, & nos sumus facti amoris eius causa. Similiter ât & hoc ostendere vult, qm̃ nõ inuitus ad passionem uenit; vñ sequit. Nemo tollit eã a me, sed ego. po. eã a meipso. Aug. 4. de Tri. In quo demõstrauit ꝗ nulla eã peccati vsq; ad mortẽ carnis accesserit, sed quia uoluit, qñ volui, & qũo uoluit, vnde sequit, Potestatẽ ha. po. ani. meã. Chry. Quia. n. multoties consiliabãtur, eum interficere: dicit, qm̃ nolente eo inutilis erat hic labor. Ita. n. habeo potestatẽ animã meã ponere, ut nullus possit me inuito facere, quod in omnibus nõ est nos. n. non habemus potestatem aliter ponere nisi interficiendo nosmetipsos, ipse autem solus dominus est ponendi eã. Hoc autem existente uero & illud constant ꝗ quandocunq; uoluerit, eam suscipere possit. unde sequitur. Et po. ha ite. su. eam. In quo & resurrectionem demõstrauit indubitabilem, Vt aũt non æstiment cũ eum interfecerint derelictum à patre, subiungit. Hoc mandatum accepi a patre meo s. ponendi animam & sumendi Ex quo nõ est intelligendum ꝗ prius expectauerit audire, & opus ei fuerit discere. se uolũtarium monstrauit processum & contrarietatis ad patrem suspitionem destruxit. The. Nihil .n. aliud mandatum hic dr̃, q̃ ea quæ ad patrẽ concordia. Alcui. Verbum n. non uerbo accepit mandatum, sed in uerbo unigenito patris est omne mandatum Cum autem dr̃ filius accipere quod substãtialiter habet, non potestas minuitur, sed generatio eius ostenditur; pater. n. filio, quem ꝑfectũ genuit, omnia gignendo dedit. The. Postquã autem de se sublimia ostẽderat, mortis & uitæ se principem exprimes, rursum inducit humilia: sic mira dispositione utraque connectens, ut nec minor aut subditus patri reputetur, nec Dei aduersario, sed eius potestatis & cõsilij. Aug. Per hoc autẽ quod dixit de anima sua, instruimur contra Appollinaris, qui dicunt Christum non habuisse animam humanam. i. rationalem. Quęramus aũt qũo pñs animam suam ponit. Christus. n. est uerbum & homo. i. uerbum, anima & caro; Christus ergo ex ꝗ uerbum est, ponit animam & iterum sumit eã: an ex eo ꝗ anima humana est ipsa se ponit, & iterũ ipsa se sumit: an iterũ ex eo ꝗ caro est, caro animã ponit & iterũ sumit? Si ât dixerimus, qa uerbũ Dei posuit animã suã, & iterũ sumpsit eã, ergo aliquando anima illa separata est a Dei uerbo. Mors. n. corpus ab anima separauit; a uerbo autem animam separatam non dico. Si autem dixerimus, qa ipsa se oi ı posuit, ab surdissi.n° sẽsus est, si. n. à u rbo separata nõ erat, a se ipsa poterat separari. Caro ergo ponit animã suã, & iterum sumit eã, non tamen potestate sua. sed potestate inhabitantis carnẽ. i. uerbi. Alcu. Et quia lux in tenebris lucebat, & tenebre eã nõ cõprǣhenderunt, subiungitur; Dissensio itaq; facta est inter Iudæos pp sermones hos: Dicebant aũt multi ex ipsis, Dæmonium habet & insanit. Chry. Quia. n. maiora erant q̃ secundum hoiem ea quæ dicebant, dæmonium. eum. habere dicebant, sed ꝗ dæmoniũ non habebat ostẽdũt alij ab his quę fecit, unde sequitur; Alij au. di. Hæc uerba non sunt dæmoniũ habentis. nunquid dæmoniũ põt cæcorum oculos aperire? q d. Nec ipsa uerba dæmoniũ habentis uidenẽ. Si uerò nõ suademini a uerbis, ab operibus moueamini; quia ergo dñs eã q̃ per res est tribuerat demõstratione, silebat de reliquo. Neq;. n. responsione erant digni, sed & nos erudiuit mansuetudine & longanimitatem omnem; ipsi etiam seipsos & compescebant, quando ab inuicem diuisi altercarentur

Quæstio subtilis.

Mãdatũ uerbi qũo intelligendum.

Facta sunt autem encænia Hierosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi & dicebant ei. Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus dic nobis palam. Respondit eis Iesus, Loquor nobis & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hęc testimoniũ perhibet de me. Sed uos non creditis quia non estis ex ouibus

meis

meis. Oues meę uocem meam audiunt, & ego cogno sco eas, & sequũtur me, & ego uitã æter nã do eis, & non peribunt in æternũ, & nõ rapiet eas quisq̃ de manu mea. Pater meus quod de lit mihi, maius omnib. est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus.

Alcui. Audiuimus patientiã Dei, & inter opprobria ꝓdicationẽ salutis, sed ipsi obdurati magis eum tẽtare, q̃ ipsi obedire volebant, vnde dr̃: Ea sunt au. encæ. in Hierosolymis. Aug. Encęnia festiuitas erat dedicationis tẽpli. Græce. n. cænõ dicit̃ nouũ q̃ncunq; nouum aliq̃d fuerit dedicatũ, encænia vocatur. Chry. Dicit. n. diẽ secũdum quem tẽplũ dedicatũ est, redeũtibus eis a captiuitate Babylonis. Theo. Splẽdide ergo prosequebantur solemnitatem, veluti ꝓprium decorẽ recuperãte ciuitate post tã lõgã captiuitatem. Alcui. Vel hæc dedicatio in memoriã illius erat dedicationis quã Iudas Machabęus fecit. Prima. n. dedicatio a Salomone facta est, tempore autumni. Secunda a Zorobabel & Iesu sacerdote, tempore veris. Hæc autem tempore hyemali, vnde sequitur: Et hyems erat. Beda. Sub Iuda. n. Machabæo statutum legitur, vt eadem dedicatio per omnes annos in memoriam solemnibus renouaretur officijs. Theo. Tempus autem hyemis euangelista exprimit, ad ostendendum ꝙ proximum esset tempus passionis. Nam in vere sequenti passus est dñs, & ideo Hierosolimis conuersabatur. Greg. 2. mor. Vel iccirco hyemis curauit tempus exprimere, vt messe Iudæorum cordibus malitiæ frigus indicaret. Chry. In hac autem solemnitate Christus cum multo studio aderat, de reliquo. n. Iudæam frequentabat. quia passio erat in ianuis, unde sequitur: Et amb. Ie. in tem. in porti. Salomonis. Alcui. Porticus Salomonis dicitur, ubi rex ille ad orandũ stare consueuerat: & ideo ex eius noĩe cognominabatur. Solẽt aũt porticus quibus templum cingebatur ex nomine tẽpli vocari. Si autem filius Dei in templo, in quo caro brutorum animaliũ offerebatur, ambulare voluit, quãto magis nostrã orationis domum in qua caro & sanguis eius cõsecratur, visitare gaudebit? Theo. Satagas tu quoq; dum, hyems imminet. i. uita presens turbinibus iniquitatis concussa, spirituales encęnias tui templi celebrare, semper renouãdo teipsum & ascẽsiones in corde tuo disponẽs: tũc Iesus erit præsto tibi in porticu Salomonis, pacificũ statum tibi tribuẽs sub tegmine ꝓprio; in seculo autẽ futuro nemo renouationis solẽnia ꝑficere poterit. Aug. Quia ergo Iudęi friguerãt a diligẽdi charitate, & ardebãt nocẽdi cupiditate: nõ accendebant ꝑsequẽdo, sed præmebãt persequẽdo; unde sequit̃, Circũ, er. Iu. & dixe. ei; Quousque ani. no. tollis? Si tu es Christus, dic no. palã, nõ veritatẽ desiderabãt, sed calumniã præparabãt. chry. Opera, n. eius in nullo incusare valẽtes, captionẽ quãdã ex uerbis cupiebant inuenire. Et intuere ꝑuersitatẽ illorũ; nã cum ꝑ sermonẽ erudit, dicũt ei; Quod signũ ostẽdis? Cum aũt per opera demonstrat, dicũt ei; Si tu est Christus, dic nobis palã, quasi semper ad cõtrariũ stãtes, sed & plenum odio erat quod dicunt, Dic nobis palã. Et nimirum ipse palam omnia dicebat, in festiuitatibus semper assistens, & nihil occulte loquebat̃: sed & adulationis verba præmittunt, dicentes. Quousq; animã nostrã tollis? vt. s. eum prouocantes aliquam captionem inueniant. Alcui. Causantur. n. ꝙ animos eorum incertos & suspensos dimittendo tolleret, qui uenerat vt animas saluaret. Aug. Quærebant autem audire a dño, Ego sum Christus, & fortasse de Christo secundum hominem sapiebant, sed diuinitatem Christi in prophetis non intelligebant, & sic si diceret, Ego sum Christus, secundum ꝙ illi sapiebant de semine Dauid, calumniarentur ꝙ sibi arrogaret regiam potestatem. Alcui. Et sic cogitabant eum tradere potestati præsidis ad puniendum, quasi cõtra Augustum Imperiũ usurparet, quare dñs itã temperauit respõsionem, vt etiam calumniatorum ora concluderet, & quia Christus est fidelibus pãderet, & de homine quærentibus diuinitatis mysteria narrat, unde sequitur: Respon. eis Ie. Lo uo. &c. Chrysosto. Quia enim simulabat a solo uerbo se suaderi, qui à tot operibus non sunt suasi, arguit malitiam eorum. q. d. Si operibus non creditis, qualiter uerbis credetis? & quare nõ credant ostendit, subdens: Sed uos &c. Augu. Hoc autem dixit: quia uidebat eos

Tres templi dedicationes

Tropologica expositio.

Prædestinatio in malã parté capit.

ad sempiternum interitum prædestinatos nõ ad uitam æternam sui sanguinis precio cõparatos;oues.n. sunt credẽdo, pastorem sequendo. Theo. Postquam uero dixerat, Non estis ex ouibus meis. Consequenter induxit eos,vt oues eius efficiantur.dicẽs: Oues meæ &c.Alcui.Idest præceptis meis ex animo obediunt.Et ego cognosco eas, .i.eligo. Et sequuntur me:hic mansuetudinis & innocẽtiæ viã incedendo,& post ad gaudia æternæ vitæ intrando,unde sequitur:Et ego uitam &c.Aug.Ista sunt pascua de quibus supra dixerat. Et pascua inueniet; bona pascua uita æterna dicitur, ibi nulla herba arescit,totum viret . vos autẽ calumniam propterea quæritis, qui de vita præsentis cogitatis.sequitur;Et nõ peri. in æter.Subaudi tanquam eis dixerit:Vos peribitis in ęternum; quia nõ est is ex ouibus meis. Theo. Sed qũo videmus Iudam perisse?quia non permansit usq; ad finem christus aũt de perseuerãtibus hoc dixit . Nã si qs separatur ab ouium grege desinẽs sequi pastorẽ,cõfestim incurrit periculũ. Aug. Quare autem nõ pereant subdit: Et nõ rap. eas quisquam de ma.mea.De illis. n.ouib' de qbus dicitur;Nouit dñs q sunt eius nec lupus rapit,nec fur tollit, nec latro interficit;Securus est de numero illorũ,q pro eis nouit qd dedit.Hil.7. de Tri. Consciæ potestatis hæc vox est,at verò vt in natura licet Dei, tamẽ ex Deo intelligẽda est ei' natiuitas:subiecit,Pater meus quod dedit mihi,ma omnib' est.Nõoccultat ex patre esse senatũ; ꝙ .n.a patre accepit,accepit nascendo,nõ postea.Aug.Non .n.crescendo,sed nascendo æqualis est, q semp natus est de patre filius,de Deo De' Hoc est ergo quod dedit mihi pater,ꝙ maius omnibus est,vt.s.sim uerbũ eius vt sim vnigenitus filius eius, ut sim splendor lucis eius. Ideo ergo nemo rapit oues meas de manu mea,quia nec de manupatris,vnde sequitur:Et nemo potest &c. Si manũ intelligamus potestatem.una est patris & filij potestas;quia una diuinitas Si autem manu intelligamus filium manus patris est ipse filius,quod non ita dictum est tanquam Deus pater habeat corporis membra, sed ꝙ per ipsum facta sunt omnia.Nã solẽt & hoĩes dicere,manus suas esse alios

Manus Dei esteius potestas.

homines per quos faciunt quod uolunt . Aliquando & ipsum opus hominis manus hominis dicitur, quod fit per manũ, sicut dicitur quisquam agnoscere manum suã, cum id quod scriptum sit,agnoscit:hoc autẽ loco menum patris & filij intelligimus potestatem;ne forte cum hic magnum patris ipsum filium dictum acceperimus, incipiat carnalis cogitatio etiã filij quærere filium.Hyl.7.de Tri. Vt.n.per corporalem significationem uirtutem possis eiusdem nosse naturæ,cõmemorata est filii manus, manus patris,qa natura & uirtus patris esset in filio.Chry.Deinde ut nos æstimes, qa ipse quidẽ imbecillis est,pp patrisautẽ uirtutẽ in tuto sunt oues;subdit,Ego & pater unũ sumus. Aug.Vtrũque audi,& unũ, & sumus,& a charybdi & a scylla liberabe ris.Quod dixit unũ, liberat te ab Arrio,ꝙ dixit sumus, liberat te a Sabellio. Si unũ, nõ ergo diuersum:si sumus,ergo pater & filius. Aug.8.de Trini.Vnũ.n.sumus dictum est,Quod ille,hoc & ego secundum essentiã,nõ secundũ relatiuum.Hyla. 8. de Tri. Hæc igitur,qa hæretici negare nõ possunt impietatis suæ mendacio negãda corrumpũt.tentãt.n.id ad unanimitatis referre cõsensum,ut uolũtatis in his unitas sit,nõ naturæ,idest ut non per id quod sunt,per id quod idem uolunt unum sint,sed per naturæ natiuitatem, dum nihil Deus in eo ex se gignendo eum degenerat, unum sunt. Dumq;de manu eius non rapiuntur,nõ rapiuntur de manu patris ; dum in operãte se,operatur pater;dum ipse in patre, & in eo pater est;hoc non præstat creatura, sed natiuitas nõ efficit uoluntas ,sed potestas non loquitur unanimitas,sed natura.Non negamus igitur unanimitatem interpatrẽ & filium;nam hoc solent hæretici mẽtiri. ut cum solam concordiã ad unitatem non respicimus,discordes eos a nobis affirmari non loquantur, sed audiant quam a nobis unanimitas non negetur : Vnum sunt pater & filius natura,honore & uirtute , nec natura eadem potest uelle diuersa.

Arrius & sabellius colliduntur vno verbo

Sustulerunt ergo lapides Iudęi , vt lapidarent eum.Respondit eis Iesus; Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo,propter quod eorum opus me lapidatis?Responderunt ei Iudæi . De bono opere non lapidemus te, sed de blasphemia , & quia tu

homo

homo cum sis facis teipsum Deū. Respondit eis Iesus Nonne scriptum est in lege uestra, quia ego dixi, dij estis? Si illos dixi Deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit, & misit in mundum, ei uos dicitis, quia blasphemas, quia dixi filius Dei sum. Si nō facio opera patris mei, nolite credere mihi Si autē facio, & si mihi non uultis credere operibus credite, ut cognoscatis et credatis, quia pater in me est, & ego in patre.

Aug. Audierunt Iudæi, Ego & pater unum sumus, & nō pertulerunt, & more suo duri ad lapides cucurrerunt; unde dr; Sustulerunt ergo lapides &c. Hila. 7. de Tri. Nunc hæreticorum furor iam dño in cœlis sedēte pati infidelitate dictis non obediente odium impietatis exercent, verborum lapides inijciunt: & si possent de throno eum suo in cruce detraherent. Theo. Dñs autē ostendens q̃ nullam iustam habebant occasionem furendi aduersus, commemorat signa, quæ fecerat. nam sequitur: Respon. eis Ie. multa &c. Alcuin. Scilicet in sanitatibus infirmorū in exhibitione doctrinæ & miraculorum, quæ ex patre ostendi, quia eius gloriam per omnia quæsiui; propter quod eorum opus me lapidatis? quamuis inuiti confitentur multa beneficia sibi impensa a Christo, sed quod de sua patrisq; æqualitate dixerat, pro blasphemia deputabant, unde sequitur. Respon. ei. Iud. De bono opere &c. Aug. Ad hoc responderūt quod dixerat, Ego & pater unum sumus. Ecce Iudæi intellexerūt quod Arriani nō intelligunt; ideo. n. irati sunt, quoniā senserunt non posse dici. Ego & pater unum sumus: nisi ubi æqualitas est patris & filij. Hila. 7. de Tri. Iudæus dicit, Cum sis homo: Arrianus, Cum sis creatura: utrique dicunt, Facis te Deum. Subijcit. n. Arrianus substantiæ nouæ & alienæ Deum. ut autem alterius generis. Deus sit, aut omnino nec Deus dicit. n Non est filius ex natiuitate, non est Deus ex ueritate, creatura est præstantior cunctis. Chry. Dominus autem nō destruxit opinionem Iudæorum æstimantium q̃ se Deo parem diceret, sed magis contrarium facit. Nam sequitur: Respon. eis Ie. Nonne scri. est in lege uestra? Aug. Id est nobis data: Quia ego di. dij estis. Deus hoc dicit, per prophetam in psalmo hominibus. Et legem appellauit dominus generaliter omnes illas scripturas, quanuis alicubi specialiter dicat legem, a prophetis eam distinguens sicuti est. his duobus preceptis tota lex pendet & prophetę. Aliquādo autē in tria distribuit easdē scripturas, ubi ait: Oportebat impleri omnia quæ scripta sūt in lege, & ꝓphetis, & psalmis. de me. Nunc uero ēt psalmos legis nomine nuncupauit, ex quibus sic argumētatur; Si illos dixit Deos, ad quos ser. Dei fa. est: & nō po. sol scri. quē po. sācti. & in mūdū, uos di. q̃a blaspemas, quia dixit filius Dei sū. Hil. 7. de Tri. Demōstraturus q̃dē quod ipse & pater unū essent, in eo primo ineptia ridiculi opprobrij cōfatatur, q̃ in reatum uocaret, quod se cum homo esset Deū faceret. Cū. n. huius lex nominis appellationem sanctis hominibus decerneret, & sermo Dei indissolubilis cōfirmaret hanc impartiri nominis ꝓfessionē. iā ergo est criminis quod se Deum, cum homo sit faciat. cum eos qui homines sunt, Deos lex dixerit. Et si a cæteris hominibus non irreligiose huius usurpatio est, ab eo hoīe quem sanctificauit pater non impudenter usurpari ur, quia Dei filium se dixerit, cū præcellat cæteros per id quod sanctificatus in filiū est, beato Paulo dicente quod prædestinatus est filius Dei in uirtute secūdum spiritū sanctificationis. omnis. n. hæc de homine responsio est, q̃ Dei filius etiā hominis filius est. Aug. Vel ali. Sanctificauit. i. ut sanctus esset gignendo ei dedit, q̃a sanctum eum genuit. Si autem sermo Dei factus est ad homines ut dicerentur dij, ipsum uerbum Dei quomodo non est Deus? Si per sermonem Dei homines participādo fiunt dij, uerbum unde participatur nō est Deus? Tho. Vel sanctificat eum hoc est sanxit sacrificari pro mundo. In quo ostendit se nō esse Deum sicut cæteri; nam salutē facere mundū diuinum opus est, nō autem hominis deificati per gratiā. Chry. Vel interim quidē ut susciperetur sermo humilius locutus est, postea autē ad maius eos reduxit dicens; Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. per hoc ostedens q̃ in nullo minor est patre, quia. n. substantiam eius impossibile erat eis uidere ab operū parilitate & identitate, demōstratioue peius quæ secundum uirtutē in-

Furor hæreticorū.

Lex sā-ctos homines Deos uocat.

dissimilitudinis est tribuit. Hil. 7. de Tri.

Testimoniũ deitatis Christi.

Quid hic adoptio, quid indulgentia nominis loci inuenit ne ex natura Dei filius sit. cum Dei filius ex naturæ paternæ operib. credendus sit non exequatur ac similis est Deo creatura. Neq; n. naturæ alienæ potestas cõparatur. gerere autẽ se non sua, sed quæ patris sũt testatur, ne p magnificẽtiã gestorum naturæ natiuitas auferatur. Et quia sub sacramẽto assũpti corporis & nati ex Maria, hominis & Dei filius nõ intelligebatur, fides nobis intimatur ex gestis cum ait. Si autem facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite. Cum. n. sacramentũ nati hominis intelligentiã diuinæ natiuitatis impediat, cũ diuina natiuitas omne opus suũ sub ministerio assũpti hominis exequit̃; Faciens igitur opera patris demonstrare debuit, qđ esset operib⁹ credẽdũ. Nã sequit̃, Vt cogno. & cre. quia pa. in me est, & ego in pa. Hoc est illud. Dei filius sũ, hoc est illud, Ego & pater unũ sumus. Aug. Nõ n. filius sic dicit. In me est pater, & ego in illo, qũo possunt dicere homines. Si. n. bene cogitemus, & bene uiuamus, in Deo sumus, & De⁹ in nobis est. quasi participantes eius gratiam & illuminati ab ipso. Vnigenitus autẽ Dei filius in patre est, & pater in illo tanquam æqualis.

Bene uiuendo in Christo sumus.

Quærebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum. Et abiit iterum trans Iordanẽ in eum locum ubi erat Ioannes baptizans primum & mansit illic. Et multi uenerunt ad eum, & dicebant, quia Ioannes quidem signum fecit nullũ. Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, uerba erat, & multi crediderunt in eum.

Beda. Adhuc Iudæos in cœpta dementia persistere euangelista ostendit, dicens: Quærebant er. eum appreh. Aug. Non credendo & intelligendo, sed sæuiendo & occidendo. Tu apprehendas ut habeas, illi apprehendere uolebant, ut non haberent, unde sequitur; Et exiuit de mani. eo. Non eum apprehenderunt, quia manus fidei nõ habuerunt. Sed non erat magnum uerbo eiicere carnem suam de manibus carnis. Chry. Cum ãt Christus aliquid magnum locutus fuerit, recedit uelociter, ut sedet̃ eorum furor per absentiam eius, quod utique & nũc fecit; unde sequitur, Et abijt iterum trans Iordanem &c. Ideo hunc locum euangelista commemorat, ut discas qm̃ ꝓpe abijt, ut recordetur eorum quæ illic facta sũt, & dicta a Ioanne & testimonij illius Beda. Dicit autem, Vbi erat primum. i. primæua ætate. Demorante autem eo ibi narrat, quia multi uenerunt ad eum, unde sequitur, Et multi uenerunt ad eum & dicebãt; quia Ioannes quidẽ fecit signũ nullum, Aug. Id est nullũ miraculũ ostendit. Nõ dæmonia fugauit, non cœcos illuminauit, non mortuos suscitauit. Chr. Vide autẽ qualiter syllogismos componunt indubitabiles. Ioãnes quidem dicunt nullum signum fecit, hic autem facit, quare huius præeminentia ostẽditur. Deinde ne putetur Ioannes, quia nullũ signũ fecit indignus testimonio; subdũt. Omnia autem quæcunque &c. Etsi nullũ signũ fecerit, tñ de hoc omnia ueraciter dixit, ergo dicũt. Si Ioanni credere oportebat, multo magis huic, cum illis testimonio etiam demonstrationem signorum habenti. unde sequitur, Et multi crediderunt in eum, Aug. Ecce qui apprehenderunt permanentem, non quomodo Iudæi uolebant apprehendere discedentem. Et uos ergo per lucernam ueniamus ad diem, quia Ioãnes lucerna erat, & diei testimonium perhibebat. Tho. Notandum autem, ꝙ crebro dominus educit populos ad solitaria loca, de perfidorum societate eripiens, ut magis fructificent, sicut legem ueterem daturus eduxit populum in desertum. Mystice autem recedens à Hierosolymis dominus hoc est a plebe Iudaica ad loca fontes habentia se transferat. i. ad ecclesiã ex gentibus quæ habet fontem baptismi, per quẽ multi ad Christum accedunt, quasi transeuntes Iordanem.

CAPVT. XI.

ERat autem quidam languẽs Lazarus a Bethania de castello Mariæ & Marthæ sororum eius. Maria autem erat quæ unxit dominum unguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserũt ergo sorores ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmabatur. Andiens autem Iesus, dixit

ris. Infirmitas hæc non est ad mortē, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autē Iesus Marthā, & sororē eius Mariā & Lazarū.

Bed Dixerat euangelista dñm trans Iordanem abijsse, tuncq; Lazarum contigit infirmari. vñ dr̃, Erat qui. lan. La. à Be. Hinc est q̃ in quibusdam exemplaribus copulatiua coniunctio, & posita inuenitur, vt sequentia verba superioribus connexa videantur. Interpretatur aũt Lazarus adiutus. Inter omnes. n. mortuos, quos dñs suscitauit, hic magis ab eo adiuuatur, quem non solum mortuum, sed quatriduanũ suscitauit. Aug. Inter omnia n. miracula quæ fecit dominus, Lazari resurrectio præcipuè prædicatur. Sed si attendamus quis fecerit, delectari debemus potius, q̃ mirari. Ille suscitauit hominem, qui fecit hominem? plus, n. est hominem creare, q̃ resuscitare infirmabatur aũt in Bethania Lazarus. unde dr̃. A Betha. de castello Mar. &c. Quod castellũ erat proximum Hierosolymis. Alcu. Et quia plures fœminæ huius nominis erãt, ne erraremus in nomine, ostenditur ex notissima actione. Nam sequitur: Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento &c. Chry. Igitur primum quidē illud necessarium discere, quoniam hæc non fuit illa meretrix quę in Luca legitur. Hæc. n. honesta fuit, & studiosa circa Christi susceptionem. Aug. de con. euange. Vel aliter; Hoc dicens Ioannes attestatur Lucæ, qui hoc in domo pharisei cuiusdam Simonis factum esse narrauit, iam itaq; hoc Maria fecerat. Quod autem in Bethania rursus fecit, aliud est quod ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur a tribus. Aug. de uer. domi. Inuaserat igitur Lazarum pernities inimica languoris miserandi dominis, corpus, quotidie edax febris incendium consumebat. Aderant autem duo sorores languēti, & casum dolentes iuuenis ægrotantis lectulo iugiter inhærebant; unde de eis mox subditur, Miseruntergo sorores eius ad eum, dicentes. Domine, ecce quē amas infirmat. Augu. super Ioan. Non dixerunt, ueni & sana, non ausæ sunt dicere. Ibi iube, & hic fiet, sed tantummodo, Ecce quem amas infirmat. q. d. sufficit ut noueris, non enim amas. & deseris Chry. Per hoc. n. ad miserandum uolunt attrahere Christum, adhuc. n. ei quasi homini intendebant. Ideo autem nõ iuerunt ad Christũ sicut Centurio & Regulus, sed mittunt: quia uehementer confidebant de Christo pp multã familiaritatem, quam habeo, aut ad eum, & quia a luctu detinebantur. Theo. Et quia mulieres erant quas non decet de facili domum exire. Multam autem deuotionem, & fidei magnitudinem exprimunt, dicentes: Ecce quem amas infirmatur: tantum. n. potentiam in domino esse credebant, q̃ mirum videretur qualiter virum sibi dilectum infirmitas potuerit occupare. Sequitur: Audiens autem Iesus dixit eis. Infirmitas hęc non est ad mortem, quia ipsa mors non erat ad mortem sed potius ad miraculum, quo facto crederent homines in Christum, & vitarent ueram mortem; unde sequitur, Sed pro gloria Dei. Vbi ex obliquo dominus Deum se dixit contra hæreticos qui dicunt, quod filius Dei nõ sit Deus. pro gloria ergo huius Dei audi quod sequit̃, Vt glorifi. Dei per eam, scilicet infirmitatem. Chry. Hoc autem, ut, non ad causale, sed euētus. Nã euenit quidem aliunde infirmitas usus est autem ea in gloriam. Dei. Sequitur. Diligebat autem Iesus Martham &c. Augult. Ille languēs, ille tristes, omnes dilecti Habeãt ergo spem quoniam diligebantur ab eo qui est dolentium cõsolator, lãguētiumque sanator. Chry. Per hoc etiã erudit nos euangelista, non tristari si qua infirmitas facta fuerit circa bonos uiros, & Dei amicos.

Mira-culum plus amandũ quam mirandum.

Lazarus iuuenis.

Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tũc quidem mansit in eodē loco duobus diebus. Deinde post hæc dicit discipulis suis eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc; Respondit Iesus. Nonne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulauerit die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si autem ambulauarit, offendit, quia lux non est in eo.

Alcui. Dominus nũciata infirmitate Lazari, quousq; quatriduanum compleretur sanare distulit, ut mirabilius suscitaret. unde dicit̃. Vt ergo audiuit quia infirmabatur &c. Chry. Vt scilicet expirare, sepeliretur. & dicant. Quoniam fœtet, ut nullus posset dicere, quoniam nondum defunctum eum suscitauit, sed stupor fuit & non

mors

mors. Sequitur: De post hæc di. dis. su. Eamus in Iu. iterum. Aug. Vbi pene fuerat lapidatus, quia propterea inde discessisse uidebatur ne lapidaretur. Discessit. n. ut homo, sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem. Chry. Nusquam autem alibi dominus prædixit discipulis quo iturus esset, sed hic prædixit, qa formidabant uehementer, vt non repente eos cõturbet. Nam sequitur. Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebãt te Iudæi lapidare, & tu iterũ uadis illuc? formidabãt. n. & ꝓ eo & pro seipsis, nõdum. n. erãt in fide firmati. Augu. Cum auté vellent dare consilium homines Deo, discipuli magistro, corripuit eos: vnde sequitur, Respondit Iesus. Nonne duodecim &c. Vt. n. diem sese ostéderet. 12. discipulos elegit. In hoc auté verbo non ipsum Iudã, sed successoré eius præuidebat. Iuda. n. cadente successit Matthias, & duodenarius numerus mansit. Horæ ergo illustrentur à die, vt per horarũ prędicationé credat mundus in diem. Me ergo sequimini, si non vultis offendere: vnde subdit. Si quis ambulauerit in die non offédit &c. Chry. q. d. Qui sibi nihil cõscius est nequitiæ, nihil patietur versutiæ. Qui uero mala agit, patietur. Itaq; non oportet formidare, nihil. n. dignum morte gessimus. Vel aliter; Si quis lucem huius mundi videt securus est, multo magis qui mecum est nisi amouerit se à me Theo. Quidam uero hunc diem intelligunt tempus præcedens passionem; noctem uero ipsam passionem. Dicit ergo eis, Deum dies est. i. dum nondum imminet tempus passionis, nõ offenderis. Nõ. n. vos persequentur Iudæi. Cum auté nox venerit, passionem propriam dico, ex nunc noctem possidebitis angustiarum.

Singulare est quod dicitur

Intellectus moralis.

Hæc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitem eum. Dixerũt ergo discipuli eius, Domine, si dormit saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius; illi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis quonia n non eram ibi. Sed eamus ad eum, Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus ad condiscipulos; Eamus & nos & moriamur cum eo.

Chry. Posita una confortatione discipulorum, hic alio modo eos confortat: ostendens quoniam non Hierosolymãm debent ire, sed in Bethaniã: unde dr̃; Hæc ait. &c. d. q. Non eo rursus disputaturus contra Iudæos, sed amicum nostrum excitaturus propter hoc ergo dicit, Amicus noster, ut ostendat necessarium suum aduentum. Augu. Quod autem dixit dormit, uerum dixit domino dormiebat; hominibus mortuus erat qui eum suscitare non poterant. Nam dominus tanta facilitate excitabat de sepulchro, quanta tu excitas dormienté de lecto. Ergo secundum potentiam suam dixit dormienté; sicut & apostolus dicit; De dormiétib⁹ auté nolo uos ignorare dormiétes appelauit, qa resurrecturos prænũciauit. Sed quomodo interest inipsis qui quotidie dormiũt & exurgũt, q d quisq; uideat in somnis: alij sentiũt læta somnia. alia torquétia. Sic unusquisque cum causa sua dormit cũ causa sua surgit. Chry. Discipuli auté impedire voluerunt eius aduentum in Iudæam: unde sequitur, Dixerũt ergo discipuli eius. Domine &c. q. d. Si dormit, nõ igit̃ vtile est ꝙ tu vadas ad excitandum eum. Aug. Quomodo ergo intellexerunt discipuli, sic responderunt. vnde sequitur, Dixerat autem Iesus de morte eius &c. Chry. Si uero quis dicat. quomodo non cognouerunt discipuli mortuũ esse ab eo ꝙ dixit, Vado vt excitem illum? stultum. n. erat eum ire per tot stadia, vt Lazarũ a somno excitaret. Istud dicemus, quoniam ęstimabant hoc ænigma esse, qualia multa loquebatur. August. Quia ergo obscure dixerat Dormit, manifestat quod dixerat. vnde sequitur, Tũc ergo Iesus dixit eis &c. Chry. Non autem hic adiecit, Vado vt resuscitem eum. non. n. uolebat uerbis prædicare quod per opera debebat certificare, uanãgloriam ubiq. nos fugere docens, & ꝙ non oportet simpliciter promittere. Sequitur; Et gaudeo propter uos &c. Augu. Aeger. n. non mortuus fuerat nũciatus, sed quo lateret eum qui creauerat, ad cuius manus aĩa morientis exierat. Ait ergo, Gaudeo propter uos vt credatis quoniã non eram ibi, ut iã inciperent admirari, quia dominus poterat dicere mortuum, quod ne viderat, nec audiuerat. Vbi meminisse debemus ꝙ adhuc etiã ipsorum discipulorum miraculis ædificabatur fides, non vt esse inciperet, sed ut quæ

Somn⁹ est indiciũ salutis i ęgrotis.

Fides apostol. augescit.

quæ cœperat, cresceret, ꝙ ergo dicit, Ve credatis intelligendum est, vt amplius robustiusq; credatis Theo. Intellexerunt autem quidā hoc sic: Gaudeo, inquit, pro vobis; nam cum illic nō extiterim, cōfert ad maioritatem fidei vestræ, qm̄ si astitissem ægrotantem curassem, quod esset modicū signum ad meæ virtutis indicium; quia vero me absente superuenit mors, potius in fide mea corroboramini, cū videbitis me posse etiam defunctum putrescētem resuscitare. Chry. Igitur omnes discipuli quidē timebant Iudæos, super alios verò Thomas; vnde sequitur, Dixit ergo. Thō. q di. Didymus ad cōdisci. Eamus & nos, & mori cum eo. Infirmior.n.erat aliis & infidelior, postea oībus fortior factus est & irreprehēsibilis, q solus orbē terrarū pcurrit, & in mediis plebibus voluebatur volētib. eū interficere. Beda. Vel castigati discipuli superioribus dn̄i verbis, nō ausi sunt vltra cōtradicere. Sed Thomas prę oībus socios hortatur, vt irent & morerentur cū eo. In quo magna eius vr̄ esse cōstantia. Sic.n.loq̄bat̄, quasi facere posset q̄ alios hortabat̄, immemor suæ fragilitatis sicut & Petrus.

Venit itaq; Iesus, & inuenit eum quatuor dies iā in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam quasi stadiis quindecim. Multi autem ex Iudæis venerat ad Martham & Mariā, vt cōsolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi, Maria autē domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcunq; poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus; Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei Iesus, Ego sū resurrectio & vita. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? At illi. Vtique domine. Ego credidi quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti.

Alcui. Dn̄s ad hoc venire distulerat, vt quatriduum impleretur, vt Lazarus gloriosus resuscitaretur. vnde dicitur; Venit itaq; Iesus & inuenit &c. Chry. Manserat .n. dn̄s duobus diebus & ante duos dies venerat nuncius. In qua die Lazarus est defunctus: ipse autē quarta die accessit. Aug. De quatuor autem diebus multa dici possunt. diuersis.n. modis vna res significari potest. Est.n. vnus dies mortis; quē homo trahit de morte propagine. Sed & legem naturalem transgrediūtur homines; ecce alter dies mortis. Lex etiam scripturæ data est diuinitus per Moysen, & ipsa cōtemnitur; adde tertiū diem mortis. Venit euangelium, & ipsum trāsgrediūtur homines; ecce quartus dies mortis, etiā ad tales excitandos dn̄s nō dedignatur accedere. Alcui. Aliter, Primum peccatum extitit, latio in corde; secundum, consensus; tertiū, factū; quartum, consuetudo. Sequitur, Erat au. Be. iuxta Hieroso. quasi stadiis 15. Chry. Quod erat miliaria duo. Hoc aūt inducit̄ ad ostendendum ꝙ cōgruū fuit multos Iudæorum à Hierosolymis abesse. vnde subditur. Multi autem ex Iudęis &c. Sed qūo Iudæi consolabantur dilectas à Christo, cùm iā statuissent ꝙ si quis Christum cōfiteretur extra synagogā fieret? Sed propter calamitatis necessitatē, aut quasi nobiles has mulieres reuertētes eas cōsolabātur, aut quia hi aderāt qui nō mali erant: multi.n.ex ipsis credebāt. Hoc aūt dicebat euāgelista, ad ostēdendū ꝙ Lazarus verè mortuus erat. Beda. Nondum autem dn̄s castellum introierat. vnde adhuc extra castellū posito occurrit Martha, vnde sequit̄, Martha er. vt audi. quia Ie. ve. accur. illi. Maria au. do. se. Chry. Non autem assumit sororē obuiam Christo vadens. Vult.n. singulariter Christo loqui, & quod f.ctum est ei annunciare. Cùm verò eam in bonam spem duxit; tunc abiit & vocauit Mariam. Theo. Primo itaq; non pandit sorori volens hoc latere, quoniam si percepisset Maria Christum accedere, obuiam iret & comitarentur eam præsentes Iudæi, quibus notū fore aduentum Iesu Martha nolebat. Sequitur, Dixit au. Martha ad Ie. Domine si fu. hic frater meus non fuis. mortuus. Chry. credebat.n. in Christum, sed non vt oportebat: nōdum enim cognoscebat quoniā Deus erat. & ideo dicebat, Si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Theo. Quasi diffidens, quoniam etiam absens vellet posset prohibere mortē fratris sui. Chry. Nōdum etiam cognoscebat ꝙ propria virtute hoc faceret, quod apparet ex hoc quod subditur. Sed & nunc scio, quia

Misterium quatuor dierū Lazari.

quęcun-

quæcunque popos.à Deo dabit ti. Deus, vt de uirtuoso quodã & appropriato uiro loquens. Aug Non autem dicit ei. Rogo te vt resuscites fratrem meum; unde.n. sciebat si fratri eius resurgere vtile fuerat? hoc tentum dixit, Scio quia potes si vis facere; verum facias iudicij tui est, non præsumptionis meæ. Chry. Domin⁹ ãt vtraq; quæ nõ cognoscebat eam docuit, vnde sequitur: Dixit ei Ie. resur. fra. tuus. Non dixit petam vt resurgat; sed si diceret, Non indigeo adiutorio, a meipso omnia facio valde fuisset graue mulieri, sed hoc dicere, Resurget, medium erat. Ang. Ambiguũ autem fuit, quod dixit, Resurget. Non. n. ait. Non. & ideo sequit: Dicit ei Mar. Scio quia resurget &c. De illa resurrectione secura sum, de hac incerta sum, Chry. Audierat autem mulier multa a Christo de resurrectione loquentes: dñs autem manifestius suam ostendit autoritatem. Nã subditur, Dicit ei Ie. Ego sum resur. & vi. osté dens quoniam nõ indiget alio adiutorio; si.n. alio adiutorio indigeret, qualiter erit resurrectio? Si uero ipse est uita, nõ loco circumcluditur, sed vbique existens potest sanare. Alcui. Ideo ego sum resurrectio, quia uita. Per quem tunc cum alijs resurget, per eundem potest & modo resurgere. Chry. Illa ergo dicente, quæcunque petieris, ipse dicit, Qui cre. in me, etiam si mor. fue. ui. ostendens qm ipse est tributor bonorũ, & ab ipso oportet petere: per hoc autem eius intellectum eleuat: non enim hoc erat solum quod quærebatur, vt solũ Lazarũ suscitaret, sed etiam oportebat eã & q præsente erant discere resurrectioné. Au. Dicit ergo. Qui cre. in me, ét si mor. fue. in carne, viuet in anima: donec resurget caro nunq̃ postea moritura. Nã vita animę fides est. Sequit. Et omnis q ui. in carne, & cre. in me, ét si moriat ad tépus pp morté carnis, nõ moriet in ęternũ. Alcui. Propter vitã spiritus & immortalitaté resurrectionis. Sciebat auté dominus quem nihil latet, q hoc credebat, sed cõfessioné qua saluaretur quærit, unde sequitur; Credis hoc? At illi, Vtique domine. ergo cre. quia tu es Christus filius Dei uiui, qui in hunc mun. ue. Chry. Videtur mihi non intellexisse mulier qđ dictum est, sed qm magnũ qđ erat intellexit, nõ tamẽ cognouit qđ est, propterea aliud interrogata, aliud respódit. Aug. Vel aliter. Quoniã hoc credidi quod filius es Dei, credidi qa tu es uita, qa & q credit in te, ét si moriat, uiuet.

Dulcedo uerborũ christi

ergogat Christus.

Et cum hæc dixisset, abijt & uocauit Mariam sororem suam silentio, dicens. Magister adest, & uocat te. Illa vt audiuit, surgit cito, & venit ad eum; nondum enim uenerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudęi ergo qui erant cum ea in domo consolabantur eam, cum vidissent Mariam qui cito surrexit & exijt, secuti sunt eam, decentes. quia uadit ad monumentum ut ploret ibi. Maria ergo cum uenisset ubi erat Iesus, uidẽs eum, cecidit ad pedes eius & dixit ei. Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.

Chry. Ex uirtute sermonum Christi interim Martha lucrata est luctus dissolutionem: ea.n quæ ad magistrum erat deuotio nõ permittebat eã sentire præsentia quæ luctum inducere poterant, unde sequitur. Et cum hæc dixisset, &c. Aug. Aduertendũ q suppressam uocem silentium nuncupauit. Nam quomodo siluit, cum subdatur dicens, Magister, adest & uocat te. Chrysost. Ideo autem occulté sororem uocat: si.n. sciuissent Iudæi Christum aduenire recessissent, & non fuissent testes miraculi. Augu. Aduertendum etiam quemadmodum euãgelista nõ dixerit, ubi, uel qñ uel qũo, Mariam dominus uocauerit, ut hoc uerbis Marthę potius intelligeretur narrationis breuitate seruata. Theo. Siue, etiam ipsam Christi pręsentiam uocationem reputauit. q.d. Inexcusabile est, ut eo præsente tu nõ exeas obuiam ipsi. Chry. Omnibus autem assidentibus illa lugens & plangẽs non expectauit ad se uenire magistrum, neque dignitatem seruauit, neque a luctu detenta est. sed surgens confestim obuiauit, unde sequitur. Illa ut audi su. ci. & ue. ad eum, Augus. Ex quo patet q non illam præuenisset Martha si ei notus fuisset aduentus Iesu Sequitur: Nondũ.n. uenerat Ie. in castellum &c. Chry. Vacãtius.n. ibat, ut non uideatur inijcere seipsum miraculo, sed rogari ab alijs. Hoc igitur uult occulté euangelista insinuare, aut quia citò currebat. ut anticiparet eum uenientem; uenit autem non sola, sed omnes trahens

Amor sororũ Lazari

trahens Iudæos:unde sequitur, Iudæi igit qui erant in domo cum ea,&c. Augu. Hoc pertinuit ad euangelista narrare, ut uideamus quæ occasio fuerit q plures ibi essent,qn Lazarus resuscitatus est,ut tā grāde miraculū quatriduani mortui resurgentis testes plures inueniret;sequitur,Maria ergo cum ue.ubi erat Iesus,&c.Chry.Feruentior hæc soror erat,non.n.turbam uerecundata est, nec suspitionem timuit q̄ de Chro Iudæi habebat,cū aliq inimicorum Chri interessent, sed omnia cōtépsit humana p̄sente magistro, & solite dabat ei q ad magistrum honori. Theo. Quanuis ét se diminute uidebatur habere dicens. Domine si fuis.hic frater &c. Alcui. Dū nobiscū p̄sens fuisti, non morbus,, nō infirmitas aliqua apparere ausa est,apud quas uita nouerat habitare siue hospitari. Aug. de uer.do. O infidelis conuenio te adhuc positum in seculo; Lazarus amicus moritur. Si amic⁹ morit inimicus qd patiet? paruū est si nō tibi soli superi seruiūt. Ecce tuum dilectum inferi rapuerunt. Beda. Nō autē omnia dixit Maria quæ Martha protulerat, quia consuetudo hominum more lachrymis non omnia quæ uoluit & in animo habuit proferre potuit.

Nota-bile uerbū.

Iesus ergo ut uidit eam plorantem, & Iudæos qui uenerat cum ea, plorantes: infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit; Vbi posuistis eum? Dicunt ei; Domine, ueni & uide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi; Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati facere, ut hic nō moreretur? Iesus ergo rursum fremēs in semetipso uenit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus; Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat; Domine iam fœtet: quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, uidebis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem.

Chry. Mariæ loquenti nihil Christus loquitur neq; ea dicit q̄ sorori dixerat: turba.n. aderat multa;& non erat tempus illorum uerborum. Sed condescendit & humiliatur, humanam naturā denudās. quia .n. miraculum magnum erat futurum, & multos per id lucratus, sua cōdescensione attrahit testes,& humanam mōstrat naturam. unde sequit; Iesus ergo ut uidit &c. Aug. Quis.n.cum posset nisi ipse turbare; Turbatus est Christus quia uoluit, esuriuit quia uoluit; in illius potestate erat sic, uel sic affici uel non affici. Verbum.n. animam suscepit, & carnem, totius hominis sibi coaptās in personæ unitate naturā, ac per hoc ubi summa potestas est, secundum uoluntatis nutum turbat infirmitas. The. Ad approbandum.n. conditionē humanā iubet ei quod suum est p̄sequi, necnō iniungit ei uirtute Spiritu sancti, illamq; cōpescit. Hæc autem cūcta naturam pati dn̄s cōniuet, cū approbando q homo uerus & non apparens fuerat, tū etiā nos monēdo, ac metam męstitiæ & iocunditati imponēdo. Nā ex toto nec cōpati nec merere ferinum, ac horum exuberātia muliebre; Sequitur; Et dixit, Vbi posuistis eum? Aug. de uer.do. Non locum sepulti ignorare credi debuerat, sed fidem populi approbare uolebat. Chry. Nō.n.uult ipse se inijcere, sed omnia ab aliis discere, & rogatus facere, ut ab omni suspitione eri piat signū. Aug. lib 83.q Quod & interrogat uocationem nostrā q̄ fit in occulto arbitror significare. Prædestinatio.n.nostræ uocationis occulta est, cuius secreti signū interrogatio dn̄i quasi nescientis cum ipsi nesciamus: uel q ignorare se peccatores alio loco dn̄s ostēdit, dicens: Non noui uos, quia in disciplina & p̄ceptis eius nō peccata sunt. sequit: Dicūt ei, dn̄e ueni,& uide. Chry. Nōdū.n. aliquod resurrectionis monstrauerat: uñ ita uidebatur iturus, ut lachrymaturus, nō ut resuscitaturus, pp hoc dicūt: Veni & uide. Aug. Videt aūt dn̄s qn̄ misereretur, unde dr̄: Vide humilitatē meā & laborem meū, & dimitte oia peccata mea. Sequitur: Et lachry. est Iesus. Alcui. Quia fons pietatis erat, flebat pro parte humanitatis, quē resuscitare poterat per potentiā diuinitatis. Augu. Quare aūt fleuit christus, nisi quia homines flere docuit? Bed. Est autem hominū consuetudo charos suos mortuus lugere. Secundum hanc consuetudinem Iudæo. dominum flere putabant, unde subditur: Dixerunt er. Iu. Ecce quomodo amabat eum. Aug. Quid est amabat eum? Non ueni uocare iustos: sed peccatores ad pœnitētiam. Sequitur; Quidam aūt ex ipsis dixe-

Prædestinatio occulta.

Non

Non pote.hic qui ape.ocu.cœci nati,facere ut hic non moreret̃?Plus est q̃ facturus est,ut mortuus suscitet̃.chry.Erãt ãt ex inimicis eius q̃ hoc dixerunt.Ex quibus igit̃ oportebat eius admirari uirtutem, ex his ei detrahunt.s. ex illuminatione cœci nati;quasi nec illo miraculo facto. In hoc ẽt se ostendunt esse corruptos, quia nondũ Christo adueniẽte ad monumentũ præsumunt accusationes nõ expectantes rei finẽ.Sequit̃;Iesus error.fremẽs in semetipso.ue.ad mo.Studiose euangelista frequẽter dicit q̃ lachrymatus est, & q̃ fremuit, ut discas q̃ uere nostram naturam induit. Quia.n.his magis alijs euãgelistis magna de eo loquit̃,etiam in rebus corporalibus humiliora dicit.Aug. Fremas autẽ & in te si disponis reuiuiscere.omni homini dicit̃, q̃ præmitur messia consuetudine,sequit̃: Erat autẽ spelũ.& lap.suppositus ei. Mortuus sub lapide, reus sub. lege.Lex.n.quę data est Iudæis in lapide scripta est. Omnes autem rei sub lege sunt iusto autẽ nõ est lex posita. Bed.Est autem spelunca rupes cauta.Porrò monumẽtum dicitur eo q̃ mẽtem moneat, hoc est mortuos ad memoriam reuocat. Sequitur;Ait Iesus;tollite lapidem. Chry. Sed quare non lapide iacente fecit resuscitari ? Nonne poterat qui corpus mouit mortuum uoce , etiam multo magis lapidem mouere? Non autẽ hoc fecit,vt eos testes faciat miraculi , ut non dicant quod in cœco dixerant:Nõ est hic.Magnus.n. & accessus ad monumentũ testabantur q̃ ipse est. Aug.Mysticè autem dicit,Remouete lapidem,remouete legis pondus,gratiam prædicate.Aug.lib.83.q. In quo puto illos significari q̃ uenientib. ad ecclesiam ex gentibus,onus circuncisionis imponere uolebant, uel eos qui in ecclesia corruptè uiuũt & offensioni sunt credere uolentibus. Aug.de uer.do.Iam autẽ Maria & Martha sorores Lazari quæ Christum frequẽter mortuos resuscitasse uiderant fratrem suum posse resuscitare penitus non credebbnt.Nam sequitur:Dicit ei Nar.so. eius qui. mor fue. Domine &c. Theoph.Hoc autem Martha tanquam diffidens dicit, ueluti impossibile credẽs posse fratrem suscitari ob dicrum diuturnitatem.Bed.Vel hęc uerba non sunt desperationis,sed potius admirationis.Chry. Sed hoc etiam quod dicit ualet ad ostruendũ indeuutos, ut & miraculũ testent̃ manus collẽtes lapidẽ,& uocẽ andiẽs Christi , & uisus uidentiũ Lazarũ exire , & odoratus fætorem recipiens.Theo.Christus autẽ rememorat mulieri ea de q̃bus secũ cõtulerat,& penè ut obliuiscenti loquit̃:unde sequitur,Dicit ei Iesus;Nonne dixi&c.Chr. Non.n.memor erat mulier eius q̃ Chrs dixit ; Qui credit in me , etiam si mortuus fuerit uiuet:& discipulis quidem dixit, Vt glorificetur filius Dei in ea:hic autem gloriam Dei de patre dicit.Infirmitates.n.eorum qui audiebant, causa erãt differentiæ eorum quæ dicebãtur. Nolebat dominus interim turbare astantes, & ideo dicit;Videbis glo.Dei.Aug.In hoc autem est gloria Dei, quia & fœtentem & quatriduanũ resuscitat:Sequitur,Tulerunt ergo lap. Orig.Mora tollendi lapidem adiacentem ex sorore defuncti causata est . Nisi enim dixisset:Iam fœtet,est enim quatriduanus non diceretur;Dixit Iesus, tollite lapidẽ. Sustulerunt ergo lapidem,nunc ergo longe tardius ablatus est.Commodum est igitur nihil inter ponere inter iussa Iesu,&ipsorum executionem.

Côsue do pra ua notatur.

Gloria Dei quo uisa in miraculo.

Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit. Pater gratias ago tibi quoniã exaudisti me. Ego autẽ sciebam,quia semper me audis , sed propter populum qui circunstat,dixi,ut credant quia tu me misisti. Hæc cum dixisset,uoce magna clamauit; Lazare , ueni foras.Et statim prodijt qui fuerat mortuus , ligatus manus & pedes institis,& facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus; Soluite eum,& sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariam & Martham, & uiderant quæ fecit Iesus crediderunt in eum.Quidam autem ex ipsis abierũt ad pharisæos & dixerũt eis quæ fecit Iesus.

Alcui. Quia Christus secundum hominem minor erat patre,ab illo petit suscitationem Lazari,atq; ideo se exauditum esse dicit; unde dicitur,Iesus autem ele. sursum oculis dixit,Pater &c. Orig.Eleuauit quidem sursum oculos,quoniam intelligẽtiam humanam erexit,adducens illam per orationem ad excelsum patrem Sed & necesse est uolentem ad exemplar orationis Xpi orare,eleuare oculos cordis sursum , ac erigere illos a p̃sentibus rebus, memoria,

Orationis Chisti exemplum.

ria,cogitationibus, atq; intentionibus. Si aũt dignè orãtibus hmõi quidam exprimitur à Deo de propria oratione promissio, adhuc te loquente: Ecce assum, quid expedit arbitrari de dño Saluatore? erat.n. oraturus pro resurrectione Lazari. Sed præueniẽs illius oratione qui solus bonus pater est, exaudiuit dicenda. Pro impletione igitur orationis subdit gratiarũ actiones, dicẽs. Pater gratias ago tibi quo. exau. me. Chry. Hoc est, mihi est contrarium mei ad te. Non aũt ondit, ꝙ ipse nõ potuit, uel ꝙ minor sit patre, qa hoc & amicis dr, & honore ęqualibus. Vt aũt ostendat qm̃ nõ indiget orone, subiungit: Ego aũt scie. qm̃ sem. me au. q. d. Ad hoc ꝙ fiat uolũtas mea non indigeo orone ad hoc, ꝙ tibi suadeã: una.n. est nostra uolũtas. hoc aũt obũbrare dicit pp auditorũ imbecillitatẽ. Deus .n. non ita dignitatem suam respicit, ut ad salutem nostram; propterea excelsa quidẽ & magna, pauca & ipsa occultata, humilia uero multa circumfluunt eius sermonib⁹. Hyla.3. de Tri. non igitur prece eguit, nobis orauit ne filius ignoraretur; unde subditur, Sed propter populum qui circũstat dixi, ut credant quia tu me mi. Cùm.n. sibi non proficeret deprecationis sermo, ad profectum tñ nostræ fidei loquebatur, Nõ inops ergo auxilij est, sed nos sumus inopes doctrinæ. chry. Non autem dixit, ut credat quoniã minor sum, quoniam sine oratione non possum facere, sed quoniam tu me misisti. Non dixit, misisti me imbecillem, seruitutem recognoscentem, à me ipso nihil facientem, sed me misisti, ut nõ Deo contrarium æstiment, ne dicant; Nõ est ex Deo, & ut ostendam secundum tuã uoluntatem opus hoc fieri. Augu. de uer. do. Venit autem Christus ad monumentũ in quo Lazarus dormiebat, & non tanquã mortuum, sed tanquam sanum, tanquam uiuum, tanquam audire paratum, de sepulchro protinus uocauit: unde sequitur, Hęc cum dixisset, uo. ma. cla. Lazare ueni fo. Ideo dicit nomen, ne omnes mortui cogerentur exire. Chry. Non aũt dixit, Surge tu, sed ueni foras, ut uiuenti loquẽs ei qui mortuus fuerat. Propter quod non dixit, In nomine patris ueni foras, aut resuscita eum pater. Sed hæc omnia dimittens post

Nota verba.

quam orãtis formã acceperat, per res auctoritatẽ ostẽdit, qm̃ & hoc sapientiæ suæ est, per verba quidem condescensionem, ꝑ vero ostẽdere ptãte. Theo. Alta vero Saluatoris vox q̃ Lazarũ suscitauit, indiciũ est turbæ magnæ sonaturæ in cõi resurrectione. Altius ẽt clamauit ut Gentiliũ ora refrenet famulantiũ, in tumulis esse aĩas defunctorũ: nã quasi foras manentẽ eã aduocat per clamorem. Sicut autem vniuersalis resurrectio in ictu oculorum proueniet, sic & hæc resurrectio singularis, & ideo sequitur, Et statim prodiit qui mortue. liga. ma. & pe. insti. &c. Iam mãcipatur effectui quod dicitur: Venit hora cum audient defuncti vocẽ filij Dei, & qui audierint viuẽt. Orig. Nam vox elata & clamor non incõuenienter dicetur excitasse illũ, & sic adimpletũ est quod dixerat: Vado vt excitem eum. Sed & pater qui filium orantẽ exaudiuit suscitauit Lazarum, ut sic resurrectio Lazari cõe opus sit filij orãtis & patris exaudientis. Sicut.n. pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Chry. Exiit aũt ligatus, vt nõ putaretur esse phantasma. Sed & hoc ꝙ exibat ligatus non minus videbatur esse q̃ resuscitare. Sequitur: Dicit ei Iesus; Soluite eum. Vt videlicet tãgentes & ei appropinquantes videant, quia vere est ille, sequitur: Et sinite abire, & hoc propter humilitatem, non.n. dicit eum, neq; iubet secum dũ ambulare ad sui demonstationẽ. Orig. Dixerat autem supra dominus; propter populum qui circunstat dixi, vt credant, quia tu me misisti, nullo autem eorum credente, hoc dixisset velut aliquis hominum inscius futurorum: vnde ad hoc remouendũ subditur, Multi ergo ex Iudæis &c. Quidã autem ex ipsis abierunt ad pharisæos & dixerunt eis quæ fecit Iesus. Continet quid ambiguum sermo præsens, verum qui iuerunt ad pharisæos fuerunt ex illis multis, qui crediderant proponentes conciliare Christo hostiliter se habẽtes ad eum. Vel alij a credentibus irritare volentes inuidum pharisæorum zelũ in ipsum, & videtur mihi hoc magis euangelistam exprimere velle, multos.n. dixit, qui per hoc quod viderunt crediderunt, veluti paucis existentibus alijs, de quibus subdit. Quidam

autem

autem &c. Aug. lib. 83. q. Quanquã aũt secundũ euangelistæ historiã resuscitatum Lazarũ plena fide teneamus, tñ in allegoria aliquid significare nõ dubito, neq; cũ res factæ allegorizantur, gestæ rei fidem amittunt. Aug. sup. Io. Oĩs quidẽ qui peccat morit, sed Deus magna misericordia aĩas suscitat, ne moriantur in æternũ. Intelligimus ergo tres mortuos quos in corporibus suscitauit, aliquid significare de resurrectionibus aĩarũ. Greg. mor. 4. Puellã.n.ĩ domo, mulierẽ extra portã, in sepulchro aũt Lazarũ suscitat. Adhuc quippe in domo mortuus iacet, qui iacet in peccato. Iã quasi extra portã ducitur, cuius iniquitatis vsq; ad inuerecundiã publicæ perpetrationis operaẽ. Aug. Vel intus est mors, quia cogitatum malũ nõdũ processit ni factum. Si aũt ipsum malũ fecisti, quasi mortuum extra portam extulisti. Greg. Sepulturæ vero aggere premitur, qui in perpetratione nequitiæ etiam vsu cõsuetudinis pressus grauatur; sed hos plerunq; diuina gratia respectus sui lumine illustrat. Aug. lib. 83. q. Vel accipiamus Lazarum in monumẽto aĩam terrenis peccatis obrutam. Aug. sup. Io. Et tñ Lazarũ dñs amabat: si.n. peccatores non amaret, de cœlo ad terras non descẽderet. Bene aũt de illo qui peccare cõsueuerat dr, Fœtet: incipit.n. habere pessimam famã tanquã odorem teterrimũ. Aug lib. 83. q. Recte ẽt dicit, Quatriduanus est: vltimum.n. elementorũ terra est, significat.n. puteũ terrenorũ peccatorũ, id est cupiditatum carnaliũ. Aug. super Io. Fremuit aũt dominus, lachrymauit, voce magna clamauit, quia difficile surgit quem moles consuetudinis præmit. Turbat semetipsum Christus, vt tibi significet quomodo tu turbari debeas, cum tãta mole peccati grauaris & præmeris. Fides.n. hominis sibi displicentis fremere dẽt in accusatione malorum operum, vt violentiæ pœnitentis cedat consuetudo peccandi. Quando dicis, illud feci, & pepercit mihi Deus; euangelium audiui, & cõtempsi. Quid facio? Iam fremit Christus, quia fides fremit, in voce frementis apparet spes resurgentis. Greg. 22. mor. Dicitur autem Lazaro: Veni foras, vt ab excusatione & occultatione peccati ad accusationem suã ore proprio exire prouocetur, vt qui intra cõscientiam suam absconsus iacet per nequitiam, à semetipso foras exeat per confessionem. Aug. libr. 83. Quòd autem Lazarus exiit de monumento, animam significat recedentem à carnalibus vitiis; ꝙ vero institis obuolutus, hoc est, ꝙ etiã a carnalibus recedentes & mente seruiẽtes lege Dei, adhuc tamẽ in corpore constituti alieni à molestiis carnis esse nõ possumus; ꝙ autem facies eius sudario tecta erat, hoc est, ꝙ in hac vita plenam cognitionem habere non possumus; ꝙ autem dicit, Soluite eum, & sinite abire, hoc est, ꝙ post hanc vitam auferuntur omnia velamina, vt facie ad faciem videamus. Aug. super Ioan. Vel aliter: Quando contemnis, mortuus iaces: quando confiteris, procedis. Quid est enim procedere, nisi ab occultis velut exeundo manifestari? Sed vt confitearis Deus facit magna voce clamãdo, idest magna gratia vocando. Mortuus autem procedens adhuc ligatus est, confitens adhuc reus: vt autem soluerentur peccata eius, ministris hoc dixit, Soluite eum & sinite abire, quod est, Quæ solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Alcui. Christus ergo suscitat, qa interius per seipsum viuificat. Soluunt discipuli, quia per ministerium sacerdotum absoluuntur uiuificati. Beda. Per eos autem qui pharisæis annunciauerunt, significantur nonnulli qui uidentes bona seruorum Dei opera odiis insequuntur & infamare conantur.

Tropologica expositio.

Forma pœnitentiæ.

*Collegerunt ergo pontifices & pharisæi concilium, & dicebant; Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollent nostrũ locum & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis; Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo, & nõ tota gẽs pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, quòd Iesus moriturus erat pro gente, * sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregarent in vnum. Ab alio ergo die cogitauerunt ne interficerent eum.*

* Et nõ tãtum pro gẽte.

Theo. Decebat admirari ac extollere eum qui talia peragebat miracula ipsi uero potius consiliantur illum occidere; unde dicitur, Collegerũt ergo pontifices &c.

Aug.

Aug. Nec tamē dicebant, Credimus. Plus .n. perditi homines cogitabant quo nocerent & perderent, q̄ quō sibi consulerent ne perirent, & tamen timebant, & quasi consulebant. Dicebant .n. Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Chry. hominem eum adhuc uocant, qui tanta susceperunt eius deitatis demonstrationem. Orig. Est aūt per ea, quæ dicuntur ab ipsis considerare eorum insipientiam & cæcitatem. Insipientiā quippe, qui testificabātur illū & multa peregisse miracula, & tamē æstimabant se posse aduersus eū æmulari, uelut non posse pro se aduersus eorum æmulationes. Cæcitatis autem hoc ipsum erat, ad facientem .n. tot miracula pertinebat, vt se ab eorum insidijs eximeret. nisi forte crederent q̄ signa fecit, & putabant ea nō fieri diuina uirtute. Hi quidem igitur deliberabant non dimittere ipsum opinantes, se per hoc esse impedimento uolentibus credere in eū, & Romanis in eis auferrent terram & gentem: unde sequitur, Si dimittimus eū sic. omnes credent in eum &c. Chry. Hoc dicētes populū volūt concutere, ut periclitandum ex suspitione tyrannidis. q.d. Si Romani viderint eum turbas ducentem, suspicabuntur nos in tyrannidē velle consurgere, & destruent nostrā ciuitatē: sed fictio erat quæ dicebantur. Quid .n. demonstrabat tale? armigeros circunferebat, & æquitaturas trahebat? Nonne deserta persequebatur? Sed ut nō putētur ob passionem suam hoc dicere, totam ciuitatem periclitari dicūt. Aug. Vel timuerunt, ne si omnes in Christū crederēt, nemo remaneret q aduersus Romanos ciuitatem Dei tēplūq; defenderet, qm̄ contra ipsum templum, & contra suas paternas leges doctrinam Christi esse sentiebant; tēporalia ergo perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt: nam & Romani post dn̄i passionem & glorificationem tulerunt & locum & gentem, expugnando & transferrendo. Orig. Sed & secundum anagogem locum eorum qui ex circuncisione sunt gentes occupauerūt, quia per eorum casum salus gentibus euenit. lo. o. n Gentium Romani ponuntur ex regnantibus, qui regno suberant nuncupatis. Gens etiam ab eis sublata est, quia qui fuit populus Dei factus est non populus

Cæcitas Iudæorum.

Anagogica expositio.

Chry. Cum autem illi hæsitabant, & non in ordine consilij proponebant, dicentes; Quid faciamus? vnus inuerecunde, & cum crudelitate clamauit: vnde sequitur, Vnus autem ex ipsis Cayphas &c. Aug. Mouere potest quomodo dicatur pontifex anni illius, cum dn̄s constituerit unū summū sacerdotē, cui mortuo vnus succederet? Sed intelligendum est per ambitiones & cōtētiones inter Iudæos postea cōstitutū esse plures fore pontifices, qui per annos singulos vicib⁹ ministrarent, & forte etiā in unū annū plures administrabāt, quibus alio anno alij succedebant, Alcui. Nā de hoc Caypha, Iosephus refert, q̄ pretio sibi sacerdotium uni⁹ anni redemerit. Orig. Increpatur autē Cayphæ prauitas in hoc quod dicitur; Pōtifex anni illius, quo .s. noster Saluator exercuit ministerium passionis: & tamen cum esset pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam, neq; cogitatis; quia expedit nobis, ut unus moriatur homo &c. q.d. Vos sedetis & adhuc segnius rem attēditis, sed attendatis unius hominis salutem pro communi republica oportere contemnere. Theo. Hoc autem ipse se quidem praua dixit intentione, tamen Spiritu sancti gratia ore eius usa est ad futuri præsagium. vnde subditur; Hoc. au. &c. Origen. Non quicunq; prophetizat, propheta est; sicut non quicunque ius prosequitur, iustus est; sicut qui facit aliquod opus propter humanam gloriam. Cayphas ergo prophetauit quidem, nec tamen erat propheta? sicut & Balaam. Audebit autem quis dicere, quod non per Spiritum sanctum Cayphas prophetauerit; quia etiam spiritus maligni est attestari Iesu, & prophetare pro eo; iuxta illud quod dicitur, Nouimus te q̄ sis sanctus Dei. nā eius intentionis est non fideles auditores efficere, sed incitare in prętorio confidentes aduersus Iesum, ut eum perimerent. deinde quod dicit, Expedit uobis. quod pars eius prophetiæ fuit, dicit uerum uel mentitur. Nā si uerum dicit, saluantur hi qui in prætorio aduersus Iesum nitūtur mortuo Iesu pro populo, & pertingūt ad id quod expedit. Quod si inconueniens est, manifestum q̄ nō fuit Spiritus sanctus qui dedit hæc proferri, quia Spiritus sanctus non mentitur. Si autem

Gratia ꝓphetiæ Cayphæ.

quis uelit ueridicum & in hoc esse caiphã scõuerteretur illi quod gratia Dei pro omnibus gustet mortem,& q; est Saluator omniũ hominũ? maxime fideliũ. Fatebat etiã cũcta q̃ sunt in hoc loco prophetiã esse ueridicã, incipiẽdo ab illo. Vos nihil scitis. Nihil.n. nouerat, q Iesum ignorabãt esse ueritaté,sapiẽtiã,iustitiã, & pacẽ. Et q; ipsis quoq; erat expediens,ut hic unus inquantũ est homo moriatur ꝓ populo:non.n.inquãtũ est imago inuisibilis Dei, est susceptibilis mortis:Pro populo ãt obijt, uelut potẽs totius orbis culpã in seipsũ torquẽ dissipare ac delere.Ex hoc uero q; dr̃;Hoc autẽ a semetipso non dixit,docemur, q; aliqua nos homines per nos dicimus, nulla inducente uirtute ad proferẽdum;quædam uerò suadente nobis quædam uirtute, etsi non integrè exprimamus, & sic consequenter disponamur ad ea. insectãtes ea q̃ dicimus, sed non intentionem dictorum; uelut Caiphas ex nihil protulit, nec dixit intentionem,quia prophetiã dicti non accipiebat. Sed ẽt apud Paulũ quidã legisperiti sũt nõ intelligentes nec ea quæ proferuntur. Augu.Hic docemur ẽt homines malos ꝓphetiæ spiritu futura prędicere, quod tamen euangelista diuino attribuit sacramento, qa pontifex fuit.i.summus sacerdos.Chry. Vide autem quanta Spũ sancti uirtus est, a mente.n. mala ualuit uerba proferre prophetiæ. Vide ẽt quanta est pontificalis uirtus potestatis, pontifex.n. affectus ẽt indignus existens, tñ prophetauit nesciẽs quid diceret;ore.n. solum usa est gratia, contaminatum autem cor non tetigit.Aug. Caiphas igitur de sola genere Iudæorum prophetauit, in qua erant oues de quibus ait ipse dominus.Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel,sed nouerat euangelista alias esse oues, quæ non erant de hoc ouili, quas oportebat adduci: & ideo addidit:Et non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi congregaret in unum Hæc autem secundum prædestinationem dicta sunt,nam neq; oues eius neque filij Dei adhuc erant. Greg.6.mora. Persecutores igitur peregerunt hoc quod Perniciose moliti sunt,inculerunt mortem ut ab eo abscinderent fidelium deuotionem,sed fides inde creuit, unde se hãc extinguere infidelium crudelitas credidit. Non.n.ad pietatis suæ obsequium redegit, quod contra illum humana crudelitas extorsit. Orig. Concitati autem ad iram ex uerbis Caiphæ, taxauerunt ut occiderent dominum. unde sequitur; Ab illo ergo die cogitaueruntur interficerent eum. Et quidem si non Spiritu sancto Caiphas prophetauerat,alius spiritus fuit.qui ualuit & per impium loqui, & sibi compares aduersos Christum incitare.Qui autem uult respondere pro Spiritus sancto,dicet q; sicut sacrarum intentionem scripturarum ad utilitatem prolatam, aliqui praue suscipiunt ad constituendam enormem disciplinam; sic æditam pro Saluatore prophetiam ueridicam,non debito modo percipientes consiliati sunt ut interficerent Christum. Chry. Quęrebant quidem prius & eum interficere,& nunc sententiam firmauerunt.

Priuilegiũ pontificale. (margin)

Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudęos.sed abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatẽ q̃ dicit Effrem, & ibi morabatur cũ discipulis suis. Proximũ autẽ erat pascha Iudęorũ, & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante pascha, ut sanctificarẽt seipsos. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur adinuicem,in tẽplo stantes; Quid putatis,quia non uenit ad diem festum istum? Dederant autem pontifices & pharisęi mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit,indicet,ut apprehendant eum.

Orige.Cum consilium congregauerunt pontifices & pharisæi ut occiderẽt Iesum, ipse cautius se obseruans, nõ ultra cum fiducia conuersabatur cum Iudęi, sed neq; ad aliam ciuitatẽ abiit populatam,sed ad quandam remotam;unde dr̃, Iesus ergo iã nõ in palam ambulabat apud Iudæos, &c. Aug.Non quia potentia eius defecerat.in qua si uellet palam cum Iudæis conuersaretur, & nihil ei facerent, sed exemplum discipulis demõstrauit,quo appareret nõ esse peccatum si fideles eius oculis persequentium se subtraherent, & furorem sceleratorum latendo potius euitarent, quã se ostendendo magis accenderent. Origenes. Honestum neque est imminente agone confitenti Iesum non euitare confusionem, nec recusare subiire mortẽ gratia ueritatis;nec minus honestum est non tradere occasionem tantæ tentationis non solum propter incertitudinem euentus

Dispẽsatio christi. (margin)

tus proprij, sed ne nos occasioné pstemus, ut alij magis impij ac noxij fiant Nã si qs fact⁹ erga quenq̃ materia criminis luet pęnas, ꝗ persecutoré nõ declinãs, nõ ét & psequẽtis delicto dabat respõsum? Nõ solus aût dñs illuc iuit, imo ut nullã daret cãm pquirẽdi eũ, discipulos ẽt secũ duxit. unde sequit: Et ibi morabatur cũ discipulis suis. Chry. Qualiter putas turbatos discipulos humane uidẽtes eũ saluatũ? Ipsi ât qñ omnes lætabantur & festa celebrabant, tunc occultantur, & in peculis sunt, sed tamen permanebât cum eo secundum illud: Vos estis qui permãsistis mecum in tentationibus meis. Orig. Quo ad anagogiam uerò dicatos, ꝗ Iesus dudum cũ fiducia ambulabat inter Iudæos, cum uerbum diuinũ per prophetas in ipsis conuersabatur: sed abijt illuc, nec est uerbũ Dei inter Iudęos Accessit ât ad uillã quæ est propè desertũ, de qua dicitur; Multi filij desertæ magis q̃ cõiugatæ. Villa autem dicitur Effrem, quæ interpretatur fertilitas. Fuit auté Effraim frater Manasse senioris populi obliuioni traditi: post populum. n. obliuioni datũ & prętermissum prodijt ex gentibus abũdãtia. Discedens ergo a Iudæis dñs, uenit in terram totius orbis prope desertam ecclesiam, quæ dicitur ciuitas secunda, & ibi moratum cum discipulis usq; nunc. Aug. Ille auté qui de cœlo uenerat pati propinqua re uoluit loco passionis, quia imminebat hora passionis; unde sequitur, Proximum autem erat &c. Habebant Iudęi Pascha in umbra, nos in luce sanguine occisi pecoris Iudæorum postes signati sunt, sanguine Christi frontes nostræ signãtur. Illum dié festum Iudæi cruentum haberi dñi sanguine uoluerunt, illo die festo occisus est agnus, qui eundem diem festum suo sanguine consecrauit. Mandatum erat in lege Iudæis, ut die festo quo pascho erat omnes undiq; conuenirent, & illius dei celebratione sanctificarentur; unde sequitur, Et ascenderunt multi Hie. de re. ante pas. ut sanctificarent seipsos. Theo. Ascenderunt autem ante pascha ut purgarẽtur: quoniã quicunque peccauerant, inuiti uel spontanei pascha non celebrabant, nisi prius expiarentur, ut moris erat, balneationib. & ieiunijs ac rasura, quinetiam quasdam deputatas oblationes offerendo. Hi ergo expiationem celebrantes, insidiantur domino. unde sequitur: Quærebant ergo Iesum & colloquebantur adinuicem in templo stantes, quid putatis, quia non uenit ad diem festum? Chry. Insidiabantur ei, & tempus festi tempus faciebant occisionis. Orige. Et propter hoc non dixit; Pascha domini, sed Iudeorum; nam Saluator in illo patiebatur insidias. Alcui. Illi ergo quærebant Iesum non bene; nos autem quærimus eum stantes in templo Dei, mutuo nos consolando & exorando, ut ueniat ad diem festum nostrum, & sua præsentia nos sanctificet. Theoph. Sed si talia solum uulgus perageret, uideretur utique passio ex imperitia progredi. Sed etiam pharisæi præcipiunt ut capiatur. unde sequitur: Dederant enim pontifices & pharisæi mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum. Orige. Et attende ꝗ ignorabât ubi est, ostensum est enim eum discessisse. Dices etiam quoniam insidiantes Iesus ignorabant, ubi sit, propter quod dederunt alia quam diuina mandata, docentes disciplinas & mandata hominum. Aug. Nos auté indicemus modo Iudæis ubi sit, utinam uelint audire & apprehendere.

Analogica expositio.

Moralis doctrina.

Quõ Iesus quęrẽdus.

CAPVT XII.

IESVS ergo ante sex dies paschę uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus uero unus erat ex discumbentibus cum eo Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici praeciosi et unxit pedes Iesu, et extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius Iudas Scariotes, qui erat eum traditurus Quare hoc unguentum non uenditur trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Dixit ergo Iesus; Sinite illam, ut in diem sepulturę meæ seruet illud: Pauperes enim semper habetis uobiscum, me autem non semper habetis. Cognouit ergo turba multa ex Iudęis, quia illic est, & uenerunt

non propter Iesum tantū, sed ut Lazarum uiderēt, quē suscitauit a mortuis. Cogitauerūt autē principes sacerdotū ut & lazarum interficerent, q̄a multi pp illum abibant ex Iudeis et credebāt in Iesū. Alcui. Appropinquante tempore in quo dn̄s pati disposuit, appropinquauit ipse loco in quo eiusdē passionis dispensationē perficere uoluit. unde dicitur: Iesus ergo an. sex di. pas. ue. in Bethaniam Primo uenit in Bethaniā, deinde Hierosolymam, in Hierosolymam quidē ut ibi pateretur, in Bethaniā uero ut resuscitatio Lazari memoriæ omnium arctius imprimeretur. unde subditus: Vbi fuerat Lazarus mor. &c. Theo. Decima aūt die mensis agnum, Iudæi capiunt immolandum in festo paschę ex tunc. n. festiuitatis prælibant solemnia; quapropter in die quæ est nona mensis, & præcedit sextum diem ante pascha, epulātur splendide, & exordium festi hā: diem constituunt: quo fit ut Iesus quoq; pgens Bethaniam conuiuaretur. unde sequit. Fecerunt au. ei cœnam &c. Per hoc autem quod dixit q̄ Martha ministrabat, insinuat q̄ in illius domo erat conuiuium. Sed attēde mulieris fidelitatem: nō. n. famulabus imponit ministerium, sed ipsamet suscepit: innuere autem uolens euāgelista vere resurrectionis Lazari signum, subdit; Laza. vero vnus erat ex discum. cum. eo. Aug. Viuebat, loquebatur, epulabatur; ueritas ostendebatur, infidelitas Iudæorum cōfundebatur. Chry. Maria autem non faciebat cōmunem famulatum, sed ad solum dominū constituit honorem; & non ut ad hominē accedit, sed vt ad Deum, vnde sequitur: Ma. er. ac. li. vnguen. nar. pi. preci. & vnxit pe. Ie. & extersit capil. suis pe. eius. Aug. Quod ait pistici, locum aliquē credere debemus vnde erat hoc vnguentum preciosum. Alcui. Vel pistici, idest fidelis nec extraneis speciebus adulterati. Hæc est illa mulier quæ quondam peccatrix in domo Simonis uenit ad dominum cū alabastro vnguenti. Aug. de con. euan. Quod autē hoc in Bethania rursus fecit, aliud est q̄d ad Lucę narrationem non pertinet, sed pariter narratur a tribus: Ioanne scilicet, Matthęo, & Marco, quod ergo Matthæus & Marcus caput domini unguente illo p̄fusum dicunt, Ioannes autem pedes; nō solū caput, sed pedes dn̄i accipiamus pfudisse mulierem. Matthæus & Marcus recapitulando ad illum diem redeūt in Bethaniam, qui erat ante sex dies paschæ, & narrant quod Ioannes de cœna & unguento. Sequitur; Et do. imple. est &c. Aug. super Ioan. Ad apostolum reuoca intentionem qui dicit: Alij sumus odor uitæ ad uitam, alijs sumus odor mortis ad mortē deniq; audies hinc ex unguento isto quomodo erat alijs odor bonus in uitam, alijs odor bonus in mortem. unde sequitur; Dixit ergo vnus ex disc. su. Iu. Sca. qui erat &c. Aug. de con. euang. Quod alij dicūt discipulos murmurasse de unguenti preciosi effusione, Ioannes autem Iudam cōmemorat: puto discipulorum nomine Iudam significatum; plurali numero pro singulari usurpato. Potest etiam intelligi q̄ alij discipuli aut senserint hoc, aut dixerint, aut eis Iuda dicente persuasum sit; atque omnium uoluntatē Matthæus & Marcus uerbis etiam expresserunt, Sed Iudas propterea dixerit, quia fur erat; cæteri, propter pauperū curā; Ioannē verò de solo illo id cōmemorare voluisse, cui* ex hac occasione furandi cōsuetudinē credidi intimādā. nā sequitur; Dixit autē hoc nō q̄a de ege. pert. ad eum, sed q̄a fur erat & locu. habēs ea quæ mit. portabat. Alcui. Portabat ministerio, exportabat furto. August. Non tunc perijt Iudas, quando accepita Iudæis pecuniā ut dominū traderet; iam fur erat dominū perditus sequebatur, non corde, sed corpore. Voluit autē p̄ hoc dominus nos admonere vt malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus. Qui aliquid de ecclesia furatur iure perdito comparatur, tolera malum bonus, vt venias ad præmium bonorum, ne immaittris in pœnā malorū. Exemplum domini accipite conuersantis in terra; quare habuit loculos cui angeli ministrabant, nisi quia ecclesia ipsius loculos habitura erat? Quare fures admisit, nisi ut eius ecclesia fures dum patitur tolerare? sed ille qui consueuerat de loculis pecuniam tollere, non dubitauit accepta pecunia ipsum dominum vendere. Chry. Ideo etiam ei furi existenti loculos commisit pauperum, vt omnem abscinderet occasionē; nō enim habuit dicere quoniam

Aduētus Iesu ratio.

Consē euāge.

Doctrina exēpli Christi.

niſi pp pecuniariū deſideriū hoc fecit, etenim ſufficientē habebat ex loculo concupiſcentiæ mitigationē. Theo. Quidā verò adminiſtrationē pecuniæ ſuſcepiſſe Iudā fatentur tāquā minimū oium. Nā pecuniæ adminiſtratio, doctrinæ adminiſtratione inferior eſt, ſecundū, ꝙ dicunt apoſtoli in actibus. Non eſt æquū nos derelinquere verbū Dei, & miniſtrare menſis. Chry. Xp̄s aūt multa condeſcenſione ad Iudā vtens, nō increpauit eū ſurripientē, ſed cōem intulit excuſationē. nā ſequitur: Dixit ergo Ie. ſini. il. vt in diem ſepul. meæ ſer. illud. Alcui. Significat ſe moriturum & ad ſepeliendum aromatibus eſſe unguendum: iō Mariæ cui ad vnctionem morituri corporis multum deſideranti peruenire nō liceret, donatum ſic viuenti adhuc impēdere obſequium, quod poſt mortem clari reſurrectione præuenta nequiret. Chry. Rurſus etiā propter proditorem rememoratus eſt ſepulturæ: Ac ſi di. Grauis ſum tibi & oneroſus, ſed expecta parum & abibo. & hoc oſtendit, cum ſubdit; Pauperes. n. ſemper habebitis vobiſcum, me autē non ſemper habebitis. Aug. Loquebatur de præſentia corporis ſui; nam ſecundum maieſtatem ſuam, ſecundum prouidentiam, ſecundum ineffabilem & inuiſibilem gratiā implctur, quod ab eo dictū eſt: Ecce ego vobiſcū ſum vſq; ad conſummationem ſeculi. Vel aliter: In Iudę perſona ſignificati ſunt in eccleſia mali, ſi. n. bonus es habes Chriſtū & in præſenti per fidem & ſacramentum, & habebis ſemper: quia cum hinc exieris, ad illum uenies qui dixit latroni, Hodie mecum eris in paradiſo. Si autē malè uerſaris, uideris habere in præſenti Chriſtū, quia baptizatus baptiſmo Chriſti accedis ad altare Chriſti, ſed malè uiuendo non ſemper habebis: nō autem dixit habes, ſed habebis: quia unus malus, corpus malorū ſignificat. Sequitur: Cog. er. tur. mul. ex Iudæis quia illic eſſet, & uene. non pro Ie. tā tum; ſed ut Laza. uide. quem ſuſci. à mortuis. Curioſitas eos adduxit, non charitas. Theo. Viſores. n. ſuſcitati fieri cupiebant, expectantes etiam de inferis aliquid Lazaro referente perpendere. Aug. Quia uero tātum miraculum dn̄i tanta erat euidētia diffamatum, ut nō poſſet uel occultare

Sepulturæ ſuæ quare Chriſtus fecit mētionē.

quod factū eſt, uel negare, cogitauerunt ut Lazarū interficerēt: unde ſequitur, Cogi. aūt prin. ſacer. ut &c. O cœca ſæuitia, quaſi dn̄s ſuſcitare potuerit mortuū, & nō poſſit occiſum. Ecce utrunq; dn̄s fecit: & Lazarū mortuū, & ſeipsū ſuſcitauit occiſum. Chry. Nullū aūt miraculū Chriſti eos ita furere fecit: hoc. n. mirabilius erat, & corā multis factum eſt, & erat inopinabile mortuum quatriduanum uidere ambulantem & loquentem. Aliter etiā illi in aliis putabant criminari ſabbati ſolutionem, & hac uita abducere turbas: hic aūt quia à nullo habebant conqueri contra Ieſum, aduerſum Lazarum faciunt cognatum, itaq; & in cœco hoc feciſſent, niſi haberēt accuſationē de ſabbato. Aliter autem: Ille quidē ignobilis erat, & eiecerunt eum de tēplo; hoc etiam eos mordebat ꝙ feſtiuitatem inſtantem omnes dimittētes, Bethaniam ueniebant. Alcui. Myſticè autē, ꝙ ante ſex dies uenerat Bethaniā, ſignificat ꝙ ille qui ſex diebus omnia fecerat, & ſexto die hominē creauerat, ipſe ſexta mundi ætate, ſexta feria, ſexta hora redimere mundum uenerat. Cœna autem dominica, fides eſt eccleſiæ quæ per dilectionē operatur. Martha miniſtrat, cum fidelis anima opera ſuę deuotionis dn̄o impendit: Lazarus unus erat ex diſcumbentibus, cum hi qui poſt peccatorum mortem reſuſcitati ſunt, ad iuſtitiā una cum eis qui in ſua permanſerunt iuſtitia, de præſentia ueritatis exultant, & cœleſtis gratiæ muneribus aluntur, & bene in Bethania celebratur, quæ interpretatur domus obedientiæ; nam eccleſia eſt obedientiæ domus. Aug. Vnguentum autem quo Maria unxit pedes Ieſu, iuſtitia fuit, ideo libera fuit. Erat autem unguentū nardi piſtici precioſi. Piſtis græcè, latinè ſides dicitur. Quærebas operari iuſtitiā, iuſtus ex fide uiuit. Vnde pedes Ieſu bene uiuendo, dn̄ica ſectare ueſtigia, capillis terge; ſi habes ſuperflua, da pauperibus & domini pedes terſiſti, capilli. n. ſuperflua corporis uidentur. Alcui. Et notandum quòd primo tantum pedes unxerat: hic autem pedes & caput unxit, ibi rudimenta pęnitentium, hic iuſtitia perfectarum deſignatur animarum. Per caput enim domini ſublimitas diuinitatis. Per pedes humilitas in-

Eximium miraculum ſuſcitationis Lazari

Tropo[illegible] expoſitio.

carnationis exprimitur;uel per caput ipse christus,per pedes pauperes,qui sunt mébra eius. Aug. Domus autem repleta est odore,mundus impletus est bona fama.

In crastinum autem turba multa,quæ cōuenerat ad diē festū,cū audissem, quia uenit Iesus Hierosolymā,acceperunt ramos palmarū,& processerūt,& obuiā ei,& clamabāt Hosanna,benedictus qui venit in nomine domini, rex Israel. Et inuenit Iesus asellum,sedit super eū, sicut scriptū est. Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit tibi sedens super pullum asinæ. Hæc non cognouerunt discipuli eius primum,sed quando glorificatus est Iesus, tūc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. Testimoniū ergo perhibebat turba quę erat cū eo,quando Lazarū uocauit de monumento, & suscitauit eū a mortis: Propterea & obuiā uenit ei turba,quia audierūt eū fecisse hoc signū. Pharisæi ergo dixerūt ad semetipsos; Videtis q̃ nihil ꝓficimus ecce mundus totus post eū abijt.

Chry. Preceptum legis erat, ut decima luna primi mensis agnus, siue hædus in domo recluderetur usque ad quartam decimam lunā eiusdē mensis, q̄n ad uesperam immolabatur;unde & uerus agnus ex omni grege sine macula electus, pro populi sanctificatione immolandus ante quinque dies.i.decima luna Hierosolymā ascēdit. Augu. Quantus autem fructus apparuerit prædicationis eius, & quantus grex ouiū ex his quę perierant domus Israel uocé pastoris audierit,intendendū est ex eo quod dr̄,in crastinum,auté turba multa quæ conuenerat ad diem festum &c. Rami.palmarū laudes sunt.significantes uictoriam qua erat dominus mortem moriendo superaturus,& trophęo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Chry. Ostendebant auté q̄m de reliquo maiorem,quā do propheta opinionem habebant de eo. unde sequitur,Et processerunt obuiam ei, & clamabant,Hosanna &c. Augu. Hosanna uox est obsecrantis, magis affectum indicans,q̃ rem aliquam significans, sicut sunt in lingua latina quas interiectiones uocans. Beda Est autem compositum ex corrupto & integro. Osi enim salua,anna obsecrantis est interiectio:osi ergo corruptū, anna est integrum. Benedictus autem qui uenit in nomiue domini. sic potius accipiēdum est,ut in nomine domini,in nomine Dei patris intelligatur, quanuis possit intelligi etiam in nomine suo,quia & ipse dn̄s est,sed uerba eius melius nostrum dirigunt intellectum,qui ait. Ego ueni nomine patris mei, nō utiq; amittit diuinitatē, q̄ñ nos docet humilitatem. Chry. Hoc est etiā quod maximè coegit credere in Christum omnes, q̄m non est Deo contrarius, & hoc maxime erigebat plebem, ipse dicebat se a patre uenisse Ex his ergo uerbis colligimus ꝙ Deus est.nam Hosanna,saluos facti nterpretatur,salutem autem soli Deo scriptura attribuit. Deinde quia uerè est Deus qui uenit,inqu unt,non qui dicitur. hoc.n.seruile est quodammodo,illud verò dn̄i eum. Qui etiā dicunt: In nomine domini,illud idem erga ipsum protendit. non.n.in nomine serui, sed dn̄i dicunt illū venire. Aug. Quid autem magnum fuit regi seculorum regem fieri hominū? Nō.n. rex Israel Christus ad exigēdū tributū,uel ferro excitū armandū.sed rex Israel ꝙ mētes regat, ꝙ in regnū cœlorum perducat, ꝙ ergo rex esse uoluit Israel,dignatio est, nō promotio:miserationis indiciūm, nō potestatis augmētum, qui.n. appellatus est in terra rex Iudæorū,in cœlis est dn̄s angelorū. Theo. Iudęi autem regem Israel ipsum nūcupabant,quasi sensibilē regem somniātes. Expectabant nanq; exurgere quēdā in regé maioré q̃ secūdum humanā naturam saluaturum eos a Romanorum iurisditione. Quomodo autem dominus venerit ostendit euangelista,subdens;Et inue. Iesus as. &c. Aug. Hoc breuiter dictum est. nam quemadmodum sit factum apud alios Euāgelistas plenissimè legitur. Pullum autem asinæ in quo nemo sederat (hoc.n.apud alios Euāgelistas inuenitur) intelligimus populum Gentium, qui legem domini nō acceperat,asinam verò(quia utrunq ;e domino aductum est)plebem eius quæ ueniebat ex populo Israel. Chry. Fecit ergo hoc propheticè aliquid figurans,quoniam videlicet immundum Gentium populum debebat subiectum habere,& prophetiam quandam implens. Augustinus. Adhibetur autem huic facto propheticum testimonium, ut apparet. quoniam maligni principes Iudæorum eum non intelligebant, in quo implebantur quæ legebant, unde

Fruct' prædicationis Christi.

Hosāna interpretatio.

unde sequitur, Sicut scriptum est; No.ti.fi. Sy.ec.rex tu.ve.ti.se.su.pul.asinæ. In illo populo erat filia Sion, ipsa est Hierusalē, q̄ est Sion, cui dr̄, No.ti.illum, agnosce qui a te laudatur, & noli trepidare cum patit̄, quia ille sanguis funditur, per quem tuū delictum deleatur & uita redimat̄. Chry. Vel aliter; Quia reges eorum iniusti fuerant, & eos obnoxios bellis faciebant, cō. fide ait, hic non talis, sed mitis & mansuetus, quod ostendit ab asino, non.n. exercitū habens intrabat, sed asinum habens solū. Vide autem euangelistæ sapientiam, non verecundatur priorem ignorātiam diuulgare: nam sequitur, Hæc non cog. dis.eius pri.sed qn̄ glo.est Iesus; Augu. 1. Quando virtutem suæ resurrectionis ostendit, tunc recordati sunt q̄ hæc erant scripta de eo, & hoc fecerunt ei.i.non aliqua q̄ quæ scripta erant de eo. Chry. Hoc autem ignorabant, qm̄ ipse non reuelauit eis, scandalizasset.n. eos si rex existens talia passurus erat: & etiam non suscepissent statim cognitionem regni de quo dicebatur, de regno.n. tēporali hoc dici putassent. Theo. Aspice autem consequentiam passionis, suscitauit Lazarum, hoc omnium nouissime reseruans miraculum, & ob hoc plurimi concurrebant & credebant; vn̄ sequitur, Test.er.perhi.tur. quæ cum eo erat quando uo.La.de mo.& su.eum an mor.prop.& ob.re.ci.tur. quia au.eum fecis.hoc signū Exinde liuor & insidiæ: vnde seqtur, Pharisæi autem dice.ad semet.uide.quia nihil profi.Ec.mun.totus post eum abijt. Augu. turba turbauit turbam. Quid autē inuidet cœca turba qua post eum abijt mundus, p quem factus est mundus? Chry. Mundum .n.hic turbā dicunt; vr̄ autē mihi hoc dictū esse eorū q sani quidē erāt, nō audebāt autē ppalari, demū ab euētu deterebāt alios quasi incōsummabilia tentantes. The. Ac si diceret; Quantumcunq; insidiamini, tanto hic augetur & gloria eius intenditur; quis ergo profectus de tantis insidijs?

Mãsuetudo Christi regis.

Nouissimū miraculum

Erant autem quidam Gentiles ex his qui ascenderant, ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat a Bethsaida Galilææ, & rogauerunt eum, dicens; Domine, uolumus Iesum uidere Venit Philippus, & dicit Andrææ. Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu Iesus autē respondit eis, dicēs, Venit hora, ut clarificetur filius hominis. Amē amē dico uobis, nisi granū frumēti cadēs in terrā, mortuū fuerit, ipsū solū manet. Si autē mortuū fuerit, multū fructū affert. Qui amat animā suā perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eā. Si quis mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.

Beda. Templum domini Hierosolymis situm adeo erat famosum, ut diebus festis nō solū vicini, sed etiam multæ ex longinquis regionibus gētes illuc aduenirēt, sicut de Eunucho Candacis reginæ Ethiopū actus apostolorum declarat. hac ergo consuetudine hi Gentiles uenerant adorare, de quibus dr̄; Erant autem gen.qui.ex his qui asc.vt ado.in die festo. Chry. Prope existentes de cætero proseliti fierent. Fama itaq; audita de Crhisto, uolunt eum uidere; vn̄ sequit̄, Hi ergo acce.ad Philip. qui erat à Beths.Gal. & ro. eum di. Do. uo.le. vide. Aug. Ecce uolunt eum Iudæi occidere, Gentiles uidere: sed etiā illi ex Iudæis erant qui clamabant, Benedictus qui uenit in nomine domini. Ecce illi ex circuncisione, illi ex præputio, uelut duo parietes de diuerso uiniētes, & in unā fidē Xpi pacis osculo cōcurrentes. Sequit̄ Ve. Phi. & di. Andrææ. Chry. Quasi priori existenti, audiuerat.n. In viam Gentium ne abieritis? propterea cum condiscipulo cōicans magistro refert. unde sequitur; An. rur.& Phi.dicunt Iesu. Aug. Audiamus ergo uocem lapidis angularis; unde sequitur, Ie. au.res.eis di.ue. ho.ut cla. fi.hominis. Forsitan aliquis putat ideo se dixisse glorificatum, quia Gētiles volebant eum uidere, nō ita est, sed uidebat Gentiles post passionē & resurrectionem suā in omnibus Gentibus crediturus. Et occasione igitur istorum Gentilium qui eum uidere cupiebāt annunciat. futuram plenitudinem gentiū, & promittit iam adesse horam glorificationis suæ, qua facta in cœlis Gentes fuerant crediturae, secundum illud: Exultare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua, sed altitudinem glorificationis oportuit ut præcederet humilitas passionis; unde adiunxit, Amen amē di.uo. Nisi gra.fru.ca.in ter.mor.fue.ipsum so.ma. Si

Christi frequentia tēpli.

autem mor.fue.mul.fru.affert. Si aũt dicebat granũ mortificandũ in infidelitate Iudęorũ, multiplicandũ in fide populorũ. Beda. Ipse.n.ex semine patriarcharũ in agro huius mũdi seminatus est.i.incarnatus est, ut moriẽdo cũ multiplicatione resurgeret solus mortuus est, cũ multis surrexit. Chr. Et quia per sermones non ita suadebat, utitur experimẽto, quia frumentũ magis, facit fructũ cũ mortuũ fuerit. Si autẽ ex seminibus accidit, multo magis in me. Quia igitur de reliquo debebat dimittere discipulos ad gẽtes, uidet autem Gẽtiles pręsistentes ad fidẽ: ostẽdit & tẽpus erat, ut ad ad crucẽ ueniret. Non.n.prius eos ad Gentes misit, donec Iudæi offenderunt, donec crucifixerũt, & quia de morte sua præuidit discipulos contristandos, superabũdantiã facit sermonis, dicens; Non solum si non mortem meam patienter sustinueritis, sed & si uosipsi non moriamini, nullum uobis erit lucrum, & hoc est quod subdit, Qui amat ani.suam per.eam. Aug Hoc duobus modis intelligi potest. Qui amat perdet, idest si amas, perdes. si cupis uitam tenere in Christo, noli mortẽ timere pro Christo. Item alio modo: Qui amat aĩam suam, perdet eam. noli amare in hac uita, ne perdas in æterna uita. hoc autem quod posterius dixi, magis habere uidetur euangelicum sensum. Sequitur.n. Et qui odit aĩam suam in hoc mundo &c. ergo quod supra dictum est; Qui amat, subintelligitur in hoc mũdo. Chry. Amat autem aĩam suam in hoc mundo, qui desideria eius inconuenientia facit, odit autem eam, qui nõ cedit ei noxia concupiscenti, & non dixit, Qui non cedit ei, sed qui odit eam. Quemadmodum.n.eorum qui odio habentur, nec uocem audire sustinemus, nec uisum uidere delectabitur: ita & aĩam cum contraria iniungit quæ Deo non placent, cum uehementia auertere oportet. Theo. Quia.n. ualde onerosum erat audire ꝙ oporteret odire animam, consolatur per hoc ꝙ additur: In hoc mundo, temporis indicans particularitatem. non.n.in perpetuum iubet animã odio haberi. & emolumentum ponit cum dicit. In uitam æternam custodit eam. Augu. Sed uide ne tibi subrepat, ut teipsum interimere uelis, sic intelligendo quod debes in hoc mundo odisse animam tuam. hinc.n.quidam maligni atq; peruersi homicidæ flammis se donant. aquis præfocãt, pręcipitatione collidunt, hoc Christus non docuit, imò & diabolo præcipitiũ suggerenti respondit; Vade satana, Cum ergo causæ articulus uenerit, ut hæc cõditio proponatur, aut faciẽdũ esse cõtra Dei pręceptũ, aut ab hac uita migrandũ, cõminante mortẽ persecutore, ibi odoris in hoc mundo animam tuã, ut in uitã ęternã custodias eã. Chry. Dulcis quidã est præsẽs uita his, qui affixi sunt ei? si uerò quis ad cœlũ respexerit, uidens qua ibi sunt bona, cito cõtemnet uitam præsẽtẽ. Cum.n.apparuerit melior contẽnitur peior. In hoc ergo nos inducens Christi subdit: Qui mihi ministrat, me sequatꝰ, idest me imitetur; de morte hoc dicit, & de ea quæ per opera assecutione: oportet.n.eũ qui ministrat, eum cui ministrat se qui. Aug. Quid ergo sit ministrare Christo in ipsis uerbis agnoscimus: eũ dicit. Si quis mi.mi. Ministrat ergo Iesu, q nõ quæ sua quærũt, sed quæ Iesu christi; hoc est.n.me sequatur, uias ambulet meas nõ suas: non tantum quæ ad misericordiam pertinent corporalẽ, sed omnia opera bona propter Christum faciens, usq; ad illud opus magnæ charitatis, quod est animam pro fratribus ponere, sed pro fructu? qua mercede? sequitur; Et ubi ego sum il. & mini.me.erit. Gratis amatur, & operis quo ministratur illi precium fit esse cum illo. Chry. Ostendit autem per hoc ꝙ resurrectio morti succedet. Vbi autem sum, ait. quia in cœlis ante resurrectionem Christus erat. Igitur illud transmigremus animo & mente. Sequitur: Si quis mi.mini. hono.cum pa.meus. Aug. Per hoc intelligitur exposuisse, ut supra dixerat, illic & minister meus erit. Nam quem maiorem honorẽ accidere poterit adoptatus, quam ut sit ubi est unicus? Chry. Nam autem dixit. Ego honorificabo eum, sed pater meus; nondum enim de eo decentem opinionem habeant, sed maiorem de patre.

Nunc anima mea turbata est. Et quid dicã? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea ueni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo uox de cælo dicens; Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat

Margin notes (left): Christꝰ quare grano cõparatur. — Animãm quo amare licet. — sumus intellectus

Margin note (right): Ministri Iesu qui sint.

cebat tonitruũ esse factũ. Alij aũt dicebãt: Angelus ei locutus est. Respõdit Iesus, & dixit. Non pp me hæc uox uenit, sed pp uos. Nunc iudiciũ est mundi: nũc princeps huius mũdi ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad meipsum. Hoc aũt dicebat, significãs qua morte esset moritur⁹.

Philosophari de morte est facile.

Chry. Quia dominus ad passionem discipulos exhortatus fuerat, ne dicant ꝙ ipse extra dolores existens humanos, facile de morte philosophatur & nos admonet, propter hoc ꝙ ipse est sine periculo: ostendit ꝙ & ipse in agonia sit, tñ propter utilitatem mortem non renuit. unde dr: Nunc anima mea turbata est. Aug. Audio qui in hoc mundo odit animam suam, in uitam æternam custodit eam, & mundum cõtemnere accendor, & in contrario modo nihil est uitæ huius totius quãtumlibet fuerit prolixior, uapor: pro amore æternorum tẽporali mihi cũcta uilescunt, & rursum dominum audio dicentẽ: Nunc anima mea turbata est. Sequi iubes animam meã, sed turbari uideo animam tuam. quale fundamentum quærã, si petra succumbit? Agnosco domine misericordiam tuam. nam qui charitatis uoluntate turbaris multos in corpore tuo qui suæ infirmitatis necessitate turbantur, ne disperãdo pereat consolaris In se ergo caput nostrum suscepit mẽbrorum suorum affectum, & ideo non est ab aliquo turbatus, sed sicut de illo supra dictum est, turbauit, semetipsum. Chrys. Appropinquans. n. de reliquo cruci quod humanum est ostendit, & naturam nõ uolentem mori; sed præsenti adhęrentẽ uitę ostendens, quoniam non extra humanas passiones erat. sicut. n. esurire non crimen est, ita neq; præsentem uitam appetere. Christus ãt corpus a peccato mundum habebat, non a naturalibus necessitatibus exutum: hoc igitur dispensationis est, nõ deitatis. Aug. Deniq; homo qui sequi uult: audiat qua hora sequatur. accessit forte hora terribilis, proponitur optio, aut faciendę iniquitatis, aut subeundæ passionis, turbatur anima infirma; audi ergo quid subiungit: Et quid dicã? Bed. Hoc est, qd aliud nisi ut membra mea instruantur? Pater salui fica me ex hac hora. Aug. Docuit te quem inuoces; cuius uoluntatem tuæ uoluntati præponas; non ideo tibi uideatur ex alto diffidere, quia te uult ab initio proficere; hominis suscepit infirmitatem, ut doceat contristatum dicere, non quod ego uolo, sed quod tu uis. unde hic subditur; Sed propt. ue. &c. Chry. q d. Non habeo quid dicam ereptionem quęrens. Propterea. n. ueni in horam hanc, ac si dicat. Et si turbemur & tumultum patiamur, non fugiamus mortem, quia ergo nunc turbatus non dico, ut effugiã, oportet. n. ferre quod super uenit, non dico; Eripe me ex hora hac; sed contrarium dico. Clarifica nomen tuum. ostendit n qm pro ueritate moritur, gloriam Dei hoc uocans, & hoc euenit; futurum. n. erat, ut post crucem conuerterentur orbis terrarum, & cognosceret nomẽ Dei & coleret non solum patris, sed etiã filij; sed tñ hoc silet. Seqtur: Ve. er. vox de cœ. di. Et cla. & iterũ clarificabo. Greg. 28. mo. Huiusmodi uerbis p angelũ loquitur Deus. Et cũ nil in imagine ostẽdit, sed sug nę uocis uerba audiunt, & nimirũ de cœlestib. loquẽs uerba sua q̃ auditi ab omnibus uoluit, rationali creatura administãte formauit. Augu. Clarificauit autẽ dicit ante q̃ facerẽ mundũ, & iterũ clarificabo cum resurget a mortuis. Vel aliter: Clarificaui cum de uirgine natus est, cum miracula multa fecit, cum descendente Spiritus sancto in specie colũbę monstratus est, & iterum clarificabo cũ resurget a mortuis, cum exaltabitur super cęlos Deus, & super omnem terram gloria eius. Sequitur: Tur. er. quæ sta. & au. di. to. esse fa. Chry. Aperta quidẽ & bene significatiua erat uox, sed cito ab eis euolauit, quasi a grossioribus & carnalibus & desidiosis; & hi quidem sonitũ tantum retinuerunt: alij uero qm articulata erat uox, nouerant, quid ãt significauit non adhuc: de quibus subditur, Alij dicebãt; Angelus ei locutus est. Sequitur Resp. Ie. & di. Non prop. me hæc uoc ue. sed p uos. Aug. Hic ostendit illa uoce nõ sibi indicatum quod iam sciebat, sed eis quibus iudicari oportebat. Sicut autẽ uox illam nõ propter eum facta est, sed ꝓpter eos, sic anima eius non propter ipsum, sed propter eos turbata est. Chrys. Ad illud enim instat uox patris quod semper dicebant, quoniam non est ex Deo: qui enim a Deo glorificat, qualiter nõ est ex Deo & ubi

Exemplo Christi docemur

Glorificatio Christi quãdo facta.

vbi uide ꝙ humilia propter eos facta sūt, non quasi filio auxilio indigente. Quia ergo dixit, clarificabo, ostēdit cōsequēter & motū gloriæ. Nā seqtur: Nunc iudiciū est mundi. Aug. Iudiciū.n.ꝙ in fine expectat̄ erit pręmiorū pœnarūque æternarum. dr̄ etiā iudiciū nō discretionē.s. & a suis redēptus diaboli expulsionem. vñ seqtur; Nūc princeps mundi huius eijcietur foras, absit vt diabolū principē mundi ita dictū existimemus, vt eū cæli & terræ dominari posse credamus, sed mundus appellatur in malis hominibus, qui toto orbe terrarum diffusi sunt. Sed ergo dictum est; Princeps huius mundi. i. princeps malorum hominum qui habitant in mundo. Appellatur etiam mundus in bonis: qui similiter per totum orbem terrarum diffusi sunt, ideo dicit apostolus, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi; hi sunt ex quorum cordibus principes mundi eijcientur foras: præuidebat.n. dns post passionem & glorificationem suam per uniuersum multos populos credituros, in quorum cordibus diabolus intus erat, cui qñ ex fide renunciant, eijcitur foras. Sed nunquid de cordibus ueterum iustorū non est eiectus foras? qūo ergo dictum est, nunc eijciet̄ foras, nisi qa tūc quod hominibus paucissimis factū est, nunc in multis magnisq; populis iam mox futurum esse prædictum est? Quid ergo ait quispiam? Quia diabolus eijcitur foras iam fidelium neminem tentat? imo tentare non cessat, sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare. Chry. Sed quale est illud iudicium quo diabolus foras eijcitur, exemplo id faciam manifestum: sit aliquis debitores expetens & feriat, & in uincula mittat. Deinde ex eadem dementia & eum qui nihil debet sub eūdem carcerem ducat, hic & eorum quæ in alios fecit dabit uindictā, ita & in Christo factum est. Eorum enim quæ diabolus in nos fecit, per ea quæ in Christum ausus est sustinebit uindictam, & ne quis dicat. Qualiter mittet̄ foris si te superabit? subiungit, Et ego si exaltatus fuero &c. Qualiter.n. superatur, qui & alios trahit? hoc autem plus fuit dicere quam resurgam. Si .n. hoc dixisset, nondum manifestum esset ꝙ traheret: dicendo uero, Traham: vtrunque demonstrat. Aug. Sed quæ omnia trāhit, nisi ex quibus diabolus eijcitur foras? non autem dixit, Omnes, sed omnia: non .n. omnium est fides: nō itaque hoc ad vniuersitatem hominum retulit, sed ad creaturę integritatem. i. spiritum & animam & corpus, ad illud. s. ꝙ intelligimus, ꝙ uiuimus, ꝙ uisibiles sumus: aut si omnia ipsi homines intelligendi sunt, omnia prædestinata ad salutem possumus dicere, aut certe omnia hominum genera secundum innumerabiles differentias, quibus inter se pręter sola peccata homines distant. Chry. Qualiter igitur supra dixit, quoniā pater trahit? quia scilicet filio trahente pater trahit. Dicit autem traham, quasi a tyranno detentos, & perseipsos nequeuntes accedere, & illius manus effugere. Augu. Sed si exaltatus, inquit, uero a terra: hoc est, cum exaltatus fuero. non.n. dubitat futurum esse quod venit implere, nam exaltationem suam dixit in cruce passionem. unde euangelista subdit: Hoc autem dixit significās qua morte esset moriturus.

Princeps mūdi quis dicat.

Exaltatio christi dicit̄ passio.

Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in eternū. Quomodo tu dicis. oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dicit ergo eis Iesus; Adhuc modicum lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non uos tenebræ comprębendant. Et q ambulat in tenebris, nescit quo uadat. Dum lucem habetis credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus, & abijt, & abscondit se ab eis.

Augu. Cum intellexissent Iudæi ꝙ dominus de sua morte dixisset proponunt ei quæstionē qūo diceret moriturū. vnde dicitur: Respon. ei tu. Nos audi. ex le. quia Christus ma. in ęter. qūo tu di. opor. exal. filium hominis? memoriter tenuerunt ꝙ dominus assidue dicebat se esse filium hominis. Nam hoc loco non dixit, Si exaltatus fuerit filius hominis, sed superius dixerat, Venit hora ut clarificetur filius hominis; hoc ergo in animo retinentes inquiunt, Si Christus manet in æternum, quomodo exaltabitur a terra. i. quomodo crucis passione morietur? chry. Hinc est uidere quoniam multa eorum quę parabolice dicebantur intelligebant: quia.n. præuenit de morte disputās, audiētes hic exaltationem suspicati sunt hoc. August. Vel hoc

hoc eũ dixisse intelligebant quod facere cogitabãt: nõ ergo eis verborũ istorũ obscuritaté aperuit infusa sapiẽtia, sed stimulata cõscientia. Chry. Et vide qualiter malitiose interrogant; nõ enim dixerũt, Nos audiuimus ex lege, quia Christus nihil patitur. In multis enim scripturarũ locis, & passio & resurrectio simul ponitur, sed q̃m manet in æternũ, & nimirũ hoc non erat cõtrarium. Immortalitati enim per passionem nõ est factum impedimẽtũ, sed æstimauerunt per hoc ostendere eũ non esse Christum, q̃m Christus manet in æternũ; deinde subdunt, Quis est iste filius hominis? & hoc malitiose. q. d. Non dicas quòd propter odiũ tuũ hoc dicamus; ecce enim nõ nouimus de quo dicis. Sed Christ⁹ respõdit, ostẽdẽs q̃m passio nõ prohibet manere eũ in æternũ vñ subditur, Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modi. lu. i vo. est. q. d. Adhuc paruo tpe ego lux vobiscum sum, per hoc ostendens ꝙ mors eius trãsmigratio est; etenim lux solaris nõ interimitur, sed parum recedens rursus apparet. Aug. Vel aliter; Modicũ lumẽ in vobis est, per hoc quod intelligitis, quia Christus manet in æternum; ergo ambulate, accedite, totum intelligite, & moriturum Christũ & victurũ in ęternum dum lucem habetis. Chry. Hic dicit tempus totũ pręsens vitæ, & ante crucem & post crucem; multi enim post crucem crediderant in eum, vt non tenebræ vos comprehendant. Aug. Si scilicet eo modo credideritis christi ęternitatem, vt negetis in eo mortis humilitaté. Sequitur; Et qui am. in tene. ne. quo vadat. Chry.

Iudæi in tenebris ambulant.

Quanta denique Iudæi nunc agunt & nesciunt quod agũt; sed vt in tenebris ambulantes, putãt quidem rectam incedere vitam, contrariã aũt vadunt; propterea subdit, Dum lucem habetis, credite in lucem. Aug. Id est, dum aliquid veri habetis, credite in veritatem; ut renascamini veritati; unde sequitur, Vt filij lu. sitis. Chry. Quod est filij mei. In principio auté euangelista dicit, ꝙ ex Deo nati sunt, hoc est, ex patre, hic aũt ipse dicitur hos generare; ut discas quoniam una est actio patris & filij. Sequitur; Hæc locutus est Iesus, & abiit & abscõdit se ab eis. Aug. Non ab eis q credere & diligere cæperũt, sed ab eis qui uidebãt & inuidebant. Cũ aũt abscondit nostræ infirmitati consulit, nõ suæ potestati derogauit. Chry. Sed cum nec lapides leuarẽt nec blasphemarẽt, cuius gratia occultatus est? Corda. n. rimatus, nouerat furoré in eis sæuienté; & nõ expectauit ut in opus exirẽt, sed occultatur mitigans eorum inuidiam.

Cum auté tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Esaiæ impleretur quẽ dixit: Domine qs credidit auditui nostro? & brachiũ domini cui reuelatum est? Propterea non poterãt credere, quia iterum dixit Esaias; Excęcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & nõ intelligant corde, & conuertantur & sanem eos. Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius et locutus est de eo. Verũtamẽ & ex principibus multi crediderunt in eũ, sed propter pharisæos nõ cõfitebãtur, vt de synagoga non eijcerẽtur. Dilexerũt enim gloriã hominũ magis quàm gloriã Dei.

Chry. Nouerat dñs feruẽtem animum Iudæorũ, & occisioné meditanté; & iõ occultatus est, & hoc occultè insinuauit euangelista subdẽs: Cum aũt tan. sig. fe. co. eis. non cre. in eum. Theo. Non aũt modicæ iniquitatis fuit tãtis signi non credere. ea uero signa cõmemorat quæ supra sunt posita. Chry. Ne quis aũt ei intẽderent, & iõ ad id hoc excludẽdum inducit ẽt prophetas hoc sciẽtes, propter quod sequitur, Vt ser. Esa. imp. quẽ dixit: Do. quis cre. au. no. & bra. do. cui re. est. Alcui. Quis ꝓ raritate posuit. quia quod sancti ꝓphetæ à Deo audierunt, & populo prædicauerunt, paucissimi crediderunt. Aug. Satis autem ostẽdit brachium domini ipsum Dei filiũ nuncupatum, non quòd Deus pater figura detinetur carnis humanæ, sed quia omnia ꝑ ipsum facta sunt, ideo brachiũ domini dictum est. Si enim aliquis homo tanta potestate pręualeret, ut sine ullo motu corporis sui quod diceret fieret, uerbum eius brachium eius esset. Nõ autem patet occasio erroris his qui dicunt, quia solus pater est si brachiũ eius est filius, nõ enim duæ, sed una persona est homo & brachiũ eius, non intelligentes quomodo uerba de rebus aliis ad res alias propter aliquam similitudinem transferaut. Quidam autem inter se musitant, quę culpa fuit Iudæorum si necesse erat, ut sermo Esaiæ impleretur. Quibus respõdemus Deum præscium futu-

Filius Dei brachium nominatur.

futurorum per prophetam prædixisse infi delitatem Iudæorum nõ fecisse,non enim propterea quenquam Deus ad peccandũ cogit, quia futura hominum peccata iam nouit,ipsorum enim præsciuit peccata nõ sua, fecerunt ergo peccatum Iudæi, ꝙ facturos esse prædixit quẽ nihil latet. Chry. Quòd ergo dixit, vt sermo Isaię ꝓph. impleretur,ly vt, non causale est,sed euẽtus. Non.n.quia dixit Esaias non crediderunt, sed quia nõ erant credituri,propterea Esaias dixit. Aug. Sed ea quæ sequuntur profundiorem faciunt quæstionẽ, adiungit.n. & dixit. Propterea non po.cre.quia iter.dixit Esa.Excę.ocu.eo.& indu. cor eorum,vt non videant oculis,& non intelligant &c. Si.n.credere nõ poterant quod peccatum est hominis non facientes quod nõ potest facere. Et quod est grauius ad Deum causa refertur quandoquidem ipse excæcauit oculos eorum & indurauit eorum cor.nõ enim hoc saltẽ de diabolo dicitur, sed de Deo; sed quare non poterant credere,respondeo,quia nolebant.Sicut enim ꝙ dñs negare seipsum non potest, laus est uoluntatis diuinæ, ita ꝙ illi non poterãt credere,culpa est voluntatis humanæ. Chryso. Hoc aũt in cõi cõsuetudine custoditur, vt cum quis dicat. Non possum amare illum vehementia voluntatis, potentiam dicit, sed euãgelista dicit.Non poterant,ut ostẽdat qm̃ impossibile est mentiri prophetã, non tñ ꝑpea impossibile erat eos credere, non.n.hæc prædixisset, si credituri essent. Aug.sed aliã cãm,inquis, dicit propheta, non voluntates eorum,quia scilicet excæcauit oculos eorũ &c. sed hoc est ẽt eorũ voluntatem meminisse respondendo. Sic enim excæcat & obdurat Deus diserendo & non adiuuando quòd occulto iudicio facere potest in quo non potest. Chry. Neque enim dereliquit nos nisi nos voluerimus secundum illud Oseæ, Oblitus es legis Dei tui,obliuiscar & ego tui,hæc dicit ostendens nos incipere derelictionem, & causam fieri perditionis.Sicut.n. sol infirmum offendit visum, non ex propria natura, ita fit & in his, qui non attendunt Dei sermones, terrens aũt auditores scriptura dicit. Excecauit & indurauit. Aug. Quòd autem addidit. Et conuertantur & sanem

Quomodo Deus obcæcat cor

eos,vtrum subaudientium sit non,i.nõ cõuertantur: etenim conuersio de illius grã est, an fortè & hoc de supernæ medicinæ misericordia factum intelligẽdum, vt qm̃ superbè suam iustitiam constituere volebant adhuc deserentur & excæcarẽtur, vt ostenderent in lapidem offensionis,& impleretur facies eorum ignominia, atq; humiliari quærerent non suam qua inflatur superbus, sed iustitiã Dei qua iustificatur impius: hoc enim multis eorum profecit in bonum qui de suo scelere compũcti in christum postea crediderunt. Sequitur: Hoc dixi Esa. quando &c. Vidit autẽ non sicuti est, sed modo quodam significatiuo, sicut prophetæ visio fuerat informãda. Nemo ergo vos fallat eorum qui dicũt inuisibilem patrem & visibilem filium, qui putant eum esse creaturã In forma.n. Dei in qua æqualis est patri etiam filius inuisibilis est,ut autem ab hominibus videretur, formam serui accepit, ostẽdit etiam se antequam susciperet carnẽ oculis hominum sicut voluit in subiecta creatura,non sicuti est. Chry. Gloriam aũt hic dicit visionem sedentes in throno excelso,& alia quæ ibi dicuntur. vnde sequitur: Et lo. est de eo. hoc.s.vidi dominum sedentem, & ꝙ audiuit vocem dicẽtem quem mittam, & quis ibit nobis &c.Sequitur,Verũtamẽ ex principibus multi crediderunt in eum, sed ꝑp pharisęos non cõfitebantur, vt de synagoga nõ eijcerentur: dilexerunt enim magis gloriã hominũ q̃ gloriã Dei. Alcui.Gloria Dei est publicè cõfiteri Christũ, gloria hominũ est in mũdanis gloriari. Aug.Hos ergo improbauit euãgelista q in hoc gressu fidei si proficerent per amorem quem humanæ gloriæ sunt proficiendo superarent.

Visio Esaiæ qualis fuerit.

Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, non credit me, sed in eũ qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui misit me. Ego lux in mũdum veni, vt omnis qui credit in me in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea & non custodierit, ego non iudico eum. Non enim veni, vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quẽ locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquor. Et scio quia mandatũ eius

nius uita æterna est; Quæ ergo ego loquor, sicut di xit mihi pater sic loquor.

Chry. Quia amor humanæ gloriæ principes credẽtes cõfiteri prohibeãt, dñs contra hoc eis loquitur. unde dicitur, Iesus autẽ cla. & dixit. Qui credit &c. q. d. Quid formidatis credere in me? in Deũ fides ꝑuenit ꝑ me. Aug. Quia. n. homo apparebat hominibus cũ lateret Deus ne putarẽt eũ hoc esse tantũ ꝙ videbãt talem ac tantũ se volens credi, qualis & q̃tus est pater. Qui credit in me, inqt, nõ credit ĩ me. i. in hoc ꝙ videt, sed in eum q me misit. i. in patrẽ, nã si putauerit eũ habere filios secũdũ gratiã, nõ aũt habere filiũ æqualẽ sibi atq; coeternũ, nõ credit in patrem qui eum misit, quia non est hoc pater cui eum misit. Ne autem putarẽt se uoluisse intelligi patrẽ tanquã multorũ filiorum per gratiam generatiorẽ, nõ unici uerbi æqualis sibi cõtinuo subiecit. Qui uidet me &c. q. d. Vsq; adeo nihil distat inter eũ cũ & me, vt q me videt videat eum qui misit me, apostolos suos certè ipse dominus misit, nunquã tñ aliquis eorũ dicere auderet. Qui credit in me. Credimus. n. apostolo, sed non credimus in apostolũ. Filius ãt rectè unigenitus dicit. Qui credit in me, non cre. in me; sed cre. in eũ qui me misit. vbi non a se abstulit credẽtis fidem, sed uoluit in forma serui remanere credentem. Chry. Vel dicit. Qui credit in &c. q. d. Qui fluminis accipit quam, nõ eã quæ est fluminis accipit, sed eã quæ est fontis, uolens ãt ostendere qm̃ nõ est credere in patrẽ, non credentẽ in eum, subiungit. Qui uidet me &c. quid igitur? Corpus est Deus? nequaquam, sed cõsideratio ueri quæ est per intellectũ, hic uisio dr̃, deinde ostendit eam quæ ad patrem cognitionem in hoc quod subdit. Et lux in mundũ ueni, quia. n. pater lux uocatur, vbiq; eo hic utit nomine. Lucem autẽ se hic vocauit ꝙ ab errore eripit & intellectuales tenebras soluit vnde subdit. Vt omnis qui credit &c. Aug. In quo satis manifestat oẽs se in tenebris inuenisse, sed in eis tenebris maneãt, in quib. inuenti sunt dẽnt credere in lucẽ quæ uenit in mundũ. Dixit quodã loco discipulis suis. Vos estis lux mundi; non tñ eis dixit. Vos lux uenistis in mũdum, ut omnis qui credit in uos in tenebris non maneat, lumina ergo sũt omnes sancti, sed credendo illuminãtur ab eo, a quo si quis recesserit tenebratur. Chry. Vt ãt non existiment ꝙ pp imbecillitatẽ eos qui ipsũ cõtemnunt illæsos dimittat, subiũgit. Et si quis audierit uerba mea, & nõ custodierit ego nõ iudicio eum Aug. Intelligẽdũ est. Modo nõ iudicio eũ, cũ alio loco dicat. Pater omne iudiciũ dedit filio, quare ãt modo nõ iudicat ostẽdit subdens. Nõ n. ueni ut iudicẽ mũdũ, sed vt saluificẽ mũdũ. i. ut saluũ faciã mundũ? nũc ergo est tp̃s misericordiæ, post erit iudicij. Chry. Deinde ut nõ pigriores ex hoc fiãt, terribile subdit iudiciũ. Qui spernit me & nõ accipit uerba mea, hẽt qui iudicet eum Aug. Non dixit. Ego nõ iudico eum in nouissimo die: hoc. n. esset cõtrarium illi sententię. Omne iudiciũ dedit filio. Expectãtibus aũt quibusdã esset ille secutus, adiũxit, Sermo quẽ locutus sum ille iudicabit eũ in nouissimo die. Satis manifestauit se ipsum in nouissimo die iudicaturũ, seipsũ quippe locutus est, seipsum annunciauit, aliter atq; iudicabuntur qui nõ audierũt, aliter qui audierunt & contempserunt. Aug. 1. de Tri Ideo autem iudicat uerbũ quod locutus est filius, quia nõ ex se locutus est filius; uñ sequit̃. Quia ego ex meipso non sum locutus, per qđ intelligi voluit. Ego nõ ex me natus sum Quæro itaque qũo intelligamus. Ergo nõ iudicabo, sed verbũ qđ locutus sum iudicabit, cũ ipse sit verbum patris quod loquitur, uel ita Ego non iudicabo ex potestate humana qa filius hoĩs sum, sed ego iudicabo ex potestate verbi Dei, qa filius Dei sum Chry. Vel aliter. Ego nõ iudico eũ. i. nõ sum causa perditionis eius, sed ipse qui verba mea spernit. Verba. n. quæ modo locutus sum in ordine stabunt accusatores omnem tollentia excusationem, & hoc est quod subdit. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum. & quis sermo? Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandata dedit quid dicam, & quid loquar. Omnia igitur hæc propter eos dicebãtur, vt nullam habeant excusationem. Aug. Mandatum autem non quod filius non habebat pater dedit, sed in sapiẽtia patris quod est uerbum patris omnia

Deus duplices habet filios.

Quõ Christus mũdi & quõ apostoli:

Quęstio subtilis.

mandata

mandata sunt patris. Dicitur autem mandatum, quia non est a seipso, cui dicitur datum, & hoc est dare filio id sine quo nunquam filius fuit, quod est gignere filium qui nunquam non fuit. Theo. Cum enim uerbum patri existat filius, & quæ sunt in mente patris reuellat, integrũ mandatum accepisse dicit, qd sit dicturus & quid loquatur. Sicut ẽt nostrum uerbũ, si uerum fateri uolumus, ea profert q̃ suggerit mens. Sequitur: Et scio quia mandatum eius in uita æterna est. Aug. Si ergo uita æterna est ipse filius, & uita ęterna est mandatum patris, quid aliud dictum est? nisi quia ego sum mandatum patris, proinde & id quod adiũgit, quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater sic loquor, non accipiamus. Dixit mihi, quasi per uerba locutus sit unico uerbo dixit ergo pater filio id sine quo nunquã filius fuit, sicut dedit uitam filio: non quod nesciebat uel non habebat, sed quod ipse filius erat, quid est autem. Sicut dixit mihi sic loquor, nisi uerbum loquor? Ita ille dixit ut uerax, ita ille loquitur ut ueritas, uerax autem genuit ueritatem: quid ergo iam dicere ueritati? non.n. imperfecta erat ueritas cui uerum aliquod adderent.

Christus q̃uo uita æterna.

CAPVT XIII.

ANTE diem festum Paschę sciens Iesus quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo in finem dilexit eos. Et cæna facta, cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Scariothis, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia a Deo exiuit, & ad Deũ uadit, surgit cæna & ponit uestimenta sua, & cum accepisset linteum præcinxit se. Deinde misit aquã in peluim & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.

Theo. Quia dñs transmigraturus erat de præsenti seculo: explicat qualem erga suos amicitiam gereret. unde dicitur, Ante diem festum Paschæ &c. Bed. Plurimas siquidem festiuitates Iudæi habebant, sed apud eos insignior atque celebrior erat Paschæ festiuitas, pp quod significanter dicit. Ante diem festum Paschæ. Augu. Pascha non sicut quidã existimant grecũ nomen est, sed hebręũ opportunissimẽ tñ occurrit in hoc nomine quædam congruẽtia utrarumq; linguarum, quia.n. pati græce paschin dicitur, ideo Pascha passio putata est, uel hoc nomen a passione sit appellatũ, in sua uerò lingua, hoc est in hebræa, Pascha transitus dr, propterea quia tunc primum Pascha celebrauit populus Dei quando ex Aegypto fugientes, rubrum mare transierunt, nunc ergo figura illa prophetica in ueritate completa est, cum sicut ouis ad immolandum ducitur Christus, cuius sanguine illinitis postibus nostris.i. cuius signo crucis signatis frontibus nostris a perditione huius seculi, tanquam a captiuitate ægyptiaca liberamur, & agimus saluberimum transitum, cum de diabolo transimus ad Christum, & ab isto instabili seculo, ad eius fundatissimum regnũ. Hoc itaque nomen.i. Pascha, uelut; interpretans nobis euangelista dicit; Sciens quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Ecce pascha, ecce transitus. Chry. Non solum autem tunc sciens, sed olim. Transitus ãt eius mortẽ uocat. Relicturus autẽ discipulos maiorem eis demonstrauit amorem, & hoc est, quod dicit. Cũ dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos, hoc est nihil dereliquit eorum quæ eum qui ualde amat decens est facere: non autem a principio hoc fecit, sed maiora postea adiecit, ut eorũ augeat familiaritatem; & multam eis præparet cõsolationem, ad ea quæ superuentura erãt; suos autem eos uocat secũdum familiaritatis rationẽ, quia & alios suos dicit secundum conditionis rationem, ut cum dicitur. Sui eum non receperunt, addit ãt qui erant in mundo, quia sui erãt etiã defuncti ut Abraham, Isaac, & Iacob. sed in mundo non erant. Hos ergo suos qui erant in mundo mansit amans continue, & tandem perfectam amicitiam circa eos ostendit, & hoc est. In finem dilexit eos. Augu. Vel ali. In finem dilexit eos, ut & ipsi de hoc mundo ad suum caput dilectione transirent, quid est enim. In finẽ, nisi in Christum? Finis.n. legis Christus ad iustitiam omni credenti, finis perficiens non interficiens. Video autẽ posse ista uerba quodã humano modo ẽt sic accipi tanquam usq; ad mortem christus dilexerit suos

Pascæ notio & dignitas.

signa amoris Christi.

suos. Sed absit vt dilectioné morte finierit qui non est morte finitus, nisi forte sit ita intelligendũ, vsq; ad mortem dilexit eos, .i. vsq; mortem illã dilectio ipsa perduxit. Sequitur: Et cœ. facta.i.iam peracta, & ad côuiuãtiũ mẽsam vsumq; perducta. Nõ.n. ita debemus intelligere cœnam factã, veluti iã cõsumptã atq; transactã, adhuc.n.cœnabatur, surrexit & pedes lauit discipulis: nã postea recubit & bucellã traditori dedit, q sũt ait. Cum iã diabolus misisset &c. Missio ista spũalis suggestio est, q non fit p aurem, sed per cogitationem, diabolicæ.n. suggestiones immittuntur, & humanis cogitationibus immiscentur. Factum ergo iã fuerat in corde Iudæ per immissioné diabolicã, vt traderet discipulus magistrum. Chry. Hoc auté quasi stupens interseruit euãgelista, qm eum qui iã prodere statuerat dñs lauit, ostendit ét proditoris multã nequitiam, qm neq; salutis cum cõicatio detinuit, quod maximè cõsueuit nequitiã detinere. Aug. Locuturus auté euãgelista de tanta dñi humilitate prius eius celsitudiné voluit cõmẽdare, ad qđ pertinet qđ dicit. Sciẽs quia oĩa &c. ergo & ipsum traditoré. Greg 6. mor. Sciebat.n. q in manu sua ipsos ét psecutores acceperat, ut ipse in se ad vsum pietatis intorqueret, quicqd eorũ cõtra se malitia pmissa sæuiret. Orig. Oĩa.n. tradidit ei pater in manus, hoc est in opere eius & potestate. Pater.n. meus vsq; huc (inquit) operatur & ego operor, vel oĩa tradidit ei pater in manus, cuncta capientes vt quælibet ei famulatur. Chry. Traditioné.n. hic saluté fideliũ uocat. Cũ auté audieris traditioné nihil humanum suspiceris: cum.n. qui ad patré ostendit honoré & cõcordiã. Sicut.n. pater ei tradidit, ita ipse patri, vnde Paulus. Cum tradiderit inquit regnũ Deo & patri. Aug. Sciens etiam quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, nec Deum cũ inde exiret, nec nos deserens cum rediret. Theo. Quia ergo pater omnia ei cõmisit in manus, idest salutem ei cõmisit fidelium, decens reputabat quęcunq; spectant ad salutem illis ostendere. Sciens etiã q à Deo exiuit quòd ad Deũ uadit, nullatenus eius gloria minui poterat, dum pedes discipulorum ablueret: neq; enim gloriã usurpauit, qui.n.di-

Sug-gestio diabolica.

gnitatem usurpant, minimè cõdescendunt ne dissipent quod incongruè sibi diripuerunt. Aug. Cum ergo illi pater omnia dedisset in manus, ille discipulorum non manus, sed pedes lauit, ut cum se sciret à Deo exisse & peregre ad Deum, non Dei domini, sed hominis serui impleuit officium. Chry. Hoc autem dignum erat, eo quòd à Deo exiuit, & ad Deum uadit, ut uniuersum cõculcaret tumorem, unde sequitur. Surgit à cœna & ponit uestimenta, & cum accepisset linteũ præcinxit se, deinde misit aquã in pel. & cœ. la. pe. dis. & exter. lin. quo erat præcin. Vide qualiter humilitatem ostendit, nõ solum in lauando pedes, sed etiam aliter. Non enim antequam recumberet, sed postquam recederunt oẽs, tunc surrexit, deinde non solum lauit, sed uestimenta deponit, linteum pręcinxit & peluium implet, & non alij impleri iussit, sed omnia operatur, ostendens q cum omni studio oportet talia facere. Orig. Mysticè autem prandium cibum esse dinoscitur, & ante terminum diei spiritualis qui in uita præsenti cõsideratur, & his qui introducuntur conueniens existit, cœna uero finalis, & his qui iã ultra progressi sunt apponitur. Aliter quoq; poterit quis asserere prandium fortè intentionem scripturarum antiquarum; cœnam uero recondita in nouo testamento mysteria. Puto autem q qui una cum Iesu cœnant, & in finali uitæ præsentis die secum conuiuantur, egent lauacro quodam, non utique erga quod primorũ (vt ita loquar) corporis & animę, sed quo ad ultima & postrema quę terra necessario hærent: Dicit auté quod cœpit lauare pedes, nam postmodum lauit & finiuit loturam, quia pedes apostolorũ fuerunt contaminati, iuxta illud. Omnes uos scandalizamini ista nocte in me. Postea autem perfecit eos lauare, purgãs eos ut ultra non fedentur. August. Posuit autem uestimenta sua, qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit, præcinxit se linteo, qui formam serui accepit, misit aquam in peluium; unde lauaret pedes discipulorum, qui in terram sanguinem fudit quo immunditiam dilueret peccatorum. Linteo autem quo erat præcinctus pedes quos lauerat tersit, qui carne qua

Signa humilitatis Christi.

erat

erat indutus euãgelistarũ vestigia confortauit, & linteo quidem vt se præcingeret, posuit vestimenta q̃ habebat, vt aũt formã serui acciperet, qñ semetipsum exinaniuit, nõ qđ habebat deposuit, sed qđ nõ habebat accepit, crucifigẽdus sanè suis expoliatus est vestimẽtis, & mortuus inuolutus est lĩteis, & tota ei⁹ passio nr̃a purgatio est.

Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus. Domine tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus & dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus, Si non lauero te, non habebis partem mecum; Dicit ei Simon Petrus. Domine non tantum pedes, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus. Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mũdus totus. Et mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit non estis mundi omnes.

Orig. Sicut medicus plurium ægrotum intentus curæ, ab his qui magis indigent propriã curam incipit, sic & Christus qui fędos abstulit pedes discipulorum exorditur ab his qui magis erant fœdi, & sic vltimo venit ad Petrum, quasi minus aliis indigentem lotura pedum, unde dr̃: Venit ergo ad Si. Pe. cui quodãmodo ad resistendũ penè munda pedum cõscientia persuadebat: vnde sequitur. Et dixit ei Petrus &c. Aug. Quid est. Tu quid est mihi? cogitãda sunt potius q̃ dicẽda, ne fortè quod ex his verbis aliquatenus quidẽ dignè concepit anima, non explicet lingua. Chry. Vel si Petrus primus erat, sed credibile est proditorem stultum existentem ante eum recubuisse, quod euãgelista significauit cum dixit. Cœpit lauare pedes, deinde venit ad Petrum. Theo. Ex quo patet ꝙ nõ primus lauit Petrũ, ex cæteris verò discipulis nullus tentauisset ante Petrum lauari. Chry. Quæreret autem vtiq; quis, quare nullus eũ aliorũ prohibuit, sed solus Petrus quod non parui amoris & verecundiæ erat. Ex hoc igitur videtur prius solum proditorẽ lauasse, deinde ad Petrum venisse, & alios discipulos per eum de reliquo castigatus. Si. n. quenquam ex cæteris lauare cepisset prohibuisset dñm, & dixisset quæ Petrus dixit. Orig. Vel aliter. Omnes porrigebãt pedes decernentes & tantus nõ irrationabiliter eorum lauaret pedes: solus autem Petrus nullã aliam considerationẽ conferens tanquã reuerens Iesum non pręebebat pedes suos lauãdum: sæpe. n. scriptura designauit Petrum feruidum ad insinuandum quę sibi visa sunt utiliora & meliora. Aug. Vel aliter. Non debemus putare hoc Petrum inter cæteros formidasse atque recusasse, cum & id alij ante ipsum libenter uel æquanimiter fieri permisissent: non. n. ita intelligendum est, quasi aliquibus iam lauasset, & post eos uenisset ad primum. Quis. n. nesciat primum apostolorum esse beatissimum Petrum? sed ꝙ ab illo cœperit. Quãdo ergo pedes discipulorum lauare cœpit, uenit ad eum à quo cœpit, idest ad Petrum, & tunc Petrus expauit, quod etiã quilibet eorum expauesceret. Sequitur. Re. Ie. & di. ei, quod ego fa. tu. ne mon. sci. autem postea. Chr. Idest humilitatem huius doctrinæ, & quõ humilitas sufficit in Deũ perducere. Orig. Vel insinuat dñs ꝙ hoc erat mysterium. Lauando. n. & exsiccando pedes eorum, faciebat eos decores debentes euangelizare honesta, ut ostendere ualeãt iter factum ac pergere per eũ qui dixit. Ego sum uia: oportebat autem lauari pedes discipulorũ à Iesu deponẽte uestimenta, ut mundos pedes mundiores efficiat, uel ut immũditiã pedũ discipulorũ suscipiat in propriũ corpus, per linteũ quo solo præcinctus manebat, ipse nanq; languores nostros portauit. Attende ét ꝙ cũ debeat pedes discipulorũ abluere, non aliud tempus elegit, quam cũ diabolus iã intrauerat in cor Iudæ, ut eũ proderet, & futura pro hominibus dispensatio imminebat. Nã añ hoc nõ erat oportunũ pedes discipulorũ lauari à Iesu. Quis. n. pedũ eorũ sordiciẽ intermedij temporis, usq; ad passionẽ lauisset? Sed neq; tp̃e passionis: alter enim Iesus non aderat qui pedes eorum lauaret, sed neque post dispensationem; illo nanque tempore Spiritu sancto superueniente eorum loti sunt pedes. Huius ergo mysterii dicit dominus Petro, tu non es capax, sed post hæc nosces cum illud perceperis illustratus. Augu. Nec tamen illi dominici facti altitudine exterritus permittit fieri, quod cur fieret ignorabat, sed usque in suos pedes humilem Christum uidere nõ potest sustinere. Nam sequi-

Sãctitas Petri notatur.

Iudas primo lotus à Iesu.

Tẽpus locutionis congruũ.

ſequitur, Dicit ei Petrus,nō lauabis mihi pedes &c.Hoc quippe in æternum non fit quod nunq̄ fit.Orig.Ex hoc aūt accipimus exemplum,qm̄ poſſibile eſt quenq̄ ſecundū purū propoſitū dicere pp ignorantiam ꝙ ſibi non prodeſt.Petrus.n.ignorans hoc eſſe cōueniēs.primo quidē quaſi dubitans ſuauiter dixit. Dn̄e.tu mihi lauas pedes? Secundo.Nō lauabis mihi pedes in æternū,ꝙ erat prohibitum operis perducentis eum ad habendū partē cū Ieſu, in quo ēt nō tantū Ieſum arguit incōuenienter lauantē pedes diſcipulorū,ſed etiam condiſcipulos indecenter ſuos pedes porrigentes.cū ergo non eſſet expediens Petro proprium reſponſum, non permiſit illud dn̄s uerificari. Nam ſubditur.Reſpon.ei Ie. Si non laue.te.&c.Aug.Ita dictum eſt.Si non lauero te, cum de ſolis pedibus ageretur, quomodo dici ſolet,calcas me quādo ſola planta calcatur. Orig. Qui autē recuſant hæc & ſimilia tropologizare dicant, quō probabile eſt eum qui ob reuerentiā Ieſu dixit.Non la.mihi pe.in æter.non habiturum partem cum Dei filio,propter non lauare pedes ab eo, ſicut ꝓpter immane ſcelus, & ideo præſtādi ſunt pedes,ideſt mentis affectus lauandi a Ieſu,ut ſint pedes noſtri decori, & præſertim cum emulātes potiora dona uolumus annumerari eis qui euangelizant bona.Chry. Ideo autem nō dixit cuius gratia hoc faciebat, ſed minas impoſuit, quia illa nequaquam perſuaſus eſſet: audiens.n. Sciens autem poſtea,non dixit,doce igitur me,ut permittam,ſed qn̄ cōminatus eſt,id quod maxime timebat,ſ. ſeparari ab eo,tunc permanſit. Orig. Hoc dicto utemur contra eos qui indiſcretius ſe facere ſtatuerunt quod eis non prodeſt. Nam oſtendendo illis ꝙ nō ſunt habituri partē cum Ieſu, dum præſumptuoſum decretum obſeruant,admonebimus illos ne immorentur male decretis, etiam ſi iureiurando ex multo impetu illud firmauerunt. Aug.At ille amore & timore perturbatus,plus expiauit Chriſtum ſibi negare quam uſq; ad ſuos pedes humiliari . unde ſequitur.Dicit ei Simon Petrus &c. Orig. Manus autem lauare nolebat Ieſus cōtemnens quę dicebantur,quoniā diſcipuli tui non lauant manus cum panem māducat; caput autē ſubmergi nolebat,in quo imago & gloria patris extiterat: ſatis eſt autem ei,ut pedes lauandos porrigeret, unde ſequitur. Dicit ei Ieſus &c.Augu.Totus utiq; præter pedes,uel niſi pedes quos habet opus lauare. Homo enim in baptiſmo totus abluitur, non præter pedes, ſed totus omnino,ueruntamen cum rebus humanis poſtea uiuitur, utique te[illegible] calcatur. Ipſi igitur humani affectus ſine quibus in hac mortalitate non uiuitur, quaſi pedes ſunt, ubi & humanis rebus afficimur,ut ſi dixerimus,quia peccatum nō habemus;noſipſos decipiamus.Si autem confitemur peccata noſtra,qui pedes diſcipulorum lauit nobis peccata dimittit,uſque ad pedes quibus non uerſamur in terra. Orige. Impoſſibile autem puto non contaminari extrema animæ & infirma eius, quāquā quo ad homines perfectus qs eſſe putet; plurimi āt & poſt batiſmū implent puluere ſcelerū, uſque ad uerticē, qui uero legitime diſcipuli ſunt,erga ſolos pedes indigent lauatione. Aug.ad Seleuciā. Ex hoc āt ꝙ hic dicit̄ intelligit̄,ꝙ iā Petrꝰ baptizatus fuerat; intelligimus .n. eius diſcipulos per quos baptizabat iam fuiſſe baptizatos,ſiue baptiſmo Ioannis,ſicut nonnulli arbitrantur, ſiue quod magis credibile eſt baptiſmo.Chriſti,Neque enim renuit myſterium baptizandi,ut haberet baptizatos ſeruos,per quos cæteros baptizaret,qui non defuit humilitatis miniſterio, quando eis pedes lauit,unde ſequitur. Et uos mun.eſtis,ſed non omnes: Aug. Hoc quid ſit ne quæramus,ipſe euangeliſta patefacit adiungens. Sci.enim quiſnam eſ. qui tra.eum propte.di.Non eſtis mun.omnes. Orige. Quod ergo dicit, Vos mundi eſtis,refertur ad 11. quod uero ſubditur, Sed nō omnes,dicitur propter Iudam exiſtentem immundum: primo quidam quia pauperes non erant ſibi curæ,ſed fur erat, demū diabolo ingreſſo in cor eius, ut proderet Chriſtum. Lauat autem pedes poſtquam mundi erant,quoniam gratia tranſcendit neceſſitatem,& ſicut dicit Ioānes. Mundus mundificetur adhuc. Augu. Vel quia ipſi diſcipuli cum loti eſſent,non opus habebant niſi pedes lauare,quia dum in iſto ſeculo uiuit homo, humanis affectibus

Indiſcreta uota mutanda

Apoſtoli fuere baptizati.

bus terrā uelut pedibus calcans cōtrahit. Chry. Vel aliter: Non dicit eos mundos, ut à peccatis erutos ęstimes uictima nōdū oblata, sed eā q̄ cognitionis est mūdationē dicit, iā enim ab errore Iudaico eruti erāt.

Postquam ergo lauit pedes eorū, accepit uestimenta sua, & cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister et domine, & bene dicitis, Sum etenim. Si ergo ego lauit pedes vestros dominus et magister, et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exēplum.n.dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis, non est seruus maior domino suo, neq; apostolus maior est eo, qui misit illum. Si hęc scitis, beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim Sed vt adimpleatur scriptura. Qui manducat meum panem leuabit contra me calcaneum suum. Ammodo dico vobis priusquam fiat, vt cum factū fuerit credatis, quia ego sum. Amen amen dico vobis, quia accipit si quem misero, me accipit. Qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.

Aug. memor dn̄s se promisisse scientiā facti sui Petro dicēs, Sciens autem postea quid sit quod feci, docere nunc incipit, unde dicitur. Postquā er. la pe. eorum, acce. ue. sua & cum recu. ite. di. eis. Sci. quid fe. uo. Orig. Quod uel interrogatiue proferatur, ut ostēdat facti magnitudinem, uel imperatiuè ut eorū erigat intellectū. Alcui. Mysticè autem impleta redemptionis nostræ purgatione p sanguinis sui effusionē accepit uestimenta sua, tertia die de sepulchro resurgens, & eodem corpore iam immortali uestitus, & cùm recubuisset ascēdens in cœlum in dextera paterna diuinitatis recumbens, inde uenturus est ad iudicandum. Chry. Non autem adhuc ad solū Petrum; sed ad omnes loquitur. d. Vos uo. me ma. & do. in quo eorū iudiciū assumit, deinde ut non illorum gratiæ esse putētur, hæc uerba subiungit. Et bene di. sum enim. Aug. Homini præceptum est. Non te laudet os tuum, sed laudet te os proximi tui, periculosum est. n. sibi placere, cui cauendum est superbire. Ille autem qui super omnia est quantumcunq; se laudet, nō se extollit excelsus, nec potest rectè dici arrogans Deus, nobis nanq; expedit Deū nosse non illi, Nec eum quisq; cognoscit, si non se indicet ipse qui nouit. Si ergo nō se lauando, quasi arrogantiā uitare uoluerit: nobis sapientiam denegabit. Qūo autē arrogantiam ueritas timet? Et quidem q̄ magistrum se dicit nemo reprehenderet etiā qui cum nihil aliud hominem crederet, quoniam id profitetur quod & ipsi homines in quibuslibet artibus usque adeo sine arrogantia profitentur ut professores uocentur. Quòd uero dn̄m discipulorum se dicit, cùm sint secundum seculum ingenui: quis ferat in homine? Sed cum Deus loquitur, nulla est elatio tantæ celsitudinis, nullū mendaciū ueritatis, nobis subiacere utile est illi celsitudini, seruire ueritati. Ideo bene ergo dicitis uocando me magistrum & dn̄m: quia sum. nam si nō essem, quod dicitis male diceretis. Orig. Et illi quidem nō bene dicunt, Domine: quibus dicetur, Discedite à me qui operamini iniquitatem: sed apostoli bene dicunt magister & dn̄e; non. n. eis nequitia dominabitur, sed uerbum Dei. Sequitur. Si ergo ego la pe. ue. dominus & ma. & uos de al. alte. la. pe. Chry. A maioribus rebus accipit exemplum, ut quod minus est, operemur. Nā ipse quidem dominus est: nos autem ad conseruos facimus si fecerimus, Et ideo subdit exemplum. n. de. uo. ut quemadmo. ego fe. uo. ita & uos fa. Beda. Primū dominus egit factis quod postmodum docuit uerbis secūdum illud. Ce. Ie. fa. & do. Aug. Hoc est beate Petre quod nesciebas, hoc tibi postea sciendum promisit. Orig. Cōsiderandum uero est si necessarium est quemlibet uolētem disciplinam Iesu perficere uelut debitum opus prosequi lauacrum sensibilium pedum; propter hoc dicit. Debe. adin. la. pedes. Sed hic mos uel non fit uel admodum raro. Augustinus. Est enim apud plerosque consuetudo huius humilitatis cum se inuicem hospitio suscipiunt, & faciunt hoc sibi inuicem fratres, etiam opere ipso uisibili. Multo enim melius est, & sine cōtrouersia uerius: ut ét manibus fiat, ne dedignet̄ qđ fecit Chr̄s, facere Christianus. Cū. n. ad pedes fratrū inclinatur corpus, ét in corde ipso excitat̄, uel si iā inerat, cōfirmatur humilitatis affectus. Sed expessio hoc morali intellectu, nunquid etiam frater fratrem à delicti poterit contagione mundare? Sed confiteamur

Alle- goria pul- chra.

Professores scientiarū.

fiteamur inuicē delicta nostra inuicē nos delictā donemus; & pro nobis delictis inuicē oremus, atq; ita quodamodo inuicē pedes nostros lauemns. Orig. Vel aliter. Hoc lauacrū spirituale pedum: de quo dictum est, principaliter quidem a nullo nisi a solo Iesu potest effici secundario uero a discipulis eius, quib. dixit. Vos deb. adin. la. pe. Iesus. n. lauit pedes discipulorum in quantum magister, & seruorū in eo ꝙ dn̄s. Hic autū est finis magistri ut discipulū faciat sicut se, quod de Saluatore apparet, q. præ cæteris magistris & dominis vult ut fiant eius discipuli quasi magistor & dn̄s, non habentes spiritum seruitutis, sed spiritū filiationis, in quo clamat. Abba pater. Prius ergo q̃ fiant & magister & dominus egēt lauacro pedū, uelut insufficiētes discipuli, & adhuc sapiētes spiritum seruitutis. Cū autē aliqs eorū statū magistri attingit & domini, tunc imitari poterit eū qui lauit discipulorū pedes, ac lauare pedes per doctrinā quasi magister. Chry. Adhuc āt ꝑ uocās eos ad lauādūpedes, subiungit. Amē amē di. uo. Nō est ser. ma. do. suo: neq; apo ma. eo qui mi. illum q. d. Si ergo hæc a me facta sunt, multo magis a uobis oportet hæc fieri. Theo. Necessario etiam hic apostolos admonet, quia. n. ad dignitates habebant attingere: & hic quidem maiores, hic minores; ne insurgant adinuicem, serenat cōscientiam omniū. Bed. Quia uero scire bonū & nos facere, nō ptinet ad beatitudinem. sed ad condemnationē; secundū illud. Scienti bonum, & non faciēti, peccatum est illi subiungit. Si hæc sci. be. eri. si fe. ea. Chry. Nam scire quidem oīum est, facere uero non omnium. Deinde proditorem nō manifeste redarguit; sed obūbrate; cum subditur. Non de omnibus uo. dico. Aug. q. d. Est inter uos qui non erit beatus, neq; facit ea. Ego scio quos elegerim. Quos, nisi eos qui beati erūt faciēdo quæ præcepit? Non est igiẽ Iudas electus quid est ergo quod alio loco diciẽ. Nonne ego uos 12. elegit? an ipse ad aliqd est electus, ad quod erat utiq; necessarius, nō aūt ad beatitudinem, de qua dicit. Beati eri. si fec. ea. Orig. Vel ali. Non recte existimo posse referri, quod dicitur. Nō de omnib. uobis dico; ad hoc qđ dictum est. Beati eri tis si fec. ea. Totum enim hoc & de Iuda & de quolibet alio verū est dicere. Beatus talis si fecerit hæc. Reducemus aūt hæc ad illud dictū. Non est ser. ma. do. suo; nec aposto. ma. eo. qui mi. illum. Iudas enim cū esset seruus peccati, non erat seruus diuini uerbi, nec apostolus diabolo ingresso i cor eius; cū ergo dn̄s nouisset qui sunt sui, alienos a se nō nouit, ꝑꝑ quod nō ait. Ego scio cunctos præsentes, sed ego scio quos elegērim. q. d. electos meos noui. chry. Deinde ut non multos contristet suo sermone subiūgit. Sed ut adimpleatur scri. qui mā. mecū pa. le. cal. suum cōtra me, ostendens ꝙ non ignorās traditur, quod maxime sufficiens erat Iudam retinere, & non dixit: Tradet me, sed leuabit cōtra me calc. suū; dolum & occultationem insidiarum repsentare uolens, Aug. Quid est. n. Leuabit calcaneū suū sup me, nisi conculcabit me? in quo Iudas traditor eius attingiẽ. Chry. dicit aūt. Qui māducat mecū panē, i. qui a me nutritus est, qui mea mēsa cōmunicaui, ut si quādo a famulis, aut aliqbus uilioribus patiamur aliqd malū nō scā ldalizemur, respiciētes Iudæ exēplū qui infinitis potius bonis, in cōtrariū remunerauit benefactorē. Aug. Illi ergo qui electi erāt māducabāt dominū, ille māducabit panē dn̄i cōtra dominū, illi uitam; ille pœnam. Qui enim māducat indigne ait apostolus, iudicium sibi manducat. Sequitur. Ammodo di. uo. priusquā fiat, ut cum fa. fue. cre. quia ego sum, de quo scilicet illa scriptura processit. Orig. Non autem dictū est apostolis. Vt credatis, quasi non credentibus, sed dictum est tanquam ęquipolleat ei, qđ est, ut credentes operamini, perseuerantes incredulitate, nec aliquam ocasionem ad repulsam capitantes, sup ea enim quę obtinebant discipuli ad fidem facientia, hoc etiam adepti sunt uidere perfici scripturā prædictam. Chry. Quia ergo discipuli exituri erant ad prædicandum & multa passuri duobus modis eosconsolātur, uno modo a seipso, cum dixit. Beati eri. si fe. ea. Alio uero modo consolatus est eos ab alijs; eo scilicet quod ab hominibus multa patientur procuratione; unde subdit. Amen amen dico uobis &c. Origen. Qui enim recipit quem mittit Iesus. Iesum q

Magisteriū Christi.

Exemplum Christi ponitur.

Consolatio dupl. a posto lo.

misso cõsistit recipit, qui autem Iesum recipit, patrẽ recipit, igitur qui recipit quẽ mittit Iesus, mittẽtem recipit patrem. Potest etiã & hic sermo fore, qui recipit, quẽ ego misero: usque ad mei receptionem attingit. Qui uero per aliquem apostolorũ meorum me recipit, sed recipi me uenientem ad animas, patrem recipit, ut non tantum ego in eo maneam, sed & pater. Aug. Arriani autem cum hoc audiũt statim ad gradus sui dogmatis currunt, dicentes: Quantum apostolus distat a domino, tantum filius a patre; sed ubi dñs dixit, Ego & pater unum sumus, nullam distantiæ suspicionem reliquit. qm̃ ergo nos accepturi sumus hæc uerba dominica, Qui me accipit accipit eum qui me misit; ꝙ unius naturæ sunt pater & filius, consequens uidebitur quia dixit, Qui accipit si quem misero, me accipit, & unius naturæ sũt filius & apostolus, ita dixisse possit uideri, Qui acc. si quẽ mi. me secundum hoiem accipiã: qui autẽ me secundũ Deũ acci. acci. eum qui me misit. Sed cũ ista dicebat, non ab illo naturæ unitas, sed in eo qui mittit̃ mittẽtis, cõmẽdabatur auctoritas. Si ergo attẽdas Chr̃m in Petro discipuli præceptorẽ: si autem patrem in filio, inuenies unigeniti genitorẽ.

Cum hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu & protestatus est, & dixit, Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli hæsitantes, de quo diceret. Erat ergo recũbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, Quis est, de quo dicit? Itaq; cum recubuisset ille supra pectus Iesu, dixit ei, Domine, quis est? respõdit Iesus, Ille est cui ego intinctum panẽ porrexero, & cũ intinxißet panẽ dedit Iudæ Simonis Schariotis, Et post buccellã introiuit eũ Sathanas, & dixit ei Iesus, Quod facias fac citius. Hoc ãt nemo sciuit discũbẽtiũ ad quid dixerit ei. Quidã. n. putabãt q̃a loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, Eme ea q̃ opus sunt nobis ad diẽ festũ, aut ut egenis aliquid daret. Cum ergo accepißet ille buccellam, exiuit continuo. Erat aũt nox.

Chry. Quia dominus apostolis debentibus orbem terrarum uniuersum percurrere, exhibuerat duplicem consolationem ꝑdictum, cogitans ꝙ utraque ꝓditor priuatus est, turbatur. Et hoc significat euãgelista dicẽs. cum hæc dixisset Iesus, turbatus

Turbatio Iesu exponit.

est spiritu &c. Aug. Non illi hoc tunc primum uenit in mentem, sed quia proditorem iam fuerat expressurus, ut non lateret in cęteris, ideo turbatus est spiritu, & q̃a ipse traditor iã fuerat exiturus, ut Iudæos q̃bus dñs ab eo traderetur adduceret. Turbauit eũ imminẽs passio & periculũ ꝓximorũ; & traditoris impendẽtes manus cuius fuerat ꝑcognitus animus hoc ẽt dñs significare sua turbatione dignat⁹ est, ꝙ q̃n ex falsis fratribus aliquos separare ẽt ante messẽ urgẽs causa cõpellit; fieri sine ecclesiæ turbatione non possit. Turbatus est ãt non carne, sed spiritu. Spiritus. n. in huiusc̃ scandalis non peruersitate, sed charitate turbatur, ne forte in separatione aliquorũ zizaniorum simul aliquod eradicet̃ & triticum: siue ergo ipsum Iudam pereuntem miserando, siue sua morte appropinquante turbatus est, non animi infirmitate, sed potestate turbatur. Non. n. aliquo cogente turbat̃, sed turbauit semetipsum. ut supradictum est ꝙ autem turbatur, infirmos in suo corpore, hoc est in sua ecclesia consolatur, ut qui suorum morte imminente turbant̃, non se reprobos putent. Orig. In eo. n. ꝙ dicit turbatus est spiritu: quod humanam est. s. passio, proueniebat ab exuberantia spiritus, si. n. sanctus quilibet in spiritu uiuit; & agit, & patitur. quanto magis hæc dicenda sunt de Iesu sanctorum præmiatore? Aug. Pereant igitur argumenta Stoicorum, qui negnat, in sapiẽtem cadere perturbationem animorũ, qui profecto sicut uanitatem ęstimant ueritatem, sic stuporẽ deputant sanitatẽ: Turbet̃ plane animus Christiani non miseria, sed misericordia; dicit autem, Vnus est uobis: numero non merito, spetie non uirtute. Chry. Quia uero nõ nominatim dixit, rursum in omnes inducit timorem; uñ sequitur, Aspiciebãt ergo discipuli ad inuicem hęsitantes, de quo diceret. Et nimirũ nullius sibi ipsis cõscij mali tamen æmulationem Christi ꝓprijs cogitationibus credibiliorem putabant. Augu. Sic etiam in eis erat erga magistrum suum pia charitas, ut tamen eos humana alterum de altero stimularet infirmitas. Orige. Reminiscebantur ẽt ut homines existentes, quoniã alterabilis est affectus adhuc, prouectorũ ac

Stoicorum error diluitur.

Cõsuetudo euangelistarũ.

susceptis

susceptibilis appetitus contrariorum his quæ prius uoluerat. Chry. Omnibus auté trementibus & ipso uertice, s. Petro formidante, Ioannes uelut dilectus recubuit in sinu Iesu, unde sequitur: Erat ergo recumbés unus ex discipulis eius in sinu Iesu qué di. Ie. Aug. Ipse est Ioãnes cuius é hoc euãgeliũ; sicut postea manifestat. Erat. n. hæc eorum cõsuetudo qui sacras nobis literas ministrarunt, ut qñ ab aliquo uotum diuina narrabatur historia, cum ad seipsum ueniret tanquam de alio loqueretur. Quid .n. deperit ueritati, quando & res ipsa dicitur, & quodãmodo dicenti iactantia deuitatur. Chry. Si autem huiusmodi familiaritatis causam quæris discere, amoris res erat, propterea dicit. Quem dil. Ie. Quanuis. n. & alij amarentur, tñ iste plus alijs. Orig. Aestimo autem ꝙ etiã hoc protendit & Ioannes recumbens uerbo ac in secretioribus pausans incumbebat gremijs uerbi. Chry. Volebat etiam ostendere seipsum esse alienum à crimine & hoc etiã dicit: ne æstimes ꝙ Petrus ei, ut maiori existẽti innueret: nã sequit, Innuit ergo huic Si. Petrus, & dicit ei, quis est de quo dicit. Vbiq; enim inuenitur Petrus ab amore impetũ faciés, & quia primo increpatus est nõ locutus est, sed mediãte Ioãne vult discere Vbiq; n. scriptura ostẽdit Petrũ feruidũ, & familiaritaté habẽté ad Ioãné. Aug. Notanda auté locutio est; dicere aliquid nõ sonãdo, sed tãtũmodo innuẽdo. Innuit (inquit) & dicit, idest innuendo dicit. Si. n. cogitando aliquid dicitur: sicut illud, Dixerunt apud semetipsos, quanto magis innuẽdo, ubi uiam foris qualibuscunq; signis promitur, quod fuerit corde conceptum? Orig. Vel primo innuit, & deinde nõ contentus nutu dixit illi, Dic quis sit de quo dicit, Sequitur, Itaque cum recubuisset ille supra &c. Aug. Quod autem nunc supra pectus dicit, Paulo supra dixerat in sinu. Vel aliter: Primo quidé iacens in sinu Iesu superascendit, & incubuit supra pectus, quasi si non incubuisset in pectore, sed remansisset iacens in sinu, nequaquam dominus ei tradidisset uerbum quod Petrus scire cupierat. Per hoc ergo quod ultimo supra pectus incubuit, exprimitur tanquã per maiorem & abundãtiorem gratiam specialis

Consẽ suseuã geli-cus.

Iesu discipulus esse. Beda. quod autem in sinu & supra pectus recubuit, non solũ fuit præsentis amoris indicium, sed etiam futuræ rei signum, ꝙ. s. inde uocẽ sumeret quã postmodum cunctis seculis inauditã emitteret. Aug. Per sinũ. n. quid aliud significatur q̃ secretũ? hic est utiq; pectoris sinus sapiẽtię secretũ. Chry. Neq; auté tũ nominatim proditoré dominus manifestauit; nã sequitur, Respõdit Iesus, ille est cui intinctũ pané porrexero, & modus ipse manifestationis cõuersurus erat; quia. n. ob mẽsurationé uerecũdatus non est, eodem pane cõmunicãs uerecũdari debuit. Sequit. Et cũ intinxis. pa. dedit Iudæ Si. Sca. bon putãt quidam negligenter legentes tunc Iudas solus Christi corpus accepit, intelligendũ est. n. ꝙ iã eis omnibus distribuerat dominus sacramenta corporis & sanguinis sui, ubi & ipse Iudas erat, sicut Lucas narrat. At demum ad hoc uentum, est ubi secundum narrationé Ioannis dominus per buccellam tinctam atq; porrectã suum exprimit traditorem, fortassis per panis tinctionem illius significans fictioné: non. n. omnia quæ tinguntur abluuntur, sed ut inficiantur, nonnulla tinguntur, si autem bonum aliquid hæc significat tinctio, eidem bono ingratum merito est secuta dominatio. Sequitur enim, Et post bucellam &c. Orig. Attende ꝙ primo quidem non introiuit Sathanas in Iudam, sed immisit in cor eius solum, ut proderet præceptorem. Post panem aũt in eum ingressus est, quam obrem nobis cauẽdum est, ne diabolus intrudat in cor nostrum aliquid ignotorum telorum suorum nam si intruserit insidiatur deinde, ut & ipse introeat. Chry. Donec enim fuit in collegio non audebat insilire, sed exorsum immittebat, quando uero eum manifestum fecit, & expulit libere in eam de cætero exiluit. Augu. Vel intrauit in eum, ut sibi iam traditũ plenius possideret, neque enim non in illo erat, quando ad Iudæos de precio tradendi dominum pactus est, cum Lucas dicat, Intrauit autem Sathanas in Iudam, & abijt & locutus est cum principibus sacerdotum, talis iam uenerat ad cœnandum, sed post panem introiuit in eum, nõ ut adhuc alienum tentare, sed ut proprium possideret.

Doctrina salubris.

Orig. Decebat.n.ut estimo, propter panis exhibitionem auferri ab indigno bonum quod se habere credebat, quo priuatus factus est capax ingressus Sathanæ in ipsum.

Doctrina salubris.

Aug. Dicunt aũt aliqui, Ita ne hoc meruit panis correctus de mensa Christi, ut post illũ intraret in discipulũ Sathanas? Quibus respondemus, hinc potius nos doceri, q̃ sit cauẽdum male accipere bonum; si.n. corripitur qui non dijudicat, hoc est nõ discernit a cæteris cibis dñi corpus, qũo damnatur qui ad eius mensam fingens se amicum accedit inimicus? Sequitur, Et dicit ei Ie. Quod fa. fac. citius. Orig. Cui autem ei ambiguum est, qm̃ potuit uel Iudæ, uel Sathanæ dñs dixisse. Quod fa. fac citius, ꝓuocans aduersarium ad pugnã, uel proditorem ad subministrãdũ dispẽsationi quæ erat futura salubris seculo quã nõ amplius tardari nec protrahi, sed pro posse matura uolebat. August. Non tamen præcepit facinus, sed prædixit nõ tamẽ in pernitiẽ perfidi sæuiẽdo, q̃ ad salutẽ fideliũ festinando. Chry. Hoc.n. ꝗ dicit, Quod facis fac citius, nõ ꝑcipiẽtis est neq; cõsiliãtis, sed exprobrãtis & ostẽdẽtis, qm̃ ipse nolebat suã ꝓditionẽ impedire. Sequit, Hoc autẽ nemo sciuit discũbentiũ &c. Multam utiq; quis hic dubitationem inueniet, si interrogantibus discipulis, quis est? dixit. Cui ego intingens panem dabo; & tamẽ non intellexerunt. Nisi dicatur quod latenter dixit, ut nullus audiret: & ꝓpterea supra pectus Ioannes residens interrogat quasi ad aurem, ut nõ fieret proditor manifestus. Forsitassis.n. si Christus eum manifestum fecisset, Petrus utiq; eum interfecisset; propterea dicit, ꝗ nullus cognouit recumbentiũ, sed neq; Ioannes, nequaquam.n. putauit ꝗ discipulus intantum iniquitatis prodiret: quia.n. procul a tali iniquitate erat, nõ de alijs hoc suspicabatur. Verã igitur causam eorum quæ Christo dicta sunt ignorauerunt. Quid autem æstimarent ostendit euangelista, cum subdit. Quidam.n. puta quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei &c. Aug. Habebat ergo dominus loculos, & a fidelibus oblata cõseruãs suorum necessitatibus & alijs indigentibus tribuebat: tũc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, nisi intelligeremus quod præcepit nõ cogitandum esse de crastino, non ad hoc esse præceptum, ut nihil pecuniæ seruetur a sanctis, sed ne Deo propter istum seruiatur, & propter inopiæ timorẽ iustitia deseratur. Chry. Et nimirum nullus discipulorum pecunias afferebat, sed per hoc quod dicit occulte insinuat quod quædã mulieres eum de suis facultatibus nutriebant, qui autem non peram, non uirgam, non æs iubet deferre, loculos ferebat ad inopum ministerium; ut discas quoniã valde pauperem & mundo crucifixum huius oportet patris multam facere procurationem, multa enim ad nostram dispensãs doctrinam agebat. Orig. Sic igitur Iudæ Saluator dicebat, Quod facis fac citius, ac proditor in hoc tantum ad præsens obedit magistro: accepto nanque pane nullam traxit moram, unde sequitur: Cum er. ac. ille buc. exi. conti. Et reuera exijt, non solum recedẽdo de domo in qua tenebatur, sed omnino egressus est à Iesu: ego autem opinor ꝗ post panẽ ingressus sathanas in Iudam non tolerabat in eodem loco cum Iesu esse; nulla nanque conformitas est Iesu ad sathanam: non frustra autem requiram, quare super hoc quod est, Accipiens panem, non adijcitur, Et manducans. Nunquid igitur accepto pane nõ manducauit Iudas? post panem enim forsan acceptum a Iuda nõ esum, qui semel in cor eius immiserat, ut magistrum prodat timore ductus, ne quod immissum fuerat euanesceret usus panis, quam cito panem Iudas recepit, introiuit in eum & statim domum excessit. Aliter quoque non inepte dicetur, quod sicut qui indignè manducat panem domini, aut bibit eius calicem, in prę iudiciũ sibi comedit atq; bibit, si panis a Iesu datus alijs fuit ad salutẽ, Iudæ in domũ vt post panẽ intraret in eũ sathanas. Chry. Subdit autẽ, Erat autẽ nox, ut discas Iudæ temeritatẽ, quoniã neque tẽpus eũ tenuit ab impetu. Orige. Nox etiã sẽsibilis instar extitit obductæ noctis in anima Iudæ. Greg. 1. mor. Aequalitate enim tẽporis signis exprimitur accusationis, dũ nõ rediturus ad ueniam, ad traditionis perfidiam nocte Iudas exisse prohibetur.

Loculi domini quales.

Rara opinio.

Cum ergo exisset dixit Iesus, nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. Si

Deus

Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eũ in semeipso & continuo clarificabit eum.

Orig. Post euenientia ex prodigijs,nec non ex trãsfiguratione præconia initium glorificandi filij hominis fuit exitus Iudę a loco ubi morabatur Iesus cũ sathana,qui eum ingressus est. unde dicitur, Cũ er.ex. di.Ie.Nunc &c.Non.n.immortalis unigeniti uerbi,sed hominis qui factus est ex semine Dauid gloria hic narratur. Si.n.in morte Christi glorificãtis Deũ illud uerum est, exuens principatus & potestates traduxit confidẽter triumphans in ligno, & illud cõciliãs p sanguinẽ Christi crucis suę,siue q̃ in terra,siue q̃ in cęlis.In his oĩbus glorificatus est filius hoĩs, Deo ẽt glorificato in eo. unde sequitur, Et Deus &c. Quia nõ est christum glorificari nisi cũ eo quoq; glorificeẽt & pr̃. At qm̃ quicũq; glorificatur, ab aliquo glorificatur: si q̃ras de eo,ꝗ clarificat⁹ est filius hoĩs,à quo, ꝛ fidẽs subdit:Si Deus clarificatus &c.Chrysosto. Hoc est per semetipsum nõ per alium. Sequitur,Et conti.cla. eum.q.d. non post longum tẽpus, sed confestim in ipsa cruce ea quæ clara sunt apparebunt;sol nanq; auersus est, petræ scissæ sunt, multa corpora eorum qui dormierunt surrexerunt. Hac aũt uia eas quæ occiderant cogitationes discipulorum restitui: & suadet non solũ tristari,sed ẽt lætari. Aug.Vel aliter:Exeũte immũdo oẽs mundi cum suo mundatore mã serunt: tale aliquid erit cũ zizanijs à tritico separatis, iusti fulgebũt sicut sol in regno patris sui: hoc futurum præuidẽs dñs discedente Iuda tãquã zizaniis separatis, remanẽtibus tanquã tritico apostolis sanctis dixit.Nũc cl.est fi ho.tãquam diceret, Ecce in illa mea clarificatione quid erit, ubi malorũ nullus erit, ubi bonorũ nullus perit? Sic autẽ nõ est dictũ, nũc significata est clarificatio filij hominis,sed nũc clarificatus est filius hominis: sicut non est dictum, Petra significabat Christum, sed petra erat Christus: solet enim loqui scriptura res significantes tanquam illa quæ significantur, appellans. Est autem clarificatio filij hominis ut Deus clarificetur in eo. unde adiungit, Et Deus clarificatus est in eo. Denique tanquam ista exponens adiungit & dicit,Si filius clarificatus est in eo,quia non uenit facere uolũtatem suam, se uoluntatem eius qui eum misit,Et De.cla.eum in se.ut natura humana quæ ab æterno uerbo suscepta est etiã immortali æternitati donetur. Sequitur, Et con.cla. eum resurrectionẽ,s.suam:non sicut nostram in fine seculi, sed cõtinuo futurã hac attestatione prædicens. Potest & de ista clarificatione dictum uideri. Nunc clarificatus est filius hominis,ut quod ait: nunc nõ ad imminentẽ passionẽ, sed ad uicinã resurrectionem pertinere credatur: tãquã fuerit factũ qđ erat tã proximo iam futurum.Hila.11.de Trin.Quòd autẽ Deus in eo glorificatus est ad corporis gloriam spectat, per quã Dei intellecta est gloria, quasi corpus ex naturæ diuinæ cõsolatione gloriã mutuaret:ꝗ uero quia glorificatus in eo Deus est, iõ glorificauit eũ in se, ut qui regnat in gloria quæ ex Dei gloria est, ipse exinde in Dei gloriã trãseat, toto iam in Deo ex ea qua nõ est dispẽsatione mansuro,nec sanè de tpe tacuit di.Et cõti. cla.eum.ut quia prodeunte ad proditionẽ Iuda,gloriã quæ sibi post passionẽ cõsecutura resurrectionẽ futura esset,significasset in præsens eã quæ in se Deus cũ clarificaturus esset, in posterum reseruaret: Dei in eo gloria p uirtutẽ resurrectionis ostẽsa: ipso uero in Dei gloria ex subiectionis dispensatione mãsuro.Hyla.9.de Trini.Primam autem significationem huius dicti non ambiguam existimo,cũ ait. Nunc cla. est fi.hominis,gloria enim non verbo: sed carnis acquirebatur: hoc vero quod sequitur,Et Deus cla. est in eo, qđ significet interrogo, & cum non alius sit filius hominis,neq; alius filius Dei,verbum enim caro factum est,requiro quis in hoc filio hominis. qui & filius Dei est glorificatus sit Deus. Et videamus quod si hoc quod tertio dr̃. Si Deus clar. est in eo, & Deus cla. eum in semetipso, Homo vtiq; nõ per se glorificatur, neque rursum qui in homine glorificatur Deus: licet gloriam accipiat, nõ tamẽ aliud ipse q̃ Deus est. Vtique aut Christum necesse est esse qui glorificatur in carne,aut patrẽ qui glorificatur in Christo. Si Christus est Deus, certè Christus est qui glorificatur in carne: si pater sacramentum est unitatis, cum pater glorifi-

Clarificatio Christi.

Anagogica expositio.

catur in filio. De eo uero q̧ glorificatū in filio hoīs Deum: Deus glorificat in seipso, in quo relicta facultas execrandæ impietatis existimatur, ne se ẽm naturæ veritatem uerus Deꝰ Christus sit. Nūquid.n. extra se est qđ glorificat in seipso? Quē.n. in seipso pater glorificat, in eius gloria confitendus est, & qui in patris gloria glorificādus est, in his intelligendus est esse in quibus est pr̃. Orig. Vel aliter. Nomē gloriæ non hic accipit iuxta quosdā paganorū q̄ diffiniūt gloriā esse à pluribus collata præconia. Palàm est.n. qđ hoc aliud est ab eo quod Exodo dr̃: quod in gloria Dei repletū est tabernaculum, & quod aspectus Moysi glorificatus erat; quātum.n. ad corporalia diuinior quidā apparitio cōtingit in tabernaculo: necnon in facie Moysi cū Deo locuti. Quarū ad anagogiā uero gloria Dei dr̃ esse q̃ apparuit, qm̄ deificatur ac trāscendēs cūcta materialia intellectus, ut scrutet̃ diuinā uisionē in his quæ cernit deificat̃. Vt hoc sit tropicè q̃ glorificata est facies Moysi, eo facto diuino scđm itellectū. Nulla aūt cōparatio fuit excellētiæ Christi ad cognitionem Moysi glorificantē faciē animæ eius. Totius.n. diuinæ gloriæ fulgorē esse filium æstimo, dicēte Paulo. Qui cum sit splēdor gloriȩ &c. quinimmo pueniunt ab hac totius gloriæ luce singulares splendores ad totā rationalem creaturā. Nō.n. arbitror quempiam totū posse capere totius diuinæ gloriæ fulgorē nisi filium eius. Inquantū igitur non erat notus filius mūdo, nondū in mundo glorificatus erat, cum autem pater aliquibus de mundo existēti bus tradidit Iesu notitiam, tunc glorificatus est filius hoīs in his qui cognouerunt eum; & hoc dedit gloriam cognoscētibus, Nam qui libera facie diuinā gloriā intuētur, secundum eandē transfigurantur imagine à gloria glorificati in glorificantium gloriam. Cùm igitur appropinquauit ad eam dispensationem, quia mundo notus debebat gloriam promereri in gloria glorificantium ipsum ait. Nūc clarificatus est filius hoīs. Et quia nullus nouit patrē nisi filius, & cui reuelauit filius. Debebat aūt ex dispēsatione depromere patrem filius, ob etiam Deus glorificatus in illo dignoscitur; uel hoc quod est. Et Deus clarificatus est in eo, cum illo perscrutaberis. Qui me uidet & patrē meum uidet. Nā uidebitur in uerbo cū Deus existat, & imago inuisibilis Dei qui genuit eum pater. Amplius aūt sic quoq; clarius quȩ sunt in hoc loco capientur. Velut.n. per quosdam nomen Dei blasphematur in gentibus, sic per sanctos quorum bona gesta corā hominibus politissima discernūtur, celsi patris nomē extollitur. In quo uerò à Deo glorificatus est, in Iesu dum peccatū non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Cum ergo talis esset, filius glorificatus est, & Deus glorificatus est in eo, at si Deus in eo glorificatus est, recompensat ei pater maius illo quod filius hoīs exercuit. Longè.n superstans est gloria in filio hominis cum glorificat eum pater, quam in patre cum in illo glorificatus eum decebat præpotentē maiorē reprehendere gloriam, deinceps qm̄ statim hæc erant futura. Dico autem filiū hominis in Deo glorificari: ob hoc subiecit; Et continuo glorificabit eum.

Gloriæ variæ acceptio

Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Quæritis me, & sicut dixi Iudęis, quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem.

Aug. Cū dixisset superius. Et continuo clarificabit eū. Ne putarent q̧ sic eū clarificaturus esset Deus, ut non eis cōiungeret̃ ulteriꝰ ea cōuersatione q̃ in terra est, adiecit atq; ait. Filioli adhuc mo. uo. sum tanq̃ diceret cōtinuo quidē resurrectione clarificabor, nō tñ cōtinuo ascensurus in cœlū. Sicut n. scriptū est in actibus apostolorū. Fuit cū eis post resurrectionē 40. dies hos igitur 40. dies significauit dicēdo. Adhuc. mo. uo. sum. Orig. Per hoc aūt quod dicit. Filioli; ostendit adhuc imminentē aīabus eorū paruitatē. Hic aūt quibus nunc dicit. Filioli; post resurrectionem fiunt fratres, sicut & antequā essent filioli fuerūt serui. Augu. Potest etiam & sic intelligi, Adhuc sicut & uos in hac infirmitate carnis etiā ipse sum, donec scilicet moreretur: atque resurgeret. Cum illis quidem fuit postquā resurrexit exhibitione præsentiæ corporalis, sed non cum illis fuit consortio

Glorificatio Iesu qūo intelligēda

infir-

infirmitatis humanæ, Apud alium.n.euangelistam post resurrectionem ait. Hæc locutus sum uobis: dum adhuc essem uobiscum.i.in carne mortali cum essem sicut & uos. Tunc.n.in eadé quidé carne erat, sed cum illis in eadé mortalitate iam nó erat. Est & alia diuina p̄sentia sensibus ignota mortalibus, de qua idé dicit: Ecce ego uo.sum usq; ad cósummationé seculi: hoc non est. Adhuc modicum sum uobiscum. nó.n.modicum est usq; ad cósummationé seculi, aut si & hoc modicú est, q̄a in oculis Dei mille anni súr dies unus, nó tñ hoc significare uoluisse credédus est, nûc qñ secutus adiúxit. Quo ego ua.uos non po.ue. Núquid.n. post cósummationé seculi quo ipse uadit uenire nó poterát.de quib⁹ postea dicturus est. Pr̄ uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecú. Orig. intrinsecus aút sciscitaberis an post multú non fuit cú eis, non adeo q̄ non aderat illis secúdú carné. Sed eo modico cósummato uos scádalizabimini in me in nocte, & sic non erit cú eis qui cú dignis tantummodo cóuersatur. Sed si cum eis non erat, nihilominus ipsi quæsituri erant Iesum, uelut Petrus post negationem grauiter plorabat, quærens puto Iesum, Et ideo sequitur, Quæritis me, & sicut di.Iu. Quo ego ua. nó potestis uenire. Quęrere Iesum est uerbum quærere, sapientiam, iustitiá, ueritatem, diuiná uirtutem, quæ omnia Christus est. Volentibus ergo discipulis sequi Iesum nó quippe uelut rudiores arbitrant̄ corporaliter: sed ut significet illud, Qui non tollit crucé suá & sequitur me, nó pót meus esse discipulus. Ait nunc dñs, quo ego uado, uos non potestis uenire. nam & si uellent sequi uerbum & illud confiteri, tñ nondum erant ualidi circa hoc, cum nódum esset spiritus datus, eo q̄ Iesus nondum erat glorificatus. August. Vel hoc dicit, quia adhuc minus idonei erant sequi moriturum dominum pro iustitia: quomodo.n. iam fuerant secuturi martyrio non maturi? aut iterum dominú ad immortalitatem carnis quomodo iam fuerant secuturi, non quandolibet moritur, sed in fine seculi resurrecturi? aut iterum dominum ad sinum patris quomodo iam erant secuturi, cum esse nemo possit in illa fœlicitate, nisi profectus in charitate? Iudęis autem cum hoc diceret: non addidit, Modo. Ipsi aút nó poterant uenire túc quo ille ibat, sed poterát postea & ió subdit, Et uo.di.modo. Orig. q.d. Et uobis dico non absque additione huius aduerbij modo. Iudæi náq; quos præuidebat in suis facinoribus morituros, in breui tp̄e non ualebant pergere quo Iesus ibat, sed discipuli post breue tempus poterant sequ uerbú. Chr. Ne aút audiétes discipuli sicut dixi Iudæis, æstimét similiter & in eos dictú esse adiecit, Filioli. Orig. Quod est exprimentis imminentem adhuc animæ discipulorú modicitaté. Fiút át post resurrectionem hi quibus dixit, Filioli, fratres: sicut & prius serui fuerát antequá essent filioli. Chry. Hoc aút dicit cú q̄ in seipsum est erigés discipulorú amoré. Cú.n.uiderimus aliquos dilectissimorú discedétes exardescimus & maximè cú uiderimus eos in locum abeuntes in qué nó est possibile nobis abire. Simul ét ostendit, q̄m mores eius q̄dá tráslatio est, & tráspositio melior ad loca mortalia corpora non suscipiétia. Aug. Docés autem q̄uo idonei esse possint pergere quo ille antecedebat subiungit, Mandatum nouum do uobis ut diligatis inuicem. Nonne iam hoc erat mandatum in antiqua lege Dei, ubi scriptum est. Diliges proximum tuum tanquam teipsum? cur ergo nouum mandatum appellatur à dño? an q̄a exuto uetere íduit nos hoïem nouum? Innouat quippe audientem uel potius obedientem non oïa, sed ista dilectio quá dominus ut à carnali dilectione distinguere addidit, Sicut dilexi uos; ut & uos diligatis inuicem nó sicut se diligunt qui corrumpunt, nec sicut se diligunt homines, quia homines sunt, sed sicut se diligunt qui Dei sunt, & filij altissimi omnes, ut sint filio eius unico fratres, eą dilectione inuicem diligentes, qua ipse dilexit eos, perducturus eos ad illum finem, ubi satiabitur in bonis desiderium eorú. Chry. Vel dicit, Sicut dilexi uos, nó.n.præexistentibus uestris iustitiis debitum uobis reddidi, sed ipse incepi, ita & uos benefacere oportet etiá nihil debentes. Augu. Noli auté putare illud maius prætermissum esse mandatú quo præcipitur, ut diligamus dominum Deum nostrú, sed bene intelli-

Consensus euangelicus.

Iesus q̄uo q̄ritur.

Mandatum nouú quare dicat̄.

intelligentibus vtrunque inuenitur in singulis. nam & qui diligit Deum, nõ eũ potest contemnere præcipientem, vt diligat proximum, & qui superne ac spiritualiter diligit proximum; quid in eo diligit nisi Deum? ipsa est dilectio quam ab omni mũdana dilectione distinguẽdo addidit dñs. Sicut dilexi uos. Quid.n. nisi Deum dixexit in nobis quem non habebamus, sed ut haberemus. sic ergo & nos inuicem diligamus, vt quantum possumus inuicem ad habendum in nobis Deum cura dilectionis attrahamus. Chry. Prætermitens aũt miracula quæ erant facturi, ab amore eos designat subdens, In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. hoc.n. est qđ maxime hoĩes sanctos ostendit. hoc.n. dicit esse discipulos. Aug. Tanquam diceret: Alia munera mea habẽt uobiscum etiam nõ mei, non solum naturam, uitam, sensum, rationem, & eam salutem quæ hominib. pecoribusq; cõis est: uerumetiam linguam, sacramenta, prohibet: am, scientiam, fidẽ, distributionem rerum suarum pauperib. & traditionem corporis sui. ut ardeant, sed qm̃ charitatem nõ habent, vt cymbala cõ crepant, nihil sunt, nihil eis prodest.

Signũ discipulat⁹ Christi.

Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo uadis? Respõdit ei Iesus: Quo uado ego, nõ potes me modo sequi, seqris ãt postea. Dicit ei Petrus: Quare nõ possum te modo seq? animã meã pro te ponam. Respõdit Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen amẽ dico tibi, nõ cantabit gallus donec ter me neges

Chry. Magnus amor & ipso igne uehementior, & nulla est prohibitio quæ eius promptum impetum detinere possit. Ardentissimus itaque Petrus audiens, Quo ego uado uos non potestis uenire, eum interrogauit: unde sequitur, Dicit ei Si. Petrus: Dñe, quo uadis? Aug. Sic utiq; hoc dixit magistro discipulus tanquam sequi paratus: propterea dñs qui eius animum vidit, sic ei respondit: nã sequit, Respondit Iesus, Quo ego uado &c. Dilationem intulit; non spem abstulit, sed eam sequenti uoce firmauit, dicens: Sequeris autẽ postea. Quid festinas Petre? nõdum te suo spiritu solidauerat petra: noli extolli præsumẽdo, non potes modo; noli deijci desperãdo, sequeris.n. postea. Chry. Audiens autẽ hoc Petrus, neq; ita desiderium detinuit sed benignam spem accipiens properat, & quia timorem excussit proditionis, cum securitate per seipsum de reliquo interrogat alijs silentibus: unde sequitur, Dicit ei Petrus; Quare &c. Quid dicis Petre? Dixi qm̃ non potes, & tu dicis quoniã possum; quo circa scies per experientiam quoniã nihil est tuus amor, nisi præsente superna liberatione, unde sequitur: Respondit Iesus, Animam tuam pro me pones? Beda. Quæ sententia duobus modis potest pronunciari: uno modo affirmãdo, ac si dicat. Animam tuam pro me pones, sed nunc timendo mortem carnis, animę mortem incurres; alio modo insultando, quasi diceret. Aug. Ita ne facies pro me quod nõdũ ego pro te? præire potes, qui sequi non potes? Quid tñ prę sumis? audi quis sis. Amen amen dico tibi &c. Qui mihi promittis mortem tuã, ter negabis uitam tuã. qd in animo eius esset cupiditatis uidebat, qd uirium non uidebat, uoluntatem suam iactabat infirm⁹, sed inspiciebat ualetudinẽ medicus. An apostolus Petrus, sicuti eũ fauore peruerso excusare quidam nituntur, Xpm nõ negauit, quia interrogatus ab ancilla hoĩem se nescire respondit, sicut alij euangelistæ testantur expressius? quasi q hoĩem Christum negat, non Christũ neget; & hoc in eo negat qđ factus est propter nos, ne periret quod fecerat nos. per quid autem caput est ecclesiæ nisi per hominem? Quõ est igitur in corpore Christi, qui negat hominẽ Christum? Sed quid multis immorer, non.n dominus ait: Non cantabit gallus donec hominem, aut filium hominis neges, sed donec me neges. Quid est me, nisi quod erat? quicquid eius negauit, Christum negauit. Siquidem dubitare nephas est, Christus hoc dixit, utrũque pdixit, p culdubio Petrus Chrm̃ negauit. Non accusemus chrm̃, cum defendamus Petrum. Agnouit plane peccatum Christum negando commiserit, plorando monstrauit: neq; nos cum ita diximus primus apostolorum accusare delectat, sed hũc intuẽdo admoneri nos oportet, ne hõ quisq̃ de humanis uirib. fiat. Bed. Resipiscẽdi nihilomin⁹ unusq; si in lapsũ conuerterit, exẽplũ capiat ne desperet, sed incun-

Zelus Petri.

Erronea Petri excusatio.

incunctanter veniã se posse promereri credat. Chry Vnde manifestum est, quoniam & casum Petri dñs concessit; nam poterat quidem & a principio reuocare, sed quia permanebat in uehementia, ipse quidem non impulit ad negationẽ, sed dimisit desertum, ut discat propriã imbecillitatem, & ut post hæc talia nõ patiatur cum orbis terrarum dispensationem susceperit, sed reminiscẽs corũ quæ passus est cognoscat seipsum. Aug. In anima itaq; contigit Petri quod offerebat in corpore, sed aliter q̃ putabat: nam ante mortem & resurrectionem dñi & mortuus est negãdo, & reuixit plorando. Aug. de con. euan. Hoc autem de prædicta negatione sua Petro non solũ Ioannes, sed & cæteri tres commemorant nõ sane omnes ex una eademque occasione sermonis ad eam commemorãdam ueniunt: nam Matthæus & Marcus eam subnectunt postquã dñs egressus ex illa domo vbi manducauerat Pascha. Lucas uero & Ioannes antequã inde esset egressus. Sed facile possumus intelligere, aut illos duos eam recapitulando posuisse, aut istos præoccupando, nisi magis moueret q̃ tã diuersa non tantum verba, sed etiam sententias dñi præmittunt: quibus permotus Petrus illam præsumptionem proferret pro domino, uel cum domino moriẽdi, ut magis cogant intelligi ter eum expressisse præsumptionem suã diuersis locis sermonis Christi, & ter illi a domino responsum q̃ eum esset ante galli cantum ter negaturus.

Consẽsus euãgelic.

CAPVT XIIII.

ET ait discipulis suis: Non turbetur cor uestrum Creditis in Deum, & in me credite In domo patris mei. mansiones multæ sunt. Si quominus, dixissem vobis, quia vado parare uobis locum. Et si abiero & præparauero uobis locum, iterum uenio & accipio uos ad meipsum: ut vbi sum ego, & uos sitis. Et quo ego uado scitis, & uiam scitis.

Aug. Ne discipuli mortem Christi tanquam homines timerent, & ideo turbarentur, cõsolatur eos etiam Deum se esse contestans: unde dicitur. Et ait discipulis suis? Non turbetur cor vestrum &c. q. d. Consequens est si. in deum creditis, vt in me credere debeatis, quod non esset consequẽs si Christus non esset Deus. Mortẽ metuitis huic formæ serui, non turbetur cor vestrum, suscitabit illam forma Dei. Chry. Ea ẽt quæ in me est fides & in patrem qui genuit, patientior est his quę superueniẽt, & nihil cõtra eã potest p̃ualere difficiliũ, hoc ãt modo diuinitatis uirtutẽ ostendit, qa ea q̃ in mẽte habebãt ducit in mediũ, dicens: Nõ turbetur cor uestrum. Aug. Quia igiť ẽt sibi metuebãt discipuli cũ Petro dictum esset fidẽtiori atq; promptiori: Nõ cãtabit gallus donec ter me neges: subiũxit, In do. pa. mei &c. Per quod a turbatione recreantur cæteri, ac fidentes ẽt post pericula tentationum se apud dẽũ cũ Chr̃o esse mãsuros, quia si alius est alio fortior, sapientior, iustior, sanctior, nullus alienabiť ab illa domo ubi mansionẽ pro sup quisq; accepturus est merito. Denarius quidẽ ille æqualis est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati sunt in vinea iubet dari. Quo utiq; denario uita significatur æterna, vbi amplius alio nemo viuit: q̃m viuendi non est diuersitas in æternum mansura, sed multæ mansiones diuersas meritorium in una uita ęterna significãt dignitates. Greg. sup Ezec. Vel hac ratione conueniunt mansiones multæ cum uno denario, quia & si alter minus atque alius amplius exultat, omnes tamẽ unum gaudiũ conditoris sui uisione lætificat. Aug. Atq; ita Deus erit omnia in omnibus, ut quoniã Deus charitas est per charitatem fiat, vt quod habent singuli, commune fit ombus. Sic enim quisq; etiam ipse habet cum amat in altero quod ipse non habet: non .n. erit ita aliqua inuidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis. Greg. ult. mor. Eiusdem etiam disparilitatis dãna non sentiunt, quia tantum sibi vnusquisq; quantum sufficit percipit. Aug. Respuendi autem sunt a corde Christiano, qui putãt ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnum cœlorum erit aliquid vbi beatè maneant innocentes cum sine baptismo ex hac uita emigrauerint sine quo in regnum cœlorũ intrari nõ potest. absit autem, ut cum omnis domus regnantium filiorum non sit alibi

Mãsiones variæ paradisi.

Charitas patrię describiť

nisi

nisi in regno ipsius regię dom⁹ pars aliqua nõ sit in regno. nõ. n. ait dñs, In beatitudine sẽpiterna mãsiones multæ sũt; sed in domo patris mei. Chry. Vel ali. cõti. Quæ dñs supra dixerat. Petro. Quo ego uado nõ potes me sequi modo, sequeris aũt postea; ne existimẽt soli Petro hãc promissionẽ esse datã, dixit: In domo pa. mei &c. Hoc est, & uos regio illa suscipiet quæ & Petrũ, copia. n. est ibi multa mãsionũ. & nõ est dicere, quoniã præparatione indigent. Et ꝓp hoc subdit: Si quo di. uo. quia uado para. vobis locũ. Aug. Vbi satis ostẽdit ideo se hoc illis nõ dixisse, quia iã ibi mãsiones multę sũt, & nõ est opus illi aliquã ꝓparare, Chr. Qui a uero dixerat. Nõ poteris me modo sequi, ut nõ æstimẽt se ab eo finaliter abscissos esse, subiũgit: Et si abier. & ꝓpa uo. lo. ite. ue. & acci. uos ad meipsũ, ut ubi ego sum & uos sitis. Ex quo ostendit & oportet eos uehementer confidere. The. Ac si dicat utrunque. Vos turbari non oportet siue. paratę sint, siue non. Nam etsi paratæ non sint, ego cum omni solertia pręparabo nobis illas. Aug. Sed quomodo uadit & parat locum, si iam mansiones multæ sunt? sed nondum sunt sicut parãdę sunt. Easdẽ. n. mansiones quas prædestinando præparauit, præparat operando. Iam ergo sunt in prædestinatione, si quo minus, dixisset, Ibo & præparabo, hoc est prædestinabo, sed quia nondum sunt in operatione, dixit. Et si abiero & præparauero nobis locum. Parat aũt modo mansiones, mansionibus præparando mansores. Quippe cũ dixit. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quid putamus esse domum Dei nisi templum Dei? de quo Apostolus dicit, Tẽplum Dei sanctum est, quod estis vos. Hęc ergo domus Dei adhuc ędificatur, adhuc præparatur. Sed quid est ꝙ ut præparet abijt, cum nosipsos præparet, quod non faciet si reliquerit? Sed illud significat, quia ut parentur istæ mansiones, uiuere debet iustus ex fide. sit autẽ uides, non est fides. Eat ergo ne uideatur, lateat ut credatur. Tũc. n. locus paratur, si ex fide uiuatur; creditus desideretur desideratus habeatur. si bene intelligendo nec unde uadis, nec unde uenis recedis, uadit ergo latendo, uenit apparendo. Sed nisi maneat regendo, ut ꝓficiamus bene uiuẽdo, nõ parabitur locus ubi possumus permanere perfruẽdo. Alcui. Dicit ergo, Si abiero per carnis absẽtiam. Iterũ ueniã per diuinitatis ꝓsentiam; uel iterum ueniã iudicare uiuos & mortuos. Et quia sciebat eos interrogaturos quo iret, uel per quam uitam iret subiungit: Et ego uado scitis, s. ad patrem. Et quo ego scilicet per meipsum. Chryso. Hoc autem dicens desiderium quod in eorũ mẽte erat ostendit, & dat eis desideriũ interrogãdi.

Prædestinatio mãsionũ

Fidei efficacia.

Dicit ei Thomas? Domine, nescimus quo uadis. Et quomodo possumus uiam scire? Dicit ei Iesus; Ego sum uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrẽ nisi per me. Si cognouissetis me, et patrẽ meũ utiq; cognouissetis. Et amodo cognoscetis eũ, & uidistis eum.

Chry. Si Iudæi uolẽtes a Christo separari quærebant quo iturus esset, multo magis discipuli nunquam ab eo separari uolẽtes hoc discere cupiebant, & interrogabãt eum ex multa dilectione & timore, & ideo dicitur, Dicit ei Thomas, Dñe &c. Augu. Vtrũq; illos dñs dixerat scire; utrũq; dixit iste nescire. Sed nescit, ille mentiri, ergo isti sciebant, & se scire nesciebant. Conuincit ergo eos hoc scire unde subditur, Dicit ei Iesus, Ego sum uia ue. & uita. Augu. de uer. eo. q. d. Quo uis ire? ego sum uia, quo uis ire? ego sum ueritas, ubi uis ꝑmanere? ego sum uita; ueritatẽ & uitã oĩs homo capit, sed uiã non oĩs inuenit, Deũ esse quandã uitam æternam, ueritatẽ scibilem ẽt huius seculi philosophi uiderunt. uerbũ ergo Dei qui apud patrem est ueritas & uita assumendo hominem factũ est uia. Ambula per hoĩem, & perueniens ad Deũ. Melius. n. est in uia claudicare, q̃ præter uiam fortiter ambulare. Hila. 9. de Trin. Non enim nos in erratica atq; inuia deducit ille qui uia est, neq; illudit per falsa qui ueritas est, neq; in mortis relinquit errore q uita est. Theo. Cum itaq; actiuam exerces, fit tibi Christus uia. Cum autem in cõtemplatiua perseueras, efficitur tibi ueritas. Adiecta aũt uita est actiuo & contemplatiuo. Decet enim ire & prędicare pro futuro seculo. Aug. Sciebant ergo uia, quia sciebant ipsum qui est uia. Quid autẽ opus erat, ut adderet ueritas & uita, cum restaret nosse quo iter, quia ad ueritatem ibat, ad uitam? Ibat ergo ad seipsum. sed

Deus est ueritas.

sed nunquid ò dñe ut uenires ad nos reliqueras te? scio quidem q formam serui accepisti & carne uenisti manens ubi eras, & per hanc redisti non relinquens quo ueneras. Si ergo per hanc & uenisti & redisti, per hanc nobis non solum qua ueniremus ad te. uerum etiam tibi qua uenires & redires uia fruisti, cũ uero ad uitam qđ es ipse iuisti, eãdem carnem meam de morte ad uitam duxisti. itaq; dum caro de morte uenit ad uitam, Christus uenit ad uitã. Et quia uerbum est uita. Christus uenit ad seipsum, qm̃ utrunq; est Christus, una persona, s. uerbum caro. uenerat etia per carnem Deus ad homines: ueritas ad mendaces. Est enim Deus uerus, omnis autem homo, mendax. Cum itaq; se ab hominibus abstulit, atq; illuc ubi nemo mentitur carnem suam leuauit, idem ipse quia uerbum caro factũ est, per seipsum, idest per carnẽ suam ad ueritate, quod est ipse remeauit, quam quidem ueritatem quamuis inter mendaces etiam in morte seruauit. Ecce ego ipse si loquor uobis q intelligatis, quodammodo ad uos procedo, nec me relinquo. Cum aũt tacuero, quo dãmodo ad me redeo, & uobiscum maneo ñ tenueritis qđ audistis Si hoc potest imago quam fecit Deus, quid potest ex Deo nata imago? Ac per hoc & ipse p ipsũ, & ad seipsũ, & ad patrẽ, & nos p ipsũ, & ad ipsũ, & ad patrẽ imus Chry. Si enim dicit, Ego sũ dominus, ducẽ di ad patrẽ omnino uenietis illuc. neq; n. est possibile alia uenire uia. Cũ autẽ supra dixerit. Ne potest ue. ad me nisi pa. traxerit illũ. Nũc dicẽs, Quoniã nullus po. ue. ad pa. nisi per me, exæquat seipsum et genuit. Qualiter aũt dixerit, Quo ua lo sci. & uiã scitis: ostẽdit subdens. Si cog. me & pa. meũ &c. q. d. Si sciretis meam substantiam & dignitatem, & eam quæ patris est sciretis. nouerant quidem eum, sed non ita ut oporte bat, postea autem spiritus ueniẽs perfectã in eis construxit cognitionem, & pp hoc subditur, Amodo cog. eum. Dicit autem eam que secundum mentem cognitionẽ Et uidistis eum, scilicet per me, ostendens quoniam qui uidet eum & patrem uidet. Viderunt autem eum non in nuda substantia, sed carne indutum. Bed, Sed quærendum est quomodo nunc dicat dominus, Si

Exemplo uiç Christi eundum.

Exemplum naturæ.

cognouissetis me &c. Cum præmiserit supra. Quo ego ua. sci. uiam scitis? Datur ergo intelligi quia quidam eorum sciebant quidam uero nesciebant, quorũ unus erat Thomas. Hyl. 7. de Trini. Vel aliter cõtinua, Cum iter ad patrem per filiũ sit, quærendum est utrum hoc per doctrinæ admonitionẽ, an per naturæ fidem sit. Intelligẽtiæ igitur sensum in consequentibus reqramus. nam sequitur. Si cog. me, & patrem meum utiq. cognouissetis. In sacramento enim assumpti corporis diuinitatis paternæ naturam confirmans, hunc ordinem tenuit. Tempus autem uisionis separauit à tempore cognitionis, nam quem cognoscẽdum ait, eundem iam dixit & uisum ut naturæ iam pridẽ in se conspectæ scientia ex tẽpore nũc huius reuelationis acciperẽt.

Dicit ei Philippus, Domine ostende nobis patrẽ & sufficit nobis Dicit ei Iesus, Tanto tempore uobiscum sum & non cognouistis me? Philippe qui uidet me, uidet & patrem meũ. Quo tu dicis ostende nobis patrem? Nunc credis quia ego in patre & pater in me est? Verba quæ ego loquor uobis, a me ipse non loquor. Pater autem in me manens ipse facit opera, Non creditis quia ego in patre & pater in me est? Alio quin proper opera ipsa credite.

Hila. 7. de Trin. Commouit apostolum Philippum nouitas dictorum, homo cernitur, Dei se filium confitetur: cognitio se cognoscendum patrem fatetur, patrẽ uisum esse dicit. Prorupit igitur apostolicas familiaritas dominum interrogans, uñ dicitur. Dicit ei Phil. Do. osten. no. pa. & suffi. no. Non uisum negauit, sed ostendi sibi rogauit; neq; ostensione ueluti corporalis contemplationis intuitum desiderauit, sed demõstrationem intelligendi eius qui uisus est postulauit; filiũ enim in habitu hominis uiderat, sed quomodo per id patrem uiderit nescit. Nam & ostensio illa intelligendi potius esset demõstratio, quam uidendi: subiecit, & sufficit nobis. Augus. 1. de Trin. Illa enim lætitia qua nos adimplebit cum uultu suo nihil amplius, requiretur, quod bene intellexerat Philippus, ut diceret; Domine ostende no. patrem & suffi. no. Sed nondum intellexerat eo quoque modo ac ipsum se potuisse dicere, Domine ostende nobis te, & sufficit nobis. Vt enim hoc intelligeret, responsum

est

erat indutus euāgelistarū vestigia confortauit, & linteo quidem vt se præcingeret, posuit vestimenta q̄ habebat, vt aūt formā serui acciperet, qn̄ semetipsum exinaniuit, nō qđ habebat deposuit, sed qđ nō habebat accepit, crucifigēdus sanè suis expoliatus est vestimētis, & mortuus inuolutus est lintcis, & tota ei⁹ passio nr̄a purgatio est.

Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus. Domine tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus & dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus, Si non lauero te, non habebis partem mecum; Dicit ei Simon Petrus. Domine non tantum pedes, sed & manus & caput. Dixit ei Iesus. Qui lotus est non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mūdus totus. Et mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit non estis mundi omnes.

Orig. Sicut medicus plurium ægrotum intentus curæ, ab his qui magis indigent propriā curam incipit, sic & Christus qui fędos abstulit pedes discipulorum exorditur ab his qui magis erant fœdi, & sic vltimo venit ad Petrum, quasi minus aliis indigentem lotura pedum, unde dr̄: Venit ergo ad Si. Pe. cui quodāmodo ad resistendū penè munda pedum cōscientia persuadebat: vnde sequitur. Et dixit ei Petrus &c. Aug. Quid est. Tu quid est mihi? cogitāda sunt potius q̄ dicēda, ne forte quod ex his verbis aliquatenus quidē dignè concepit anima, non explicet lingua. Chry. Vel si Petrus primus erat, sed credibile est proditorem stultum existentem ante eum recubuisse, quod euāgelista significauit cum dixit. Cœpit lauare pedes, deinde venit ad Petrum. Theo. Ex quo patet ꝙ nō primus lauit Petrū, ex cæteris verò discipulis nullus tentauisset ante Petrum lauari. Chry. Quæreret autem vtiq; quis, quare nullus eū aliorū prohibuit, sed solus Petrus quod non parui amoris & verecundiæ erat. Ex hoc igitur videtur prius solum proditorē lauasse, deinde ad Petrum venisse, & alios discipulos per eum de reliquo castigatus. Si.n. quenquam ex cæteris lauare cepisset probibuisset dn̄m, & dixisset quæ Petrus dixit. Orig. Vel aliter. Omnes porrigebāt pedes decernentes & tantus nō irrationabiliter eorum lauaret pedes: solus autem

Sācti-tas Petri notatur.

Iudas primo lotus à Iesu.

Petrus nullā aliam considerationē conferens tanquā reuerens Iesum non præbebat pedes suos lauādum: sæpe.n. scriptura designauit Petrum feruidum ad insinuandum quę sibi visa sunt utiliora & meliora. Aug. Vel aliter. Non debemus putare hoc Petrum inter cæteros formidasse atque recusasse, cum & id alij ante ipsum libenter uel æquanimiter fieri permisissent: non.n. ita intelligendum est, quasi aliquibus iam lauasset, & post eos uenisset ad primum. Quis.n. nesciat primum apostolorum esse beatissimum Petrum? sed ꝙ ab illo cœperit. Quādo ergo pedes discipulorum lauare cœpit, uenit ad eum à quo cœpit, idest ad Petrum, & tunc Petrus expauit, quod etiā quilibet eorum expauesceret. Sequitur. Re. Ie. & di. ei, quod ego fa. tu. ne mon. sci. autem postea. Chr. Idest humilitatem huius doctrinæ, & quō humilitas sufficit in Deū perducere. Orig. Vel insinuat dn̄s ꝙ hoc erat mysterium. Lauando.n. & exsiccando pedes eorum, faciebat eos decores debentes euangelizare honesta, ut ostendere ualeāt iter factum ac pergere per eū qui dixit. Ego sum uia. oportebat autem lauari pedes discipulorū à Iesu deponēte uestimenta, ut mundos pedes mundiores efficiat, uel ut immūditiā pedū discipulorū suscipiat in propriū corpus, per linteū quo solo præcinctus manebat, ipse nanq; languores nostros portauit. Attende ét ꝙ cū debeat pedes discipulorū abluere, non aliud tempus elegit, quam cū diabolus iā intrauerat in cor Iudæ, ut eū proderet, & futura pro hominibus dispensatio imminebat. Nā añ hoc nō erat oportunū pedes discipulorū lauari à Iesu. Quis.n. pedū eorū sordiciē intermedij temporis, usq; ad passionē lauisset? Sed neq; tp̄e passionis: alter enim Iesus non aderat qui pedes eorum lauaret, sed neque post dispensationem; illo nanque tempore Spiritu sancto superueniente eorum loti sunt pedes. Huius ergo mysterii dicit dominus Petro, tu non es capax, sed post hæc nosces cum illud perceperis illustratus. Augu. Nec tamen illi dominici facti altitudine exterritus permittit fieri, quod cur fieret ignorabat, sed usque in suos pedes humilem Christum uidere nō potest sustinere. Nam

Tēpus locutionis congruū.

sequi-

ſequitur, Dicit ei Petrus, nõ lauabis mihi pedes &c. Hoc quippe in æternum non fit quod nunq̃ fit. Orig. Ex hoc aũt accipimus exemplum, qm̃ poſsibile eſt quenq̃ ſecundũ purũ propoſitũ dicere pp ignorantiam q ſibi non prodeſt. Petrus.n. ignorans hoc eſſe cõueniẽs primo quidẽ quaſi dubitans ſuauiter dixit. Dñe. tu mihi lauas pedes? Secundo. Nõ lauabis mihi pedes in æternũ, q erat prohibitum operis perducentis cum ad habendũ partẽ cũ Ieſu, in quo ẽt nõ tantũ Ieſum arguit incõuenienter lauantẽ pedes diſcipulorũ, ſed etiam condiſcipulos indecenter ſuos pedes porrigentes. cũ ergo non eſſet expediens Petro proprium reſponſum, non permiſit illud dñs uerificari. Nam ſubditur. Reſpon. ei Ie. Si non laue. te. &c. Aug. Ita dictum eſt. Si non lauero te, cum de ſolis pedibus ageretur, quomodo dici ſolet, calcas me quãdo ſola planta calcatur. Orig. Qui autẽ recuſant hæc & ſimilia tropologizare dicant, qũo probabile eſt eum qui ob reuerentiã Ieſu dixit. Non la. mihi pe. in æter. non habiturum partem cum Dei filio, propter non lauare pedes ab eo, ſicut ꝓpter immane ſcelus, & ideo præſtãdi ſunt pedes, id eſt mentis affectus lauandi a Ieſu, ut ſint pedes noſtri decori, & præſertim cum emulãtes potiora dona uolumus annumerari eis qui euangelizant bona. Chry. Ideo autem nõ dixit cuius gratia hoc faciebat, ſed minas impoſuit, quia illa nequaquam perſuaſus eſſet: audiens.n. Sciens autem poſtea, non dixit, doce igitur me, ut permittam, ſed qm̃ cõminatus eſt, id quod maxime timebat, ſ. ſeparari ab eo, tunc permanſit. Orig. Hoc dicto utemur contra eos qui indiſcretius ſe facere ſtatuerunt quod eis non prodeſt. Nam oſtendendo illis q nõ ſunt habituri partẽ cum Ieſu, dũm præſumptuoſum decretum obſeruant, admonebimus illos ne immorentur male decretis, etiam ſi iureiurando ex multo impetu illud firmauerunt. Aug. At ille amore & timore perturbatus, plus expiauit Chriſtum ſibi negare quam uſq; ad ſuos pedes humiliari. unde ſequitur. Dicit ei Simon Petrus &c. Orig. Manus autem lauare nolebat Ieſus cõtemnens quę dicebantur, quoniã diſcipuli tui non lauant manus cum panem mãducat; caput autẽ ſubmergi nolebat, in quo imago & gloria patris extiterat: ſatis eſt autem ei, ut pedes lauandos porrigeret, unde ſequitur. Dicit ei Ieſus &c. Augu. Totus utiq; præter pedes, uel niſi pedes quos habet opus lauare. Homo enim in baptiſmo totus abluitur, non præter pedes, ſed totus omnino, ueruntamen cum rebus humanis poſtea uiuitur, utique te[illegible] calcatur. Ipſi igitur humani affectus ſine quibus in hac mortalitate non uiuitur, quaſi pedes ſunt, ubi & humanis rebus afficimur, ut ſi dixerimus, quia peccatum nõ habemus; noſipſos decipiamus. Si autem confitemur peccata noſtra, qui pedes diſcipulorum lauit nobis peccata dimittit, uſque ad pedes quibus non uerſamur in terra. Orige. Impoſsibile autem puto non contaminari extrema animæ & infirma eius, quãquã quo ad homines perfectus q̃s eſſe putet; plurimi ãt & poſt batiſmũ implent̃ puluere ſcelerũ, uſque ad uerticẽ, qui uero legitime diſcipuli ſunt, erga ſolos pedes indigent lauatione. Aug. ad Seleuciã. Ex hoc ãt q hic dicit̃ intelligit̃, q iã Petr᷑ baptizatus fuerat; intelligimus .n. eius diſcipulos per quos baptizabat iam fuiſſe baptizatos, ſiue baptiſmo Ioannis, ſicut nonnulli arbitrantur, ſiue quod magis credibile eſt baptiſmo. Chriſti, Neque enim renuit myſterium baptizandi, ut haberet baptizatos ſeruos, per quos cæteros baptizaret, qui non defuit humilitatis miniſterio, quando eis pedes lauit, unde ſequitur. Et uos mun. eſtis, ſed non omnes: Aug. Hoc quid ſit ne quæramus, ipſe euangeliſta pate facit adiungens. Sci. enim quiſnam eſ. qui tra. eum propte. di. Non eſtis mun. omnes. Orige. Quod ergo dicit, Vos mundi eſtis, refertur ad 11. quod uero ſubditur, Sed nõ omnes, dicitur propter Iudam exiſtentem immundum: primo quidam quia pauperes non erant ſibi curæ, ſed fur erat, demũ diabolo ingreſſo in cor eius, ut proderet Chriſtum. Lauat autem pedes poſtquam mundi erant, quoniam gratia tranſcendit neceſſitatem, & ſicut dicit Ioãnes. Mundus mundificetur adhuc. Augu. Vel quia ipſi diſcipuli cum loti eſſent, non opus habebant niſi pedes lauare, quia dum in iſto ſeculo uiuit homo, humanis affecti-

Indiſcreta uota mutanda

Apoſtoli fuere baptizati.

bus terrã uelut pedibus calcans cõtrahit. Chry. Vel aliter: Non dicit eos mundos, ut à peccatis erutos ęstimes uictima nõdũ oblata, sed eã q̃ cognitionis est mũdationẽ dicit, iã enim ab errore Iudaico eruti erãt.

Postquam ergo lauit pedes eorũ, accepit uestimenta sua, & cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister et domine, & bene dicitis, Sum etenim. Si ergo ego lauit pedes vestros dominus et magister, et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽplum.n.dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis, non est seruus maior domino suo, neq; apostolus maior est eo, qui misit illum. Si hęc scitis, beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim Sed vt adimpleatur scriptura. Qui manducat meum panem leuabit contra me calcaneum suum. Amnodo dico vobis priusquam fiat, vt cum factũ fuerit credatis, quia ego sum. Amen amen dico vobis, quia accipit si quem misero, me accipit. Qui autem me accipit, accipit eum qui me misit.

Aug. memor dñs se promisisse scientiã facti sui Petro dicẽs, Sciens autem postea quid sit quod feci, docere nunc incipit, unde dicitur. Postquã er. la pe. eorum, acce. ue. sua & cum recu. ite. di. eis. Sci. quid fe. uo. Orig. Quod uel interrogatiue proferatur, ut ostẽdat facti magnitudinem, uel imperatiuè ut eorũ erigat intellectũ. Alcui. Mysticè autem impleta redemptionis nostræ purgatione p̃ sanguinis sui effusionẽ accepit uestimenta sua, tertia die de sepulchro resurgens, & eodem corpore iam immortali uestitus, & cùm recubuisset ascẽdens in cœlum in dextera paterna diuinitatis recumbens, inde uenturus est ad iudicandum. Chry. Non autem adhuc ad solũ Petrum; sed ad omnes loquitur. d. Vos uo. me ma. & do. in quo eorũ iudiciũ assumit, deinde ut non illorum gratiæ esse putẽtur, hæc uerba subiungit. Et bene di. sum enim. Aug. Homini præceptum est. Non te laudet os tuum, sed laudet te os proximi tui, periculosum est.n. sibi placere, cui cauendum est superbire. Ille autem qui super omnia est quantumcunq; se laudet, nõ se extollit excelsus, nec potest rectè dici arrogans Deus, nobis nanq; expedit Deũ nosse non illi, Nec eum quisq; cognoscit, si non se indicet ipse qui nouit. Si ergo nõ

Allegoria pulchra.

se lauando, quasi arrogantiã uitare uoluerit: nobis sapientiam denegabit. Qũo autẽ arrogantiam ueritas timet? Et quidem q̃ magistrum se dicit nemo reprehenderet etiã qui eum nihil aliud hominem crederet, quoniam id profitetur quod & ipsi homines in quibuslibet artibus usque adeo sine arrogantia profitentur ut professores uocentur. Quòd uero dñm discipulorum se dicit, cùm sint secundum seculum ingenui: quis ferat in homine? Sed cum Deus loquitur, nulla est elatio tantæ celsitudinis, nullũ mendaciũ ueritatis, nobis subiacere utile est illi celsitudini, seruire ueritati. Ideo bene ergo dicitis uocando me magistrum & dñm: quia sum. nam si nõ essem, quod dicitis male diceretis. Orig. Et illi quidem nõ bene dicunt, Domine: quibus dicetur, Discedite à me qui operamini iniquitatem: sed apostoli bene dicunt magister & dñe; non.n. eis nequitia dominabitur, sed uerbum Dei. Sequitur. Si ergo ego la pe. ue. dominus & ma. & uos de al. alte. la. pe. Chry. A maioribus rebus accipit exemplum, ut quod minus est, operemur. Nã ipse quidem dominus est: nos autem ad conseruos facimus si fecerimus. Et ideo subdit exemplum.n. de. uo. ut quemadmo. ego fe. uo. ita & uos fa. Beda. Primũ dominus egit factis quod postmodum docuit uerbis secũdum illud. Ce. Ie. fa. & do. Aug. Hoc est beate Petre quod nesciebas, hoc tibi postea sciendum promisit. Orig. Cõsiderandum uero est si necessarium est quemlibet uolẽtem disciplinam Iesu perficere uelut debitum opus prosequi lauacrum sensibilium pedum; propter hoc dicit. Debe. adin. la. pedes. Sed hic mos uel non fit uel admodum raro. Augustinus. Est enim apud plerosque consuetudo huius humilitatis cum se inuicem hospitio suscipiunt, & faciunt hoc sibi inuicem fratres, etiam opere ipso uisibili. Multo enim melius est, & sine cõtrouersia uerius: ut ẽt manibus fiat, ne dedigneť qđ fecit Chrs, facere Christianus. Cũ.n. ad pedes fratrũ inclinatur corpus, ẽt in corde ipso excitať, uel si iã inerat, cõfirmatur humilitatis affectus. Sed expessio hoc morali intellectu, nunquid etiam frater fratrem à delicti poterit contagione mundare? Sed confiteamur

Professores scientiarũ.

fiteamur inuicē delicta nostra inuicē nos delictā donemus; & pro nobis delictis inuicē oremus, atq; ita quodamodo inuicē pedes nostros lauemus. Orig. Vel aliter. Hoc lauacrū spirituale pedum: de quo dictum est, principaliter quidem a nullo nisi a solo Iesu potest effici secundario uero a discipulis eius, quib. dixit. Vos deb. adin. la. pe. Iesus. n. lauit pedes discipulorum in quantum magister, & seruorū in eo q; dñs. Hic autē est finis magistri ut discipulū faciat sicut se, quod de Saluatore apparet, q prae caeteris magistris & dominis vult ut fiant eius discipuli quasi magister & dñs, non habentes spiritum seruitutis, sed spiritū filiationis, in quo clamat. Abba pater. Prius ergo q̄ fiant & magister & dominus egēt lauacro pedū, uelut insufficiētes discipuli, & adhuc sapiētes spiritum seruitutis. Cū autē aliqs eorū statū magistri attingit & domini, tunc imitari poterit eū qui lauit discipulorū pedes, ac lauare pedes per doctrinā quasi magister. Chry. Adhuc āt ꝓuocās eos ad lauādūpedes, subiungit. Amē amē di. uo. Nō est ser. ma. do. suo: neq; apo ma. eo qui mi. illum q. d. Si ergo hæc a me facta sunt, multo magis a uobis oportet hæc fieri. Theo. Necessario etiam hic apostolos admonet, quia. n. ad dignitates habebant attingere: & hic quidem maiores, hic minores; ne insurgant adinuicem, serenat cōscientiam omniū. Bed. Quia uero scire bonū & nō facere, nō ptinet ad beatitudinem. sed ad condemnationē; secundū illud. Scienti bonum, & non faciēti, peccatum est illi subiungit. Si hæc sci. be. eri. si fe. ea. Chry. Nam scire quidem oium est, facere uero non omnium. Deinde proditorem nō manifeste redarguit; sed obūbrate: cum subditur. Non de omnibus uo. dico. Aug. q. d. Est inter uos qui non erit beatus, neq; facit ea. Ego scio quos elegerim. Quos, nisi eos qui beati erūt faciēdo quæ præcepit? Non est igit̄ Iudas electus quid est ergo quod alio loco dicit̄. Nonne ego uos 12. elegit? an ipse ad aliqd est electus, ad quod erat utiq; necessarius, nō aūt ad beatitudinem, de qua dicit. Beati eri. si fec. ea. Orig. Vel ali. Non recte existimo posse referri, quod dicitur. Nō de omnib. uobis dico; ad hoc qđ dictum est. Beati eritis si fec. ea. Totum enim hoc & de Iuda & de quolibet alio uerū est dicere. Beatus talis si fecerit hæc. Reducemus aūt hæc ad illud dictū. Non est ser. ma. do. suo; nec aposto. ma. eo. qui mi. illum. Iudas enim cū esset seruus peccati, non erat seruus diuini uerbi, nec apostolus diabolo ingresso i cor eius; cū ergo dñs nouisset qui sunt sui, alienos a se nō nouit, ꝑp quod nō ait. Ego scio cunctos præsentes, sed ego scio quos elegērim. q. d. electos meos noui. Chry. Deinde ut non multos contristet suo sermone subiūgit. Sed ut adimpleatur scri. qui mā. mecū pa. le. cal. suum cōtra me, ostendens q; non ignorās traditur, quod maxime sufficiens erat Iudam retinere, & non dixit: Tradet me, sed leuabit cōtra me calc. suū; dolum & occultationem insidiarum repsentare uolens, Aug. Quid est. n. Leuabit calcaneū suū sup me, nisi conculcabit me? in quo Iudas traditor eius attingit̄. Chry. dicit aūt. Qui māducat mecū panē, i. qui a me nutritus est, qui mea mēsa cōmunicaui, ut si quādo a famulis, aut aliqbus uilioribus patiamur aliqd malū nō scādalizemur, respiciētes Iudæ exēplū qui infinitis potius bonis, in cōtrariū remunerauit benefactorē. Aug. Illi ergo qui electi erāt māducabāt dominū, ille māducabit panē dñi cōtra dominū, illi uitam; ille pœnam. Qui enim māducat indigne ait apostolus, iudicium sibi manducat. Sequitur. Ammodo di. uo. priusquā fiat, ut cum fa. fue. cre. quia ego sum, de quo scilicet illa scriptura processit. Orig. Non autem dictū est apostolis. Vt credatis, quasi non credentibus, sed dictum est tanquam ęquipolleat ei, qđ est, ut credentes operamini, perseuerantes incredulitate, nec aliquam ocasionem ad repulsam capitantes, sup ea enim quę obtinebant discipuli ad fidem facientia, hoc etiam adepti sunt uidere perfici scripturā prædictam. Chry. Quia ergo discipuli exituri erant ad prædicandum & multa passuri duobus modis eos consolātur, uno modo a seipso, cum dixit. Beati eri. si fe. ea. Alio uero modo consolatus est eos ab alijs; eo scilicet quod ab hominibus multa patientur procuratione; unde subdit. Amen amen dico uobis &c. Origen. Qui enim recipit quem mittit Iesus. Iesum q

Magisteriū Christi.

Exemplum Christi ponitur.

Consolatio dupl. a postolo.

missio cõsistit recipit,qui autem Iesum recipit,patré recipit, igitur qui recipit qué mittit Iesus,mittétem recipit patrem.Potest etiã & hic sermo fore,qui recipit,qué ego misero:usque ad mei receptionem attingit.Qui uero per aliquem apostolorũ meorum me recipit,sed recipi me uenientem ad animas,patrem recipit,ut non tantum ego in eo maneam,sed & pater. Aug. Arriani autem cum hoc audiũt statim ad gradus sui dogmatis currunt, dicentes: Quantum apostolus distat a domino, tantum filius a patre;sed ubi dñs dixit,Ego & pater unum sumus,nullam distantiæ suspicionem reliquit.qm̃ ergo nos accepturi sumus hæc uerba dominica,Qui me accipit accipit eum qui me misit; ꝙ unius naturæ sunt pater & filius, consequens uidebitur quia dixit,Qui accipit si quem misero,me accipit, & unius naturæ sũt filius & apostolus, ita dixisse possit uideri,Qui acc. si qué mi.me secundum hoīem accipiã:qui auté me secundũ Deũ acci.acci.eum qui me misit.Sed cũ ista dicebat,non ab illo naturæ unitas,sed in eo qui mittiť mittétis, cõmédabatur auctoritas. Si ergo attédas Chr̃m in Petro discipuli præceptoré:si autem patrem in filio,inuenies unigeniti genitoré.

Cum hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu & potestatus est,& dixit, Amen amen dico nobis, quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli hesitantes,de quo diceret. Erat ergo recũbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus,& dixit ei, Quis est,de quo dicit? Itaq; cum recubuisset ille supra pectus Iesu,dixit ei,Domine, quis est? respõdit Iesus, Ille est cui ego intinctum panẽ porrexero,& cũ intinxisset panẽ dedit Iudæ Simonis Schariotis. Et post buccellã introiuit eũ Sathanas,& dixit ei Iesus,Quod facias fac citius. Hoc ãt nemo sciuit discũbẽtiũ ad quid dixerit ei. Quidã.n. putabãt q̃a loculos habebat Iudas,quod dixisset ei Iesus, Eme ea q̃ opus sunt nobis ad diẽ festũ, aut ut egenis aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam,exiuit continuo. Erat aũt nox.

Chry.Quia dominus apostolis debentibus orbem terrarum uniuersum percurrere,exhibuerat duplicem consolationem ꝓdictum,cogitans ꝙ utraque ꝓditor priuatus est,turbatur.Et hoc significat euãgelista dicés.cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu &c. Aug. Non illi hoc tunc primum uenit in mentem, sed quia proditorem iam fuerat expressurus,ut non lateret in cęteris,ideo turbatus est spiritu , & q̃a ipse traditor iã fuerat exiturus,ut Iudæos q̃bus dñs ab eo traderetur adduceret.Turbauit eũ imminés passio & periculũ ꝓximorũ; & traditoris impendétes manus cuius fuerat ꝓcognitus animus hoc ét dñs significare sua turbatione dignat⁹ est, ꝙ qñ ex falsis fratribus aliquos separare ét ante messẽ urgés causa cõpellit;fieri sine ecclesiæ turbatione non possit. Turbatus est ãt non carne,sed spiritu.Spiritus.n. in huiuscemodi scandalis non peruersitate, sed charitate turbatur,ne forte in separatione aliquorũ zizaniorum simul aliquod eradicet & triticum: siue ergo ipsum Iudam pereuntem miserando,siue sua morte appropinquante turbatus est, non animi infirmitate,sed potestate turbatur. Non. n. aliquo cogente turbať,sed turbauit semetipsum, ut supradictum est ꝙ autem turbatur, infirmos in suo corpore,hoc est in sua ecclesia consolatur, ut qui suorum morte imminente turbanť,non se reprobos putent. Orig.In eo.n.ꝙ dicit turbatus est spiritu: quod humanam est.s. passio, proueniebat ab exuberantia spiritus,si.n.sanctus quilibet in spiritu uiuit;& agit,& patitur.quanto magis hæc dicenda sunt de Iesu sanctorum præmiatore? Aug.Pereant igitur argumenta Stoicorum,qui negãt,in sapiétem cadere perturbationem animorũ,qui profecto sicut uanitatem ęstimant ueritatem,sic stuporé deputant sanitaté: Turbeť plane animus Christiani non miseria, sed misericordia;dicit autem, Vnus est uobis; numero non merito,spetie non uirtute. Chry. Quia uero nõ nominatim dixit,rursum in omnes inducit timorem;uñ sequitur, Aspiciebãt ergo discipuli adinuicem hęsitantes,de quo diceret.Et nimirũ nullius sibi ipsis cõscij mali tamen æmulationem Christi ꝓprijs cogitationibus credibiliorem putabant. Augu.Sic etiam in eis erat erga magistrum suum pia charitas, ut tamen eos humana alterum de altero stimularet infirmitas.Orige.Reminiscebantur ét ut homines existentes, quoniã alterabilis est affectus adhuc, prouectorũ ac

Turbatio Iesu exponiť.

Stoicorum error diluitur.

Cõsuetudo euangelistarũ.

suscepti

susceptibilis appetitus contrariorum his quæ prius uoluerat. Chry. Omnibus autē trementibus & ipso uertice, s. Petro formidante, Ioannes uelut dilectus recubuit in sinu Iesu, unde sequitur: Erat ergo recumbēs unus ex discipulis eius in sinu Iesu quē di. Ie. Aug. Ipse est Ioānes cuius ē hoc euāgeliū; sicut postea manifestat. Erat. n. hæc eorum cōsuetudo qui sacras nobis literas ministrarunt, ut qn ab aliquo uotum diuina narrabatur historia, cum ad seipsum ueniret tanquam de alio loqueretur. Quid .n. deperit ueritati, quando & res ipsa dicitur, & quodāmodo dicenti iactantia deuitatur. Chry. Si autem huiusmodi familiaritatis causam quæris discere, amoris res erat, propterea dicit. Quem dil. Ie. Quamuis. n. & alij amarentur, tn̄ iste plus alijs. Orig. Aestimo autem q etiā hoc protendit & Ioannes recumbens uerbo ac in secretioribus pausans incumbebat gremijs uerbi. Chry. Volebat etiam ostendere seipsum esse alienum à crimine & hoc etiā dicit: ne æstimes q Petrus ei, ut maiori existēti innueret: nā sequit, Innuit ergo huic Si. Petrus, & dicit ei, quis est de quo dicit. Vbiq; enim inuenitur Petrus ab amore impetū faciēs, & quia primo increpatus est nō locutus est, sed mediāte Ioāne uult discere Vbiq n. scriptura ostēdit Petrū feruidū, & familiaritatē habētē ad Ioānē. Aug. Notanda autē locutio est; dicere aliquid nō sonādo, sed tātūmodo innuēdo. Innuit (inquit) & dicit, idest innuendo dicit. Si. n. cogitando aliquid dicitur: sicut illud, Dixerunt apud semetipsos, quanto magis innuēdo, ubi uiam foris qualibuscunq; signis promitur, quod fuerit corde conceptum? Orig. Vel primo innuit, & deinde nō contentus nutu dixit illi, Dic quis sit de quo dicit, Sequitur, Itaque cum recubuisset ille supra &c. Aug. Quod autem nunc supra pectus dicit, Paulo supra dixerat in sinu. Vel aliter: Primo quidē iacens in sinu Iesu superascendit, & incubuit supra pectus, quasi si non incubuisset in pectore, sed remansisset iacens in sinu, nequaquam dominus ei tradidisset uerbum quod Petrus scire cupierat. Per hoc ergo quod ultimo supra pectus incubuit, exprimitur tanquā per maiorem & abundātiorem gratiam specialis

Consē suseuā geli-cus.

Iesu discipulus esse. Beda. quod autem in sinu & supra pectus recubuit, non solū fuit præsentis amoris indicium, sed etiam futuræ rei signum, q. s. inde uocē sumeret quā postmodum cunctis seculis inauditā emitteret. Aug. Per sinū. n. quid aliud significatur q̄ secretū? hic est utiq; pectoris sinus sapiētię secretū. Chry. Neq; autē tū nominatim proditorē dominus manifestauit; nā sequitur, Respōdit Iesus, ille est cui intinctū panē porrexero, & modus ipse manifestationis cōuersurus erat; quia. n. ob mēsurationē uerecūdatus non est, eodem. pane cōmunicās uerecūdari debuit. Sequit. Et cū in cinxis. pa. dedit Iudæ Si. Sca. bon putāt quidam negligenter legentes tunc Iudas solus Christi corpus accepit, intelligendū est. n. q iā eis omnibus distribuerat dominus sacramenta corporis & sanguinis sui, ubi & ipse Iudas erat, sicut Lucas narrat. At demum ad hoc uentum, est ubi secundum narrationē Ioannis dominus per buccellam tinctam atq; porrectā suum exprimit tradiτorem, fortassis per panis tinctionem illius significans finctionē: non. n. omnia quæ tinguntur abluuntur, sed ut inficiantur, nonnulla tinguntur, si autem bonum aliquid hæc significat tinctio, eidem bono ingratum merito est secuta dominatio. Sequitur enim, Et post bucellam &c. Orig. Attende q primo quidem non introiuit Sathanas in Iudam, sed immisit in cor eius solum, ut proderet præceptorem. Post panem aūt in eum ingressus est, quam obrem nobis cauēdum est, ne diabolus intrudat in cor nostrum aliquid ignotorum telorum suorum nam si intruserit insidiatur deinde, ut & ipse introeat. Chry. Donec enim fuit in collegio non audebat insilire, sed exorsum immittebat, quando uero eum manifestum fecit, & expulit libere in eam de cætero exiluit. Augu. Vel intrauit in eum, ut sibi iam traditū plenius possideret, neque enim non in illo erat, quando ad Iudæos de precio tradendi dominum pactus est, cum Lucas dicat, Intrauit autem Sathanas in Iudam, & abijt & locutus est cum principibus sacerdotum, talis iam uenerat ad cœnandum, sed post panem introiuit in eum, nō ut adhuc alienum tentare, sed ut proprium possideret.

Doctrina salubris.

Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eũ in semeipso & continuo clarificabit eum.

Orig. Post euenientia ex prodigijs, nec non ex trãsfiguratione præconia initium glorificandi filij hominis fuit exitus Iudę à loco ubi morabatur Iesus cũ sathana, qui eum ingressus est. unde dicitur, Cũ er. ex. di. Ie. Nunc &c. Non. n. immortalis unigeniti uerbi, sed hominis qui factus est ex semine Dauid gloria hic narratur. Si. n. in morte Christi glorificãtis Deum illud uerum est, exuens principatus & potestates traduxit confidẽter triumphans in ligno, & illud cõciliãs ꝑ sanguinẽ Christi crucis suę, siue q̃ in terra, siue q̃ in cęlis. In his oĩbus glorificatus est filius hoĩs, Deo ẽt glorificato in eo. unde sequitur, Et Deus &c. Quia nõ est christum glorificari nisi cũ eo quoq; glorificet & pr̃. At qm̃ quicũq; glorificatur, ab aliquo glorificatur: si q̃ras de eo, ꝙ clarificat⁹ est filius hoĩs, à quo, rñdẽs subdit: Si Deus clarificatus &c. Chrysosto. Hoc est per semetipsum nõ per alium. Sequitur, Et conti. cla. eum. q. d. non post longum tẽpus, sed confestim in ipsa cruce ea quæ clara sunt apparebunt; sol nanq; auersus est, petræ scissæ sunt, multa corpora eorum qui dormierunt surrexerunt. Hac aũt uia eas quæ occiderant cogitationes discipulorum restitui: & suadet non solũ tristari, sed ẽt lætari. Aug. Vel aliter: Excũte immũdo oẽs mundi cum suo mundatore mãserunt: tale aliquid erit cũ zizanijs à tritico separatis, iusti fulgebũt sicut sol in regno patris sui; hoc futurum præuidẽs dñs discedente Iuda tãquã zizaniis separatis, remanẽtibus tanquã tritico apostolis sanctis dixit. Nũc cl. est fi ho. tãquam diceret, Ecce in illa mea clarificatione quid erit, ubi malorũ nullus erit, ubi bonorũ nullus perit? Sic autẽ nõ est dictũ, nũc significata est clarificatio filij hominis, sed nũc clarificatus est filius hominis: sicut non est dictum, Petra significabat Christum, sed petra erat Christus: solet enim loqui scriptura res significantes tanquam illa quæ significantur, appellans. Est autem clarificatio filij hominis ut Deus clarificetur in eo. unde adiungit, Et Deus clarificatus est in eo. Denique tanquam ista exponens adiungit & dicit, Si filius clarificatus est in eo, quia non uenit facere uolũtatem suam, se uoluntatem eius qui eum misit, Et De. cla. eum in se. ut natura humana quæ ab æterno uerbo suscepta est etiã immortali æternitati donetur. Sequitur, Et con. cla. eum resurrectionẽ, s. suam: non sicut nostram in fine seculi, sed cõtinuo futurã hac attestatione prædicens. Potest & de ista clarificatione dictum uideri. Nunc clarificatus est filius hominis, ut quod ait: nunc nõ ad imminentẽ passionẽ, sed ad uicinã resurrectionem pertinere credatur: tãquã fuerit factũ qđ erat tã proximo iam futurum. Hila. 11. de Trin. Quòd autẽ Deus in eo glorificatus est ad corporis gloriam spectat, per quã Dei intellecta est gloria, quasi corpus ex naturæ diuinæ cõsolatione gloriã mutuaret: ꝙ uero quia glorificatus in eo Deus est, iõ glorificauit eũ in se, ut qui regnat in gloria quæ ex Dei gloria est, ipse exinde in Dei gloriã trãseat, toto iam in Deo ex ea qua hõ est dispẽsatione mansuro, nec sanè de tpe tacuit di. Et cõti. cla. eum. ut quia prodeunte ad proditionẽ Iuda, gloriã quæ sibi post passionẽ cõsecutura resurrectionẽ futura esset, significasset in præsens eã quæ in se Deus cũ clarificaturus esset, in posterum reseruaret: Dei in eo gloria ꝑ uirtutẽ resurrectionis ostẽsa: ipso uero in Dei gloria ex subiectionis dispensatione mãsuro. Hyla. 9. de Trini. Primam autem significationem huius dicti non ambiguam existimo, cũ ait. Nunc cla. est fi. hominis, gloria enim non verbo: sed carnis acquirebatur: hoc vero quod sequitur, Et Deus cla. est in eo, qđ significet interrogo, & cum non alius sit filius hominis, neq; alius filius Dei, verbum enim caro factum est, requiro quis in hoc filio hominis. qui & filius Dei est glorificatus sit Deus. Et videamus quod si hoc quod tertio dr̃. Si Deus clar. est in eo, & Deus cla. eum in semetipso, Homo vtiq; nõ per se glorificatur, neque rursum qui in homine glorificatur Deus: licet gloriam accipiat, nõ tamẽ aliud ipse q̃ Deus est. Vtique aut Christum necesse est esse qui glorificatur in carne, aut patrẽ qui glorificatur in Christo. Si Christus est Deus, certè Christus est qui glorificatur in carne: si pater sacramentum est unitatis, cum pater glorifi-

Clarificatio Christi.

Anagogica expositio.

catur in filio. De eo uero q glorificatū in filio hoīs Deum: Deus glorificat in seipso, in quo relicta facultas execrandæ impietatis existimatur, ne se s̄m naturæ veritatem uerus Deꝰ Christus sit. Nūquid.n.extra se est qđ glorificat in seipso? Quē.n.in seipso pater glorificat, in eius gloria confitendus est, & qui in patris gloria glorificādus est, in his intelligendus est esse in quibus est pr̄.Orig.Vel aliter. Nomē gloriæ non hic accipit iuxta quosdā paganorū q diffiniūt gloriā esse à pluribus collata præconia. Palàm est.n. qđ hoc aliud est ab eo quod Exodo dr̄: quod in gloria Dei repletū est tabernaculum, & quod aspectus Moysi glorificatus erat; quātum.n.ad corporalia diuinior quidā apparitio cōtingit in tabernaculo: necnon in facie Moysi cū Deo locuti. Quarū ad anagogiā uero gloria Dei dr̄ esse q̄ apparuit, qm̄ deificatur ac trāscendēs cūcta materialia intellectus, ut scrutet̄ diuinā uisionē in his quæ cernit deificat̄. Vt hoc sit tropicè q̄ glorificata est facies Moysi, eo facto diuino sc̄dm itellectū. Nulla aūt cōparatio fuit excellētiæ Christi ad cognitionem Moysi glorificantē faciē animæ eius. Totius.n.diuinæ gloriæ fulgorē esse filium æstimo, dicēte Paulo. Qui cum sit splēdor glorię &c. quinimmo pueniunt ab hac totius gloriæ luce singulares splendores ad totā rationalem creaturā. Nō.n. arbitror quempiam totū posse capere totius diuinæ gloriæ fulgorē nisi filium eius. Inquantū igitur non erat notus filius mūdo, nondū in mundo glorificatus erat, cum autem pater aliquibus de mundo existētibus tradidit Iesu notitiam, tunc glorificatus est filius hoīs in his qui cognouerunt eum; & hoc dedit gloriam cognoscētibus, Nam qui libera facie diuinā gloriā intuētur, secundum eandē transfigurantur imagine à gloria glorificati in glorificantium gloriam. Cùm igitur appropinquauit ad eam dispensationem, quia mundo notus debebat gloriam promereri in gloria glorificantium ipsum ait. Nūc clarificatus est filius hoīs. Et quia nullus nouit patrē nisi filius, & cui reuelauit filius. Debebat aūt ex dispēsatione depromere patrem filius, ob etiam Deus glorificatus in illo dignoscitur; uel hoc quod est. Et Deus clarificatus est in eo, cum illo perscrutaberis. Qui me uidet & patrē meum uidet. Nā uidebitur in uerbo cū Deus existat, & imago inuisibilis Dei qui genuit eum pater. Amplius aūt sic quoq; clarius quę sunt in hoc loco capientur. Velut.n.per quosdam nomen Dei blasphematur in gentibus, sic per sanctos quorum bona gesta corā hominibus politissima discernūtur, celsi patris nomē extollitur. In quo uerò à Deo glorificatus est, in Iesu dum peccatū non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Cum ergo talis esset, filius glorificatus est, & Deus glorificatus est in eo, at si Deus in eo glorificatus est, recompensat ei pater maius illo quod filius hoīs exercuit. Longè.n superstans est gloria in filio hominis cum glorificat eum pater, quam in patre cum in illo glorificatus eum decebat præpotentē maiorē reprehendere gloriam, deinceps qm̄ statim hæc erant futura. Dico autem filiū hominis in Deo glorificari: ob hoc subiecit; Et continuo glorificabit eum.

Glo-riæ variæ acceptio

Glo-rifica-tio Ie-su qūo intel-ligēda

Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Quæritis me, & sicut dixi Iudęis, quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem.

Aug. Cū dixisset superius. Et continuo clarificabit eū. Ne putarent q sic eū clarificaturus esset Deus, ut non eis cōiungeret̄ ulteriꝰ ea cōuersatione q̄ in terra est, adiecit atq; ait. Filioli adhuc mo.uo.sum tanq̄ diceret cōtinuo quidē resurrectione clarificabor, nō tn̄ cōtinuo ascensurus in cœlū. Sicut n. scriptū est in actibus apostolorū. Fuit cū eis post resurrectionē 40. dies hos igitur 40.dies significauit dicēdo. Adhuc mo.uo.sum. Orig. Per hoc aūt quod dicit. Filioli; ostendit adhuc imminentē aīabus eorū paruitatē. Hic aūt quibus nunc dicit. Filioli; post resurrectionem fiunt fratres, sicut & antequā essent filioli fuerūt serui. Augu. Potest etiam & sic intelligi, Adhuc sicut & uos in hac infirmitate carnis etiā ipse sum, donec scilicet moreretur: atque resurgeret. Cum illis quidem fuit postquā resurrexit exhibitione præsentiæ corporalis, sed non cum illis fuit consortio infir-

infirmitatis humanæ, Apud alium.n.euangelistam post resurrectionem ait. Hæc locutus sum uobis: dum adhuc essem uobiscum.i.in carne mortali cum essem sicut & uos. Tunc.n.in eadē quidē carne erat, sed cum illis in eadē mortalitate iam nō erat. Est & alia diuina ꝓsentia sensibus ignota mortalibus, de qua idē dicit: Ecce ego uo.sum usq; ad cōsummationē seculi: hoc non est. Adhuc modicum sum uobiscum. nō.n.modicum est usq; ad cōsummationē seculi, aut si & hoc modicū est, qa in oculis Dei mille anni sūt dies unus, nō tñ hoc significare uoluisse credēdus est, nūc qñ secutus adiūxit. Quo ego ua. uos non po. ue. Nūquid.n. post cōsummationē seculi quo ipse uadit uenire nō poterāt. de quib⁹ postea dicturus est. Pr̄ uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecū. Orig. intrinsecus aūt sciscitaberis an post multū non fuit cū eis, non adeo ꝙ non aderat illis secūdū carnē. Sed eo modico cōsummato uos scādalizabimini in me in nocte, & sic non erit cū eis qui cū dignis tantummodo cōuersatur. Sed si cum eis non erat, nihilominus ipsi quæsituri erant Iesum, uelut Petrus post negationem grauiter plorabat, quærens puto Iesum, Et ideo sequitur, Quæritis me, & sicut di. Iu. Quo ego ua. nō potestis uenire. Quęrere Iesum est uerbum quærere, sapientiam, iustitiā, ueritatem, diuinā uirtutem, quæ omnia Christus est. Volentibus ergo discipulis sequi Iesum nō quippe uelut rudiores arbitranī corporaliter: sed ut significet illud, Qui non tollit crucē suā & sequitur me, nō pōt meus esse discipulus. Ait nunc dñs, quo ego uado, uos non potestis uenire. nam & si uellent sequi uerbum & illud confiteri, tñ nondum erant ualidi circa hoc, cum nōdum esset spiritus datus, eo ꝙ Iesus nondum erat glorificatus. August. Vel hoc dicit, quia adhuc minus idonei erant sequi moriturum dominum pro iustitia: quomodo.n. iam fuerant secuturi martyrio non maturi? aut iterum dominū ad immortalitatem carnis quomodo iam fuerant secuturi, non quandolibet moritur, sed in fine seculi resurrecturi? aut iterum dominum ad sinum patris quomodo iam erant secuturi, cum esse uemo possit in illa fœlicitate, nisi profectus in charitate? Iudeis autem cum hoc diceret: non addidit, Modo. Ipsi aūt nō poterant uenire tūc quo ille ibat, sed poterāt postea & iō subdit, Et uo. di. modo. Orig. q.d. Et uobis dico non absque additione huius aduerbij modo. Iudæi nāq; quos præuidebat in suis facinoribus morituros, in breui tpe non ualebant pergere quo Iesus ibat, sed discipuli post breue tempus poterant sequi uerbū. Chr. Ne aūt audiētes discipuli sicut dixi Iudæis, æstimēt similiter & in eos dictū esse adiecit, Filioli. Orig. Quod est exprimentis imminentem adhuc animæ discipulorū modicitatē. Fiūt āt post resurrectionem hi quibus dixit, Filioli, fratres: sicut & prius serui fuerāt antequā essent filioli. Chry. Hoc aūt dicit eū q in seipsum est erigēs discipulorū amorē. Cū.n. uiderimus aliquos dilectissimorū discedētes exardescimus & maximè cū uiderimus eos in locum abeuntes in quē nō est possibile nobis abire. Simul ēt ostendit, qm̄ mores eius q̄dā trāslatio est, & trāspositio melior ad loca mortalia corpora non suscipiētia. Aug. Docēs autem qūo idonei esse possint pergere quo ille antecedebat subiungit, Mandatum nouum do uobis ut diligatis inuicem. Nonne iam hoc erat mandatum in antiqua lege Dei, ubi scriptum est. Diliges proximum tuum tanquam teipsum? cur ergo nouum mandatum appellatur à dño? an qa exuto uetere īduit nos hoīem nouum? Innouat quippe audientem uel potius obedientem non oīa, sed ista dilectio quā dominus ut à carnali dilectione distinguere addidit, Sicut dilexi uos; ut & uos diligatis inuicem nō sicut se diligunt qui corrumpunt, nec sicut se diligunt homines, quia homines sunt, sed sicut se diligunt qui Dei sunt, & filij altissimi omnes, ut sint filio eius unico fratres, eą dilectione inuicem diligentes, qua ipse dilexit eos, perducturus eos ad illum finem, ubi satiabitur in bonis desiderium eorū. Chry. Vel dicit, Sicut dilexi uos, nō.n. præexistentibus uestris iustitiis debitum uobis reddidi, sed ipse incepi, ita & uos benē facere oportet etiā nihil debentes. Augu. Noli autē putare illud maius prætermissum esse mandatū quo præcipitur, ut diligamus dominum Deum nostrū, sed bene intelli-

Consensus euangelicus.

Iesus qūo q̄ritur.

Mandatum nouū quare dicaī.

incunctanter veniā se posse promereri credat. Chry. Vnde manifestum est, quoniam & casum Petri dñs concessit; nam poterat quidem & a principio reuocare, sed quia permanebat in uehementia, ipse quidem non impulit ad negationē, sed dimisit desertum, ut discat propriā imbecillitatem, & ut post hæc talia nō patiatur cum orbis terrarum dispensationem susceperit, sed reminiscēs eorū quæ passus est cognoscat seipsum. Aug. In anima itaq; contigit Petri quod offerebat in corpore, sed aliter q̃ putabat: nam ante mortem & resurrectionem dñi & mortuus est negādo, & reuixit plorando. Aug. de con. euan. Hoc autem de prædicta negatione sua Petro non solū Ioannes, sed & cæteri tres commemorant nō sane omnes ex una eademque occasione sermonis ad eam commemorādam ueniunt: nam Matthæus & Marcus eam subnectunt postquā dñs egressus ex illa domo vbi manducauerat Pascha. Lucas uero & Ioannes antequā inde esset egressus. Sed facile possumus intelligere, aut illos duos eam recapitulando posuisse, aut istos præoccupando, nisi magis moueret q̃ tā diuersa non tantum verba, sed etiam sententias dñi præmittunt: quibus permotus Petrus illam præsumptionem proferret pro domino, uel cum domino moriēdi, ut magis cogant intelligi ter eum expressisse præsumptionem suā diuersis locis sermonis Christi, & ter illi a domino responsum q̃ eum esset ante galli cantum ter negaturus.

Consē suseuā gelic°.

CAPVT XIIII.

Et ait discipulis suis: Non turbetur cor uestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quominus, dixissem vobis, quia vado parare uobis locum. Et si abiero & præparauero uobis locum, iterum uenio & accipio uos ad meipsum: ut vbi sum ego, & uos sitis. Et quo ego uado scitis, & uiam scitis.

Aug. Ne discipuli mortem Christi tanquam homines timerent, & ideo turbarentur, cōsolatur eos etiam Deum se esse contestans: unde dicitur. Et ait discipulis suis? Non turbetur cor vestrum &c. q. d. Consequens est si. in deum creditis, vt in me credere debeatis, quod non esset consequēs si Christus non esset Deus. Mortē metuitis huic formæ serui, non turbetur cor vestrum, suscitabit illam forma Dei. Chry. Ea ēt quæ in me est fides & in patrem qui genuit, patientior est his quę superueniēt, & nihil cōtra eā potest p̄ualere difficiliū, hoc āt modo diuinitatis uirtutē ostendit, q̄a ea q̃ in mēte habebāt ducit in mediū, dicens: Nō turbetur cor uestrum. Aug. Quia igit ēt sibi metuebāt discipuli cū Petro dictum esset fidētiori atq; promptiori: Nō cātabit gallus donec ter me neges: subiūxit, In do. pa. mei &c. Per quod a turbatione recreantur cæteri, ac fidentes ēt post pericula tentationum se apud deū cū Chro esse māsuros, quia si alius est alio fortior, sapientior, iustior, sanctior, nullus alienabit ab illa domo ubi mansionē pro sup quisq; accepturus est merito. Denarius quidē ille æqualis est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati sunt in vinea iubet dari. Quo utiq; denario uita significatur æterna, vbi amplius alio nemo viuit: qm̄ uiuendi non est diuersitas in æternum mansura, sed multæ mansiones diuersas meritorium in una uita ęterna significāt dignitates. Greg. sup Ezec. Vel hac ratione conueniunt mansiones multæ cum uno denario, quia & si alter minus atque alius amplius exultat, omnes tamē unum gaudiū conditoris sui uisione lætificat. Aug. Atq; ita Deus erit omnia in omnibus, ut quoniā Deus charitas est per charitatem fiat, vt quod habent singuli, commune sit ombus. Sic enim quisq; etiam ipse habet cum amat in altero quod ipse non habet: non .n. erit ita aliqua inuidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis. Greg. ult. mor. Eiusdem etiam disparilitatis dāna non sentiunt, quia tantum sibi vnusquisq; quantum sufficit percipit. Aug. Respuendi autem sunt a corde Christiano, qui putāt ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnum cœlorum erit aliquid vbi beatē maneant innocentes cum sine baptismo ex hac uita emigrauerint sine quo in regnum cœlorū intrari nō potest. absit autem, ut cum omnis domus regnantium filiorum non sit alibi nisi

Māsiones variæ paradisi.

Charitas patrię describit

sed nunquid ò dñe ut uenires ad nos reliqueras te? scio quidem q formam serui accepisti & carne uenisti manens ubi eras, & per hanc redisti non relinquens quo ueneras. Si ergo per hanc & uenisti & redisti, per hanc nobis non solum qua uenire-mus ad te, uerum etiam tibi qua uenires & redires uia fruisti, cũ uero ad uitam qđ es ipse iuisti, eãdem carnem meam de morte ad uitam duxisti. itaq; dum caro de morte uenit ad uitam, Christus uenit ad uitã. Et quia uerbum est uita. Christus uenit ad seipsum, qm̃ utrunq; est Christus, una persona, s. uerbum caro. uenerat etia per carnem Deus ad homines: ueritas ad mendaces. Est enim Deus uerus, omnis autem homo, mendax. Cum itaq; se ab hominibus abstulit, atq; illuc ubi nemo mentitur carnem suam leuauit, idem ipse quia uerbum caro factũ est, per seipsum, idest per carné suam ad ueritate, quod est ipse remeauit, quam quidem ueritatem quamuis inter mendaces etiam in morte seruauit. Ecce ego ipse si loquor uobis q intelligatis, quodammodo ad uos procedo, nec me relinquo. Cum aũt tacuero, quo iã modo ad me redeo, & uobiscum maneo ñ tenueritis qđ audistis Si hoc potest imago quam fecit Deus, quid potest ex Deo nata imago? Ac per hoc & ipse p ipsũ, & ad seipsũ, & ad patré, & nos p ipsũ, & ad ipsũ, & ad patré imus. Chry. Si enim dicit, Ego sũ dominus, ducé di ad patré omnino uenietis illuc. neq; n. est possibile alia uenire uia. Cũ auté supra dixerit. Ne potest ue. ad me nisi pa. traxerit illũ. Nũc dicés, Quoniã nullus po. ue. ad pa. nisi per me, exæquat seipsum et genuit. Qualiter aũt dixerit, Quo ua. lo sci. & uiã scitis: ostẽdit subdens. Si cog. me & pa. meũ &c. q. d. Si sciretis meam substantiam & dignitatem, & eam quæ patris est sciretis. nouerant quidem eum, sed non ita ut oportebat, postea autem spiritus ueniés perfectã in eis construxit cognitionem, & pp hoc subditur, Amodo cog. eum. Dicit autem eam que secundum mentem cognitioné Et uidistis eum, scilicet per me, ostendens quoniam qui uidet eum & patrem uidet. Viderunt autem eum non in nuda substantia, sed carne ineutum. Bed, Sed quærendum est quomodo nunc dicat dominus, Si cognouissetis me &c. Cum præmiserit supra. Quo ego ua. sci. uiam scitis? Datur ergo intelligi quia quidam eorum sciebant quidam uero nesciebant, quorũ unus erat Thomas. Hyl. 7. de Trini. Vel aliter cõtinua, Cum iter ad patrem per filiũ sit, quærendum est utrum hoc per doctrinæ admonitioné, an per naturæ fidem sit. Intelligétiæ igitur sensum in consequentibus reqramus. nam sequitur. Si cog. me, & patrem meum utiq. cognouissetis. In sacramento enim assumpti corporis diuinitatis paternæ naturam confirmans, hunc ordinem tenuit. Tempus autem uisionis separauit à tempore cognitionis, nam quem cognoscédum ait, eundem iam dixit & uisum ut naturæ iam pridé in se conspectæ scientia ex tépore nũc huius reuelationis acciperét.

Exemplo uiç Christi eundum.

Exemplum naturæ.

Dicit ei Philippus, Domine ostende nobis patrẽ & sufficit nobis Dicit ei Iesus, Tanto tempore uobiscum sum & non cognouistis me? Philippe qui uidet me, uidet & patrem meũ. Quo tu dicis ostende nobis patrem? Nunc credis quia ego in patre & pater in me est? Verba quæ ego loquor uobis, a me ipse non loquor. Pater autem in me manens ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre & pater in me est? Alio quin proper opera ipsa credite.

Hila. 7. de Trin. Commouit apostolum Philippum nouitas dictorum, homo cernitur, Dei se filium confitetur: cognitio se cognoscendum patrem fatetur, patré uisum esse dicit. Prorupit igitur apostolicas familiaritas dominum interrogans, uñ dicitur. Dicit ei Phil. Do. osten. no. pa. & suffi. no. Non uisum negauit, sed ostendi sibi rogauit; neq; ostensione ueluti corporalis contemplationis intuitum desiderauit, sed demõstrationem intelligendi eius qui uisus est postulauit; filiũ enim in habitu hominis uiderat, sed quomodo per id patrem uiderit nescit. Nam & ostensio illa intelligendi potius esset demõstratio, quam uidendi: subiecit, & sufficit nobis. Angust. 1. de Trin. Illa enim lætitia qua nos adimplebit cum uultu suo nihil amplius, requiretur, quod bene intellexerat Philippus, ut diceret; Domine ostende no. patrem & suff. no. Sed nondum intellexerat eo quoque modo ac ipsum se potuisse dicere, Domine ostende nobis te, & sufficit nobis. Vt enim hoc intelligeret, responsum

est

est ei a domino: unde sequitur. Dixit ei Iesus: Tanto tempore uob. sum, & nõ cogno. me? Aug. super Io. Sed quomodo hoc dicit, cum & quo ire scirent, & uiam scirent, nõ ob aliud nisi ꝙ ipsum scirent? Sed facile ista quæsto soluitur si dicamus ꝙ eum aliqui eorum sciebant, aliqui nesciebãt, de quibus erat Philipus. Hilar. de Tri. Arguit ergo Apostolum in cognoscendo se ignorãtem, cum. n. ea quæ gereret propria Deo essent, calcare undas, iubere uentis, peccata dimittere, mortuis uita reddere. huic querelę omnes orta conquęstio est, ꝙ in homine assumpto Dei non intellecta natura est. Et ideo postulanti ut sibi patrẽ ostẽderet ait. Phil. qui ui. me ui. & pa. Augu. Solemus enim de simillimis duobus ita loqui, Vidistis illum: sic ergo dictũ est, Qui ui. me. ui. & pa. non quod ipse sit pater & filius, sed ꝙ a patri similitudine in nullo prorsus discrepet filius. Hila. 7. de Tri. Non autem ille hic uisum oculorum carnalium significat. Non enim hoc quod ex partu Virginis carnale est, ad contemplandam in eo Deo formam, & imaginem proficit, sed intellectus Dei filius id præstat, ut intellectus & pater sit. Deum ita imago est ut non differat genere, sed significet auctoritatem. nõ enim solitariũ sermo significat & indifferẽtẽ, tamen naturã ꝓfessio docet. Cũ. n. dicitur, Et patrẽ exclusa est singularis atque unici intelligẽtia. Et quid reliquũ est, nisi ꝑ naturæ unicam similitudinẽ pater ꝑ filiũ uisus sit? Aug Sed nũquid obiurgãdus est qui cũ similẽ uiderat, etiã illũ cui est similis uult uidere? Sed ideo Discipulum dominus arguebat, quoniã cor postulantis uidebat. Tanquam enim melior esset pater quam filius, ita Philippum patrem nosse cupiebat, & ideo nec filiũ sciebat, quo alium meliorẽ esse credebat. Ad hunc ergo sensum contingendum dictum est, Non credis quia ego in patre, & pater in me est? q. d. Si ad te multum est hoc uidere saltem quod non uides crede. Hilar. Quæ enim ignorandi patrem aut ostendẽdi ignorantibus necessitas relinquebatur cum pater in filio uisus esset ex proprietate naturæ? dum ex indifferentia unitatis unum sint natus & generans, ut hic sermo domini sequeretur, Non credis quia ego in patre, & pater in me est. Aug. 1. de Tri. Volebat enim eum ex fide uidere antequã illud posset uidere, & ideo dicit, Non credis. Cõtemplatio quippe merces est fidei, cui mercedi per fidem corda mundantur, Hyla. 7. de Trini. Pater autem in filio est, & filius in patre, non per duplicem conuenientiam generum coniũctionem, neque per insitã capacioris substantiæ naturã, qa ꝑ corporalẽ necessitatẽ interiora fieri his quibus continentur exteriora, nõ possunt, sed per natiuitatem uiuens naturæ ex uiuente, dum non aliud ex Deo quam Deus nascitur. Hilar. 7. de Tri. Naturam enim suam (ut ita dicam) sequitur inde mutabilis Deus indemutabilem gignens Deum. Nec naturam suam deserit ex inde mutabili Deo indemutabilis Dei perfecta natiuitas, Subsistentem igitur in eo Dei naturã intelligimus, cũ in Deo Deus sit, nec præter eum qui est Deus quisquã alius Deus sit. Chry. Vel aliter: Totum Philippus hic corporeis oculis patrem uolebat uidere, quia & ipsum filium ita se existimabat uidisse, fortassis a prophetis audiẽs, quoniã uidi dñm, & ideo dixit, Ostende no. patrẽ. Etenim Iudæi interrogauerunt, Quis est pater tuus? & Petrus & Thomas quo iret, & nullus didicit manifeste: ut ergo nõ uideatur onerosus esse Philippus & ipse interrogans, ostende no. patrem, subiũgit, Et sufficit nobis. i nihil plus quærimus; dñs ãt nõ dixit ei, Impossibile petis, sed ostendit quoniã neq; ipsũ filium uidit Nã si hũc potuisset uidere, & illũ uidisset. Et ideo dicit, Tãto tẽp. uo. sũ & nõ cog. me Philippe. Nõ dixit nõ uidistis me, sed nõ cognouistis me quãtũ ad hoc scilicet, ꝙ filius hic manẽs ꝙ pater decẽter in seipso ostẽdit eũ qui genuit. Deinde diuidẽs hypostases, ait, qui ui me: ui. pa. ne quis dicat ꝙ ipse est pater, ipse filius. Ostendit autẽ per hoc, quoniã neque filium uisu corporeo uidit. Si autẽ aliquis hic uisum cognitionem dicere uelit non contradico. q. d. qui cognouit me cognouit & patrem, sed non dixit hoc, sed cõsubstantialitatem representare uolens dixit, qui meam substantiam uidit & eam quæ patris. Vnde patet quod non est creatura; creaturam enim uidentes Deum nesciunt omnes. Philiphus etiam substantiã patris

Quæstio pulchra.

Trinitas in unitate essẽtiæ.

ex creaturis Deus nõ profectæ uidet.

Hæreses duę collidũtur.

patris uidere quærebat. Si ergo alterius substantiæ esset, non diceret, qui uidet me uidet & patrem, sed nec aliquis in argento auri substantiam uidere pôt, nõ. n. alia per aliã apparet natura. Aug. Deinde non ad solũ Philippũ, sed ad omnes pluraliter loqtur dicẽs, Verba q̃ ego lo. no. a mei p. nõ loquor. qd est, a meipso nõ loquor; nisi a meipso nõ sum q loquor? ei quippe tribuit quod faciat de quo est ipse qui facit Hila. 7. de Trin. Vnde neque se filiũ denegauit, nec naturã in se paternæ uirtutis abscondit. Nã dũ loqtur, ipse in substãtia manẽs loquit. dũ ãt a se loquitur, natiuitatem in se Dei a Deo testatur. Chry. Vide ãt abũdantẽ super unius substantiæ demõstrationẽ, nã subdit, Pater ãt in me &c. q. d. Nequaquã aliter facit pater & aliter ego, sicut & alibi ait, Si nõ facio opa patris mei, non credatis mihi. Sed qũo a uerbis incipiens ad opera uenit? Conueniens. n. erat dicere, Ipse loquitur uerba. Sed duo ponit de doctrina & signis, aut quia & uerba opera erant. Aug. Nam qui proximum loquendo ædificatqonum opus operatur. In his duabus sententijs diuersi nobis aduersãtur hæretici. Arriani dicũt, Ecce inæqualis est patri filius, non a seipso loquit. Dicunt Sabelliani, Ecce qui pater est, ipse est filius, Quid est, Pater in me ma. ipse facit: nisi in me maneo ego qui facio? Hila. 7. de Tri. Sed manere in filio patrem, non est singularis atque unici, operari uero p filium patrem, nõ est differentis aut exteri: sicut non unius est non a se loqui qui loquitur, neque rursus alieni ac separabilis loqui per loquentem. Et quia in se patrẽ loqui & operari docuerat: pfectæ huius unitatis fidẽ statuit dicẽs, Credite mihi qa ego in pa. & pa. in me est, ne. s. per uirtutis efficientiã & non per naturę quæ secundũ natiuitatẽ est ꝓprietatẽ pater in filio ꝙ operari crederetur & loqui: sic. n. habetur in græco. Nostra litera hẽt, Non creditis quia ego in patre & pater in me est? Aug. Antea solus Philippus arguebatur. Chry. Si uero nõ sufficit hoc ad ostẽdẽdũ cõsubstãtialitatẽ, saltẽ ab operibus discite; unde subditur, Alioquin propter opera ipsa credite. Vidistis. n. signa cum auctoritate, & oia quæ deitatis erant ꝓpria, & quæ solus pater operat, peccata soluta, mortem recedẽtẽ, & huiusmodi. Aug. Hoc ergo ꝑpter opera credite, quia ego in patre & pater in me est. Neq;. n. si separati essem⁹, inseparabiliter opari ulla ratione possem⁹.

Contẽplatio æternæ merces fidei.

Amen amen dico vobis, qui credit in me opera quę ego facio & ipse faciet, & maiora horũ faciet, quia ego ad patrem uado. Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo hoc faciam, ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam

Chry. Quia dominus dixerat, propter opera credite? ostendens qm̃ non hoc solũ potest; sed multo maiora, & quod est mirabilius, alijs potest dare, adiunxit, Amen amen dico &c. Aug. Sed quæ sunt ista maiora? an forte, ꝙ ęgros ipsis transeuntibus etiam eorum vmbra sanabat? Maius est. n. ꝙ sanet vmbra q̃ simbria. verũ tamen qñ ista dicebat; uerborum suorum facta & opera commendabat. Cum. n. dixit, Pater in me manens ipse facit opera, quæ operatũc dicebat, nisi verba quæ loquebatur; & eorum uerborum fructus erat fides illorum? veruntamen euangelizantibus discipulis non tam pauci quam illi erant, sed gentes etiam crediderunt Nonne ab ore ipsius diues ille tristis abscessit? & tamẽ postea qđ ab illo auditum non fecit unus, fecerunt multi, cum per discipulos loqueretur, ecce maiora fecit prædicatus a credentibus qnam locutus audiẽtibus. Verum hoc adhuc mouet ꝙ hic maiora per apostolos fecit, non autem ipsos tãtum significans ait. Qui credit in me, nunquid inter credẽtes in Christum non est computandus qui nõ fecerit opera maiora q̃ Christus? Durũ est nisi intelligatur, Apostolus dicit credenti in eum qui iustificat impium deputatur fides ad iustitiam. In hoc opere faciemus opera Christi, qa & ipsum credere in Xp̃m opus est christi, hoc operatur in nobis nõ utique sine nobis. Audi ergo, Qui credit in me, ope. quæ ego fa. Prius ego facio, deinde & ipse faciet, quia facio utfaciat, quę opera, nisi ut ex impio iustus fiat? quod utique in illo, sed nõ sine illo Christus operatur. prorsus hoc maius esse dixerim q̃ creare cœlum & terram; Cœlum enim & terra transibunt, prædestinatorum autem salus & iustificatio permanebit. sed in cœlis

Miracula apostolorum qũo maiora.

lis Angeli opera sunt Christi: nunquid etiam his operibus maiora facit qui cooperatur Christo ad suam iustificationẽ? iudicet qui põt utrum maius sit iustos creare q̃ impios iustificare; certe si æqualis sit utrunque potentiæ, hoc maioris est misericordiæ, sed omnia opera intellige Christi ubi ait, Maiora horũ faciet. Nulla necessitas cogit; horum.n. forsitã dixit q̃ illa hora faciebat; tũc aũt uerba fidei faciebat. & utiq; minus est uerba iustitiæ predicare, q̃ fecit pp nos; q̃ impios iustificare, q̃ ita facit in nobis ut faciamus & nos. Magnã aũt spẽ dominus suis ꝓmisit orationib. dicens, Quia ego ad patrẽ vado. Chry. Hoc est nõ pereo: sed in ꝓpria manebo dignitate & in cęlis ero: uel hoc dicit: ac si diceret, Vestrũ est de cætero miracula facere; ego.n. uado. Aug Et nequisquã hoc sibi tribueret; ut etiam illa opera maiora seipsum facere ostẽderet, adiecit, Et quodcunque petieritis &c. Qui dixerat Faciet, post ait; Faciã, tanq̃ diceret. Non uobis hoc impossibile videat̃ nõ.n. poterit esse maior me q credit in me, sed ego sũ facturus & tũc maiorã q̃ nũc maiora p eũ q credit in me q̃ nunc p me, q̃ non est defectio, sed dignatio. Chry. Dicit autem in nomine meo quia & Apostoli dicebãt. In nomine Christi Iesu surge & ambula. Omnia.n. signa qua fecerunt ipse faciebat, & manus domini erat cum illis. Theo. Exponit autem nobis per hoc miraculorum doctrinã, uã per orationem ac inuocationẽ sui nominis potest quis exercere prodigia. Aug. Sed qd est, Quodcunque petieritis? cum uideamus plerunque fideles eius petere & non accipere. an forte propterea quia male petunt? male.n. usurus eo quod uult accipere, Deo potius miserante non accipit. quõ ergo intelligendum est, Quodcunque petierit hoc faciam, si Deus aliqua petentibus fidelibus etiam consulendo non facit an forte solis Apostolis hoc dictum debemus accipere? absit; Superius.n. dixerat, Quis cre. in me ope. quæ ego fe. ip. fa Ipsos quoque si cogitemus Apostolos, inuenimus eum qui plus omnib. laborauit rogasse: ut ab eo discederet angelus sathanę, nec tñ quod rogauerat accepisse. Sed audi quod illic positum est In no. me. quod est

Duo opera Dei cõparant̃

Quæstio pulchra.

Christus Iesus; Christus regem. Iesus Saluatorem significat. ac per hoc quodcunq; petimus aduersus utilitatem salutis; non petimus in nomine Saluatoris; & tamẽ ipse Saluator est: non solum quãdo facit qd petimus, uerum etiam qñ non facit qm̃ q̃ uidet peti contra salutem. nõ faciendo se exhibet Saluatorem. Nouit. n. medicus quid pro sua. quid contra suam salutẽ poscat ægrotus, & ideo contrariam poscẽtis non facit uoluntatem, ut faciat sanitatem. Sane q̃dam quanuis in nomine eius petamus, nõ tunc quando petimus facit, sed tamen facit: differtur.n. quod petimus, nõ negatur. Continuo autem subiecit, Vt glo. pa. in fi. si qd peti. in nomine meo hoc faciam. Nullo modo igitur sine patre filius facit, quando quidem ut in illo pater glorificetur propterea facit. Chry. Cum.n. filius ostendatur magna potens, glorificabit̃ illa qui genuit: ideo ãt secũdo id ponit ut certificet sui ipsius sermonẽ. The. Attẽde etiam seriẽ paternę glorificationis. In nomine Iesu facta sunt signa p quæ credebãt Apostolorum sermonibus, & sic dũ ad notitiã patris puenirẽt glorificabatur pater in filio.

Nomẽ Christi exponit̃.

Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paraclytum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum, nescit eum, Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit.

Chry. Quia dominus dixerat, Quodcunque petieritis, hoc faciã, ut nõ æstimẽt omnẽ simpliciter petitionẽ ualere; induxit, Si di. me, man. mea serua. q. d. tũc faciã qd petitis. Vel qa audiẽtes quoniã ad patrẽ uado, cõsequẽs erat eos turbari, dicit, nõ est hoc me amare ut turbemini, sed ut faciatis mãdata mea, hoc est.n. amor obedire & credere ei q diligit Quia uero cõsequens erat eos uehemẽter inqrere carnis psentiã: & illã habere consolationẽ quã prius habuerunt, subiungit. Et ego ro. pa. & aliũ para. da. uo. August. In quo ostendit, & seipsum esse paraclytum. Paraclytus autem latine dicitur aduocatus. & dictum est de Christo, aduocatum habemus apud patrẽ Iesum Christum iustum. Alcui. Vel paraclytum, id est cõsolatorem; habebant.n. & tunc

Spiritus sanctus, quõ paraclytus.

tunc unum consolatoré qui miraculorum dulcedine & prædicatione eos erigere & cōfortare solebat. Didymus de Spiritu san cto. Sed Spūm sanctum alium p aracly tum nominauit, nō iuxta naturæ differentiam, sed iuxta operationis diuersitatem. Cum .n. Saluator mediatois & legati personam habebat ex qua pontifex deprecetur pro peccatis nostris, Spiritus sanctus secūdum aliam significationem paraclytus, ab eo ꝙ consolatur in tristitia positos nuncupatus est. Verū noli ex filij & Spiritus sancti ope ratione diuersa uarias æstimare naturas, si quidé in alio loco reperitur paraclytus spiritus legati apud patré persona fungi, ut ibi: Ipse spiritus interpellat pro nobis. Saluator queq; cōsolationem operatur in cordibus eorum, quia indigent. scriptū est .n. Et humilis populi sui consolatus est. chry. Ait autem, Rogabo patrem ut fide dignum facias eis sermoné. qm̄ si dixisset, Ego mittam; non simpliciter credidissem. Aug. cōtra Arrianum. Qui tamen ut inse parabilia sua & patris opera demonstraret alibi ait, Cum abiero mittam eum ad uos. Chry. Quid auté apostolis plus haberet, si patrem solum rogaret, ut spiritum alijs daret? quoniam illi multoties ꝙ siue ora tione ostédūtur hoc faciétes. Alcui. Ro gabo igitur dicit, ut inferior secundum hu manitatem patrem meum, cui sum æqua lis & consubstantialis secundum diuinam naturam. Chry. Dicit autem. Vt maneat uobiscum in æternum, quoniam neq; est mortem recedit, per hoc etiá occulte insi nuat ꝙ Spiritus sanctus non patietur mor té, ut ipse neq; abibit: Ne auté paraclytū audiétes rursus incarnationé aliā suspicé tur, & oculis putétes uidere, subiungit. Spi ritū ueritatis qué mūdus nō potest accipe re, qa nō uidet eū, nec scit eū. Aug. Hic est utiq; in Trinitate Spirit⁹ sanct⁹, qué patri & filio cōsubstātialé & coæternū fides ca tholica profitetur. Chri. Spiritū auté ueri tatis eum uocat per hoc ꝙ figuras ueteris testamenti manifestat. Mundum auté hic malos dicit, uisionem autem certissimam cognitionem dicit, quia uisus est apertio sensus. Beda. Nota etiam ꝙ cum Spiritum sanctum, spiritum ueritatis dicit, Spiritū sanctum esse, spiritum suum ostendit. dein

Spiritos ueritatis quō intelligitur

de cum a patre eum dari narrat, patris ẽc eū spiritū esse declarat, ac p hoc Spiritus sā ctus a patre procedit & filio. Greg. 5. mor. Spiritus auté sanctus omné qué repleuerit ad desiderāda inuisibilia accendit, & quo niā mūdana corda solū uisi bilia diligunt, hūc mundus nō accipit, quia ad diligenda inuisibilia non assurgit. Seculares etenim mētes quanto se foras p desideria dilatāt, tanto ad receptioné illius signū cordis an gustant Aug. Sic auté mundū, idest mundi dilectores, dicit nō posse accipere Spiritū sanctum, uellet si dicamus. In iustitia iusta esse non potest. Mundus ergo, idest mundi dilectores non potest eum accipere, quia non uidet eū. Non. n. habet inuisibiles ocu los mundana dilectio, per quos uideri Spi ritus sanctus, nisi inuisibiliter non potest. Sequitur: Vos autem cog. eum, quia apud uos manebit. Sed ne putarent quod dictū est, Apud uos manebit: ita dictum quem admodū apud homines hospes uisibili ter manere consueuit, adiecit: In uobis erit Chry. q. d. Non ita apud uos manebit sicut ego, sed in uestris habitabit animabus. Au gu. Prius autem est esse alicui, post mane re. Sed exposuit quod dixerat, Apud uos cum adiunxit, In uobis. Si. n. non sit in uo bis, non potest esse in uobis eius scientia sic. n. a uobis uidetur in uobis & uestra cō scientia. Greg. 2. mor. Si autem Spiritus sanctus in discipulis manet. quomodo iā singulare signum erit, quod in mediatore permanet; secundum illud, Supra quem uideris spiritum descendentem & manen té, hic est qui baptizat: quod tamen citius cognoscimus, si dona eiusdem spiritus di scernamus. In his. n. donis sine quibus ad uitam perueniri non potest, Spiritus san ctus in electis omnibus semper manet. In illis auté quibus non nostra uita seruatur, sed aliorum quæritur, nequaquā semper manet. Aliquando. n. se a signorum osten sionibus subtrahit, ut eo humilius uirtu tes eius habeantur: Christus autem in cun ctis eum & semper habet præsenté. Chry. Hic autem, sermo oppositas hæreses uelut uno ictu sustulit; nam dicere alium osten dit eius, idest spiritus hypostaseos diffe rentiam, dicere uero paraclytum, substan tiæ cognationem. August. contra se: Aria.

Quæstio pulchra

Hæreses oppositæ colliduntur.

Cōſolationem.n.quod officium tanquam perſonæ infirmæ, in trinitate Spiritui ſan cto deputant, Deum dicit apoſtolus,ſecūdum illud.Is qui conſolatur humiles,cōſo latus eſt nos Deus.Deus eſt itaq; Spiritus ſanctus qui conſolatur humiles.aut ſi hoc de patre uel filio dictum ab apoſto. uolūt accipi,deſinant conſolationis tanquā mu nere proprio ſeparare a patre & filio ſpiri tum ſanctum Aug.ſu. lo. Si cum charitas Dei diffuſa ſit in cordibus noſtris per Spi ritum ſanctum,qui datus eſt nobis,quō di ligemus & mandata Chriſti ſeruabimus, vt eum accipiamus?quem niſi habuerim^9 diligere & mandata ſeruare nō poſſumus an forte præcedit in nobis charitas qua di ligamus Chriſtum? ut diligendo Chriſtū eiusq; faciendo mandata mereamur acci pere Spiritum ſanctum,ut charitas Dei pa tris diffundatur in cordibus noſtris. puer ſa eſt iſta ſentētia.Qui.n.ſe filium Dei diligere credit,& patrem non diligit,profecto nec filium diligit,ſed quod ſibi ipſi videtur confinxit. Reſtat ergo, vt intelligamus Spiritum ſanctum habere qui diligit, & habendo mereri,ut plus habeat,& plus habēdo plus diligat. Iam itaque habebāt ſpiritū diſcipuli, quem dn̄s promittebat, ſed dandus eis erat amplius:habebant oc culte,accepturi erant manifeſte; proinde nō ſolum non habenti, verum etiā haben ti non incaſſum promittitur; non habēti quidem ut habeatur,habenti autem ut am plius habeatur,Chry.Quando igitur diſci pulos purgauerat per ſacrificiū paſſionis; & pct̄m ſolutū erat,& ipſi ad pericula & agones mittebant,oportebat Spiritū ſanctū uenire abundanter. Nō autem ſtatim poſt reſurrectionē,ut in multo eius conſti tuti deſiderio,cū multa eū ſuſcipiāt gratia.

Non relinquam uos orphanos ueniam ad uos. Adhuc modicum,& mundus iam me non uidet. Vos autem uidetis me,quia ego uiuo,& uos uiuetis.In illo die uos cognoſcetis quia ego ſum in patre meo,& uos in me,& ego in uobis. Qui habet man data mea & ſeruat ea,ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me,diligetur a patre meo,& ego diligam eum,& manifeſtabo ei meipſum.

Aug. Ne quiſquam putaret q ita Spiritum ſanctum dominus daturus fuerat, uelut per ſeipſum nō & ipſe eſſet futurus cū eis adiecit & ait,Non relin.vos orph. Orphani pupilli ſunt.Illud.n.eſt græcum,hoc latinum Quanuis.ergo nos filius Dei ſuo patri adoptauit filios,tn̄ in hoc etiam ipſe erga nos paternū oſtēdit affectū. Et qdē a principio dixerat.Venietis quo ego uado, ſed quia hoc lōgū tēpus erat, ꝓmiſit ſpiritū.Et quia neſciebat quid eſt hoc, ꝓmittit eis ſuā pſentiā quā maxime quærebāt, cū dicit,Veniā ad uos.Ne tamē rurſus eā ſē q̄rant præſentiam qualem & prius habuerunt occulte hoc excludit,cum ſubdit;Adhuc modicum &c.ac ſi diceret,Veniā quidem ad uos,non tamē ut prius uobiſcum per unamquanque diem conſiſtens, Et ne dicant,Qualiter igitur Iudæis dixiſti, Amodo non uidebitis me?ſoluit opinionē, dicēs;Ad uos ſolos ueniam.Aug. Videbat .n.tunc eum mundus carneis oculis in carne conſpicuum,nō autē uidebat q in carne uerbum latebat. ſed qm̄ poſt reſurrectionem etiam carnem ſuam quam non ſo lum uidendam,uerum etiam contractādā demonſtrauit ſuis, uoluit demonſtrare nō ſuis,hinc dictum eſt, Adhuc modicum & mundus iam me non uidet,uos autem uidebitis me. Sed quoniam in iudicio eum mundus uidebit, quo nomine ſignificati ſunt a regno eius alieni, melius intelligitur illud ēē tempus ſignificare uoluiſſe, qn̄ in fine ſeculi auferetur ab oculis damnatorum,ut eum de cętero uideāt diligētes, Modicum autem dixit,quia id quod prolixum uidetur hominibus,breuiſſimum eſt ante oculos Dei.Sequitur;Quia ego uiuo & uos uiuetis.Theo.q.d.Et ſi mortem ſubiero,tn̄ reſurgo: uos quoque uiuetis,hoc eſt cū uideritis me lætabimini, & tanquā mortui reuiuiſcetis in apparitione mea. Chry.Mihi autem uidetur uitam non præſentem dicere, ſed futuram; ac ſi dicat. Mors crucis non diſtare faciet uos a me in finē,ſed momento paruo occultabit me a uobis.Aug.Cur autem de pręſenti ſe dixerit uiuere,illos autem de futuro eſſe uicturos; niſi quia & uitam carnis reſurgentib. qualis in ipſo pcedebat,& illis eſt pollicitus ſecuturam, & quia ipſius mox futura erat reſurrectio,præſentis temporis ponit uerbum,propter ſignificādam celeritatē. Illorum autē quoniam ſeculi differtur in finem

Orphanus nox græca.

finem, non ait, viuitis, sed uiuetis. Quia vero uiuet ille, ideo & nos uiuemus, per hominem quippè mors, & per hoiem resurrectio mortuorum. Sequitur, In illo die, de quo. s. ait, Et uos uiuetis. Vos cognoscetis, contemplando: quanuis & nunc credédo nouerimus, quia ego sum in patre, & uos in me, & ego in uobis: quia qñ uiuemus ea uita qua mors absorbetur, tunc perficietur hoc ipsum quod nunc inchoatum est iam per ipsũ, ut sit in nobis & nos i ipso. Chry. Vel in illo die cùm resurgã, cognoscetis; quia cum uiderunt eũ resurrexisse & esse cũ eis, tunc certissimã fidé didicerunt. Magna. n. erat uirtus Spiritus sancti quæ oia eos docebat. Quod aũt dictum est, Ego sũ in patre humilitatis est. Quòd aũt dicit, Et uos in me, & ego i uobis, humanitatis est, & auxilij qđ est à Deo. Cõsueuit. n. scriptura multoties eisdé uerbis in Deo, & hominibus positis nõ similiter uti. Hila. 8. de Tri. Vel hoc dicit, ut cum ille in patre per naturam diuinitatis esset, nos autem in eo per corporalé eius natiuitatem, & ille rursus in nobis per sacraméti mysteriũ inesse crederetur. Ipse. n. testatus est qui edit carné meã & bibit sanguiné meũ, in me manet & ego in eo. Alcui. Per dilectioné aũt & obseruãtiã mandatorũ eius, tunc perficietur hoc ipsum quod nunc inchoatũ est per ipsum, ut sit in nobis & nos in ipso. Et ut omnibus, non tãtum apostolis hãc beatitudinem promisisse uideatur, adiungit: Qui habet mandata mea &c. Aug. Qui habet in memoria & seruat in uita, q habet in sermonibus & seruat in operibus, qui habet audiendo & seruat faciendo, qui habet faciendo & seruat perseuerando, ipse est qui diligit me. Opere est demonstrãda dilectio, ne sit infructuosa nominis appellatio. Theo. Ac si dicat, uos putatis, q ex affectiõe quadã tristamini de morte mea, sed ego signum dilectionis reputo mandata mea seruari. Qualem autem prærogatiuam obtineat qui diligit, ostendit subdés: qui autem di. me, di. à patre meo, & ego diligam eum. Aug. Sed quid est diligã, tanquã nunc nõ diligat? exponit per id quod sequitur, Et manifestabo ei meipsum, id est ad hoc diligã, ut manifestem, & ipsam uisionem mercedem fidei capiamus. Nũc enim ad hoc nos dilexit ut credamus, tũc ad hoc, ut uideamus, quia & nos nunc diligimus credédo quod uidebimus. Tunc autem diligemus uidédo, quod credidimus. Aug. ad Paulinam de uidédo Deo. Sic aũt promisit ostensurũ seipsum dilectoribus suis cũ patre Deũ unũ, non quõ in hoc seculo uisus est in corpore & à malis. Theo. Vel quia post resurrectionem appariturus illis erat in corpore magis representãte diuinitaté ne credãt ipsum spiritum fore seu phãtasma, ob hoc prædixit illis, & tũc uidentes illũ nõ diffidãt, sed reminiscant, quia propter mãdatorũ suorũ custodiã apparet eis, atq; ideo tenentur semper custodire illa, ut perpetuo eis appareat.

Analogica expositio.

Dicit ei Iudas, nõ ille Scariothis. Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eũ faciemus. Qui nõ diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paraclytus autem Spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis; pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis.

Aug. Quia dominus dixerat. Adhuc modicum & mundus me iã nõ uidet, uos autem uidebitis me. Interrogauit eũ de hoc ipse Iudas, non ille traditor eius qui Scariothis cognominatus est, sed cuius epistola inter scripturas canonicas legitur: unde dicitur. Dicit ei Iudas, nõ ille Scariothis. Domine, quid factum est, quia nobis manifestaturus es teipsum & non mũdo? Causam quæsiuit quare non se mundo; sed sui manifestaturus esset. Dominus autem exponit quare suis se manifestaturus est, non alienis, quia scilicet hi diligunt, illi uero non diligũt: unde sequitur. Respondit Iesus & dixit eis, Si quis &c. Gregor. in ho. Probatio enim dilectionis exhibitio est operis, nunquã amor Dei est ociosus, operatur enim magna si est. si uero operari renuerit amor non est. Aug. dilectio autem sanctos discernit à mundo, quæ facit unanimes habitare in domo, in qua facit pa-

Dilectionis probatio.

ter & filius mansioné, qui donāt & ipsam dilectioné, quibus in fine donabūt suā manifestationé. Est.n. q̄dā Dei manifestatio interior, quā prorsus impij non nouerūt, quibus Dei patris & Spiritus sancti manifestatio nulla est, filij uero esse potuit, sed in carne quæ nec talis est qualis illa, nec semper illis adesse potest, sed ad modicum tps, & hoc ad iudiciū nō ad gaudiū, ad supplicium non ad præmiū. unde subditur. Et ad eū uenire. Veniunt quidé ad nos dū uenimus ad eos, ueniūt subueniēdo, uenimus obediēdo, ueniunt illuminando, uenimus intuēdo, ueniūt iplēdo, uenimus capiēdo, sit nobis eorū nō extranea uisio, sed interna, & in nobis eorū nō trāsitoria māsio, sed æterna; unde sequitur. Et man. apud eum fac. Greg. in ho. In quorundā etenim corda uenit & in māsioné non facit, quia per cōpūctioné quidé respectū Dei percipiūt, sed tentationis tpe hoc ipsum q̄d cōpūcti fuerunt obliuiscuntur, sicq; ad perpetrāda peccata redeūt, ac si hæc minime planxissent. Qui ergo Deū uere diligit in ei⁹ corde dñs & uenit, & mansioné facit, quia sic eum diuinitatis amor penetrat; ut ab hoc amore tētationis tpe non recedat. Ille.n. uere amat cuius mēté dilectio praua ex cōsensu non superat. Aug. An forte putabit māsioné in dilectore suo facićtibus patre & filio exclusus esse ab hac mansione Spiritus sanctus? Quid est ergo q̄d superius ait de Spiritu sancto apud uos manebit, & in uobis erit, nisi forte quisq; sic absurdus est, ut arbitretur cū pater & filius uenerint discessurum inde Spiritum sanctū tāquā locum daturū maioribus? Sed & huic carnali cogitationi occurrit scriptura cū dicit. Vt maneat uobiscū in æternum. In eadem ergo mansione cum ipsis erit in æternum, quia nec ille sine ipsis uenit, nec illi sine eo, sed propter insinuationem Trinitatis, personis singulis nominatis dicūtur quædam, non tñ alijs separatis intelliguntur, propter eiusdé Trinitatis substātiam. Grego. in ho. Tanto autem quisq; à superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur, unde subditur. Qui non diligit me &c. De dilectione ergo conditoris lingua, mens, & uita requiratur. chryso. Vel aliter totum. Æstimau. t Iudas sicut mortuos uidemus in somno, ita & secum esse uisuros, unde quærit. Quid est, q̄ debes te manifestare nobis, & nō mūdo. q.d. ue nobis q̄n morieris, & ut mortuus debes nobis assistere. Ne igitur hoc suspicentur dicit, Ego & pater ad eum ueniemus. q.d. Sicut pater manifestabit seipsum, ita & ego, & mansionem apud eum faciemus, quod somniorum nō est. Sequitur, Et ser. quem au. nō est meus; sed eius qui mi. me patris. q.d. non me solum, sed neq; patrem amat qui hunc non audit sermonem. Dicit autē hoc, q̄n nihil extra patrem loquitur: neq; prēter id quod illi uidet. Aug. Et fortasse propter aliquā distinctionem, ubi suos dixit: pluraliter sermones dixit, dicens. Qui non diligit me, sermones meos nō seruat. Vbi autem sermonem, hoc est uerbum nō suum esse dixit, sed patris seipsum intelligi uoluit: non. n. solum, sed patris est uerbum, quomodo nec sua imago, sed patris, nec suus filius sed patris. Recte igitur auctori tribuit, quod facit ęqualis à quo habet hoc ipsum q̄ illi est indifferens æqualis. Chryso. Quia uero eorum quæ dixerat quædam manifesta erant, & quædam non intellexerunt, ut non turbarentur subiungit. Hæc locutum uob. apud uos manēs Augus. Alia est illa mensio quam promisit futuram, alia uerò hæc quam pręsentem esse testatur, illa spiritualis est atque intrinsecus mentibus redditur. hæc corporalis forinsecus oculis atque auribus adhibetur. Chrys. Vt autem eius corporalem recessum facilius sustinerét, p̄parat eos promittés q̄ eius recessus magnorum eis esset futura causa bonorū; q̄a donec ipse apud eos corporaliter manebat, & spiritus non uenerat, nihil magnum poterant scire, unde sequitur, Paraclytus autē Spiritus san. quē mit. pater in no. meo ille uos do omnia, & sug. uo. omnia quæcunq; dixero uobis. Greg. Græca locutione paraclytus latina aduocatus dicitur, uel cōsolator. Qui idcirco aduocatus dicitur, quia pro errore delinquētium apud iustitiā patris interuenit, dum eos quos repleuerit exorantes facit. Consolator autem idem spiritus uocatur, quia de peccati perpetratione merentibus dum spem ueniç præparat, ab afflictione tristitiæ mentem leuat. Chrysosto.

Amoris ueri signum.

Māsionis p̄missæ qualis.

Doctrina Spiritus sancti.

Conti-

Continue ait eum paraclytum uocat propter continentes eos tribulationes. Didymus de spiritu sancto. Spiritum autem sanctũ a patre in suo mitti nomine Saluator affirmat, cũ proprie nomine Saluatoris sit filius, si quidem naturæ consortium, & ut ita dicã, proprietas personarum ex ista uoce significatur filij quippe tãtummodo est in noie patris uenire, salua proprietate filij ad patrem, nullus aũt alius uenit in nomine patris; sed uerbi gratia. In noie domini Dei & omnipotentis. Q̃uo igitur serui qui nomine dñi uenirũt, per hoc ipsum q̃ subiecti sunt & seruiunt indicant dñm, serui quippe sunt domini, sic & filius qui uenit in nomine patris, portat eius nomẽ per hoc q̃ unigenitus Dei filius approbatur. Quia ergo Spiritus sanctus in nomine filij a patre mittitur: ostendit quia unitate sit iunctus ad filium: unde & filij dictus est spiritus per adoptionem suã, filios faciẽs eos qui se recipere uoluissent. Iste ãt Spiritus sanctus qui uenit in nomine filij missus a patre, docebat oĩa eos qui in fide Chrĩ pfecti sunt. Omnia autẽ illa quę spiritualia sunt & intellectualia ueritatis & sapiẽtiæ sacramẽta. Docebit uero nõ sicut q artes aliquas & sapiẽtiã studio industriaq; didicere, sed quasi ipsa ars atque doctrina, & sapientia, ueritatis spiritus inuisibiliter menti insinuat scientiã diuinorũ. Greg. Nisi aũt idem spiritus cordi adsit audiẽtis, ociosus est sermo doctoris: nemo ergo docenti homini tribuat q̃ ex ore docẽtis intelligit, qa nisi intus sit q̃ doceat, doctoris lingua exterius in uacuũ laborat. Sed & ipse conditor nõ ad eruditionẽ hominis loquitur, si eidẽ homini p unctionẽ spiritus non loquatur. Aug. Nunquid autẽ dicit filius, & docet Spiritus sanctus, ut docente filio uerba capiamus, docẽte autẽ Spiritu sancto eadẽ uerba intelligamus? Omnis igiť & dicit & docet Trinitas. Sed nisi etiam sigillatim commẽdaretur eam, nullo modo humana capere utcunq; posset infirmitas. Greg. Requirendum uero nobis est cur de eodẽ spiritu dicatur, Suggerer nobis omnia, cum suggerere soleat esse minoris; sed quia suggerere aliquando dicimus submministrare, inuisibilis spiritus suggerere dicitur, non q̃ nobis scientiam ab imo inferat, sed ab occulto. Aug. Vox q̃ addit, Suggeret, idest commemorabit uos, intelligere debemus etiã q̃ iubemur nõ obliuisci saluberrima monita ad gratiã ptinere, qua nos cõmemorat Chrs. Theo. Spiritus itaq; sanctus & docuit & cõmemorauit: docuit quidẽ quæcũque nõ dixerat eis Chrs, tãquã non ualentib. portare. Commemorauit uero quæcunq; dominus dixerat, sed obscuritatis causa uel intellectus tarditate, cõmendare memoriæ nequiuerunt. Chry. Quia uero & hæc audientes turbabantur excogitãtes odia & prælia sibi imminere post eius recessum, rursus eos consolatur, dicens, Pacẽ relinquo uobis &c. Aug. Pacem uobis relinq; in hoc seculo, in qua manẽtes hostẽ uincimus, & ut ẽt hic inuicem diligamus, pacẽ suam nobis dabit in futuro seculo, qñ sine hoste regnabimus, ubi nunquam dissentire possumus. pax aũt nobis ipse est & cum credimus quia est, & cum uidebimus eum sicuti est. Sed qui est, q̃ ubi dicit, Pacem relinquo uobis, non addit, meam: ubi uero ait. Do uobis, ibi dixit meam utrũ subaudiendum est meam, & dictum non est; an forte & hic aliquid latet? Pacem enim suam eã uoluit intelligi qualem habet ipse. Pax uero ista quã nobis reliquit in hoc seculo, nostra potius dicenda est, quam ipsius. Illi quippe nihil repugnat in seipso, quia nullum habet omnino peccatũ: nos autem talem pacem nũc habemus in qua adhuc dicamus; Dimitte nobis debita nostra. Itemque inter nosipsos est nobis pax quia inuicem nobis credimus, quod inuicẽ diligamus. Sed nec ipsa plena est; quia cogitationes cordis nostri inuicem nõ uidemus. Nec ignoro ista domini uerba etiam sic accipi posse, ut eiusdem sententię repetitio uideatur. Quod uero dominus adiunxit, Non quomodo mundus dat, ego &c. Quid est aliud, nisi non quomodo homines dãt qui diligunt mundum? qui propterea sibi dant pacem, ut sine molestia perfruantur. Et quãdo iustis dant pacem, ut non eos prosequantur: pax esse non potest uera, ubi non est uera concordia, quia desiuncta sunt corda. Chryso. Pax etiam exterior ad malum fit multiores, & eis qui habent eam nihil prodest. August. de

Doctrina Spiritus sancti.

Pax duplex a Deo.

ver.do. Est autem pax sanitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, cōsortium charitatis. Nec poterit ad hæreditatem domini peruenire qui testamentū pacis noluerit obseruare, nec potest concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano.

Pax vera notatur.

Non turbetur cor uestrum, neq; formidet. Audistis quia ergo dixi uobis, uado & uenio ad uos. Si diligeretis me gauderetis utique, quia uado ad patrē, qa pater maior me est. Et nunc dixi uobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar uobiscum. Venit. n. princeps mundi huius, & in me non habet quicquam Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem Et sicut mandatū dedit mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

Chry. Quia dixerat, Pacem relinquo vobis quod erat tacentis; hoc poterat eos conturbare: ideo dicit, nō turbetur cor vestrum, neq; formidon: qm̄ hoc q̄dē ex dilectione; illa uero ex formidine patiebātur. Aug. Hinc aūt turbari & formidare poterat cor illorū, ꝙ ibāt ab eis q̄uis venturus ad eos, ne forsitā gregē lupus hoc interuallo inuaderet pastoris absentia, unde sequitur: Audistis qa ego di. vo. Va. & ve. ad vos. Ibat āt per id ꝙ homo erat, & manebat ꝑ id ꝙ Deus erat. Cur itaq; turbaretur cor, qñ sic deserebat oculos, vt nō deseret cor? Vt āt intelligerent secūdum id quod homo erat eum dixisse, Vado & venio, ad hoc subiecit atq; ait, Si diligere. me, gauderetis utiq; &c. Per quod ergo filius non est æqualis patri, per hoc erat iturus ad patrē a quo & venturus est iudicaturus viuos & mortuos. Per illud autē in quo est æqualis gignenti, nunquā recedit a patre, sed cum illo est vbiq; totus pari diuinitate, quam nullus continet locus. Ipse ergo filius Dei æqualis patri in forma Dei; quia semetipsum exinaniuit, nō formam Dei amittens, sed formam serui accipiens: maior est etiā seipso, qā maior est forma Dei, quæ amissa non est, q̄ forma serui quę est. Hæc igitur est forma serui, in qua Dei filius minor est nō patre solo. sed etiam Spiritu sancto. secundum hāc formam serui, puer Christus etiam parentibus minor erat, quando paruus maioribus, sicut scriptum est, subditus erat. Agnoscamus igitur geminam substātiam Christi, diuinam. s. qua æqualis est patri, & humanam qua maior est pater: vtrunque autē simul, non duo, sed vnus est Christus, ne sit quaternitas, sed trinitas Deus, ideo ergo dixit: Si dili. me gau. utiq; quia ve. ad patrem, quia naturæ humanæ gratulandum est, eo ꝙ sic assumpta est a verbo unigenito, vt immortalis cōstitueretur in cœlo, atq; ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris Qui non hinc gaudeat, qui sic diligit Christum, vt suam naturā iam immortalem gratuletur in Christo. atque ipsum speret futurum esse per Christum? Hyla. 9. de Tri. Vel aliter; Si donantis auctoritate pater maior me est, nunqd ꝑ doni cōfessionē minor filius est? Maior itaq; donās est; sed minor iā nō est cui unū esse donat. Chry. Vel aliter? Nondū nouerat apostoli qd sit resurrectio q̄ prædixerat dicēs, Vado & venio ad uos; neq: qualē oportebat de eo opinionē habebāt, patrem uero magnū esse ęstimabant. Dicit igitur eis, Et si de me formidatis, ut nō sufficiēte mihi ipsi assistere, neque confiditis ꝙ post crucem rursus uos uidebo, tamē audientes quoniā ad patrē uado oportebat lætari, & de reliquo quoniā ad maiorē uado, & potentem omnia uersuta dissoluere. Hæc autem omnia ad imbecillitatem discipulorum dicebantur. Et ideo subdidit, Et nunc dixi uobis priusquā fiat, vt cum factum fue. credatis. Aug. Quid est hoc cum magis credere homo debeat antequam fiat, id quod credendum est? Hæc est. n. laus fidei, si quod creditur non uidetur. Nam & ille cui dictum est, Quia uidisti credidisti; aliud uidit, aliud credidit. uidit hominem, credidit Deum. Sed si dicuntur credi quæ uidētur sicut dicit unusquisq; oculis suis se credidisse, non tamen ipsa est quæ in nobis ædificatur fides, sed ex rebus quæ uidentur, acquiritur in nobis ut ea credātur, quæ nō uidentur. Illud itaque dicit, Cum factum fuerit ꝙ eum post mortem uisuri erant uiuentem, & ad patrem ascendētem, quo uiso fuerant credituri quod ipse esset christus filius Dei, quod hoc potuit facere & prædicere antequam faceret. Credituri autem hoc non fide noua, sed aucta, aut certe cum mortuus esset defecta, cum resurrexisset refecta. Hylar. 9. de Trinitate. Glo-

Christus homo minor patre.

Fidei vere Laus.

Glorię autem resumendę meritum continuo subiecit dicens, Iam nō multa loquar uobiscum Beda. Ideo dicebat, quoniam iam instabat tempus ut comprehēderetur, & ad mortem traderetur. Venit.n.princeps mundi huius. Aug. Quis nisi diabolus? non autem creaturam, sed peccatorum princeps est diabolus. Vnde apostolus cum dixisset aduersus rectores mundi: sequenti uerbo exposuit quid dixisset mūdi, cum subiungit tenebrarum harum, id est hominum impiorum. Et in me non habet quicquam. Quia neq; cum peccato. Deus uenerat. nec eius carnem de peccati propagine virgo peperrerat. Et tanquam ei diceretur, Cur ergo morieris, si nō habes peccatum, cui debetur mortis supplicium? continuo subiungit, Sed ut cog. mūdus quia dili. pa. & sicut facio. Surgite eamus hinc. discumbens enim discumbentibus loquebatur. Eamus autem dixit ad illum locum unde fuerat tradendus ad mortem. qui nullum habebat meritum mortis, sed habeat ut moreretur mandatum patris. Aug. cōtra Arria. Quod autem uoluntati & præcepto patris obediens est filius, nec in hominibus demonstrat diuersam imparemque naturam patris præcipientis, & filij obedientis. hoc accedit ꝙ Christus non tantum Deus est, qua natura æqualis est patri. sed etiam homo, qua natura minor est patre. Chry. Vel hoc quod dicit. Surgite eamus hinc principium est alterius sententiæ. consequens enim erat eos formidare, & a tempore & a loco in ulla manifeste existentes, etenim nox profunda erat: & erat consequens eos non attendere his quæ dicebātur, sed semper circūuoluere oculos & imaginari eos, qui aggressuri eos erant, & maxime audientes. Adhuc modicum uobiscum sum. Et uenit princeps mundi huius. Quia igitur hæc & huiusmodi audientes turbabantur, ut mox capiendi: ducit eos in locum alium, ut æstimantes in cautela esse cum ocio de de reliquo audiant, magna enim dogmata erant audituri.

Diabolus quomodo princeps di citur.

CAPVT XV.

EGO sum uitis uera, & pater meus agricola est. Omnē palmitem in me nō ferentem fructum tollet eum, et omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat. Iam uos mundi estis propter sermonem locutus sum uobis.

Hila.9. de Tri. Ad consummānoū corporeæ passiones sacramentū ꝑ dilectionē efficiendi mādati paterni festinat exurgēs: corporeæ tamē assumptionis statim mysterium pandens, per quam ei tanquā in uite modo palmitis inessemus adiecit, Ego sum uitis uera. Aug. Quod secūdum hoc dicit, & est caput ecclesiæ, nosque membra eius; homo Christus Iesus. Vnius quippe naturæ sunt uitis, & palmites. sed cum dicit ego sum uitis uera, nūquid ut adderet, uera, ad eam uitem retulit, unde ista similitudo trāslata est? Sic autem dicitur uitis per similitudinē, non per proprietatem: sicut agnus ouis & huiusmodi. ut magis ipsa sint uera ex quibus dicuntur istæ similitudines. Sed dicendo: Ego sum uitis uera; ab illa se discernit cui dicitur, Quomodo cōuersa est in amaritudinē uitis aliena? Nā quo pacto est uitis uera, quæ expectata est ut faceret unā, fecit aūt spinas? Hyl.9. de Tri. Sed a corpore huius humilitatis assumptionem formā paternæ maiestatis alienans agricolam patrem curiosum huius uitis ostendit dicens, Et pater meus agricola est Augu. colimus.n. Deū, & colit nos Deus. Sed sic Deum colimus ut non meliorē eum faciamus. colimus.n. eum adorando, non arādo. Quod aūt ille nos colit, meliores non reddit. Cultura ipsius est in nos, ꝙ non cessat uerbo suo extirpare mala semina de cordibus nostris, aperire cor nostrum taquā aratro sermonis, plātare semina præceptorum expectare fructū pietatis. Chry. Et quia Christus sibi sufficit, discipuli uero multo indigent agricole auxilio, propterea de uite nihil dicit, sed de palmitibus. cum subdit, Omnē pal. in me non feren. fru. tollet eum fructum autem hic unam occulte insinauit: ostendens ꝙ sine operibus non potest aliquis esse in eo. Hylar.9. de Trini. Inutiles autē & in ueraces palmites de se

Christus caput ecclesiæ.

eans deputabit arsuros Chry. Et quia etiã qui ualde uirtuosi sunt indigēt agricolæ opere adiungit: Et oēm qui fert fructū purgabit eum ut fructum plus afferat. Hoc dixit pp tribulationes eorum quę tunc induc bantur, ostendens q tentationes fortiores eos faciebant sicut & purgare, hoc est circuncidere palmitē cū magis germinare fecit. Aug. Quis aūt est in hac uita sic mundus, ut non sit magis magisq; mundādus? Vbi si dixerimus quia peccatū nō habemus, nosmetipsos seducimus. Mūdat itaque mundos.i.fructuosos; ut tanto sint fructuosiores quāto sunt mūdiores. Secundū hoc ergo uitis est Christus: quod ait, Pater maior me est: secūdum illud aūt, quod ait, Ego & pater unum sumus, & ipse agricola est. Nec talis quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministeriū: sed talis ut det ēt intrinsecus incrementum vñ continuo ēt seipsum mudatorem palmitum ostendit, dicens: Iā uos mundi estis pp sermonem quem locutus sum uobis: Ecce ipse mundator est palmitum, quod est agricolę non uitis officium. Sed quare nō ait, Mūdi estis propter baptismum quo abluti estis, nisi quia & in aqua uerbum mundat? Detrahe uerbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit uerbum ad elemētum & fit sacramentum, uñ ista tanta uirtus aquæ ut corpus tāgat & cor abluat: nisi faciēte uerbo, nō qa dicitur, sed quia creditur? Nā in ipso uerbo aliud est sonus transiēs, aliud uirtus immanens. Hoc uerbum fidei tm̃ ualet in ecclesia Dei, ut per ipsum credentem, offerētem, benedicentem tingētem mundet infantem, quamuis credere non ualentem. Chry. Vel dicit, Mundi estis, propter sermonem quem locutus sum uobis, id est. interius lumen doctrinæ iam suscepistis: & a Iudaico errore eruti estis.

Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes nō potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis & uos palmites: Qui manet in me, & ego in eo hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me nō manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligēt eū, & in ignē mittēt & ardet. Si manseritis in me, et uerba mea in uobis māserint, quodcunq; uolueritis petetis & fiet uobis.

Chrys. Quia iam mundos eos dixerat propter sermonē quem locutus fuerat eis, docet q oportet de reliquo incipere ea q ab eis sunt, & ideo dicit. Manete in me &c. Aug. Non eo modo illi in ipso sicut ille in illis: utrunque.n. prodest, non ipsi sed illis. Ita sunt quippe in uite palmites, ut uiti nō cōferrant, sed inde accipiant unde uiuant. In uero uitis est in palmitibus ut uitale alimentum subministret eis, & non sumat ab eis: ac per hoc ut manentem in se haberent Christum, & manerent in Christo, discipulis prodest utrunq; non Christo; unde subdit, Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me &c. Magna gratiæ comēdatio, corda instruit humiliū, ora obstruit superborum. Nonne huic resistunt ueritati, ad bona opera facienda Deum sibi necessarium non putantes, nō assertores, sed præcipitatores liberi arbitrij? Quia enim a semetipso se fructum æstimat ferre, in uite non est. Qui in uite non est, in Christo non est, qui in Christo non est, Christianus non est. Alcui. Omnis enim fructus boni operis ab illa radice procedit, q nos sua gratia liberauit, & suo auxilio prouehit, ut fructū plus afferre ualeamus, unde cum repetitione & superiorum explanatione subdit. Ego sū uitis & uos palmites, Qui manet in me, credēdo, obedīēdo, perseuerādo. Et ego in eo, illuminādo, subueniēdo, perseuerātiā donādo. Hic & nō alius fert fructū multū. Aug. Sed ne q̄squam putaret saltē paruū aliquē fructū posse a semetipso palmitē ferre subdit. Quia sine me ni po.sa. nō ait parū potest facere, quia nisi palmes in uitæ manserit, & uixerit de rādice quantumlibet fructum a semetipso non potest ferre. Quamuis autem Christus uitis non esset, nisi homo esset, tamen istā gratiam palmitibus non præberet, nisi etiam Deus esset. Chrysostomus. Vide ergo filium non minus patre conferentem ad discipulorum prouocationem. Nam pater quidem purgat, ipse uero in se tenet quod facit palmites fructificare. Sed tamen & purgare filij monstratum est esse, & manere in radice est patris qui radicem genuit. Igitur magnum quidem damnum est nihil posse facere, uerum non usque ad hoc sistit, sed ulterius producit

Gratię magna cōmēdatio.

est sermonẽ, dicens. Si quis in me nõ mã serit, mittetur foras sicut palmes.i.agricolæ non potietur manu. Et arescet. Hoc est, sit quid habebat a radice amittet, denudatus eius auxilio & uita. Et colligent eũ. Alcui. Messores angeli & in ignem æternũ s. mittent, & ardet. Augu. Ligna. n. uitis tanto sunt contemptibiliora si in uite non manserint, quãto gloriosiora si manserint, unum ex duobus palmiti cõgruit, aut uitis aut ignis si in uite non est, in igne erit. Chrys. Deinde ostendens quid est manere in eo subdit. Si manseritis in me uer. mea &c. Eam. n. quę per opera ostẽsionem quærit. Aug. Tunc. n. sunt dicenda uerba eius in nouis manere, qñ facimus quæ præcepit & diligemuus quæ promisit. Quãdo ãt uerba eius manent in memoria, nec inueniuntur in uita, nõ computatur palmes in uite, quia uitam non attrahit ex radice. Quid autem uelle possunt manẽdo in Saluatore, nisi ꝙ non alienum est a salute. Aliud quippe uolumus, quia sumus in Christo, & aliud uolumus, quia sumus adhuc in hoc seculo. De mansione autem huius seculi nobis aliquando subrepit, ut hoc petamus quod nobis nõ expedire nescimus. Sed absit, ut faciat nobis si maneamus in Christo qui non facit quando petimus, nisi quod expedit nobis. Ad uerba autẽ eius pertinet oratio, Pater noster, ab huius orationis uerbis & sẽsib⁹ nõ recedamus i petitionib. nostris, & qcqd petimus fiet nobis.

In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimũ afferatis, & effi iamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego patris mei præcepta mea seruaui & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum uobis & gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrum impleatur.

Chry. Ostendit supra dñs qm̃ qui eis insidiabantur ardebunt, nõ manẽtes in Christo, deinde ostendens qm̃ ipsi inexpugnabiles erunt, ita. s. ut multum fructificent ait. In hoc clari. est pa. meus &c. q. d. Si ad gloriam patris pertinet ꝙ uos fruct ficetis, non contemnet gloriam suam, qui autem fructũ facit, ille est discipulus Christi; unde subdit. Et effi. mei disci. Theo. Fructus autem apostolorum sunt gentes quæ per eorum doctrinam astrictæ sunt fidei, nec non ad Dei redactæ sunt gloriam. Augu. Siue. n. clarificatus siue glorificatus dicat, ex uno uerbo græco utrunque translatum est. Doxa ergo græce dicitur, latine gloria est, quod ideo commemorandum putaui, ne hoc nostræ gloriæ tribuamus tanquam ex nobisipsis habeamus, eius est. n. hæc gratia, & ideo in hoc non uostra, sed eius est gloria. A quo. n faciemus fructum nisi ab illo cuius misericordia præuenit nos: unde subditur. Sicut dilexit me pater, & ergo &c. Ecce unde sunt bonis opera bona nã unde nobis esset, nisi quia fideles per dilectionem operãtur; unde autem diligeremus, nisi prius diligeremur? Quod autem ait. Sicut di. me pa. & ego di. uos. Non æqualitatem naturæ ostendit nostræ & suæ, sicut est patris & ipsius, sed gratiam qua mediator est Dei & hominũ homo Christus Iesus. Mediator quippe mostratur; cũ dicit. Pater di. me, & ego di. uos Nam pater utique diligit & nos, sed in ipso Chry. Si igitur pater amat nos, confid ite, si patris est gloria, fructificare. Deinde ut non pigros eos facit, subdit; Manete in dilect. mea. Qualiter autem hoc erit ostendit subdens, Si præcepta mea seruaui &c. August. Quis ambigat ꝙ dilectio præcedat obseruantiam præceptorum: unde. n. præcepta seruet non habet qui non diligit, ꝙ ergo hinc, ait, ostendit non unde dilectio generetur, sed unde mostretur, ut nemo se fallat dicendo ꝙ eum diligat si eius præcepta non seruat, quanuis ꝙ dicit manere in dile. mea nõ apparet quã dixerit dilectionẽ, utrum qua eum diligimus, an qua ipse nos diligit, sed ex uerbo superiore dinoscitur. Dixerat qppe. Ego dilexi uos, & cõtinuo subiecit. Mane. in di. mea. Illa ergo qua dilexit. eos. Quid est ergo Manete in dile. mea nisi manere in gratia mea? Et qd est. Si ꝑcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea? nisi ex hoc scietis ꝙ i dilectione mea qua uos diligo manetis, si mea ꝑcepta seruatis? Nõ ergo ut nos diligat pri⁹ ꝑcepta ei⁹ seruamus, sed nisi nos diligat ꝑcepta eius seruare non possumus, hæc est gratia q̃ humilibus patet, superbos latet. Sed quid illud est quod adiungit. Sicut & ego ꝑcepta pa. mei seruaui, & ma. in eius dile.

utique

Gloria & gratia a Deo.

Gratia patet hominibus.

vtriq; eam hoc dilectionem patris intelligi voluit, qua cũ diligit pater. Sed nũquid & hæc gratia intelligenda est, qua pater diligit filium, sicut gratia est qua nos diligit filius, cum simus nos filij gratia non natura, vnigenitus aũt natura, non gratia. An hoc & in ipso filio ad hominem referendũ est? Ita sane; nam dicendo. Sicut dilexit me pa. & ego dil. uos gratiam mediatoris ostẽdit mediator autem Dei & hominum non inquantũ Deus, sed inquantũ homo est Christus. Igitur hoc recte possumus dicere, q cum ad naturam Dei non pertineat humana natura, ad personã tñ filij Dei per gratiam pertinet, qua nulla est maior, nulla prorsus æqualis. Neq; .n. illã susceptionem ulla homines merita prçcesserunt, sed ab illa susceptione merita eius cũcta cçperũt. Alcui. Quæ antem præcepta dixerit, exponit Apostolus, di. Christus factus est obediens patri usq; ad mortem, mortẽ autẽ crucis. Chry. Deinde quia futura passio, & tristitia uerba interruptura erant eorum lætitiam subiungit. Hæc locutus sum uobis, ut gaudiũ &c. quasi dicat. Et si incidat tristitia, hanc auferam, ut ad finẽ ueniat gaudium. Aug. Quod est autem gaudiũ christi in nobis, nisi q dignatur gaudere de nobis? Et quod est gaudium nostrum quod dicit implẽdum, nisi eius habere consortiũ? Gaudium autem iam ipse perfectum de nobis habebat, quando nos præsciendo, & prçdestinando gaudebat, sed illud gaudiũ in nobis non erat, quia nec nos in quibus esse posset erramus, cæpit autem esse in nobis quando uocauit nos. Et hoc gaudium nostrum merito dicimus, quo nos beati futuri sumus, quod inchoatur in fide renascẽtiũ, implebitur autẽ in præmio resurgẽtiũ.

Hoc est meũ præceptum ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Maiorem hæc dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio uobis, Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius, Vos autem dixi amicos quia omnia quæcunque audiui a patre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui uos ut eatis, & fructum afferatis & fructus uester maneat, ut quodcunque petieritis patrẽ in nomine meo det uobis.

Theo. Quia prædixerat, q si mandata mea custodieritis tũc in me permanebitis, hic ostendit quæ mãdata obseruare oporteat, dicens, Hoc est pceptum meum &c. Greg. in ho. cum autẽ cuncta sacra eloquia dicis sint plena præceptis, quid est qđ de dilectione quasi de speciali mãdato hic dicit, nisi quia oẽ mãdatum de sola dilectione est, & oĩa præcepta unum sunt. quia qcquid præcipitur ĩ sola charitate solidatur; ut.n. multi arboris rami ex una radice prodeunt. sic multæ uirtutes ex una charitate generantur. Nec habet aliquid uiriditatis ramus boni operis si non manet in radice charitatis. Aug. Vbi ergo charitas est, qd est quod possit deesse? Vbi ãt non est, quid est quod possit prodesse? Discernitur autẽ ista dilectio ab ea qua se inuicem diligunt homines sicut homines. uñ adiunctum est. Sicut dilexi uos. Vt quid enim nos dilexit Christus nisi ut possumus regnare cũ Christo. Ad hoc ergo & uos inuicẽ diligamus, ut dilectionem nostram discernamus a cæteris, qui non ad hoc se inuicem diligunt ut Deus diligatur quia nec uere diligunt, Qui autem se propter habendum Deum diligunt, ipsi se diligunt. Greg. Vna autem & summa est probatio charitatis, si & ipse diligatur, qui aduersatur: nam & ipsa ueritas & crucis patibulum sustinet, & tamen ipsi suis persecutoribus affectum dilectionis impẽdit, dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid fa. cuius dilectionis summam exprimit cum subiungit. Maio. hac di. ne. ha. quam ut ani. suã po. quis pro amicis suis. Mori pro inimicis dñs uenerat, & tamen positurum se aĩam pro amicis dicebat, ut nobis ostenderet, quia cum diligendo lucrum facere de inimicis possumus, etiã ipsi inimici sũt q psequũtur. Aug. Quia ergo superius dixerat. Hoc est pceptũ meũ, ut diligatis inuicẽ sicut dilexi uos, fit ex hoc cõsequens qđ idẽ Ioãnes in epi. sua dicit, ut quemadmodum Christus p nobis animam suam posuit, sic & nos debemus animas pro fratibus ponere. Hoc martyres ardẽti dilectione fecerunt. Ideo ad mensã Christi nõ sic nos cõmemoramus quemadmodũ alios, ut etiam pro eis oremus, sed magis ut eorum uestigijs hæreamus. Talia enim suis fratribus exhibuerunt, qualia de domini mensa pariter acceperunt. Greg.

Charitas arboricõ paraĩ.

Seruꝰ quis bonus & ti. mor di. pia.

Memoriamartyrum per celebris.

Grego. Qui uero tranquillitatis tempore nō dat pro Deo tunicam suam, qualiter in persecutione daturus est animam suā? Virtus ergo charitatis ut inuicta sit in perturbatione nutriat per misericordiā in tranquillitate. Aug. 8. de Tri. Ex una autem eademq; charitate Deum proximumq; diligimus, sed Deū pp Deum, nos āt & proximum pp Deum. Cum ergo duo sint præcepta charitatis in quibus tota lex pēdet, & prophetæ, dilectio Dei, & proximi. nō immerito plerunq; scriptura pro utroque vnum ponit, quia diligit Deum, consequens est, ut faciat quæ præcepit Deus, sequens ergo est: vt proximū diligat, quia & hoc præcepit Deus, vñ & hic sequitur. Vos inimici mei estis &c. Greg. 27. mora. Amicus quippe quasi animæ custos dr; unde non immerito qui ueritatem Dei custodire in præceptis illis dr, eius amicus uocatur. Aug Magna dignatio cum seruus bonus esse non possit, si precepta domini sui non fecerit, hinc amicos suos uoluit intelligi: unde boni serui possunt probari.

Seru' quis bonus & timor duplex.

Potest igitur esse, & seruus, & amicus qui seruus est bonus. Qūo autem intellecturi sumus, & seruum, & amicum esse, seruum bonū declarat: cū subdit. Iā nō dicā uos seruos &c. Itaq; tunc serui nō erimus qn boni serui fuerimus. Nunqd seruo bono, & pbato dominus eius nō etiā sua secreta cōmitit? Sed sicut sunt duo timores, sic sūt duæ seruitutes. Est timor quem perfecta charitas mittit foras, in quo etiā est seruitus simul foras cum ipso timore mittēda. Et est alius timor castus permanens in sæculum sæculi. Ad primā ergo seru tutē seruo pertinentes intuebaē dominus, dicēs, Iā nō dicā uos seruos &c. Nō ille utiq; seruus ad timorē ptinēs castū cui dicitur: Euge serue bone; intra in gau. dñi tui, sed ille seruus pertinēs ad timorē foras a charitate mittēdū, de quo alibi dr. Seruus nō manet in domo in æternum filius autem manet in æternum. Quoniam itaq; dedit nobis potestatem filios Dei fieri, ut miro modo serui non serui esse possimus, hoc dñm facere scimus, hoc seruus ille nescit q nescit qd faciat dñs eius, & cum aliqd boni facit, sic extollittur quasi hoc ipse faciat, & non dominus eius, & in se, & nō in domino gloriatur. Sequitur. Vos autem dixi amicos &c. Theo. q. d. Seruus non nouit cōsilia sui domini, uos āt cū amicos reputē. secreta mea uobis cōmunicaui, Quo aūt pacto intellecturi sumus, omnia. n. nota fecisse discipulis quæcūq; audiuit a patre, cū ,ppterea multa nō dicat eis, qa scit eos modo portare nō posse. Sed omnia se nota fecisse discipulis dicit, quæ se nouit nota esse facturū, nā in illa plenitudine de qua dicit Apostolus. Tūc cognoscā sicuti, & cognitus sū: sicut. n. immortalilatē carnis, & salutē animarū futurarū expectam', ita omnē notitiā q̄cunq; vnigenitus audiuit a patre futuram expectare debemus. Greg. Vel omnia quæ audiuit a patre quæ nota fieri uoluit seruis suis, sunt gaudia internæ charitatis. & festa supernæ patriæ quæ nostris quotidie mentibus per aspirationem sui amoris imprimit, dum. n. auditi superna cœlestia amamus, amata iā nouamus: quia amor ipsa notitia est. Omnia ergo nota eis fecerat: quia a terrenis desiderijs immutati, amoris summi fascimus ardebant. Chry. Vel omnia dicit quæcunque eos audire oportebat. Per hoc autem q dicit se audisse, ostendit q nihil alienū loquitur, sed qua patris Greg. Sed quisqs ad hanc peruenit dignitatem, ut amicus Dei uocetur, dona quæ percipit super se, non suis meritis tribuat, unde subditur. Non uos me ele. sed ego uos. Augu. Hæc est ineffabilis gratia: quid. n. eramus quan do Christū nōdū elegeramus. n. nisi iniqui & perdit. Neque. n. credideramus in eum ut eligeret uos: nā si credentes eligit, eligētes elegit, hic certe uana illorū ratio qui ideo nos dicunt electos ante mundi cōstitutionem quia præsciuit nos Deus futuros bonos nō seipsum nos facturū bonos, quoniā si propterea nos elegisset, quia bonos futuros esse præscierat, simul etiā præscisset q eum nos fuissemus prius electuri non. n. aliter possumus esse boni nisi forte dicendus est bonus qui nō elegit bonum. Quid ergo elegit in nobis? Non est ut dicas: Ideo electus sum: quia iam credebam. Si. n. credebas in eum iam elegeras eum. Nec est ut dicas. Antequam crederem iā bona operabar: ideo electus sum. Qui. n. est bona operis ante fidem? Quid ergo di

Amor patriæ cœlestis.

electio Dei ostenditur.

cturi sumus,nisi quia mali eramus, & electi sumus,ut boni per gratiam nos eligentis essemus. Aug.de præde.sancto. Electi sunt itaq; ante mundi constitutionem prædestinatione,in qua Deus sua futura facta præsciuit:electi autem de mundo ea uocatione qua Deus id quod prædestinauit impleuit,quos.n.prædestinauit.hos & uocauit. Aug.sub.Ioan. Et uidet quem admodū nos eligat bonos,se quos elegit faciat bonos.nam sequitur,Et posuit uos ut eatis,& fructum afferratis, Iste est fructus de quo iam dixerat.Sine me nihil potestis facere ipse est uia in qua nos posuit ut eamus. Greg. in ho. Posuit ergo uos.s.ad gratiam plantaui. Vt eatis,quia uelle iam mente ire est,Et fructū afferratis operando. Qualem uero fructum afferre debeant Et fructus vester maneat,omne.n quod secundū præsens sæculum laboramus:uix usque ad mortem suffic.mors nanque interueniēs fructum nostri laboris abscindit. quod uero pro æterna uita agitur,etiam post mortem seruatur,& tunc apparere incipit,cū laborum carnalium fructus cœperit nō uideri. Tales ergo fructus operemur qui maneant,qui cum mors cuncta interimit,ipsi exordium a morte sumunt. Augu. Dilectio ergo est fructus noster, quæ nunc est in desiderio nondum in satiritate: Et ipso desiderio quodcunque petierimus in nomine unigeniti filij dat nobis pater: unde sequitur, Et quodcūque petieritis patrem in nomine meo det uobis,Hoc petimur in nomine Saluatoris, q̄ ptinet ad rationem salutis.

Bona immortalia.

Hæc mando uobis ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit,ut scitote,quia me priorem uobis odio habuit Si de mundo fuissetis,mundus quod suum erat diligeret. Quia uero de mundo non estis,sed ego elegi uos de mundo,propterea odit uos mundus. Mementote sermonis mei quem ego dixi uobis. Nō est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: & uos persequētur. Si sermonē meū seruauerūt,& uestrū seruabunt. Sed hæc omnia facient uobis propter nomē meum,quia nesciunt eum qui misit me.

Aug. Dixerat dominus.Posui uos ut eatis & fructum afferatis. Charitas aūt fructus noster est. de quo itaq; fructu mādās nobis dicit,Hec mando uobis ut diligatis inuicē,Vnde & apostolus,Fructus(inquit) spiritus charitas:ac deinde cætera tanq̄ ex isto capite exorta & religata cōtexuit. Merito itaq; sic dilectionem sæpe cōmendat tanq̄ sola pcipiēda sit,sine qua nō possunt prodesse cętera bona,& quę non pōt haberi sine cæteris bonis,quibus homo efficit bonus.Chry.Vel aliter continua. Dixi qm̄ animam meam pro uobis pono.& qa primum uos elegi. Hęc autem omnia non exprobrans dixi,sed ad dilectionem uos inducens ut diligatis inuicem, deinde quia psecutionē pati,& a multis exprobari difficile erat.ostēdit consequēter q̄ nō dolore,sed letari oportet,unde seqtur.Si mundus uos odit,sci. quia me priuo.odio habuit.q.d.Scio hoc esse durū,sed pp me patiemini. Aug.Cur.n.se mēbra supra uerticē extollunt? recusas esse in corpore:si nō uis mūdi odiū sustinere cū capite. Pro dilectione āt patiēter debemus ēt mūdi odiū sustinere.necesse est.n. ut nos oderit quos cernit nolle.qđ diligit.unde seqtur Si de mūdo fuissetis &c.Chry.Quia.n.pp chrm̄ pati nondū erat eis sufficiēs mitigationis causa illa causa dimissa hāc,adiecit, ostēdēs,q̄ hoc est uirtutis argumētū a mūdo odio haberi uñ dolore oporteret, si a mūdo diligeremini.hoc.n.est malitiæ uestræ ostēsiuū Aug. Vniuersæ autem hoc dicit ecclesiæ.q̄ plurimum mundi nomine appellat:sicut est illud. Deus erat in Xpo mundum reconcilians sibi. Totus ergo mundus ecclesia est, & totus mundus odit ecclesiā.Mundus igit odit mundum,inimicus recōciliatum, inquinatus mundatum. Quæri ergo pōt si etiā mali faciunt persecutionem malis,sicut impij reges,& iudices,cum essent persecutores piorum,vtiq; & homicidas,& adulteros puniebant,quō intelligendum est, quod dn̄s ait.Si de mūdo essetis mūd.qđ suum est diligeret? nisi quia mundus est in eis a quibus talia scelera puniuntur,& mundus est in eis a quibus diliguntur. Mundus ergo odit quod suum est,ex ea parte hominum qua sceleratis nocet,& diligit quod suum est, ex ea parte qua ipsis fauet. Si etiam quæratur, quomodo se diligat mundus qui odit modum redemptionis?Diligit utique falsa dilectione nō uero. quoniam quod ei nocet hoc diligit, odit naturam, diligit uitium, unde,

Mūdus qūo dicitur ecclesia.

vnde & nos prohibemur diligere in illo quod ipse diligit, & iubemur diligere qđ ipse odit in seipso. Vitiū quippe in illo diligere prohibemur: iubemurq; naturam. Vt autem de hoc mundo damnato non essent, electi sunt inde non meritis suis, quorum nulla bona præcesserant opera, nō natura, quæ tota fuerat in ipsa radice uitiata sed gratia. vnde sequitur. Quia vero de mūdo non estis, sed ego elegi uos de mundo: propterea odit vos mundus. Gregorius super Ezechielem in homel. 9. Nam peruersorū derogatio vitæ nostrę approbatio est, qa iā ostenditur nos aliquid iustitiæ habere, si illis displicere incipimus qui non placent Deo. Nemo enim potest in vna eadēq; re omnipotēti domino atque ei⁹ hostib. gratus existere. Nā se Deo amicū denegat, q eius placet inimico, & inimicis veritatis aduersabitur, qui eidē veritati in mēte subiugabitur. August. Exhortans āt dominus suos seruos ad mundi odia pferēda patiēter, nullū eis maius & melius, quā de seipso proponit exemplum. unde sequitur, Mementote sermonis mei quem ego dixi uobis, Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: &c. Glo. Idem obseruauerunt vt calumniarentur; iuxta illud. Obseruabit peccator iustum. Theo. Vel aliter. Si dominum (inquit) persecuti sunt, uos etiam seruos multo magis. Si non persecuti fuissent, sed sermonē custodiuissent. vestrum etiā custodirent. Chry. q.d. Non uos turbari oportet si comunnicabitis meis passionibus, quia uos nō estis potiores. Aug. Hic autem ubi dicitur.

Amic⁹ Dei discernit

Non est seruus maior domino, illorū significat seruum pertinentem ad timorem castum qui permanet in sæculū sęculi. Chrysost. Deinde & aliam mitigationem ponit; quoniam & pater cum eis contumeliā patitur cui iniuriantur. unde sequitur, Sed hæc omnia facient vobis &c. Aug. Quæ omnia nisi quæ dixit odio habebunt & psequentur, sermonemq; contēnent? Quid est autem aliud dicere, Propter nomen meum, quam me in uobis odio habebunt me in uobis persequētur, & sermonem uestrum, quia meus est, ideo non seruabunt? Tanto igitur miseriores qui propter hoc nomen ista faciūt, quāto beatiores qui pp hoc nomen ista patiuntur. Faciunt aūt, & ista mali malis, sed utriq; miseri, & qui faciunt, & qui patiuntur. Quomodo aūt hoc erit verum, Hæc omnia faciēt uo. propter nomen meum, cum illi non propter nomē Christi faciant, hoc est propter iustitiam sed propter iniquitatem suam? Hæc quæstio ita soluitur. Si totum referatur ad iustos tanquam dictum sit. Hæc omnia patiemini ab eis propter nomen meum. Si aūt, Propter nomen meum, sic accipitur, idest quod in uobis oderunt, & propter iustitiā quam in uobis oderunt. Similiter recte dici possunt & boni, cum persecutionem faciunt malis, & propter iustitiam facere q̄ diligendo persequuntur malos, & propter iniquitatem quam oderunt in ipsis malis. Quod autem addidit, Quia nesciunt eum qui misit me, secūdū eā scientiā dictum, est qua dicitur scire te, sensus, est cōsumatus.

Quęstio uerbis orta soluiť.

Si non uenissem, & locutus fuissem eis, peccatū non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & uiderunt, & oderunt & me, & patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis.

Chrysostom. Ponit iterum dominus aliam discipulorum mitigationem, ostendens quoniam iniuste & in ipsum & in discipulos talia operabuntur. unde dicit, Si non uenissem & locutus fuissem eis, peccatum &c. Augustinus. Iudæis locutus est Christus non alijs gentibus. In eis ergo uoluit intelligi mundum, qui odit Christum, & discipulos eius. immo vero non eis solis, sed nos quosque ad eundē mundum pertinere monstrauit. Nunquid ergo sine peccato erant Iudę, quibus christus locutus est, antequam Christus in carne uenisset? Sed magnum quoddam peccatum; non omne peccatum sub generali nomine vult intelligi. Hoc est.n. peccatū, quo tenentur cuncta peccata, quod unusquisque si non habeat; dimittuntur ei cūcta peccata. Hoc autem est, quia non crediderunt in Christum; qui propterea uenit ut credatur in eum. Hoc ergo peccatū si non uenisset, non utique haberent. Aduentus enim eius quantum credentibus salu-

Incredulitatis peccatum maximum.

Quæstio subtilis explicať.

salutaris, tantum non credẽtib. exitialis factus est, sequitur. Nũc aũt excusationẽ nõ habẽt &c. Si aũt hi ad quos nõ uenit Chrs nec locutus est eis, excusationẽ nõ habẽt de peccato suo: cur hic dictũ st ꝓpterea istos nõ habere: q̃a uenit & locutus est eis. Si ãt habent, utrũ ad hoc habent ut a pœnis alienẽtur; aut ut mitius puniantur? Ad hæc inquisita respondeo eos habere excusationem; nõ de omni peccato suo, sed de hoc peccato suo, ꝙ in Christũ nõ crediderunt. Sed nõ in eo sunt numero, ad quos ꝑ discipulos uenit; nõ sunt. n. in pœna leuiori ponendi qui omnino legẽ Chri accipere noluerunt? & eã quãtum ad ipsos attinet omnino nullã esse uoluerunt. Hanc ẽt excusationẽ possunt habere, qui priusquã euangeliũ Christi audirent, uitæ huius fine præuenti sunt, sed nõ ideo possunt effugere damnationẽ. Quicunq; .n. homines nisi in eo Saluatore saluentur, q uenit q̃rere qđ perierat; ad perditionem sine dubio pertinebunt; q̃uis dici possit alios leuiores, alios grauiores pœnas passuros. Ille. n. perire Deo dicitur, q ab illa beatitudine q̃ dat sanctis suis ꝑ supplicium separatur. Tãta est aũt diuersitas suppliciorũ, quanta est diuersitas peccatorũ, q̃ qũo se habeat, altius iudicat sapiẽtia diuina quã cõiectura scrutaĩ, aut effatur humana. Chr. Quia uero hincinde causabãtur, qm̃ propter patrem eum persequebãtur, destruens eorũ excusationem dicit. Qui me audit &c. Alcui. Sicut. n. qui diligit filium diligit & patrem, quia una est dilectio patris & filij sicut una natura, ita. & qui odit filiũ odit patrem. Aug. Sed cum superius dixerit. Nesciunt eũ qui me misit, qũo possunt odisse quem nesciunt? Si. n. Deum non quod est ipse, sed nescio quid aliud eum suspicãtur aut credunt, non utique ipsum oderunt, & de hominibus quidem fieri potest, ut eos sæpe quos nũquam uidimus oderimus vel diligamus, fama de aliquo sermocinante, uel bene, uel male. Sed quomodo de quo natura nobis intimatur dicendus est ignotus? Non enim eius facie corporali nobis intimatur, sed tũc nobis ad cognitionem pater quando eius mores & uita nõ latet alioquin nec seipsum nosse quisquam potest, qui uidere faciem suã non potest. Sed plerunq; in eis nostra credulitas fallitur, quia nonnũquam & historia, & multo magis fama mẽtitur. Pertinet autem ad nos ut quia non possumus hominum indagare conscientiam, de ipsis rebus habeamus ueram certamque sententiam. Quando ergo non erratur in rebus ut recta sit improbatio uitiorum uirtutumque approbatio, si erratur ĩ hominibus, uenialis est humana tentatio. proinde sicut fieri potest ut homo bonꝰ hominẽ bonũ oderit, nesciẽs nõ ipsum. sed quod putat esse ipsum, vel potius diligat, nesciens eũ bonũ diligit, quod est ille; ita fieri potest ut homo iniustus hominẽ oderit iustum, & tamẽ dũ eũ credit iniustum, diligat nõ ita, sed ꝙ putat esse ipsum, quemadmodũ autem homines, sic & Deum. Deinde sic interrogarentur Iudæi utrũ diligerẽt Deũ, se diligere respõderẽt, nõ ex animo mentientes, sed errãdo potiꝰ opinãtes; quomodo enim diligerẽt patrẽ ueritatis qui habent odio ueritatem? Nolunt enim sua facta damnari; & hoc habet veritas. Tantum igitur oderunt ueritatẽ, quãtum oderunt suas pœnas quas talibus irrogat. Nesciunt aũt illam esse ueritatem, quæ tales quales ipsi sunt damnat, ac per hoc quia ueritatem qua iudicante damnãtur, de parte Deo natam nesciũt, etiam ipsum & sciunt & oderunt. Chry. Sic igitur non habẽt (inquit) excusationem, per hoc ꝙ eam quę a sermonibus doctrinã tribuebam, sed & eam quæ ab operibus adieci secundum Moysi legem? qui ab eo ꝙ hoc facit persuaderi uniuersos iussit, cũ ad pietatem ducat, & miracula tribuat, vnde subdit. Si opera non fecissem &c. Aug. Hoc. s. peccatum ꝙ in eum loquentem & operãtẽ nõ crediderunt. Sed quid est quod addidit, q̃ nemo alius fecit? Nulla quippe in operib. Christi uidẽtur esse maiora q̃ suscitatio mortuorum, quod scimus etiam antiquos fecisse prophetas, fecit tamen aliqua Christus quæ nemo alius fecit. Sed respõdetur nobis & alios fecisse, quæ nec ipse nec alius fecit. Sed ꝙ tam multa uitia, & malas ualetudines uexationesque mortalium tanta potestate sanaret, nullus omnino legitur antiquorum. ut enim taceatur quod iubendo sicut occurrebãt, saluos singulos fecit Marcus dicit ꝙ quocunque introibat

Diuersitas pœnarũ infernalium.

Vna subſtātia trinitatis

troibat in uicos, uel i uillas, aut in ciuitates in plateis ponebant infirmos, & deprecabātur: ut uel fimbriam ueſtimenti eius tangerent & quotquot tangebant eum ſalui fiebant. Hæc nemo alius, fecit in eis, Sic.n.intelligendum eſt ꝙ ait, In eis. non inter eos uel coram eis, ſed prorſus in eis, quia ſanauit eos nemo tñ alius fecit quicunq; talia opera in eis fecit., qm̄ quiſquis alius homo aliquid eorum fecit ipſo faciente fecit, hæc āt, ipſe non illis facientibus fecit, ſed hæc & ſi pater Spiritus ſanctus fecit, nemo alius fecit, quia totius trinitatis una ſubſtantia eſt. his ergo beneficijs amorem non odium retribuere debuerunt, & hoc eis exprobrans adiungit, dicens, Nunc āt uide &c. Chry. Hoc āt dicit ne diſcipuli dicant. Cur igitur intra tot nos induxiſti mala? Nonne prælia & odium prouidiſti? ſed & prophetiā inducit; cum ſubdit. Sed ut adimpleatur ſermo &c. Aug. 12. de Trini. Legis noīe aliqñ ſimul oīa ueteris teſtamenti ſanctarū ſcripturarū ſignificant̄ eloquia, & ita dñs hic dicit, In le. eo. ſc. i. cum legatur in pſalmis. Aug. ſu Io. Eorum aūt legem dicit non ab ipſis inuētam, ſed ipſis datam. Gratis autē odit qui nullum ex odio commodum quærit uel incommodū fugit, ſic oderunt Deum impij, ſic diligunt iuſti, ut alia præter illū bona nō expectēt, qm̄ ipſe erit in omnibus omnia. Greg. 25. mo. Aliud eſt autem bona non facere, aliud bonorum odiſſe doctorem, ſicut aliud eſt ex præcipitatione, aliud ex deliberatione peccare. Ex infirmitate.n. plerunque ſolet accidere amare bonū, ſed implere non poſſe. Ex ſtudio autem peccare eſt bonum, nec facere nec amare. Sicut ergo nōnunq̄ grauius eſt peccatū diligere quā ꝑpetrare ita nequius eſt odiſſe iuſtitiā quā nō feciſſe. Sūt ergo nōnulli in eccleſia qui non ſolū bona nō faciūt, ſed ēt ꝑſequūtur & quæ ipſi facere negligunt et in alijs deteſtātur. Horūpeccatū nō ex infirmitate aut ignorātia, ſed ex ſolo ſtudio perpetratur.

Cum autē ueneris paraclytus quē ego mittā uobis a patre, ſpiritum ueritatis qui a patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. Et uos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.

Chry. Poſſent diſcipuli domino dicere. Si uerba a te audierūt quę nullus dixit, ſi opera uiderunt quæ nullus alius fecit, & tñ non profuerunt. Si oderunt & patrem tuum & te cum eo, cuius gratia nos mittis, qualiter digni fide erimus? Ne igitur hæc cogitantes turbentur, conſolationem inducit, dicens, Cum autem uenerit paraclytus &c. Aug. Tanquam diceret. Odio me habuerunt & occiderunt uidentes, ſed tale de me teſtimonium paraclytus ꝑhibebit, ut eos faciat in me credere non uidentes, & quia ille perhibebit, & uos ꝑhibebitis. uñ ſequitur, Et teſtimoniū habebitis. Ille cordibus ueſtris inſpirando, uos ueſtris ſonando. uñ poteritis ꝑdicare, qđ noſtris, quia ab init. me. eſtis, qđ modo non facitis, qa illius ſpiritus plenitudo nōdum adeſt uobis. Dabit.n. uobis fiducia teſtimoniū ꝑhibendi, charitas Dei diffuſa in cordib. ueſtris per Spiritum ſanctū qui dabit̄ uobis. Ille quippe teſtimoniū ꝑhibens, & teſtes fortiſſimos faciens, abſtulit amicis Xp̄i timorē. & inimicorum odium conuertit in amorem. Didy. de ſpi. ſan. Spiritum āt ſanctum uenientem conſulatorē dicit, ab operatione ei nomen imponens, qa nō ſolum eos quos ſe dignos eſſe reperit ab omni ꝑturbatione reddit alienos: uerum incredibile quoddā gaudium eis tribuit. Sēpiterna quippe lætitia in eorum corde uerſat̄, quorū Spūs ſanctus habitator eſt. Ille Spūs cōſolator a filio mittit̄, nō ſecundum angelorum, aut ꝓphetarū aut apoſtolorū miniſteriū, ſed ut mitti decet a ſapientia & uirtute ſpiritū Dei indiuiſā habētē cū eadē ſapiētia & uirtute naturā. Etenim filius miſſus a patre nō ſeparatur atq; diſiūgitur ab eo, manēs in illo, & habēs illū in ſemetipſo, qui Spiritus ſāct⁹ ſupradicto modo miſſus a filio, de p̄re egredit̄ nō aliūde ad alia trāſmigrans. Quomodo.n. pater nō cōſiſtit in loco cū ultra omnem corporum ſit naturā, ita & Spirit⁹ ueritatis nequaquā locorū fine claudit̄, cū ſit incorporalis & excellēs uniuerſā creaturarū eſſētiā. Chry. Propterea uerò nō Spiritum ſanctum, ſed ſpiritum ueritatis eum uocauit, ut oſtēdat ꝙ erit fide dignus, dicit autem ꝙ a patre procedit, oīa certiſſime nouit, quemadmodum ipſe ait de ſeipſo. Quoniam noui unde uenio & quo uado. Didy. Sed cum poſſet dicere a Deo ſiue omnipotente nihil

Spūs ſāctus q̄uo cōſolatio dicitur.

Spirītus ſā. dicitur Spitus ueritatis.

bonum

borum tetigit, sed ait. A patre, nõ q; pater a Deo oĩpotẽte sit alius, sed sm ꝓprietatẽ patris intellectũ patiẽtis, egredi ab eo dr̃ spiritus ueritatis. Mittẽte aũt filio spiritũ ueritatis; simul mittit & pater, cũ eadẽ uoluntate patris & filij spiritus ueniat. Theo. Et alias quidem patrẽ dicit mittere spiritũ, nunc ãt cum se missurum dixit, æquipollentiã denotat. Ne autem censeretur reniti contra patrem uelut ab alia potestate transmittẽs spiritũ, addidit, A patre, quasi acceptãte patre & pariter destinãte. Cũ ãt audis q; procedit, ne intelligas processũ missionem esse illatã extrinsecus, qua mittuntur administratorij spiritus, sed quoddã differẽs exceptę actionis proprium processũ appellat uni principali spiritui attributũ, originalis eum cõsistẽtia spiritus est processus: nõ ergo procedere, ꝓmittere sumẽdũ est, sed ex pr̃e naturalem essentiã obtinere. Aug Hic aliqs forsitã q̃rit, utrũ & a filio procedat spi. san. filius. n. solius patris est filius filij pater. solius filij est pater. Spiritus ãt sanctus non est unius eorum spiritus, sed amborum, qñ quidẽ dicit ipse Xp̃s. spiritus patris uestri q loquit̃ in uobis. Et dicit apost. Misit Deus spiritum filij sui in corda uestra. Nec ob aliud ęstimo ipsum proprie uocari spiritum, cum etiam si de singulis interrogemur non possumus nisi & patrem, & filium spiritum dicere, q; ergo cõiter uocant̃ & singuli, hoc proprie uocari oportuit eum qui nõ est unus eorum, sed in quo cõitas apparet eorum amborũ. Cur ergo non credamus q; etiam de filio procedat spir. san. cum filij quoque ipse sit spiritus? Si. n. ab eo non procederet, nec post resurrectionem discipulis suis insufflasset, di. Accipite spiritum san. De hac quoq; uirtute credendus est dicere euangelista. Virtus de illo exibat & sanabat omnes. Si ergo & de patre, de filio procedit spi. sa. cur filius dixit, de patre procedit, nisi quemadmodum solent ad eum referre, q; & ipsius est de quo ipse est. vn illud est quod ait. Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui me misit. Si igitur hæc intelligit̃ eius doctrina, quam t̃n dixit non suã sed patris, quanto magis & intelligendus est & de ipso procedere spi. san. ubi sic ait. De patre procedit, ut non diceret. De me non procedit. A quo autem hẽt filius ut sit Deus, ab illo habet utiq; ut procedat ab eo. spi. san. Hinc utcunq; etiam illud intelligitur, cur non dicatur natus esse, sed potius ꝓcedere spi. san. qm̃ si & ipse filius diceretur, amborum utiq; filius diceretur, qđ absurdissimum est, fili s quippe nullus est duorum nisi patris & matris. Absit aũt ut inter Deum patrem & Deum filium, tale aliquid suspicemur, quia nec filius hominum simul ex patre & ex matre ꝓcedit, sed cum in matrẽ ꝓcedit ex patre, nõ tũc ꝓcedit & ex matre. Spiritus ãt sanctus nõ de patre ꝓcedit in filium, & de filio procedit ad sanctificãdam creaturam, sed simul de utroq; procedit. Neq; . n. possumus dicere q; nõ sit uita spiritus sanctus, cũ uita pater, uita sit filius, ac p̃ hoc sicut pater cum habeat uita in semetipso, dedit & filio uitam habere in semet ipso, sic, ei dedit uitã ꝓcedere de illo sicut ꝓcedit & de seipso.

Spiritus sã. a patre & filio

Spiritus sã. quo ꝓcedere dicit.

CAPVT XVI.

HAEC locutus sum uobis, ut nõ scandalizemini. Absque synagogis facient nos Sed uenit hora, ut omnis q interficit uos, arbiretur obsequium se pręstare Deo. Et hæc facient uobis, quiã nõ nouerũt patrẽ, neq; me. Sed hęc locutus sũ uobis, ut cõueneris hora eorum reminiscamini, qa ego uobis. Hæc autem uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram.

Augu. Merito promissio spiritu sancto quo in eis operante fierent testes eius, subiunxit. Hæc lo. sum uo. &c. Cũ. n. charitas Dei diffundit in cordibus nostris per Spiritum san. q datus est nobis, fit pax multa diligentibus legem Dei: ut nõ sit illis scandalum. Deinde q̃ passuri essent exprimens ait. Absq; syna. fa. uos. Chry. Iam. n. composuerant, ut si quis confessus fuerit Christũ, extra synagogam fieret. Augu. Quid autem mali erat apostolis expelli de Iudaicis synagogis quasi non fuerit inde exituri, etiam si eos nullus expelleret, Sed hoc uoluit denunciare, quia Iudæi Christum non fuerant recepturi a quo illi non fuerant recessuri. Nã quia nõ erat ullus alius populus Dei; quam illud semen Abrahæ

si cognoscerent Christũ, nõ . liç fierent ecclesiæ Christi aliæ synagogæ Iudęorũ. Qđ quia noluerũt, quid restabat nisi ut remanẽtes extra Christũ, extra synagogã facerent eos, qui nõ reliquerũt Christũ? Deinde cũ hoc eis dixisset adiecit. Sed uenit hora, &c. Quæ verba ita subiecit tanquam ex hoc cõsolaretˉ eos, qui de synagogis Iudaicis pellerentˉ, an forte de synagogis illa separatio sic eos fuerat turbatura, ut mori uellent potius q̃ in hac uita sine Iudęorũ cõgregationibus morari, ut sic turbarentˉ, qui Dei non hominũ gloriã requirebant? Iste itaq; sensus est in his uerbis, Extra synagogã facient uos: sed nolite solitudinẽ formidare. Separati quippe a congregationibus eorũ, tã multos i noie meo cõgregabitis, ut illi metuentes ne tẽplũ quod erat apud eos: & oia legis ueteris sacra deserantur: sic interficient uos ut Deo arbitrẽtur se pstare obsequiũ zelũ Dei habentes, sed non fm scientiã. Hoc. n. de Iudæis dictũ habemus accipere, de quibus dixerat. Extra synagogã facient uos. Nã testes, i. martyres Christi, ét si occisi sunt a Gentilibus: nõ tñ illi arbitrati sunt Deo, sed dijs suis falsis obsequiũ se præstare, Iudęorũ aũt omnis q occidit prædicatores Christi: Deo se putauit præstare obsequium credens q deserent Deũ Israel quicũq; cõuerterentur ad Christum. Hinc ergo accẽsi & zelum Dei habentes: sed non fm scientiã obsequium se Deo præstare credentes occidebãt eos. Chry. Deinde consolationẽ inducit, di. Et hæc oia, &c. q. d. Sufficit uobis in consolationẽ pp me & patrẽ hæc pati. Aug. Ne aũt ignaros atq; imperitos aĩos mala improuisa, quamuis cito transitura turbarent, hãc fuisse causam ut hæc eis prænũciaret, ostẽdit subdens, Hæc lo. sum vo. &c. Hora eorũ, hora tenebrosa, hora nocturna, sed nox Iudęorũ separatum a se diem Christianorum nulla cõfusione fuscauit. Chry. Sed & propter aliã causam hoc prædixit, ut nõ dicerent qm non præuidit futura, & hoc significat cũ dicit, Remin. quia ego di. uo. & ut non possent dicere qm blãdiens nobis ea q̃ ad gratiam dicebat solum, cuius autẽ gratia hoc a principio non dixit, ostendit dicens, Hæc autem ab ini. uo. non di. quia uobiscũ, quia, s. in custodia mea eratis, & licitum erat interrogare, qñ uolebatis, & super me totũ prælium uertebatur. Vnde superfluum erat hoc a principio uobis dicere, non quia hæc tũc nõ nouerã propterea non dixi. Aug. Sed alij tres euangelistæ cũ prædixisset ista demonstrant antequam vẽtum esset ad cęnam: qua peracta secũdum Io ista locutus est. An forte hinc illa soluitur quæstio, quia & illi eum narrant proximũ fuisse passioni cum hoc diceret? non ergo ab initio qñ cũ illis erat. Sed Matthęus non solum imminẽte passione, uerum etiã ab initio hæc denũciata ille cõmemorat. Quid sibi ergo vult, quod hic dicit, hæc autẽ, &c. nisi quia ea quę hic dicit de Spiritu sancto, q sic uenturus ad eos, & testimoniũ perhibiturus? quãdo mala passuri sunt, hęc eis ab initio non dixit, qm cum ipsis erat, & eius præsentia consolabantur. Abscessurus autẽ oportebat ut diceret illũ esse uenturum per quẽ charitate diffusa in cordibus suis uerbum Dei cũ fiducia prædicarent. Chry. Vel prædixit quidem quoniam flagella patientur. Non autem q mors eorum reputaretur ut Dei cultura, quod maxime poterat eos attonitos facere. Vel quia illic ea quæ a gentibus debebant pati dixit: hic autem & Iudaica adiecit.

Et nunc vado ad eum qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me, quo vadis. Sed quia hęc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatẽ dico vobis, expedit vobis vt ego vadã. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero mittam eum ad vos. Et cum venerit ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia vero quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

Chrysostomus. Quia discipulos nondum perfectos tristitia impugnabat, eos dominus increpando dirigit dicẽs, & nũc uado ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me quo uadis. Audientes enim quoniã qui interficiet uos, opinabitur se obsequium præstare Deo: ita ceciderunt ut nihil ei loquerentur. Et ideo subditur, Sed quia hæc lo. sum uo. &c. Non parua aũt hæc est mitigatio scire eos: quoniã sciuerat dominus tristitiæ eorum superabundantiã, & propter desertionem eius,

Abrahæ semẽ electum.

Cõsensus euãgelic.

Passio nesmũdi trãsitoriæ.

Mœroris apostolici contia.

mundus arguitur, qm̄ in me quem non vi debitis credetis. Et qm̄ me uidebitis, qm̄ tunc sicut ergo uidebitis me, nō quod sū uobiscū modo i. nō uidebitis mortalē sed sempiternū. Dicēdo.n. Iā nō uidebitis me: uelut nūquā eos de cætero uisuros Chrm̄ prænunciauit. Aug. de uer. do. Vel alit. Illi nō crediderūt; ipse ad patrē uadit, illorum ergo peccatū ipsius autē iustitia. Quod.n ad nos uenit; mia est, iustitia uero ꝙ ad. patrē uadit, secūdū illud apostoli. Propter qđ & Deus exaltauit illū. Sed si solus uadit ad patrē quod nobis prodest? An ideo solus, quia Chrs unus est cū oibus mēbris suis, tanq̄ caput cū corpore suo. Arguitur ergo mūdus de peccato in eis qui nō credunt in Chrm. Et de iustitia in eis qui resurgunt in membris Chri, Sequit̄ De iud. au. qa prin. mun. hu. iā iud. i. diabolus princeps iniquorū, qui corde nō habitant, nisi in hoc mundo quem diligūt. Hoc aūt ipso quo foris missus est iudicat⁹ est, & de hoc iudicio mūdus arguitur, qa frustra de diabolo quærit̄, qui non vult credere in Christū quē iudicatū. i. foras missum, & propter nostrā exercitationē forin secus expugnare permissum nō solū uiri, sed ēt mulieres & pueri & puellæ martyres uicerunt. Aug. su. Ioā. Vel iudicatus est. qm̄ iudicio ignis æterni irreuocabiliter destinatus est. Et de hoc iudicio mundus arguitur: qm̄ cum suo principe iudicatur quem superbum atque impium imitatur. Credant itaq; homines in christum, ne arguantur de peccato infidelitatis suæ quo peccata omnia detinentur. Transeāt in numero fidelium, ne arguantur de iustitia eorū ꝙ iustificatos non imitantur. Caueant futurum iudicium, ne cum mundi principe iudicentur, quem iudicatum imitantur. Chry. Vel alit. Arguet mundum de peccato. i. omnē eorum excusationem abscidet, & ostēdet eos peccasse nō credētes in me: dum uidebūt spūs sancti donationē ineffabilē inuocato me fieri. Aug. de q. no. & ue. te. Hoc ēt modo spiritus sanctus de peccato arguit mundū, qa in noie Saluatoris q reprobatus est a mundo uirtutes operatus est. Saluator āt reseruata iustitia, nō trepidauit reuerti ad eum qui se miserat, per id qđ regressus est probauit se inde uenisse; unde sequitur, Et de

Diabolus forasmissus.

iustitia, quia ad pa. uado. Chry. Idest ire ad patrem erit argumentum quod irreprehensibilem agebam uitam, ut non possint adhuc dicere: quoniā hic homo peccator est, & non est ex Deo. Rursus quoniam expugnauit aduersarium: nequaquam autē peccator existens expugnasset. Nō possunt dicere quod dæmoniū habeo, & quod seductor sum. Qm̄ aūt condemnatus est ꝑ me: scient ꝙ cōculcabunt eū postea, & qđ resurrectionē meā manifeste scient, nō re .n. ualuit detinere. Aug. de q. ue. & no. testa. Videntes etiā dæmones anima de inferis ire ad cælos, cognouerunt iudicatum esse principē huius mundi, ut rectus factus in Saluatoris quæ tenebat amitteret. Hæc quidem ascendente Saluatore uisa sunt, sed superueniente in discipulis spiritusancto palam aperte que manifesta sunt.

Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autē uenerit ille spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem. Non n. loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, et quæ futura sunt annunciabit uobis. Ille me clarificabit; quia de meo accipiet et annūciabit uobis. Omnia quæcunque habet pater, mea sunt; propterea dixi quia de meo accipiet & annunciabit uobis.

Theoph. Quia supra dixerat dominus, Expedit vobis, vt ego vadā: iā hoc amplificat dicens, Adhuc multa habeo &c. Aug. Oēs hæretici audacias figmētorū suorum, quas maxime exhorret sensus humanus: hac occasione euāgelicæ sentētiæ colorare conantur, quasi hæc ipsa sint quæ tunc discipuli portare nō poterāt, & ea docuerit Spiritus sanctus, q̄ palā docere atque ꝓdicare spiritus erubescit immūdus, sed alia sunt mala q̄ portare nō potest qualiscūque pudor humanus. Et talia sunt bona quæ portare nō potest paruus sensus humanus Ista sunt in corporib. impudicis, illa remota sunt a corporib. vniuersis. Quis āt nostrū audeat eorū se dicere iā capacē, quę illi capere nō ualebāt? ac per hoc nec a me exdetenda sunt vt dicantur, Sed dicet aliquis, sic multi possunt quod tunc non poterat Petrus, sicut multi possunt martyrio coronari, quod tunc non poterat Petrus præsertim iam misso Spiritu sancto, qui tunc nondum erat missus. Sed nunquid ideo scimus q̄ sunt, quæ dicere voluit, ab

Color hæreticorum

surdissime.n. nihil uidetur dici tunc nō potuisse portare discipulos, quæ de altissimis rebus inuenimus in apostolicis literis, quę postmodū scripta sūt: nec ea dn̄m dixisse narratur, peruersarū quidē sectarū hoīes ferre nō possunt, quod in scripturis sāctis de fide catholica reperit, sicut nos ferre nō possumus sacrilegas eorū uanitates. Quid. n. est non posset, nisi ęquo aīo non habere? Quis autem fidelis uel ē: cathecuminis antequā Spiritū sanctū baptizatus accipiat nō æquo animo legit atq; audit, ēt si nō intelligit ea quæ post ascēsionē domini scripta sunt? Dicet aūt aliquis. Nihil ne spirituales uiri habēt in doctrina quod carnalibus taceant, & spiritualibus eloquātur. Nulla quidē necessitas ē, ut aliqua secreta doctrinæ taceāt fidelibus paruulis, seorsum dicenda maioribus, sed spūales spiritualia carnalib. non oīno taceant pp catholicam fidē, quæ omnibus prædicanda est, nec tn̄ sic ædisserant ut uolentes ea percipere ad intelligentiā, nō capacibus facilius fastidire faciāt in ueritate sermonē: quā in sermone percipi ueritatē. Nō ergo in his dn̄i uerbis nescio que secreta suscipimus, quæ cum dici a docente possint, portari a discente non possint. Sed ea ipsa quæ in doctrina religionis in quorūlibet hominum notitia dicimus si uellet nobis Christus dicere: sicut ea dicit angelis suis, qui nā homines portare possent, ēt si essent spirituales, quales adhuc apostoli non erant? Nam utiq; quicquid de creatura sciri pōt, minus est ipso creatore & quis eum tacet? quis aūt uiuens in hoc corpore posset omnē cognoscere ueritatem cum dicat apostolus, Ex parte scimus. Sed quia per Spiritum sāctum fit, ut ad ipsam quoq; plenitudinem ueniamus, de qua idē dicit apostolus Tunc aūt facie ad faciē, Non qđ est in hac tm̄ uita dn̄s nobis promisit dicēs. Cum autē ue. ille spi. uerita. doce. uos omnem ueri. uel deducet uos in omnem ueritatem, quo uerbo intelligimus eius nobis plenitudinem in uita alia reseruari. Ipse autem Spiritus sanctus & nunc docet fideles, quanta quisq; potest capere spiritualia & in eorum cordibus desiderium maius accēdit. Didy. Vel hoc dicit ꝙ auditores uerborum eius nōdum fuerant omnia cōsecuti quæ postea pro nomine eius sufferre poterāt, sed aliqua tradens eis illa, q̄ maiora erāt in posterū distulit, q̄ tunc nō poterant nisi primitus in capite nostro magisterium forma crucis præiret. Adhuc ēē typo legis & umbræ imaginibus seruientes nō poterāt ueritatē, cuius umbrā lex portabat. inspicere. Cū āt uenerit spiritus ueritatis diriget uos in oēm ueritatem sua doctrina & institutione uos trāsferens a morte literæ ad spiritum uiuificatē, in quo solo ois scripturæ ueritas posita est. Chry. Quia ergo dixerat, Nunc nō potestis portare. tunc āt poteritis, Et qm̄ spiritus sanctus ducet uos in oēm ueritatem, ne hoc audientes maiorē spiritū sāctū existiment; subiungit, Non n. loquetur a semetipso &c. Aug. Simile est hoc ei ꝙ de ipso dixit. Nō possū a me ipso facere quicquā, sed sicut audio iudico, sed illud scđm hoīem posse accipi dicimus. Cū igiť Spiritus sāctus nulla susceptione cuiusquā creaturæ creatura sit factus: quō de illo hoc intelligendū est? Sic itaq; debemus accipere, ut intelligamus nō eum a seipso. Nā filius de patre natus est; & Spiritus sāctus de patre pcedit. Quid āt illic inter sit inter pcedere & nasci; & longū est disserere, & temerarium diffinire. Audire aūt illi scire est, scire uerō esse. Quia ergo nō est a semetipso, sed ab illo a quo procedit, a quo illi est essentia; ab illo scientia, ab illo igiť audientia. Sēper itaq; audit Spiritus sanctus qa semper scit; ab illo ergo audiuit audit & audiet, a quo est. Didy. Ait ergo, Non lo. a semetipso, hoc est; nō sine me & sine meo & patris arbitrio; quia nō ex se est, sed ex patre & me est. Hoc n. ipsum ꝙ subsistit & loquitur, a patre & a me illi est. Ego ueritatem loquor, i. inspiro quæ loquor, siquidem spiritus ueritatis est. Dicere āt & loqui in trinitate nō scđm cōsuetudinem nostrā accipiendum est, sed iuxta formam incorporalium naturarum; ꝙ maxime trinitatis, quæ uoluntatem suā inserit cordibus credentium, & eorū qui audire eā sunt digni. Loqui ergo patrem & audire filium eiusdē naturæ in patre & filio consensusq; significatio est. Spiritus uero sanctus qui est spiritus ueritatis, spiritusq; sapientiæ nō pōt filio loquentes audire quæ nescit, cum hoc ipsum sit quod profertur a filio, idest procedens, ueritas a ueritate cōsolator manās con-

Secreta seruanda

Lex libra iurorū

Spiritus sanctus in creat'.

cata- (catchword:) con-

à cõsolatore,Deus de Deo spiritus ueritatis procedens. Denique ne quis illum a patris & filij uoluntate,& societate discerneret,scriptum est.Sed quæ audiet loquetur. Aug.3.de Tri.Non autem hinc efficitur,ut minor sit Spiritus sanctus, secundum hoc .n.dictum est ꝙ de patre procedit.Aug.su. Io. Nec moueat ꝙ uerbum futuri temporis positum est.Illa quipppe audientia sempiterna est,quia sempiterna est scientia. In eo āt ꝙ sempiternū est, sine initio & sine fine cuiuslibet tpis uerbū ponatur. quāuis.n.natura illa immutabilis non recipiat fuit & erit,sed tantum est:non tñ mendaciter dicimus fuit,& est, & erit:fuit quia nūquam defuit:erit,qa nunquā dederit est,qa semper est.Didy. Per spūm ēt ueritatis futurorum sanctis uiris scientia certa conceditur. vnde & prophetæ hoc eodem replesti spiritu prænunciabant, & quasi præsentia intuebantur, quæ erant deinceps secutura, unde sequit. Et quæ uen.sunt an.uo. Bed. Cõstat quia multi Spiritu sancti gratia repleti,q̃ uētura erāt agnouerūt.Sed qa multi uarijs coruscāt uirtutib.nec tñ q̃ uentura agnoscūt,potest hic sermo sic accipi. Quæ uētura sūt uobis annūciabit.i.gaudia vobis cœlestis patriæ ad memoria reducet. Ventura uero apostolis nunciauit mala.s.q̃ ꝓ cõfessione Christi erat passuri: & bona q̃ ꝓ eisdē malis erant percepturi. Chry.Eleuauit igit̃,per hoc eorū mentē, cum ad nihil auidum sit humanū genus ut ad sciendum futura; ab hac igitur eos eruit solicitudine,ostendens qm̄ futura eis pericula ꝑdicet,ut nō incidant non obseruātes. Deinde ostendens qm̄ dixerit omnem ueritatem in quam Spiritus sanctus adducet, subiungit. Ille clarificabit. Aug. Quia.s.effundendo;in credentiū cordibus chiritatem,spūālesq; faciendo declarauit eis,qualiter patri filius esse æqualis, quem secundum carnem prius tantummodo nouerant & hominē sicut hoīes cogitabant. Vel certe;quia per ipsam charitatē fiducia repleti & timore depulso, aununciauerunt hominibus Christum, ac sic fama eius diffusa est toto orbe terrarū.Quod.n. facturi erant in Spū sancto, hoc eundē spiritū dixit esse facturum. Chryso. Et quia dn̄s dixerat. Magister uester unus est Christus,ut & Spiritus sanctus suscipiatur ab eis, subiunxit. Quia de meo accipient &c.Didy. Accipere hic ut diuinæ naturę conueniat intelligendū est,quo.n.filius dās nō priuatur his quæ tribuit neque cū dāno suo impartitur alijs sic & Spiritus sāctus nō accipit qđ ante nō habuit. Si n.prius qđ nō habebat accepit,trāslato in aliū munere uacuus largitor ffectus est. Sic igit̃ Spiritū sāctū a filio accipere id qđ suæ naturæ fuerat cognoscēdū est;:& nō est;nō alia dātē et acipiētē,sed unā significare substantiā Siquidē & filius eadē a patre suscipere dr̃,in quibus ipse subsistit. Neq; .n.quid aliud est filius exceptis his quæ eis dātur a patre,neq;alia est Spiritus sācti substātia præter id quod datur a filio. Aug.Nō āt ꝓpterea sicut quidam hæretici putauerunt,minor est filio Spritus sanctus, quia filius accipiat a patre, Spiritus sanctus a filio quasi quibusdā gradibus naturarum. Vnde ipse quæstionē soluens cur hoc dixerit explanat dicens, Omnia quæ hēt pater mea sunt &c.Didy.q.d. Licet a patre procedat spiritus ueritatis:tamen quia omnia quæ habet pater mea sunt.& ipse patris spiritus meus est,& de meo accipiet. Caue āt ne cum ista dicūtur, putes rem esse aliquā possessionem quæ a patre habeatur ac a filio,uerum quæ habet pater iuxta substātiā .i.æternitatem,immutabilitatē,bonitatem, hæc eadem hēt & filius, Procul hinc absint dialecticorum tendiculæ, dicunt.n. Ergo & pater est filius. Si autē dixisset. Omnia quæcunque habet Deus mea sunt,haberet occasionem impietatis consurgendi, cum uero dixerit, Omnia q̃ hēt pater mea sunt. patris nomine se filium declarauit, paternitatem qui filius erat non usurpauit,quam uis & ipse per adoptionis gratiam multorum sanctorum sit pater.Hil.8.de Tri.Non ergo in incerto dominus reliquit utrum ex patre an ex filio spiritus paraclytus esse putetur; a filio.n. accepit ꝙ ab illo mittitur,& à patre procedit. Et interrogo utrū idipsum sit a filio accipere quod a patre procedere? Certe idipsum atque unum esse existimabitur a filio accipere; quod si acciperet a patre. Cum enim ait, Omnia quæcunque habet pater sua esse, & idcirco dixisset de suo accipiendum esse, docet etiam a patre accipienda, a se tamen

Spiritus sācti diuinitas.

Humanū genus auidū futurorū.

æqualitas trium ꝑsonarū asseritur.

men accipi,quia oĩa quæ patris,sua sũt: Nõ habet hæc unitas diuersitatem, nec differt a quo acceptum sit quod datum a patre, datum referatur a filio.

Modicum & iam non uidebitis me, & iterum modicum,& uidebitis me,quia uado ad patrẽ. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem, Quid est hoc quòd dicit nobis,modicum, & nõ uidebitis me, & iterum modicum,& uidebitis me, & quia uado ad patrem? Dicebant ergo, Quid est hoc quod dicit nobis modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus,quia uolebant eum interrogare, & dixit eis. De hoc quæritis inter uos quia dixi, modicũ & non uidebitis me,& iterum modicum, & uidebitis me. Amen amen dico uobis, quia plorabitis, & flebitis uos,mundus autem gaudebit. Vos autem tristabimini,sed tristitia uestra uertetur in gaudiũ. Mulier cum parit tristitiam habet, quia uenit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam non meminit præssuræ propter gaudium,quia natus est homo in mundum. Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum,& gaudium uestrum nemo tollet a uobis.

Chry. Postq̃ dominus discipulos reuelauit per ea quæ de Spiritu sancto promisit, rursus eorum oppressit sensum,dicẽs, Modicum & iam non videbitis me, Hoc autẽ facit ut assuefaciat eos per tristiũ auditionem, bene ferre suam separationem: eam .n.quæ dolet animam & a tristitia multa detinetur, nihil ita consueuit quietare: ut quæ tristitiam pariunt uerba reuoluta continue. Beda. Dicit.n. Modicum & iam nõ uidebitis me,quia tentus est nocte illa a Iudæis,& in mane crucifixus est sepultus ab humanis est esclusus obtutibus. Chrys. Si uero quis diligenter scrutabitur hoc cõsolationis est dicere. Quoniã ad patrẽ uado, Hoc.n.est ostẽdere q̃ non perierit, sed mors eius trãslatio sit,& aliã cõsolationem eis imposuit,cũ adiecit, Et iterũ modicũ, et uidebitis me,ostẽdẽs quoniã & redibit, & in pauco erit separatio & continua quæ cũ eis coexistẽtia. Aug. Hæc autẽ uerba domini obscura erãt discipulis antequã id q̃ dicit esset impletũ. vñ sequitur, Dixerũt er. ex disci. eius adinuicem, quid est hoc q̃ dicit nobis. Modicum & non uidebitis me, & iterum modicũ & uidebitis me,quia uado ad patrem. Chry. Hoc autem non intelligebant, aut propter tristitiam quę amouebat a mente eorum ea quæ dicebantur, aut propter immanifestationẽ eorum, quæ dicebantur,idcirco uidebatur eis duo contraria ponere non existentia contraria. Si .n.uidebimus te aiunt, quomodo uadis? si uero uadis, qualiter te uidebimus? propterea dicunt,Quid est hoc q̃ dicit nobis, Modicum,nescimus,quid loquitur. Augu. Nam in præcedentibus, quia non dixerat. Modicum,sed dixerat. Ad patrẽ uado, Aperte illis uisus est loqui. Nunc ergo qđ illis tunc obscurum fuit,& mox manifestũ est,iam nobis utique manifestum est; Post paululum.n. passus est,& nõ uiderũt eũ, rursus post paululum resurrexit, & uiderũt eũ dicit autem, Et iã non ui.me, quia.s. mortalẽ Christũ ulterius nõ uiderent. Alcui. Vel aliter; Modicũ tẽpus est futurũ,quo nõ uidebitis me,i.illud triduũ,quo ĩ sepulchro quieuit,& iterum est modicum futurum tempus quo uidebitis me.i.illi.40.dies, in quibus eis sępius post passionem suam usque ad tempus ascensionis suæ apparuit, & ideo illo modico tempore uidebitis me. Quid uado ad patrem,quia non semper in terra corporaliter sum mansurus, sed per humanitatem quam assumpsit ascensurus in cœlum. Sequit, Cognouit autem Ie.quia uo.eũ interrogare,& dixit eis, De hoc q̃ritis inter uos,quia dixi uobis, Modicum & nõ uid.me. Amen amen di.uobis,quia plorabitis & flebitis uos, ignorãtiam ipsorum plus magister intelligens secũdum illorum dubitationem respõdit, quasi expositurus quid esset quod dixit. Augu. Quod si accipi potest,quia contristati sunt discipuli de morte domini,& confestim de resurrectione lętati. Mundus autem, quo nomine significati sunt inimici a quibus Christus occisus est, tunc itaque lętati sunt occiso Christo,quando sunt discipuli contristati; unde sequitur, Mundus autem gaudebit &c. Alcui. Sed & cunctis fidelibus conuenit hic sermo domini, qui per lachrymas præssurasque præsentes ad gaudia æterna contendunt. Flentibus autem iustis mundus gaudet,quia in præsenti delectantur, alterius uitæ nulla gaudia sperantes. Chry. Deinde ostendens quoniam tristitia parit gaudium, & quoniam tristitia breuis, lætitia uero infinita est, ad exemplum uenit munda-

Christus assuefacit apostolos tribulationis.

Cõtrarietas tollitur.

Gaudium mũdi ostendunt.

mundanum, dicens, Mulier cū parit tristitiā habent, quia uenit hora eius. Cum aūt peperit puerum, iā non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundū. Aug. Ita similitudo ad intelligendum non vr̄ esse difficilis, qm̄ comparatio eius in promptu est eo ipso exponente, cur dicta sit. Nam sequitur, Et uos igitur nunc quidem tristitiā habetis. Iterum aūt uidebo uos, & gaudebit cor uestrū. Parturitio quippe tristitiæ partus auté gaudio cóparatur, quod tunc magis esse cósueuit, quando non puella, sed puer nascitur. Qđ uero subdit, Et gaudium uestrū nemo tollet a uobis, quia gaudium ipsorū ipse Iesus est, significat quod ait apostolus, Christus resurgens ex mortuis iam non morir̄. Chry. Significat etiam prædicto exemplo qm̄ soluit ipse mortis pressuras & nouum hominem regenerans esse fecit, & non dixit qm̄ non erit ei tribulatio, sed neque meminit eius, tantum est, quod succedit gaudium, ita erit & sanctis. Et non dixit, Qm̄ natus est puer, sed qm̄ homo, occultè suam resurrectionem insinuans. Aug. Vel de futuris uisione, & gaudio quæ superius dicta sunt melius existimo intelligi. Modicum & iam non uid. me. Modicum. n. est hoc totum spatium, quo præsens peruolat sæculum. Ideo nanque addidit, Quia uado ad patrem, Quia ad superiorem sententiā referendum est, ubi ait, Modicum & iam non ui. me. Non ad posteriorem: ubi ait, Modicum & iam ui. me Eundo quippe ad patrem facturus erat, ut eum non uiderēt, illis ergo ait, Modicum & iam non uidebitis me, Qui eum tunc corporaliter uidebant, quia iturus erat ad patrem, & eū deinceps mortales uisuri non erant, qualem cū ista loquebat̄ uidebant. quod uero addidit, Et iterū modicum & uidebitis me, uniuersæ promisit ecclesiæ. Hoc auté modicum lógum nobis vr̄, qm̄ adhuc agitur. Cum finitum fuerit, tunc sentiemus q̄ modicum fuerit. Alcui. Mulier autem sancta ecclesia est, propter fœcunditatem bonorum operum, & quia spiritales Deo filios generat. Hæc mulier dum parit, i. dum in mundo uirtutem profectibus insistit, dum undiq; tentatur & affligitur, tristitiam habet de hoc, quia uenit hora eius ut patiatur, quia nemo carnem suā odio habuit.

Allegorica expositio.

Aug. Nec tamen in huius gaudij parturitione sine gaudio tristes sumus, sed sicut apost. ait, Spe gaudentes, quia & ipsa mulier parturiens cui comparati sumus, plus gaudet de mox futura prole, quam tristis est de præsenti dolore. Alcui. Sed cum peperit, i. cū deuicto laborum certamine ad palmā peruenerit, iam non meminit pressuræ præcedentis propter gaudium percepte retributionis, quia natus est homo in mundum. Sicut. n. mulier nato in hoc mūdo homine lætatur, ita ecclesia nato in uitam æternā fidelium populo exultatione repletus. Beda. Nec nouū debet uideri, si natus dicatur qui ex hac uita migrauerit. Sicut. n. consuete nasci dr̄, cū quis de utero matris procedens in hanc lucem ingreditur, ita potest natus appellari, qui solutus a uinculis carnis ad lucem æternā sublimatur: unde sanctorum solennia, non funebria, sed natália uocantur. Alcui. Quòd auté dicit, Iterum uidebo uos, i. assumam uos ad meipsum. Vel iterū uidebo uos, i. iterum uidēdus apparebo, & gaudebit cor uestrū. Aug Hūc enim totius laboris sui fructum ecclesia nunc parturit desiderando, tunc est paritura cernēdo. Et ideo masculum, quoniā ad istum fructum contemplationis cuncta officia referuntur actionis, solus. n. liber est qui propter se appetitur, nō refertur ad aliud, huic seruit actio. Ad hoc. n. refertur quicquid bene agitur, ibi est finis qui sufficit nobis, æternus igitur erit. Neq; enim finis nobis sufficit, nisi cuius nullus est finis. De hoc igitur quod sufficit nobis rectissimè audiuimus, Gaudium uestrum nemo tollet a uobis.

Et in illo die me non rogabitis quicquam. Amē amen dico vobis, si quid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. Iisq; modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis ut gaudium uestrum sit plenū. Hęc in prouerbijs locutus sum uobis. Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palàm de patre meo annunciabo uobis. In illo die in nomine meo petetis. Et non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis, quia à Deo exiui. Exiui à patre, et ueni in mundū, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.

Chry. Rursus ostendit dominus, quòd expedit

dit, Amen, amen dico uobis, si quid petieritis patrẽ in noīe meo, dabit uobis, Aug. Hoc quod ait, Si quid, nõ quod libet intelligitur, sed aliquid quod nõ in beatæ vitæ cõparatione sit nihil, nõ aũt petitur in nomine Saluatoris quicquid petitur contra rõnẽ salutis, nõ.n. sonũ literarũ aut syllabarũ, sed quod sono rectè ac veraciter intelligitur hic accipiendũ est cum dicit; In nomine meo. Vnde qui hoc sentit de Christo quod non est de unico filio Dei sẽtiẽdũ non petit in eius nomine. Qui uero quod est de illo sentiendũ, sentit, ipse eius nomine petit, & accipit quod petit, si non contra suam salutem sempiternam petit. Accipit autem quando debet accipere. Quędã enim non negantur, sed ut cõgruo dentur tempore differuntur. Ita sane intelligendum est, quod ait, Dabit uobis: vt ea beneficia significata sciantur his uerbis, quæ ad eos qui petunt proprie pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro seipsis, non autem pro omnibus: quia non utrumque dictũ est dabit, sed dabit uobis. Quod autem sequitur, Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo, duobus modis intelligi potest. Vel quia in nomine meo non petistis: quod nomen non sicut cognoscendum est cognouistis; vel non petistis quicquam, quoniam in comparatione rei quam petere debuistis pro nihilo habendum est, quod petistis, Vt igitur in nomine eius non nihil, sed gaudium plenũ petant, subdit: Petite & accipietis ut gaudium uestrum sit plenum, hoc q; dicit. Gaudiũ plenum, non carnale, sed spirituale gaudium est, & quando tantum erit, ut aliquid etiã non sit addendum, tunc erit plenum. Augu. 1. de Tri. Hoc est autem plenum gaudium uestrum quo amplius non est, frui Deo Trinitate, ad cuius imaginem facti sumus. Aug. super Io. Quicquid ergo petitur quod pertinet ad hoc gaudium consequendũ, hoc est in nomine Christi petendum. Isto.n. bono in petẽdo perseuerãtes sanctos suos nequaquã misericordia diuina fraudabit, quicquid autẽ aliud petitur nihil petitur; non quia nulla res, sed quia in tantæ rei comparatione quicquid aliud concupiscitur nihil est. Sequitur: Hæc in prouer. lo. sum uo. ue. ho cum iam non in

Quid a Deo petendum.

prouerbijs loquar uobis, sed pa. in de pa. an. uo. possem dicere hac de qua loquitur horã futurum sæculum intelligi, ubi uidebimus palam, quod Apost. dicit facie ad faciem: ut quod ait, Hęc in prouer. lo. sum uo. hoc sit quod ab Apostolo dictũ est, Videmus nunc per speculũ in ænigmate. Annunciabo aũt uobis, quia per filium pater uidebitur, neque.n. patrem quis cognoscit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Grego. 20. mor. Palam quippe de patre annunciare se asserit, quia per patefactã tũc maiestatis suæ speciem, & qũo ipse gignenti nõ impar oriatur, & quomodo utrorumque spiritus utriq; coæternus procedat ostendet. Aug. Sed istum sensum uidetur impedire, quod sequitur. In illo die de nomine meo petetis. In futuro.n. seculo quid petituri sumus quando satiabitur in bonis desiderium nostrum? petitio nanq; alicuius est indigentiæ. Relinquitur itaque, ut intelligatur Iesus discipulos suos de carnalibus uel animalibus se spirituales esse facturum. Homo autem animalis sic audit quæcunque audit de Dei natura, ut aliud q̃ corpus cogitare non possit. Ideo prouerbia illi sunt quæcunq; dicta sapientię de incorporea immutabiliq; substantia, non tanquam prouerbia deputet, sed quia sic cogitat, quomodo qui prouerbia solent audire neque intelligere. Cum uero spiritualis cœperit omnia dijudicare, etiam si in hac uita uelut per speculum & ex parte perspicit, tamen nullo corporis sensu, nulla imaginaria cogitatione sed mentis certissima intelligentia capit Deum non corpus esse, sed spiritum. Ita palam de patre annunciante filio, ut eiusdem substantiæ conspiciatur & ipse qui annũciat, nunc in eius nomine petunt qui petunt, quia in sono eius nominis non aliud, quam res ipsa est, quæ hoc nomine uocatur intelligunt. Hi possunt cogitare dominum nostrum Iesum Christum inquantũ homo est pro nobis interpellare patrẽ, inquantũ Deus est uox exaudire cũ patre, quod eũ significasse arbitror, ubi ait, Et nõ dico uobis, qa ego rogabo patrẽ pro uobis. Ad hoc quipe intuendum, qũo non rogat patrem filius, sed simul exaudiat rogantes pater & filius, nõ nisi spiritualis oculus mentis ascendit.

Deum

Dicunt ei discipuli eius, Ecce nunc palam loqueris. & prouerbiũ nullum dicis. Nunc scimus quia scis oĩa, & non opus est tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus, quia a Deo existi. Respondit eis Iesus. Modo creditis, Ecce uenit hora & iam uenit ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis, & non sum solus, quia pater mecum est. Hæc loquutus sum uobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis, sed confidite ego vici mundum.

Chry. Quia discipulos hoc maximè respirare fecit ꝙ erant patris amici, propterea dicunt se cognoscere, omnia nosset, vt sequitur, Dicunt ei disci. eius, Ecce nũc palam &c. Aug. cum adhuc promittatur futura illa hora in qua sine prouerbijs locutus est, cur isti hoc dicunt, nisi qa illa q̃ scit ipsis nõ intelligẽtibus esse prouerbia, usq; adeo nõ intelligũt, nec saltẽ nõ se intelligere intelligũt? chry. Qm̃ ãt ad id qđ in eorũ mente erat r̃ndit, subdunt, Nũc scimus qm̃ scis oĩa. Vides qualiter imperfectè se habeant. qui post tot & tanta demõstrata dicunt, Nunc scimus, & hoc dicunt tanquã ei quandã gratiã tribuentes. Et nõ est opus tibi, ut quis te interroget, hoc est antequã audias nosti ea, quæ scandalizant nos, & quiescere nos fecisti dicẽs. Qm̃ pater uos amat. Aug. Quid ergo uult sibi, ꝙ ei quem sciebant nosse omnia cum dicere debuisse uideantur. Non est opus tibi, ut quicquã interroges, dicendum potius putauerunt. Nõ est opus tibi ut quis te interroget? Quod utrunq; legimus factum, & interrogasse. s. dñm, & interrogatũ fuisse. Sed hoc citò soluitur, quia hoc non ei, sed illis potius opus erat quos interrogat, uel a quibus interrogabatur. Neq;. n. aliquos ille interrogabat, ut ab eis aliquid disceret, sed eos potius diceret, & quĩ interrogabant eum uolentes ab eo aliquid discere illis profecto id opus erat, ut scirent ab eo aliqua qui nouerat omnia. Ille aũt non opus habebat, ut quod ab eo scire quisq; uellet, per ipsius cognosceret interrogationem. quia priusquã interrogaretur interrogatorum nouerat uoluntatem. Præuidere autem cogitationes hominum, magnũ dño non erat; sed magnũ paruulis erat, qui subdunt. In hoc credimus: quia a Deo existi. Hyla. 7. de Tri. Per id. n. credunt ꝙ a Deo exijt, qa ea q̃ Dei sunt agit. nã cũ dñs utrunq; dixisset, a Deo exiui, & a patre ueni in hunc mũdũ: nihil admirationis in eo habuerunt, ꝙ frequẽter audierũt: unde nõ addũt, A patre uenisti in hunc mundũ. Sciebant. n. a Deo missum, exisse tñ a Deo nesciebant. Inenarrabilẽ uero illã filij natiuitatẽ per uirtutẽ dicti istius intelligẽtes, tunc primũ cęperũt aduertere, cũ illũ sine prouerbijs profiterentur esse locutũ: Non . n. per consuetudinem humani partus Deus ex Deo nascit, cuius a Deo exitio potius q̃ partus est. Est. n. unus ex uno, nõ est portio, non est defectio, non est diminutio, nõ deriuatio, non est protensio, nõ passio, sed uiuentis naturæ ex uiuente natiuitas est, Deus ex Deo exiens est; non creatura in Dei nomine electa, non ut esset cœpit ex nihilo: sed exijt a manente, & exisse significationem habet natiuitatis, non inchoationis. Aug. Deniq; de ipsa eorum ętate adhuc secundum interiorem hominẽ parua & infirma eos admonet, unde subditur. Respondit eis Iesus, Modo creditis. Beda. Quod duobus modis pronunciari potest, affirmando. s. & insultando. Si insultando, hic est sensus: tardius ad credendum euigilastis. Ecce. n. uenit hora &c. Si affirmando, sensus est. Verum est creditis. Sed ecce u. e. hora ut dispergamini unusquisq; in propria, & me solũ relinquatis. Aug. Non . n. quando comprehensus est tantummodo carne sua eius carnem, uerum etiã mẽte relinquerunt fidem, Chry. Dicit autem dispergamini, s. quando tradar; tantum. n. uobis dominabitur timor, ut neque simul possitis recedere. Sed ego ex hoc nullum patiar malum, unde subdit; Et non sum solus &c. Aug. Ad hoc intelligendum eos uolebat extendi & crescere, ne sic a patre filium cogitarent et esse, ut putaret etiam recessisse: deinde sermonem concludit dicens, Hæc. lo. sum uo. ut in me pacem habeatis. Chry. Idest ut non abijciatis me a mente uestra. Non. n nunc solum quando comprehendat fient uobis aduersa, sed donec eritis in mundo præssuram habebitis, idest tribulationem: & hoc est quod subdit. In mundo præssuram habebetis. Greg. 16. moral. q. d. Sit uobis de me interius quod consolando reficiat, quia erit de

Quæstio pulchra resoluit.

Natiuitas Christi ex patre

de mũdo exterius quod sæuiẽdo grauiter præmat Aug. Illud initiũ habitura fuerat ista præssura, de quo dicit, Venit hora ut dispergamini vnusquisq; in propria, sed nõ eo modo erat perseueratura: quod.n. adiũxit, Et me solum relinquatis, non uult eos tales esse in consequenti præsura, quem post eius ascensionẽ fuerãt in mundo habituri ut relinquant eũ, sed ut in illo pacẽ habeant permanentes in eo; unde sequit. Sed confidite. Chry. Id est resurgite mẽte. Magistro.n. superante inimicos non oportet discipulos anxiari. unde subdit, Quia ego uici mun. Aug. Dato autem spiritu sancto confiderunt & uicerunt non nisi in illo: non.n. uicisset ille mundum, si mẽbra eius uinceret mundus, cum autem dicit: Hæc lo. sum. uo. ut in me pa. ha. non recẽtiora paulo ante ab eo dicta, sed omnia debemus accipere, siue quæcunq; illis locutus. est ex quo eos cœpit habere discipulos, siue ex quo post cenã exorsus est hunc mirabilem prolixumq; sermonẽ. Hanc.n. causam commendauit sermonis sui, ut in illo pacem haberent. hic pax finem temporis non habebit, sed omnis piȩ nostrȩ intẽtionis actionisq; finis ipsa erit.

CAPVT XVII.

HAEC locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlum dixit, Pater uenit hora clarifica filiũ tuum, ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam æternam. Hæc autem est uita æterna, ut cognoscant te solum Deum uerum & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te.

Chry. Quia dixerat dominus, In mundo præssurã habebitis, post admonitionẽ in orationem cõuertitur, erudiens nos in tribulationibus omnia dimitẽtes ad Deũ refugere unde dicitur. Hæc lo. est Ie. Bed. Illa intelligi debent quæ in cœna locutus est, quædam quidem sedendo usq; ibi. Surgite eamus hinc. Deinde stãdo usq; ad hymni finem. cui⁹ hoc est initium, Et sub. ocu. in cę. di. Pater &c. Chry. Propter hoc in cœlum oculos eleuauit, ut nos doceret extensionem quæ est in orationibus ut stãtes sursum aspiciamus, ut oculos carnis solum, sed & mentis. Aug. Poterat autem dominus in forma serui si hoc opus esset orare silentio. sed ita se patri exhiberi uoluit p̃catorẽ, ut meminisset nostrũ se esse doctorẽ. Proinde nõ solũ ad ipsos sermocinatio, sed ẽt pro ipsis ad patrẽ oratio discipulorũ est ædificatio. Profecto & nostrum qui fueramus conscripta lecturi. hoc ãt q᷑ ait, pater uenit hora, ostẽdit omne tẽp⁹ & quid qñ faceret, uel fieri sineret ab illo esse dispositũ, qui tẽpori subditus nõ est, nõ ãt credatur hæc hora fato urgente uenisse, sed Deo potius ordinante: absit.n. ut sidera mori cogerẽt siderum conditorẽ. Hilar. 3. de Tri. Nõ diem ãt, nõ tẽpus, sed horã uenisse dicit. In hora diei portio est, & quæ erat hæc hora? iã nũc cõspuendus, flagellandus, crucifigẽdus erat, sed clarificat pater filium. Sol de cursu operis defecit. & interitum suũ cum eo reliqua mundi elementa senserunt, ad onus domini in cruce pendentis terra tremuit, & in eũ qui mortuus erat intra se cõtestata est nõ capere. Proclamat Centurio, Vere filius Dei erat iste prædictioni consentit effectus, dñs dixerat, Clarifica filium tuum, nõ solum nomine cõtestatus est esse se filium, sed & p̃prietate qua dr̃, tuum. multi.n. nos filij Dei, sed nõ talis hic filius; hic.n. proprius & uerus est filius origine non adoptione, ueritate non nuncupatione: natiuitate nõ creatione: ergo post clarificationem eius ueritatis confessio secuta est, Nam uerum Dei filium Cẽturio confitetur, ne q̃s credentiũ ambigeret, quod aliquis persequẽtium nõ negasset. Aug. Sed si passione clarificatus dicitur, quanto magis resurrectione? Nam in passione magis esse humilitas quam claritas commendatur. Quod ergo ait pater ue. ho. clari filium tuum: sic intelligẽdum est, tanquam dixerit. Venit hora seminandæ humilitatis, fructum non differat claritatis, Hila. 3. de Trini. Sed forte infirmus reperietur filius dum clarificationem potioris expectat. Et quis nõ patrem potiorem cõfitebit eum ipse dicat, Pater maior me est? Sed cauendum est, ne apud im-

Orationis Christi modus.

cautio fidei.

imperitos gloriam filij honor patris infirmet, nã sequitur, Vt fi. tu.cla.te. Non ergo infirmus est filius uicẽ clarificationis ipse cum clarificandus sit redditurus. Ergo expostulatio clarificationis dãdæ uicissimq; reddendæ eandẽ in vtroq; ostendit diuinitatis uirtutem. Aug. Merito aũt quæritur, qũo patrem clarificauerit filius, cum sempiterna claritas patris nec diminuta fuerit in forma humana, nec augeri potuerit in sua ꝑfectione diuina? Sed apud hoies minor erat qñ in Iudæo tãtũmodo Deus notus erat: quia uero per euangelium Christi factum est, ut pater innotesceret gentibus, patrẽ clarificauit & filius. dicit ergo, clarifica filiũ tuũ, ut filius tuus clarificet te ac si dicat; Resuscita me, ut innotescas toti orbi p me. deinde magis pãdẽs qũo clarificet patrẽ filius, subiũgit, Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis, ut omne ꝙ dedisti ei, det eis uitã æternã. Oẽ carnẽ dixit omnem hominẽ, a patre totũ significãs: hoc ãt ꝙ potestas Christo a patre data est oĩs carnis: secundum hominem intelligẽdum est. Hyla. 3. de Tri. Caro.n. factus ipse uitæ æternitatem erat caducis & corporeis & mortalibus redditurus. Hyl. 9. de Tri. Vel acceptio potestatis sola significatio natiuitatis, in qua accepit id quod est. Non est infirmitati datio deputanda, cum in eo significetur pater esse quod dederit, & in eo filius Deus maneat, ꝙ uitæ æternæ dando sumpserit potestatem. Chry. Dicit, Dedisti ei po.om.car. ut ostendat ꝙ non ad Iudæos solos sua prædicatio, sed ad totũ orbẽ terrarum extẽditur. Sed quid est quod dicit omnis carnis? Nõ.n. utiq; omnes crediderunt. Et quidem quantũ ex eo est, omnes crediderunt. Si uero non attendebant his quæ dicebantur, non eius qui dicebat est criminatio, sed eorum qui nõ susceperunt. Aug. Dicit ergo sicut dedi.ei po.car. ita te glo filius, id est notum te faciat omni carni quam dedisti ei. Sic.n. dedisti, ut omne quod dedisti ei, det eis uitã æternã. Hyla. 3. de Tri. Sed in quo eadem æternitatis uita est ostendit cum subdit. Hæc est au.ui.æter. ut cog.te so ue.De. Vita est uerum nosse, sed solum hoc non facit uitam. quid ergo conectitur, Et quem misisti Iesum Christum? Hyla. 4. de Tri. Dum autẽ Arriani intelligũt solũ patrẽ uerũ Deũ, solũ iustũ, solũ sapiẽtẽ, a cõmunione horũ secundũ hos filius separat. Soli.n. ut aiũt, ꝓpria nõ participãtur ab altero, quæ si in patre solo & nõ in filio existimabantur, necesse est ut filius Deus falsus & insipiẽs esse credat. Hyl. 5. de Tri. Nulli autẽ dubiũ est ueritatem ex natura, & ex uirtute esse. uerum.n. triticum est quod in far comminutum, & in panem doctum, & in cibũ sũptum reddit ex se, & naturam panis, & munus. Quæro ergo in quo filio ueritas desit, cui non desit Dei, nec natura uirtus? Naturę.n. suæ uirtute usus est, ut essent quæ non erant, & fierent quæ placerent. Hyla. 9. de Tri. An forte ꝙ ait, Te solum communionem atq; unitatem suam a Deo separat? Separat sane si non ad id quod ait, Te solum uerum Deum cõtinuè subiecit Et quem misisti Iesum Christum. Per id .n. ecclesiæ fides Christum uerum Deum confessa est, ꝙ solum uerum Deum cõfessa patrem sit: nõ.n. unigenito Deo naturæ demutationem naturalis natiuitatis intulit. Aug. 6. de Tri. Videndum est ergo an intelligere cogamur, cum dictũ est patri, Vt cognoscant te solum uerum Deum: tãquã hoc insinuare uoluerit, quia & solus pater Deus uerus est, ne non nisi ipsa tria simul Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum intelligeremus esse Deum. Nunc ergo ex dñi testimonio, & patrem solum uerum Deum dicimus, & filium solum Deũ uerum, & Spiritum sanctum solum uerum Deum, & simul Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. i. simul ipsam Trinitatem non tres ueros Deos, sed unum uerũ Deũ. Aug. sup. Io. Vel ordo uerbum est, ut te, & quẽ misisti. Iesum Christum cognoscãt solum uerum Deum. consequenter. n. & Spiritus sanctus intelligitur, quia spiritus est patris, & filij tanquam charitas cõsubstantialis amborum. Sic igitur filius glorificet te, ut omnibus quos dedisti ei, te cognitum faciat. Porro si cognitio Dei est uita æterna, tanto magis in uita æterna, quanto magis in hac cognitione proficimus, non autem moriemur in uita æterna. Tunc ergo Dei cognitio perfecta erit, quando nulla mors erit: summa tunc Dei clarificatio, quia summa gloria. A ueteribus

Margin notes: Explicatur dubiũ. — Arriani exibilantur. — Spiritus sanctus insinuat. — Fides fit ueritas

bus autem gloria diffinita est frequens de aliquo fama cum laude, ac si homo laudat cum fama creditur quō deus laudabitur, qm̄ ipse uidebitur? propter quod scriptū est, beati qui habitant in domo tua, in sæcula seculorum laudabunt te: ibi erit Dei sine fine laudatio vbi erit Dei plena cognitio. & ideo clarificatio, Aug. 1. de Tri. Qđ autem dixerit famulo suo Moysi, Ego sum qui sum, hoc cōtēplabimur, cū viuem⁹ in ęternū. Aug. 3. de Tri. Cū .n. fides nostra vidēdo fit ueritas, tūc mortalitatē nostrā cōmutatā tenebit æternitas. Aug sup. Ioā. Sed prius hic clarific..t Deus, cū annūciatus hominibus innotescit, & per fidem credentibus prædicatur? propter q̄ dicit? Ego te clarificaui super terram Hyla. 4. de Tri. Hæc quidē clarificationis uicissitudo non pertinet ad diuinitatis profectum; sed ad honorē qui ex cognitione ignorātiū suscipiebatur. Chry. Vnde bene dixit, Super terram. In cœlo enim glorificatus fuerat, & in natura gloriam habens, & ab Angelis adoratus: nō igitur de illa gloria ait quæ substātiæ eius est, sed de ea, q̄ ad culturam hominum pertinet: unde subdit, Opus cōs. quod dedi. mi. ut facerem. Aug. Non ait, Iussisti, sed dedisti. ubi commendatur euidens gratia: quid. n. habet quod nō accepit etiam in unigenito humanana tura? Sed quomodo consummauit opus quod accepit, ut faciat, cum restet adhuc passionis experimentum, nisi cōsummasse, sed dicit, q̄ se cōsummaturum certissime nouit? Chry. Vel dicit, Cōsummaui quasi ea quę ex parte mea sunt omnia feci, aut quia cum id quod maximum est factum, dici potest totum iam factum esse. Radix ет. bonorum submissa erat, quam omnino debebat sequi fructus, & quia his futura erant, ipse iam aderat & copulabatur. Hylar. 9. de Trinitate. Post quæ, ut meritum obedientiæ & sacramentum totius dispēsationis intelligeremus adiecit, Et nunc clari. me tu pa. apud temetipsum. Aug. Supra dixerat, Pater venit hora clarifica filium tuū: vt filius clarificet te, In quo: verborum ordine ostēderat prius a patre clarificandum filium, vt patrem clarificaret filius, modo autē dixit. Ego te clarificaui, & nunc clarifica me: tanquā prior ipse fratrem clarificauerit, a quo deinde, vt clarificetur exposcit, ergo intelligendum est vtroque uerbo superius v um ex ordine quo futurum erat, modo vero vtum fuisse verbo præteritis temporis de re futura, velut si dixisset, Ego te clarificabo super terram, opus cōsummādo q̄ dedisti mihi, vt faciā, & nūc clarifica me tu pater. quæ e it omnino eadē sententia, nisi q̄ hic additur clarificationis modus, cū subditur, Claritate q̄ habui priusq̄ mundus fieret apud te Ordo verborum est. Quem habui apud te priusquā mūdus esset, hoc quidā sic intelligendū putauerūt, tanquā humana natura q̄ suscepta est a uerbo conuerteretur in uerbum, & homo, mutaretur in Deum: immo si diligētius cogitemus homo periret in Deo. Nō. n. quisquā ex ista mutatione hominis, uel duplicari Dei verbū dicturus est, uel ungeri, sed q̄squis Dei filiū prædestinatum negat, hūc eundem filium hominis negat. Cum ergo uideret illius prędestinatæ suę glorificationis uenisse iā tempus, ut & nunc fieret in redditione, quod fuerit in prædestinatione iam factum orauit, dicens, Et nunc clarifica me &c. Idest illam quam habui apud te in prædestinatione tua, tempus est, ut apud te habeam etiam uiuens in dextera tua. Hylar. 3. de Trini. Vel orabat ut id quod ex tempore erat. gloriam eius quę sine tempore est claritatis acciperet, ut in Dei uirtutem & spiritus incorruptionem transformata carnis corruptio absorberetur.

Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt. Quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis. & ipsi acceperunt & cognouerunt vere, quia a te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti.

Chry. Quia dixerat, Opus cōsummaui manifestat quale opus, ut. s. nomē Dei manifestaret; unde dicit Manifestaui nomē tuum &c. Aug. Quod si de his tantum dicit discipulus cū quibus cœnauit nō pertinet hoc ad illam clarificationem de qua superius loquebatur, quia filius clarificat patrem quanta est enim gloria 12. uel. 11. innotescere potuissem mortalibus? Si autem quod ait. Manifestaui nomen tuum homi-

Modus clarificationis Chri.

Gloria Christi quæ intelligenda ut.

hominibus quos dedisti mihi de mundo, omnes intelligi voluit qui in eum fuerāt credituri, est plane ista clarificatio qua filius clarificat patrem, & tale est quod ait, Manifestaui nomen tuū, quale illud quod supra dixerat. Ego te clarificaui pro tēpore futuro, & illic, & hic præteritū ponens, sed de his qui iam erant discipuli, non de oībus qui in illū fuerant credituri eū hoc dixisse ea quæ sequunt credibilius demōstrāt, ab ipso ergo orationis suæ exordio oēs suos dñs volebat intelligi, quibus notum faciendo patrem clarificat eum. Cum .n. dixisset. Filius tuus clarificet te, mox quemadmodum id fieret demonstraui, dicens, Si. de. ei, po. om. car. &c. Iā nūc qd de illis a qbus tūc audiebāt discipulis suis dicat, Ma. no. tu. ho. quos de. mi. de mun. Nō ergo Dei nomen nouerāt cū essent Iudæi, & ubi est ꝙ legit Notus in Iudæa Deus, & in Israel magnū nomē eius? Ergo intelligēdū est. Ma. no. tu. ho. istis quos de. mi. de mū. q me audiūt hic dicētē, nō illud nomē tuū ꝙ uocaris Deus, sed illud qđ vocaris pr̄ meus: qđ nomē manifestari sine ipsius filij manifestatione nō possit: nā quod Deus dicit vniuersæ creaturæ, ēt omnibus gētibus antequā in Chr̄m crederent nō omnimode esse potuit hoc nomē incognito. In hoc ergo quod fecit hunc mundū, & antequā imbuerentur in fide Chr̄i notus in omnib. Deus. In hoc āt ꝙ nō est cū dijs falsis colēdus, notus in Iudæa Deus, In hoc vero ꝙ pater est huius Chr̄i, per quē tollit peccata mūdi, hoc nomē eius prius occultū, nūc manifestauit eis quos dedit ei pater ipse de mūdo. Sed quomodo manifestauit si nondū venit hora, de qua superius dixerat, qđ veniet hora cū iā non in prouerbijs loquar uobis, proinde intelligēdū est, pro tēpore futuro p̄teritū positū. Chry. Vel ꝙ ipsum Chr̄m filiū habeat, manifesta uerat eis iam & uerbis, & rebus. Aug. Per hoc autem ꝙ dicit, Dedisti mihi de mundo, dictū est de illis ꝙ non essent de mundo, sed hoc eis regeneratio præstitit, non generatio. Quid est autem quod sequitur, Tui erant, & mihi eos dedisti? An aliquando habuit pater aliqd sine filio? absit. Veruntamē habuit aliquādo Dei filius quod nondum habuit idem ipse hominis filius, qui nondum erat homo factus ex matre, qua propter quod dixit. Tui erant nō inde se separauit Dei filius, sed solet ei tribuere omne quod potest a quo est ipse qui potest, quod itaq; ait, Et mihi eos dedisti, secundum hominem se accepisse hanc potestatem, vt eos haberet ostendit, & etiā ipse sibi eos dedit, hoc est cum patre Deus Christus homini Christo, quod cū patre non est. Hoc autem dixit, ut ostendat eam quæ ad patrem vnanimitatem, & quoniā placet patri, vt filio credāt: unde sequitur, Et ser. tu seruauerunt. Beda. Sermonem patris semetipsum appellat, qa per ipsum pater omnia condidit, & in se cōtinet omnes sermones, ac si diceret. Me memoriæ commendauerant, vt nūquam obliuiscantur. uel dicit, Et sermonem tuum seruauerunt, in eo. s. ꝙ mihi crediderunt; unde sequitur, Et non cognoue. &c. Quidam autem dicunt hanc esse literam, Nūc cognoui, quia omnia quę dedisti mihi, abs te sunt. sed hi non habent rationem. Quomodo .n. poterat ignorare filius quæ sunt patris? sed de discipulis dictum est, quasi dicat; Didicerūt quod nihil est in me alienam extra te, & quod quæcunque doceo, tua sunt, Aug. Simul autem pater dedit ei omnia cum genuit qui habet omnia. chrisost. Et vnde didicerunt? ex uerbis meis quibus docebam eos, quoniam a te exiui, hoc enim per totum studebat ostendere euāgelium; unde sequitur, Quia uer. quæ de. mi. de. eis ipsi acceperunt. Idest intellexerunt atque tenuerunt. Tunc enim uerbum accipitur quando mente percipitur: vnde sequitur, Et cognouerunt vere, quia a te exiui. Et ne quisquam putaret istam cognitionem iam per speciem factā non per fidem exponendo. addit, Et crediderunt, ut subaudiamus uere, Quia tu me misisti. Hoc itaq; crediderunt uere, quod cognouerūt uere. Idem enim est. A te exiui, quod est tu me misisti. Quòd autem dicit, Crediderunt verè intelligendum est, nō eo quod supra dixit, modo credide runt, sed uerè, id est, quomodo credendum est, inconcusse. firme, stabiliter, non iam ad propria redituri, & Christum relicturi. Adhuc ergo discipuli non erant tales, quales eos dicit verbis præte-

Notus in Iudæa Deus quō.

christus sermo patris.

riti

riti temporis, quasi iam esset prænuncians æquales futuri essent accepto Spiritu sancto, quomodo autem pater ea uerba filio dederit, facilior quæstio uidetur, si secundum quod est filio hominis accepisse a patre credatur: si uerò secundum id quod est de patre genitus, accepisse a patre illa uerba cogitatur, nihil in temporis cogitetur quasi prius fuerit & ea non habuerit, quoniam quicquid Deus pater deo filio dedit gignendo dedit.

Ego pro eis rogo, non pro mūdo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sūt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sū in eis. Et iā nō sū in mūdo, & hi in mūdo sunt, & ego ad te uenio. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi ut sint unū sicut & nos. Cū essē cū eis ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui & nemo ex eis periit nisi filius perditionis, ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te uenio, & hęc loquor in mūdo, habeāt gaudiū eum impletum in semetipso.

Chry. Quia multas a domino consolationes discipulis audientes nondum persuasi erant, de reliquo patri loquitur, dilectionem quam ad eos habeas ostendens unde sequitur, Ego pro eis rogo. q. d. Nō solum quæ a me sunt tribuo eis, sed & alium pro hoc rogo, ut ampliorem ostendat amorem. Aug. cum ergo addidit. Non pro mundo, mundum uult intelligi eos qui uiuunt secundum concupiscentiam mundi; & non sunt in ea sorte gratiæ, ut ab illo eligantur ex mūdo, quam sortem significat: cum subdit, Sed pro his quos dedi. mihi, Per hoc .n. q eos illi pater iam dedit, factum est, ut non pertineant ad eum mundum pro quo non rogat, neq; autem quia pater eos filio dedit, amisit ipse quos dedit: uñ subdit, Quia tui sunt. Chry. Frequenter autē hoc ponit, dedisti mihi, ut discāt, quoniam patri hoc placet, & quonim non ut alienus ueniēs eos seduxit, sed ut proprios accepit, deinde ne quis ęstimet nouum esse eius principatum, & nuper eos suscepisse a patre, subiungit, Et omnia mea tua sunt &c. Ac si dicat, Neque audiēs aliquis quoniam mihi eos dedisti, æstimet eos alienos esse a patre, mea. n. eius sunt, nec audiens, Quoniam tui erāt, ęstimet alienos eos fuisse a me, quæ. n. sunt eius, mea sunt. Aug. Satis autem hic apparet, quoniam unigeniti

Mūdani dicūtur mūdus.

filij sunt omnia quæ sunt patris, per hoc utique quod etiā ipse Deus est, & de patre natus, patri æqualis, non quomodo dictū est maiori ex duobus filijs, Omnia mea tua sunt, Illud enim de omnibus dictū est creaturis quę infra creaturam sanctam rationabilem sunt. Hoc autem ita dictum est, ut sit hæc ēt ipsa creatura rationalis quæ nō nisi Deo subditur. Hoc ergo cū sit Dei patris non simul esset & filij, nisi patris esset æqualis. Nefas est. n. ut sancti de quib. hæc locutus est cuiusquam sint: nisi eius a quo creati & sanctificati sunt, hoc āt quod ait cum de Spiritu sancto loqueretur. Omnia quę habet pater, mea sunt, de his dixit quæ ad ipsam patris pertineat diuinitatē, neque. n. Spiritus sanctus de creatura quæ est subdita & filio fuerat accepturus: cum dicat, de meo accipiet. Chry. Deinde demonstrationem prędictorum ponit dicens, Et clarificatus sum in eis. Ex quo patet. qm̄ potestatem super eos habeo, qm̄ glorificant me tibi credentes & mihi. nullus. n. in quibus non habet potestatem glorificatus est. Aug. Dicendo autem iam esse factum, ostendit iam fuisse prædestinatum, & certum haberi uoluit q esset futurum. Sed utrum ipsa sit clarificatio: de qua dixerat. Et nunc clarifica me tu pater apud te met ipsum, si. n. apud te, quo in eis: an cum hoc ipsum innotescit ei, & propter eos omnibus q credūt eis quasi testib. suis: unde subdit, & iam non sum in mūdo. & hi in mūdo sunt. Chry, Hoc est. Et si nō appareā secūdū carnem, per hos glorificor qui pro me moriunī. sicut & pro patre & prædicāt me & patrem. Aug. Sed si horam illā qua loq̄batur attēdas, utique in mūdo adhuc erāt. Nō. n. secundum profectum cordis, & uitæ id accipere possumus, cum dicat, Iā nō sū in mundo, nunquid ergo fas est, ut cum credamus aliquando mundana sapuisse? Restat igitur ut secundum illud, q etiam ipse in mundo prius erat: in mundo se dixit iā non esse præsentia corporali, an non quotidie dicimus iam non est hic de aliquo q̄ totius habituro & maxime morituro, uñ exponens cur hoc dixerit, adiecit. Ego ad te uenio, Cōmēdat igitur patri eos quos corporali absentia relicturus est: dicēs, Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos

Panis & filij æqualitas.

dedisti

dedisti mihi, Sicut homo Deũ rogat, p discipulis suis: quos accepit a Deo. Sed attende quod sequitur, Vt sint unũ sicut & nos, nõ ait, Vt simus unũ ipsi & nos, sicut & nos unum sumus, ipsi utique in natura sua unũ sunt, sicut nos in nostra unũ sumus, quia.n. una eademq; persona est Deus & homo, intelligimus hominem in eo q rogat, & Deum in eo q unũ sunt, & ille & ipse quẽ rogat. poterat quidẽ dicere per id q ecclesiæ caput est & corpus eius ecclesia. Ego & ipsi non vnum, sed unus sumus, quia caput & corpus unus est Christus. Sed diuinitatẽ suam consubstantialẽ patri ostendens, vult esse suos unum sed in Christo, nõ tantum per eandem naturã qua omnes ex hominibus mortalibus æquales angelis fiunt, sed ẽt per eandem in eandem habitudinẽ conspirantem cõ ordissimam uoluntatem in unum spiritũ quodãmodo charitatis igne conflati. Ad hoc enim ualet quod ait, Vt sint unum sicut & nos unũ sumus, ut quem admodum pater & filius non tantũ æqualitate substantiæ, sed ẽt uoluntate unũ sunt, ita & hi inter quos & Deum mediator est filius, non tantum per hoc, q eiusdem naturæ sunt, sed etiã per eandem dilectionis societatem unum sint. Chry. Rursus ut homo loquitur: subdens, Cum essem cum eis ego seruabam eos in nomine tuo, hoc est per tuum adiutorium, humanę.n. loquitur & ad eorum mentem æstimantium q maiorem quandam haberent utilitatem ab eius præsentia. Aug. In nomine.n. patris seruabat discipulos suos filius homo, cum eis humana præsentia cõstitutus, sed & pater in nomine filij seruabat, quos in nomine filij petentes exaudiebat. Neq; hoc tã carnaliter debemus accipere uelut uicissim nos seruent pater & filius. simul.n. nos custodiunt, & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. sed scriptura nos non leuat, nisi descendat ad nos. Intelligamus ergo cum ita dominus loquitur personas cũ distinguere non separare naturam. Quãdo ergo seruabat discipulos suos filius præsentia corporali, non expectabat pater ad custodiendum succedere filio discedẽti, sed eos ambo seruabant potentia spirituali. & quã do eis abstulit filius præsentiam corporalem tenuit cum patre custodiã spiritualem, quia & custodiendo, quando filius homo accepit, custodiæ paternæ non abstulit, & cũ pater filio custodiendos dedit, nõ dedit sine ipso cui dedit, sed dedit homini filio, non sine Deo eodẽ ipso filio: Sequitur.n. quos dedisti mihi ego custodiui, & nemo ex ipsis perijt: nisi filius perditionis, i. traditor Christi perditione prædestinatus, ut scriptura impleretur, qua scilicet de illo maxime in psalmo 108. prophetatur. Chry. Et nimirum solus ille tunc perijt, sed multi postea. Dicit autẽ, Nemo ex eis perijt, i. quantum ex mea parte non perdam, quod manifestius alibi dicit. Nõ ejciam foras, Si uero per seipsos exirent, non ex necessitate ad me traho. Sequitur, Nunc autẽ ad te uenio, Sed quia posset aliquis quærere, Nunquid non potes eos conseruare recedens? Potest quidem, sed cuius gratia hoc dicat, ostendit subdens, Et hæc lo. in mun. vt ha. gau. me. imple. in se. ipsis, idest ut nõ tumultuentur imperfectiones existentes, per id quod indicauit q propter eorũ gaudium & requiem, omnia hęc insinuabat loquebatur Aug. Vel aliter, Quod sit hoc gaudiũ iam superius expressum est, ubi ait, Vt sint unum si. & nos unũ sumus. Hoc gaudium suum, idest a se in eos collatum, in eis dicit implendum propter quod se locutum dixit in mundo. Hæc est pax & beatitudo futuri sęculi. In mundo autem loqui se dicit qui paulo ante dixerat, Iam nõ sum in mundo: quia enim nondum abierat, hic adhuc erat, & quia mox fuerat abiturus, hic quodammodo iam non erat.

Ego dedi eis sermonẽ tuum & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo, vt tollas eos de mũdo, sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas est. Sicut in me misisti in mundũ, ita & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsũ, vt sint et ipsi sãctificati in ueritate.

Chry. Rursus dominus assignat causam propter quã digni sunt discipuli multa diligentia potiri a patre dicẽs, Ego dedi eis &c. q. d. propter te odio habiti sunt, & propter sermonem tuum. Aug. Nondum autẽ id experti fuerant passionibus suis, quæ illos postea sunt secutæ: sed more suo asuetudine, verbi præteriti temporis futura: præ-

Vnitas Dei & ecclesiæ.

Personarũ in diuinis distinct.

Quæ. no pulchra explicat.

prænuncians. Deinde causam subijcit cur eos oderit mundus dicens: Quia non sunt de műdo hoc eis regeneratione collatum est. nam generatione de mundo erant. Donatum est ergo eis, ut sicut nec ipse, ita nec ipsi de mundo essent, unde sequitur; Sicut & ego non sum de mundo. Ipse de mundo nűquã fuit, quia etiam secundum formam serui de Spiritu sancto natus est: de quo illi renati. Quanuis autẽ iam non essent de mundo, adhuc tñ necessarium erat eos esse in mundo. unde subdit, Non ro. ut tol. eos de mundo. Bed. q. d. Iam imminet tempus ut tollat ergo de mundo, ideoq; necesse est ut illi nunc non tollantur de mundo. ut me, & te primű annűciẽt műdo. Quod uero subdit, Sed ut serues eos a malo, licet omne malum intelligi possit, maxime uult intelligi malum successionis. Aug. Repetit autẽ eãdẽ sentẽtiã dicens, De műdo nõ sunt sicut &c. Chry. Supra ãt dixit, Quos dedisti mihi de mundo, illic naturã dicẽs, hic autẽ de actib. malis. Dicit autem, Non sű de műdo: quia nihil cõe cum terra est eis, sed cœlestium facti sunt ciues, quod amorem suum eis ostendit, dum patri eos laudat. hoc aũt q dicit sicut, cum ipso, & patre ponitur, parilitas ostenditur pp naturæ unitatem: sed cum de nobis & Christo dr̃, multa distantia intermedia inter utrunque existit. cum autem prius dixit, Serua eos a malo non de periculorum ereptione ait solum, sed de permanentia in fide: unde subdit, Sanctifica eos in ueritate. Aug. Sic. n. seruantur a malo; quod superius orauit ut fieret. Quæri autem potest quomodo de mundo iam non erant, si sanctificati in ueritate nődum erant, an quia & sanctificati in eadem proficiunt sanctitate, neque hoc sine adiutorio gratiæ Dei? sanctificantur autem in ueritate hæredes testamenti noui, cuius ueritatis umbræ fuerunt sanctificationes ueteris testamenti. & cum sanctificantur in ueritate, sanctificantur in Christo, qui dixit, ego sum uia ueritas & uita unde sequit̃, Sermo tuus ueritas est. Græcum euangelium logos habet. i. uerbum. Sanctificauit ergo pater in ueritate. i. in uerbo suo unigenito suos hæredes eiusq; cohæredes. Chry. Vel aliter, Sanctifica eos in ueritate, i. sanctos fac per sancti spiritus donationem, & recta dogmata. Recta. n. dogmata de Deo docent & sanctificant animam & quia hic de dogmatibus ait; subiunxit, Sermo tuus ue. est. hoc est, nullum mendacium est in eo, & nihil typicum ostendit neque corporeum. Vt autem mihi & aliud ostendere hoc q dicit, Sanctifica eos in ueritate. i. segrega eos sermoni, & prædicationi, uñ subdit. Sicut tu me misisti &c. Glos. Pro quo. n. Xp̃s missus est, pro hoc & hi, uñ Paulus: Deus erat in Christo műdum recőcilians sibi, & posuit in nobis uerbű reconciliationis hoc ãt q dicit sicut, non similiter de eo & de apostolis ponitur, sed ut erat possibile hominibus. Dicit ãt se eos misisse in mundum secűdum q erat ei cõsuetudo futurű ut factű dicere. Aug. Manifestum est autẽ p hoc quod nunc adhuc de apostolis loquitur. Nã ipsum nomen apostolorum, qm̃ græcum est, missus significat in latino, sed qm̃ per hoc q Christus factus est caput ecclesię, illi membra sunt eius: ideo ait, Et pro eis ego san. meipsum. i. eos in meipso sanctifico, cum & ipsi sint ego: & intelligeremus cum dixit, Pro eis sanctifico meipsum huc cum dixisse q eos ipse sanctificaret, mox addidit, Vt sint & ipsi sanctificati in ueritate, id est in me secundum quod uerbum ueritas est, in quo & ipse filius hominis sanctificatus est ab initio, quando uerbű caro factum est. Tunc. n. sanctificauit se in se. i. hominẽ se, in uerbo se, quia unus Christus uerbum & homo, propter sua uero mẽbra, dicit, Et pro eis ego sanctifico meipsű, hoc est ipsos in me, quoniam in me etiam ipsi sunt, & ego. Vt sunt & ipsi sanctificati in ueritate. Quid est, Et ipsi; nisi quemadmodum ego, & in ueritate quod sum ego? Chrysostomus. Vel aliter; Pro eis sanctifico meipsum, id est meipsum offero tibi hostiam: hostiæ enim omnes sanctæ dicuntur, & quæcunque Deo dicantur. quia uero antiquitus in figura sanctificatio erat ut puta in oue, nunc autem est in ipsa ueritate, ideo subdit, Vt sint & ipsi sanctificati in ueritate, quia & eos tibi facio oblationem. quod propterea dicit, quia ipse qui offertur est caput eorum, aut quia & ipsi immolantur. Exibere enim (ait Apostolus) membra uestra hostiam uiuentem sanctam.

Generatio, & regeneratio.

Quæstio pulchra explicat.

differens diuinitatis substātia crederetur, sed ex dilectione mutua & uoluntatū concordia unum essent, exēplū unitatis istius ex his dictis dñicis ꝓtulerūt. Vos oēs unū sint &c. sed licet ipsum intelligentiæ suæ sensum impietas demutet, nō tñ pōt intelligentia non extare dictorum: si enim regenerati in unius uitæ atq; æternitatis natura sunt, cessat. In his solus unitatis assensus qui unum sunt in eiusdē regeneratione naturæ: soli āt patri & filio ex natura ꝓpriū est, ut unum sint. qa Deus ex Deo unigenitus, nō potest nisi in originis suæ esse natura. Aug. Quid est āt hoc q subdit. Vt mūdus credat quia tu me misisti? nunquid tūc crediturus est mūdus quoniā in patre & filio oēs unū erimus? Nōne ista est pax illa ꝑpetua, potius fidei merces q̄ fides? sed & si in hac uita pp ipsam cōmunē fidē omnes qui unum credimus unum sumus, etiam si nō vt credamus, sed quia credimꝰ unum sumus: quid est ergo. Omnes unum sint, ut mundus credat? Ipsi quippe omnis mundus est credens cum de his dicat de quibus dixerat, Non pro his rogo tantum, sed pro his q credituri sunt per uerba eorum in me. Quomodo, rogo, intellecturi sumus? nisi quia non in eo causam posuit, ut credat mundus quia illi unū sunt, sed orando dixit, Vt mundus credat, sicut orando dixerat. Vt unum sint, Deniq; si uerbū quod ait, rogo, ubiq; ponamus, erit huius expositio sententiæ manifestior, Rogo ut omnes unum sint, rogo & ipsi in nobis vnū sint: rogo ut mūdus credat: quia tu me misisti. Hyla 4. de Trini. Vel per id mundus crediturus est filium a patre missum esse q omnes qui credituri in filium sunt, unū in patre & filio erunt. Chrys. Nihil enim ita scandalizat omnes ut ab inuicē diuidi, q credentes fiant unum, hoc ædificat ad fidē & hoc etiam a principio dixit. In hoc cognoscent omnes quia me estis discipuli: si dilectionē habueritis adinuicem. Si enim altercanter, non dicentur pacifici magistri esse discipuli, me uero (inquit) non existēte pacifico: nō confitebuntur a te missum. Augu. Deinde Saluator noster qui rogando patrem se hominem demōstrabat, nūc demonstrat seipsum, quoniam cum patre Deus est, facere quod rogat, unde subdit. Et ego claritatem quam &c. Quam claritatem? nisi immortalitatem, quam natura humana in illo fuerit acceptura, pp immutabilitatē enim ꝓdestinationis præteriti tēporis uerbis futura significat immortalitatis āt claritatem quā sibi a patre datā dicit: ēt se sibi dedisse intelligendū est, Cū enim tacet filius in opere patris operationē suā humilitatē commendat, cum uero in opere suo tacet operationem patris, parilitatem commendat. Isto igitur modo. & hoc loco nec se fecit alienum a patris opere, quanuis dixerit, Claritatem quam dedisti mihi, nec patrē fecit alienū ab opere suo, quanuis dixerat. Dedi eis, Sicut autem ex eo quod patrem pro suis omnib. rogauit hoc fieri uoluit ut omnes unum sint, ita etiam suo beneficio id fieri uoluit, unde adiunxit. Vt unum sint in nobis, sicut & nos unum sumus. Chry. Vel claritatem dicit gloriā quæ est per signa & dogmata, & ut unanimes sint, unde subdit, Vt unum sint in no. sicut & nos unum sumus, Hæc enim gloria vt sint unum, etiā signis maior est. Vniuersi enim qui per apostolos crediderunt vnum sunt; & si quidā ex ipsis diuisi sunt, hoc eorum desidiæ fuit. quod tamen eum non latuit. Hyla. Per acceptum igitur & datum honorem omnes unum sunt: sed nondum apprehendo ratione, quoniā datus honor unū omnes esse perficiat, sed dominus gradum quendam atq; ordinem consumandæ vnitatis exposuit cū subdit. Vt unum sint in nobis, ut cū ille in patre ꝑ naturam diuinitatis esset. nos cōtra in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille iterum in nobis per sacramenti esse mysterium crederetur, perfecta per mediatorem unitas doceretur. Chrys. Alibi uero ait de se, & patre, ueniemus & māsionē apud eum faciemus, illic quidem Sabellianorum obstruens ora, dum scilicet ponit duas personas, hic uero Arij suspitionem destruit cum patrem ꝑ se dicit discipulis aduenire. Aug. Neque tamen hoc ita dictum est tanquam pater non in nobis, aut nos in patre non simus sed per mediatorē inter Deum, & hominem se breuiter intimauit, quod u:ro addit, ut sint cōsummati in unum: ostendit eo perduci reconciliationem quæ fit per mediatorē vt perfecta beatitu- Hæreses duę colliduntur.

beatitudine perfruamur. unde id quod sequitur, ut cognoscat mundus, quia tu me misisti, non sic accipiendum puto, tanquã iterum dixerit ut dat mundus. Quãdiu.n. credimus, quod non uidemus, nondum sumus consumati, sicut erimus, cùm meruerimus uidere quod credimus: qñ ergo de consumatione loquitur, talis est intelligẽda cognitio qualis erit per speciem, non qualis nunc est per fidẽ. Ipsi quippe credẽtes sunt mundus non permanẽs inimicus, sed ex inimico amicus effectus: propterea sequitur. Et dilexi eos sicut me dilexisti. In filio qppe nos pater diligit, quia in eo nos elegit: nec ideo pares sumus unigenito filio. neque.n. semper æqualitatem significat quod dicitur. Sicut illud ita & illud, sed aliquando tantum quod illud est, est & illud: ita in hoc loco nihil est aliud. Dilexisti eos sicut me dilexisti, quàm dilexisti eos, qñ & me dilexisti. Non enim alia causa est diligendi membra eius, nisi quia diligit eum. Cum igitur corũ quæ fecerit, nihil oderit, qs digne possit eloqui quãtũ diligat membra unigeniti filij sui: & quanto amplius ipsum unigenitum.

Pater quos dedisti mihi: uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecũ, ut uideant claritatẽ meã quã dedisti mihi; quia dilexisti me ante constitutionẽ mundi. Pater iuste, mundus te non cognouit. Ego autẽ te cognoui, & hi cognouerunt quia tu me misisti. Et notũ feci eis nomen tuũ. & notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis.

Chrysost. Postquam dixerat, quia multi credent per eos & multa gloria potientur, loquitur de reliquo de coronis eis repositis, dicẽs: Pater, quos dedisti mihi, &c. August. Ipsi sunt quos à patre accepit, quos & ipse de mundo elegit, sicut enim ait in huius orationis exordio. Dedit eis potestatẽ omnis carnis, id est omnis hominis ut det eis uitam æternam, ubi ostendit potestatem se omnis hominis accepisse, ut liberaret quos uoluerit: & damnaret quos uoluerit. Quapropter omnibus mẽbris suis promisit hoc præmiũ, ut ubi est ipse & nos cum illo simus, nec poterat nõ fieri, quod omnipotenti patri se uelle dixerit omnipotens filius, una uerò est patris & filij uoluntas, etsi intelligere nondum permittit infirmitas, credat pietas. Quantum ergo

Apostoli quõ ã mũdo electi.

attinet ad creaturam, in qua factus est ex semine Dauid secundum carnẽ eo modo dicere potuit. ubi ego sum, ut iã ibi se esse diceret, ubi fuerat mox futurus. in cęlo ergo nos futuros esse promisit. Illo.n. forma serui leuata est, quam sumpsit ex uirgine, & ad dexteram patris collocata. Greg. 27. mor. Vbi est ergo, quod rursus ueritas dicit. Nemo ascẽdit in cœlum, nisi qui de cœlo descẽdit. quæ sibi in uerbis suis non discrepat: quia.n. membrorum suorum caput dominus factus est, repulsa reproborũ multitudine. solus etiam est nobiscum, & sic dum nos cum illo unũ iã facti sumus? unde solus uenit in se, illud etiã solus redit in nobis. Aug. Quod uerò attinet ad formã Dei in qua æqualis est patri, si secũdum eam uelimus intelligere quod dictũ est, ubi ego sum, & illi sint mecum, abscedat ab animo omnis imaginũ corporaliũ cogitatio, & non inquiratur æqualis patri filius ubi sit, quoniã nemo inuenit ubi nõ sit. Propterea nõ ei satis fuit dicere. Volo ut ubi ego sum & ipsi sint, sed addidit, Mecum, Esse enim cum illo magnum bonum est. Nam & miseri possunt esse ubi est ille, sed beati soli sunt cum illo, & ut de uisibili quamuis longe dissimili qualecunque sumamus exemplum. sicut cœcus etiam si ibi sit ubi lux est, non est tamen ipse cum luce: sed absens est a præsente, ita non solum infidelis, sed etiam fidelis, etsi esse nõ quam possit ubi non sit Christus, non est tamen ipse cũ Christo per speciem: nam fidelem non est dubitandũ esse cum Christo per fidem, sed hic de specie illa dicebat, in qua uidebimus eum sicuti est. unde adiunxit, Vt ui. cla. meam, &c. Vt uideant dixit. non Vt credant, fidei merces est ista, non fides. Chry. Non autem dixit, Vt participent gloriam meam, sed, Vt uideãt, hoc occulte insinuãs, quoniam omnis requies ibi est filium Dei uidere. Dedit autem ei pater claritatem quando eũ genuit. Aug. Cum ergo uiderimus claritatẽ quã dedit pater filio, etiam si nõ ã dici hoc loco intelligamus, nõ quã pater æquali filio gignẽs eum dedit, sed quã facto homini filio dedit post mortem crucis. Tunc fiet iudiciũ, tũc tolletur impius, ne uideat claritatem domini. Quam? nisi illam qua Deus est, si ergo

Esse cũ Deo est esse fœlicẽ.

ergo secũdum id quod filius Deus est, accipiamus hoc dictum. Volo & vbi ego sum & ipsi sint mecũ, in patre cũ Christo erimus, qui cum dixisset. Vt ui. cla. meam quam de. mihi. cõtinuo subiunxit, Quia dilexisti me &c. In illo. n. dilexit & nos ante cõstitutionem mundi, tunc prædestinauit quod in fine facturus est mundi. Bed. claritatem, igitur uocat dilectioné qua ipse dilectus est a patre ante mũdi cõstitutionem, illa claritate, & nos dilexit ante constitutioné mundi. Theop. Postquã ergo per fidelibus orauit, & tot illis prospera promisit, ponit, q̃dam piũ, & propria mãsuetudine dignũ, dicés, Pater iuste &c. q. d. ego cuperé cunctos homines cõsequi dicta bona quæ quidé p̃ fidelis imploraui, sed quia ignorauerũt te, ideo nõ cõtingét gloriã & coronas. Chry. Videt auté mihi hoc & anxius dicere, qm̃ qui ita bonus, & iustus est cognoscere noluerunt, non igitur hoc est quod Iudæi dicunt. Quoniam ipsi quidem te cognoscũt, ego uero ignoro: sed econtrario est, vnde subdit. Ego autem cognoui te, & hi cognouerunt &c. Per Spiritum sanctum eis perfectã cognitionem dando: Si ãt didicerint qui es tu, scient quia ego nõ sum separatus a te, sed ualde amatus & proprius filius, & coniunctus. Hoc uerò suasi eis, ut ego manebo in eis, & sic fidem quæ est in me, & amatorem seruabunt certissimæ: & hoc est quod subditur. Vt dilectio qua di. me &c. q. d. Ipsis me amãtibus ego manebo in eis. Aug. Vel aliter. Quid est eum cognoscere, nisi uita æterna quam mundo damnato non dedit, reconciliato dedit. Propterea itaq; mundus nõ cognouit, quia iustus es, hoc meritis eius ut non cognosceret retribuisti, & propterea mundus reconciliatus cognouit, quia misericors es, & ut cognosceret non ei merito, sed gratia subuenisti, deniq; sequitur, Ego autem cognoui te. Ipse fons gratię est Deus natura. homo auté de Spiritu sancto, & uirgine ineffabili gratia. Deniq; qa gratia Dei per Iesum Christum est, dicitur. Et hi cognouerunt. Ipse est mundus reconciliatus. sed ideo quia tu me misisti, ergo gratia cognouerunt. Et notum feci eis nomen tuum per fidem, & notum faciam per spem, ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit. Qualis est ista locutio talis & apostolus usus est; Bonum certamé certaui. non ait, Bono certamine, quod vsitatius diceretur, quomodo autem dilectio qua pater dilexit filium esset in nobis? nisi quia membra eius sumus, & in illo diligimur cum ipse diligitur totus, idest caput & corpus. Et ideo subiũxit: Et ego in ipsis, Est enim in nobis tanquam in templo suo. nos autem in illo secũdum quod caput nostrum est.

Notitia Iudæorũ Christo.

CAPVT XVIII.

HAEC cum dixisset Iesus egressus est cũ discipulis suis trans torrenté Cedron, ubi erat hortus in qué introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat aũt & Iudas q tradebat eũ locũ, qa frequẽter Iesus cõuenerat illuc cum discipulis suis.

Aug. Terminato sermone qué post cænam dominus ad discipulos habuit, adiuncta oratione quam dixerat ad patrem, eius passionem Ioannes euangelista sit exorsus est. Hæc cum dixisset Iesus egressus est cũ discipulis suis trans &c. Non autem continuo hoc factum est, cum eius illa finita esset oratio: sed alia quædam sunt interposita, quæ ab isto prætermissa apud alios euãgelistas leguntur. Aug. de con. euan. Facta est enim cõtentio inter eos qui eorum uideretur esse maior, sicut Lucas commemorat. Dixit etiam ipse Petro: sicut ipse Lucas subiungit. Ecce Sathanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum & cætera quę ibi sequitur. Et hymno dicto: sicut Matthæus, & Marcus commemorant. Exierunt in Montem Oliueti. Contexit ergo narrationem Matthæus & dixit. Tunc uenit Iesus cum illis in uillam quæ dicitur Gethsemani. Iste locus est quem commemorat hic Ioannes, ubi erat hortus in qué introiuit ipse & discip. eius. August. super Ioan. Ad hoc ergo ualeat quod dictum est. Hęc cum dixisset, ut non eum ante opinemur ingressum quam illa uerba finiret. Chryso. Sed propter quid non dixit. Cessans ab oratione uenit illuc: quoniam oratio illa fuit loquela propter discipulos facta. De nocte autem uadit, & flumen pertransit, & properat ad locum prodi-

Exordium passionis

Transitus torrentis mysterium.

tori cognitū, auferens his qui insidiantur laborē, & ostendens discipulis, qm̄ volens ad mortē uenit. Alcui. Dicit aūt, Trans torrentē Cedron, i. cedrorum, genitiuus. n. est græcus. Transit torrētē: quia de torrente passionis bibit, vbi erat hortus, vt peccatū quod in horto cōmissum fuerat, in horto deleret. Paradisus. n. hortus deliciarū interpretatur. Chry. Ne aūt audiens hortū eū occultari æstimes: subiungit, Sciebat autē & Iudas qui tradebat eū locū, quia frequēter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Aug. Ibi ergo Lupus ouina pelle contectus, & inter oues alto patrisfamilias cōsilio toleratus didicit, ubi ad tp̄s exiguū dispergere gregem insidijs appetendo pastorē. Chrys. Multotiēs āt ibi cū discipulis Iesus singulariter conuenerat, de necessarijs loquēs, & quæ non erat fas alios audire Facit autem hoc in montibus & in hortis maxime purum a tumultibus inquires semper lo um, ne mens impediatur ab auditione. Ideo autem Iudas illuc uenit qm̄ multotiens Christus extra pernoctabat: Iuisset autem ad domū si putasset eum ibi inuenire dormientem. Theop. Nouerat etiam Iudas dominum festo tempore cōsueuisse semper docere discipulos aliquid sublime. Erat autem solitus docere huiusmodi mystica in talibus locis, ac quoniam tunc dies erat solēnis, arbitratus est illum esse illic, & discipulos docere quæ ad celebritatem spectabant.

Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a pontificibus: & pharisæis ministros, uenit illuc cum lanternis, & facibus, & armis. Iesus itaque sciens omnia quæ uentura erant super eum processit & dixit ad eos. Quem quæritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenum Dicit ei Iesus. Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos. Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum. Respōdit Iesus, dixi uobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis sinite hos abire. Vt impleretur sermo quem dixit, quia quos dedisti mihi non pdidi ex eis quenquam.

Glo. Ostenderat euangelista quomodo Iudas ad locum ubi Christus erat peruenire potuerit, nunc ostendit quomodo illuc peruenit, dicēs, Iudas ergo cum accepisset cohortem & a pontificibus &c. Aug. Cohors non Iudæorum, sed militum fuit. A præside itaq; intelligatur accepta, tāquam ad tenendum reum seruato ordine legitimæ potestatis, ut nullus tenentibus auderet obsistere, quanquam & manus tāta fuerat congregata, & sic armata ueniebat, ut uel terreret, uel etiam repugnaret, si quisq̄ Chr̄m defendere auderet, Chr. Sed qualiter cohorti suaserūt? q. a milites erāt pecuniarū gratia oīa faceremeditātes. Theo. Faces āt afferūt & lāternas? ne Chr̄s latēs in tenebris fueret. Chry. Multotiens āt alias miserūt cōprehēdere eū, sed nō ualuerunt, unde manifestum est q̄ tunc sponte seipsum dedit. Propter q̄ subdit, Iesus aūt sciens omnia quæ uentura erant super eū, processit & dixit ad eos, quem quæritis? Theo. Quærit autem non ut uolens scire. Nam utiq; nouerat omnia quę uentura erant super eum, sed ostendere uolens quoniam cum præsens esset, ab eis uideri non poterat, uel discerni. nam sequitur, Dicit eis Iesus. Ego sum. chry. In medio enim eorum existens excœcauit eorum oculos, quoniam enim non tenebræ causa erant, indicauit euangelista dicens. Quoniā habuerunt lamapades, si uero lampades non essent, a uoce saltem debebant eum agnoscere. Si uero & illi ignorabant, qualiter Iudas ignorauit qui cum eo fuerat continue? Et ideo subdit, Stabat autem &c. Fecit autem hoc Iesus ostendens quoniā nō solum comprehendere eum non possent, sed nec uidere in medio existētem, nisi ipse concederet. unde subditur, Vt ergo dicis. Ego sum &c. Augu. Vbi nunc militum cohors; vbi terror & munimen armorum una uox turbam odij ferorē armisq; terribilem sine telo ullo percussit, repulit, strauit Deus. n. latebat in carne, & sempiternus dies ita membris occultabatur humanis, ut cum lanternis & facibus quęreret occidendus a tenebris, qd iudicaturus faciet qui iudicandus hoc fecit? Et nunc utrique per euāgelium, Ego sum, dicit, Christus, & a Iudæis expectatur Antichristus; ut retro redeant, & in terram cadant, quoniam deserentes cœlestia terrena desiderant. Greg. sup. Ezech. Quia autem hoc quod electi in faciem, & reprobi retrorsum

Traditio Christi per Iudā.

Iudicis uēturi terror

sum

sum cadunt, nisi q; omnis qui post se cadit, ibi cadit ubi nõ uidet, qui uerò ante se ceciderit, ibi cadit, ubi uidet. Iniqui ergo qa in inuisibilibus cadũt, post se cadere dñr, quia ibi corruunt, ubi quod tũc eos sequitur modo uidere non possunt. Isti uerò, qa in istis uisibilibus semetipsos sponte deijciunt, ut in inuisibilibus erigãtur quasi in faciẽ cadunt, quia timore cõpuncti uidentes humiliant. Chry. Demũ ne quis dicat, qm̃ ipse Iudęos ad hoc induxit ut eũ occiderent, seipsum in manibus eorum tradẽs, manifeste ostendit eis omnia quæ sufficiebant eos reuocare. Sed quia permanebãt in malitia, & nullã habebant excusatioẽ, tunc seipsum in manibus eorum tradidit, unde sequitur. Iterum ergo interrogauit eos. Quẽ quæritis? Illi ergo, &c. Aug. Audierant primo, ego sum, sed non cõprehẽderant, quia hoc noluit qui potuit quicq̃d uoluit, uerum si nunquàm se ab eis permitteret apprehendi, non quidẽ illi facerent propter quod uenerant, sed nec ipse faceret propter quod uenerat. Proinde quia tenere uolentibus, & non ualentibus ostẽdit potestatem suã, iam teneant eum ut faciat de nescientibus uoluntatem suam. unde subditur, Si ergo me quæritis sinite hos abire. Chry. q.d. Si me quæritis, nihil uobis ad hos cõe est. Ecce meipsum trado usque ad ultimam horam ad suos dilectionis conseruantiam demonstrans. August. Inimicos iubet, & hoc facisit quod iubet, sinunt, s. nunc eos abire quos non vult perire. Chry. Vnde euangelista ostendens, q; hoc non fuit eorum propositi, sed uirtus eius qui comprehensus fuerat, subiungit, Vt impleretur sermo quẽ dixit, &c. Perditionem autẽ non hãc dixerat quæ est mortis, sed illã æternam, euãgelista uerò & de præsenti morte id accepit. Aug. Nunquid autem non erant postea morituri? Cur ergo si tunc morerentur perderet eos, nisi quia nondum in eum sic credebant, quomodo credunt, quicunque non pereunt.

Dilectio christi ad apostolos.

Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dicit ergo Iesus Petro. Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater non uis vt bibam illum?

Chry. Petrus confidens in prædicta uoce domini, & in his quæ iam facta erant, armatur aduersus eos qui superuenerant. unde dicitur, Simon ergo Pet. &c. Sed qualiter qui iussus erat non perã habere, neq; duo uestimenta gladium habet? Mihi uidetur hunc formidans præparasse dudum. Theo. Vel ad opus agni illo indigens ferebat hunc etiam post cœnam. Chrys. Sed qualiter qui iussus erat non alapam dare, homicida fit? quia maxime non se ulcisci iussus est, hic autem non se ulciscebatur, sed magistrum. Demum nondum perfecti adhuc erant, sed uidebis postea Petrũ uerberatum & humiliter ferentem: non sine causa autem subdit, Et absci. eius au. dex. Videtur mihi. n. impetum apostoli significare, quoniam ad ipsum caput impetum fecit. Aug. Solus aũt hic euãgelista etiam nomen serui huius expressit, cũ dicit, Erat au. no. ser. Mal. Sicut Lucas solus quod ei⁹ auriculam dominus tetigerit & sanauerit eum. Chry. Tunc enim miraculum fecit, & erudiens nos, quoniam eis qui malefaciunt, benefacere oportet & uirtutem reuelans suam. Nomen autem propterea posuit euangelista, ut his qui tunc legerent, liceret quærere si uerè factum sit. Seruum autem eum summi põtificis dicit, quia magnum est quod factum est, non solum quia curauit, sed quia curauit eum, qui super eum uenerat, & paulopost alapam daturus erat. Aug. Malchus autem interpretatur regnaturus, quid ergo auris pro domino amputata, & a domino sanata significat, nisi auditum amputata uetustate renouatũ, ut sit in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ, quod cui præstitum fuerat a Christo quis dubitet regnaturum esse cũ Christo? quod autem seruus inuentus est, & hoc ad illam pertinet uetustatem, quæ in seruitutem generat, sed cum accessit sanitas, figurata est & libertas. Theo. Vel cęsio auris dextræ serui principis sacerdotum signum erat surditatis eorũ, quæ præcipuè in principibus sacerdotum inoleuerat. Quod autem denuo restituta sit auris, significat ultimam reparationem intellectus in Israeliticis ueniente Elia. Augustinus. Factum autem Petri dominus improbauit & progredi ultra prohibuit. un-

Gladi⁹ vnde Petro.

Allegoria de aure abscissa.

de sequitur. Dicit er. Ie. Pe. Mitte gla. tuū in vaginā. Etenim ille ad patiētiā cōmonēdus fuit, & hoc ad intelligentiā cōscribēdū. Chry. Nō solū aūt minis eū cohibuit, ut Matthæus refert, sed & aliter cōsolabatur eū dicens: Calicē quē de. mi. pa. non vis ut bi. illū? ostendens qm̄ non illorū uirtutis q̄ fiebant erant, sed suæ concessionis, & q̄ nō est Deo contrarius, sed obediens usq; ad mortem. Theo. In eo aūt q̄ ipsum calicem dicit, q̄ sibi grata & acceptabilis pro salute mortaliū mors uideatur ædisserit. Aug. Quod aūt a patre traditū sibi dicit calicē passionis, illud est qđ ait apostolus. Filio ꝓprio nō pepercit, sed pro nobis oībus tradidit eū, uerū auctor calicis huius est ēt ipse q̄ bibit: unde idē apostolus di. Christus dilexit nos & tradidit seipsum pro nobis.

Calicis Xpi mysterium.

Cohors autem & tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum & ligauerunt eū & adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim socer Caiphæ qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis, quia expedit unum hominem mori pro populo.

Theo. Peractis cunctis quæ sufficienter se habebant ad prohibendū Iudeos, cū illi hoc nequaquā disc. ernerent tunc duci se permisit, unde dr̄: Cohors ergo & tribunus, &c. Aug. Cōprehēderunt ad quē non accesserunt nec audierunt. Accedite ad eū & illuminamini. Si. n. sic accederēt non eū manibus occidendum, sed recipiendū corde comprehenderent. Nunc autem qn̄ eū illo modo cōprehenderunt ab eo longius recesserunt. Sequitur. Et ligauerunt eum a quo solui potius uelle debuerunt, & erāt fortè in eis, postea liberari ab eo dixerit. Dirupisti uincula mea. Postea uero q̄ persecutores tradente Iuda dn̄m ligauerunt: ut intelligatur Iudas non laudabilis utilitate traditionis huius, sed sceleris uoluntate dānabilis, subdit. Et adduxerunt eū, &c. Chry. Præ delectatione. n. gloriabantur in his quæ fiebant quasi trophęum statuētes. Aug. Nec tacet causam cur ita factum sit subdens. Erat. n. socer, &c. Merito & Matthęus cum id breuius narrare uoluisset, eū ad Caiphā ductū fuisse cōmemorat, quia & ad Annā prius ideo ductus est, q̄ socer eius fuerit, ut intelligendum sit hoc eundē Caipham fieri uoluisse. Bed. Quatenus dū a consimili pōtifice damnaret̄ ipsi quoque minoris criminis reus haberetur, uel fortassis sic domus eius sita erat ut præterire eā non possent, siue diuinitus actum est ut qui erant affines sanguine sociarentur in scelere. Sed quod dicit q̄ esset pontifex anni illius, sonat cōtrariū legi, in qua ꝓceptū erat, ut unus esset pontifex sūmus, quo mortuo succederet ei filius suus, sed iā pōtificatus ambitione erat infectus. Alcu. Refert. n. Iosephus istū Caipham vnius anni sacerdotiū redemisse. Nō ergo mirū si iniquus pōtifex inique iudicauerit, sæpe qui per auaritiā ad sacerdotiū accedit per iustitiā in eo seruat. Chry. Ne aūt audiens uincula auditor tumultu ēt, recoluit ꝓphetiæ qm̄ mors eius salus fuit orbis terrarū. vnde sequit̄. Erat aūt Caiphas qui consiliū dederat Iudæis, quia expedit unū hominē mori pro populo, tanta. n. est ueritatis superabundantia, ut & inimici eā personēt.

Comprehensio Iesu.

Caiphas pontifex emptici.

Sequebatur autē Iesum Simon Petrus & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pōtifici & introiuit cū Iesu in atriū pontificis. Petrus aūt stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pōtifici, & dixit ostiariæ & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. Nūquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dixit ille. Nō sum. Stabant autē serui & ministri ad prunas quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se.

Aug. de con. euan. De Petri tentatione quæ inter dn̄i contumelias facta est nō eodem origine omnes narrant. Nā ipsas primo cōmemorat Matthæus & Marcus: deinde Petri tētatione. Lucas uero explicat prius tentationes Petri, demum dn̄i cōtumelias, Ioannes autem incipit Petri tētationē dicere cū dicit, Sequ. au. Ie. Si. Pe. & alius disci. Alcui. Ex deuotione sequebatur magistrum: quamuis a longè ꝓp timorem. Aug. Quis sit autem ille alius discipulus, nō temere affirmādum est, q̄ tacetur. Solet autē se idem Ioannes ita significare & addere: quē diligebat Iesus, fortassis ergo & hic ipse est. Chry. Si aūt occultat humilitatis gratia, etenim hic magnam rectitudinē enarrat. qūo oībus fugientibus ipse sequitur: sed præponit sibi Petrū & suiipsius coactus est meminisse ut discas qm̄ certius alijs enarrat ea quę facta sunt in atrio

Cōsē. euang. de negatiōe Petri.

trio quasi intus existens. Succidit autem propriã laudem subdens. Disc. au. ille erat notus &c. Non.n.hoc ut magnum quid de seipso ponit, sed quia dixit q̃ intrauit cum Iesu solus, vt non æstimes hoc excelsæ mentis esse addit causam. Igitur Petrũ uenisse illuc amoris fuit; nõ intrasse autẽ intra timoris, unde sequitur: Petrus au. sta.ad ostium foris. Alcui. Foris stabat qui negaturus erat dominũ. nec erat in Christo, qui Christum confiteri nõ erat ausus. Chry. Sed quoniã & Petr⁹ intrasse vtiq; domũ si ei concessum esset iudicauit subdẽs, Exiuit er.disc ipulus &c. Ideo ãt ipse eũ nõ introduxit, quia Chro adhærebat & sequebatur eum. Sequitur: Di er.an.ostia. Nũquid &c. Dicit ille. Nõ sum. Quid dicis o Petre? Nonne prius dixisti. Et si oportuerit animã meã pro te ponã? quid ergo factũ est: qm̃ nec ostiariæ fers interrogationẽ. Nõ erat miles qui interrogabat, sed ostiaria vilis, neque dixit. Seductoris discipulus es: sed hominis illius q̃ miserentis erat. Dicit autẽ. Nũquid & tu; quia Ioannes intus erat. Aug. Sed quid mirũ si Deus vera p̃dixit, homo autẽ falsa præsumpsit? Sanè in ista quę iam cœpta est negatione Petri debemus aduertere nõ solũ ab eo negari Christũ, qui dicit eum non esse Christum. sed ab illo ẽt qui negat se esse Christianum dominus. n. non ait Petro. Discipulum meum tu negabis, sed me negabis, negauit ergo ipsum cum negauit esse discipulum. Quid autem aliud isto modo q̃ se negauit Christum. q̃ multi postea etiam pueri & puellæ potuerũt mortẽ pro Christi confessione contemnere & regnum cęlorum fortiter introire, quod tunc iste nõ potuit qui claues regni eius accepit. ecce vnde dictũ est, Sinite hos abire, quia quos dedisti mihi, non perdidit ex eis quẽquã, vtiq; enim Petrus si negato Christo hinc iret, quid aliud quam periret? Chry. In sermone de Petro & Elia. Idcirco autem diuinę prouidentiæ secretum permisit, vt primus ipse laboret Petrus, quo erga peccãtes duriorem sententiam proprij casus intuitu temperaret. Petrus.n. orbis terrarum doctor & magister peccauit, & ueniã impetrauit, ut hęc indulgentiæ norma & regula iudicantibus præbetur. idcirco. n. angelis arbitror commissam sacerdotij potestatem, ue cum ipsi minime peccarent: in peccatoribus sine misericordia uindicarent. Homo passibilis supra homines ordinatur, ut dum ipse in alijs suas recolit passiones; mitem apud eos se præbeat & benignum. Theo. Quidam tamen inanem quandam gratiam appropriãtes Petro dicunt, quod ideo negauit Petrus, quoniã uolebat semper esse in Christo, & sequi continue. Nouit enim quod si fateretur se esse de Christi discipulis, diuideretur ab eo & non haberet ultra spacium sequendi uidendi dilectum, unde simulabat se officium gerere ministrorum ne uultus mœsticia cognitus excluderetur, unde sequitur. Stabãt autẽ ser. & mini. ad pru. quia fri. erat & cale. se. Erat autem & Petrus stãs &c. Aug. Non hyems erat: & tamẽ frigus erat, quale solet ẽt æquinoctio uerno accidere, Greg. 2. mor. Iã autẽ intus a charitatis calore Petrus torpuerat, & ad amorem præsentis uitæ, quasi ad persecutorẽ prunas infirmitate æstuante recalebat.

Tropologica expositio:

Petrus quare negare permissus.

Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis & de doctrina eius. Respondit ei Iesus. Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniũt & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis, ecce hi sciunt quæ dixerim ego.

Chry. Quia Christo nullum crimen inferre poterãt de discipulis interrogabant, vnde dicit: Põt.er.in.Ie.de discipulis suis fortassis vbi erãt, uel cuius gratia eos collegit: hoc autẽ dicebat quasi sediriosum & nouarum rerum factorẽ, cum redarguere volens, quasi nullo alio attẽdere ei q̃ eius discipulis. Theo. Explorat insuper de doctrina, vnde sequitur. Et de doctrina eius cuiusmodi, s. fores vtrum a lege discrepãs & aduersa Moysi, vt exinde occasione concepta, vt Dei emulum perdat. Alcui. Non .n. cognoscẽdæ ueritatis amore interrogat, sed ut causam inueniret qua eũ accusare potuisset, & tradere Romano præsidi ad dãnandum. Sed dñs ita temperauit responsionẽ, vt nec ueritatem taceret, nec se defendere uideretur. Sequitur enim. Respõdit ei Ie. Ego palam locutus sum mun. ego semper &c. Aug. Non prætereunda

nascitur

nascitur hic quæstio. Si.n.ipsis discipulis non loquebatur palam:sed horã promittebat qñ palam fuerat locuturus,qũo palam locutus est mundo? Deinde ipsis discipulis suis multo manifestius loquebatur qñ cum eis erat remotus a turbis tũc.n.& parabolas aperiebat, quas clausus ꝓferebat ad alios.Sed intelligendum est ita eum dixiss. Palam locutus sum mundo, ac si dixisset, Multi me audierunt; & rursus non erat palam,quia nõ intelligebant,& quod seorsum discipulis loquebatur non in occulto utiq; loquebatur.Quis nanq; in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur? præsertim s. hoc loquitur paucis;quod per eos uelit innotescere multis Theo.Reminiscitur autem hic prophetiæ quæ dicit.Nõ in occulto locutus sum, nec in occulto terrę tenebroso. Chry. Vel locutus est quidem in occulto;sed nõ ut hi æstimabant trepidans,& seditionẽ faciẽs: sed ubi multorum auditione superiora erant quæ dicebantur:uolens autem ex superabundantia fide dignum cõstituere suũ testimonium subdit, Quid me interro. Interroga eos qui audi. quid locu. sim ipsis. Ecce hi &c.q.d. Tu me de meis interrogas; interroga inimicos meos qui insidiãtur mihi; sicut autem hæc uerba confidentis in eorum quæ dicta erant ueritate.Hęc est enim ueritatis inaltercabilis demonstratio: cum inimicos quis inuocat testes. August. Ipsa enim quæ audierant & non intellexerant talia erant,ut nõ possẽt iuste ac ueraciter criminari: & quotiescunque interrogãdo tentarunt ut inuenirent unde accusarent eum, sic eis respondit ut omnes eorum retunderentur doli, & calumniæ eorum frustrarentur.

Hęc aũt cũ dixisset,unus assistẽs ministrorum dedit alapam Iesus dicens.Sic respõdes pontifici? Respondit ei Iesus. Si male locutus sum, testimoniũ perhibe de malo, Si aũt bene,quid me cædis? Et misit eũ Annas ligatũ ad Caipham pontificem.

Theo. Cũ Iesus astantiũ interpellasset testimoniũ,volens se minister excusare ꝗ nõ esset de his q admirabãtur Iesũ pcussit eũ,unde dicit:Hæc ãt cũ dixisset &c. Aug. de cõ.euan. Hic sane ostẽdit ꝗ Annas põtifex erat;nõdũ.n.erat missus ad caiphã cũ hoc diceret,Et hos duos Annã & Caiphã põtifices commemorat ẽt Lucas in initio euangelij sui. Alcui. Hic impletur prophetia, Dei maxillã meã pcutientibus. sed Iesus iniuste pcussus mansuete respõdit, unde sequit. Respõdit ei Iesus.Si male locutus sum &c.Theo.q.d.Si habes ex his quę nunc a me plorata sunt reprehendere,ostẽde ꝗ mali dixerim, ꝗ sine qs quid furis uel ẽt sic. Si ꝓperã docui cũ in synagogis docebã,certifica pricipẽ sacerdotũ,ꝗ si recte docui: ita ut ẽt uos ministri miraremini. quod me nũc cædis quẽ prius admirabaris? Aug. Quid ista respõsione ueri⁹, mã suetius,iusti us? Qui.n.accepit alapã nũqd uellet cũ qui pcussit aut cœlesti igne con summi,aut terra dehiscente sorberi, aut correptũ dęmonio uolutari,aut ẽt alia huiusmodi qualibet pœna,uel ẽt grauiori puniri? quid horũ per potentiã iubere nõ potuisset per quem factus est mundus;nisi patientiam non docere maluisset,quia uincitur mundus? Hic dicet aliquis, cur fecit quod ipse præcepit percutienti,s. non sic respondere:sed maxillam debuit alteram præbere? Quid ꝗ & mansuete respõdit & non solum maxillam alteram iterum percussuro,sed totum corpus figendum pręparauit in ligno,& hinc potius demonstrauit sua illa præcepta patientiæ non ostensione corporis,sed cordis pręparatione fiẽda.Fieri.n.potest,ut alteram maxillam visibiliter homo præbeat iratus: quanto ergo melius & respondet vera placatus, & ad perferenda grauiora tranquillo animo sit paratus? Chry. Quid igitur consequens erat, nisi aut redarguere aut acceptare qđ dictum est; sed hoc non fit; Ea enim quæ fiebant non erant iudicium; sed seditio & tyrannis.Non inuenientes autẽ quid plus facerent, mittunt eum ligatum ad Caipham, unde sequitur.Et misit eum Annas ligatum ad caipham pontificem. Theo. Suspicantes hunc cum astutior esset excogitare aliquid posse aduersum Iesum dignum morte. Augu. Ad illam autem sicut Matthæus dicit, ab initio ducebatur, quoniam ipse erat illius anni princeps sacerdotum. Alternis quippe intelligendi sunt solere annis agere põtificatum,& credendum est secũdum voluntatem Caiphæ id esse factum, vt Iesum primo ad Annam duce-

Mansuetudo christi.

Processus tumultuari⁹.

ducerent,uel etiam domos eorum ita fuit se positas:ut non deberet:Annas a transeũtibus præteri. Beda . Quod autem dicit ligatum,non sic intelligendum qđ tunc tãtum fuerit ligatus , sed tunc ligatus est , cũ est captus,itaq; ligatum ad Caipham misit , sicut sibi fuerat præsentatus , siue fieri potuit,ut ad horã solueretũ quatenus discuteretur,post hoc discussus iterũ ligaretur, & sic ad Caipham mitteretur.

Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se. Dixerũt ergo ei ; Nunquid & tu ex discipulis eius es. Negauit ille, et dixit, Nõ sum. Dicit ei unus ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te uidi in horto cũ Illo? Iterũ ergo negauit Petrus, & statim Gallus cantauit.

Aug. Cum dixisset euangelista q̧ Iesum ligatum miserat Annas ad Caipham , reuersus est ad locum narrationis , ubi reliquerat Petrum,ut explicaret quod in domo Anne ne trina eius negatione contigerat;unde dr̃,Erat autem Simon Petrus &c. Hic recapitulat qđ ante iã dixerat. Chry. Vel multo stupore detinebatur qui feruidus erat, ut deducto Iesu de cætero moueretur.Sed hoc fit ut discas , quanta naturæ sit imbecillitas: cum Deus hominem dereliquerit, & interrogatus rursus etiam negat:unde sequitur,Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis &c. Augu.de con. euan. Hoc loco inuenimus nõ ante ianuã . sed ad focũ stantem secundo negauisse.Petrum qđ fieri nõ posset, nisi iã redisset postea q̃ foras exierat:vt Matthæus dicit, Neque.n.iam exierat,& foris uidit eum altera ancilla, sed cum exiret eum uidit,id est surgeret , & exiret animaduertit eum , & dixit his qui erant ibi.i.qui simul erant ad ignem intus in atrio . Et hic cum Iesu Nazareno erat. Ille autem qui foras exierat , hoc audito rediens iurauit illis contra nitentibus, quia non noui hominem. Deinde in eo q̧ Ioannes hic ait,dixerunt. Nunquid & tu ex discipulis eius es ? quod redeũti q̧ stanti dictum intelligimus. Hoc quoque confirmat,non illam tantum alteram ancillam quã cõmemorant in hac secunda negatione Matthæus & Marcus, sed & aliũ quandã cõmemorat Lucas cum Petro illud egisse;uñ Ioannes dicit. Dixerunt ergo ei.Ioannes ãt secutus de tertia Petri negatione,ita explicat . Dicet ei unus ex seruis pontificis &c. Quod Matthæus & Marcus non singulari, sed plurali numero annunciant eos qui cum Petro agebant, cum Lucas unũ dicat,Ioannes quoq; unum eumque cognatum eius cuius abscidit Petrus auriculã,facile est intelligere , aut pluralẽ numerum pro singulari uisitata locutione usurpasse Matthæum & Marcum, aut & unus.Maxime tanq̃ sciens , & qui eũ uiderat affirmabat,cæteri aũt secuti eius fidẽ Petrum simul urgebant. Chry. Sed neque hortus in memoriam eius reduxit eorũ q̃ ibi dicta sunt,neq; multa dilectio quã illic per uerba multa ostẽdit:unde sequitur, Iterũ ergo negauit.Petrus &c. Aug.Ecce med. completa est prædictio; ægroti conuicta pͥsumptio:non.n.factũ est,quod ille dixerat. Animam meam ꝓ te ponam , sed factũ est , qđ ille prædixerat.Ter me negabis. Chry. Euangelistæ uerò cõcorditer negationem Petri scripserunt, non discipulũ accusãtes, sed nos erudire uolentes quãtum malũ sit nõ Deo totũ cõcedere;sed in semetipso cõfidere.Bed.Mysticè autem per primam Petri negationem illi designantur , qui ante passionem ipsius negauerũt eum esse Deũ, per secundã uerò illi qui post resurrectionem eius in diuinitate pariter & humanitate offenderunt , Item per primum gallicantum ipsius designatur capitis resurrectio,per secundum illa quæ in fine celebrabitur totius corporis . Per primam autem ancillam quæ Petrũ negare coegit designatur cupiditas , per secundam carnalis delectatio,per unũ seu plures seruos, dæmones qui suadent Christum negare.

Consẽs° euãgelic° | Iplet Christi sẽtẽtia. | Allegoria pulchra.

Adducunt ergo Iesum a Caipha in prætorium , Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in prætorium ut non contaminarẽtur , sed manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras & dixit, Quã accusationem affertis aduersus hoẽm hũc? Responderunt, & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eũ. Dicit ergo eis Pilatus, Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo Iudæi. Nobis nõ licet interficere quenquam, ut sermo Iesu impleretur, quam dixit significans qua morte esset moriturus.

Aug.Redit euangelista ad locum narrationis suæ ubi eam reliquerat,ut explicaret.Petri negationem:unde dicitur, Adducunt

cunt ergo Iesum &c. Ad Caipham quippe ab Anna collega & socero eius dixerat missum: sed si ad Caipham, cur ad prætorium? quod nihil aliud uult intelligi quam ubi præses Pilatus habitauit? Beda. Prętorium. n. dr sedes prętoris. Prętores dicuntur præfecti siue prætores: eo quod ciuibus præcepta donent. Augu. Aut igitur aliqua urgente causa de domo Annæ, quo audiendum ambo conuenerant Caiphas perrexerat ad prætorium præsidis, & socero suo Iesum reliquerat audiendum, aut in domo Caiphæ prætorium Pilatus acceperat; & tanta domus erat ut seorsum habitantem dominum Iesum seorsum iudicem ferret. Aug. de con. euan. Tamen ad ipsum Caipham ab initio dicebatur ad quem in extremo perductus est, sed quia iam tanquam conuictum rem adducebant, Caiphæ autem antea uisum fuerat ut Iesus moreretur, nulla mora interposita est quin occidendus Pilato traderetur. Sequitur Erat autem mane. Chry. Antequam Gallus cantaret ad Caipham ducitur, mane uero Pilatum per quæ demonstrat euangelista, quoniam per totum intermedium noctis a Caipha interrogatus in nullo redarguitur, & iccirco misit in eum Pilato, sed in alijs dimittens enarranda, ipse, quæsiuit quod deinceps est. Sequitur. n. Et ipsi non intro. &c. Aug. Hoc est in eum patrem domus quam Pilatus tenebat, si ipsa erat domus Caiphæ. Cur autem non introierunt exponit subdens. Vt contaminarentur &c. Chry. Quoniam tunc Iudæi faciebant pascha, ipse uero ante unam diem tradidit pascha, reseruans suam occasionem sexta feriæ quando uetus pascha fiebat. uel pascha dicit totum festum. Aug. Dies. n. agere cœperant animorum, quibus diebus contaminatio illis erat: in alienigenæ habitaculum intrare. Alcui. Pascha. n. proprie dicebatur dies illa qua agnus ad uesperam 14. luna occidebatur. Septem uero dies sequentes dies azimorum dicebantur, in quibus nihil fermentatum in domibus eorum debuit inueniri, sed tamen dies paschalis inueuitur inter dies azimorum: ut apud Matthęum. Prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Pascha etiam dies azimorum inueniuntur nominati sicut hic; Vt manducarent pascha. Pascha. n. non immolationem agnis hic nocet, quæ fiebat 14. luna ad uesperam, sed magnam solennitatem q. 15. celebratur post agni immolationem 14. enim luna dominus sicut & alij Iudæi pascha celebrauit 15. luna, quando magna solennitas celebrabatur est crucifixus. 14. uero luna cœpit esse immolatio, ex quo captus est in horto. Aug. O impia cæcitas alienigenę iudicis prætoris contaminari timebant, & fratris innocentis sanguinem non timebant. Nam quod etiam dominus erat & uitæ dator, qui occidebatur non eorum conscientiæ, sed nescientiæ deputetur. Theo. Sed Pilatus utcunque procedens mitius ipse idem egreditur, unde sequitur: Exiuit er. Pilatus &c. Bed. Hęc autem erat consuetudo Iudæorum ut quem mortis reum iudicarent uinctum præsidi traderent, ut dum præses uinctum cerneret intelligeret morti addictum. Chry. Sed uidens eum ligatum & a tot ductum non æstimauit hoc argumentum esse inaltercabile, sed interrogat; unde sequitur, Et di. eis. Quam accusationem &c. Inconueniens. n. dicit esse iudicium eos rapuisse, duplicium autem illi concedere. Sed illi renuentes ex directo accusationem; & coniecturis quibusdam utuntur: unde sequitur, Responderunt & dixe. Si non esset hic &c. August. Interrogentur atque respondeant ab immundis spiritibus liberati, cæci uidentes, mortui resurgente, & quod omnia superat, stulti sapientes, utrum sit malefactor Iesus. sed ista dicebat, de quibus per prophetam iam ipse prædixerat. Retribuebant mihi mala pro bonis. Aug. de con. euange. Sed uidendum est ne contra sit quod Lucas dicit certa in eo dicta esse crimina. Cœperunt autem illum (inquit) accusare: dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram: & prohibentem tributa dari Cæsari, dicentem se Christum regem esse. Sed secundum Ioan. uidetur Iudæi noluisse dicere crimina, ut eorum auctoritatem secutus Pilatus, quid ei obijcerent desineret quærere. Sed ob hoc tantum nocentem crederet quod sibi ab eis tradi meruisse, ergo intelligere debemus & hoc dictum esse, & illud quos Lucas commemorauit. Multa enim dicta & multa responsa sunt; Vnde in narrationem suam quisque posuit, quod satis

Prætorij locus qs.

Pilati rigor.

tis

tis esse iudicauit: nã & Ipse Ioan. dicit q̃-dã quæ obiecta sunt, quæ suis locis uidebimus. Itaq; sequitur; Dicit er. eis Pi. Accipite &c. Theo. q. d. Qm̃ ad uotũ iudiciũ poscitis & superbitis, ac si nihil unq̃ prophanũ egeritis, accipite uos & dãnate, ego neq̃q̃ talis Iudex efficiatur. Alcui. Vel hoc dicit. q. d. vos q legẽ habetis scitis q̃d lex de talib. iudicet, secundum quod iustũ esse scitis, ita facite. Sequitur: Dico er. ei. Iudei &c. Aug. Sed nõ ne lex pcepit ne malefactorib. prælertim seductoribus adeo qualẽ istũ putabãt parcant? Sed intelligẽdũ est eos dixisse nõ sibi licere interficere quenquã propter festi diei sanctitatẽ, quã, celebrare iã cęperãt. Ita ne omnẽ sensũ nimia malitia perdidistis, ut ideo uos a sanguine innocentis impollutos esse credatis, quia eum fundendum alteri traditis? Chry. Vel ideo ipsi eum non interfecerunt, quia multum de potestate eorum abscissum erat eis Romanis regibus subiacẽtibus. Vel aliter Quia dixerat eis, secundum legem uestrã interficite eum, uolentes ostendere q̃ peccatum eius non est Iudaicum, dicũt, Nõ licet nobis. Non. n. secundũ legẽ nostrã peccauit, sed crimẽ eius est publicum, quia se regẽ dixit, uel quia eũ crucifigi cupiebãt, ut ẽt modo mortis eum diffament. Nõ aũt licebat eis crucifigere. Sed quod alio modo interficiebant monstrat, Stephanus ab eis lapidatus. Et ideo subditur: Vt sermo Iesu &c. quoniam. f. Iudæis crucifigere nõ licebat, aut dicit hoc euãgelista, quoniam non ab eis solum, sed & a Gentibus debebet interfici. Aug. Sic enim legimus apud Marcum, ubi ait. Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & tradẽt eũ gentibus. Pilatus aũt Romanus erat, cumque in Iudæam Romani præsidem miserant, Vt ergo iste sermo Iesu impleretur, idest ut eum sibi traditum gentes interficerent, noluerunt eam accipere, dicẽtes. Nobis non licet interficere quenquam.

Accusatio Christi.

Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus & vocauit Iesum, & dixit ei, Tu es rex Iudæorum? Respondit Iesus, a temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus. Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus, Regnũ meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meũ, ministri mei utiq; de. ertarent, ut non traderer Iudæis. Nunc aũt regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus. Ergo rex es tu? Respondit Iesus. Tu dicis: quia rex sum ego, in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundũ, ut testimonium perhibeam veritati. omnis qui est ex veritate audit uocem meã. Dixit ei pilatus, Quid est ueritas?

Chy. Pilatus ab odio Iudæorum eripi uolens iudiciũ nõ protraxit in longũ: unde dicit̃, Introiuit ergo iterũ in ptoriũ &c. Seorsũ eo q̃ magnã habebat de eo suspicionẽ. Proponebat ãt oĩa exquisite rimari amato strepito Iudæorũ; unde sequit̃. Et dixit ei, Tu es rex Iudæorũ? Alcui. His uerbis ostẽdit Pilat' Iudæos abiecisse hoc criminis, ut uiceret se esse regẽ Iudæorum. Chry. Vel hoc Pilatus a multis audierat. quia uerò nihil illi hẽbãt dicere nõ multo fieret inuestigatio, q̃ cõiter dicebatur, hoc in mediũ ducere uult. Sequit̃? Respondit ei, A temetipso &c. Theo. Innuit ex hoc Pilatũ esse uecordẽ ac indiscrete iudicantẽ, ac si diceret. Si hoc ex teipso loq̃ris pãdis signa meæ rebellionis, ac si ab alijs p̃cepisti inq̃sitionẽ fac ordinariã. Aug. Sciebat utique dñs & q̃ ipse interrogauit, & quo ille respõsurus fuit, sed tñ dici uoluit non ut ipse sciret, sed ut conscriberetur q̃ uoluit ut sciretur. Chry. Non ergo ignorans interrogat, sed ab ipso accusari Iudæos uolens; unde sequitur, Resp. Pila. Nunquid ego. Iu sum. Aug. Abstulit a se suspitionem qua posset putari a semetipso dixisse, id se a Iudæis audisse demõstrans? unde subdit, Gens tua &c. Deinde dicendo. Quid fecisti? Satis ostẽdit illud ei pro crimine obiectum tanquam diceret. Si te regem negas, quid fecisti ut tradaris mihi? quasi mirum non esset si puniendus iudici traderetur qui se dicere regem. Chry. Reducit autem Pil. non ualde malum existentem, & uult ostendere, q̃ non est homo nudus, sed Deus, & Dei filius, & quod formidauerat Pilatus dissoluit tyrannidis suspicionem; unde sequitur, Respondit Iesus. Regnum meum &c. Augustinus. Hoc est quod bonus magister scire nos uoluit, sed prius nobis demonstranda fuerat uana hominum de regno eius opinio, siue Gentium, siue iudæorum, a quibus id Pilatus

Pilati astutia

tus

tus audierat, quasi propterea fuisset morte plectendus ꝙ illicitum affectauerit regnũ, vel qm̃ solent regnaturi inuidere regnanti, & uidelicet cauendus erat ne huius regnũ siue Romanis siue Iudęis esset aduersum. Quod si interrogante Pilato cõtinue respondisset, nõ ẽt Iudæis: sed solis Gentibus hoc de se opinantibus respondisse videretur. Sed post re spõsioné Pilati, iã Iudæis & Gentibus oportunis aptiusque respõdit. q. d. Audite Iudæi & gentes, nõ impedio dominationem uestrã in hoc mundo. Quid uultis amplius? Venite credendo ad regnum, quod non est de hoc mundo. Quid est. n. eius regnum nisi credentes in eum? quibus dicit. De hoc mundo nõ estis quanuis eos esse vellet in mundo; unde & hic non ait. Regnum meum nonest in hoc mundo, sed nõ est de hoc mũdo. De mũdo. n. est, quicquid hominum a Deo qdẽ creatũ, sed ex Adã uitiata stirpe generatũ est. Factũ est ãt regnũ nõ iã de mũdo quicquid inde in Chr̃o regeneratum est. Sic. n. nos Deus eruit de potestate tenebrarũ & transtulit in regnum filij charitatis suæ. Chry. Vel hoc dicit: qm̃ nõ tenet regnũ, ut hic reges terreni tenent, sed qm̃ desup habet principatũ qui non est humanus, sed multo maior & clarior: vnde subdit, Si ex hoc mũdo esset &c. Ostendit hic regni eius ꝙ apud nõ est imbecillitaté, qm̃ a ministris habet fortitudiné, superius uero regnũ sufficiés est sibijpsi nullo indigés. Si igĩ maius est illud regnũ, uolés captus est seipsũ tradens. Aug. Cum auté probasset regnum suum nõ esse de hoc mundo: subdit, Nunc autem regnũ meũ nõ est hinc, non dicit. nõ est hic, hic. n. est regnũ eius, usq; ad fidé seculi habés intra se commixta zizania usque ad messem: sed tñ nõ est hinc, qa peregrinatur in mundo. Theo. Vel ideo nõ dicit. Nõ est hic, sed nõ est hinc: nã regnat in mũdo & utĩ illius ꝓuisione & iuxta votũ cũcta disponit. Nõ est ãt ab infimis cõstitutũ regnum eius; sed cælitus & ante secula. Chry. Hinc ãt hæretici accipiétes occasionẽ alienũ cũ esse a mũdi cõditione dicũt. Sed cum dicit, Regnum meũ non est hinc non priuat mundum a sua prouidentia & prelatione, sed ostendit regnum suum nõ esse humanũ neq; corruptibile. Sequitur;

Regni Chr̃i Conditio.

Di. itaq; ei P i. Er. rex ès tu? Respondit Ie. Tu dicis &c. Aug. Non quia regem se timuit confiteri, sed ita dictum est, vt neque regem se neget: neq; regem se talem esse fateatur, cuius regnũ putetur esse de hoc mundo, Dictum est. n. Tu dicis, ac si diceret Carnalis carnaliter dicis. Deinde subiungit. Ego in hoc natus sum &c. Non est producenda huius pronominis syllaba qđ ait, In hoc natus sum; tanquam dixerit. In hoc renatus sum: sed corripienda tãquam dixerit. ad hoc natus sum; sicut & ait, Ad hoc ueni in mundum. Vnde manifestum est eum temporalem natiuitatem suã hic commemorasse, qua incarnatus uenit in mundum; non illam sine initio qua Deus erat. Theo. Vel aliter; Quæsi o per Pilatũ si dominus esset rex. Ego (inquit) inhoc natus sum, idest ad hoc, quia rex sum: hoc. n. ipso ꝙ a rege productus sum: me quoq; testor fore regem. Chry. Si igitur rex natus est, nihil nisi accipiés habent, Ad hoc (inquit) ueni; ut testimonium perhibeã ueritati, hoc est, ut hoc ipsum suadeã omnibus Et notandum est, ꝙ suam humilitatem ostẽdit, dum dicentibus. Quoniã malefactor est, ferebat silens. quando uero interrogatus est de regno, tũc locutus est ad Pilatum erudiens eum & reducens ad altiora & ostendit se nihil versutum operatum esse per hoc quod dicit, Vt testimonium perhibeam ueritati. Aug. Cum auté Christus testimonium perhibeat ueritati, testimonium perhibet sibi; eius quippe est uox. Ego sum ueritas. Sed quia non omnium est fides, adiungit atque ait, Omnis qui est ex veri. au. vo. meam, Audit utique interioribus auribus, idest obedit meæ uoci, ac si diceret. credit mihi. Quod uero ait, Omnis qui est ex ueritate, gratiam cõmendauit, quia secundum propositum uocat. Nam si naturã cogitemus in qua creati sumus, cũ omnes ueritas creauerit, quis non est ex ueritate, sed non omnes sunt, quibus ut obediant ueritati ex ipsa ueritate præstatur. Si enim dixisset: omnis qui audit uocem meam ex ueritate est, ideo dictus ex ueritate putaretur, quia obtemperat ueritati. Non autem hoc dixit; sed ait, Omnis qui est ex ueritate audit uocem meam. Audit utique, ac per hoc non ideo est

Natiuitas Christi dupl.

Veritatis ratio discussa.

est ex ueritate, quia eius audit uocem, sed ideo audit, quia ex ueritate est, quia hoc illi donum ex ueritate collatum est. Chry. Hæc autem dicens: attrahit & suadet fieri eorum quæ dicuntur auditorem, ita denique & eum cœpit his breuibus uerbis ut quæreret. Quid est ueritas. sequitur.n. Dixit ei Pilatus. Quid est ueritas? Theo. Nam fere ab hominibus euanuerat, & a cũctis erat incognita dum essent increduli.

Et cum hoc dixisset iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo uobis, ut unum dimittam uobis in pascha. Vultis ergo dimittam uobis regem Iudæorum? clamauerunt rursum omnes dicentes. Non hunc, sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro.

Aug. Cum dixisset Pilatus. Quid est ueritas credo in mentem illi uenisse cõtinuo cõsuetudinem Iudæorum qua solet eis dimitti unus in pascha, & ideo nõ expectauit ut respõderet ei Iesus, ne mora fieret cum reuoluisset morẽ quo posset eis in pascha dimitti, quod eum ualde uoluisse manifestum est. uñ dicit, Et cum hoc dixisset &c. Chry. Sciebat.n. quidem qm̃ hęc indigebat tempore interrogatio oportebat autẽ eum eripere ab impetu Iudęorum: idcirco & exiuit. Alcui. Vel non expectabat audire rñsum; quia forte indignus fuit audire. Sequitur, Et dicit eis. Ego nul. in eo inue. causam. Chry. Non dixit: quia peccauit & dignus est morte, donate eum festo: sed primum eum excusans, tunc rogat ex abundanti, ut si nollent eum, ut innocentẽ dimittere, saltem obnoxium donarent tempori. Ideoq; induxit, Est autem consuetudo uobis &c. Bed. Hæc cõsuetudo nõ erat legis præceptum, sed ex antiqua patrũ traditione descendit, ut ob recordationem liberationis ex ægypto unum etiam in die paschæ dimitteret uinctum. Deinde exhortatiue, dicit uultis ergo dimittam uobis regem Iudæorum. Aug. Auelli.n. ex eius corde non potuit Iesum regem Iudæorum esse tanquam hoc ibi sicut in titulo ipsa ueritas fixit; de qua quid esset interrogauit. Theo. Pulchre autem Pilatus respondet p̃ hoc quòd in nullo Iesus errauit, sed frustra inquietatur ab eis uelut regnum desiderans. Non.n. eum qui se regem assereret, ac æmulum Romanę potestatis, Romanorum

Veritatis responsũ nõ accepit Pilatus.

Priuilegiũ paschale.

uicarius absoluisset. Quamobrẽ in hoc ꝙ dixit. Regem Iudæorum absoluam, prorsus innoxium Iesum prodit, illuditque Iudæos. q.d. quem vos criminamini, ut regẽ se putantem: hunc absolui iubeo, quasi talem non existentem. Aug. Sed hoc audito clamauerunt. unde sequitur, Clamauerunt omnes rursus dicentes. Nõ hunc sed Bar. Erat au. Bar. latro. Non reprehendimus o Iudæi ꝙ per pascha liberastis nocẽtem, sed occidistis innocẽtem; quod tamẽ nisi fieret, verum pascha non fieret. Bed. Quia ergo reliquerũt Saluatorẽ & petiuerunt latronẽ, usque hodie diabolus sua latrocinia exercet in ipsos. Alcui. Barrabas aũt interpretatur, Iste filius magistri eorũ, id est diaboli. qui huic latroni in suo scelere, Iudęis in sua perfidia magister fuit.

CAPVT XXI.

TVNC ergo apprehendit Pilatus Iesũ & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. Et ueste purpurea circundederunt eũ. Et ueniebant ad eũ & dicebãt Aue rex Iudæorum, & dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis. Ecce adduco uobis eum foras, ut cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam & purpureum uestimentum, & dixit eis. Ecce homo.

Aug. Cum Iudæi clamassent non Iesum sibi dimitti a Pilato uelle propter pascha, sed Barrabam latronem, subditur, Tũc er. apprehendit &c. Hoc Pilatus nõ ob aliud fecisse credẽdus est, nisi ut eius iniurijs Iudæi satiati sufficere sibi æstimarent: & usq; ad eius mortem sæuire desisterẽt. Ad hoc pertinet quod idem pręses etiam cohortẽ suam permisit facere q̃ sequuntur, aut fortassis & iussit; dixit.n. quid deinde fecerit milites: Pilatum tamen id iussisse non dixit. Sequitur.n. Et mili. ple. coro. de spi. impo. ca. eius, & uest. pur. cir. eum. & ue. ad eũ & di. Aue rex &c. Chry. Quia enim Pilatus dixit eum regem Iudæorũ schæma ei contumeliæ de reliquo apponunt. Bed. Nam pro diademate spineam illi imposuerunt coronam: & p̃ purpureo uestimẽto quo reges ueteres utebantur, uestem purpu-

Flagellationis Iesu causa.

Chry. Pilatus timore concussus, rursus inquisitionē facit. vnde dicitur, Et ingressus est prætoriū iterum; & dicit ad Ie unde es tu? Non autē ultra interrogat, Quid fecisti? Sequitur, Iesus aût responsum nō dedit ei. Qui.n. audiuit, qm̄ in hoc natus sum, & ad hoc ueni, & qm̄ regnum meū nō est hinc. cū debuisset resistere & eripere eum, hoc quidē nō fecit, sed secutus est Iudaicū impetum. Propterea ergo nihil ei respōdit, qm̄ inaniter oia interrogabat. Sed & aliter operibus testantibus ei: uolebat per sermones uincere & excusationes cōponere, ostēdēs qm̄ ad hoc uenit. Aug. Hoc autem silētium dñi nostri Iesu Christi nō semel factum collatis oīum euangelistarum narrationibus reperitur, & apud principem sacerdotum, apud Herodē, & apud ipsum Pilatum, ut nō frustra de illo prophetia processerit, Sicut agnus coram tondente fuit sine uoce, sic non aperuit os suum, tunc vtiq; qñ interrogātibus nō respondit; quanuis.n. quibusdā interrogātibus sæpe respōderit, tñ propter illa in quibus noluit respondere ad hoc data est de agno similitudo, ut in suo silētio nō reus, sed innocēs haberetᷣ.i. non sicut malè sibi cōscius q̄ de peccatis conuicebatur suis, sed sicut māsuetus qui ꝓ peccatis immolabatᷣ alienis. Chry. Quia igitur siluit, sequitur: Di.er.ei Pi. Mi. non loque. nescis &c. Vide qualiter seipsum cōdēnauit. si.n. in totū positū est: cuius gratia nullā causam inueniēs. nō absoluis? Quia igitur aduersus seipsum protulit: respōdit Iesus, Non haberes pote. aduersum me vllā, nisi tibi datū esset desuper, ostēdens qm̄ nō simpliciter & secundū aliorū consequentiā hoc fit, sed mysticè cōsumatur. Ne igitur hoc audiēs æstimes eū ab oī erutū crimine: subdit, Propterea q̄ tra. me tibi, pec. mai⁹ habet. Et nimirū si datū erat, neq; hic neque illi obnoxij sunt criminibus: inaniter dicis, Hoc.n. datum est.i. concessum, ac si diceret: permisit hoc fieri, neq; tñ propterea extra nequitiam sunt. Aug. Ecce respondit prouide, vbi non respondebat, nō sicut reus siue dolosus, sed sicut ouis silebat: vbi respōdebat, sicut pastor docebat. Dicamus ergo qđ dixit, qđ & per apostolū docuit, quia nō est potestas nisi à Deo

Incon-stantia Pilati.

Et quia plus peccat qui potestati innocentē occidendum liuore tradit; quā potestas ipsa si eū timore alicuius maioris potestatis occidit. Talē quippe Deus dederat illi potestatem: vt esset ēt sub Cæsaris potestate: quapropter inquit, Non haberes aduersum me potestatem vllā.i. quantulācunq; habes: nisi hoc ipsum, quicquid est, tibi esset datum desuper, sed quia scio quātum sit: non.n. tantū est, vt tibi omnimodo liberum sit, propterea qui tradidit me tibi maius peccatū habet. Ille quippe me tuæ potestati tradidit inuidendo, tu verò eandem potestatem in me exerciturus ex metuendo. nec timendo quidē præsertim innocentem hoīem non debet occidere, sed id celādo facere multo maius malum est q̄ timēdo: & ideò nō ait, Qui me tibi tradidit, ipse habet peccatum, tanquā ille nō haberet: sed ait, maius peccatum habet, vt ēt se habere intelligeret. Theo. Dicit autem, qui tradidit me tibi.i. Iudas vel etiā turba. Cū ergo patēs respōsum Iesus ediderit, ꝙ nisi memetipsum præberē & pater concederet, non haberes potestatē in me, ex hoc potius ipsum absoluere Pilatus satagebat. vñ sequitᷣ, Et exinde q̄rebat Pilatus dimittere eū. Aug. Lege superiora, & inuenies iā dudū eū q̄rere dimittere Iesum. Exinde, itaq; intelligendū est; ꝓpter hoc, idest ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem traditum.

Iudæi autē clamabant dicentes, Si hūc dimittis non es amicus Cæsaris. Oīs.n. qui se regem facit, cōtradicit Cæsari. Pilatus autē cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, et sedit pro tribunali in loco q̄ dicitur lithostratos, hebraicè autē gabatha. Erat autē parasceue paschæ hora quasi sexta, et dicit Iudæis, Ecce rex vester. Illi autē clamabāt, Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regē vestrum crucifigā? Responderunt pontifices, Non habemus regē nisi Cæsarē. Tūc ergo tradidit eis illū vt crucifigeretur.

Aug. Maiorem timorē se ingerere putauerunt Iudæi Pilato terrendo de Cæsare, ut occideret Christum q̄ superius, vbi dixerunt, Nos legē habemus & secūdum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. vnde dicitur, Iudæi autem cla. dicen. Si hunc &c. Chry. Sed vnde habetis hoc demonstrate? à purpura, à diademate, à

curru, à militibus? Nõne solus semper cũ 12. discipulis. incedebat per omnia uilia transiẽs & cibum & stolã & habitationẽ? Aug. Pilatus aũt eorum legem nõ timuit vt occideret, sed magis filium Dei timuit ne occideret. Nunc uero nõ sic potuit cõtemnere Cęsarem auctorẽ potestatis suæ, quemadmodum legem Gentis alienę. vnde subditur, Pilatus aũt cum audisset hos sermones adduxit foras Iesum & se. pro tribuna. i lo. q̃ dici. lithostratos, hębraicè autem gabatha. Chr. Exijt quidẽ ut scrutatur⁹ rem sedere. n. pro tribunali hoc ostendebat. Glo. Sicut. n. tribunal est iudicum, tronus uel solium regum, & cathedra doctorum. Beda. Lithostratos aũt dicitur pauimentum, quasi lapide stratum, erat locus sublimis. Sequitur, Erat autem parasceue Paschę hora quasi sexta. Alcui. Parasceue, idest p̃paratio, hoc nomine dicebaĩ sexta sabbati in qua p̃parabnt necessaria sabbato, ut de manna dictũ est. Sexta die colligetis duplum; quia. n. sexta die hõ est factus, & in 7. requieuit Deus, ideo sexta die pro homine patitur, sabbato quiescit in sepulchro; hora autem erat quasi sexta. Aug. Quid est ergo q̃d Marc⁹. dicit. Erat hora tertia qũ crucifixerũt eũ, nisi q̃a hora tertia crucifixus est dñs linguis Iudęorũ: hora sexta manib⁹ militũ, vt intelligamus horã 5. iã fuisse trãsactã, & aliq̃d de sexta cœptũ qñ sedit pro tribunali Pilatus, q̃ dicta est à Ioanne hora quasi sexta, & cũ duceretẽ & crucifigeretẽ, & iuxta eius crucẽ gererentur q̃ gesta narrantur, hora sexta integra cõpleretur. Ex qua hora vsq; ad 9. sole obscurato. tenebras factas triũ euangelistarum Matthęi, Marci, et Lucę cõtestatur auctoritate. Sed qm̃ Iudęi facinus interfecti Xp̃i à se in Romanos, idest Pilatũ & eius milites trãsferre conati sit, propterea Marcus ea hora, qua Christus à militibus crucifixus est pręter missa: tertiã potius horam recordatus expressit, ut non tantum milites reperiantur crucifixisse Iesum, uerumetiã Iudęi qui ut crucifigeretur, hora 3. clamauerunt. Est & alia huius solutio quęstionis, vt non hic accipiatur hora 6. diei, quia neque Ioãnes ait, Erat hora diei, quasi sexta. Sed ait, Erat parasceue hora quasi sexta, parasceue antẽ latine pręparatio est, Pascha. n. nostrum, ut dicit Apostolus immolatus est Christus. Cuius paschę præparatione si ab hora noctis nona computemus, qũ uidetur principes sacerdotũ pronũciasse domini immolationem, dicẽtes, Reus est mortis vsq; ad horam diei tertiã, qua crucifixũ esse Christum Marcus euangelista testatur, sex horę sunt tres nocturnæ, & tres diurnę. Theo. Soluunt autem quidam quod ex peccato scriptoris contigerit apud gręcos. nã quędã litera græca nomine gama, cuius talis est figura γ tertiam horam importat. Quædam autem figura quæ ab eis uocatur Epsylon quæ talis est sextã horã importat. Ex negligentia ergo scriptorum pręcedens figura cedere potuit in sequentem. Chry. Pilatus ergo ut scrutaturus exiens, nullam tamẽ scrutationem faciens tradit eum, ęstimãs mouẽdos esse eos. vnde sequitur. Et dicit Iudæis. Ecce rex uester. Theo. q. d. Ecce qualem hominem fatemini q̄ imperium vestrum capesseret humilis, ut nihil tale possit tentare. Chry. Et nimirum quæ dicta sunt erant sufficientia, ut facerent eos de cætero ab ira cessare, sed trepidant ne dimissus rursus turbã ducat. Amor etenim principatus uersutũ quid est & animã sufficiẽs perdere, p̃pterea magis insistũt. vñ sequiẽ. Illi au. cla. Tolle, tolle. Interficere. n. cũ conantur exprobratissima morte. vñ subdũt, Crucifige eũ, formidãtes ne aliqua eius post ipsum fiat memoria. Aug. Adhuc ãt Pilatus terrorẽ quẽ de Cæsare ingesserãt, superare conatur. vnde subdit, Dixit eis Pilatus. Regẽ vestrũ crucifigã? Dei ignominia eorũ volẽs eos frangere quos de ignominia Xp̃i mitigare nõ potuit. Sequitur, Responderunt pontifices. Non habemus &c. Chry. Volentes seipsos submiserunt supplicio, propterea & Deus tradidit eos. Quia enim cõcorditer negauerunt regnum Dei, dimisit eos in suum iudicium incidere. regnum enim Christi refutantes id quod Cæsaris est super seipsos uocabant. Augustinus. Sed Pilatus timore mox uincitur. vnde sequitur, Tunc ergo tradidit &c. Apertissimè enim contra Cæsarem uenire uideretur, si regem se non habere nisi Cæsarem profi-

Consensus euãgelicus.

Error scriptoris.

Vindicta Iudæorũ

profitentibus alium regem vellet ingerere, dimittendo impunitum, quem pp hos ausus ei tradiderunt occidendum. non ăt dictum est, Tradidit eis illū ut crucifigerent illum: sed, ut crucifigeretur, s. iudicio ac potestate p̄sidis. Sed ideo illis traditū dixit euangelista, ut eos crimine implicatos a quo alieni esse conabantur ostenderet. non. n. faceret hoc Pilatus, nisi ut id, quod eos cupere cernebat, impleret.

Susceperunt ăt Iesum & eduxerunt. Et baiulans sibi crucem exiuit in eū qui dicitur caluariæ locum, hebraicè autem golgota. Vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & inde, medium autem Iesum.

Glo. Ad mădatū præsidis milites Christum susceperunt crucifigendū. vnde dr̄, Susceperūt ăt Ie & eduxe. Aug. Potest. n. hoc iam referri ad milites apparitores p̄sides; nam postea euidentius dr̄. Milites ergo cum crucifixissent eū, quamuis euăgelista ĕt si totum Iudęis tribuit merito facit. ipsi. n. fecerūt quicquid vt fieret, extorserunt. Chr. Sed quia lignum ut prophanū putabant, & vitabant, & neq; tangere ipsum sustinebant, crucem Iesu ui condénato imponūt. vnde sequitur, Et baiulans sibi crucem &c. Ita & in typo factum est. Isaac etenim ligna portauit, sed tunc quidem vsq; ad patris beneplacitum res processit, nunc ăt in rebus effectum obtinuit, ueritas. n. erat. The. Sed quodammodo ut illic Isaac dimissus est, & mactatus est aries, sic & hic diuina natura manet impassibilis, sed humanitas secūdū quē aries dr̄ taquă errătes arietis Adę filius hic mactata est. Sed qualiter alius euangelista dicit, q̄ angariauerunt Simonem ut crucé portaret. Aug. de con. euan. Vtrunq; factū inuenimus: primo id qđ Ioannes dicit, de inde quod cęteri tres. vnde intelligitur q̄ ipse sibi portabat crucé, cum exiret in locum memoratū. Aug. sup. Io. Grande spectaculū, sed si spectet impietas grande ludibrium, si pietas grande mysterium. Ridet impietas, regé pro uirga regni lignum sui portare supplicij. Videt pietas regé baiulanté lignū ad seip sum figendum, quod fixurus fuerat, ĕt in frontib. regū; spernendum oculis impiorū in qua erant glorificatura corda sanctorū, ipsam crucé suam gestans humero cōmendabat, & lucernæ arsurę quę sub modio ponenda nō erat că delabrum ferebat. Chr. Et sicut victores, ita & ipse in humeris portabat victorię signum. Quidă ăt dicunt q̄ in illo loco qui Caluarię dicebatur Adam mortuus est & sepultus, ut in loco ubi mors regnauit, illic & Iesus tropheum statuerit. Hier. sup. Mat. Fauorabilis interpretatio & mulcés ăt populi, nec tū uera. Extra urbem. n. & foris portă loca sunt, in quib. truncanť capita damnatorū & caluarię quasi decollatum sumpsere nomen. Adam uerò sepultum iuxta Ebron & Abrahæ in Iesu filij naue uolumine legimus. Chry. Crucifigebant ăt eum cum latronibus. unde sequitur, Et cū eos alios duos hinc & inde, me. ăt Iesum. In hoc prophetiam implentes, qm̄ cum iniquis reputatus est. Quæ. n. conuiciantes faciebant, hęc ueritati conferebant. uolebat. n. dęmon quod fiebat obūbrare, sed nō ualuit. Trib' enim in cruce affixis miracula quæ fiebăt nulli ascripsit nisi soli Iesu; ita manes diaboli artes factæ sunt, nec solum nō obfuit glorię eius, sed contulit nō parum. nam latronem in cruce conuertere, & in paradisum inducere non minus fuit q̄ concutere petras. Alcui. Tū & ipsa crux si attendas tribunal fuit. In medio. n. iudice constituto, unus latro qui credidit liberatus, alter qui insultauit damnatus est, iam significabat qđ facturus est de uiuis & mortuis, alios positurus ad dexteram, alios verò ad sinistram.

Crucis suę portitor Iesu.

Adă vbi sepult'.

Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc ergo titulū multi legerunt Iudæorum, quia propè ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum hæbraicè grecè, & latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorū, Noli scribere Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit rex sum Iudęorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi.

Chry. Sicut in trophęo literę ponūtur uictoriă ostédétes, ita Pilatus titulū cruci. Christi inscripsit. vn̄ dicitur, Scripsit auté &c. Simul quidé pro Christo respódés, ut eū à cōione latronū discerneret, simul ăt & de Iudæis ulciscés. ostédens scilicet ipsorū malitiă dū in suum regem insurrexerūt. vn̄ sequitur, Erat ăt scriptū &c. Beda.

Tituli mysterium.

In quo monstrabatur iã tunc regnũ ipsius, non vt ipsi putabant destructũ, sed potius augmentatum. Aug. Sed Iudæorũ tm̃ rex Christus est an & Gentiũ? immò & gentium Cum.n. dixisset. Ego ãt sum cõstitutus rex ab eo super Syon montem sanctũ eius: subiecit, Postula a me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuã. magnum ergo volumus intelligi in hoc titulo sacramentũ, quia.s. Oleaster factus est particeps pinguedinis, Oleę non Olea particeps facta est amaritudinis oleastri. Rex ergo Iudęorum Christus, scdm Iudęorum circuncisionem nõ carnis, sed cordis nõ litera, sed spiritu. Sequitur, Hunc ergo titulum multi legebant Iudæorum. Chr. Credibile ãt est multos Gentiles simul cum Iudęis pp festũ conuenisse, & ideo ut nullus ignoraret, nõ in vna lingua, sed in tribus scripsit vñ subditur. Et erat scriptũ hebraicè, græcè, & latinè. Aug. Hęc qppè tres linguæ ibi præ cæteris eminebant. Hebręa pp Iudęos in lege Dei gloriãtes. Græca propter Gẽtium sapientes. Latina propter Romanos multis & penè omnibus tunc gentib. imperantes. Theo. Significat ãt superscriptio triplici sermone figurata dñm esse regem practicè, physicè, necnon theologicè. Nam per latinas literas figuratur practica, eo q̃ Romanorum Imperium potẽtissimũ satisq; officiosum in expeditionibus fuerit. Per gręcas verò literas physica figuratur, Gręci namq; erga naturaliũ speculationem insudauerũt. Demum per hæbraicas theologia prętenditur, dum Indæis est credita rerum diuinarũ agnitio. Chry. Iudęi ãt crucifixo inuidebãt. vnde sequitur, Dicebant ergo Pilato &c. Nam hæc quidẽ enunciatio est & cõis sentẽtia. Si verò adijciatur, Qm̃ ipse dixit, ipsius petulantiæ & extollentiæ ostenderet crimen esse, sed Pilatus in priori stetit mente. unde seqtur, Respõdit Pilatus, Quòd scripsi scripsi. O ineffabilem vim diuinæ operationis etiam in cordibus ignorantium: nonne occulta vox quędam Pilato intus quodam si dixi põt clamoso silẽtio personabat, quod tanto ante in psalmorũ literis prophetatum est? Ne corrumpas tituli inscriptionẽ. Sed quid loquimini insani pontifices? nũquid.n. propterea nõ erit verum, quia Iesus ait, Rex sum Iudæorũ? Si corrumpi non potest quod Pilatus scripsit, corrumpi potest quod veritas dixit. Ideo enim Pilatus quod scripsit, scripsit: quia dominus, quod dixit, dixit.

Linguarũ triũ ratio.

Prophetia tituli.

Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimẽta eius & fecerunt quatuor partes vnicuiq; militi partem, & tunicam. Erat ãt tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem, Non scindamus eã, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur, dicens, Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem.

Aug. Iudicante Pilato milites qui ei parebant crucifixerunt Iesum. unde dicit, Milites ergo cum cruc. &c. Et tñ si uoluntates, si clamores eorũ cogitemus, Iudæi magis crucifixerunt. sed de partitione sortitioneq; uestimentorũ eius cœteri euangelistæ breuius & clause, iste verò apertissimè locutus est. nam sequitur, Et fecerunt quatuor par. &c. Vnde apparet quatuor fuisse milites qui in eo crucifigendo pręsidi paruerunt. Sequitur, Et tunicam subaudiendum est. Acceperunt, ut iste sit sensus: Acceperunt ãt & tunicam, & sic locutus est, ut de cœteris uestimentis nullam sortem missam esse uideamus, sed de tunica quam simul cum cæteris acceperunt, sed nõ similiter diuiserunt. De hac enim sequitur exponens, Erat ãt tu incõ. desuper cõtexta per totum. Chry. Ipsam speciem tunicæ euangelista hystoricè designat, q̃a.n. in Palęstina duos pannos connectentes subtexunt indumenta, ostendit Ioannes q̃ talis erat tunica Iesu, occultè vtilitatem vestimẽtorum insinuans. The. Alij verò dicunt q̃ apud Palæstinam telas contexunt, non velut apud nos texuntur, existẽte superius stamine, inferius verò texentibus, ut sic non uersus partẽ supremã textura protẽdat, sed econtra. Augu. Cur ãt de illa sortem miserint narrat dicens, Dixerunt ergo &c. Apparet itaq; in alijs uestimentis æquales se habuisse, partes, ut sortiri necesse non fuerit. In illa verò vna nõ eos habere potuisse singulas partes, nisi scinderetur ut pannos eius inutiliter tollerent: quod ne facerent, ad vnũ eam peruenire sortitione maluerunt. Huius euangelistę narrationi consonat

Crucifixio Iesu.

Vestis Christi, qualis.

etiā propheticum testimonium. unde subiungit, Vt scriptura impleretur dicēs, Partiti sunt &c. Chry. Intuere prophetię certitudinem, non.n. quę partiti sunt solum, sed & quę non partiti sunt. Dixit igitur propheta, uestimenta quidem diuiserunt, sed uestem sortiti concesserunt. Aug. Matthęus dicendo diuiserunt uestimēta eius sortem mittētes, totam diuisionem uestimentorum uoluit intelligi, & ad illā tunicā pertinere de qua sortem miserūt. Tale est quod āt ait Lucas, Diuidentes uestimēta eius miserūt sortes. Diuidētes.n. uenerunt ad tunicā qua facta est sortitio. Dicendo aūt sortes, pluralem numerum pro singulari posuit. Marcus aūt solus uidetur intulisse aliquam quęstionem: dicendo.n. Mittentes sortem super eis quis quid tolleret, tāquàm super omnibus uestimētis, nō super sola tunica sors missa sit locutus uideatur, sed hæc breuitas obscuritatē facit. Sic.n. dictum est, mittentes sortē super eis, ac si diceret mittentes sortem cum diuiderentur. Cùm autem dicit, Quis quid tolleret .i. quis tunicā tolleret, tanquàm si totum ita diceretur, mittentes sortem super eis quis tunicam quę partibus ęqualibus superfuerat tolleret. Quadripartita āt vestis dñi nostri Iesu Christi quadripartitā figurauit eius ecclesiā, quatuor.s. partibus in orbe diffusam, & in eisdem ęqualiter, idest cōcorditer distributā. Tunica uerò illa sortita oīum partiū significat unitatē, q̄ charitatis uinculo cōtinetur: Si āt charitas & supereminentiorē habet viā supereminet sciētię, & sup oīa pręcepta est, secundum illud, Super omnia autē hęc charitatem habere, meritò uestis quæ significatur desuper contexta perhibetur. Et addidit per totū, quia nemo eius expers qui ptinere uidetur ad totum, à quo toto catholica uocatur ecclesia. Inconsutilis autē ne aliquādo dissuatur, & ad unū perueniat, quia in unum omnes colligit. In sorte autem Dei gratia commendata est, cū n. sors mittitur, non personę cuiusque uel meritis, sed occulto iudicio Dei creditur. Chry. Vel sicut quidam dicunt tunica inconsutilis desuper contexta per totum, secundum allegoriam ostendit, qm̄ non simpliciter homo erat qui crucifixus est, sed & desuper deitatem habebat. Theo. Vel aliter: Vestis inconsutilis denotat corpus Christi, quod à superiori parte cōtextum est. Spiritus.n. sanct⁹ superuenit: & virtus altissimi virgini obumbrauit. Hoc ergo sacrosanctum Christi corpus indiuisibile cōstat. nam & si diuidatur per singulos sanctificans vniuscuiusq; animā simul, & corpus, integrè tamen & indiuisibiliter cōsistit in omnibus. At qm̄ ex quatuor elemētis mundus cōsistit, intelligendum est pro Christi vestimentis visibilem creaturam, quàm inter se diuidunt dęmones quoties morti tradūt varbū Dei qđ habitat in nobis, ac satagunt nos suæ partis efficere per mundanas illecebras. Aug. Et ideo ista nō aliquid boni significasse quis dixerit, q a per malos facta sunt. quid.n. de ipsa cruce dicturi sumus quę similiter ab impijs facta est, & tñ ea significari rectè intelligit; quod ait apostolus. Quę sit latitudo, longitudo, altitudo, & profundum. Lata est quippe in transuerso ligno quo extenduntur pendētes man⁹, & significat opera bona in latitudine charitatis. Longa est à transuerso ligno vsque ad terram, & significat perseuerantiam in longitudine temporis. Alta est in cacumine quo transuersum lignū sursum versus excedit, & significat supernum finē. quo cuncta opera referuntur. Profunda est in ea parte quæ in terra figitur, ibi quippe occulta est, sed cūcta eius apparentia inde consurgunt, sicut bona nostra de profunditate gratiæ Dei q̄ cōprehendi nō pōt, vniuersa procedūt. Sed & si crux Christi hoc solū significet qđ ait apostolus. Qui Christi sunt carnē suā crucifixerūt cū passionibus & cōcupiscētiis, quàm magnū bonū est? Postremo qđ est signū Christi nisi crux Christi? qđ signū nisi adhibeatur siue frontibus credētiū, siue ipsi aquę, ex qua regenerant̄, siue oleo quo charismate vngunt̄, siue sacrificio quo alūtur nihil eorū uitę proficitur. Crucis Christi mysteria.

Et milites quidē hęc fecerunt. Stabant autē iuxta crucē Iesu mater eius, et soror matris eius Maria Cleophę, et Maria Magdalenę. Cū vidisset ergo Iesus matrē, & discipulum stantem quē diligebat dixit matri suę: Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

Theo. Cùm milites quæ ad propriā spectabant secordiā prosequebatur: ipse genitricis cura solicitus est. unde dicitur, Et mili quidē hæc fe. Stabāt aūt &c. Ambr. in epist. Maria mater dn̄i ante crucem stabat filij: nullus me hoc docuit nisi sāctus Ioannes euangelista. Mundū alij cōcussū in passione dn̄i conscripserunt, cœlum tenebris obductum, refugisse solem, in paradisum latronem, sed post piā confessionē receptum. Ioānes docuit quod alij nō docuerunt, quemadmodum in cruce positus matrem appellauerit. Pluris putauit ꝙ uictor suppliciorū pietatis officia matri exhibebat, quàm ꝙ regnū cœleste donabat̄ vitæ æternę. Nam si religiosum est, O latroni donatur uita: multo vberioris pietatis est, ꝙ à filio mater tanto affectu honoratur. Ecce (inquit) filius tuus, ecce mater tua Testabatur de cruce Christ*, & inter matrem atq; discipulum diuidebat pietatis officia. Condebat dn̄s nō solum publicum, sed ēt domesticum testamentum. Et hoc eius testamentum signisicabat Ioānes dignus tanto testatore testis. Bonū testamētum non pecuniæ, sed uitæ æternæ, quod nō atramento scriptū est, sed spiritu Dei viui. Lingua mea calamus scribę: uel ociter scribētis. Sed nec Maria minor quàm ma rē Christi decebat fugiētibus apostolis ante crucē stabat, & pijs spectabat oculis filij vulnera. qa expectabat non in pignoris mortē, sed mūdi salutē, aut fortasse qa cognouerat, p filij mortē mūdi redēptionē. Aula regalis ēt sua morte putabat se aliqd publico auditura muneri; sed Iesus nō ęgebat adiutore, ad redēptionē omniū, qui oēs sine adiutorio seruauit. vn̄ & dicit, factus sum homo sine adiutorio inter mortuos liber. Suscepit quidē affectu parētis, sed non quęsiuit alterius auxiliū. Hāc imitamini matres sanctę, q̄ in unico filio dilectissimo tantū maternæ uirtutis exemplum dedit. neq;. n. uos dulciores liberos habetis: neq; illud uirgo quęrebat solatium, ut alium posset generare filiū. Hiero. con. Eluid. Maria ista quæ in Marco & Matthęo & Iacobi & Ioseph mater dicitur, fuit uxor Alphęi & soror Mariæ matris dn̄i, quam Mariam Cleophæ nūc Ioannes cognominat à patre, siue à gentilitate familię, aut quacunq; alia causa ei nomen imponens. Si autem inde tibi alia atq; alia uidetur ꝙ alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater, & hic Maria Cleophę: disce scripturę consuetudinem eundem hominem diuersis nominibus appellari. Chry. Et considera ꝙ imbecillius genus, s mulierū uirilius apparuit iuxta crucem stando fugientibus discipulis. Augu. de con. euan. Nisi autem Matth. & Lucas Mariam Magdalenę nominassent, potuissemus dicere alias à longe, alias iuxta crucem fuisse. Nullus. n. eorum pręter Ioannem matrem dn̄i cōmemorauit. Nunc ergo qūo intelligitur eadem Maria Magdalenæ & à longè stetisse cum alijs mulieribus, sicut Matthęus & Lucas dicunt, & iuxta crucem fuisse, sicut Ioannes dicit: nisi quia in tanto interuallo erant, ut iuxta dici possent, quia in conspectu eius præsto aderant, & à longè in cōspectu turbę propinquius circunstātis cum Centurione & militibus. Possumus etiā intelligere, quod illę quæ simul aderāt cum matre domini postquam eam discipulo cōmēdauit, abire iam cœperant, ut à densitate turbæ se eruerent, & cætera quæ facta sunt lōgius intuerentur, ut cæteri euāgelistæ, qui post mortē dn̄i eas cōmemorauerunt iam longè stātes cōmemorarent. Quid āt interest ad veritatē, ꝙ quasdam mulieres pariter, quasdā singuli nominauerūt? Chry. Et cū aliç mulieres astarēt nullius alterius meminit nisi matris, docēs nos plus aliqd matribus præbere. Sicut. n. parētes circa spiritualia aduersantes neq; nosse oportet, ita quādo nihil impediūt oīa decet eis pbere & alijs præferre. vn̄ subdit, Cùm uidisset er. Ie. ma. & di. stātem quem di. dixit ma. suæ. Mu. ecce filius tuus. Beda. Dilectionis indicio euangelista sum demonstrat personam, nō ꝙ excēpis cæteris solus, sed præ cæteris familiarius propter priuilegium castitatis à domino amabatur, quoniam uirgo ab eo uocatus, uirgo permansit in æuum. Chry. Papè quāto discipulū honorauit honore: sed ipse seipsum occultat moderate. sapiens, si enim uellet gloriari, & causam utique adiecisset propter quam amabatur. Etenim cōueniēs est magnam quādam & mirabilem esse causam.

Ideo

Miracula mortis Christi.

Mariæ laus.

Ideo autem nihil aliud Ioāni loquitur, neque consolatur tristitiam; quoniam tēpus non erat uerborum consolatione. Sed neque parū erat honorari eam tali honore. Quia verò cōueniens erat matrem existētem dolore oppressam procuratione quærere, quia ipse aberat, discipulo qui diligebatur tradidit diligēti habituro: vnde sequitur, Deinde di. dis. Ecc. mater tua. Au. Hæc nimirū est illa hora de qua Iesus aquam conuersurus in vinū dixerat matri, Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Tunc.n. diuina facturus nō diuinitatis, sed humanitatis uel infirmitatis matrem uelut incognitam repellebat, nunc autem humana iam patiens, ex qua factus fuerat homo, affectu commēdabat humano moralis igitur insinuatur locus & exemplo suo instruit preceptor bonus, vt à filijs pijs impēdatur cura parentib. tāquam lignum illud ubi erant fixa mēbra morientis, etiam cathedra fuerit magistri docentis. Chry. Itaque etiam Martionis obstruit in verecundiam. si.n. non genitus est secundum carnem, neque matrem habuit, cuius gratia tāta circa eam solam facit prouidentiam? intuere autem qualiter cum crucifigeretur vniuersa impertur bate agebat, discipulo loquens de matre: prophetias implens, latroni bonam spem tribuēs; antequam autem crucifigeretur, trepidans videtur. Nam illic quidem naturę imbecillitatis demōstrata est. hic autem virtutis superabundantia ostendebatur. Sed & nos per hoc erudit si ante aduersa conturbamur: non propterea desistere, cum in agonam ingressi fuerimus omnia sustinere ut facilia & leuia. Au. Quia ergo matri quam relinquebat: alterum pro se filium quodāmodo prouidebat cur hoc fecerit ostendit in hoc qđ subditur, Et ex illa hora accepit &c. Sed in quæ sua Ioannes matrē domini accepit? Neque.n. non ex eis erat qui dixerant ei. Ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te. Suscepit ergo eā in sua non prædia quæ nulla propria possidebat, sed officia quę propria dispensatio exequenda curabat. Beda. Alia litera habet: accepit eā discipulus in suā. quidam volunt in suā matrem, sed cōgruentius subauditur, in suam curam.

Postea sciēs Iesus, qa omnia cōsummata sūt, vt cōsummaretē scriptura dixit. Sitio. Vas autē erat positū aceto plenū. Illi ergo spongiā plenā aceto hysopo circūponentes obtulerunt ori eius. Cū ergo accepisset Iesus acetum dixit Cōsummatū est. Et inclinato capite tradidit spiritum.

Aug. Patiebatur hæc omnia q apparebat homo & ipse idē disponebat hæc omnia qui latebat Deus. vnde dr. Postea sciēs qm̄ om. consum. sunt; vt consummaretur scriptura, idest qđ scriptura prædixerat. Et in siti mea potauerunt me aceto, dixit. Sitio tāquā diceret hoc. minus fecistis date quod estis. Iudæi quippe ipsi erāt acetum degenerantes à uino patriarcharum & prophetarum. Vas ergo positū erat aceto plenum. tanquam enim de pleno uase, de iniquitate mundi huius impletum cor habētes, uelut spōgia cauernosis quodammodo, atq; totus tortuosis latibulis fraudulentum. vnde sequitur, Illi autē spōgiam plenam aceto hyso. circumpo. obtule. ori. eius. Chrysostomus. Neq; enim ex his quæ uidebant facti sunt mansueti, sed sæuiebant magis, & eum potabant, cōdēnatorum pocula offerentes. propterea n. hysopus appositus erat. Aug. Hysopum autē cui circumposuerunt spōgiam aceto plenam, quoniam herba est humilis & pectus purgat, Christi humilitatem congruēter accipimus, quam circundederunt & se circumuenisse putauerunt, Christi nāque humilitate mundamur. Nec moueat quomodo spongiam ori ei⁹ potuerunt admouere, qui cruce fuerat exaltatus à terra. Sicut.n. apud alios euangelistas legitur, ꝙ hic prætermisit; in arūdine factum est, vt in spongia talis potus ad crucis sublimia leuaretur. The. Quidam verò hysopum dicunt uocari arundinem, nam frondes habet arundini cōsimiles. sequitur, Cū ergo accepis. Ie. ace. di. Consummatū est. Aug. Quid? nisi ꝙ prophetia tanto ante prædixerat. Beda. Hic quæri pōt, qūo hic dicitur. Cum accepisset acetum, cū alius euāgelista dicat. Noluit bibere. Sed hoc facile soluitur, qm̄ non accepit ut biberet, sed vt qđ scriptum erat impleret Aug Deinde quia nihil remanserat quod antequā moreretur fieri adhuc oporteret. Sequitur, Et inclibato capite tradidit spiritum. Acetidati mysterium.

nascitur hic quæstio. Si.n.ipsis discipulis non loquebatur palam:sed horã promittebat qñ palam fuerat locuturus,quõ palam locutus est mundo? Deinde ipsis discipulis suis multo manifestus loquebatur qñ cum eis erat remotus a turbis tũc.n.& parabolas aperiebat, quas clausus ꝓferebat ad alios.Sed intelligendum est ita eum dixisse. Palam locutus sum mundo, ac si dixisset, Multi me audierunt; & rursus non erat palam,quia nõ intelligebant,& quod seorsum discipulis loquebatur non in occulto utiq; loquebatur.Quis nanq; in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur? præsertim s. hoc loquitur paucis;quod per eos uelit innotescere multis Theo.Reminiscitur autem hic prophetiæ quæ dicit.Nõ in occulto locutus sum, nec in occulto terrę tenebroso. Chry. Vel locutus est quidem in occulto;sed nõ ut hi æstimabant trepidans,& seditionẽ faciẽs: sed ubi multorum auditione superiora erant quæ dicebantur:uolens autem ex superabundantia fide dignum cõstituere suũ testimonium subdit, Quid me interro.Interroga eos qui audi. quid locu. sim ipsis. Ecce hi &c.q.d. Tu me de meis interrogas; interroga inimicos meos qui insidiãtur mihi; sicut autem hæc uerba confidentis in eorum quæ dicta erant ueritate.Hęc est enim ueritatis inaltercabilis demonstratio: cum inimicos quis inuocat testes. August. Ipsa enim quæ audierant & non intellexerant talia erant,ut nõ possẽt iuste ac ueraciter criminari: & quotiescunque interrogãdo tentarunt ut inuenirent unde accusarent eum, sic eis respondit ut omnes eorum retunderentur doli, & calumniæ eorum frustrarentur.

Hęc aũt cũ dixisset,vnus assistẽs ministrorum dedit alapam Iesus dicens.Sic respõdes pontifici? Respondit ei Iesus. Si male locutus sum, testimoniũ perhibe de malo, Si aũt bene,quid me cædis? Et misit eũ Annas ligatũ ad Caipham pontificem.

Theo. Cũ Iesus astantiũ interpellasset testimoniũ,volens se minister excusare ꝙ nõ esset de his q admirabãtur Iesũ ꝑcussit eũ,unde dicit:Hæc ãt dũ dixisset &c. Aug. de cõ.euan. Hic sane ostẽdit ꝙ Annas põtifex erat;nõdũ.n.erat missus ad caiphã cũ hoc diceret,Et hos duos Annã & Caiphã põtifices commemorat ẽt Lucas in initio euangelij sui. Alcui. Hic impletur prophetia, Dei maxillã meã ꝑcutientibus. sed Iesus iniuste ꝑcussus mansuete respõdit, unde sequit. Respõdit ei Iesus. Si male locutus sum &c. Theo. q.d. Si habes ex his quę nunc a me plorata sunt reprehendere, ostẽde ꝙ mali dixerim, ꝙ sine qs quid furis uel ẽt sic. Si ꝓperã docui cũ in synagogis docebã,certifica pricipẽ sacerdotũ,ꝙ si recte docui: ita ut ẽt uos ministri miraremĩni. quod me nũc cædis quẽ prius admirabaris? Aug. Quid ista respõsione ueri⁹, mã suetius,iusti us? Qui.n.accepit alapã nũqd uellet cũ qui ꝑcussit aut cœlesti igne con summi,aut terra dehiscente sorberi, aut correptũ dęmonio uolutari,aut ẽt alia huiusmodi qualibet pœna,uel ẽt grauiori puniri? quid horũ per potentiã iubere nõ potuisset per quem factus est mundus; nisi patientiam non docere maluisset,quia uincitur mundus? Hic dicet aliquis, cur fecit quod ipse præcepit percutienti,s. non sic respondere:sed maxillam debuit alteram præbere? Quid ꝙ & mansuete respõdit & non solum maxillam alteram iterum percussuro,sed totum corpus figendum pręparauit in ligno,& hinc potius demonstrauit sua illa præcepta patientiæ non ostensione corporis,sed cordis prędparatione fiẽda. Fieri.n.potest,ut alteram maxillam visibiliter homo præbeat iratus: quanto ergo melius & respondet vera placatus, & ad perferenda grauiora tranquillo animo sit paratus? Chry. Quid igitur consequens erat, nisi aut redarguere aut acceptare qđ dictum est; sed hoc non fit; Ea enim quæ fiebant non erant iudicium; sed seditio & tyrannis. Non inuenientes autẽ quid plus facerent, mittunt eum ligatum ad Caipham, unde sequitur. Et misit eum Annas ligatum ad caipham pontificem. Theo. Suspicantes hunc cum altior esset excogitare aliquid posse aduersum Iesum dignum morte. Augu. Ad illam autem sicut Matthæus dicit, ab initio ducebatur, quoniam ipse erat illius anni princeps sacerdotum. Alternis quippe intelligendi sunt solere annis agere põtificatum,& credendum est secũdum voluntatem Caiphæ id esse factum, vt Iesum primo ad Annam duce-

Mansuetudo christi.

Processus tumultuari⁹.

ducerent, uel etiam domos eorum ita fuit se positas: ut non deberet: Annas a transeũtibus præteri. Beda. Quod autem dicit ligatum, non sic intelligendum qđ tunc tãtum fuerit ligatus, sed tunc ligatus est, cũ est captus, itaq; ligatum ad Caipham misit, sicut sibi fuerat præsentatus, siue fieri potuit, ut ad horã solueret quatenus discuteretur, post hoc discussus iterũ ligaretur, & sic ad Caipham mitteretur.

Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se. Dixerũt ergo ei; Nunquid & tu ex discipulis eius es. Negauit ille, et dixit, Nõ sum. Dicit ei unus ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te uidi in horto cũ illo? Iterũ ergo negauit Petrus, & statim Gallus cantauit.

Aug. Cum dixisset euangelista q Iesum ligatum miserat Annas ad Caipham, reuersus est ad locum narrationis, ubi reliquerat Petrum, ut explicaret quod in domo Anne ne trina eius negatione contigerat; unde dr, Erat autem Simon Petrus &c. Hic recapitulat qđ ante iã dixerat. Chry. Vel multo stupore detinebatur qui feruidus erat, ut deducto Iesu de cætero moueretur. Sed hoc fit ut discas, quanta naturæ sit imbecillitas: cum Deus hominem dereliquerit, & interrogatus rursus etiam negat: unde sequitur, Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis &c. Augu. de con. euan. Hoc loco inuenimus nõ ante ianuã. sed ad focũ stantem secundo negauisse. Petrum qđ fieri nõ posset, nisi iã redisset postea q̃ foras exierat: vt Matthæus dicit, Neque.n. iam exierat, & foris uidit eum altera ancilla, sed cum exiret eum uidit, id est surgeret, & exiret animaduertit eum, & dixit his qui erant ibi. i. qui simul erant ad ignem intus in atrio. Et hic cum Iesu Nazareno erat. Ille autem qui foras exierat, hoc audito rediens iurauit illis contra nitentibus, quia non noui hominem. Deinde in eo q Ioannes hic ait, dixerunt. Nunquid & tu ex discipulis eius es? quod redeũti q stanti dictum intelligimus. Hoc quoque confirmat, non illam tantum alteram ancillam quã cõmemorant in hac secunda negatione Matthæus & Marcus, sed & aliũ quandã cõmemorat Lucas cum Petro illud egisse; uñ Ioannes dicit. Dixerunt ergo ei. Ioannes ãt secutus de tertia Petri negatione, ita explicat. Dicit ei unus ex seruis pontificis &c. Quod Matthæus & Marcus non singulari, sed plurali numero annunciant eos qui cum Petro agebant, cum Lucas vnũ dicat, Ioannes quoq; unum eumque cognatum eius cuius abscidit Petrus auriculã, facile est intelligere, aut pluralẽ numerum pro singulari uisitata locutione usurpasse Matthæum & Marcum, aut & unus. Maxime tanq̃ sciens, & qui eũ uiderat affirmabat, cæteri aũt secuti eius fidẽ Petrum simul urgebant. Chry. Sed neque hortus in memoriam eius reduxit eorũ q̃ ibi dicta sunt, neq; multa dilectio quã illic per uerba multa ostẽdit: unde sequitur, Iterũ ergo negauit. Petrus &c. Aug. Ecce med. completa est prædictio; ægroti conuicta ꝓsumptio: non.n. factũ est, quod ille dixerat. Animam meam ꝓ te ponam, sed factũ est, qđ ille prædixerat. Ter me negabis. Chry. Euangelistæ uerò cõcorditer negationem Petri scripserunt, non discipulũ accusãtes, sed nos erudire uolentes quãtum malũ sit nõ Deo totũ cõcedere; sed in semetipso cõfidere. Bed. Mysticè autem per primam Petri negationem illi designantur, qui ante passionem ipsius negauerũt eum esse Deũ, per secundã uerò illi qui post resurrectionem eius in diuinitate pariter & humanitate offenderunt, Item per primum gallicantum ipsius designatur capitis resurrectio, per secundum illa quæ in fine celebrabitur totius corporis. Per primam autem ancillam quæ Petrũ negare coegit designatur cupiditas, per secundam carnalis delectatio, per unũ seu plures seruos, dæmones qui suadent Christum negare.

Consẽs⁹ euãgelic⁹

Iplẽt Christi sẽtẽtia.

Allegoria pulchra.

Adducunt ergo Iesum a Caipha in prætorium, Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in prætorium ut non contaminarẽtur, sed manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras & dixit, Quã accusationem affertis aduersus hoiem hũc? Responderunt, & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eũ. Dicit ergo eis Pilatus, Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo Iudæi. Nobis nõ licet interficere quenquam, ut sermo Iesu impleretur, quam dixit significans qua morte esset moriturus.

Aug. Redit euangelista ad locum narrationis suæ ubi eam reliquerat, ut explicaret. Petri negationem: unde dicitur, Adducunt

cunt ergo Iesum &c. Ad Caipham quippe ab Anna collega & socero eius dixerat missum: sed si ad Caiphã, cur ad prætoriũ ꝗ nihil aliud uult intelligi quã ubi præses Pilatus habitauit? Beda. Prętoriũ.n. dr̃ sedes ꝓtoris. Prętores dicũtur præfecti siue prætores: eo ꝗ ciuibus præcepta donent. Augu. Aut igitur aliqua urgente causa de domo Annæ, quo audiendũ ambo cõuenerãt Caiphas perrexerat ad prætorium præsidis, & socero suo Iesũ reliquerat audiendum, aut in domo Caiphæ prætoriũ Pilatus acceperat; & tanta domus erat ut seorsum habitãtem dominum Iesum seorsum iudicem ferret. Aug. de con. euan. Tamen ad ipsum Caipham ab initio dicebatur ad quem in extremo perductus est, sed quia iam tanquam conuictum rẽ adducebant, Caiphæ autẽ antea uisum fuerat ut Iesus moreretur, nulla mora interposita est quin occidendus Pilato traderetur. Sequĩt Erat aũt mane. Chry. Antequam Gallus cantaret ad Caipham ducitur, mane uero Pilatum per quæ demonstrat euangelista, quoniam per totum intermedium noctis a Caipha interrogatus in nullo redarguitur, & iccirco misit in eum Pilato, sed in alijs dimittens enarrãda, ipse, quæsiuit quod deinceps est. Sequitur.n. Et ipsi non intro. &c. Aug. Hoc est in eum patrem domus quam Pilatus tenebat, si ipsa erat domus Caiphæ. Cur autem non introierunt exponit subdens. Vt contaminarentur &c. Chry. Quoniam tunc Iudæi faciebant pascha, ipse uero ante unam diem tradidit pascha, reseruans suam occasionem sexta feriæ quando uetus pascha fiebat. uel pascha dicit totum festum. Aug. Dies.n. agere cœperant animorum, quibus diebus contaminatio illis erat: in alienigenæ habitaculum intrare. Alcui. Pascha.n. proprie dicebatur dies illa qua agnus ad uesperam 14. luna occidebatur. Septem uero dies sequentes dies azimorũ dicebantur, in quibus nihil fermẽtatum in domibus eorum debuit inueniri, sed tamen dies paschalis inuenitur inter dies azimorum: ut apud Matthęum. Prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Pascha etiam dies azimorum inueniũtur nominati sicut hic;

Prætorij locus q.s.

Vt manducarent pascha. Pascha.n. non immolationẽ agris hic nocet, quæ fiebat 14. luna ad uesperam, sed magnam solennitatẽ q. 15. celebratur post agni immolationem. 14. enim luna dominus sicut & alij Iudæi pascha celebrauit 15. luna, quando magna solennitas celebrabatur est crucifixus. 14. uero luna cœpit esse immolatio, ex quo captus est in horto. Aug. O impia cæcitas alienigenę iudicis prætoris contaminari timebant, & fratris innocentis sanguinem non timebant. Nam ꝗ etiam dominus erat & uitæ dator, qui occidebatur nõ eorum conscientiæ, sed nescientiæ deputetur. Theo. Sed Pilatus utcunque procedens mitius ipse idem egreditur, unde sequitur: Exiuit er. Pilatus &c. Bed. Hęc autem erat consuetudo Iudæorum ut quem mortis reum iudicarent uinctum præsidi traderent, ut dum præses uinctum cerneret intelligeret morti addictũ. Chry. Sed uidẽs eũ ligatũ & a tot ductũ nõ æstimauit hoc argumẽtũ esse inaltercabile, sed interrogat; unde sequitur, Et di. eis. Quam accusationẽ &c. Inconueniẽs.n. dicit esse iudicium eos rapuisse, dupliciũ autẽ illi concedere. Sed illi renuẽtes ex directo accusationem; & cõiecturis quibusdam utuntur: unde sequitur, Respõderunt & dixe. Si nõ esset hic &c. August. Interrogentur atque respondeant ab immundis spiritibus liberati, cæci uidentes, mortui resurgente, & qđ omnia superat, stulti sapientes, utrum sit malefactor Iesus. sed ista dicebat, de quibus per prophetam iam ipse prædixerat. Retribuebãt mihi mala pro bonis. Aug. de con. euange. Sed uidendũ est ne contra sit quod Lucas dicit certa in eo dicta esse crimina. Cœperunt autem illum (inquit) accusare: dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentẽ nostram: & prohibẽtem tributa dari Cæsari, dicentem se Christum regem esse. Sed secundum Ioan. uidetur Iudæi noluisse dicere crimina, ut eorum auctoritatem secutus Pilatus, quid ei obijcerent deberet quærere. Sed ob hoc tãtum nocentem crederet ꝗ sibi ab eis tradi meruisse, ergo intelligere debemus & hoc dictum esse, & illud quos Lucas commemorauit. Multa enim dicta & multa respõsa sunt; Vnde in narrationem suam quisque posuit, quod satis

Pilati rigor.

tis

tis esse iudicādū:nā & Ipse Ioan. dicit q̄-dā quæ obiecta sunt,quæ suis locis uidebimus.Itaq; sequitur;Dicit er.eis Pi.Accipite &c.Theo.q.d. Qm̄ ad uotū iudiciū possitis & superbitis, ac si nihil unq̄ prophanū egeritis, accipite uos & dānate,ego nequaq̄ talis Iudex efficiatur.Alcui.Vel hoc dicit.q.d.vos q legē habetis scitis qd lex de talib.iudicet,secundum quod iustū esse scitis,ita facite.Sequitur:Dico er.ei.Iudei &c.Aug. Sed nō ne lex p̄cepit ne malefactorib. præsertim seductoribus adeo qualē istū putabāt parcant?Sed intelligēdū est eos dixisse nō sibi licere interficere quenquā propter festi diei sanctitatē,quā,celebrare iā cęperāt.Ita ne omnē sensū nimia malitia perdidistis,ut ideo uos a sanguine innocentis impollutos esse credatis, quia eum fundendum alteri traditis?Chry.Vel ideo ipsi eum non interfecerunt,quia multum de potestate eorum abscissum erat eis Romanis regibus subiacētibus. Vel aliter Quia dixerat eis,secundum legem uestrā interficite eum, uolentes ostendere q; peccatum eius non est Iudaicum,dicūt,Nō licet nobis.Non.n.secundū legē nostrā peccauit,sed crimē eius est publicum , quia se regē dixit,uel quia eū crucifigi cupiebāt , ut ēt modo mortis eum diffament.Nō aūt licebat eis crucifigere.Sed quod alio modo interficiebant monstrat,Stephanus ab eis lapidatus. Et ideo subditur : Vt sermo Iesu &c.quoniam.f.Iudæis crucifigere nō licebat,aut dicit hoc euāgelista, quoniam non ab eis solum,sed & a Gentibus debebet interfici. Aug.Sic enim legimus apud Marcum,ubi ait. Ecce ascendimus Hierosolymam,& filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis ,& tradēt eū gentibus.Pilatus aūt Romanus erat,eumque in Iudæam Romani præsidem miserant , Vt ergo iste sermo Iesu impleretur, idest ut eum sibi traditum gentes interficerent , noluerunt eam accipere,dicētes. Nobis non licet interficere quenquam .

Accusatio Christi.

Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus & uocauit Iesum,& dixit ei, Tu es rex Iudæorum? Respondit Iesus,a temetipso hoc dicis,an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus. Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi.Quid fecisti? Respondit Iesus , Regnū meum non est de hoc mundo.Si ex hoc mundo esset regnum meū,ministri mei utiq; decertarent,ut non traderer Iudæis.Nunc aūt regnum meum non est hinc.Dixit itaq; ei Pilatus.Ergo rex es tu? Respondit Iesus . Tu dicis : quia rex sum ego in hoc . natus sum,& ad hoc ueni in mundū, ut testimonium perhibeam ueritati . omnis qui est ex ueritate audit uocem meā.Dixit ei pilatus, Quid est ueritas?

Chy.Pilatus ab odio Iudæorum eripi uolens iudiciū nō protraxit in longū:unde dicit̄,Introiuit ergo iterū in p̄toriū &c. Seorsū eo q; magnā habebat de eo suspicionē.Proponebat āt oīa exquisite rimari amato strepito Iudæorū;unde sequit̄.Et dixit ei,Tu es rex Iudæorū?Alcui . His uerbis ostēdit Pilat⁹ Iudæos abiecisse hoc criminis , ut uiceret se esse regē Iudæorum . Chry. Vel hoc Pilatus a multis audierat . quia uerò nihil illi hēbāt dicere nō multo fieret inuestigatio,q; cōiter dicebatur , hoc in mediū ducere uult.Sequit̄?Respondit ei , A temetipso &c. Theo. Innuit ex hoc Pilatū esse uecordē ac indiscrete iudicantē,ac si diceret. Si hoc ex teipso loq̄ris pādis signa meæ rebellionis, ac si ab alijs p̄cepisti inq̄sitionē fac ordinariā.Aug. Sciebat utique dn̄s & q; ipse interrogauit, & quo ille respōsurus fuit , sed tn̄ dici uoluit non ut ipse sciret,sed ut conscriberetur q; uoluit ut sciretur.Chry.Non ergo ignorans interrogat,sed ab ipso accusari Iudæos uolens; unde sequitur,Resp. Pila. Nunquid ego.Iu sum. Aug. Abstulit a se suspitionem qua posset putari a semetipso dixisse,id se a Iudæis audisse demōstrans ? unde subdit, Gens tua &c.Deinde dicendo.Quid fecisti?Satis ostēdit illud ei pro crimine obiectum tanquam diceret.Si te regem negas, quid fecisti ut tradaris mihi? quasi mirum non esset si puniendus iudici traderetur qui se diceret regem.Chry. Reducit autem Pil.non ualde malum existentem, & uult ostendere,q; non est homo nudus,sed Deus,& Dei filius, & quod formidauerat Pilatus dissoluit tyrannidis suspitionem;unde sequitur,Respondit Iesus.Regnum meum &c. Augustinus . Hoc est quod bonus magister scire nos uoluit, sed prius nobis demonstranda fuerat uana hominum de regno eius opinio, siue Gentium, siue Iudæorum,a quibus id Pilatus

Pilati astutia

tus

tus audierat, quasi propterea fuisset morte plectendus q illicitum affectauerit regnũ, vel qm̃ solent regnaturi inuidere regnanti, & uidelicet cauendus erat ne huius regnũ siue Romanis siue Iudęis esset aduersum. Quod si interrogante Pilato cõtinue respondisset, nõ ẽt Iudæis: sed solis Gentibus hoc de se opinantibus respondisse videretur. Sed post respõsioné Pilati, iã Iudæis & Gentibus oportunis aptiusque respõdit. q. d. Audite Iudæi & gentes, nõ impedio dominationem uestrã in hoc mundo. Quid uultis amplius? Venite credendo ad regnum, quod non est de hoc mundo. Quid est.n. eius regnum nisi credentes in eum? quibus dicit. De hoc mundo nõ estis quanuis eos esse vellet in mundo; unde & hic non ait. Regnum meum non est in hoc mundo, sed nõ est de hoc mũdo. De mũdo .n. est, quicquid hominum a Deo qdẽ creatũ, sed ex Adã uitiata stirpe generatũ est. Factũ est ãt regnũ nõ iã de mũdo quicquid inde in Chr̃o regeneratum est. Sic.n. nos Deus eruit de potestate tenebrarũ & transtulit in regnum filij charitatis suæ. Chry. Vel hoc dicit: qm̃ nõ tenet regnũ, ut hic reges terreni tenent, sed qm̃ desup habet principatũ qui non est humanus, sed multo maior & clarior: vnde subdit, Si ex hoc mũdo esset &c. Ostendit hic regni eius q apud nõ est imbecillitaté, qm̃ a ministris habet fortitudinẽ, superius uero regnũ sufficiés est sibijpsi nullo indigés. Si igit̃ maius est illud regnũ, uolés captus est seipsũ tradens. Aug. Cum auté probasset regnum suum nõ esse de hoc mundo: subdit, Nunc autem regnũ meũ nõ est hinc, non dicit. nõ est hic, hic.n. est regnũ eius, usq; ad fidẽ seculi habés intra se commixta zizania usque ad messem: sed tñ nõ est hinc, qa peregrinatur in mundo. Theo. Vel ideo nõ dicit. Nõ est hic, sed nõ est hinc: nã regnat in mũdo & utit̃ illius puisione & iuxta votũ cũcta disponit. Nõ est ãt ab infimis cõstitutũ regnum eius; sed cælitus & ante secula. Chry. Hinc ãt hæretici accipiétes occasionẽ alienũ eũ esse a mũdi cõditione dicũt. Sed cum dicit, Regnum meũ non est hinc non priuat mundum a sua prouidentia & prælatione, sed ostendit regnum suum nõ esse humanũ neq; corruptibile. Sequitur; Di. itaq; ei P i. Er. rex ès tu? Respondit Ie. Tu dicis &c. Aug. Non quia regem se timuit confiteri, sed ita dictum est, vt neque regem se neget: neq; regem se talem esse fateatur, cuius regnũ putetur esse de hoc mundo, Dictum est.n. Tu dicis, ac si diceret Carualis carnaliter dicis. Deinde subiungit. Ego in hoc natus sum &c. Non est producenda huius pronominis syllaba qđ ait, In hoc natus sum; tanquam dixerit. In hoc renatus sum: sed corripienda tãquam dixerit. ad hoc natus sum; sicut & ait, Ad hoc ueni in mundum. Vnde manifestum est eum temporalem natiuitatem suã hic commemorasse, qua incarnatus uenit in mundum; non illam sine initio qua Deus erat. Theo. Vel aliter; Quæsi o per Pilatũ si dominus esset rex. Ego (inquit) in hoc natus sum, idest ad hoc, quia rex sum: hoc .n. ipso q a rege productus sum: me quoq; testor fore regem. Chry. Si igitur rex natus est, nihil nisi accipiés habent, Ad hoc (inquit) ueni; ut testimonium perhibeã ueritati, hoc est, ut hoc ipsum suadeã omnibus Et notandum est, q suam humilitatem ostédit, dum dicentibus. Quoniã malefactor est, ferebat silens. quando uero interrogatus est de regno, tũc locutus est ad Pilatum erudiens eum & reducens ad altiora & ostendit se nihil versutum operatum esse per hoc quod dicit, Vt testimonium perhibeam ueritati. Aug. Cum autẽ Christus testimonium perhibeat ueritati, testimonium perhibet sibi; eius quippe est uox. Ego sum ueritas. Sed quia non omnium est fides, adiungit atque ait, Omnis qui est ex veri. au. vo. meam, Audit utique interioribus auribus, idest obedit meæ uoci, ac si diceret. credit mihi. Quod uero ait, Omnis qui est ex ueritate, gratiam cõmendauit, quia secundum propositum uocat. Nam si naturã cogitemus in qua creati sumus, cũ omnes ueritas creauerit, quis non est ex ueritate, sed non omnes sunt, quibus ut obediant ueritati ex ipsa ueritate præstatur. Si enim dixisset: omnis qui audit uocem meam ex ueritate est, ideo dictus ex ueritate putaretur, quia obtemperat ueritati. Non autem hoc dixit; sed ait, Omnis qui est ex ueritate audit uocem meam. Audit utique, ac per hoc non ideo est

Regni Chr̃i Conditio.

Natiuitas Christi dupl.

Veritatis ratio discutit.

est ex ueritate, quia eius audit uocem, sed ideo audit, quia ex ueritate est, quia hoc illi donum ex ueritate collatum est. Chry. Hæc autem dicens: attrahit & suadet fieri eorum quæ dicuntur auditorem, ita denique & eum cœpit his breuibus uerbis ut quæreret. Quid est ueritas. sequitur.n. Dixit ei Pilatus. Quid est ueritas? Theo. Nam fere ab hominibus euanuerat, & a cũctis erat incognita dum essent increduli.

Et cum hoc dixisset iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo uobis, ut unum dimittam uobis in pascha. Vultis ergo dimittam uobis regem Iudæorum? clamauerunt rursum omnes dicentes. Non hunc, sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro.

Aug. Cum dixisset Pilatus. Quid est ueritas credo in mentem illi uenisse cõtinuo cõsuetudinem Iudæorum qua solet eis dimitti unus in pascha, & ideo nõ expectauit ut respõderet ei Iesus, ne mora fieret cum reuoluisset morẽ quo posset eis in pascha dimitti, quod eum ualde uoluisse manifestum est. uñ dicit, Et cum hoc dixisset &c. Chry. Sciebat.n. quidem qm̃ hęc indigebat tempore interrogatio oportebat autẽ eum eripere ab impetu Iudęorum: idcirco & exiuit. Alcui. Vel non expectabat audire rñsum; quia forte indignus fuit audire. Sequitur, Et dicit eis. Ego nul. in eo inue. causam. Chry. Non dixit: quia peccauit & dignus est morte, donate eum festo: sed primum eum excusans, tunc rogat ex abundanti, ut si nollent eum, ut innocentẽ dimittere, saltem obnoxium donarent tempori. Ideoq; induxit, Est autem consuetudo uobis &c. Bed. Hæc cõsuetudo nõ erat legis præceptum, sed ex antiqua patrũ traditione descendit, ut ob recordationem liberationis ex ægypto unum etiam in die paschæ dimitteret uinctum. Deinde exhortatiue, dicit uultis ergo dimittam uobis regem Iudæorum. Aug. Auellii.n. ex eius corde non potuit Iesum regem Iudæorum esse tanquam hoc ibi sicut in titulo ipsa ueritas fixit; de qua quid esset interrogauit, Theo. Pulchre autem Pilatus respondet ꝑ hoc quòd in nullo Iesus errauit, sed frustra inquietatur ab eis uelut regnum desiderans. Non.n. eum qui se regem assereret, ac æmulum Romanę potestatis, Romanorum uicarius absoluisset. Quamobrẽ in hoc ꝙ dixit. Regem Iudæorum absoluam, prorsus innoxium Iesum prodit, illuditque Iudæos. q. d. quem vos criminamini, ut regẽ se putantem: hunc absolui iubeo, quasi talem non existentem. Aug. Sed hoc audito clamauerunt. unde sequitur, Clamauerunt omnes rursus dicentes. Nõ hunc sed Bar. Erat au. Bar. latro, Non reprehendimus o Iudæi ꝙ per pascha liberastis nocẽtem, sed occidistis innocẽtem; quod tamẽ nisi fieret, verum pascha non fieret. Bed. Quia ergo reliquerũt Saluatorẽ & petierunt latronẽ, usque hodie diabolus sua latrocinia exercet in ipsos. Alcui. Barrabas aũt interpretatur, Iste filius magistri eorũ, id est diaboli. qui huic latroni in suo scelere, Iudęis in sua perfidia magister fuit.

Verita tis responsũ nõ accepit Pilatus.

Priuilegiũ paschale.

CAPVT XXI.

TVNC ergo apprehendit Pilatus Iesũ & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. Et ueste purpurea circundederunt eũ. Et ueniebant ad eũ & dicebãt Aue rex Iudæorum, & dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis. Ecce adduco uobis eum foras, ut cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam & purpureum uestimentum, & dixit eis. Ecce homo.

Aug. Cum Iudæi clamassent non Iesum sibi dimitti a Pilato uelle propter pascha, sed Barrabam latronem, subditur, Tũc er. apprehendit &c. Hoc Pilatus nõ ob aliud fecisse credẽdus est, nisi ut eius iniurijs Iudæi satiati sufficere sibi æstimarent: & usq; ad eius mortem sæuire desisterẽt. Ad hoc pertinet quod idem pręses etiam cohortẽ suam permisit facere q̃ sequuntur, aut fortassis & iussit; dixit.n. quid deinde fecerit milites: Pilatum tamen id iussisse non dixit. Sequitur.n. Et mili. ple. coro. de spi. impo. ca. eius, & uest. pur. cir. eum. & ue. ad eũ & di. Aue rex &c. Chry. Quia enim Pilatus dixit eum regem Iudæorũ schæma ei contumeliæ de reliquo apponunt. Bed. Nam pro diademate spineam illi imposuerunt coronam: & ꝑ purpureo uestimẽto quo reges ueteres utebantur, uestem purpu-

Flagellationis Iesu causa.

purpureum ei circundat, ubi non debet ui deri contrarium, quod Matthæus dicit circundedisset clamidem coccineam, quia ut Origines refert: unius sunt materiæ coccus & purpura. cocullę.n. inciduntur, & ex his guttæ sanguis fluũt, ex quibus utriusq; generis tingitur uestimentum, & quanuis hoc milites illudẽdo facerent, nobis tñ operabuntur mysteria. Nam per spineam coronam nostrorum designatur peccatorum susceptio, quæ sicut spinas terra nostri corporis germinat. In uestimẽto purpureo caro passionibus suibecta significatur. purpura etiam uestitur cum de triumphis sanctorum martyrum gloriantur. Chry. Non autẽ iniunctio principis erat quod faciebant, sed ad gratiam Iudaicam hoc faciebãt, qa neque circa initium ab illo iussi iuerunt nocte, sed Iudæis pecuniarum gratiã gratificantes omnia audebant. tot autem & talibus factis ipse stabat silẽs. Tu uero audiens hæc in mente habe cõtinue, & rege orbis terrarum & angelorum dñm uidens contumeliã patientem & omnia ferentem silentio imitare. Augu. Sic.n. implebantur quæ de se dixerat Christus: sic martyres informabantur ad oĩa quæ persecutores libuit facere perferenda, sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendi, humilitate uincebat. Chry. Vt autem conuicium quod a militibus factum erat in eum uidẽtes respiret a passione coronatum Iesum adduxit ad eos. unde sequitur, Exiuit iterum Pi. fo. & di. eis, Ecce add. uobis &c. Aug. Hinc apparet non ignorante Pilato hæc a militibus facta, siue iusserit ea: siue permiserit illa, s. causa quam supra diximus: vt hæc eius ludibria inimici libentissime uiderent, & ulterius sanguinem non sitirent. unde sequiẽ, Exiuit er. Ie. por. spi. co. & pur. ue. Non clarus imperio, sed plenus opprobrio. Sequiẽ, Et di eis, Ecce homo. q.d. Si regi inuidetis iam parcite, quia abiectũ uidetis; ferueat ignominia, frigescat inuidia.

Illusionis mysteria.

Pilatus cõscius illusionis.

Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri clamabant dicentes, Crucifige crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit.

Aug. Iudæorum inuidia pro Christi & ignominia non frigescit, inardescit potius & increscit. unde dr, Cum er. ui. eum po. & mi. cla. di. cru. cru. eum Chry. Vidit ergo Pilatus omnia inaniter fieri. unde sequitur, Dicit eis Pi. acc. eũ uos & crucifigite. Execrantis est hoc uerbum, & ad rem non concessam eos impellentis. Ipsi.n. ducebãt eum, ut cum præsidis iudicio hoc fieret: Contigit autem contrarium iudicio præsidis eum magis absolui. unde subditur, Ego .n. non inuenio &c. continue.n. eum ab accusationibus eruit. Vnde manifestum est, qm̃ & priora propter illorum concessit insaniam, sed iudæos canes nil horum in uerecundiam conuertit. nam sequitur, Resp. Iu. Nos legem habemus &c. Aug. Ecce alia maior inuidia. parua quidem illa uidebatur uelut affectatæ illicito ausu regiæ potestatis; & tamen neutrum sibi Iesus mendaciter usurpauit, sed utrunque uerum est & unigenitus est Dei filius, & rex a Deo, cõstitutus super Siõ mõtem sanctum eius, & utrunq; nunc demonstraret, nisi quanto erat potẽtior, tãto mallet esse patientior. Chry. Ad inuincem.n. ipsis disputantibus silebat, implens propheticum illud, ꝙ non aperuit os suum, in humilitate sua iudiciũ eius sublatum est. Aug. de con. euan. Hoc autem potest congruere ei quod Lucas cõmemorat in accusatione Iudæorum dictũ, hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, ut adiungatur, quia filium Dei se fecit. Chry. Deinde Pilatus quidẽ timet ab ipsis auditis, & formidauit ne forte uerum esset quo dicebatur, & uideretur inique agere. unde sequiẽ, Cũ ergo audisset Pi. hũc ser. magis timuit. Bed. Nõ timuit quia legẽ audiuit, quia alienigena erat, sed magis timuit ne filium Dei occideret. Chry. Illi uero hoc dicentes nõ horruerunt, sed interficiũt eum pro quibus oportuerat adorare.

Diligentia Pilati.

Et ingressus est prætoriũ iterum, & dixit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autem responsum nõ dedit ei. Dixit ergo ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? Nescis qa potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus, Nõ haberes potestatẽ aduersum me ullã, nisi tibi datũ esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatũ hẽt. Et Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum.

Chry.

Chry. Pilatus timore concussus, rursus inquisitionẽ facit. vnde dicitur, Et ingressus est prętoriũ iterum; & dicit ad Ie unde es tu? Non autẽ ultra interrogat, Quid fecisti? Sequitur, Iesus aũt responsum nõ dedit ei. Qui.n. audiuit, qm̃ in hoc natus sum, & ad hoc ueni, & qm̃ regnum meũ nõ est hinc. cũ debuisset resistere & eripere eum, hoc quidẽ nõ fecit, sed secutus est Iudaicũ impetum. Propterea ergo nihil ei respõdit, qm̃ inaniter oĩa interrogabat. Sed & aliter operibus testantibus ei: uolebat per sermones uincere & excusationes cõponere, ostẽdẽs qm̃ ad hoc uenit. Aug. Hoc autem silẽtium dñi nostri Iesu Christi nõ semel factum collatis oĩum euangelistarum narrationibus reperitur, & apud principem sacerdotum, apud Herodẽ, & apud ipsum Pilatum, ut nõ frustra de illo prophetia processerit, Sicut agnus coram tondente suit sine uoce, sic non aperuit os suum, tunc vtiq; qñ interrogãtibus nõ respondit; quanuis.n. quibusdã interrogãtibus sępe respõderit, tñ propter illa in quibus noluit respondere ad hoc data est de agno similitudo, ut in suo silẽtio nõ reus, sed innocẽs haberet̃. i. non sicut malè sibi cõscius q de peccatis conuicebatur suis, sed sicut mãsuetus qui ꝓ peccatis immolabat̃ alienis. Chry. Quia igitur siluit, sequitur: Di.er.ei Pi. Mi. non loque. nescis &c. Vide qualiter seipsum cõdẽnauit. si.n. in totũ positũ est: cuius gratia nullã causam inueniẽs. nõ absoluis? Quia igitur aduersus seipsum protulit: respõdit Iesus, Non haberes pote. aduersum me vllã, nisi tibi datũ esset desuper, ostẽdens qm̃ nõ simpliciter & secundũ aliorũ consequentiã hoc fit, sed mysticè cõsumatur. Ne igitur hoc audiẽs æstimes eũ ab oĩ erutũ crimine: subdit, Propterea q tra. me tibi, pec. mai⁹ habet. Et nimirũ si datũ erat, neq; hic neque illi obnoxij sunt criminibus: inaniter dicis, Hoc.n. datum est. i. concessum, ac si diceret: permisit hoc fieri, neq; tñ propterea extra nequitiam sunt. Aug. Ecce respondit prouide, vbi non respondebat, nõ sicut reus siue dolosus, sed sicut ouis silebat: vbi respõdebat, sicut pastor docebat. Dicamus ergo qđ dixit, qđ & per apostolũ docuit, quia nõ est potestas nisi à Deo

Incon-stantia Pilati.

Et quia plus peccat qui potestati innocentẽ occidendum liuore tradit; quã potestas ipsa si eũ timore alicuius maioris potestatis occidit. Talẽ quippe Deus dederat illi potestatem: vt esset ẽt sub Cęsaris potestate: quapropter inquit, Non haberes aduersum me potestatem vllã. i. quantulãcunq; habes: nisi hoc ipsum, quicquid est, tibi esset datum desuper, sed quia scio quãtum sit: non.n. tantũ est, vt tibi omnimodo liberum sit, propterea qui tradidit me tibi maius peccatũ habet. Ille quippe me tuæ potestati tradidit inuidendo, tu verò eandem potestatem in me exerciturus ex metuendo. nec timendo quidẽ prȩsertim innocentem hoiem non debet occidere, sed id celãdo facere multo maius malum est q̃ timẽdo: & ideò nõ ait, Qui me tibi tradidit, ipse habet peccatum, tanquã ille nõ haberet: sed ait, maius peccatum habet, vt ẽt se habere intelligeret. Theo. Dicit autem, qui tradidit me tibi. i. Iudas vel etiã turba. Cũ ergo patẽs respõsum Iesus ediderit, ꝙ nisi memetipsum prȩberẽ & pater concederet, non haberes potestatẽ in me, ex hoc potius ipsum absoluere Pilatus satagebat. vñ sequit̃, Et exinde q̃rebat Pilatus dimittere eũ. Aug. Lege superiora, & inuenies iã dudũ eũ q̃rere dimittere Iesum. Exinde, itaq; intelligendũ est; ꝑ hoc, idest ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem traditum.

Iudęi autẽ clamabant dicentes, Si hũc dimittis non es amicus Cęsaris. Oĩs.n. qui se regem facit, cõtradicit Cęsari. Pilatus autẽ cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, et sedit pro tribunali in loco q dicitur lithostratos, hebraicè autẽ gabatha. Erat autẽ parasceue paschæ hora quasi sexta, et dicit Iudęis, Ecce rex vester. Illi autẽ clamabãt, Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regẽ vestrum crucifigã? Responderunt pontifices, Non habemus regẽ nisi Cęsarẽ. Tũc ergo tradidit eis illũ vt crucifigeretur.

Aug. Maiorem timorẽ se ingerere putauerunt Iudæi Pilato terrendo de Cæsare, ut occideret Christum q̃ superius, vbi dixerunt, Nos legẽ habemus & secũdum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. vnde dicitur, Iudæi autem cla. dicen. Si hunc &c. Chry. Sed vnde habetis hoc demonstrate? à purpura, à diademate, à

curru, à militibus? Nõne solus semper cũ 12. discipulis. incedebat per omnia uilia transiẽs & cibum & stolã & habitationẽ? Aug. Pilatus aũt eorum legem nõ timuit vt occideret, sed magis filium Dei timuit ne occideret. Nunc uero nõ sic potuit cõtemnere Cęsarem auctorẽ potestatis suæ, quemadmodum legem Gentis alienę. vnde subditur, Pilatus aũt cum audisset hos sermones adduxit foras Iesum & se. pro tribuna. i lo. q. dici. lithostratos, hebraicè autem gabatha. Chr. Exijt quidẽ ut scrutatur⁹ rem sedere. n. pro tribunali hoc ostendebat. Glo. Sicut. n. tribunal est iudicum, tronus uel solium regum, & cathedra doctorum. Beda. Lithostratos aũt dicitur pauimentum, quasi lapide stratum, erat locus sublimis. Sequitur, Erat autem parasceue Paschę hora quasi sexta. Alcui. Parasceue, idest p̄paratio, hoc nomine dicebatʳ sexta sabbati in qua p̄parabnt necessaria sabbato, ut de manna dictũ est. Sexta die colligetis duplum; quia. n. sexta die hõ est factus, & in 7. requieuit Deus, ideo sexta die pro homine patitur, sabbato quiescit in sepulchro; hora autem erat quasi sexta. Aug. Quid est ergo qđ Marc⁹. dicit. Erat hora tertia qñ crucifixerũt eũ, nisi qa hora tertia crucifixus est dñs linguis Iudęorũ: hora sexta manib⁹ militũ, vt intelligamus horã 5. iã fuisse trãsactã, & aliqd de sexta cœptũ qñ sedit pro tribunali Pilatus, q̃ dicta est à Ioanne hora quasi sexta, & cũ ducerẽt & crucifigerẽt, & iuxta eius crucẽ gererentur q̃ gesta narrantur, hora sexta integra cõpleretur. Ex qua hora vsq; ad 9. sole obscurato. tenebras factas triũ euangelistarum Matthęi, Marci, et Lucę cõtestatur auctoritate. Sed qm̃ Iudęi facinus interfecti Xpi à se in Romanos, idest Pilatũ & eius milites trãsferre conati sũt, propterea Marcus ea hora, qua Christus à militibus crucifixus est prętermissa: tertiã potius horam recordatus expressit, ut non tantum milites reperiantur crucifixisse Iesum, uerumetiã Iudęi qui ut crucifigeretur, hora 3. clamauerunt. Est & alia huius solutio quęstionis, vt non hic accipiatur hora 6. diei, quia neque Ioãnes ait, Erat hora diei, quasi sexta. Sed ait, Erat parasceue hora quasi sexta, parasceue autẽ latine pręparatio est, Pascha. n. nostrum, ut dicit Apostolus immolatus est Christus. Cuius paschę præparatione si ab hora noctis nona computemus, qñ uidẽtur principes sacerdotũ pronũciasse domini immolationem, dicẽtes, Reus est mortis vsq; ad horam diei tertiã, qua crucifixũ esse Christum Marcus euangelista testatur, sex horę sunt tres nocturnæ, & tres diurnę. Theo. Soluunt autem quidam quod ex peccato script oris contigerit apud gręcos. nã quędã litera græca nomine gama, cuius talis est figura γ tertiam horam importat. Quædam autem figura quæ ab eis uocatur Epsylon quæ talis est sextã horã importat. Ex negligentia ergo scriptorum pręcedens figura cedere potuit in sequẽtem. Chry. Pilatus ergo ut scrutaturus exiens, nullam tamẽ scrutationem faciens tradit eum, ęstimãs mouẽdos esse eos. vnde sequitur. Et dicit Iudæis. Ecce rex uester. Theo. q. d. Ecce qualem hominem fatemini q̃ imperium uestrum capesseret humilis, ut nihil tale possit tentare. Chry. Et nimirum quæ dicta sunt erant sufficientia, ut facerent eos de cætero ab ira cessare, sed trepidant ne dimissus rursus turbã ducat. Amor etenim principatus uersutũ quid est & animã sufficiẽs perdere, p̄pterea magis insistũt. vñ sequit. Illi au. cla. Tolle, tolle. Interficere. n. cũ conantur exprobratissima morte. vñ subdũt, Crucifige eũ, formidãtes ne aliqua eius post ipsum fiat memoria. Aug. Adhuc ãt Pilatus terrorẽ quẽ de Cæsare ingesserãt, superare conatur. vnde subdit, Dixit eis Pilatus. Regẽ vestrũ crucifigã? Dei ignominia eorũ volẽs eos frangere quos de ignominia Xpi mitigare nõ potuit. Sequitur, Responderunt pontifices. Non habemus &c. Chry. Volentes seipsos submiserunt supplicio, propterea & Deus tradidit eos. Quia enim cõcorditer negauerunt regnum Dei, dimisit eos in suum iudicium incidere. regnum enim Christi refutantes id quod Cæsaris est super seipsos uocabant. Augustinus. Sed Pilatus timore mox uincitur. vnde sequitur, Tunc ergo tradidit &c. Apertissimè enim contra Cæsarem uenire uideretur, si regem se non habere nisi Cæsarem

Consensus euãgelicus.

Error scriptoris.

Vindicta Iudæorũ

profi-

profitentibus alium regem vellet ingerere, dimittendo impunitum, quem pp hos ausus ei tradiderunt occidendum. non ãt dictum est, Tradidit eis illũ ut crucifigerent illum: sed, ut crucifigeretur, s. iudicio ac potestate p̃sidis. Sed ideo illis traditũ dixit euangelista, ut eos crimine implicatos a quo alieni esse conabantur ostenderet. non. n. faceret hoc Pilatus, nisi ut id, quod eos cupere cernebat, impleret.

Susceperunt ãt Iesum, & eduxerunt. Et baiulans sibi crucem exiuit in eũ qui dicitur caluariæ locum, hebraicè autem golgota. Vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & inde, medium autem Iesum.

Glo. Ad mãdatũ præsidis milites Christum susceperunt crucifigendũ. vnde dr̃, Susceperũt ãt Ie. & eduxe. Aug. Potest. n. hoc jam referri ad milites apparitores p̃sides; nam postea euidentius dr̃. Milites ergo cum crucifixissent eũ, quanuis euãgelista ẽt si totum Iudeis tribuit merito facit. ipsi. n. fecerũt quicquid vt fieret, extorserunt. Chr. Sed quia lignum ut prophanũ putabant, & vitabant, & neq; tangere ipsum sustinebant, crucem Iesu ui condénato imponũt. vnde sequitur, Et baiulans sibi crucem &c. Ita & in typo factum est. Isaac etenim ligna portauit, sed tunc quidem vsq; ad patris beneplacitum res processit, nunc ãt in rebus effectum obtinuit, ueritas. n. erat. The. Sed quodammodo ut illic Isaac dimissus est, & mactatus est aries, sic & hic diuina natura manet impassibilis, sed humanitas secũdũ quẽ aries dr̃ taquã errãtes arietis Adę filius hic mactata est. Sed qualiter alius euangelista dicit, ꝙ angariauerunt Simonem ut crucẽ portaret. Aug. de con. euan. Vtrunq; factũ inuenimus: primo id qđ Ioannes dicit, deinde quod cęteri tres vnde intelligitur ꝙ ipse sibi portabat crucẽ, cum exiret in locum memoratũ. Aug. sup. Io. Grande spectaculũ, sed si spectet impietas grande ludibrium, si pietas grande mysterium. Ridet impietas, regẽ pro uirga regni lignum sui portare supplicij. Videt pietas regẽ baiulantẽ lignũ ad seipsum figendum, quod fixurus fuerat, ẽt in frontib. regũ; spernendum oculis impiorũ in qua erant glorificatura corda sanctorũ, ipsam crucẽ suam

Crucis suę portitor Iesu.

gestans humero cõmendabat, & lucernæ arsurę quę sub modio ponenda nõ erat cãdelabrum ferebat. Chr. Et sicut victores, ita & ipse in humeris portabat victorię signum. Quidã ãt dicunt ꝙ in illo loco qui Caluarię dicebatur Adam mortuus est & sepultus, ut in loco ubi mors regnauit, illic & Iesus tropheum statuerit. Hier. sup. Mat. Fauorabilis interpretatio & mulcẽs ãt populi, nec tñ uera. Extra urbem. n. & foris portã loca sunt, in quib. truncanĩ capita damnatorũ & caluarię quasi decollatum sumpsere nomen. Adam uerò sepultum iuxta Ebron & Abrahæ in Iesu filij naue uolumine legimus. Chry. Crucifigebant ãt eum cum latronibus. unde sequitur, Et cũ eos alios duos hinc & inde, me. ãt Iesum. In hoc prophetiam implentes, qm̃ cum iniquis reputatus est. Quæ. n. conuiciantes faciebant, hęc ueritati conferebant. uolebat. n. dęmon quod fiebat obũbrare, sed nõ ualuit. Trib⁹ enim in cruce affixis miracula quæ fiebãt nulli ascripsit nisi soli Iesu; ita manes diaboli artes factæ sunt, nec solum nõ obsuit glorie eius, sed contulit nõ parum. nam latronem in cruce conuertere, & in paradisum inducere non minus fuit q̃ concutere petras. Alcui. Tñ & ipsa crux si attendas tribunal fuit. in medio. n. iudice constituto, unus latro qui credidit liberatus, alter qui insultauit damnatus est, iam significabat qđ facturus est de uiuis & mortuis, alios positurus ad dexteram, alios verò ad sinistram.

Adã vbi sepult⁹.

Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc ergo titulũ multi legerunt Iudæorum, quia propè ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum hæbraicè grecè, & latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorũ, Noli scribere Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit rex sum Iudęorum. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi.

Chry. Sicut in trophęo literę ponũtur uictoriã ostẽdẽtes, ita Pilatus titulũ cruci. Christi inscripsit. vñ dicitur, Scripsit autẽ &c. Simul quidẽ pro Christo respõdẽs, ut eũ à cõione latronũ discerneret, simul ãt & de Iudæis ulciscẽs. ostẽdens scilicet ipsorũ malitiã dũ in suum regem insurrexerũt. vñ sequitur, Erat ãt scriptũ &c. Beda.

Tituli mysterium.

In quo monstrabatur iã tunc regnũ ipsius, non vt ipsi putabant destructũ, sed potius augmentatum. Aug. Sed Iudæorũ tm̃ rex Christus est an et Gentiũ? immò & gentium Cum.n. dixisset. Ego ãt sum cõstitutus rex ab eo super Syon montem sanctũ eius: subiecit, Postula a me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuã. magnum ergo volumus intelligi in hoc titulo sacramentũ, quia.s. Oleaster factus est particeps pinguedinis, Oleę: non Olea particeps facta est amaritudinis oleastri. Rex ergo Iudęorum Christus, scd̃m Iudęorum circuncisionem nõ carnis, sed cordis nõ litera, sed spiritu. Sequitur, Hunc ergo titulum multi legebant Iudæorum. Chr. Credibile ãt est multos Gentiles simul cum Iudęis pp festũ conuenisse, & ideo ut nullus ignoraret, nõ in vna lingua, sed in tribus scripsit vñ subditur. Et erat scriptũ hebraicè, græcè, & latinè. Aug. Hęc q̃ppè tres linguæ ibi præ cæteris eminebant. Hebręa pp Iudęos in lege Dei gloriãtes. Græca propter Gẽtium sapientes. Latina propter Romanos multis & penè omnibus tunc gentib. imperantes. Theo. Significat ãt superscriptio triplici sermone figurata dñm esse regem practicè, physicè, necnon theologicè. Nam per latinas literas figuratur practica, eo q̃ Romanorum Imperium potẽtissimũ satisq; officiosum in expeditionibus fuerit. Per gręcas verò literas physica figuratur, Gręci namq; erga naturaliũ speculationem insudauerũt. Demum per hæbraicas theologia prętenditur, dum In dæis est credita rerum diuinarũ agnitio. Chry. Iudęi ãt crucifixo inuidebãt. vnde sequitur, Dicebant ergo Pilato &c. Nam hæc quidẽ enunciatio est & cõis sentẽtia. Si verò adijciatur, Qm̃ ipse dixit, ipsius petulantiæ & extollentiæ ostenderet crimen esse, sed Pilatus in priori stetit mente. unde seq̃tur, Respõdit Pilatus, Quòd scripsi scripsi. O ineffabilem vim diuinæ operationis etiam in cordibus ignorantium: nonne occulta vox quędam Pilato intus quodam si dixi põt clamoso silẽtio personabat, quod tanto ante in psalmorũ literis prophetatum est? Ne corrumpas tituli inscriptionẽ. Sed quid loquimini insani pontifices? nũquid.n. propterea nõ erit verum, quia Iesus ait, Rex sum Iudæorũ? Si corrumpi non potest quod Pilatus scripsit, corrumpi potest quod veritas dixit. Ideo enim Pilatus quod scripsit, scripsit: quia dominus, quod dixit, dixit.

Lingua rũ triũ ratio.

Prophetia titu li.

Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimẽta eius & fecerunt quatuor partes vnicuiq; militi partem, & tunicam. Erat ãt tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem, Non scindamus eã, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur, dicens, Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem.

Aug. Iudicante Pilato milites qui ei parebant crucifixerunt Iesum. unde dicit, Milites ergo cum cruc. &c. Et tñ si uoluntates, si clamores eorũ cogitemus, Iudæi magis crucifixerunt. sed de partitione sortitioneq; uestimentorũ eius cæteri euangelistæ breuius & clause, iste verò apertissimè locutus est. nam sequitur, Et fecerunt quatuor par. &c. Vnde apparet quatuor fuisse milites qui in eo crucifigendo pręsidi paruerunt. Sequitur, Et tunicam subaudiendum est. Acceperunt, ut iste sit sensus: Acceperunt ãt & tunicam, & sic locutus est, ut de cæteris uestimentis nullam sortem missam esse uideamus, sed de tunica quam simul cum cæteris acceperunt, sed nõ similiter diuiserunt. De hac enim sequitur exponens, Erat ãt tu incõ. desuper cõtexta per totum. Chry. Ipsam speciem tunicæ euangelista hystoricè designat, q̃a.n. in Palęstina duos pannos connectentes subtexunt indumenta, ostendit Ioannes q̃ talis erat tunica Iesu, occultè vtilitatem vestimẽtorum insinuans. Theo. Alij verò dicunt q̃ apud Palæstinam telas contexunt, non velut apud nos texuntur, exislẽte superius stamine, inferius verò texentibus, ut sic non uersus partẽ supremã textura protẽdat, sed econtra. Augu. Cur ãt de illa sortem miserint narrat dicens, Dixerunt ergo &c. Apparet itaq; in alijs uestimentis æquales se habuisse, partes, ut sortiri necesse non fuerit. In illa verò vna nõ eos habere potuisse singulas partes, nisi scinderetur ut pannos eius inutiliter tollerent: quod ne facerent, ad vnũ eam peruenire sortitione maluerunt. Huius euangelistę narrationi consonat etiam

Crucifixio Iesu

Vestis Christi, qualis.

etiã propheticum testimonium. unde sub iungit, Vt scriptura impleretur dicẽs, Partiti sunt &c. Chry. Intuere prophetiç certitudinem, non.n. quç partiti sunt solum, sed & quç non partiti sunt. Dixit igitur propheta, uestimenta quidem diuiserunt, sed uestem sortiti concesserunt. Aug. Mattheus dicendo diuiserunt uestimẽta eius sortem mittẽtes, totam diuisionem uestimentorum uoluit intelligi, & ad illã tunicã pertinere de qua sortem miserũt. Tale est quod ãt ait Lucas, Diuidentes uestimẽta eius miserũt sortes. Diuidẽtes .n. uenerunt ad tunicã qua facta est sortitio. Dicendo aũt sortes, pluralem numerum pro singulari posuit. Marcus aũt solus uidetur intulisse aliquam quçstionem: dicendo.n. Mittentes sortem super eis quis quid tolleret, tãquàm super omnibus uestimẽtis, nõ super sola tunica sors missa sit locutus videatur, sed hæc breuitas obscuritatẽ facit. Sic.n. dictum est, mittentes sortẽ super eis, ac si diceret mittentes sortem cum diuiderentur. Cùm autem dicit, Quis quid tolleret. i. quis tunicã tolleret, tanquàm si totum ita diceretur, mittentes sortem super eis quis tunicam quç partibus çqualibus superfuerat tolleret. Quadripartita ãt vestis dñi nostri Iesu Christi quadripartitã figurauit eius ecclesiã, quatuor. s. partibus in orbe diffusam, & in eisdem çqualiter, idest cõcorditer distributã. Tunica uerò illa sortita oĩum partiũ significat unitatẽ, ꝙ charitatis uinculo cõtinetur: Si ãt charitas & supereminentiorẽ habet viã supereminet sciẽtię, & sup oĩa pręcepta est, secundum illud, Super omnia autẽ hęc charitatem habere, meritò uestis quæ significatur desuper contexta perhibetur. Et addidit per totũ, quia nemo eius expers qui ptinere uidetur ad totum, à quo toto catholica uocatur ecclesia. Inconsutilis autẽ ne aliquãdo dissuatur, & ad unũ peruenit, quia in unum omnes colligit. In sorte autem Dei gratia commendata est, cũ n. sors mittitur, non personç cuiusque uel meritis, sed occulto iudicio Dei creditur. Chry. Vel sicut quidam dicunt tunica inconsutilis desuper contexta per totum, secundum allegoriam ostendit, qm̃ non simpliciter homo erat qui crucifixus est, sed & desuper deitatem habebat. Theo. Vel aliter: Vestis inconsutilis denotat corpus Christi, quod à superiori parte cõtextum est. Spiritus.n. sanct⁹ superuenit: & virtus altissimi virgini obumbrauit. Huc ergo sacrosanctum Christi corpus indiuisibile cõstat. nam & si diuidatur per singulos sanctificans vniuscuiusq; animã simul, & corpus, integ. è tamen & indiuisibiliter cõsistit in omnibus. At qm̃ ex quatuor elemẽtis mundus cõsistit, intelligendum est pro Christi vestimentis visibilem creaturam, quàm inter se diuidunt dęmones quoties morti tradũt varbũ Dei qđ habitat in nobis, ac satagunt nos suæ partis efficere per mundanas illecebras. Aug. Et ideo ista nõ aliquid boni significasse quis dixerit, q a per malos facta sunt. quid.n. de ipsa cruce dicturi sumus quç similiter ab impijs facta est, & tñ ea significari rectè intelligit; quod ait apostolus. Quç sit latitudo, longitudo, altitudo, & profundum. Lata est quippe in transuerso ligno quo extenduntur pendẽtes man⁹, & significat opera bona in latitudine charitatis. Longa est à transuerso ligno vsque ad terram, & significat perseuerantiam in longitudine temporis. Alta est in cacumine quo transuersum lignũ sursum versus excedit, & significat supernum finẽ. quo cuncta opera referuntur. Profunda est in ea parte quæ in terra figitur, ibi quippe occulta est, sed cũcta eius apparentia inde consurgunt, sicut bona nostra de profunditate gratiæ Dei ꝙ cõprehendi nõ põt, vniuersa procedũt. Sed & si crux Christi hoc solũ significet qđ ait apostolus. Qui Christi sunt carnẽ suã crucifixerũt cũ passionibus & cõcupiscẽtiis, quàm magnũ bonũ est? Postremo qd est signũ Christi nisi crux Christi? qđ signũ nisi adhibeatur siue frontibus credẽtiũ, siue ipsi aquç, ex qua regenerant̃, siue oleo quo charismate vnguñt, siue sacrificio quo alũtur nihil eorũ uitę proficitur. Crucis Christi mysteria.

Et milites quidẽ hęc fecerunt. Stabant autẽ iuxta crucẽ Iesu mater eius, et soror matris eius Maria Cleophę, et Maria Magdalenę. Cũ vidisset ergo Iesus matrẽ, & discipulum stantem quẽ diligebat dixit matri suę: Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

DDDD 3 Theo.

Miraculа mortis Christi.

Theo. Cùm milites quæ ad propriã spectabant secordiã prosequebatur: ipse genitricis cura solicitus est. unde dicitur, Et mili quidẽ hæc fe. Stabãt aũt &c. Ambr. in epist. Maria mater dñi ante crucem stabat filij: nullus me hoc docuit nisi sãctus Ioannes euangelista. Mundũ alij cõcussũ in passione dñi conscripserunt, cœlum tenebris obductum, refugisse solem, in paradisum latronem, sed post piã confessionẽ receptum. Ioãnes docuit quod alij nõ docuerunt, quemadmodum in cruce positus matrem appellauerit. Pluris putauit ꝙ uictor suppliciorũ pietatis officia matri exhibebat, quàm ꝙ regnũ cœleste donabat vitæ æternę. Nam si religiosum est, O latroni donatur uita: multo vberioris pietatis est, ꝙ à filio mater tanto affectu honoratur. Ecce (inquit) filius tuus, ecce mater tua. Testabatur de cruce Christ⁹, & inter matrem atq; discipulum diuidebat pietatis officia. Condebat dñs nõ solum publicum, sed ẽt domesticum testamentum. Et hoc eius testamentum significabat Ioãnes dignus tanto statore testis. Bonũ testamẽtum non pecuniæ, sed uitæ æternæ, quod nõ atramento scriptũ est, sed spiritu Dei viui. Lingua mea calamus scribę: uel ociter scribẽtis. Sed nec Maria minor quàm matrẽ Christi decebat fugiẽtibus apostolis ante crucẽ stabat, & pijs spectabat oculis filij vulnera qa expectabat non in pignoris mortẽ, sed mũdi salutẽ, aut fortasse qa cognouerat, p filij mortẽ mũdi redẽptionẽ. Aula regalis ẽt sua morte putabat se aliqd publico auditura muneri; sed Iesus nõ egebat adiutore, ad redẽptionẽ omniũ, qui oẽs sine adiutorio seruauit. vñ & dicit, factus sum homo sine adiutorio inter mortuos liber. Suscepit quidẽ affectu parẽtis, sed non quęsiuit alterius auxiliũ. Hãc imitamini matres sanctę, q̃ in unico filio dilectissimo tantũ maternæ uirtutis exemplum dedit. neq;.n. uos dulciores liberos habetis: neq; illud uirgo quęrebat solatium, ut alium posset generare filiũ. Hiero. con. Eluid. Maria ista quæ in Marco & Matthęo & Iacobi & Ioseph mater dicitur, fuit uxor Alphęi & soror Mariæ matris dñi, quam Mariam Cleophæ nũc Ioannes cognominat à patre, siue à gentilitate familię, aut quacunq; alia causa ei nomen imponens. Si autem inde tibi alia atq; alia uidetur ꝙ alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater, & hic Maria Cleophę: disce scripturę consuetudinem eundem hominem diuersis nominibus appellari. Chry. Et considera ꝙ imbecillius genus, s mulierũ uirilius apparuit iuxta crucem stando fugientibus discipulis. Augu. de con. euan. Nisi autem Matth. & Lucas Mariam Magdalenę nominassent, potuissemus dicere alias a longe, alias iuxta crucem fuisse. Nullus.n. eorum pręter Ioannem matrem dñi cõmemorauit. Nunc ergo quõ intelligitur eadem Maria Magdalenæ & à longè stetisse cum alijs mulieribus, sicut Matthęus & Lucas dicunt, & iuxta crucem fuisse, sicut Ioannes dicit: nisi quia in tanto interuallo erant, ut iuxta dici possent, quia in conspectu eius præsto aderant, & à longè in cõspectu turbę propinquius circunstãtis cum Centurione & militibus. Possumus etiã intelligere, quod illæ quæ simul aderãt cum matre domini postquam eam discipulo cõmẽdauit. abire iam cœperant, ut à densitate turbæ se eruerent, & cætera quæ facta sunt lõgius intuerentur, ut cæteri euãgelistæ, qui post mortẽ dñi eas cõmemorauerunt iam longè stãtes cõmemorarent. Quid ãt interest ad veritatẽ, ꝙ quasdam mulieres pariter, quasdã singuli nominauerũt? Chry. Et cũ alię mulieres astarẽt nullius alterius meminit nisi matris, docẽs nos plus aliqd matribus præbere. Sicut.n. parẽtes circa spiritualia aduersantes neq; uolle oportet, ita quãdo nihil impediũt oĩa decet eis pbere & alijs præferre. vñ subdit, Cùm uidisset er. Ie. ma. & di. stãtem quem di. dixit ma. suæ. Mu. ecce filius tuus. Beda. Dilectionis indicio euangelista sum demonstrat personam, nõ ꝙ excẽpis cæteris solus, sed præ cæteris familiarius proper priuilegium castitatis à domino amabatur, quoniam uirgo ab eo uocatus, uirgo permansit in æuum. Chry. Papè quãto discipulũ honorauit honore: sed ipse seipsum occultat moderate sapiens, si enim uellet gloriari, & causam utique adiecisset propter quam amabatur. Etenim cõueniẽs est magnam quãdam & mirabilem esse causam.

Mariæ laus.

Ideo autem nihil aliud Ioãni loquitur, neque consolatur tristitiem; quoniam tẽpus non erat uerborum consolatione. Sed neque parũ erat honorari eam tali honore. Quia verò cõueniens erat matrem existẽtem dolore oppressam procurationẽ quærere, quia ipse aberat, discipulo qui diligebatur tradidit diligẽtiã habituro: vnde sequitur, Deinde di. dis. Ecce mater tua. Au. Hæc nimirũ est illa hora de qua Iesus aquam conuersurus in vinũ dixerat matri, Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Tunc.n. diuina facturus nõ diuinitatis, sed humanitatis uel infirmitatis matrem uelut incognitam repellebat, nunc autem humana iam patiens, ex qua factus fuerat homo, affectu commẽdabat humano moralis igitur insinuatur locus & exemplo suo instruit preceptor bonus, vt à filijs pijs impẽdatur cura parentib. tãquam lignum illud ubi erant fixa mẽbra morientis, etiam cathedra fuerit magistri docentis. Chry. Itaque etiam Martionis obstruit in verecundiam. si.n. non genitus est secundum carnem, neque matrem habuit, cuius gratia tãta circa eam solam facit prouidentiam? intuere autem qualiter cum crucifigeretur vniuersa impertur bate agebat, discipulo loquens de matre: prophetias implens, latroni bonam spem tribuẽs; antequam autem crucifigeretur, trepidans videtur. Nam illic quidem naturę imbecillitatis demõstrata est. hic autem virtutis superabundantia ostendebatur. Sed & nos per hoc erudit si ante aduersa conturbamur: non propterea desistere, cum in agonam ingressi fuerimus omnia sustinere ut facilia & leuia. Au. Quia ergo matri quam relinquebat: alterum pro se filium quodãmodo prouidebat cur hoc fecerit ostendit in hoc qđ subditur, Et ex illa hora accepit &c. Sed in quæ sua Ioannes matrẽ domini accepit? Neque.n. non ex eis erat qui dixerant ei. Ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te. Suscepit ergo eã in sua non prædia quæ nulla propria possidebat, sed officia quę propria dispensatio exequenda curabat. Beda. Alia litera habet: accepit eã discipulus in suã. quidam volunt in suã matrem, sed cõgruentius subauditur, in suam curam.

Postea sciẽs Iesus, qa omnia cõsummata sũt, vt cõsummaretũ scriptura dixit. Sitio. Vas antẽ erat positũ aceto plenũ. Illi ergo spongiã plenã aceto hysopo circũponentes obtulerunt ori eius. Cũ ergo accepisset Iesus acetum dixit Cõsummatũ est. Et inclinato capite tradidit spiritum.

Aug. Patiebatur hæc omnia q apparebat homo & ipse idẽ disponebat hæc omnia qui latebat Deus. vnde dr̃. Postea sciẽs qm̃ om. consum. sunt; vt consummaretur scriptura, idest q̃ scriptura prædixerat. Et in siti mea potauerunt me aceto, dixit. Sitio tãquã diceret hoc. minus fecistis date quod estis. Iudæi quippe ipsi erãt acetum degenerantes à uino patriarcharum & prophetarum. Vas ergo positũ erat aceto plenum. tanquam enim de pleno uase, de iniquitate mundi huius impletum cor habẽtes, uelut spõgia cauernosis quodammodo, atq; totus tortuosis latibulis fraudulentum. vnde sequitur, Illi autẽ spõgiãm plenam aceto hyso. circumpo. obtule. ori. eius. Chrysostomus. Neq; enim ex his quæ uidebant facti sunt mansueti, sed sæuiebant magis, & eum potabant, cõdẽnatorum pocula offerentes. propterea n. hysopus appositus erat. Aug. Hysopum autẽ cui circumposuerunt spõgiam aceto plenam, quoniam: herba est humilis & pectus purgat, Christi humilitatem congruẽter accipimus, quam circundederunt & se circumuenisse putauerunt, Christi nãque humilitate mundamur. Nec moueat quomodo spongiam ori ei⁹ potuerunt admouere, qui cruce fuerat exaltatus à terra. Sicut.n. apud alios euangelistas legitur, ꝙ hic prætermisit; in arũdine factum est, vt in spongia talis potus ad crucis sublimia leuaretur. The. Quidam verò hysopum dicunt uocari arundinem, nam frondes habet arundini cõsimiles. sequitur, Cũ ergo accepis. Ie. acc. di. Consummatũ est. Aug. Quid? nisi ꝙ prophetia tanto ante prædixerat. Beda. Hic quæri põt, qũo hic dicitur. Cum accepisset acetum, cũ alius euãgelista dicat. Noluit bibere. Sed hoc facile soluitur, qm̃ non accepit ut biberet, sed vt qđ scriptum erat impleret. Aug. Deinde quia nihil remanserat quod antequã moreretur fieri adhuc oporteret. Sequitur, Et inclibato capite tradidit spiritum. Acetidãti mysterium.

DDDD 4 Per-

Peractis omnibus q̃ vt peragerent expectabat, tãquam ille qui potestatem habebat ponendi animam suã: & iterũ sumendi eã. Gre. 11. mor. Spiritus ãt hic pro aĩa ponitur. Si. n. aliud spiritũ quàm animam euãgelista dicere, exeũte spiritu aĩa remãsisse. Greg. Non autem qm̃ expirauit inclinauit caput, sed q̃a inclinauit caput, tũc expirauit per quę omnia indicauit euangelista, qm̃ omniũ dominus ipse erat. Aug. Quis. n. ita dormit quãdo voluerit. sicut Iesus mortuus est qñ voluit? Quanta speranda, vel timenda potestas est iudicantis, si apparuit tanta morientis? The. Tradidit ãt dñs spiritum Deo, & patri ostendẽs q̃ nequaquàm sanctorũ aĩę conuersantur in tumulis, imò deueniunt ad manus patris oĩum peccatoribus ad locũ pœnarum delatis uidelicet ad infernum.

Mors Christi spõtanea.

Iudęi ergo qm̃ parasceue erat ut non remanerent in cruce corpora sabbato. Erat. n. magnus dies ille sabbati rogauerũt Pilatũ ut frangerentur eorũ crura & tollerentur. Venerunt ergo milites, et primi quidẽ fregerũt crura, & alterius q. crucifixus e\~st cũ eo. Ad Iesum ãt cũ uenissent vt uiderũt eũ iã mortuũ nõ fregerũt ei⁹ crura, sed unus militũ lãcea latus ei⁹ aperuit, et continuo exiuit sãguis, et aqua. Et q uidit testimoniũ phibuit, et verũ ẽ testimoniũ ei⁹, et ille scit qa vera dicit, ut et uos credatis. Facta sũt. n. hęc ut scriptura ĩpleref. Os nõ cõminuetis ex eo. et ĩterũ alia scriptura dicit. Videbũt in quẽ trãsfixerũt.

Chry. Iudęi qui camelum transglutiebant, culicem autem colliquabant, cũ tantam fuissent operati audaciã. de die diligenter ratiocinantur. vnde dicitur, Iu. er. quoniam para. erat: ut non re. in cru. cor. sab. Bed. Parasceue. i. præparatio dicta est sexta feria, quia eo die duplices sibi cibos filij Israel præparabant, Erat. n. ma. di. il. sab. I. propter solẽnitatem paschalem. Roga. Pilatum ut frange cru. eorum. Augu. Non crura tollerẽtur, sed hi quibus ideo frangebantur, ut morerentur auferrentur ex ligno; ne pendentes in crucibus magnũ diem festũ sui diurni cruciatus horrore fœdarent. Theoph. Sic enim iubebantur in lege nõ occidere solem in hominis supplicio, uel quia noluerunt in die festo tortores aut homicidæ censeri. Chrysostomus. Vide autẽ qualiter valida est ueritas per eorum. n. studia prophetia cõpletur. vnde subditur, Vene. er. mil. & primi qui frege. cru. & alte. qui cruci. est cũ eo. Ad Ie. ãt cum veni, vt vide, eum iã mor. non frege. eius cru. sed unus militum lancea latus eius aperuit. Theoph. Vt Iudęis complaceant lanceant Christum circa corpus ex animę contumelias inferentes, sed cõtumelia in signum prodijt. sanguinem enim de corpore extincto manere miraculosum est. Aug. Vigilanti verbo euangelista vsus est; vt non diceret. Latus eius percussit aut uulnerauit; sed aperuit, vt illic quodammodo vitæ ostium panderent, vnde sacramenta ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad vitam, quæ verè uita est, nõ intratur. vnde sequitur, Et continuò exiuit sanguis, & aqua, Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum, aqua illa salutare temperat poculum: hoc & lauacrũ pręstat, & potum. Hoc prænunciabat, q̃ Noe in latere archæ ostium facere iussus est, quo intrarent aĩalia quæ non erant diluuio peritura, quib. præfigurabatur ecclesia, pp hoc prima mulier facta est de viri latere dormientis, & hic secundus Adam inclinato capite i cruce dormiuit, vt inde formaretur ei coniunx, per id qđ de latere dormientis, effluxit, O mors vnde mortui reuiuiscũt, q̃d isto sanguine mũdius? q̃d isto uulnere salubrius? Chr. Et q̃a hinc suscipiunt principium sacra mysteria cũ accesseris ad tremẽdum calicem: vt ab ipsa bibitur⁹ Christi costa ita accedas. The. Erubescant igit̃ qui uinum in sacris non impnant misterijs. Videntur. n. non credere q̃ à qua de latere fluxerit. Potest tñ quis calũniosè dicere, quod aliqua virtus vitalis erat in corpore, & ideo sanguis effluxit, aqua uero manans inexpugnabile, signum fuit, & ideo Euãgelista subiũgit, Et qui vidit testimoniũ perhibuit. Chr. q. d. Nõ ab alijs audiuit, sed ipse præsens vidit. Et verum est testimonium eius. Quod conuenienter subiungit, conuiciũ Christi enarrans, nõ magnũ aliquid admirabile signũ, vt sic suspectus sermo redderetur, sed ipse hoc dixit, hæreticorum ora p̃cludens, & futura personans mysteria, & eũ qui iacebat in eis inspiciẽs thesaurum. Sequitur, Et ille scit, quia &c. Augu. Scit. n.

qui

qui uidit: cuius credat testimonio qui nō vidit. Duo āt testimonia de scripturis reddidit singulis reb. quas factas fuisse narrauit. Nā quia dixerat, Non fregerūt crura Iesu: subdidit, Facta sunt.n.hęc vt &c. Qđ prçceptū est eis, qui celebrare pascha iussi sūt ouis immolatione in ueteri lege, q̄ dominicę passionis vmbra præcesserat. Item quia subiunxerat, Vnus mili. lancea latus eius aperuit, ad hoc pertinet alterum testimonium quod subdit dicens, Et iterum alia scriptura dicit, Vide in quem trāfixe. ubi promissus est Christus in ea qua cruci fixus est carne futurus. Hier. Hoc āt testimonium sumptum est de Zacharia.

Post hæc āt rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo q̀ esset discipulus Iesu, occultus autē propter metum Iudæorum, vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu. Venit āt & Nicodemus qui venerat ad Iesum nocte primum ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum lintheis cū aromatib. sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumētum nouum, in quo nondum quisquā positus erat. Ibi ergo pp parasceuem Iudæorum, quia iuxta erat monumētum posuerunt Iesum.

Expositio hystoriæ. Chr. Aestimans Ioseph extinctum esse Iudæorū furorē Christo crucifixo: cum fiducia accessit, ut deponendū funus procuraret. unde dr̄, Post hæc āt rogauit Pilatū &c. Bed. Arimathia ipsa est Ramatha ciuitas Helcane & Samuelis. Cęlitus āt prouisum est, ut esset diues, ut ad præsidem posset accedere, & ut esset iust⁹, ut corpus dn̄i accipere mereretur. vnde sequitur, Vt tolleret corpus Iesu &c. Chr. Non ex 12. sed ex septuaginta, qm̄ nullus ex 12. accesserit. Et si timore Iudęorū qs pro causā sa assumpserit, hoc eodem detinebat timore. vnde dr̄. Occultus āt propter metū Iudæorum. Sed ualde insignis erat, & Pilato notus unde & gratiā accepit, & hoc est qđ subditur, Et permisit Pilatus. Et sepelit de reliquo, non ut cōdemnatum, sed ut magnū quēdam & mirabilem. vn̄ subditur, Venit ergo & tu. cor. Iesu. Aug. de con. euā. In extremo.n. illo officio funeri, exhibēdo minus curauit a Iudæis, quanuis solerent in dn̄o audiendo eorū inimicitias deuitare. Beda. Sedata enim utcunq; eorum sæuitia, eo q̀ se aduersus Christū pręualuisse gaudebant, corpus Christi petijt, qm̄ nō videbatur causa discipulatus, sed pietatis venisse, ut funeri officiū impēderet, quod homines nō solum bonis, sed etiam malis solent impendere. Adiungitē āt ei & Nicodemus. unde sequitur, Venit āt & Nicodemus qui &c. Aug. Nō ita distinguendum est, ut dicamus primum ferens mixturam myrrhæ, sed ut quod dictum est, primum, ad superiorē sensum p̄tineat. Venerat .n. ad Iesum Nicodemus nocte primum, quod idē Ioānes narrauit in prioribus euangelij sui partib. hic ergo intelligendum est ad Iesum non tunc solum, sed tūc primum uenisse Nicodemū: uenisse āt postea ut fieret audiendo discipulus. Chry. Ferunt āt pigmenta quæ maximè corpus apta sunt, quam plurimū cōseruare, & nō permittere cito subijci corruptioni: adhuc n. ut de nudo homine disponebāt: sed tn̄ multam dilectionem demonstrabāt. Beda. Notandum est autem q̀ simplex unguentum fuerit: quia ex diuersis aromatibus licentiā conficiendi nō haberent. Sequitur, Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum &c. Augu. In quo euangelista admonuit in huiusmodi officijs, quę mortuis exhibentur morem cuiusque gētis esse seruandum. Erat autem illius gentis consuetudo, ut mortuorum corpora uarijs aromatibus condirētur, ut diutius seruarentur illæsa. Augu. de con. euang. Neque autem hic Ioannes alijs repugnat, neque enim illi qui Nicodemum tacuerunt, affirmauerunt a solo Ioseph dominum sepultum, quanuis solius cōmemorationem fecerint: aut quia illi una syndone a Ioseph inuolutum dixerunt, propterea prohibuerunt intelligi, & alia linthea potuisse afferri a Nicodemo & superadidi, ut uerum narrat Ioānes, quod non vno lintheo, sed lintheis inuolutus sit, quanuis & propter sudariū quod capiti adhibebatur, & institas quibus corpus totum alligatum est, quia omnia de ligno creant: etiam si una syndo ibi fuit, ueracissimè dici potuit, Ligauerunt eum lintheis. Linthea quippè generaliter dicuntur quæ lino tęxuntur.

Officiū funeris Christi.

Mors funeralis.

Beda.

Beda. Hinc ecclesiæ consuetudo descēdit ut corpus dñi non serici, & auro textis cō sueretur, sed syndone munda. Chr. Quia vero breuitate temporis urgebantur, nona n. hora mortuo Christo, deinde accedētibus ad Pilatum, & deponētibus Christi corpus vespera imminebat, ideo ponunt eum in proximum monumētum vñ subditur, Erat āt in loco &c. Quod dispensatione factum est, ne alterius alicuius qui cum eo iaceret æstimaretur resurrectio facta esse. Aug. Sicut etiā in Mariç uirginis vtero nemo ante illum, nemo post illum cōceptus est, ita in hoc monumētū nemo ante illū & nemo post illum sepultus est.

Sindonis mysterium

Theo. Per hoc etiam q̄ nouum fuit sepulchrū, mysticè datur intelligi, q̄ per Christi sepulturam omnes inuocamur morte corruptione destructa. Attēde etiā abundātiā pro nobis susceptæ paupertatis. Nā qui domum uita nō habuit, post mortem quoq; in alieno sepulchro reconditur, & nudus existens a Ioseph operitur. Sequit̄, Ibi ergo propter parasceuē Iudęorū quia &c. Aug. Acceleratā uult intelligi sepulturam, aduesperasceret, quando iam propter parasceuem, quam cęnam purant Iudæi latinè vsitatius apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat. Chrysostom. Propinquum autem fuit sepulchrum, ut discipuli possent cum facilitate accedere, & consideratores fieri eorum quę eueniebant propè existente loco, & vt sepulturæ testes essent etiam inimici custodientes sepulchrum, & ut falsus ostenderetur is qui de furto sermo; Beda. Mysticè autem Ioseph interpretatur aptus per acceptionem boni operis, ad hoc quod monemur, ut corpus dñi dignè percipere mereamur.

Sepulchri Christi mysterium.

Theophyl. Nūc etiam quodammodo Christus apud auaros mortificatur, in paupere famem patiēte. Esto ergo Ioseph & tege Christi nuditatem, non semel, sed in suo tumulo spirituali considerando recondē, cooperi & immisce myrrham & aloen amaricantia considerando vocem illam, Ita maledicti in ignem æternum, quia nihil amarius æstimo.

Tropologica expositio.

CAPVT XX.

Vna aūt sabbati Maria Magdalena venit mane cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, & vidit lapidem reuolutum à monumēto. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Iesus, & dicit illis, Tulerunt dominum de monumento, et nescimus vbi posuerunt eum. Exijt ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum: Et cū se inclinasset vidit posita lintheamina, non tñ introiuit. Venit ergo Simō Petrus sequens eū, & introiuit in monumētū. Et vidit lintheamina posita & sudarium q̄d fuerat super caput eius, nō cum lintheaminib. positum, sed separatim inuolutū in vnū locum. Tunc ergo introiuit, & ille discipulus qui venerat primus ad monumentū, & vidit & credidit. Nondum.n. sciebant scripturam, quia oportuit eum à mortuis resurgere.

Chr. Quia iā transiret sabbatū in quo impediebat a lege, non potuit Maria Magda. quiescere, sed venit profundo diluculo consolationem quandam è loco sepulturæ inuenire uolens. vñ dr̄, Vna āt sabbati Maria Magda. &c. Aug de cō. euā. Venit quidem Maria Magda. sine dubio cęteris mulierib. quę dño ministrauerāt plurimū dilectione feruētior, vt nō immerito Ioānes solam cōmemorat, tacitis eis quæ cū illa fuerant. sicut alii testantur. Aug. sup. Ioan. Vna āt sabbati est, quē iam diem dominicū pp domini resurrectionem mos Christianus appellat, quem Matthęus primam sabbati nominauit. Bed. Dicitur ergo, Vna sabbati, hoc est altera siue prima die post sabbatum. Theo. Vel aliter. Hebdomadæ dies Iudęi sabbatū nominabāt, vnam aūt ex sabbati diebus primā, futuri aūt sæculi exemplar est hoc dies, quoniā futuri sæculi vna dies est nequaquam nocte interpolata. Deus enim ibi sol est, qui nunquam occidit. In hac igitur die dominus resurrexit incorruptibilitatem corporis assumens, sicut nos in futuro sęculo incorruptione induemur. Aug. de cō. euan. Quòd autem Marcus dicit, Valde mane

Magdalenę feruor.

oriente iam sole n repugnat ei quod dr. Cum adhuc tenebræ essent, die qppe sur gente aliquæ reliquiæ tenebrarum tanto magis extenuantur, quanto magis oritur lux. Nec sic accipiendū est qđ ait Marcus. Valde mane orto iā sole, tanquā sol ipse iā videretur sup terrā, sed potius sicut di cere solemus eis quib⁹ volumus significare tēperius aliquid faciendum, orto iā sole dr, i. de proximo adueniente in has partes. Greg. in ho. Congruè āt dr, Cū adhuc tenebræ essent, Maria. n auctorem oium quē carne uiderat, mortuum quærebat in monumento, & quia hunc minime inuenit, furatū credidit. Adhuc ergo erant tenebræ cū uenit ad monumentū. Sequitur, Et vi. la. re. a monumento. Augu. de con. euā. Iā ergo factum erat quod solus Matthæus cōmemorat de terræmotu & lapide reuoluto, cōterritisq; custodib⁹. Chr. Surrexit quidē dūs lapide & signaculis de sepulchro iniacentib⁹, quia verò oportebat & alios certificari aperitur monumentum post resurrectionē, & ita creditur qđ factum est, hoc denique & Mariā mouit. videns n. lapidē sublatum non intrauit neq; pspexit, sed ad discipulos ex multo amore cū velocitate cucurrit. Nondum āt de resurrectione nouerat aliquid manifestū; sed putabat translationē corporis esse factam Glo Et ideo cucurrit nunciare discipulis, ut aut secum qrerent, aut secum dolerent. Et hoc est q sequitur, Cucurrit ergo, & uenit ad Simonē Petrū &c. Aug. Ita so cōmemorare solet q eū diligebat Iesus, qui vtiq; oēs, sed ipsum prę cæteris & familiarius diligebat. Sequitur, Et dixit eis. Tulerunt dominum meum & nescio vbi posuerunt eum. Greg. 3. mo. Hoc autem dicēs totum pro parte insinuat, solum quippe corpus dñi quæsitura uenerat, & quasi totum dñm sublatum deplorat. Augu. Nonnulli autem codices græci etiam habent, Tulerunt dñm meū, qđ ui deri dictum pōt propensiore charitatis, vel famulatus affectu. Sed hoc in pluribus radicibus, quos in promptu habemus non inuenimus. Discipulum autem quem diligebat Iesus seipsum dicit. nam quippe ita commemorare solet, q eū diligebat Iesus qui vtiq; omnes, sed ipsum prę cęteris & familiarius diligebāt. Chry. Euāgelista verò nō priuauit mulierē hac laude, nec verecundū existimauit q ab ea prius adiscerent. Audientes ergo illi cum multo studio monumento insistunt. Greg. Illi aūt præ cęteris cucurrerunt, q prę cæteris amauerunt, videlicet Petrū & Ioānes. vñ sequitur, Exijt ergo Petrus &c. The. Sed si quæras qūo astātibus custodibus venerunt ad monumentum. Rudis qūo, qm postquam dñs resurrexit & vna cum terręmotu affuit angelus in sepulchro: recesserunt custodes annunciantes pharisæis. Aug. Cum aūt iam dixisset, venerunt ad monumentum, regressus est, vt narraret, qūo venerunt. atq; ait, Currebāt aūt duo simul, & ille alius discipulus præcurrit citius Petro & venit prior ad monumentū, vbi ostendit q ipse prior uenerit, sed tanquā de alio cuncta narrat. Chr. Veniēs autem considerat lintheamina posita. vñ sequitur, Et cū se inclinasset uidit posita lintheamina, nihil tñ ipse plus perscrutatur, sed desistit. & hoc est quod subditur, Non tñ introiuit, Petrus verò ut feruidus introiens uniuersa inspexit diligenter & amplius uidit. vnde sequitur, Venit ergo Simon Petrus & intro. in mo. & uidit linth. po. & su quod fu. su. ca. eius nō cū lint po. sed se. inuol. in vnum loc. quod erat resurrectionis signum. Neq;. n quidem eū transtulissent, corpus eius denudassent, neq; si furati essent, huius rei fuissent solliciti, vt leuarent sudariū & inuoluerent, & ponerent in vnum locum seorsum a lintheaminibus, sed simpliciter ut se habebat suscepissent corpus. Ideo. n. Ioānes pręmiserat, qm sepultus est cum myrrha, quæ conglutinat corpori lintheamina, ut nō decipiaris ab his qui dicunt eum furto sublevatū esse. Non enim ita insensatus esset qui furaretur, ut circa rem superfluam tātum studium consumeret: post Petrum autē, & Ioānes introiuit vnde sequitur, Tunc ergo introiuit & ille discipulus &c. Aug. Nonnulli putant hoc Ioannem credidisse q Iesus resurrexit, sed quod sequitur, hoc non indicat: vidit ergo mane monumentum & credidit quod dixerat mulier. nam sequitur, Nondum. n. scie. scripturam &c. Non ergo eum credidit resurre-

Argumētū resurrectionis.

surrexisse, quem nesciebat oportere resurgere. qn̄ aūt ab ipso dn̄o audiebant, quanuis apertissimè diceretur, cōsuetudine tn̄ audiendi ab illo parabolas non intelligebant, & aliquid aliud eum significare credebant. Greg. in ho. Hæc aūt tam subtilis euangelistæ descriptio a mysterijs vocare credenda non est, per Ioannē iuniorem synagoga, per seniorē vero Petrum ecclesia Gentiū designatur, q̄a etsi ad Dei cultum est prior synagoga quā ecclesia Gentium, ad vsum tn̄ sęculi prior est multitudo gentiū quā synagoga. Cucurrerunt autem simul, quia ab ortus sui tp̄e vsque ad occasum pari & cōi via: & si non pari & cōi sensu Gentilitas cum synagoga decucurrit, venit synagoga prius ad monumētum, sed minime intrauit, quia legis quidem mādata percepit ꝓphetias de incarnatione ac passiōe dominica audiuit, sed credere in mortuum noluit. Venit autem Simon Petrus & introiuit in monumentū, quia secuta posterior ecclesia gētium Christum Iesum & cognouit carne mortuorum & viuentem credidit Deum. Sudarium aūt capitis dn̄i cum lintheaminibus nō inuenitur, quia caput Xp̄i Deus & diuinitatis incōprehensibilia sacrā ab infirmitatis nr̄æ cognitione disiuncta sunt, eiusq; potentia creatura transcendit naturam Non solum aūt separatim, sed inuolutum inueniri dr̄, quia linthei quo inuoluitur, nec initium nec finis aspicitur. Celsitudo autē diuinitatis, nec cœpit esse nec desinit. Bene aūt additur in uno loco, quia in scissura mētium Deus non est, & illi eius gr̄am hn̄t merētur: qui se ab inuicem per sectarū scandala nō diuidunt. Sed quia solet per sudariū laborātium sudor detergi: potest & sudarij noīe intelligi labor Dei. Sudarium ergo qđ super caput eius fuerat seorsum inuenit̄, quia ipsa Redemptoris nostri passio lōgè a nr̄a passione disiuncta est, qm̄ ipse sine culpa pertulit qđ nos cum culpa toleramus. Ipse spōte morti succūbere uoluit, an quam nos uenimus inuiti. Postquā aūt intrauit Petrus ingressus est & Ioannes, quia in fine mundi ad redēptoris fidem ēt Iudæa colligetur. Theo. Vel aliter: Intellige Petrum actiuum & promptum, Ioannē verò contemplatiuum & docilem rerum diuinarum habuisse peritiam, plerunque autem præuenit contemplatiuus notitia & docilitate, sed actiuus instantia feruoris & sedulitate præcedit illius acumen, & prius inspicit diuinum mysterium.

Allegorica expositio.

Abierunt ergo discipuli ad semetipsos. Maria āt stabat ad monumentum foris plorās. Dum ergo fleret inclinauit se et prospexit in monumentum. Et uidit duos angelos in albis sedētes, unū ad caput, et unum ad pedes ubi positum erat corpus Iesu. Dicunt illi. Mulier qd ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dn̄m meum, & nescio ubi posuerunt eum. Hęc cum dixisset cōuersa ē retrorsum, & uidit Iesum stantē et nō sciebat, quia Iesus est. Dicit ei Iesus. Mulier qd ploras? Quem q̄ris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei. Dn̄e si tu sustulisti eum dicito mihi ubi posuisti eum, et ego eum tollā. Dicit ei Iesus. Maria, Conuersa illa dicit ei Rabboni, qđ dr̄ magr̄. Dicit ei Iesus. Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrē meum. Vade autem ad fratres meos et dic eis. Ascendo ad patrē meum et patrē uestrum, Deum meum & Deum uestrum. Venit Maria Magdalenæ annuncians discipulis, quia uidit dominum, & hæc dixit mihi.

Greg. in ho. Maria aūt Magdalenę quę fuerat in ciuitate peccatrix: amando veritatē lauerat lachrymis maculas crīs, cuius mentē magna uis amoris accenderat, q̄ a monumento dn̄i ēt discipulis recedentibus non recedebat. Dr̄ n. Abie. er. ite. dis. ad semetip. Aug. Idest vbi habitabant, & vnde ad monumentū cucurrerāt. Viris āt redeuntib⁹, nisi infirmiorem sexum in eodem loco fortior figebat affectus, vnde sequitur: Maria aūt stabat &c. Aug. de cō. euan. Idest aūt illi saxei sepulchri locum, sed tn̄ intra illud spacium quo iā ingressę fuerant, hortus quippe illic erat, Ne miretis autem ꝙ Maria amare flebat ad sepulchrū, Petr⁹ vero nihil tale passus est. compassibile n. est muliebre genus & natura flebile. Aug. Oculi igit̄ qui dn̄m q̄sierant & non inuenerant lachrymis uacabant, amplius dolentes ꝙ fuerit ablatus de monumento q̄ ꝙ fuerat occisus in ligno: qm̄ magistri tanti cuius uita subtracta fuerat nec memoria remanebat. August. de consen. euange. Viderat autem cum alijs mulieribus angelum sedentem a dextris

Linthei mysterium.

Mulieris constantia.

super

super lapidē reuolutum a monumēto, ad cuius verba cum fleret prospexit in monumentum. Chry. Magnum.n.ad mitigationem ad monumentum apparens, uide deniq; eā vt plus requiesceret, & inclinat se & uolentē locum videre vbi iacuit, vnde sequitur: Dū ergo fleret &c. Greg. Amanti.n.semel aspexisse nō sufficit, quia vis amoris intentionē multiplicat inquisitionis. Aug. Nimiū.n.dolebat nec suis nec discipulorum oculis facile putabat esse credendum, an potius diuino in aīo eius effectum est, vt ꝓspiceret. Grego. Quæsiuit .n.corpus & minime inuenit, ꝑseuerauit vt qreret, vnde & cōtingit vt inueniret, actūq; est vt desideria dilatata crescerēt, & crescentia cārent qđ inuenissent. Sācta .n.desideria dilatione crescunt. Si āt dilatione deficiunt, desideria non ferunt. Ista itaq; q̄ sic amat, quæ se ad monumentum qđ prospexerat iterū inclinat, videamus quo fructu vis amoris in ea īgeminat opus īquisitionis. Seqtur.n. Et uidit duos angelos &c. Chr. Quia.n. non erat excelsa mulieris mēs, vt ex sudarijs ꝑciperet resurrectionē, angelos videt in læto habitu, & ipsa a passione mitigeť. Aug. Quid est autē ꝙ unus ad caput & alter ad pedes sedebat, an qm̄ qui Græcè angeli dn̄r, Latinè sunt nuncij. Isto modo Xp̄i euāgelium uelut a capite vsq; ad pedes, ab initio vsq; in finē signabant esse ānūciandū. Greg. Vel ad caput sedet angelus cū per apostolos p̄dicatur; q̄ a i principio erat verbū, & quasi ad pedes sedet cum dr̄. Verbū caro factū est. Possumus ēt ꝑ duos angelos duo testamēta agnoscere, q̄ dum pari sensu incarnatū & mortuū, ac resurrexisse dn̄m nunciāt, quasi testm̄ prius ad caput, & testm̄ posterius ad pedes sedet. Chry. Angeli autē apparētes nihil de resurrectione dicunt; sed paulatim in eū qui de resurrectione est, intrant sermonē. Quia.n. mulier ultra cōsuetudinem p̄clarum habitum uiderat; ne turbetur audiuit cōpassionis uocē, vn̄ sequitur: Dicunt ei il mu. quid ploras? Angeli lachrymas prohibebant, & futurum quodāmodo gaudium nunciabant. Ita.n. dixerunt. Quid ploras? ac si dicerent plorare noli. Greg. Ipsa.n.sacra eloquia quæ in nos lachrymas amoris excitāt, easdem

Angelorū mysterium

lachrymas consolantur, dum nobis Redemptoris nr̄i spem repromittunt. Aug. At illa eos putans interrogasse nescientes cām prodit lachrymarum, vnde sequitur: Dicit eis, q̄ a tulērunt dn̄m meum Dn̄m suū vocat dn̄i sui corpus ex aīę a toto partem significans. sicut omnes cōfitemur Iesum Christum filium Dei sepultum, cum sola eius sepulta sit caro. Sequitur; Et nescio ubi posuerunt eū. Hæc erat cā mortis doloris, quia nesciebat quo iret ad consolandum dolorē. Chr. Nondum aūt de resurrectione aliquid nouerat, sed adhuc translationē imaginabatur. Aug. de con. euā. Hic intelligendi sunt surrexisse angeli, vt ēt stantes viderētur, sicut Lucas eos uisos esse cōmemorat. Aug. sup Io Sed hora iā venerat qua id quod nunciatum quodam modo fuerat ab angelis, flere prohibentibus, gaudium succederet flentibus, vnde sequitur: Hæc cum dixisset conuersa est retrorsum. Chry. Sed quare ad angelos loquens & nondū ab eis aliquid audiens cōuertatur retrorsum. Mihi vr̄ ꝙ hæc ea dicente: Christus post eam apparuit, & angeli considerantes dn̄atorem, & figura & inspectione & motu cōfestim ostēderunt, qm̄ dn̄m uiderunt, & hoc est quod mulierem conuerti retrorsum fecit. Greg. Notandum ēt ꝙ Maria quę adhuc de dn̄i resurrectione dubitabat conuersa retrorsū est, vt uideret Iesum, quia uidelicet ꝑ eandem dubitationem suā quasi tergum in domini faciem miserat quem resurrexisse minime credebat. Sed quia amabat & dubitabat, videbat & non cognoscebat eū, vnde sequitur; Et uidit Ie. stantē &c. Chry. Angelis.n.ut dominator apparuit, mulieri uerò non ita, nec eam, ex prima visione stupefaceret; non enim oportebat eam repente ad excelsa reducere; sed paulatim. Sequitur: Di. ei Ie. Muli. quid &c. Grego. Interrogatur doloris causa, ut augeatur desiderium, quatenus cum nominaret quem quęreret, in amorem eius ardentius æstuaret. Chry. Et quia in communi figura apparuit; ęstimauit eum hortulanum esse, unde sequitur: Illa æsti. q̄ a hortu. es. di. ei. Domine si tu sust. eum dicito mi. vbi pos. eum & ego eum tol. hoc est, si propter timorem Iudæorum leuasti

Figurata locutio.

Figura Christi resurgētis.

eum

eum dicito mihi, & ego eũ accipiã. The. Tenebat.n.ne Iudæi ẽt corpori insæuirẽt exanimi, & ideo volebat in alio loco incognito illud transponere. Greg. Forsitan ãt nec errando hęc mulier errauit, quæ Iesum hortulanum credidit; an non ei spiritualiter hortulanus erat qui in eius pectore per amoris sui vim semina virtutũ uirẽtia plãtabat? Sed quid est quod viso eo quem hortulanum credidit, cui necdũ dixerat quẽ quærebat ait Dñe si tu sust. eũ? Sed vis amoris hoc agere solet in aio, vt quem ipse semper cogitat, nullũ aliũ credat ignorare. Post quam aũt eam dñs cõi vocabulo appellauit ex sexu, & agnitus non est, vocat ex nomine, vnde sequitur: Dicit ei Ies. Maria. ac. si dic. Recognosce eũ a quo recognosceris. Maria ergo quia vocauit ex nomine recognoscit auctorẽ, quia & ipse erat qui quærebat exterius, & ipse qui eã interius ut quęreret, docebat, vñ sequitur: Cõuersa illa d. Rabboni quod dr̃ magister. Chr. Sicut.n. Iudęis quãdoq; immanifestus erat, & præsens, ita & loquens, cũ volebat, seipsum notum faciebat. Qualiter ãt cõuersa dicit, cũ Christus ad eã loqueretur? Mihi videtur quod dicẽte ea. Vbi posuisti eũ: conuersa est ad angelos vt interrogaret cur stupefacti essẽt: deinde Christus vocans eam conuertit eã ad seipsum: & per vocem manifestũ seipsum fecit. Augu. Vel quia prius conuersa corpore quod non erat putauit, nunc corde conuersa, qđ erat agnouit. Nemo ãt calumnietur mulierem qđ hortulanum dixerit dñm, & Iesum magistrum, ibi.n. honorabat hominẽ a quo discernere humana & diuina discebat. Aliter ergo dum dixit. Sustulerũt dñm meum, aliter ãt, Dñe si tu sustulisti eũ Greg. Iam vero ab euangelista non subdit quid mulier fecit, sed ex eo innuitur qđ audiuit. Sequitur. Di. ei Ie. No. me tan. In his namq; verbis ostẽditur qđ Maria amplecti uoluit eius vestigia quem recognouit. Sed cur tangi non debeat, ratio quoq; additur cũ subiungitur. Nondũ.n. ascen. ad pa. meũ. Aug. Sed si stans in terra non tangitur, sedens in cęlo qũo ab homine tangetur? qui certè antequam ascẽderet discipulis se obtulit tãgendũ, dicẽs. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, vt Lucas testatur. Quis ãt tam sit absurdus ut dicat, eũ a discipulis quidem antequã ascendisset ad patrem se uoluisse tangi, a mulieribus ãt noluisse, nisi cum ascendisset ad patrem. Sed leguntur ẽt fœminæ post resurrectionem antequã ad patrẽ ascenderet tetigisse Iesum, in quibus erat ẽt ipsa Maria Magdalena, narrante Matt. Aut ergo hoc si dictum est, vt in illa fęmina figuraretur ecclesia de Gentibus, quę in Christum nõ credidit nisi cum ascendisset ad patrẽ, aut sic in se credi uoluit Iesus, hoc est sic spiritualiter tangi qđ ipse & pater vnũ sunt. Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad patrem, qui sic in eo profecerit ut patri agnoscat ęqualem Qũo hęc non carnaliter adhuc in eũ credebat, siue sicut hoiem flebat? Aug. 1. de tr. Tactus ãt tanquam finẽ facit notionis. Ideoq; nolebat in eo esse finẽ intẽti cordis in se, ut qđ videbatur tantũmodo putaretur. Chr. Vel aliter: Volebat hæc mulier adhuc cũ Christo esse, sicut & ante passionem, & p gaudio nihil magnũ excogitabat, quãuis caro Christi multo melior facta fuerit resurgendo. Ab hac ergo intelligentia eã abducens dixit. Noli me tangere, ut cum multa reuerẽtia ei loquatur: vnde nec discipulis apparet de reliquo cum eis conuersans: at reuerẽtius ei attendant dicens. Nondum.n. ascendi: ostẽdit qm̃ illuc properat & festinat. Eum ãt qui illuc dẽt abire: & non ultra cũ hominib. cõuersari nõ oportebat cum eadem videre mente qua & ante: & hoc manifestat consequẽter dicẽs: Vade au. ad fra. meos, & dic eis. Ascẽ. ad pa. me. & ue. Deum me. & De. ve. Hil. 11. de Tri. Inter cæteras impietates suas ẽt hoc dicto Dñi vbi solent hæretici, vt p id qđ pater eius pr̃ eorũ est, & Deus eius Deus eorũ est in natura Dei, nõ sit, sed in forma Dei manens formã serui assumpsit. Et cũ ad hoies in serui forma Christus Iesus loquatur, non ambigi quin pater sibi ut cæteris sit ex ea patre qua homo est, & Deꝰ sibi ut cũctis sit ex ea natura qua seruus est. Deniq; hũc eundẽ sermonẽ cępit dicẽs, Vade ad fratres meos. Fratres ãt ex carne sunt Deo. Cęterũ unigenitus Deꝰ sine fratrib. est. Au. Vel aliter: Nõ ait. patrẽ

Iesus hortulanus. — Christꝰ qũo tangitur. — Hæretici arguũtur.

nostrum

nostrum, sed patrem meum & patrem vestrum; aliter ergo meum, aliter vestrũ: natura meum, gratia vestrum. Neque dixit Deum nostrum, sed Deum meũ, sub quo ego homo: & Deum vestrũ, inter quos & ipsum mediator sum. Aug. de con. euan. Tunc ergo egressa est a monumento, hoc est ab illo loco vbi erat horti spatiũ ante lapidẽ effossum: & cũ illa aliæ quas secũdum Marcum inuaserat tremor & pauor. & nemini. s. aliorũ quicquã dicebãt, vñ & hic dr̃. Venit Maria Magdalena &c. Greg. Ecce humani gñis culpa ibi ascõditur vnde processit; quia n. in paradiso mulier viro ppinauit mortẽ, a sepulchro mulier uiris annũciauit vitã, & dicta sui uiuificatoris narrat, q̃ mortiferi serpentis uerba narrauerat. Aug. de con. euã. Dum aũt cũ alijs ueniret tunc secũdum Matth. occurrit illis Iesus dicens. Auete. Sic ergo colligimus angelorum collocutionẽ bis numero eas habuisse uenientes ad monumentũ, & ẽt ipsius dñi; semel. s. qñ Maria hortulanũ putauit, & iterum cum eis occurrit in uia vt eas repetitione firmaret & sic venit Maria Magdalene annuncians discipulis. non solũ ipsa, sed & aliæ quas Lucas cõmemorat Bed. Mysticè aũt Maria quæ interpretat dña illuminata, illuminatrix, seu stella maris significat, ecclesiam quæ Magdalena. i. turensis dr̃, Nam Magdalõ Græcè, Latinè turris dr̃, pp illud quod dr̃ in psal. Factus est mihi turris fortitudinis. In eo ãt quod hæc mulier discipulis Christum resurrexisse nunciauit, oẽs mouentur, maximè quibus est commissum prædicãdi officium, vt si quid ei cœlitus reuelatum fuerit, studiosè proximis proponent.

Concordia literalis.

Cum ergo sero esset die illo una sabbatorũ, et fores essent clausæ ubi erant discipuli cõgregati pp metum Iudæorũ, venit Iesus et stetit in medio, & dixit eis. Pax uobis. Et cũ hoc dixisset, õndit eis manus et latus. Gauisi sunt ergo discipuli uiso dño. Dixit ergo eis iterum; Pax uobis. Sicut misit me pr̃, & ego mitto uos. Hęc cũ dixisset, insufflauit et dixit eis. Accipite spiritũ sctũm. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt. Thomas aũt unus ex duodecim, q dr̃ Didymus non erat cũ eis qñ venit Iesus. Dixerunt ergo ei aliĳ discipuli. Vidimus dñm. Ille aũt dixit eis. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum & mittam digitum meum in loco clauorum, et mittam manum meam in latus eius, non credam.

Chr. Audientes discipuli quod Mariæ annunciauit, cõsequens erat ut aut discrederent, aut credẽtes dolerent. qm̃ eos nõ reputauit dignos sua uisione. Hæc igit̃ recogitantes, neq; per vnã diem dimisit pertransire, sed ex eo qđ sciebant, iã suscitatum esse videre sitientibus & timidis existẽtibus cũ sero factũ esset ipsis astitit, vñ dr̃: Cũ ergo sero esset die &c. Bed. In hoc infirmitas apostolorũ monstrat̃, qui foribus clausis intus cõgregati resident pp timorẽ Iudæorũ, quorũ metu fuerãt prius dispersi. Venit Iesus & stetit in medio. Ideo aũt sero apparuit, quia consequens erat tunc maxime eos timidos esse. The. Vel quia p̃stolabatur ut oẽs conuenirent. Ostijs verò clausis, ut õndat quia eodem modo resurrexit adiacente lapide super monumentũ. Aug. in ser. Pas. Nonnulli ãc de hac re ita mouent̃, vt penè periclitent̃ afferentes contra miracula diuina præiudicia ratiocinationum suarum. Si. n. disputant. Si corpus erat, si hoc surrexit de sepulchro qđ pependit in ligno. Qũo p ostia clausa intrare potuit? Si cõprehendis modum, non est miraculũ: vbi deficit rõ, ibi est fidei ædificatio. Aug. sup. Io. Moli quidem corporis vbi diuinitas erat ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe nõ eis apertis intrarẽ potuit quo nascente virginitas matris inuiolata pmansit? Chr. Sed mirabile est qualiter phantasma eum nõ æstimarunt, sed hoc fuit, quia mulier præueniẽs in eis multã fidem operata est. Sed & ipse per uisum manifestũ se eis ostẽdit, & uoce eorũ fluctuãtẽ mẽtẽ firmauit, vñ sequit̃; Et di eis. Pax vobis. Id est ne tumultuemini. In quo ẽt commemorat uerbum qđ ante crucẽ dixerat Pacem meã do uobis, & rursus. In me pacẽ habebitis. Greg. Et quia ad illud corpus qđ uideri poterat fides intuentiũ dubitabat, ostẽdit eis protinus manus & latus, vnde sequit̃: Et cum hoc dixisset &c. Claui. n. manus fixerant, lancea latus aperuerat. ibi ad dubitantiũ corda sananda vulnerum sunt seruata uestigia. Chry. Et quia ante crucem eis dixerat. Iterũ videbo vos, & gaudebit cor vestrum,

Apostolorũ timiditas.

ſtrũ, hoc opere implet, vnde ſequitur: Gauiſi ſũt &c. Aug. 12. de ci. Dei. Claritas qua iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno p̃ris ſui, in Xp̃i corpore cum reſurrexit ab oculis diſcipulorũ potius abſcõdita fuiſſe, q̃ defuiſſe credenda eſt, non. n. eã ferret humanus atque infirmus aſpectus qñ ille a ſuis ita deberet attẽdi vt poſſet agnoſci. Chr. Vniuerſa aũt hæc eos ad fidẽ certiſſimam inducebant, q a uerò p̃lium expugnabile habebant ad Iudæos, rurſus eis pacẽ annũciat, vnde ſequit: Dixit eis er. ite. Pax uobis. Bed. Iteratio, cõfirmatio eſt, ſiue ideo repetit quia gemina eſt virtus charitatis, vel quia ipſe eſt q fecit vtraq; vnũ. Chr. Simul quoq; demonſtrat crucis efficaciã per quã ſoluit oĩa triſtia & contulit oĩa bona: & hoc eſt pax. Mulieribus aũt ſupra annunciatum eſt gaudiũ, quia in triſtitijs illud genus erat, & hanc ſuſcepit maledictionẽ dicẽte dño. In dolore paries. Quia ergo vniuerſa prohibẽtia ſunt deſtructa, & directa ſunt oĩa de reliquo; ſubdit. Sicut mi. me pater &c. Greg. Pater quidem filiũ miſit qui hunc pro redẽptione generis humani incarnati conſtituit. Itaq; dr̃. Sic. mi. me pr̃ &c. Id eſt ea charitate uos diligo, cum inter ſcandalum perſecutorũ mitto qua me charitate pater diligit quẽ uenire ad tolerãdas paſſiones fecit. Aug. Aequalem aũt patri filium nouimus, ſed hic uerba mediatoris agnoſcimus. Mediũ quippe ſe oſtendit dicendo. Ille me & ego vos. Chry. Si igitur eleuauit eorũ animũ & ab his q̃ facta ſunt, & a dignitate mittentis, & nõ adhuc deprecatio ad patrem fit; ſed ſua auctoritate dat eis virtutẽ, vñ ſequitur: Hæc cũ di. inſuf. & di. eis, Acci. ſpi. ſanctũ. Aug. 11. de tri. Flatus ergo ille corporeus ſub a ſpiritu ſancti nõ fuit, ſed demonſtratio p congruã ſignificationem non tm̃ a patre, ſed ẽt a filio ꝓcedere ſpiritũ ſc̃tm̃. Quis. n. dementiſſimus diceret aliũ fuiſſe ſpiritum quẽ ſufflans dedit, & alium quem poſt aſcenſionem ſuã miſit? Grego. Cum autẽ prius in terra diſcipulis dat̃ poſtmodum de cęlo mittitur, niſi qđ duo ſunt p̃cepta charitatis, dilectio uidelicet Dei, & dilectio proximi? in terra datur ſpiritus, vt diligatur proximus; ex cęlo datur ſpiritus ut diligatur Deus: ſicut

Flatus qualis fuerit.

ergo una eſt charitas & duo præcepta, ita vnus eſt ſpiritus & duo data, prius a cõſiſtente dño in terra; poſtmodũ datur ex cęlo quia ꝓximi amore dr̃ qualiter perueniri debeat ad amorem Dei. Chr. Quidam autem dicunt qm̃ non ſpiritum dedit, ſed aptos eos ad ſuſceptionem ſpiritus per inſufflationem conſtruxit. Si. n. angelum videns Daniel exceſſum mẽtis paſſus eſt, qđ ineffabilem illã gratiam ſuſcipiẽtes paſſi eſſent niſi diſcipulos ſuos primitus inſtruxiſſet? Nęquaquã aũt quis peccabit dicẽs tunc ſuſcepiſſe eos quandã poteſtatẽ ſpiritualis gr̃æ, non ut mortuos ſuſcitẽt & miracula faciãt, ſed vt dimittãt peccata, vñ ſequitur; Quorũ remiſeritis &c. Aug. Eccleſiæ charitas q̃ per ſpiritum ſc̃tm̃ diffunditur in cordibus noſtris participum ſuorum peccata dimittit; eorum aũt qui non ſunt eius participes tenet. Ideo poſtquam dixit. Accipite ſpiritum ſc̃tm̃ cõtinuo de peccatorum remiſſione & retẽtione ſubiecit. Greg. Sciendũ verò eſt quod hi qui prius ſpiri. ſan. habuerunt, vt ipſi innocentes uiuerent, & in p̃dicatione quibuſdam ꝓdeſſent. idcirco hunc poſt reſurrectionẽ dñi patenter acceperunt, ut prodeſſe non paucis, ſed plurib⁹ poſſent. Libet ergo intueri; illi diſcipuli ad tanta onera humilitatis uocati ad quantũ culmen gloriæ ſint producti. Ecce non ſolum de ſeipſis ſecuri fiunt, ſed ẽt principatũ ſuperni iudicij ſortiuntur, vt vice Dei quibuſdã peccata retineãt, quibuſdã uerò relaxẽt, horũ nunc in eccleſia ep̃i locũ tenent, & ſoluendi ac ligandi auctoritatẽ ſuſcipiunt qui gradũ regiminis ſortiunt̃. Grãdis honor, ſed graue pondus iſtius eſt honoris. Durũ quippe eſt ut qui neſcit tenere moderamina uitæ ſuę iudex fiat vitæ alienę. Chr. Sacerdos ẽt etſi ꝓpriã bene diſpenſauerit uitã, aliorũ vero non cum diligẽtia curã habuerit, cũ pniciosis in gehennã vadit. Sciẽtes igit̃ p̃iculi magnitudinẽ multã tribuit eis deuotionẽ, & ẽt ſi non ualde nobiles fuerint nõ autẽ iuſtum eſt ab his qui in principatu ſubijciuntur iudicari, & ſi uita eorum fuerit ualde detractabilis, in nullo lædens in his quæ ſunt eis commiſſa a Deo. Non .n. ſacerdos, ſed neq; angelus, aut archangelus operari aliquid põt in his quæ ſunt

Ratio afflatus apoſtolorum.

data

à Deo. Sed Pater & Filius & Spiritus sanctus omnia dispensat. Sacerdos aũt suã linguã & manũ tribuit. Non.n. iustũ esset, ut pp alterius malitiã circa symbola nostræ salutis lædi eos qui ad fidem veniũt. Omnib. aũt discipulis congregatis solus Thomas deficiebat à dispersione quæ iã facta erat, unde dicit: Thomas aũt unus ex 12. &c. Alcui. Didymus Græce: Latinè geminus: propter dubiũ cor in credenda: Thomas abyssus, quia altitudinem diuinitatis certa fide penetrauit. Grego. Nõ aũt casu gestum est, ut electus ille discipulus tunc deesset. Egit nanque miro modo superna clementia, ut discipulus dubitãs dũ in magistro suo uulnera palparet carnis, in nobis uulnera sanaret infidelitatis. Plus.n. nobis infidelitas Thomę ad fidẽ q̃ fides credentium discipulorum profuit, quia dũ ille ad fidem palpãdo reducitur: nostra mẽs oĩ dubitatione postposita in fide solidat̃. Bed. Quæri aũt potest quare hic euangelista tunc Thomam defuisse dicat, cũ Lucas scribat quod duo discipuli euntes in Emaus reuersi in Hierusalem inuenerunt undecim congregatos: sed datur intelligi quoddã fuisse interuallũ q̃ ad horã Thomas egressus sit, & Iesus ueniens in medio eorũ stetit. Chr. Sicut autem simpliciter & qualitercũq; credere facilitatis est: ita multũ inuestigare est grossissimæ mentis propter hoc Thomas accusatur. Apostolis.n. dicẽtibus quoniam uidimus dominũ: non credidit non tantũ illis discredens, quantũ rẽ putans impossibilem esse, unde seq̃tur; Dixerunt er. ei alij disci. ui. do. Ille au. di. eis. Nisi ui. in. ma. eius fixu. clauo. & mit. digi. meũ in lo. clauo. & mittã ma. meã in latus eius, non credã. Alijs.n. grossior existens eam quæ est per sensum grossissimũ, scilicet tactũ quærebat fidem, & neq; oculis credebat, uñ nõ sufficit eũ dicere. Nisi uidero, sed addidit. Et misero digi. &c.

Honor sacerdotalis.

Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis & stetit in medio & dixit eis. Pax nobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuã, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis. Respondit Thomas & dixit, Dominus meus & Deus meus. Dicit ei Iesus. Quia uidisti me Thoma credidisti, beati qui non uiderunt & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesum in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc aũt scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est filius Dei, & ut credentes uitã habeatis in nõie eius.

Chry. Considera dominatoris clementiam, qualiter & pro una anima ostẽdit se ipsum vulnera habentem & accedit ut saluet unum, & nimirum discipuli annũciantes digni erãt fide & ipse promittens. Sed tamen quia solus Thomas quæsiuit, neq; hoc eum priuauit Christus; nõ aũt statim ei, apparet, sed post dies octo, ut in medio à discipulis admonitus accendatur in maius desiderium, & fidelior fieret in futurũ. unde dicitur. Et post dies octo ite. erãt dis. eius intus & Tho. cũ eis. Venit Ie. ia. clau. & ste. in me. eo. & di. Pax uobis. Aug. i ser. pas. Quæris à me & dicis; si per ostia clausa intrauit, vbi est corporis modus? & ego respõdeo: si super mare ambulauit. ubi est corporis põdus? sed fecit illud dñs tãquam dñs: nunquid igitur, quia resurrexit destitit esse dominus? Chry. Astat itaq; Iesus & non expectabat à Thoma interrogari, sed ut ostendat quoniam cum loquebatur ad condiscipulos aderat: eisdem uerbis usus, est. Et primo quidem increpat vel improperat, vnde sequitur: Deinde di. Thomæ, infer digitum &c. secũdo aũt erudit dicẽs, Et noli esse incre. sed fidelis. Vide quoniã infidelitatis erat ambiguitas, anteq̃ã Spiritum sanctum acciperent, postea aũt nõ, sed firmi erant de reliquo. Dignũ autẽ est quærere qualiter corpus incorruptibile typos habebat clauorũ, sed ne tumultueris: cõdescẽsionis.n. erat ut discerent q̃m ipse erat qui crucifixus fuerat. Aug. de sym. Posset aũt si uellet de corpore suscitato & clarificato omnem maculam cuiuslibet cicatricis abstergere, sed sciebat quare cicatrices in suo corpore reseruaret. Sicut.n. demonstrauit Thomę non credenti nisi tãgeret & uideret, ita etiã inimicis suis uulnera demonstraturus est sua, non quòd eis dicat sicut Thomæ. Quia uidisti credidisti, sed ut cõuincens eos ueritas dicat. Ecce hominẽ quẽ crucifixistis, uidetis vulnera q̃ infixistis, agnoscitis latus qđ pupugistis, quoniam per uos & propter uos apertum est:

Clemẽtia Christi notatur.

Stigmatũ Christi ratio.

est; nec tñ intrare voluistis Aug. 22. deci. Dei. Nescio autẽ quõ etiam sic afficimur amore martyrũ beatorũ, ut uelimus in illo regno in eorũ corporibus uidere uulnerũ cicatrices, quę pro Christi nomine pertulerũt, & fortasse uidebimus: nõ. n. deformitas in eis, sed dignitas erit; & q̃dã quanuis in corpore nõ corporis sed uirtutis pulchritudo fulgebit: nec ideo tamẽ si aliqua martyribus amputata & ablata sunt mẽbra, sine ipsis mẽbris in resurrectione erũt mortuorũ; quibus dictũ est Capillus capitis uestri nõ peribit. Sed si hoc decebit in illo nouo sæculo, ut indicia gloriosorũ uulnerum in illa immortali carne cernantur, vbi membra ut p̃sciderentur percussa uel secta sunt ibi cicatrices, sed eisdẽ mẽbris redditis nõ perditis apparebunt. Quanuis igitur omnia q̃ acciderãt corpori uitia tũc non erunt, nõ sũt tñ appellanda uitia, sed uirtutis indicia. Greg. in ho. Palpandã aũt carnem dñs præbuit quàm clausis ianuis introduxit, qua in re duo mira & iuxta humanã rationem valde sibi cõtraria ostẽdit dñs post resurrectionem corpus suũ, & incorruptibile, & tñ palpabile demõstrauit. Nã & corrũpi necesse est quod palpatur, & palpari nõ põt, quod nõ corrũpitur, & incorruptibilẽ ergo se, & palpabilẽ demõstrauit, ut profecto post resurrectionẽ esse ostẽderetur corpus suũ eiusdẽ naturæ, & alterius gloriæ. Greg. 13. mor. Corpus ẽt nostrũ in illa resurrectionis gloria erit q̃dẽ subtile per effectum spiritalis potẽtiæ, sed palpabile per veritatẽ naturæ, nõ ãt sicut Euticius scripsit impalpabile, & vẽtis aereq; subtilius. Aug. Videbat ãt Thomas tangebatq; hoiem, & cõfiteba ur Deum quẽ nõ uidebat neq; tãgebat: sed per hoc q̃d videbat atq; tangebat, illud iã remota dubitatione credebat, unde sequitur. Respõdit Thomas, & di. ei. Dominus meus &c. Theo. Qui prius infidelis fuerat post lateris tactũ optimũ se theologum ostendit. Nã duplicẽ naturã unicamq; hypostasim Christi edisseruit, dicẽdo. n. Dñs meus humanã naturã. dicẽdo vero Deus meus diuinam cõfessus est, & vnum, & eundem Deũ, & dñm. Sequit. Dicit ei Iesu. Quia uidisti me credidisti. Aug. Non ait tetigisti me sed vidisti me, qm̃ generalis quodã modo est sensus visus: nã & per quatuor alios sensus nominari solet velut cum dicimus. Audi & vide quã bene sonet, olfac & uide quã bene oleat, gusta & vide q̃ sapiat. tange & uide quã bene caleat: unde & hic dñs dicit. Infer. dig. tuũ huc, & vide manus meas. Quid aliud ait q̃ tange & uide? ne tñ ille oculos hẽbat in digito, ergo siue intuẽdo siue etiã tãgẽdo hoc ait. Quia uidi. me credidisti, quãuis dici possit nõ ausum fuisse discipulũ tãgere: cum se offerret ille tangendũ. Grego. Sed cum apostolus dicat fides est substãtia sperãdarũ rerũ argumentũ nõ apparentium, profecto liquet, quia quę apparẽt iã fidem non habent, sed agnitionẽ. Dũ ergo vidit Thomas: cũ palpauit: cur ei dr̃. Quia uidisti me credidisti. Sed aliud uidit, aliud credidit: hoiem uidit, & Deũ cõfessus est. Lætificat aũt ualde quod sequitur: Beati qui nõ uiderunt & crediderũt. In qua sñia nos specialiter significati sumus, qui eũ quẽ carne nõ uidimus mente retinemus, si tamẽ fidẽ nostrã operibus sequimur. Ille. n. vere credit, qui exercet operãdo quod credit. Aug. Prętepiti ãt tẽporis vsus est verbis tã quàm ille qui id quod erat futurum in sua nouerat prædestinatione iã factũ. Chry. Cum ergo aliquis nunc dixerit. vtinam in tẽporibus illis fuissem, & uidissem Christũ miracula facientẽ. excogitet. Beati qui non uiderunt & crediderunt. Theo. Exprimit aũt & hinc discipulos qui nec plagas clauorũ, nec latus palpãtes crediderunt. Chrys. Quia verò Ioannes pauciora alijs euangelistis dixerat, subiungitur. Multa q̃dẽ & alia signa fecit Iesus in cõspectu discipulorũ suorũ quæ non sunt scripta in libro hoc, sed nec alij omnia dixerunt, sed q̃ erãt sufficientia attrahere ad fidẽ audiẽtes. Mihi aũt videtur hic dicere ea q̃ post resurrectionem sunt signa, & ideo dicit in conspectu discipulorũ suorum, cũ quibus solis post resurrectionem conuersatus est, deinde vt discas quoniam nõ solũ discipulorum gratia signa fiebant: induxit. Hæc autem scripta sunt vt credatis quia Iesus est Christus filius Dei communiter ad humanam naturam loquens. Et ut ostendat quoniam ut nõ illi qui creditur, sed nobis ipsis vtile est credere: subdit. Et ut credentes

Miracula corporis Christi.

Sensus visus generalis.

Fidei locus dat.

tes

tes uitam habeatis in nomine eius. i. per Iesum. Ipse autem est uita.

CAPVT XXI.

POSTEA manifestauit se iterum Iesus ad mare tyberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Chana Galileæ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit ei Simon Petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Dicit ergo Iesus. Pueri nunquid pulmentariũ habetis? Responderunt ei. Non. Dicit eis mittite in dexteram nauigij rhete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus Petro, dominus est. Simon Petrus cum audisset, quia dominus est, tunica succinxit se. Erat enim nudus & misit se in mare. Alij aũt discipuli nauigio uenerunt. Non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rethe piscium. Vt ergo descenderunt in terram viderunt prunas positas & piscem superpositũ & panẽ. Dicit eis Iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rhete in terram plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus. Et cum tanti essent, non est scissum rhete.

Aug. Quod immediatè euangelista pręmiserat, veluti huius libri indicat finẽ, sed narratur hic deinde quẽadmodum se manifestauerit dñs ad mare Tyberiadis, vnde dr. Postea manifestauit &c. Chry. Dicit autẽ postea, quia cõtinuè cũ eis ambulabat, vt antea. Dicit ẽt. Manifestauit se: quia nõ videretur nisi cõdescenderet, q̃a incorruptibile erat corpus. Loci aũt meminit ostẽdẽs q̃m plurimũ timoris eis dñs abstulerat, vt de reliquo ipsi lõgè à domo ꝓcedãt nõ vltra in domo cõclusi, sed in Galilæã ierãt periculũ declinantes Iudaicum. Bed. More aũt solito euãgelista prius retulit causam, deinde quẽadmodũ res gesta sit, enarrat, vnde sequitur; Manifestauit aũt sic. Chry. Quia verò neq; dñs cum eis cõtinuè erat: neq; spiritus datus erat: neq; aliquid tunc erat ei commissum, neq; aliquid habebant agere, aũt piscatoriam tractabant, vnde sequitur, Manifestauit aũt sic. Erant E. Si. Pe. & Tho. qui di. dy. & Na. qui erat à Chana Gal. qui. s. vocatus est à Philippo, & filij Zebedæi. s. Iacob. & Io. & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis. Si. Pe. Vado piscari. Greg. in ho. Quæri põt cur Petrus, q̃ piscator ante conuersionẽ fuit, post conuersionẽ ad piscationẽ redijt, cum veritas dicat. Nemo mittens manũ ad aratrum, & respiciẽs retro aptus est regno Dei. Aug. Quod si fecissent discipuli defuncto Iesu priusq̃ resurrexisset à mortuis putaremus eos illa q̃ aios eorum occuparat desperatione fecisse. Nunc verò post eũ sibi de sepulchro redditum viuũ: & post inspecta vulnerum loca post acceptũ eius insufflatione Spiritum sanctũ subito fiunt, sicut fuerant non hoiem, sed piscium piscatores, Respondẽdũ est ergo nõ eos fuisse prohibitos ex arte sua licita victũ necessarium quærere, sui apostolatus integritate seruata, si q̃n vnde viuerent aliud nõ hĩent. Sic n. beatus Paulus ea potestate, q̃ profecto cũ cæteris euãgelij p̃dicatoribus habebat, non cũ cęteris vteretur, sed stipendio suo militaret, ne gẽtes à noie Christi positas alienas, doctrina eius quasi venialis offenderet, aliter educatus artẽ, q̃ non nouerat didicit, vt dum suis manibus transigitur doctor, nullus grauaretur auditor. Quãto magis beatus Petrus, qui iã piscator fuerat, quod nouerat fecit, si ad pręsens illud tempus aliud unde uiueret non inuenit. Sed respondebit quispiam. Et cur non inuenit cũ dominus promiserit dicens. Quęrite primum regnũ Dei & iustitiam eius, & hęc omnia apponẽtur uobis? Prorsus ẽt dominus qđ promisit impleuit. nã q̃s alius pisces q̃ caperent, apposuit, q̃ nõ ob aliud credẽdus est eis ingessisse penuriam qua cogerent̃ ire piscatũ nisi depositũ uolẽs exhibere miraculũ? Grego. in ho. Negociũ ergo qđ ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionem repetere culpa nõ fuit, unde post conuersionem suam ad piscationẽ Petrus redijt, Matthęus uerò ad thelonij negocium non resedit. Sunt n. pleraque

Quęstio cuangelio.

negocia quę sine peccatis exhiberi aut uix aut nullatenus possunt. Qua ergo ad peccatū implicāt ad hęc necesse est ut post cōuersionē animus nō reuertat. Chr. Alij aūt discipuli sequebanť Petrū, unde dr: Dicūt ei: uenimus & nos tecū. Colligati.n.de reliquo sibi inuicē erāt. Simul uolebant piscationem uidere. Sequitur. Et exie.& ascen. in nauim. In nocte autē piscabantur, quia adhuc formidolosi erant. Greg. Facta est autem discipulis piscationis magna difficultas, ut ueniente magistro fieret admirationis magna sublimitas, unde sequiur: Et illa no.nī prendi. Chry. Laborantib. āt & afflictis discipulis assistit Iesus, vnde sequitur. Mane aūt facto &c. Nō.n.seipsum mox eis ostēdit: sed voluit & allocutionē cū eis inire. Et primo loqtur eis humanius: nā sequitur. Di.eis Ie.pue.nun.pul ha. Hoc aūt dicit quasi ab eis aliquid emere uellet, ut aūt timuerunt eis signū ostēdit pqđ cognoscerēt. Sequitur.n.dixit eis. Mitti.in de.na.rhe.& inuenietis. Multa aūt cōsequenter facta sunt, quorū primū est multos pisces esse cōprehensos, vnde sequitur. Mise.er.rhe.& iā nō vale.illud tra.pre. mul. piscium. Sed in Christi cognitione Petrus & Ioannes suos pprios modos ostenderunt. Ioānes.n.pspicatior erat: & ideo primo cognouit Xpm, vnde sequitur: Dicit ergo discipulus &c Bed. Hoc indicio sicut sæpe: ita & hic suā demōstrat psonā. Cognouit aūt primus dñm siue miraculo istius piscationis, siue sono pcognitę vocis, siue primę reminiscēs piscationis. Chrys. Petrus aūt feruentior erat; & ideo promptius venit ad Christū. Sequitur; Simon Petrus cū audisset &c. Beda. Dr aūt Petrus nudus fuisse ad cōparationē cæterorū vestimentorū qbus vti solebat, sicut solemus dicere cū aliquē simplici vestimento videmus indutum; quare nudus incedis. Siue pōt intelligi ꝙ more piscatorum studio piscādi nudus incesserit. Theoph. Quòd verò se pcinxit Petrus pudoris est signū. pcinxit aūt lineo amictu quē Phenices & Tyrij piscatores circunuolūt sibi cū nudi sint ēt cæteris indumētis apponūt. Beda. Eadē autē adorare quo & multa alia fecerat; venit ad Iesum vnde sequitur; Et mi.se in mare. alij aūt dis.na.venerunt. Non tñ intelligēdū est. Petrū super fluctus uenisse, sed aut natando, aut pedibus propriis, quia erant prope terram: sequitur enim: Non longè .n.&c. Glo. Interpositio est, sequitur. n. Trahentes rhete pisciū, vt sit ordo literæ. Alij discipuli nauigio venerunt trahētes rhete pisciū. Non longè n.&c. Chry. Deinde aliud signum ponitur. cum subditur. Vt ergo descenderunt &c. Non. n. adhuc ex materia superposita operatur, sed ad id quod est mirabilius ducit signa ostendens, quoniam & ex subiecta materia ante crucem miracula faciebat propter quandam dispensationem. Aug. Non est hic intelligendum & panem fuisse prunis superpositum, sed quasi diceret. Viderunt prunas positas & piscem superpositum prunis, & viderunt panem. Chry. Vt autem ostēderet non esse phantasmata quod factum est, iubet ex piscibus ab eis captis afferri, sequitur n. Dicit ei Ie. Affer.ex pisc.quos prendi.nunc. Deinde & aliud signum fuit ꝙ ex multitudine piscium rete non est scissum, unde sequitur, Ascen.Si.Pe.& traxit re.ad ter. ple. ma.pisc.centum quinquagintatribus. Et cum tanti &c. Aug. Mystice autē in captura piscium commendauit ecclesiæ sacramentum, qualis futura est in ultima resurrectione mortuorum. Et ad hoc commendandum ualet ꝙ tanquam filius est interpositus libri, quod esse etiam secuturę narrationis quasi proemium, Quòd autē septem discipuli fuerunt in illa piscatione, suo sptenario, numero finem significat temporis, vniuersum quippe septem diebus voluitur tempus. Theo. Cum autem nox erat, ante solis Christi præsentiam prophetæ nihil cœperunt, quia etsi vnam nationem Israel corrigere conarētur, illa tñ frequenter in idolatriam habebatur. Grego.in ho. Quæri autē potest cur discipulis in mare laborātibus, post resurrectionem suam corā discipulis in fluctibus maris ambulauit. Sed mare præsens seculum significat, ꝙ se causarum tumultibus & undis uitæ corruptibilis illidit: per soliditatem autem littoris ppetuitas quietis æternæ figuratur. Quia igitur discipuli adhuc fluctib. mortalis vitæ inerāt, in mari laborant, qa autē Redemptor noster iam corruptionē carnis excesserat, post resurrectionē suam in

Negocia duplicia.

Miraculum prunarum

in littore stabat. Aug. Littus ẽt finis est maris: ideo finem significat seculi. Sicut.n. in hoc loco qualiter in fine seculi futura sit, ita dñs alia piscatione significauit ecclesiã qualiter nunc sit, unde ibi Iesus nõ stabat in littore, sed ascendens in unã nauim q̃ erat Simonis, rogauit à terra reducere pusillũ. In alia piscatione nõ mittũtur retia in dexterã ne solos significent bonos, nec in sinistrã ne solos malos, sed indifferẽter. Laxate (inq̃t) retia uestra in capturã. vt pmixtos intelligamus bonos & malos. Hic ãt (inquit) mittite in dexteram nauigij rete, ut significaret, eos qui stabant ad dexterã solos bonos. Illud fecit in initio prędicatione suę: hoc resurrectionẽ suã, hinc ostendens illã capturam piscium bonos & malos significare, quos nunc habet ecclesia: ista verò tãtũmodo bonos quos habebit in ęternum, cõpleta in fine huius seculi resurrectione mortuorum. Illi autẽ qui pertinent ad resurrectionem uitæ, id est dexteram, & inter Christiani nominis retia desiguntur, non nisi in littore. i. in fine seculi cum resurrexerint apparebunt. Ideo non ualuerunt si trahere retia, ut in nauem refunderent quos cœperãt pisces, sicut de alijs dictum est. Habet autẽ istos dexteros ecclesia post finem huius uitę in somno pacis, uelut in profundo latẽtes donec ad littus rete pueniat, q̃d in prima piscatiõe duabus nauiculis hoc isto loco ducẽtis cubitis tantũ, centũ, & centus existimo figuratũ pp utriusq; generis electos & circũcisionis, & pputij. Bed. Vel p ducẽtos cubitos gemina charitatis uirtus exprimit, p dilectionẽ n. Dei & pximi Xp̃o appropinquamus. Piscis ãt assus est Christus passus. Ipse latere dignat⁹ est in aquis generis humani. Capi uoluit laqueo nostrę noctis, & q. nobis factus est piscis humanitate, extitit nobis panis nos reficiens sua diuinitate. Greg. Petro aut sancta ecclesia est cõmissa, ipsi specialiter dicit, Pasce oues meas. q̃d ergo postmodũ aperit in uoce nunc significatur in opere. Ipse.n. pisces ad soliditatem littoris pertrahit, quia stabilitatem ęternę patrię fidelibus ostendit, hoc egit uerbis, hoc epistolis, hoc agit, quotidie miraculorũ signis, sed cum rete magnis piscibus plenũ dicitur additur & quantis; & hoc est quod subditur. Plenũ magnis &c. Aug. In alia piscatione numerus piscium nõ exprimitur tã q̃ illud ibi fiat quod prędictum est per pphetã. Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Hic vero certus est numerus cuius reddẽda est rõ. Numerus. n. qui legẽ significat decem est pp decalogum. Cũ ãt accedit ad legẽ gratiæ .i. ad literã spũs, quodãmodo denario numero addit septenarius, septenario quippe numero significat Spiritus sanctus, ad quẽ significatio pprie ptinet. Primũ.n. in lege sonuit sanctificatio in die septimo. Esaias ẽt propheta eũ commendat opere, vel munere septenario. Cũ itaq; legis denario Spũs sanctus p septenarium numerum accedit, fiũt 10. & 7. qui numerus ab vno vsq; ad seipsum cõputatis oibus crescens ad cẽtũ quinquagintatres peruenit. Greg. Ducamus ẽt per trigonum 10. & 2. veniũt quinquaginta vnũ. In quinquagesimo ãt anno cũctus populus ab omni operatione quiescebat, sed uera requies non est. Aug. Nõ ergo tantũmodo cẽtum quinquagintatres sancti ad uitã resurrecturi significãtur ęterna, sed oẽs ad gratiam spiritus ptinẽtes hoc numero figurantur, qui ẽt numerus ter habet quinquagenariũ numerũ: & insuper ipsa tria propter mysterium Trinitatis. Quinquagenarius autem multiplicatis septem, per septem & unius adiectione completur; unius autem additur, ut eos significet esse unum. Non autẽ frustra dictum est, q̃ erant magni. Cũ.n. dixisset dñs. Non ueni soluere legem, sed implere, daturus spiritum utiq; per quem lex posset impleri paucis uerbis interpositis, ait. Qui fecerit & docuerit, magn⁹ uocabitur in regno cœlorum. In prima autẽ piscatione rete ppter significãda scismata rupebat; hęc vero q̃m in illa summa pace sãctorũ nulla erũt scismata, ptinuit ad euãgelistã cõsequẽter dicere. Et cũ tãti essent i. tã magni. nõ est scissum rete, tãquã illud respiceret ubi scissum est & in illius mali cõparatione cõmendaret hoc bonũ.

Allegorica expositio.

Tropologica expositio.

Numeri quinquagenarij rõ mistica.

Dicit eis Iesus Venite, prãdete. Et nemo audebat discũbentiũ interrogare eum tu quis es? sciẽtes qa dñs est. Et uenit Iesus, & accepit panem, et dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam

tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset à mortuis.

Aug. Peracta piscatione dominus eos ad prandiũ uocat unde dicitur Di. eis Ie. ve. pran. Chry. Hic quidem nõ dicit q̃ comedit cũ eis, sed Lucas hoc dicit. Hoc autem fiebat, non ut natura indigente cibis de reliquo, sed condescensione ad demõstrationẽ resurrectionis facta. Aug. 13. de ciui. Dei. Corpora autem iustorum quę in resurrectione futura sunt, neque ligno ut tę indigebũt, quo fiat ut nullo morbo uel senectute inueterata moriantur, neq; ullis alijs corporalibus nutrimentis: quibus esuriẽdi, atque sitiendi qualiscunque molestia deuitetur: quoniã certo, & inuiolabili munere immortalibus induentur ut nõ nisi uelint possibilitate nõ necessitate vescantur, non enim potestas sed egestas edendi, & bibẽdi talibus corporibus auferetur, sicut & Saluator noster post resurrectione iã quidem in spirituali carne, sed tamen uera, cibum ac potum cũ discipulis sumpsit, non alimentorum indigẽtia, sed ea qua & hoc poterat potestate. Sequitur; Et nemo audebat &c. Ac si dice. Au. supra. Nemo audebat dubitare q̃ ipse esset. Tanta enim erat euidentia ueritatis, ut eorum non solum negare; sed nec dubitare quidem vllus auderet, quia si quisquã dubitaret utiq; interrogaret. Chry. Vel hoc dicit q̃a de reliquo nõ similiter cõfidebant ei loqui ut prius, sed cum silẽtio, & reuerẽtia multa sedebãt attẽdentes in eum, & formã quidẽ alterã uidentes & multa admiratione plenã ualde stupefacti uolebãt interrogare. Sed formido in hoc q̃ sciebant q̃ dñs esset detinebat interrogationẽ, & solũ comedebant q̃ eis dabat cũ priori potestate: hic ẽt nõ respicit in cęlũ neque humana illa facit ostendens quoniam cõdescensionis gratia fiebãt, vnde subditur. Et venit Iesus &c. Aug. Mysticè autem piscis assus Christus est passus. Ipse est & panis qui de cęlo descendit, huic incorporãtur ecclesia ad participãdum beatitudinẽ sempiternam, propter hoc dictum est. Afferte de piscibus quos apprehẽdistis nũc, vt omnes qui hanc spem gerimus per illũ septenarium numerum discipulorum per quẽ potest in hoc loco nostra uniuersitas intelligi figurata tãto sacramento nos cõmunicare nouerimus & eidẽ beatitudini sociari. Gre. Per hoc etiam q̃ septem discipulis ultimum conuiuiũ celebrat, eos tãtũmodo qui septiformis gratia sancti spiritus pleni sunt futuros secũ in eterna refectione denũciat, septem quoque diebus omne hoc tẽpus euoluitur & sępe septenario numero perfectio designatur. Illi ergo ultimo conuiuio de pręsentia ueritatis epulantur, qui nũc perfectionis studio terrena transcendunt. Chry. Quia verò non continuò cum eis conuersabatur, neq; similiter ut prius, subdit euangelista dicẽs, Hoc iã tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cũ resurrexisset à mortuis. Au. Quod non ipsas demonstrationes, sed ad dies referre debemus, idest primo die cum resurrexisset: & post dies octo quãdo Thomas uidit & credi. & hoc die quando hoc de piscibus fecit, & deinde quoties uoluit vsque ad diẽ quadragesimũ quo ascẽdit in cęlum. Aug de cõ. euan. Inuenimus autem apud quatuor euangelistas decies cõmemoratũ dominum uisum esse post resurrectionem, semel ad monumentum à mulieribus, iterum eisdem egredientibus à monumento in itinere, tertio Petro, quarto duobus eũtibus in castellum, quinto pluribus in Hierusalem: vbi non erat Thomas, sexto ubi uidit eũ Thomas, septimo ad mare Tyberiadis, octauo oĩbus vndecim in monte Galileę secundũ Matthęi, nono ut dicit Marcus nouissimè recũbentibus, q̃a iam non erant in terra cũ illo cõuiuaturi, decimo ipso die ascensionis nõ iam in terra, sed eleuatum in nube.

Cũ ergo prandissent dixit Simoni Petro Iesus, Simõ Ioãnis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam dñe, tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterũ Simõ Ioãnis diligis me? Ait illi. Etiã domine, tu scis quia amo te. Dicit ei iterum. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simõ Ioãnis amas me? Contristatus est Petrus, q̃a dixit ei tertio, amas me? Et dixit ei Domine, tu omnia nosti, tu scis q̃ amo te. Dicit ei. Pasce oues meas.

Theo. Finito prandio commissionem omnium mundi Petro commẽdat, nõ alijs vnde dicitur, Cum ergo prandissent dixit Simoni Petro Iesus &c. August. Sciens dominus interrogat. Sciebat enim dominus

Corporũ gloriosorũ cõditio notatur.

Allegoria assi piscis.

nus q non solum eum diliget, verũ etiã q plus omnib. eũ diligerit Petrus. Alcui. Dicitur autem Simon Ioannis, id est filius Ioannis carnalis patris. Mysticè autem Simõ obediens, Ioannes gratia merito hoc nomine vocatur .i. obediẽs gratię Dei, vt ostẽdatur q ardẽtiori eum charitate amplectiĩ, non meriti humani sed diuini esse muneris. Aug. in ser. Pas. Cum ãt dñs moreretur timuit, & negauit, resurgens autẽ dominus amorem inseruit, timorem fugauit: nam qñ negauit mori timuit; resurgens te domino qui timeret: in quo mortem mortuã reperiret: unde sequitur, At illi ẽt domine &c. Confitenti autem amorem suum oues suas commendauit: unde sequitur, Dicit ei, Pasce agnos meos tanq̃ non esset ubi ostenderet Petrus amorem suum in Christum nisi esset pastor fidelis, sub principe ouiũ pastorũ. Chr. Quod.n. maximè omnium tribuit nobis eam quæ desuper est beniuolentiam est proximorum procuratio, Prętericns autem domi nus alios Petro de talibus loquitur; eximius.n. apostolorum erat Petrus: & os discipulorum & vertex collegij; vnde & negatione deleta cõmittit ei prælationẽ fratrum. Et negationem quidem ei non exprobat; sed dicit. Si diligis me, præ filijs fratrib. per feruẽtem amorem quem per oĩa demonstrasti nunc ostende, & animam q̃ dixisti te esse positurum pro me; hanc da pro ouibus meis. Sequitur; Dicit ei iterũ, Simõ Ioannis &c. Aug. Merito dr̃ Petro. Diligis me, & respõdet, Amo te, eiq; dr̃. Pasce agnos meos, ubi etiam demonstratur vnum atq; idẽ esse amorẽ, & dilectionem: nam ẽt dominus nouissimè non ait, Diligis me, sed amas me. Sequitur: Dicit ei tertio Simon &c. Tertio utrum Petrus eũ diligat dominus interrogat. Reddiĩ.n. negationi trinæ trina confessio, ne minus amori lingua seruiat, quã timori, & plus vocis elicuisse uideatur mors imminens q̃ uita præsens. Chry. Tertio & iam interrogat & tertio iniungit eadẽ ostendens quã tum appreciatur prelationem propriarũ ouium, & quoniam hoc est maximè eius amoris signum. Theo. Ex tunc etiam inoleuit consuetudo, ut ter confiteantur qui veniunt ad baptismum. Chr. Deinde tertio interrogatus conturbatus est, vnde sequitur: Contri. est Petrus &c. Rursus formidãns priora ne forte æstimans se diligere si nõ diligat, corripiatur, sicut & prius correptus est, multum se ęstimans fortem unde ad ipsum Christum refugit, unde sequitur; Et dicit ei, dñe tu omnia scis .i. inestabilia cordis prę sentia & futura. Aug. de ver. do. Inde ergo contristatus est q sæpe interrogatus ęsset ab eo qui sciuerat, quod interrogabat: & donauerat qđ audiebat. Veraciter ergo respondit, & de intimo cordis protulit amantis vocẽ di. Tu scis quia amo te. Aug. sup. Ioan. Non aũt addidit plus his, hoc.n. respondit quod de seipso sciebat, non.n. quãtũ ab alio quolibet diligeretur scirę poterat, qui cor alterius uidere non poterat. Sequitur. Di. ei pa. oues meas q.d. Sit amoris officium pascerę dominicum gregem, sicut fuit timoris iudicium negare pastorem Theo. Põt ãt quis assignare differẽtiam inter agnos & oues. Agni sunt qui introducunĩ, oues verò perfecti. Alcui. Pascere ãt oues est credentes in Christo ne a fide deficiant cõfortare, terrena subsidia si necesse est subditis prouidere: & exẽpla uirtutum cum verbo prædicationis impendere, aduersarios obsistere, errãtes subditos corrigere. Aug. Qui hoc ãt animos pascũt oues Christi, ut suas uelint esse non Christi, se cõuincuntur amare nõ Christũ, vel gloriãdi vel dominandi, uel acquirendi cupiditate nõ obediẽdi subueniendi & Deo placẽdi charitate. Nõ ergo nos sed ipsum amemus, & in pascẽdis ouib. eius ea q̃ sunt eius, nõ quæ nostra q̃ramus q. quis.n. seipsum nõ Deum amat, non amat se, qui n. non põt uiuere de se moritur vtiq; amando, se nõ ergo se amat. q ne uiuat se amat. Cũ verò ille diligitur de quo uiuiĩ, nõ se diligẽdo magis se diligit: q ꝓpterea nõ se diligit, ut eũ diligat de quo uiuit. Aug. in ser. pal. Extiterũt ãt q dã serui infideles qui diuiserũt gregẽ Christi: & furtis suis picula sibi fecerũt & audis eos dicere. Oues meę sũt illæ, q d q̃ris ad oues meas, nõ te inueniã ad oues meas, sic & nos dicam⁹ meas, & illi dicãt suas, ꝑdidit Christ⁹ oues suas.

Laus sãcti Petri

Rit⁹ baptismi.

Pastores mali notãtur.

Amen amen dico tibi, Cũ esses iunior cingebas te, et ambulabas vbi volebas. Cum ãt senueris,

ris, extendet manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum.

Chry. Cum dixisset Petro dominus de amore quem habebat ad ipsum prænunciat ei martyrium qđ pro ipso debebat sustinere: erudire volens quō cū amare oportet, unde dicit: Amen amē di. ti. Cū esses, &c. Meminit prioris vitæ, quia in secularibus iuuenis quidem utilis est, qui verò senuerit inutilis. In diuinis āt nō ita est, sed cū superuenerit senectus, tunc virtus clarior: tunc utilitas industrior, in nullo ab ętate prohibita, quia ergo Petrus semper uolebat in periculis esse cū Christo dicit ei. Confide, ita implebo tuum desyderium, ut quę passus non es iuuenis existēs, oporteat te pati senem. vñ sequitur; Cum āt senueris. Per quod ostenditur ꝙ neque tunc iuuenis erat neq; senex, sed uir perfectus. Orig. sup. Matth. Et attende ꝙ non facilè inuenitur quis ex eis qui apti fuerint ad hoc corpus, ut cito transeat de hac vita, vnde nūc Petro dicitur. Cum se nu. extenderis ma. tuas. Au. Hoc est crucifigeris. Ad hoc āt ut venias, alius te cinget & ducet quo non uis. Prius dixit quod fieret, & deinde quō fieret, non. n. crucifixus, sed crucifigēdus quo nollet est ductus. Solutus quippe a corpore esse uolebat cum Christo, sed si fieri posset ꝑcor molestiam uitam cōcupiscebat æternam, ad quā molestiam nolens venit; sed nolēs eam uicit & reliquit hūc infirmitatis affectum quo nemo uult mori vsq; adeò naturalē, ut cū beato Petro nec senectus auferre potuerit, sed molestia quantumcunq; sit mortis dēt eā uincere uis amoris quo amatur ille qui cū sit vita nostra ēt mortē uoluit ferre pro nobis. Nā si nulla esset mortis uel parua molestia, non esset tam magna martyrij gloria. Chr. Dicit ergo. Quod uis. Propter naturalem compassionem animæ, quę inuita separatur a corpore, Deo hoc utiliter dispensante; ut non multi sibi mortem inferant uiolentam, deinde erigens auditorem euangelista induxit. Hoc āt dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum. Non dixit. Moriturus esset, ut discas qm̄ pati pro Christo, gloria est patiētis, & honor. Nisi autem certificaret ani-

Aliæ iuuenilis alia senilis officia.

Vita ōibus amabilis

mus, quia uerè Deus est minimè eius intuitu mortē toleraret, quo fit ut sanctorū mors ut diuinę sit glorię certitudo. Aug. Hūc inuenit exitū ille negator & amator, ut pro eius nomine ꝑfecta dilectione moreretur, cū quo se moriturum peruersa festinatione promiserat, Hoc. n. oportebat, ut prius Christus pro Petri salute, deinde Petrus pro Christi prędicatione moreretū.

Et cum hoc dixisset, dixit ei. Sequere me. Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem, qui & recubuit in cœna supra pectus eius, & dixit Dñe, quis est qui tradet te, Hunc ergo cum vidisset Petrus dixit Iesu, Domine, hic āt quid? Dixit ei Iesus. Sic eū volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et nō dixit ei Iesus, non moritur, sed sic eum volo manere donec veniam, quid ad te.

Aug. Cum prenūciasset dñs Petro qua morte clarificaturus esset eum, inuitat eū ad sui sequelam; unde dicitur, Et cū hoc dixis. di. ei. Sequere me. Cur dr̄ Petro. Sequere me, nec dr̄ cæteris qui simul aderāt, qui eum sicut magistrū discipuli sequebātur? Sed ad passionem intelligendum est, nūquid solus pro Christiana ueritate passus est Petrus? nonne ibi erat Iacobus qui ab Herode manifestatur occisus? Verū aliquis dixerit, qm̄ non est Iacobus crucifixus; merito dictū esse Petro. Sequere me, qui non solum mortem; sed & mortē crucis sicut Christus expertus est. Theo. Audiens autem Petrus quia mortē pro Christo passurus est, quærit de Ioanne an moriatur, vnde sequitur, Conuersus Petrus uidit illum discipulum quem diligebat, &c. Augustin. Seipsum dicit discipulum quem diligebat Iesus, quia ipsum præ cęteris & familiarius diligebat, ita ut in cōuiuio supra pectus suum discumbere faceret. Credo ut illius euangelij quod per eum fuerat prędicaturus, diuinam excellentiam hoc modo alius commendaret, sunt qui senserint; & hi non contemptibiles sacri eloquij tractatores a Christo, Ioānem propterea plus amatum, quia ab ineunte pueritia castissimus uixerit. Sequitur; Hunc ergo cum vidisset Petrus dixit Iesu. Domine, hic autem quid? Theo.

Id est

Id est nunquid nō morietur & ipse? vt q̄dam exponūt. Sequitur; Dicit ei Iesus. Sic eum vo. mane. do. ve quid ad te? August. Et repetitū est. Tu me sequere, tanquam ille ideo nō sequeretur, quoniam eū manere voluit donec veniat. Quis facile aliud esse credat q̄ qđ fratres crediderūt q tunc erant. Sequit enim: Exijt ergo ser. iste inter fra. quia disci. il. nō moritur. Sed hanc opinionem Ioannis ipse abstulit subdens: Et nō dix. Ie. nō mo. sed sic eum vo. ma. do. ve q̄d ad te? Sed cui placet adhuc resistat & dicat verū esse quod ait Ioānes, nō dixisse dominum ꝙ discipulis ille nō moritur: sed hoc tamē significatū esse talibus verbis: qualia eum dixisse narrauit. Theoph. Vel dicet: Christus non negauit Ioannē moriturum: nam quicquid oritur moritur, sed dixit volo eū manere, idest viuere vsq; ad mūdi finem, & tūc pro me patietur martyriū: & ideo fatētur adhuc illū viuere, ab antichristo verò debere occidi: vna cū Elia prędicaturū nomē Christi. Sed & si assignēt eius sepulchrum viuens quidē illu i intrauit, postea discessit. Augu. Vel fortè aliquis in illo sepulchro eius qđ est apud Ephesū dormire potius eū, quàm mortuū iacere cōtēdet, assumēs argumentū ꝙ illic terra sensim scaturire, & quasi ebullire ꝓhibetur, atq; hoc eius anhelitu fieri ꝑtinaciter asseuerās. Sed cur eius discipulo quē ꝑ cæteris diligebat pro magno numere lōgū in corpore donauerit somnū, cum beatū Petrū per ingentem martyrij gloriā ab onere corporis absoluerit, eiq; cōcesserit qđ Paulus se cōcupiscere dixerit. Cupio dissolui & esse cum Christo. Si āt verè ibi qđ semper sparsit fama aut ideo sit, vt eo modo cōmendetur preciosa mors eius, qm̄ nō eā cōmendat martyriū, aut ꝑp aliq̄d aliud qđ nos latet, manet tn̄ quæstio cur dixerit dn̄s de hoīe morituro. Sic eū volo manere donec veniā. Illud etiam mouet ad quęrēdum, cur Ioannē plus dilexerit dominus, cum ipsum dn̄m plus dilexerit Petrus, quantum ipse sapio: melior est qui plus diligit Christū: felicior est verò quem plus diligit Christus, facilè responderim, si iustitiā liberatoris nostri quemadmodū defenderem prouiderem. Aggrediar igitur de sol

Quæstio pulchra.

uenda quęstione tā ingenti, duas vitas sibi diuinitus ꝓdicatas nouit ecclesia, quarū vna est in fide, altera in spe. Ista significata est per apostolū Petrum propter apostolatus sui primatum. Illa per Ioannem, ideo huic dicitur. Sequere me, ꝑ imitationē, scilicet perferendi temporalia mala, de illo verò dicitur. Sic eū vo. ma. donec veniam q. d. Tu me sequere ꝑ imitationē perferēdi tēporalia mala Ille maneat donec sempiterna venio reddituꝰ bona: qđ apertius dici potest, perfecta me sequatur actio informata meę passionis exēplo: Inchoata verò cōtemplatio maneat donec venio, perficiēda cum uenero, quod nō sic intelligēdum est, quasi dixerit remanere. Vel permanere, sed expectare, quoniā qđ per eū significatur, cum venerit Christus implebitur, in hac autē actiua vita quāto magis Christū diligimus, tāto facilius liberamur à malo, at ipse nos minus diligit quales nos sumus, & hinc ideo liberat, ne semp tales simus, ibi verò amplius nos diligit, qm̄ quod ei displiceat, & qđ à nobis auferat nō habebimus. Amet ergo eū Petrus, vt ab ista mortaliter liberemur. Ametur ab eo Ioānes, ut in illa immortalitate seruemur. Cur ergo Ioānes minus cū diligebat q̄ Petrus si eā vitam significabat, in qua est multo amplius diligēdus, nisi q̄a ꝓpterea dictū est. Volo eū mane. idest expectare Donec veniā, q̄si & ipsum amorē q̄ tūc multo amplior erit nōdū habemꝰ, sed expectamus futurū: vt dū ipse venerit habemus. Hoc ergo ꝑ Petrū significatum est plus amātē, sed minus amatū, quia minus nos amat Xp̄s miseros q̄ beatos veritatis āt contēplationē qualis tunc futura est minus amamus, q̄a nūc nōdū nouimꝰ nec habemus. Nemo tn̄ illos insignes apostolos separet, & in eo ꝙ significabat Petrus ambo erant, & in eo ꝙ significabat Ioānes ambo futuri erāt. Gio. Vel ali. Sic eū. vo. mane. idest nolo eū ꝑ martyrium consummare, sed expectare eū in placidā absolutionē carnis, suæ quando ego veniens recipiā eum in ęterna beatitudine. The. Vel aliter: Totum in hoc ꝙ dicit dominus Petro. Sequere me: cūctorum fidelū prelaturam ei instituit. Simul autē & seq. intelligas hic imitationē in cunctis & verbis,

Petri & Ioānis cōparatio.

TABVLA EVANGELIORVM TOTIVS ANNI SECVNDVM RITVM ROMANAE CVRIAE.

Incipit dominicale & feriale.

Dominica prima de aduentu Erũt signa in sole & luna, vsq; ibi. Verba aũt mea non transibunt, Lucæ 21

Dominica secunda de aduentu Cũ audisset Ioãnes in vinculis, vsq; ibi. Qui præparabit viam tuam ante te. Matth. 11.

Dominica tertia de aduentu Miserũt Iudęi ab Hierosolymis, vsq; ibi. Vbi erat Ioannes baptizans Ioan. 1

Feria quarta quatuor tẽporum de aduentu. Missus est angelus Gabriel, vsq; ibi. Fiat mihi secundũ uerbum tuũ Lucę 1

Feria sexta quatuor temporum de aduentu. Exurgens Maria abijt in montana, vsque ibid. Exultauit spiritus meus in Deo Salutari meo Lucę 1

Sabbato quatuor temporum in aduentu. Anno 15. imperij Tiberij Cęsaris, vsq; ibid. Et videbit omnis caro salutare Dei Lucę 3

Dominica quarta de aduẽtu. Anno quintodecimo, vt supra sabbato pręcedẽti.

In vigilia natiuitatis domini. Cum esset desponsata mater Iesu, vsque ibi. Ipse enim saluum faciet populum a peccatis eorum Matth. 1

In natiuitate domini. In prima missa. Exijt edictum a Cæsare, vsque ibi. Et in terra pax hominibus bonę voluntatis Lucę 1

In natiuitate domini: in secunda missa. Pastores loquebantur, vsq; ibi. Sicut dictum est ad illos Lucę 2

In natiuitare domini: in tertia missa. In principio erat verbum, vsq; ubi. A patre plenum gratiæ & veritatis Io. 1

In festo S. Stephani prothomartiris. Dicebat Iesus & turbis Iudæorum & principibus sacerdotũ. Ecce ego mitto, vsq; Benedict9 q venit in noie dñi. Mat. 23

In festo sancti Ioannis apostoli & euãgelistę Dixit Iesus Petro sequere me vsque Et scimus quia verum est testimonium eius Ioan. 21

In festo Innocẽtium. Angelus domini apparuit in somnis Ioseph, vsq; Et noluit consolari quia non sunt Matth. 2

in sancti Thomę episcopi & martyris, Ego sum pastor bonus, vsq; Et fiet vnũ ouile & unus pastor. Ioan. 10

Dñica infra octa. natiuitatis dñi. Erat Ioseph & Maria mirãtes super hi, vsq; Et gratia Dei erat cum illo. Lucæ 2

in sancti Syluestri papę. Sint lumbi. Quære in cõi unius confessoris pontificis.

in octa natiui. dñi Postquam cõsummati sũt dies, usq; In utero cõciperet Luc. 2

in uigilia epiphaniæ. Defuncto Herode ecce angelus, usq; Quoniam nazareus uo. Matth. 2.

in epiphania, Cum natus esset, usque reuersi sunt in regionem suam Matt. 2

Dominica infra octauam epiphanię. Cũ factus esset Iesus annorum, usq; Apud Deum & homines Lucę 2

in octa. epipha. Vidit Ioãnes Iesum, usq; Quia hic est filius Dei Ioan. 1.

Dominica secũda post epiphaniã Nuptię factæ sunt, usque Et crediderunt in eũ discipuli eius. Ioan. 2

Dominica tertia post epiph. Cum descẽdisset Iesus de monte, usque Et sanatus est puer in illa hora Matth. 8

Dñica 4. post epiph. Ascẽdẽte Iesu in naui. usq; Vẽti & mare obediũt ei. Mat. 8

Dñica quinta post epipha. Simile est regnũ cęlorũ hoi qui seminauit usq; Cõgregate in horeum meum Matth. 13.

Dñica in septuagesima. Simile est regnũ cęlo. homini patrifa. qui exijt, usque Pauci uero ele. Matt. 20

Dominica in sexagesima. Cum turba plurima conuenirent, usque Et fructũ afferunt in patientia Lucæ 8

Dominica in quinquagesima. Assumpsit Iesus 12. discipulos usque & oís plebs ut uidit dedit laudem Deo Lucæ 18

Feria quarta cinerum. Cũ ieiunatis, vsq; Ibi est & cor tuum Matth 6

Feria quinta. Cũ introisset Iesus Capharnaum, usq; Et sanatus est puer in illa

 hora

hora matth. 8
Feria sexta. Audistis quia dictū est antiqs diliges proximum, vsque Et pater tuus q. videt in abscōdito reddet tibi Mat. 5
Sabbato. Cum sero esset factum erat nauis, vsque Et quotquot tangebāt eum salui fiebant Mar 6
Dñica 1. in quadragesima. Ductus est Iesus in desertū a spū, vsq; Et Ecce angeli accesserunt & ministrabant ei. Mat. 4
Feria secunda. Cum venerit filius hominis in maiestate, vsque Iusti autem in vitam æternam Matth. 25
Fer. 3. Cū intrasset Iesus Hierosoly. vsq; Ibiq; docebat eos de regno dei Mat. 21
Feria 4. Magister uolumus a te signum videre, vsque Ipse meus frater & soror, & mater est. Mat. 12
Fe. 5. Egressus Iesus secessit in partes Tyri, vsque Et sanata est filia eius ex illa hora. Matth. 15
Fer. 6. Erat dies festus iudæorū, vsq; Quia Iesus esset qui fecit eum sanum Ioan. 5
Sabba. Et dñica quadragesimæ. Assumpsit Iesus Petrū &c. vsq; Donec filius hominis a mortuis resurgat, Matt. 17
Fer. 2. Ego vado & quęretis me, vsq; Quę placita sunt ei facio semper Ioan. 8
Feria 3. Super cathedram Moysi, vsq; Et qui se humiliat exaltabitur mat. 23
Feria 4. Ascendēs Iesus Hierosolymā assumpsit, vsque Et dare aīam suā in redemptionem pro multis Matth. 20
Feria quinta. Homo quidam erat diues, vsque Resurrexit credent Luc. 6
Feria sexta. Homo quidā erat paterfamilias, qui plantauit vineā, vsq; Sicut prophetam eum habebant Matt. 21
Sabba. Homo quidā habuit duos filios, vsq; Perierat & inuentus est Luc. 15
Dñica 3. in quadragesi. Erat Iesus eijciēs dæmonium, vsq; Beati qui audiūt verbum Dei, & custodiunt illud Luc. 11
Feria secūda. Dixerūt pharisæi ad Iesum. Quanta audiuimus, vsq; Ipse aūt transiens per medium illorum ibat Luc. 4
Feria 3. Respiciēs Iesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro. Si peccauerit, vsq; Sed septuagies septies Mat. 18
Fer. quarta. Accesserūt ad Iesum ab Hierosolymis scribæ, vsq; Manducare non coinquinat hominem, vsque Mat. 15
Feria quinta. Surgēs Iesus de synagoga, vsque pdicās in synagogis galileę Luc. 4
Feria sexta, Venit Iesus in ciuitatē Samariæ quę dicitur Sicar, vsq; Quia hic est verè saluator mundi. Ion 4. ca.
Sabbato. Perrexit Iesus in montem Oliueti, vsque Vade & iam amplius noli peccare. Ioan. 8
Dñica 4. in quadragesi. Abijt Iesus trans mare Galileæ, vsque Quia hic est verè propheta qui venturus est in mūdū Io. 6
Feria secūda. Propę erat pascha iudæorū, & ascendit Iesus, vsque Ipse enim sciebat quid esset in homine. Ioan. 2
Feria 3. Iā die festo mediante, vsq; De turba āt mul. crediderunt in eum Ioan. 7
Feria quarta. Præteriens Iesus uidit hominem cœcum, vsq; Et procidens adorauit eum Ioan. 9
Feria quinta. Ibat Iesus in ciuitatē quæ vocatur Naym, vsque Et quia Deus uisitauit plebem suam Luc. 7
Feria 6. Erat quidam languens Lazarus, vsque Et viderant quæ fecit Iesus crediderunt in eum Ioan. 11
Sabbato. Ego sum lux mundi, vsq; Et nemo apprehendit eum, quia nondū venerat hora eius Ioan. 8
Dñica de passione. Quis ex uobis arguet me de peccato? vsq; Iesus autem abscōdit se, & exiuit de templo Ioan. 8
Feria secunda Miserunt principes & pharisæi ministros, vsque quem accepturi erāt credentes in eum. Ioan. 7.
Feria tertia. Ambulabat Iesus in Galilęā, vsq; Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum iud. ioan. 7
Feria 4. Facta sunt encœnia, usq; quia in me est pater & ego in patre. Ioan. 10
Feria quinta. Rogabat Iesum quidā pharisęus ut manducaret, cū illo, vsq; fides tua te saluū fecit vade in pace Luc. 7. c.
Feria sexta. Collegerunt pontifices & pharisæi consilium, usque Et ibi morabatur cum discipulis suis. Ioan. 11.
Sabbato. Cogitauerunt principes sacerdotum, vsque Hæc locutus est Iesus, & abijt abscondit se ab eis. ioan. 12
Dominica in ramis palmarū ad benedictionem palmarum. Cū appropinquasset

set Ie. Hierosolymis, vsque Osanna filio Dauid benedictus qui venit in nomine domini matt.21

Dominica in palmis ad missam. Scitis q a post biduum, vsque signantes lapidem cum custodibus matt. 26

Feria ij. Ante sex dies paschæ venit Iesus Bethaniã, usq; sed ut Lazarum uiderent, quem suscitauit a mortuis. ioã. 12

Fer. iij. Erat pascha & azyma, vsq; & aduoluit lapidem ad hostium monumenti marci 14

Feria quarta. Appropinquabat autẽ dies festus, usque in quo nunquam quisque positus fuerat Lucæ 22

Feria quinta. Ante diem festum paschæ, vsque Vt quemadmodum ego feci uobis ita & uos faciatis ioan. 13

Feria sexta. Egressus est Iesus cum discipulis suis trans torrentem cedron, usque Quia iuxta erat monumentum posuerunt Iesum ioan. 18

Sabbato paschæ. Vespere autem sabbati, usque ibi eum videbitis ecce prædixi vobis matth. 28

Dominica resurrectionis dñi Maria Magdalenæ & Maria Iacobi, vsque ibi eum videbitis sicut dixit uobis mar. 16

Feria secunda. Duo ex discipulis Iesu, usque Et quomodo cognouerũt eum in fractione panis Luc. 24

Feria tertia. Stetit Iesus in medio discipulorum suorum & dixit illis, vsq; in remissionem peccatorum in omnes gentes Luc. 24 cap.

Fer. 4. manifestauit se iterum Iesus, vsque cum surrexisset a mortuis. ioan 21. ca.

Feria quinta. Maria stabat ad monumentum foris, vsq; quia uidi dominum, & hæc dicit mihi ioan. 20

Feria sexta. Vndecim discipuli abierunt in Galilæam, vsq; omnib. diebus, vsq; ad consummationem sęculi matt. 28

Sabbato in albis. Vna sabbati Maria Magdal. vsque Quia oportebat eum a mortuis resurgere ioan. 20

Dñica in octaua paschę. Cũ esset sero die illa vna sabbatorũ, vsq; Et ut credẽtes vitã habetis in nomine eius ioan. 20

Dominica secunda post Pascha. Ego sum pastor bonus, usque Et fiet vnum ouile & unus pastor ioan. 10. cap.

Dominica tertia. Modicum & iam non videbitis me. vsque Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Ioan 16

Dominica quarta. Vado ad eum qui me misit. vsque Quia de meo accipiet & annunciabit vobis. Ioan. 16

Dominica quinta. Amen amen dico uobis, si quid petieritis, vsue In hoc credimus, quia à Deo existit. ioan. 16

in lętanijs maioribus. Qui vestrum habebit amicum. vsque Dabit spiritum bo. petentibus. Lucæ 11

in vigilia Ascensio. Subleuatis Iesus oculis. vsque Et ego ad venio. ioannis 17 cap.

in fest. Ascen. Recumbentibus 11. disci. vsque Sermonem confirmante sequen. signis. Mar. 19

Dominica infra octaua. Ascen. Cùm venerit paraclytus. vsque Reminiscamini quia ego dixi vobis. ioan. 15

in vigi. Penthe. Si diligitis me mandata mea seruate. usque & manifestabo ei meipsum. ioan. 14

in die penthecostes. Si quis diligit me sermonem meum ser. vsque Et sicut man datum dedit mihi pater sic facio ioannis 14.

Feria secunda: Sic Deus dilexit. vsque Quia in Deo sunt facta. ioan. 3

Feria tertia. Amen amen dico uobis, qui non intrat, vsque Ego ueni ut uitam habeant & abundantius habeant. ioannis 10.

Feria quarta. Nemo potest uenire ad me, usque & panis quem ego dabo caro mea pro mundi uita Ioan. 6.

Feria quinta. Cõuocatis Iesus 12. apostolis, usque Euangelizantes & curantes ubique Lucæ 9

Feria sexta Factum est in una dierum. usque Quia uidimus mirabilia hodie. Lucæ 5.

Sabbato. Surgens Iesu de synagoga, usq; Et erat prædicans in synagogis Galilææ Lucæ 4.

in festo Trinitatis. cum uenerit paraclytus, usque Quia ego dixi uobis. ioannis 15.

Dominica prima post Penthecos. Estote miseri-

Incipit proprium de Sanctis.

tuæ israel Lucæ 2
in annunciatione virg. Mariæ. Missus est, vsq; secundum verbum tuum. Lucæ 1
in sanctorum apostolorum Philippi & Iacobi. Non turbetur cor vestrum. vsque Et quodcunque petie. patrem in nomine meo hoc faciam ioan. 14
in inuen. crucis. Erat ex pharisæis Nicodemus, vsq; sed habeat vitã ęternã. Ioã 3
in vigilia beati Ioannis Bapt. Fuit in diebus Herodis, vsq; parare domino plebem perfectam Lucæ 1
in natiuitate Ioannis Bap. Helisabeth impletum est tempus pariendi, vsq; Et fecit redemptionem plebis suæ Luc. 1
in vigilia aposto. Petri & Pauli, Simõ diligis me plus his, vsque significans qua morte esset clarificaturus Deũ. ioã. 21
in festo aposto Petri & Pauli. Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, vsque Et quodcunque solueris super terram erit solutum & in cœlis matth. 16
in visitatione. Exurgens Maria, vsque in Deo salutari meo Lucæ 1
in octaua apostolorum Petri & Pauli, iussit Iesus discipulos ascẽdere in naniculam, vsq; vere filius Dei es. matth. 14
in sanctorum martyrum 7. fratrũ & sanctarũ Rufinæ martyris & Secũdæ virg. Loquente Iesu ad tur. ecce mater, vsq; Et soror & mater est matth. 12
in festo sanctæ Mariæ Magd. Rogabat Iesum quidam pharisæus, vsque vade in pace Lucæ 7
in festo sancti Apollinaris epis. & marty. Facta est contentio inter discipulos, vsque Et sedeatis super thro. iudicantes duodecim tribus israel Lucæ 22
In festo sancti Iacobi apost. Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi, vsq; sed quibus paratũ est a patre meo. mat. 20
in festo trãsfigurationis Assumpsit Iesus Petrum, vsque filius hominis a mortuis resurgat matth. 17
in fest. san. Laurentij. Nisi granũ frumen. Quære in communi vnius martyris
in vigilia assumptio. virg. Mariæ. Loquente Iesu ad turbas, vsque Et custodiunt illud Lucæ 11
in assumpt. virgi. Mariæ, intrauit Iesus in quoddam castellum, vsque quæ non auferetur ab ea Lucæ 10
in decollatione S. Ioãnis Bapt. Misit Herodes rex ac tenuit Ioannem, vsq; & posuerunt illud in monumento mar 6
in natiui. beatæ Marię virg. Liber generationis, vsque De qua natus est Iesus qui uo. matth. 1
in exalta. Crucis. Dixit Iesus turbis iudęorum. Nunc iudicium, vsque Vt filij lucis sitis ioan. 12
in vig. s. Matthæi apost. & euan. Vidit Iesus publicanum nomine Leui, vsq; sed peccatores ad pœnitentiam Lucæ 5
in festo s. Matthæi. Vidit Iesus hominem sedentem in teloneo, vsq; Nõ enim ueni vocare iustos sed peccatores. matt. 9
in dedicatione s. Michaelis, Accesserũt discipuli ad Iesum, vsq; vident faciẽ patris mei, qui in cęlis est matth. 18
in festo sancti Francisci, Cõfitebor tibi pater domine cœli & terræ, vsq; Et onus meum leue matth. 21
in vigilia omnium sanctorũ. Descendens Iesus de mõte stetit in loco campestri, vsque Ecce enim merces vestra multa est in cęlo Lucæ 6
in festo omniũ sanctorũ. Videns Iesus turbas ascendit in montem, vsq; Qm̃ merces uestra copiosa est in cęlis matt. 5

Incipit commune Sanctorum.

IN vigilia unius apostoli. Hoc est præceptum meũ ut diligatis inuicem, vsque Quodcunque petieritis patrem in nomine meo det uobis ioan. 15
in vigilia plurimorum Apostolorũ, Ego sum vitis uera, vsq; quodcunq; uolueritis petetis & fiet uobis ioan. 15
in natali Apost. Hoc mando uobis ut diligatis, usque Quia odio habuerunt me gratis ioan. 15
Ecce ego mitto vos, vsque hic saluus erit matthæi 10
Dixit Simon Petrus, vsq; vitam æternam possidebit matth. 19
Designauit Iesus, vsque Appropinquabit in uos regnum Lucæ 10
In festo unius mar. Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere, vsq; Non perdet mercedem suam matth 10
Si quis vult uenire, vsq; Venientem in regno suo matth. 16
Amen

Amen amen dicõ vobis. Nisi granum, vsque Qui in cęlis est ioan. 12
Nihil opertũ quod nõ reueletur, vsq; Coram patre meo qui in cęlis est. mat. 10
Si quis uenit ad me. vsq; Quę possidet nõ potest meus esse discipulus Luc. 14
in festo vnius sancti. A Pascha vsq; ad Pẽthecosten. Ego sum vitis, vsque Et gaudium vestrum impleatur ioan. 15
in festo plurimorum martyrũ. Videns Iesus turbas, vsque Quoniam merces uestra copiosa est in cœlis matth. 5
Sedente Iesu super montem Oliueti, vsq; Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit matth. 24
Attendite a fermento pharisæorum, vsq; Cõfitebit̃ eũ corã angelis Dei. Luc 12
Descendens Iesus de monte stetit in loco campestri, vsque Ecce enim merces vestra multa est in cœlo Lucæ 6
Væ vobis quæ ædificatis, vsque vt accusarent eum Lucæ 11
Cum audieritis prælia & seditiones, vsq; In patientia vestra possidebitis animas vestras Lucæ 21
Quis vos audit me audit, vsque Quia nomina vestra scripta sunt in cęlis. Lu 10
Cõfitebor tibi pater, vsq; Et onus meum leue matth. 11
in festo unius confessoris pontificis, Vos estis sal terræ, vsq; Hic magnus vocabitur in regno cœlorum matth 5
Vigilate quia nescitis, vsque super omnia bona sua constituet eum matth. 24
Homo quidam peregre, vsq; intra in gaudium domini tui matth. 25
Sint lumbi vestri præcincti, vsq; Filius hominis veniet Lucæ 12
Nemo accendit lucernam, vsque Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te Lu. 11
Videte vigilate & orate, vsq; Quòd autẽ vobis dico, oĩbus dico vigilate. mar. 13
Nolite tim. pusill⁹ grex, vsq; vbi. n. est thesaurus tuus ibi & cor tuũ erit. Luc. 12
Homo quidam nob. abijt in regionem lõginquam, vsque Et quod uidetur habere aufe. ab eo Lucæ 19
in festo vnius san. cõfe. nõ põtif. Vos estis sal ter. Vigila. quia ne. Sint lumbi. Nemo accen. videte uigil. Nolite timere. Homo quidam nobi. Require supra in confessore & pontificẽ
Ecce nos reliqui. Quære ĩ cõi apostolorũ in fest. virg. Simile est reg. cœ. thes. vsque Qui profert de thesauro suo noua & vetera matth. 13
Simile est re. cœ. 10. virginibus, vsque vigilate itaque quia nescitis diem neque horam matth. 25
in anniuersario dedicationis ecclesiæ. Egressus Iesus pambulabat Hierico, vsque saluũ facere quod perierat. Luc. 19
in commemoratione beatæ virginis Mariæ a Pascha vsq; ad Pentecosten. Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, vsque Et ex illa hora accipit illam discipulus in suam ioan. 19
in agenda pro mortuis. Dixit Martha ad Iesum, domine si fuisses hic, vsque qui in hunc mundum ueni ioan. 11
Omne qđ dat mihi pater, vsq; Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. ioã. 6
Amẽ amẽ dico uobis q̃a uenit hora, vsq; qui uero male egerũt ĩ resur. iudi. Io. 5
Ego sum panis viuus, usque Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. ioan 6
Pro sponso & spõsa. Accesserunt ad Iesũ pharisæi tentantes eũ & dicente. Si licet homini, vsq; quos ergo Deus coniunxit homo non separet matth. 19

FINIS.

INCIPIT TABVLA EVANGEliorum totius anni secundum ordinem fratrum prædicatorum.

Dominica prima in aduentu. Cũ appropinquasset, vsq; qui uenit in nomine domini matth. 21
Dñica secunda de aduẽtu. Erunt signa in sole, vsque non transibunt Lucæ 21
Dominica tertia. Cum audisset Ioannes, vsque viam tuam ante te matth. 11
Feria iiij. quatuor tẽporum. Missus est angelus, usque Secundum uerbum. Luc. 1
Feria sexta. Exurgens Maria, usque salutari meo Lucæ 1
Sabba. Anno quintodecimo, vsque salutare Dei Luc. 3
Dominica quarta. Miserunt Iudæi, usque Ioannis baptizans ioan. 1

fac

fac similiter Lucæ 10
Dñica quartadecima. Cum iret Iesus in Hierusalem, vsq; saluũ fecit Luc. 17
Dñica quintadecima. Nemo pôt duob⁹, vsque adijcientur vobis Matth 6
Dominica sextadecima. Ibat Iesus in ciuitatem, vsque plebem suam Luc 7
Dominica decimaseptima. Cum intraret Iesus, vsque exaltabitur Lucæ 14
Feria quarta quatuor temporum. Respondens vnus, vsque et ieiunio Mar. 9
Feria sexta. Rogabat Iesum quidã, vsque vade in pace Lucæ 7
Sabba. Ar. fici. ha. vsq; fiebat ab eo. Lu. 13
Dñica decimaoctaua. Pharisæi audien. vsque amplius interrogare Matt. 22
Dominica decimanona. Ascendens Iesus in na. vsq; talem hominibus Mat. 9
Dñica xx Simile est regnum cęlorum homini, vsq; pauci vero electi. Mat. 22
Dominica vigesimaprima. Erat quidam regulus, vsque eius tota ioan 4
Dominica vigesimasecunda. Simile est regnum cęlorum homini, usque cordibus vestris matth. 18
Dominica vigesimatertia. Abeuntes pharisæi, vsque Dei Deo matth. 22
Dominica vigesimaquarta Loquente Iesu, ad vsque terram illam mat 9
Dominica vigesimaquinta. Cũ subleuasset, vsque Est in mundum ioan. 6
In cõsecratione ecclesiæ. Ingressus Iesus, vsque quod perierat Luc. 19

In Natalicijs Sanctorum totius anni, Secundum ordinem fratrum predicatorum.

IN vigilia S. Andreę. Stabat Iesus & ex. vsque filium hominis ioan. 1
in die ambulans Iesus, vsque secuti sunt eum matth. 4
sanctæ Barbarę virg. & mart. simile est regnum cœlorum thesau. in communi
sancti Nicolai episcopi. Sint lumbi vestri. in communi
In ordinatione S. Ambrosij. Ego sum pastor, vsque vnus pastor ioan. 10
In conceptione beatæ Mariæ. Loquente Ie. in sabba.
sancti Damasi põtifi. & conf. Homo quidam pere. in communi
sanctæ Luciæ virg. & mart. Simile est regnum cœlorum thesau. in communi
sancti Thomæ apostoli & mart. Thomas unus de. vsque Et crediderunt. ioã. 20
sancti Stephani prothomar. Ecce ego mitto, vsque in nomine domini. matth. 23
sancti Ioannes euãgelistæ. Dixit Iesus Petro, vsq; testimonium eius ioan. 21
sanctorum Innocentium. Angelus dñi apparui, vsq; quia non sunt matt 2
sancti thomæ marty. Nisi granum frumẽti in communi
sancti Syluestri pap. Homo quidam pere. in communi
sancti Pauli primi heremitæ & confessoris. Ecce nos relinquimus, vsque possidebit matth. 19
sancti Fęlicis confesso. Qui uos audit me, vsque scripta sunt in cœlis Luc. 10
sancti Mauri Abbatis. Nemo accendit. in communi
sancti Marcelli papæ & mart. Homo quidam pere. in communi
sancti Antonij abbatis. Nemo accendit. in communi
sanctæ Priscæ marty. Simile est regnum cęlorum the. in communi
sanctorum marty. Fabiani & Sebastiani. Descendens Iesus de. in communi
sanctæ Agnetis virginis & mar. simile est regnum cęlorum decem in communi
sancti Vincentij marty. Nisi gra. frumen. in communi
sanctę Emerẽtianæ virginis & martyris. simile est regnum cœlorũ decem virg. in communi
in conuersione sancti Pauli. Ecce nos reliquimus, usque possidebit. matt. 9
sancti Iuliani episcopi & confessoris. Sint lumbi in communi
in transla. s. Thomæ episcopi de Aqui. sicut in alio festo
sanctæ Agnetis secundo. simile est regnũ cęlorum the. in communi
sancti Ignatij episcopi & mart. Nisi granum frumen. in communi
in purificatione B. Marię. Postquã impleti sunt, vsq; plebis tuæ israel. Lucæ 2
sancti Blasij episcopi & marty. Nisi granum frumenti in communi
sanctæ Agatæ uirginis & mart. simile est regnum

regnum cęlorum thesau. in communi
sanctorum Vedasti & Amendi confesso. sint lumbi in communi
sanctæ Scholasticæ virgi. simile est regnũ cęlorum thesau. in communi
sancti Valentini marty. Nolite arbitrari, usque mercedem suam matth.10
in Cathedra sancti Petri apostoli. Venit Iesus in partes, vsque solutum & in cęlis matth.16
s. Matthiæ aposto. Confitebor tibi pater, vsque Et onus meum leue matt.11
s. Albini episcopi & confessoris. Vigilate in communi
s. Thomæ de Aquino. Vos estis sal terræ, vsque in regno cęlorum matth.5
s. Gregorij papæ, Vigilate quia in cõi
sancti Benedicti abbatis: Nemo accendit in communi
in Annunciatione. Dñica. missus est angelus, usque secundum verbum Luc.1
s. Ambrosij Archiepiscopi. Vigilate quia in communi
s. Vincentij cõf. Nemo accen. in cõmuni
sanctorũ mart. Tyburtij & Valeria. Ecce ego mitto, vsq; Hic saluus erit. mat.10
s. Georgij martyris. si quis vult post me in communi
s. Marci euangelistæ, Ego sum vitis uera in communi
s. Vitalis martyris. Ego sum vitis uera. in communi
s. Petri mar. si quis vult post me, vsq; sanctorum angelorum Lucæ 9
s. Catherinæ de Senis. simile est regnum cęlorum grano, vsque Constitutione mundi matth.13
Apostolorũ Philippi & Iacobi. Nõ turbetur cor, vsque Hoc faciam ioan.14
in inuẽtione S. Crucis. Erat homo ex pharisæis, vsque vitam æternam ioan.3
sanctorum Alexandri & sociorum eius marty. Cum egrederetur, vsq; seruus erit mar.13
in festo s. Coronę. Apprehendit Iesum Pila. vsq; purpureum uestimentum. io.9
s. Ioannis ante portam Latinam, sicut in alio festo ipsius
in translatione s. Petri mart. sicut in festo ipsius. si quis vult post me. in cõmuni
In apparitione sancti Michaelis, sicut in festo alio ipsius
sanctorum martyr. Gordia. & Epimachi in communi
sanctorum mar. Nerei Archillei & Pãcratij. Descendens Iesus de. in communi
sancti Seruentij episcopi. sint lumbi uestri in communi
sanctæ Potentianæ virg. simile est regnũ cęlorum decem virg. in communi
in transla. B. Dñici sicut in die ipsius
sancti Vrbani papę & mart. Homo quidã pere. in communi
sanctæ Petronillæ virg. simile est regnum cęlorum thesau. in communi
sanctorum martyrum Marcelli & Petri. Cum audieritis in communi
sancti Medardi episcopi & cõfe. vigilate in communi
sanctorum martyrum Primi & Feliciani. videns Iesus turbas in communi
sancti Barnabæ apost. Hoc est pręceptum me in communi
sanctorum mar. Naboris Basilidis & Cirini. Attendite a fermento. in communi
s. Antonij conf. Nemo accen. in cõmuni
sancto. Viti & Modesti mart. cum audie. in communi
sanctorũ Cyriaci & Iulitę mar. Ecce ego mitto, vsque saluus erit matt.10
sancti Martialis episcopi & conf. vigilate in communi
sanctorum martyrum Marci & Marcelliani, cum audieritis in communi
sanctorum marty. Gerua. & Protha. cum egrederetur Iesus, vsq; Hic saluus erit marci 13
sancto. 10. mart. cum audieritis in cõi
in vig. s. Ioan. Baptistæ, Fuit in diebus Herod. vsq; plebem perfectam Luc.1
in die Helisabeth impletum est, vsq; Redemptionem plebis suæ Lucæ 1
sanctorum Ioannis & Pauli marty. Attẽdite a fermento in communi
in vigilia apostolo. Petri & Pauli. Dicit Iesus Simoni Petri. vsq; clarificaturus Deum ioan 21
in die. Venit Iesus in partes, vsque solutũ & in cęlis matth.19
in cõmemoratione beati Pauli. Ecce nos reliquimus, vsq; æternam possidebit. matth.16

Per octa.apost. Petri & Pau. Hoc est præceptum. in cõmuni.
In visitatione beatæ Mariæ virginis. Exurgens Maria, usque Salutari meo. Luc. 1
Sancto. Proces. & Martini mart. Attendite à fermen. in communi.
In octa. apostolorum. iussit discipulos, vsque filius Dei es, Matth. 14
Sancto septem fratrum. Loquẽte Iesu ad. usque Et mater est, Matth. 12
Sancti Alexij confes. Ecce nos reliquimus, vsque æternam possidebit, Mtth. 19
S. Procopij abbatis. Nemo accẽdit. in cõi.
Sanctæ Margaritæ virginis & mar. Simile est regnum cœlorum thes. in cõmuni.
In diuisione apostol. Cõuocatis, vsque Curantes, vbique, Lucæ 9
Sanctæ Praxedis virgi. Simile est regnum cœlorum dc in communi.
Sanctæ Mariæ Magda. Rogabat Iesum quidam, vsque Vade in pace, Lucæ 7
S. Apollinaris episc. & mart. Facta est contentio, vsque Tribus Israel, Lucæ. 22
S. Christinæ virg. & mar. Simile est regnũ cœlorum thesau. in communi.
S. Iacobi apostoli. Accessit ad Iesum, usq; A patre meo. Matt. 20
S. Marthæ virgi. intrauit Iesus in quoddã, vsque Auferetur ab ea, Lucæ 10
Sanctorum marty. Nazarij Celsi & Pantaleonis. Attendite à fermento in cõi.
Sanctorum marty. Felicis & Simplicis & aliorum Cum audieritis. in cõmuni.
Sanctorum martyrum Abdon & Senuem, Videns Iesus turbas. in communi.
Sancti Germani episco. Vigilate quia nesci. in communi.
Ad vincula S. Petri apost. sicut in alio fest.
Sancti Stephani papę. Homo quidam nobilis. in communi.
In inuen. S. Stephani protomarty. sicut in alio fest.
S. Dominici patris nostri. Vos estis sal terræ, vsque in regno cœlorum, Matt. 5
In transfiguratione domini. Assumpsit Iesus Petrum, vsque A morte resurgat, Matthæi 17
In uigilia. S. Laurentij marty. Si quis vult post me. in communi.
In die. Nisi granum frumenti. in cõmuni.
S. Hypoliti & socio. eius. Attendite à fermento. in communi.
In uigilia assumptionis beatæ Mariæ. Loquente Iesu ad turb. usque Custodiunt illud, Lucæ 11
In die. intrauit Iesus in quoddam, usque Non auferetur ab ea. Lucæ 10
S. Agapiti mart. Si quis vult. in communi.
Sancti Bernardi abbatis. Nemo accendit. in communi.
Sanctorum Timothęi & Simpho. martyr. Descende ns. in communi.
S. Bartholomæi apostoli. Hoc est præceptum in communi.
S. Ludouici confesso. Homo quidam nob. in communi.
S. Ruffi martyris Si quis vult. in cõmuni.
S. Augustini epis. Sint lumbi uestri in cõi.
In decollatione S. Ioannis Bapt. Misit Herodes ac, vsq; in monumento. Marci 6
Sanctorum Felicis & audacti marty. Videns. in communi.
S. Egidij abbatis. Nemo accendit. in cõi.
S. Marcelli mart. Nisi granum. in cõmuni.
In natiuitate beatæ Mariæ. Liber generationis, usq; Qui vocatur Christ⁹. Mat. 1
S. Gorgonij marty. Si quis. in cõmuni.
Sanctorum Prothi & Iacinthi marty. Vides. in communi.
In exaltatione S. Crucis. Nunc iudiciũ est mun. vsque Vt filij lucis sitis. Ioan. 12
Sanctorum Cornelij & Cypriani martyr. Descendens. in communi.
S. Nicomedis presbyter & mar. Nolite arbitrari, usque Mercedem suam Lucæ 5.
Sanctæ Eufemiæ uirg. Simile est regnum cœlorum decem. in communi.
S. Lamberti episcopi & martyr. Nisi granum. in communi.
In uigilia beati Matthæi apost. Vidit Iesus publica, usq; Ad pœnitentiam. Lucæ 5
In die. Cum transiret Iesus, usq; Sed peccatores, Matth. 9
S. Mauricij ac sociorum eius. Descendens Iesus in communi.
Sanctorum martyrum. Cosme & Damia. Videns Iesus tur. in communi.
S. Vincesłai martyris. Si quis vult post me in communi
S. Michaelis archangeli. Accesserunt discipuli, usque Qui in cœlis est. Mattth. 18
S. Hieronymi presbyteri. Nemo accendit. in communi.
S. Remigij cõfes. Homo qdã pere. in cõi,

INCIPIT TABVLA EVANGELIORŪ in communi Sanctorum totius anni.

De Sancta Trinitate.

FINIS.